Regius Soc. Lon. Ad Posteros

A
15-192

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala d
Estante 15
Tabla
Número 193

4. a. 4-
-6-



Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala
Estante 15
Tabla
Número 193

4. a. 4-
-6-

I
14-192



11870266

Del collegio dela compª de Jesus de Granada R/5884

COMMENTARII

EXEGETICI IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI.

AVTORE

Blasio Viegas Lusitano Eborensi Societatis IESV, Doctore Theologo, & publico sacrarum literarum in Eborensi eiusdem Societatis Academia professore.



EBORÆ,

Apud Emmanuelem de Lyra.

1601.

COMMENTARII

EXEGETICI

IN APOCALYPSIN

IOANNIS APOSTOLI



Censura operis.

EX mandato supremi senatus sanctæ inquisitionis legi hos commentarios in Apocalypsim Ioannis Apostoli, Doctore Blasio Viegas Lusitano Societatis Iesu, publico sacrarum literarum professore in Eborensi eiusdem Societatis Academia auctore. Nihil habent, quod fidei Orthodoxę repugnet, aut sanctę matris Ecclesiæ diffinitionibus contradicat, sed potius doctrinam sanam, & dictis sanctorum Patrum conformem. Quarè in communem omnium vtilitatem digni erunt, qui excudantur.

Fr. Emmanuel Coelho.

Facultas supremi Inquisitionis Concilij.

Possunt excudi hi commentarij in Apocalypsim. Eboræ, 2. Martii, 1599.

Martim Afonso de Mello. Ruy Pirez da Veiga.

Facultas Archiepiscopi Eborensis.

Theotonius Dei, & Apostolicæ Romanæ sedis gratia Archiepiscopus Eborensis indignus. Commentarios exegeticos Doctoris Blasij Viegas ex Societate Iesu in Apocalypsim Ioannis bona ex parte perlegimus, factaque ex nostra commissione diligenti inquisitione nihil in eis contra fidem, & bonos mores esse cognouimus: sed potius ea est Doctoris sapientissimi doctrina, & Christiani pectoris pietas, atque in eruendis difficillimis sacræ prophetiæ sensibus felicitas, atq; ingenium, ad animosque in rerum supernaturalium, & cælestis Hierusalem desiderium inflamandos vis, & efficacia, vt non solum illi concedamus facultatem hosce commentarios imprimendi; sed nostræ etiam Academiæ gratulemur, quòd tam doctos, pios, & insignes viros & aluerit, & consummatos viderit.

Eboræ, in nostra Carthusia scalæ cæli, die sexta Aprilis, an. Domini 1599.

Archiepiscopus Eborensis.

Facultas senatus regii.

Possunt mandari typis hi commentarii in Apocalypsim. Olisiponæ, 22. Februarii, 1601. *Pereira.* *D. Daguiar.* *Fonsequa.*

Facultas Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Lusitaniæ.

EGO Christophorus à Gouuea Præpositus Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lusitaniæ, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt commentarii in Apocalypsim Beati Ioannis Apostoli, à Patre Blasio Viegas Doctore Theologo nostræ Societatis, & publico sacrarum literarum in nostra Eborensi Academia professore compositi, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque virorum iudicio examinati, & approbati typis excudantur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus. Eboræ in nostro Collegio, decimo sexto Kalendas Iullii, anni millesimi quingentesimi nonagesimi noni.

Christophorus à Gouuea.

ODOARDO FARNESIO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

BLASIVS VIEGAS SOCIETATIS IESV
Salutem, & Felicitatem.



VCVBRATIONES nostrãs in Apocalypsim Ioannis pluribus haud dubiè refertã sacramentis, quàm verbis, nunc tandem in lucem damus sub luce tua, Odoarde clarissime. Sustinuimus opus, quoad licuit, & pluribus licet annis pressum, quàm ille moneat, nec sic tamẽ in animo erat ãcipiti iudiciorũ aleæ cõmittere. Arcebat à publico non vulgaris difficultas, quæ Iustini, Irenęi, aliorumqùe sapientissimorum hominum non tam exercuit, quàm fatigauit ingenia, vt illud de Ecclesia apud Zachariam aptè mihi quadrare in Apocalypsim videatur, quòd eam Deus tanquam lapidem oneris cunctis ingeniis, vt illam cunctis populis, posuerit, in quo extollẽdo omnium interpretum vires non sine lassitudine probarentur, ad instar sphæræ illius æneę grauissimi ponderis, quam se Hieronymus Athenis iuxta simulacrum Mineruæ vidisse testatur, sciscitatumqùe de vsu accepisse, Athletarum in illa massa fortitudinem comprobari. Quî nos igitur sphæram magnitudine planè cęlestem, põdere ęneam, quæ vel ipsa specie, moleqùe plerosq; alioqui robustissimos, vel à periclitandis in se viribus deterruit, vel pertinaciter instantes in ipso nixu fregit, non dico in sublime suspendere, sed impellere tantùm conaremur, qui non sumus vlla ex parte cum tantis Athlantibus conferendi? Cœterùm diffidenti iam, ac pene desperanti illud subiit, etsi singulis tractatoribus inuictũ sphærę pondus non cederet; attamen, si vniuersi concurrerent, aliquantulũ posse subleuari. Itaque non frustra nostram locari operam, si collectis in vnum superiorum interpretum viribus nos simul adniteremur, nostrisqùe in sacram Scripturam ex diuturna eius, Patrumque lectione decerptis obseruationibus, reliquorum conatibus non nihil adiumẽti afferremus. Vt enim scitè dixit D. Augustinus, in hoc rerum genere, nec est maioribus inuidendum, nec de minoribus desperandum. Verùm nec sic elabimur: cum enim ipsum per se opus obscurissimum iuxta sit, ac maximè Diuinum; habent ad manum Argi isti, qui non tam ser-

uandis,

uandis,quàm obſeruandis alienis operibus excubant, quò poſsint interpretem vel proiectę audaciæ, quòd difficillima tentare; vel quòd ſacratiſsima contingere auſus fuerit,inſignis arrogantię criminari. Hęc vna nimirum cauſa,vt cœterę abeſſent,ſatis foret,vt te Odoarde Cardinalis ampliſsime hiſce noſtris commentariis patronum aduocarem,quippe qui viderem,ſub iſto antiquiſsimo tuo generis,nominisqùe ſplendore, ſecurè poſſe tenebricoſum opus ſine audaciæ crimine prodire,& ad cœleſtia, Diuinaque myſtria ſine inſimulatione arrogantię aſpirare. Sed alia ſunt Odoarde,quę cùm dixero,mirum non videbitur,ſi homo Luſitanus, atque in Luſitania educatus, vbi tanta copia eſt clariſsimorum Principum, Mœcenatẽ mihi,& patronum in Italia quæſierim. Vnum eſt gentis decus;alterum Religionis officium; illud nomine, hoc ipſo cognomento præfers,vt iam neque Odoardus externus Luſitano homini, neque Farneſius alienus Societatis alumno cenſeri debeas. At enim, vt ab ſtemmate ordiar gentilitio,quis Odoardum cum audit,non ſtatim recordetur Odoardi illius aui tui, Emmanuelis inuictiſsimi, ac feliciſsimi Luſitaniæ Regis filij, à quo Maria mater tua omnis memorię princeps, Deo ſane auſpice,procreata,& Alexãdro Parmenſi Duci,domi belliqùe ſpectatiſsimo Principi locata cum te edidit, Luſitanię regno eximium decus,Italię cœlo ſplendidiſsimum addidit ſidus. Quibus tu, Odoarde,parentibus minimè te indecorem, ac degenerẽ prębuiſti. Miratur Italia, Romaque potiſsimùm, quòd tantùm comitate,ſuauitate morum,modeſtia,pietate, ſenili in iſta ętate prudentia,omniumquè pulcherrimarum virtutum ſplendore luceas: ego porrò mirarer potius,ni luceres,in quem tot, tantaque Regum,ac Principum maximorum, à quibus trahis originem, lumina non fortuitò incidant,ſed certó iaciantur. Quid ni ſuſpicere in te liceat non adumbratam,ſed ad viuum expreſſam pietatis imaginem,quę in Alfonſo Henrico,regni Portugallię parente, auctoreq; reſplenduit,qui cum bellica virtute,rerumqùe geſtarum gloria nulli eſſet veterum Imperatorum ſecundus, nihil tamen vnquam glorioſius exiſtimauit, quàm Deũ piè colere,opimaqùe illa ſpolia,quę debellatis Regibus detrahebat,amplis Religioſorum cœnobiis exędificandis,templisqùe ſanè magnificis extruendis conſecrare. Nil mirum liberalitatis in te micare lumina, qui in maioribus tuis numeres Regem Dionyſium,tanta liberalitate Principem, vt cum inter Fernandum Caſtellæ,& Iacobum Aragoniæ Reges de ipſo regnandi iure delectus arbiter,eius controuerſiæ componendæ cauſa in Caſtellam,Aragoniamqùe iuiſſet,nullum vtriuſque regni virum

primarium prętermiserit,quin regia planè munificētia amplissimis muneribus exornauerit,ipsiqùe Aragoniæ Regi magnam vim auri mutuam petenti,mutuam illam quidem dare renuerit;sed duplo tamen maiorem gratis donauerit. Et ne singulos Lusitaniæ Reges percensęam, cui admirationem inijciat tuum istud ardentissimum religionis,rerumqùe omnium sacrarum studium, qui paulo attentius contempletur solem illum Orientis Emmanuelem proauum, & Ioannem hoc nomine III.patruum magnum tuum,qui religionis ardore,amplificatione fidei,& in Romanā istam sedem studio nihil vnquam antiquius habuerunt?Iam verò si habēda erat officij ratio, iniustè profectò facerem, si Farnesiorum familiam Societatis nostrę parentem,& altricem prætermittam. Eam Paulus III. Pont. Max. gentis vestrę decus,ornamentumqùe singulare vix dum natam Pontificio sinu peramanter excepit,& cū Apostolica auctoritate confirmauit,quasi paterna benedictione saluam,& incolumen esse precatus est;paulò post crescentem,augescentemqùe in dies benignus parens fouit;robustiorem effectam nouis amplificauit muneribus, ac Pontificijs, ijsqùe amplissimis facultatibus pro incredibili aduersum nos amore,propensioneqùe locupletauit. Non dissimili fuit in nos voluntate patruus tuus Alexander Cardinalis Farnesius,cui vt Paulum III. auum suum, Alexandrum quoqùe antea nominatum omni ex parte referret,idem tantùm locus defuit;merita certè loco illo,& imperio digna minimè defuerunt.Quam ille vnquam nos ornandi occasionem prætermisit? Quam non rerum nostrarum quà gratia,quà auctoritāte, quà opibus propugnationem, defensionemqùe suscepit? Itaqùe extare ęternum voluit suæ erga nos voluntatis, & munificentię monimentum Romanum istud templum professę domus,immensis à se sumptibus,& magnifico opere perfectum; quin ipsam quoqùe domum à fundamentis erigere cogitabat, nisi illum Deus dignum tanto Principe opus molientem morari amplius in terris noluisset.Quod tu opus,Odoarde,tibi, vt par est credere,Diuino consilio, & prouidentia reseruatum, cum pari animi magnitudine, singulariqùe liberalitate modò aggrederis,conficiendūqùe suscipis. His itaqùe maioribus non satis duxisti in generis antiquitatem, & splendorem,virtutumqùe omnium ornamēta succedere,nisi in amorem quoqùe,& voluntatem succederes; tamqùe ad viuum illos & natura,& affectu exprimeres,vt qui te videret,duos in vno Odoardo recordari posset Alexandros. Itaqùe nos cum amas, verè te Farnesium; cum ornas,geminum Alexandrum præbes. Quod ad me attinet,iniquus profectò essem,si Societatis alumnus tam assiduum,per-

amantemqùe

amantemqùe Societatis patronum non adamarem; & aliquo grati animi, amorisqùe testimonio nostrum in te studium non ostenderē. Nec enim, quia id quod debebam, haud possem, debui id, quod poteram, prętermittere: eò vel maximè, quòd non putaui Claudio Aquauiuę Generali Pręposito, ac Parenti nostro dignissimo quicquam me gratius facturum, quàm si te, quē ille vnicè diligit, pręcipuè colerem, suoqùe ac totius Societatis nomine nostram in te, tuosqùe voluntatem, vel hinc ex longinquis Lusitanię oris aperirē. Accipe igitur Odoarde clarissime hoc, qualecumqùe est, nostræ voluntatis officium, exiguum per se licet, sed ex magno tamen amore, tuiqùe obseruandi voluntate profectum, ex qua magni Principes potissimùm solent oblata sibi munera, non ex rerum ipsarum magnitudine ęstimare.

Vale.

Fernandus Rebello Societatis Iesu, D. Theologus, & Academiæ Eborensis Cancellarius.
Studioso lectori S.

PENE erat in prælo præsens opus, quod Blasius Viegas ex Societate nostra in Ioannis Apocalypsim summa cum diligentia per longum tempus apparauerat: cum præuertente Deo anchoræ iactum, præreptus nobis morte fuit immatura, nostro non solùm, sed magno etiam literarũ detrimento. Erat enim vir plane admirabilis, neque religione tantùm, sed omnibus Christiani Doctoris numeris absolutissimus. Iudicio quidem peracri, ingenio acuto, linguarum peritia insignis, & in Diuinis literis, vt qui maximè, versatus. Dedit loculentum veritatis huius testimonium Conimbricæ primùm, Eboræ deinde, seu concionatorem ageret, seu Scripturarum interpretem. Testantur id demum palam quamplurima sacræ paginæ volumina, quæ faustis audientium acclamationibus, magna que nominis celebritate vtrobique, præsertim in Academia Eborensi interpretatus publicè fuit. Eratque spes fore, vt è tam feraci, fæcundo que solo vberiores in singulos dies fructus prouenirent: sed in tanto rerum incremento, quæ mors illum medio currentem cursu intercepit, eadem nobis spes illas ingentes, quas spectata eius virtus, spectatumque ingenium in omnium animis cõcitauerat, non sine magno doloris sensu præcidit. Ille quidem alacris, & meliori spe plenus ad superos, vt credi par est, ascendit, eorum suscepturus laborum præmia, quos tum concionando, tum Diuinas literas interpretando præclara non minùs sanctitatis, quàm sapiẽtiæ testificatione per multos annos excepit. Nos spe nostra deiecti vitæ ludibria, & humanarum rerum inconstantiam incusabimus. Quanquam si ad fructum illum, quem ex eius laboribus Lusitania percepit vniuersa, attendamus, affirmare iure possimus, sibi parum, nobis verò vixisse multũ. Quæ tanta est, vt maior nulla sit, vel vno teste Platone, excellentissimorum Heroum laus, parum sibi, multùm verò reliquis vixisse. Solabitur etiam mæstum tãti viri desiderium, mæroremque aliqua ex parte leuabit è reliquis eius operibus hoc vnum, quod absolutum iam, & ad tectum, vt aiunt, fastigiumque perductum reliquit. Visum namque est Academiæ moderatoribus, præcipuè verò Reuerendo admodum Patri nostro Generali Claudio Aquauiua, vt in publicam literatorum vtilitatem excussum, ne fato occumberet eodem, communi hominũ luce fueretur. In illius commendatione non est, quòd multus sim: qua sit ingenii subtilitate elaboratum; qua claritate conspicuum; quantùm deniq; ex eo Diuini verbi præconibus extare possit emolumenti, lectorum facio iudicium.

Emma-

Emmanuelis Pimentæ Societatis Iesu in laudem Auctoris epigramma.

QVAE sunt, quæ fuerant, quæ facta nouissima fient,
Continet obscura non sine nocte liber.
Non nox vna sacris, sed adest nox plurima chartis:
Ambiguum est, tenebris quæ magis atra suis.
Pagina nulla caret Diuino ænigmate; nodo
Nulla caret multo littera, nullus apex.
Clausa patent demptis reserata volumina signis:
Plurima, post libri signa soluta, latent.
Loricatæ abeunt miranda in bella locustæ;
Cynthius apparet luridus; astra cadunt.
Bellua procedit, densis quæ cornibus horret:
Bella ciet, vincit, vincitur, icta cadit.
Ponitur imperiis cunctis modus; occidit orbis;
Surgit ab occasu pulchrior ipse suo.
Abdita panduntur; clarent obscura; retexti
Soluuntur nodi; quæ latuere, patent.
Lux de nocte venit, rutilant vt lumina noctes:
Ingenio felix, qui valet ista suo.
Quomodo mortalis mens immortalia nouit?
Quomodo clausa aperit, quomodo tecta patent?
Auctori, clauem gestat qui Dauidis, inquit:
Clausa aperi (clauem commodo) claue mea.
Sic duo conueniunt, Auctor maturus, & Agnus:
Iste sacram clauem præstat, at ille manum.

INDEX
LOCORVM SACRAE SCRIPTV-RAE, QVI HOC LIBRO EXPLICANTVR.

Aliquos breuitatis causa misimus. Prior numerus paginam, N. numerum marginis indicat.

Ex Genesi.

Cap. 1 IN PRINCIPIO creauit Deus cælum, & terram. 470. num. 6.

3 Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuũ, & semen illius: ipsa conteret caput tuum. 432. num. 3. Et 603. per integ. sect.

Ne forte mittat manum suam, &c. & comedat, & viuat in æternum. 133. n. 1.

4 Cur concidit facies tua? nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? 791. n. 1.

6 Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. 124. n. 3.

15 Leuo manum meam, &c. quod à filo subtegminis vsq; ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abram. 514. n. 2.

17 Faciam te crescere, & ponam te in gentem magnam, Reges q; ex te egredientur. 32. n. 6.

18 Num amen paritura sum anus? 39. n. 2.

Ego autem sum terra, ac cinis. 597. n. 3.

19 Salua animam tuam, noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni circa regione. 527. n. 4.

20 Ecce dedi mille argenteos fratri tuo: hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunq; perrexeris, memẽto te deprehensam. 584. n. 2.

22 Vade in terram visionis, & ibi offeres eum. 675. n. 1.

Vidit arietem inter vepres hærentẽ cornibus. 678. n. 6.

Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam, &c. 354. n. 2.

24 Egressus fuerat ad meditandum in agro. 56. n. 2.

25 Completi sunt dies Isaac, & appositus est populo suo senex, & plenus dierum. 191. n. 1.

27 Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. 669. n. 7.

Viues in gladio, & fratri tuo seruies. 415. n. 3.

28 Do tibi partem vnam, &c. quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. 225. n. 5.

49 Lauabit in vino stolã suam, & in sanguine vuæ palliũ suum. 36. n. 8.

Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor. 530. n. 3. & 724. n. 2

Ex Exodo.

Cap. 1 QVANDO obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficite, si fœmina, reseruate. 533. n. 2.

Noli adorare Deum alienum. Dominus Zelotes nomen eius, Deus est æmulator. 660. n. 3. 4

Percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, de primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum captiuæ. 24. n. 1. 12

Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris. 427. n. 5.

Quid clamas ad me? 328. n. 3. 14

Venerunt filij Israel in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ. 516. n. 3. 15

Placatus est Dominus, ne faceret malũ, &c. 124. n. 2 21

Ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. 516. n. 2. 24

Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cum serenum est. 426. & 506. n. 2.

Non solidũ, sed inane, & vacuũ facies illud. 191. n. 4 27

Stringesq; tunicam bysso. 751. n. 10. 28

Sculpes eos nominibus filiorum Israel inclusos auro, atque circundatos. 516. n. 4.

Dimitte me, vt irascatur furor meus, &c. 535. n. 3. 32

Non ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via. 490. n. 3. 33

Depone ornatũ tuum, vt sciã, quid faciã tibi. 491. n. 2

Est apud me locus, & stabis supra petram, & transibo, & abscondam te in foramine petræ. 44. n. 4

Ex Leuitico.

QVOD ambulat super manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. 416. n. 1. Cap. 11.

Mulier si suscepto semine pepererit masculũ, immunda erit septem diebus. 607. per integ. sect. 12

Non in rotundũ attõdebitis comã. 421. n. 3. & seq. 19

Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. 471. num. 7. 27

Quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. 471. n. 8.

Ex Numeris.

TOLLITE summam vniuersæ congregationis filiorum Israel, &c. & nomina singulorũ quicquid sexus est masculini à vigesimo anno, & supra omnium virorum fortiũ ex Israel. 533. n. 2. Cap. 1

Radet caput illico in eadem die purgationis suæ, & rursus septima. 425. 6

Ostendat Dñs faciẽ suã tibi, & misereatur tui. 22. n. 1

11 *Nunquid ego concepi hanc multitudinem, &c. vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum? 68.*

13 *Mitte viros, qui considerẽt terram Chanaan, singulos de singulis tribubus ex principibus, &c. 518. n. 7.*

20 *Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis. 562. n 1.*

21 *Fac serpentẽ æneum, & pone eũ pro signo. 561 n. 10*

25 *Suspende eos contra solem in patibulis. 257. n. 2.*

Ex Deuteronomio.

Cap. 21 *SI egressus fueris ad pugnam, &c. & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, &c. radet cæsariẽ, & circũcidet vngues, &c. 429 n. 7*

30 *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. 181. n. 3*

32 *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. 125. n. 4.*

Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, &c. si acuero vt fulgur gladium meum, &c. 95. n. 1. & 439. n. 6.

33 *In dextera eius ignea lex. 212. n. 1.*

Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos &c. & pactum tuum seruauerunt, benedic Domine fortitudini eius. 428. n. 6.

Benedictus in filijs Asser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum, & ferrum, & æs calceamentum eius. 442. n. 1.

34 *Ascendit Moyses supra montem Nebo. Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino. 486. n. 2. & 767. 2.*

Ex Iosue.

Cap. 1 MOyses seruus meus mortuus est. 766. n. 1.

6 *Sit ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea sunt, Domino, &c. 760. n. 3.*

Ex 1. Regum.

Cap. 2 DOnec sterilis peperit plurimos. 20. n. 1.

Ex 2. Regum.

Cap. 7 *ISta est enim lex Adam Domine Deus. 76. n. 2.*

18 *Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon, &c. 529. n. 8.*

Ex 3. Regum.

Cap. 6 OMnes parietes templi sculpsit variis cælaturis, & fecit in eis Cherubim, & palmas, &c. 415. n. 4.

Ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum. 473. n. 4. & 474. n. 5.

7 *Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis. 474 n. 7.*

10 *Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, &c. 519. n. 6.*

Vsque quo claudicatis in duas partes. 18. n. 2. 18

Nonne vidisti humiliatũ Achab corã me. 492. n. 2. 21

Ex 4. Regum.

Cap. 21. EXtendam super Hierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab. 322.

Ex 2. Paralip.

Cap. 4 FEcit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grãdem, &c. 474. n. 7.

20 *Cumq; stetisset Iosaphat in medio cætu Iudæ, & Hierusalem in domo Domini ante atriũ nouũ. 476. n. 9.*

Ex 2. Esdrę.

Cap. 13. IN diebus illis vidit Iudæos ducentes vxores Azotidas, Amonnitidas, & Moabitidas, & filii eorum ex media parte loquebãtur Azotice, & nesciebant loqui Iudaice, & loquebãtur iuxta linguã populi, & populi. 506. n. 1.

Ex lib. Iudith.

Cap. 8. ERat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. 755. n. 2.

Ex Esther.

Cap. 5 ETiamsi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. 573. n. 3.

Ex Iob.

Cap. 1. 4 NVNquid Iob frustra timet Deum? 13. n. 5.

Vidi eos, qui operãtur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, &c. 433. n. 5.

Tigris periit, eo quod non haberet prædam. 525. n. 7.

Qui ponit humiles in sublimi. 597. n. 5. 5

6 *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera. 322.*

Ingredieris in abundãtia sepulchrum. &c. 191. n. 2.

Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum. 444. n. 3.

7 *Dies mei velocius transierunt, quàm a texẽte tela succiditur. 325. n. 1.*

Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. 537. n. 4.

9 *Qui graditur super fluctus maris, qui facit Arcturum, & Oriona. 452. n. 2. & 527. n. 4.*

12 *Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. 32. n. 6. & 127. n. 7.*

13 *Prius vos ostendens fabricatores mendacij. 763. n. 1*

Obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti 102. n. 3.

15 *Contra omnipotentem roboratus est, &c. 313. n. 4.*

16 *Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum, circundedit me lanceis suis. 504 n. 2.*

Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. 491. n. 1.

19 *In nouissimo die de terra, &c. et in carne mea videbo Deum saluatorem meum. 29. n. 3. et 30. n. 5.*

20 *Panis eius in vtero illius vertitur infel aſpidum intrinſecus,&c. 393.n. 2.*

26 *Qui tenet vultum ſolii ſui, &c. 254. n. 7.*
Spiritus eius ornauit cælos, & obſtetricante manu eius eáuctus eſt coluber tortuoſus. 443.n.2.

29 *Iuſtitia indutus ſum,et veſtiui me quaſi veſtimẽto. 69. n. 2.*
Oculus fui cæco, & pes claudo. 18. n.2.
Siquando ridebam ad eos, non credebant,et lux vultus mei non cadebat in terram. 68.
In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. 536. n.3.

31 *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidẽ de virgine. 428. n.5.& 524. n.5.*
Semper quaſi tumẽtes ſuper me fluctus timui Deũ, & pondus eius ferre non potui. 40.n. 1.
Librum ſcribat ipſe, qui iudicat, vt in humero meo portem,&c. 182. n.8.

33 *Conteret multos, et innumerabiles, et ſtare faciet alios pro eis. 201. n.4.*

36 *Effundit imbres adinſtar gurgitum, qui de nubibus fluunt. 42.n.5.*

39 *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, &c. 189.n.3.et 442.n. 2.*
Nunquid volet Rhenoceros ſeruire tibi? aut morabitur ad præſepe tuum? nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo?&c. 566.n.7.
Pulli eius lambent ſanguinem. 513.n.6.

40 *Stringit caudam ſuam quaſi cedrum. 530.n.2.*
Nunquid pones circulum in naribus eius? 763. n.1.

41 *Quis reuelabit faciem indumẽti eius,&c. portas vultus eius quis aperiet? 443. n. 1. et 710. n. 2.*
Per gyrum dentium eius formido. 417.n.3.
Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquammis ſeſe prementibus,&c. et ne ſpiraculum quidẽ incedit per eas. 726. n. 3.
Ferueſcere faciet quaſi ollã profundum maris,et ponet quaſi cum vnguenta bulliunt. 434. n.6.

42 *Auditu auris audiui te,nunc autem oculus meus videt te. 101.n.2.*

Ex Pſalmis.

Cap. 2 *EGo autẽ cõſtitutus ſum Rex ab eo,&c. 31.n.4*
Filius meus es tu: ego hodie genui te. 51.n.4.
Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli, &c. 184. n. 3. & ſeq.
Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus. 34. n. 1. & 749. n. 6.
Filii hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? 762. n. 1.

7 *Exurge Domine Deus in præcepto, quod mandaſti, & ſynagoga populorũ circũdabit te. 492.n. 3.*
Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum,&c. 97. n. 3. & 314. n. 3.

9 *Contere brachium peccatoris, &c. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. 82.n.3.*
Dum ſuperbit impius, incenditur pauper. 715. n.5.

10 *Oculi eius in pauperem reſpiciũt, palpebræ eius,&c. 82. n. 2.*

11 *In circuitu impij ambulant. 422. n. 4.*

13 *Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ. 419.n. 2.& ſeq.*

15 *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum, &c. 28. n. 2.*

16 *A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me vt pupillam oculi. 46.n. 6.*

18 *Cæli enarrant gloriam Dei. 336. n. 4.*
Non ſunt loquelæ, neque ſermones,&c. ibid.
In omnem terram exiuit ſonus eorum. 323.n.3.
In ſole poſuit tabernaculum ſuum. 65.n.1.

21 *Deus Deus meus,&c. quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba delictorum meorum. 498.n.1.*
Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ,&c. 136.n.1. (cuæ,&c. 500.n 4

22 *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco Paſ-*
Virga tua,et baculus tuus ipſa me cõſolata ſũt. ib.

24 *Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. 447.n.1.*

27 *Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea cõfitebor ei. 670.n.5.*

29 *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conciſti ſaccum meum,&c. 491.n.1. (97.n.4.*

32 *Ipſe dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt.*
Fallax equus ad ſalutem,&c. 311.n.2.

33 *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eũ, & eripiet eos. 540.n.6. (498.n.1.*

34 *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.*

35 *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ,&c. 362.n.5.*

36 *Suſtinentes autem Dominum inhæreditabunt terram, & adhuc puſillum,&c. 12.n.2.*
Beatus, qui tenebit,et allidet paruulus tuos ad petram. 526.n.3.

39 *In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt facerẽ voluntatẽ tuã, &c. et legẽ tuã in medio cordis mei. 26. & (693.n.6.*
Aures autẽ perfeciſti mihi. 129.n.2.

44 *Speciouſus forma præ filiis hominũ: diffuſa eſt gratia in labiis tuis. 588.n.8.& 656.n.3.*
Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis,&c. 429.n.7.

47 *In ſpiritu vehementi conteres naues tharſis. 234.n. 3.et 708.n.1.*

48 *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me. 432.n.3. (dolos. 418.n.1.*

49 *Os tuũ abundauit malitia,et lingua tua cõcinnabat*

50 *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.* 545. *n.* 1.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, &c. 36. *n.* 7.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. 754. *n.* 3.

51 *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei,* &c. 227. *n.* 6.

54 *Ecce elõgaui fugiẽs, & mansi in solitudine.* 536. *n.* 2.

Extendit manum suam in retribuendo. 91. *n.* 2.

56 *Filij hominũ dentes eorũ arma, & sagittæ.* 419. *n.* 3.

57 *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* 497. *n.* 3.

59 *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* 561. *n.* 10.

61 *Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* 573. *n.* 3.

64 *Te decet hymnus Deus in Sion.* 553. & 583. *n.* 4.

Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento. 511. *n.* 4.

65 *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* 763. *n.* 3.

66 *Illuminet vultum suum super nos,* &c. 22. *n.* 1.

67 *Dixit Dominus: Ex Basan conuertam,* &c. *Vt intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipso.* 497. *n.* 3.

Increpa feras arundinis. 435. *n.* 7.

68 *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.* 409. *n.* 5.

70 *Tanquam prodigium factus sum multis.* 556. *n.* 5.

71 *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis.* 618. *n.* 2.

Erit firmamentũ in terra, in sũmis montiũ. 167. *n.* 8.

Ante solem permanet nomen eius. 619. *n.* 4.

Benedicentur in ipso omnes tribus terræ. 47. *n.* 1.

72 *Non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum.* 105. *n.* 3.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. 312. *n.* 4.

Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei. 514. *n.* 2.

73 *Redemisti virgam hæreditatis tuæ.* 31. *n* 3.

Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum. 503. *n.* 2.

Operatus est salutem in medio terræ. 67. *n.* 1.

74 *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* 459. *n.* 5. & 471. *n.* 7.

Calix in manu Domini, &c. *inclinauit ex hoc in hoc. Veruntamen fæx eius non est exinanita.* 324. *n.* 3. & 508. *n.* 2.

Dormitauerunt, qui ascenderunt equos. 311. *n.* 2. 75

Anticipauerunt vigilias oculi mei. 457. *n.* 2. 76

Nũquid in finẽ misericordiã suã abscindet? 223. *n.* 4

Nunquid obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? 100. *n.* 5.

Nunc cæpi: hæc mutatio, &c. 206. *n.* 4.

Ædificauit sicut vnicornium Sanctificium suum in terra. 423. *n.* 5.

Auerterunt se, &c. *Conuersi sunt in arcum prauũ.* 77
315. *n.* 4.

Redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ. 20. *n.* 1. 78

Ostende faciem tuam, & salui erimus. 22. *n.* 1. 79

Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. 31. *n.* 4.

Operuisti omnia peccata eorum: mitigasti omnem 84
iram tuam, &c. 565. *n.* 4.

Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. 565. *n.* 5.

Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium 85
ancillæ tuæ. 618. *n.* 2.

Sicut lætantiũ omniũ habitatio est in te. 408. *n.* 4. 86

Æstimatus sum cum descendẽtibus in lacum, factus 87
sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. 692. *n.* 4.

Quoniam dixisti: Misericordia ædificabitur in cælis, 88
&c. 222. *n.* 3.

Tu dominaris potestati maris, motum autẽ fluctuũ eius tu mitigas. 451. *n.* 2.

Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta, &c. 24. *n.* 5.

Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorũ 89
anni erunt. 11. *n.* 2.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris 90
tuis. 241. *n.* 10.

Iustus vt palma florebit. 362. *n.* 4. 91

Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Domi- 92
nus. 452. *n.* 2.

Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis la- 93
borem in præcepto? 611. *n.* 2.

Propter quod infensus fui generationi huic. 124. *n.* 3 94

Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes ad 98
inuentiones eorum. 92. *n.* 3.

Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. 100
457. *n.* 3.

Similis factus sum pelicano solitudinis, etc. 536. *n.* 3 101

Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. 549. *n.* 3. 102

Secundum altitudinem cæli à terra corroborauit mi-
sericordiam suam super timentes se. 628. *n.* 2.

Extendens cælum sicut pellem. 336. *n.* 4. 103

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos,
&c. 361. *n.* 3.

Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ: ortus est sol, & congregati sunt, &c. 458. *n.* 3.

Hoc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus, &c. 709. *n.* 3 & seq.

Draco iste, quem formasti ad illudendū ei. 155. *n.* 4.

106 *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim* 452. *n.* 3.

105 *Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum* 500. *n.* 4

Tecum principium in die virtutis tuæ. 32. *n.* 6. & 50. *n.* 3.

In splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te 620. per integ. sect. & 697. *n.* 4.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, &c. 531. *n.* 2. (551. *n.* 4.

De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

114 *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.* 100. *n.* 5. (764. *n.* 3.

115 *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.*

117 *Circundederunt me sicut apes.* 671. *n.* 6.

118 *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Dñi* 18. *n* 2.

Tu mādasti mandata tua custodiri nimis. 611. *n.* 1.

Viam mandatorum tuorum cucurri 18. *n.* 2.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo 462.

8 *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua* 457 *n.* 2.

Septies in die laudem dixi tibi. 20. *n.* 1.

120 *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, &c.* 537. *n.* 4.

128 *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nūc Israel, &c. etenim non potuerunt mihi.* 505. *n.* 5.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. 450. *n.* 1.

Fiant sicut fœnum tectorum, &c. 192. *n.* 7.

129 *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* 35. *n.* 5.

132 *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* 329. *n.* 5.

134 *Fulgura in pluuiam fecit.* 229. *n.* 5.

138 *Perfecto odio oderam illos, &c.* 112. *n.* 2.

140 *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis.* 586. *n.* 2. (360. *n.* 2.

147 *Quoniam confortauit seras portarum tuarum, &c.*

Ex Prouerbiis.

Cap. 5 CERVA charissima, & gratissimus binnulus: vbera eius inebrient te, &c. 521. *n.* 2.

Funibus peccatorum suorum constringitur impius. 450. *n.* 1.

6 *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, et disce sapientiam, &c.* 458. *n.* 3. & seq.

Dñs possedit me in initio viarum suarum. 25. *n.* 3. 8

Ab æterno ordinata sum: nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Quando præparabat cælo, aderam, &c. 578. *n.* 4.

Ludens in orbe terrarum, &c. 11. *n.* 2. & 564. *n.* 3.

Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem 10
ipse sequitur aues volantes 763. *n.* 1.

Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. 115. 14

Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum põ 16
derator est Dominus. 471. *n.* 7.

Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. 144. *n.* 2. 19

Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota re- 20
tractare. 156. *n.* 2.

Vir obediens loquetur victorias. 132. *n* 3. 21

Quãdo sederis, vt comedas cum principe, attẽde, &c. 23
136. *n.* 1.

Ne attingas paruulorum terminos, &c. propinquus enim illorum fortis est, &c. 40. *n.* 1.

Noli esse in conuiuiis potatorum, &c quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur. 418. *n.* 2. & 419. *n.* 3.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus igno- 30
ro &c Viam colubri super terram. 498. *n.* 1.

Formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi, lepusculus plebs inualida, &c. Regem locusta non habet, &c. Stellio manibus nititur, &c. 412. *n.* 2.

Mulierem fortem quis inueniet? &c. Confidit in ea 31
cor viri sui, & spoliis non indigebit. 605. *n* 3.

Byssus, & purpura indumentum eius 318. *n.* 2.

Ex Ecclesiaste.

VIDI seruos in equis, & principes ambulãtes *Cap.* 10.
quasi seruos, &c 311. *n.* 2.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia 11
post tempora multa inuenies illum. 20. *n.* 1.

Ex Canticis.

OSculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt *Cap.* 1.
vbera tua vino. 34. *n.* 1. & 72. *n.* 1. & 588. *n.* 7.

Oleum effusum nomen tuum 324 *n* 3.

Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorũ tuorum. 91. *n.* 3.

Recti diligunt te. 577. *n.* 1. (*&c.* 35. *n.* 4.

Nigra sũ, sed formosa, &c. sicut tabernacula Cedar,

Nolite considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me sol 102. *n.* 2. & 510. *n.* 2.

Filii matris meæ pugnauerunt contra me 521. *n.* 2

Si ignoras te, ô pulcherrima, &c. egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, &c. 319. *n.* 4.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. 577. *n.* 2.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. 592. *n.* 1.

UNIVERSIDAD DE GRANADA

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. 592. *n.* 1.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. 671. *n.* 7.

2 *Ego flos campi, et lilium conuallium.* 84. & 232. *n.* 4. *et* 668. *n.* 1.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. 154. *n.* 2.

Stipate me malis, quia amore langueo. 225. *n.* 4.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius, &c. 92. *n.* 4. & 511. *n.* 3.

Iam hyems trãsiit, imber abiit, et recessit. 152. *n.* 4.

Veni columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. 44. *n.* 4.

3 *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea.* 537. *n.* 4.

Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas, &c. ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã. 581. *n.* 2.

Vniuscuiusq; ensis super femur suum. 94. *n.* 2.

Ferculũ fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, &c. ascensum purpureum. 426. & 499. *n.* 2.

Egredimini, & videte filiæ Sion regẽ Salomonẽ in diademate, &c. 315. *n.* 5. & 630. per int. sect.

4 *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet.* 582. *n.* 1. & seq. & 583. *n.* 3. & seq.

Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce. 586. *n.* 1. (584. *n.* 1. & seq.

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ. 139. &

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, &c. 513. *n.* 7. *et* 563. *n.* 3. & 389. *n.* 1. *et* 590. *n.* 3. & seq.

Veni de Libano sponsa mea, coronaberis de cubilibus leonum, &c. 316.

Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, in vno oculorũ tuorũ, et in vno crine colli tui. 79. *n.* 1. *et* 560. *n.* 8. & seq.

Fauus distillans labia tua. 456. *n.* 5.

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. 700. *n.* 3.

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, &c. 134. *n.* 3. *et* 319. *n.* 4. & seq.

5 *Messui myrrham meam cum aromatibus meis.* 377. *n.* 4.

Comedi fauum meum cũ melle meo, &c. 165. *n.* 6.

Ego dormio, & cor meum vigilat. 560. *n.* 8.

Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. 755. *n.* 1.

Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectũ meũ, vt nuncietis ei, quia amore lãgueo. 560. *n.* 7

Caput eius aurum optimum, &c. 515. *n.* 3.

Comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. 80. *n.* 2. & 318. *n.* 3. *et* 580. *n.* 1.

Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarũ, &c. 82. *n.* 2.

Labia eius lilia distillantia myrrham primam. 89.

Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. 96.

Et totus desiderabilis. 499. *n.* 1. (*n.* 2. & 441.

Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sũt super bases aureas. 86. *n.* 7. *et* 447. *n.* 1. & 449. *n.* 1

Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. 42. *n.* 4. & 577. *n.* 1. (120. *n.* 5. 6

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgẽs?

Pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorũ acies ordinata. 577. *n.* 2.

Descẽdi in hortum nucum, vt viderẽ poma cõuallĩ. 500. *n.* 4.

Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorũ? 131. 7

Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. 515. *n.* 3. & 596. *n.* 2. (*n.* 4.

Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. 595.

Collum tuum sicut turris eburnea. 514. *n.* 1.

Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. 355. *n.* 4. & 583. *n.* 5.

Comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. 318. *n.* 2. & 560. *n.* 9.

Statura tua assimilata est palmæ. 151. *n.* 1. & 578. *n.* 3. & 604. *n.* 1.

Ascendam in palmam, et apprehendam fructus eius. 135. *n.* 5. & 318. *n.* 3.

Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. 514. *n.* 2.

Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculũ 8
super brachium tuum. 353. *n.* 4. & 720. *n.* 4.

Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea, &c. 514. *n.* 1.

Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum, &c. 514. *n.* 1.

Vinea mea est in conspectu meo, mille Salomoni, & ducenti, qui seruant fructum eius. 752. *n.* 10.

Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum. 618. *n.* 1.

Ex lib. Sapient.

NON tãget illos tormentum mortis. 326. *n.* 3. *Cap.* 3

Mitte sapientiam de cælis sanctis tuis, vt mecum sit, & mecum laboret. 181. *n.* 4. 9

Miserere omnium, quia omnia potes. 448. *n.* 2. 11

Magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. 570. *n.* 4. 18

Ex Ecclesiastico.

SECVNDVM magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. 558. *n.* 4. *Cap.* 2

Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. 433. *n.* 5. 7

21 *Quasi à facie colubri fuge peccata.394. num. 2. & 527.n.4.*

24 *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.25.n.3.*

Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.563.n.3.

27 *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.714.n.2.*

Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi podèrem honoris.69.n.2.

28 *Verbis tuis facito stateram.587.n.4.*

36 *Secũdum benedictionẽ Aaron da populo tuo.22.n.1*

38 *Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis. 181.n.3.*

Figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, &c. In brachio suo formauit lutũ, & ante pedes suos curuabit virtutem suã.558.n.3.

43 *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, &c. 224.n.4.*

In sermone eius siluit ventus, & cogitatione placauit abyssum, et plantauit illum Dominus Iesus. 452.n.2.

44 *Enoch placuit Deo, et translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam.476.n.1. & seq. & 479.n.2. & 484.n.9. & 485.*

48 *Surrexit Helias Propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat. 314.n.3.*

Ex Esaia.

Cap.1 *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, &c.35.n.7.*

2 *Ingredere in petram, et abscondere in fossa humo, &c.44.n.4.*

3 *Lingua eorum, et adinuentiones eorum contra Dñm, vt prouocarent oculos maiestatis eius.82.n.3.*

4 *Apprehendent septẽ mulieres virũ vnũ dicẽtes: Inuocetur nomen tuũ super nos, aufer opprobrium nostrum.21.n.2.*

In die illa erit germẽ Dñi in magnificẽtia. 260.n.7

5 *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. 488.n.3.*

Propterea dilatauit infernus animam suam, &c. 327.n.3.

Ideo iratus est furor Domini in populum, et extendit manum suam 91.n.2.

Leuabit signum in nationibus, et sibilabit ad eũ de finibus terræ, et ecce festinus velociter veniet. 142 n.3. & 503.n.2.

6 *Volauit vnus de Seraphim habens in manu calculũ, &c.86.n.8.*

7 *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.632.* per integ. sect.

8 *Sume tibi librũ grandẽ, et scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, citò prædare.255.n.10. & 649.* per integ. sect.

Accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. 642. per integ. sect.

Zelus Domini exercituum facitt hoc.660.n.3.

9 *Iugũ oneris eius, et virgã humeri eius, &c. superasti sicut in die Madian.528.n.6. & seq.*

Factus est principatus super humerum eius 30.n.1.

Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.572.n.11. & 657. per integ. sect.

Sciat omnis populus Ephraim, et habitantes Samariam in superbia, &c. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, &c.514.n.1.

10 *Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? 551.n.3.*

Computrescet iugum à facie olei.181.n.3.

11 *Egredietur virga de radice Ießе, & flos de radice eius ascendet.259.n.5. & seq. & 519.n.3. & 662* per integ. sect.

In die illa radix Ießе, qui stat in signum populorum, &c.259.n.5. & seq.

14 *Sedebo in monte testamenti, &c.227.n.5.*

16 *Emitte agnum Dñe dominatorem terræ de petra deserti, &c.261.n.3. & 262.n.4. & 562.n.1. & 672.* per integ. sect.

Vĕter meus ad Moab quasi cithara sonabit.757.n.1

19 *Ecce Dñs ascendet super nubem leuem. 41.n.3. & 679.* per integ. sect.

22 *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, &c.126.n.5. & seq.*

Quasi pilam mittet te in terram latam.126.n.6.

Dabo clauẽ Dauid super humerum eius.30.n.1.

Figam illam paxillum in loco fideli, et erit in solium gloriæ domui patris sui, &c.267.n.3.

23 *Erubesce Sidon: ait enim mare: fortitudo maris dicens: Nõ parturini, & non peperi, &c. 788.n.3.*

24 *Erubescet luna, et confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion.335.n.2.*

25 *Confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes tuas antiquas fideles, Amen.33.*

26 *Misereamur impio, et non discet iustitiam.92.n.3.*

A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus.230.n.7.

27 *Visitabit Dñs in gladio suo, &c. super Leuiathan serpentem vectem, et super Leuiathan serpentẽ tortuosum.444.n.2.*

In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam.323.n.2.

Florebit, & germinabit Israel.430.n.8.

28 *In illa die erit Dñs exercituũ corona gloriæ, & sertũ exultationis residuo populi sui.361.n.3.*

Quẽ docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? Ablactatus à lacte, &c.74.n.4.

Manda, remanda, expecta, reexpecta.176.

Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. 179. n. 5.

Qui crediderit, non festinet. 55. n. 5.

Vt faciat opus suum, alienũ opus eius ab eo, &c. 222 n. 4. & 449 n. 4.

30 In silentio, & spe erit fortitudo vestra. 537. n. 4.

Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ, &c. 254 n. 9.

Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter. 98 n. 2.

In tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnauit eos. 131.

Erit cultus iustitiæ silentium. 537 n. 4.

32

34 Occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum. 177. n. 5.

35 Gloria Libani data est ei, decor Carmelli, & Saron. 579. n. 1 & 683. n. 4.

Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. 683. n. 4.

38 Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit? 779. n. 1.

40 Suscepit de manu Dñi duplicia pro peccatis. 176. n. 3

Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fœnum, &c. 385 n 4.

Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit. 507. n. 3.

Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt, &c. 564. n. 2.

Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. 171. n. 2.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. 681. per integram sect.

49 In vacuum laboraui, sine causa consumpsi fortitudinem meam. 114 n. 2.

50 Ecce enim in iniquitatibus vestris vẽditi estis, & sine argento redempti. 211 n 5.

51 Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernã laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, &c. 705. n. 3. & seq.

52 Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. 211. n. 4.

Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem. 86. n. 7.

Parauit Dominus brachium suum in oculis omnium gentium 691 n. 2.

Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, mundamini, qui fertis vasa Domini. 427. n. 4.

53 Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti 685. per integ. sect.

Vidimus eum despectum, & nouissimum virorum. 140. n 1 & 141 n. 3.

Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. 694. n 7.

Posuit Dominus in eo iniquitatem omniũ nostrũm. ibi.

Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. 693. n. 5.

Generationẽ eius quis enarrabit? 688. per int. sect.

Abscissus est de terra viuentium, &c. 260. n. 7.

Voluntas Dñi in manu eius dirigetur. 694. n. 6.

Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sappbiris, &c. 423. n. 6. 54

Ponam in iaspidem propugnacula tua, &c. Vniuersos filios tuos doctos à Domino. 654.

Ecce ego creaui fabrũ sufflantem in igne prunas. 716. n. 5.

Qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, &c. 211. n. 4. 55

Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus. 23 n 2.

Derelinquat impius viam suam, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, quia multus est ad ignoscendum. 448. n. 2.

Hæc dicit Dominus eunuchis, qui custodierunt Sabbatha mea, &c. Dabo eis in domo mea locum, & nomen melius à filiis, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. 748. n. 4. 56

Viri misericordiæ colliguntur, quia non est, qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus. 534. n 3. 57

Quasi tuba exalta vocem tuam. 61. 58

Oua aspidum ruperunt, &c. & quod confotum est, erumpet in regulum. 315. n. 4. 59

Qui sunt isti, qui vt nubes volant? 42. n. 5. 60

Ponam te in superbiam seculorum, &c. Suges lac gẽtiũ, & mamilla regũ lactaberis. 847. n. 5. & seq.

Gaudens gaudebo in Domino, &c. quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. 69. n. 2. & 511 n. 3. 61

Propter Sion non tacebo, donec egrediatur vt splẽdor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. 601. n. 1. & 696. per integ. sect. 62

Vocabitur tibi nomen nouũ, quod os Domini nominabit. 170.

Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest &c. 433. n. 5.

Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum. 72. n. 2. 63

Facti sumus vt immũdus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. 830. n. 5 64

Dixi: Ecce ego ecce ego, ad gentem, quæ non inuocabat me. 232. n. 4. 65

Qui benedictus est super terram, benedicetur amen. &c 38 n 1.

Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedũ meorum. 507. n. 3. 66

Ad quem respiciam nisi ad pauperculũ? &c. 426.

Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit, et peperit Sion filios suos. 533. *n.* 3.

Lætamini cũ Hierusalem, &c. vt sugatis, & repleamini ab vbere. 72. *n.* 1.

Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius 40. *n.* 2.

Ex Hieremia.

Cap. 1 *A, A, Domine Deus meus nescio loqui, quia puer ego sum.* 455. *n.* 4. (780. *n.* 2.

Virgam vigilantem ego video. 83 *n.* 3. & 462. &

3 *Assumeam nos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, etc.* 354. *n.* 2.

4 *Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum, etc.* 652 *n.* 8.

6 *Probatorem dedi te in populo meo, & scies, & probabis viam eorum.* 114. *n.* 2.

11 *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, etc.* 510. *n.* 4. (234. *n.* 4.

12 *Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi, etc.*

13 *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinauit mihi, etc.* 75. *n.* 1.

15 *Noli in patientia tua suscipere, etc.* 778. *n.* 4.

1 *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* 34. *n.* 1.

23 *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Iehouah iustus noster.* 569. *n.* 3.

30 *Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli.* 177. *n.* 6. (rans. 33. *n.* 1.

31 *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te misericordia.*

Vsquè quo delicus dissoluèris filia vaga? quia creauit dominus nouum super terram: Fœmina circumdabit virum. 698. per integ. sect.

Ædificabitur ciuitas Domini, & exibit vltra normam mensuræ 323 *n.* 3. (tiæ. 25. *n.* 2.

33 *In tẽpore illo germinare faciã Dauid germen iustitiæ.*

Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, etc. 572. *n.* 10.

Ex threnis.

Cap. 1 *Vocauit aduersus me tempus.* 459. *n.* 6.

2 *Cogitauit dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum* 323. *n.* 2.

3 *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam: misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* 503. *n.* 2. & 504. *n.* 4.

Fregit ad numerum dentes meos: cibauit me cinere 354. *n.* 2. & 449. *n.* 4.

Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit. 536. *n.* 3.

Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobriis. 552. *n.* 6. (minũ. 2 23. *n.* 4.

Non ex corde suo humiliauit, & abieci filios hominum.

Quomodo obscuratum est aurum, & dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omniũ platearum. Filii Syon inclyti. 414. *n.* 2. 4

Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. 319. *n.* 4.

Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorũ, quæ subuersa est in momẽto. 105. *n.* 3.

Nazarei eius candidiores niue, nitidiores lacte. 234. *n.* 4. & 426. *n.* 4.

Spiritus oris nostri Christus Dominus, etc. 575. *n.* 6. 6

Ex Baruch.

Cap. 3 *Stellæ dederũt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt, etc.* 90. *n.* 1.

Ex Ezech.

Cap. 1 *Species eius quasi species electri.* 84. *n.* 2. & 90. *n.* 3.

Similitudo super capita animalium firmamẽti quasi aspectus crystalli. 254. *n.* 7.

Super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni. 507. *n.* 3.

Vt adamãtem, & vt silicem dedi faciem tuam. 782 3

Et tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, etc. 547. *n.* 3. 4

Sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murũ ferreum inter te, & inter ciuitatem. 461. *n.* 2.

Ecce venit, floruit virga, germinauit superbia. 470. *n.* 5. 7

Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me, etc. 428. *n.* 6. 8

Fode tibi parietem, & ingredere, & vide abominationes pessimas. 114. *n.* 3.

Ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem, etc. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat linteis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. 829. *n.* 3. 9

A Sanctuario meo incipite. 471. *n.* 8.

Transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tẽpus amantium. 661. *n.* 3. 16

Ornata es auro, & argẽto, & vestita es byssо, & profecisti in regnum 631. *n.* 2.

Auferetur zelus meus à te, et quiescam, nec irascar amplius. 92. *n.* 3. & 176. *n.* 2.

Iustificata est Sodoma soror tua ex te. 207. *n.* 6.

Restituetur Sodoma in antiquum. 494. *n.* 1.

Sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de 17

vertice ramorum eius tenerum distringam, &c.
20 Stilla ad Africum. 778. n. 3. (260. n. 7.
21 Aufer cidarim, tolle coronam: nonne hæc est, quæ humilem sublevauit? 413. n. 1.
22 Apropinquare fecisti dies tuos, &c. 125. n. 4.
28 Tu signaculum similitudinis, &c. 720. n. 4.
30 Brachium Pharaonis confregi, et ecce non involutum est, &c. 77. n. 7.
40 Funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. 468. n. 1.
Ante frontes picturam palmarum. 362. n. 4. (& c. 61.
Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinsecus,
41 Platea erat in rotundum ascendens sursum per rotundum, &c. 54. n. 4.
Fabrefacta Cherubim, & palmæ, & palma inter Cherub, &c. 151. n. 1.
44 Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non intrabit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, &c. 701. & sequ. per integ. sect.

Ex Daniele.

Cap. 2 VIDEBAS ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam, et factus est mons magnus, & implevit vniversam terram. 704 & seq. per int. sect.
5 Appensus es in statera, et inventus es minus habens. 322.
7 Videbam in visione mea nocte, et ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari. 708. n. 1.
Porro cornua decem decem reges erunt, et alius consurget post eos, et ipse potentior erit prioribus. 525. n. 1.
Tradentur in manus eius vsque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis. 548. n. 2.
8 Tu autem Daniel claude sermones, et signa librum vsque ad tempus statutum. 853. n. 4.
9 Stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi. 778. n. 3.
10 Ego veni propter sermones tuos: princeps autem regni Persarum restitit mihi, et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, &c. 539. n. 3.
11 Deum patrum suorum non reputabit, et erit in concupiscentiis fœminarum. 717. n. 1.
In tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. 740. n. 3.
A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio, &c. 735. n. 1.

Ex Osea.

Cap. 2 ECce lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, &c. 56. n. 2. 535. n. 2.
Sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mihi in iustitia, &c. et sponsabo te mihi in fide. 508. n. 2
Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et viuemus ante faciem eius. 22. n. 1. 248. n. 3 6
Misericordiam volui, et non sacrificium. 38. n. 3.
Ego erudiui eos, et confortaui brachia eorum, &c. facti sunt quasi arcus dolosus. 315. n. 4. 433. n. 4 7
Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ. 12. n. 2. 10
Innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitiam. 653 n. 9.
In funiculis Adam trahabam eos, in vinculis charitatis 76. n. 2. 11
Inualuit ad Angelum, et confortatus est, fleuit, & rogauit eum. 535. n. 3. 12
Chanaan in manu eius statera dolosa, &c. 331. n. 2
Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. 393. n. 1.
Erunt quasi nubes matutina, &c. Et sicut fumus de fumario. 411. n. 4. (47. n. 2. 13
Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum.
Colligata est iniquitas Ephraim, &c. 125. n. 4.
Ero quasi ros: Israel germinabit sicut lilium, et erumpet radix eius vt Libani. Erit quasi oliua gloria eius, &c. Vinent frumento 137. n. 2. 488. n. 3. 14

Ex Ioel.

RESIDVVM erucæ comedit locusta, residuum locustæ comedit bruchus. 411. n. 1. Cap. 1

Ex Amos.

ECCE vir stabat super murum adamantinum, et in manu eius adamas 423. n. 6. 505. n. 6. Cap 7
Humus tua funiculo metietur, et tu in terra polluta morieris. 323. n. 2.

Ex Ionæ.

IN qua sunt plusquam centum viginti millia hominum qui nesciunt quid sit inter dextram, et sinistram suam. 746. n. 4. Cap. 4

Ex Michæa.

PRæcocas fico desiderauit anima mea. 354. n. 2 Cap 7

Ex Nahum.

DOminus patiens, et magnus fortitudine 115. Cap. 1

Ex Abachuch.

SCRIBE librum, & explana eum super tabulas. 255. n. 10. Cap. 2
Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud. 557. n. 2. 3
Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius 265. n. 3.
Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ salvatio. 47. n. 2.

Fluuios sciendes terræ. 195. *n.* 4. (*n.* 4.
Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. 99.
In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ. 229. *n.* 3.
Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarũ multarum. 452. *n.* 3. *&* 708. *n.* 2.
Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat. 779. *n.* 4.

Ex Sophonia.

Cap. 1 *IN tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis.* 459. *n.* 5.
Cap. 3 *Reddam populis labium electum, &c. & seruient ei humero vno.* 181. *n.* 4.

Ex Zach.

Cap. 1 *ET leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua, &c. Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Hierusalem.* 505. *n.* 6.
2 *Ego ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius.* 512. *n.* 5. & seq.
Qui tetigerit vos, tãgit pupillã oculi mei. 45. *n.* 6.
3 *Ecce ego adducam seruum meũ orientem.* 25. *n.* 2.
Super lapidem vnum septem oculi sunt. 81. *n.* 1.
Ecce ego cælabo sculpturam eius. 168. *n.* 1.
4 *Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram.* 81. *n.* 1.
5 *Vt ædificetur ei domus in terra Semnaar, &c.* 732 *n.* 5.
6 *Sumes aurum, & argentũ, & facies coronas, & pones in capite Iesu filii Iosedec.* 316. *&* 520. *n.* 8.
9 *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, &c. Conuertimini ad munitionem vincti spei, &c.* 496. *n.* 2.
Lapides sãcti eleuabũtur super terrã eius. 520. *n.* 8.
12 *Ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis populis, &c.* 13. *n.* 4.
Aspicient ad me, quem confixerunt. 43. *n.* 1. *&* seq.
Et plangẽt eum planctu quasi super vnigenitũ, &c. 47. *n.* 1.
14 *Venient omnes gẽtes, & adorabũt regẽ Dei.* 31. *n.* 4.

Ex Malach.

Cap. 3 *COLABIT filios Leui.* 459. *n.* 5.
4 *Et sanitas in pennis eius.* 182. *n.* 7. 510. *n.* 1.
Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. 490. *n.* 3.

Ex Matth.

Cap. 2 *VT impleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.* 662. *n.* 1. *&* seq.
5 *Beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, &c.* 715. *n.* 4.
Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. 38. *n.* 3. 6
Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, &c. 428. *n.* 6. 10
Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. 53. *n.* 3. 11
Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Calicem quidem meum bibetis. 552. 5. 20
In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo. 747. *n.* 3. 22
Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. 513. *n.* 7. 24
Et stellæ cadent de cælo. 335. *n.* 2.
Tũc parebit signum filij hominis in cælo. 45. *n.* 5.
Et plangent eum omnes tribus terræ. 46. *n.* 1.
Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierãt, surrexerũt. 28. *&* seq. 27

Ex Luca.

MAGNificat anima mea Dominũ. 582. *n.* 2. Cap. 1
Fecit potentiam in brachio suo. 558. *n.* 3.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. 596. *n.* 1. *&* seq.
Lumen ad reuelationem gentium, &c. 65. *n.* 1. 2
Exi à me, quia homo peccator sum Dñe. 102. *n.* 2. 5
Mensuram bonam, & confertam, et coagitatam, et supereffluentẽ dabunt in sinũ vestrum. 324. *n.* 3 6
Intraui in domũ tuã, osculũ mihi nõ dedisti. 34. *n.* 1 7
Dicebant excessum, quẽ completurus, &c. 35. *n.* 5. 9
Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, et scorpiones, &c. 431. *n.* 2. 10
Circundabunt te inimici tui vallo. 320. 19
Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibꝰ meis, & ego dispono vobis regnum. 54. *n.* 4. 22

Ex Ioanne.

IN principio erat Verbum. 51. *n.* 5. Cap. 1
De plenitudine eius nos oẽs accepimus. 26. *n.* 1.
Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. 258. *n.* 4.
Quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur. 23. *n.* 4. 3
Nemo ascẽdit in cælum, nisi qui descendit de cælo. 258. *n.* 4.
Qui de cælo venit, &c. quod vidit, & audiuit, hoc testatur. 23. *n.* 4.
Qui autem accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax est. 23. *n.* 4.
Hunc enim Pater signauit Deus. 23. *n.* 3. 6
Principium qui & loquor vobis. 50. *n.* 3. 8
Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum. 679. *n.* 8.
Ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. 475. *n.* 7. 10

13 *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* 34. *n.* 2.

14 *Pater in me manens, ipse facit opera.* 22. *n.* 14.

15 *Colligent eũ, & in ignẽ mittent, & ardet.* 475. *n.* 7

17 *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam.* 22. *n.* 1.

Ex Actis.

Cap. 24 *DISPVtante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro tremefactus Felix, &c.* 756. *n.* 4.

Ex epist. ad Rom.

Cap. 2 *AN diuitias bonitatis eius, &c. contemnis?* 72. *n.* 1.

Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, &c. gloriam, et honorem, &c. 53. *n.* 2.

Habentem formã scientiæ, et veritatis in lege, &c. 87. *n.* 10.

Per præuaricationem legis Deum inhonoras. ibid.

5 *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio autem spem.* 14. *n.* 5. & 213. *n.* 3. 87. *n.* 9.

Commendat Deus charitatem suam, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. 34. *n.* 3.

6 *Non ergo regnet peccato in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.* 528. *n.* 6.

Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. 32. *n.* 6.

Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. 133. *n.* 4. & 529. *n.* 7.

7 *An ignoratis fratres, quia lex dominatur in homine, quanto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi.* 18. *n.* 2.

Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. 528. *n.* 6.

8 *Debitores sumus non carni.* 67. *n.* 2.

Non solum autẽ illa, sed et nos ipsi, &c. gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes. 496. *n.* 2

Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. 25. *n.* 2

Quis ergo nos separabit à charitate Christi? 512. *n.* 5.

9 *Volens Deus ostendere iram, et notam facere patientiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, &c.* 448. *n.* 2. 53. *n.* 2.

11 *Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonã oliuam: quanto magis, &c.* 488. *n.* 2.

Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, et sic omnis Israel saluus fieret. 739. *n.* 2.

12 *Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ, &c. rationabile obsequium vestrum.* 37. *n.* 3.

Sed sapere ad sobrietatem. 750. *n.* 8.

Date locum iræ. 792. *n.* 4.

Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instaurat. 26. *n.* 1. 13

Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, &c. 19. *n.* 2.

Induimini Dominum Iesum Christum. 511. *n.* 3. & seq.

Sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta, &c. 118. *n.* 3. 15

Ex epist. 1. ad Corinth.

SI cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. 660. *n.* 2. Cap. 2

Sine nobis regnatis, et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. 843. *n.* 2. 4

Spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. 317. *n.* 1.

Si autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam, &c. 156. *n.* 2. 8

Gratia eius in me vacua non fuit. 192. *n.* 6. 15

Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. 683. *n.* 5. & 684. *n.* 6. & seq.

Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maran atha. 490. *n.* 3. et 700. *n.* 4. 16

Ex epist. 2. ad Corinth.

Cap. 1 *DEI filius Iesus Christus, &c. non fuit Est, et Non, sed Est in illo fuit.* 39. *n.* 1.

Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus. 671. *n.* 8. 2

Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur, &c. 91. *n.* 1. 841. *n.* 2. 3

Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, &c 714. *n.* 3. 4

Persecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus. ibid.

Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes. 552. *n.* 5.

Id quod in præsenti momentaneum, et leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, &c. 14. *n.* 5. et 457. *n.* 3.

Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumus vobis. 228. *n.* 2. 5

Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. 66. *n.* 1.

Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. 499. *n.* 1.

In omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, &c. in charitate 6

non ficta. 66. n. 2.
Quasi morientes, & ecce viuimus. ibid.
8 Altissima paupertas eorum abundauit, &c. 144.
Non quasi imperans dico, &c. etiam vestræ charitatis ingenium comprobans. 213. n. 3.
Siue fratres nostri Apostoli Ecclesiarum gloriæ Christi. 504. n. 3.
11 Æmulor enim vos Dei æmulatione: despondi enim vos vni viro uirginem castam exhibere Christo. 510. n. 4.
Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? 461. n. 2.
Virtus in infirmitate perficitur. 13. n. 5. & 116. n. 6.
12 Cum enim infirmor, tunc potens sum. 65. n. 2.

Ex epist. ad Galatas.

Cap. 3 ANTE quorum oculos Christus præscriptus est, &c. 255. n. 11.
4 Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factũ ex muliere. 191. n. 3. & 604. n. 3
Qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundùm spiritum. 157.
6 Tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. 457. n. 3. & 458. n. 3.
Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. 534. n. 2.

Ex epist. ad Ephesios.

Cap. 1 INSTaurare omnia in Christo, &c. 26. n. 1.
Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. 27. n. 2.
2 Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, &c. 34. n. 3.
Conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus. 227. n. 5.
3 Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. 34. n. 3. & 629. n. 3.
4 Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia. 629. n. 4.
5 Redimentes tẽpus, quoniã dies mali sunt. 460. n. 7
Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentẽ maculam, aut rugam. 70. n. 2.
6 Accipite armaturam Dei, &c. 60. n. 3.
In quo posßitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. 524. n. 5.

Ex epist. ad Philip.

Cap. 1 QVOTIDIE morior per vestram gloriam. 189. n. 4.
2 Semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens. 613. n. 5.
3 Obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. 61.
Tandem aliquando resloruistis. 118. n. 2. 4

Ex epist. ad Colos.

TRANStulit in regnum filij dilectionis suæ. Cap. 1
82. n. 3.
Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, &c. 25. n. 2.
Mysterium, quod absconditum fuit à seculis, nunc autem, &c. 78. n. 2.
Expolians principatus, &c. traduxit confidenter palam triumphans, &c. 257. n. 2. 2
Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, &c. 223. n. 5. & 395. n. 2. & seq.
Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. 3
77. n. 3. (seq.
Pax Dei exultet in cordibus vestris. 223. n. 5. &

Ex epist. 1. ad Thessal.

QVÆ est autem nostra spes, aut gaudium, Cap. 2
aut corona gloriæ? Nonne vos, &c. 316.
Ab omni specie mala abstinete vos. 429. n. 5

Ex epist. 2. ad Thessal.

NISI venerit discussio primum, & reuelatus Cap. 2
fuerit homo peccati filius perditionis, &c.
710. n. 1. & 725. n. 1. & 740. n. 1.
Et nunc quid detineat, scitis, &c. 740. n. 1.
Quem Dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui. 540. n. 5.
Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. 855. n. 9. 3

Ex epist. 1. ad Timoth.

QVOrundam hominum peccata manifesta Cap. 5
sunt præcedentia ad iudicium: quosdam autem et subsequuntur. 769. n. 5.
Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. 144. 6
Radix omnium malorum est cupiditas. 434. n. 7.
Qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonã confessionem. 22. n. 1.

Ex epist. 2. ad Timoth.

Cap. 2
SI sustinebimus & conregnabimus. 54. n. 4.
Sermo eorum vt cancer serpit. 435. n. 7.
Firmum autem fundamentum Dei stat habens signaculum hoc. 352. n. 2.
Coacernabunt sibi magistros prurientes auribus. 4
119. n. 3.

Ex epist. ad Titum.

IN omnibus te ipsum præbe exemplum bonorũ Cap. 2
operum in doctrina, in integritate, in grauitate, &c. 61. & 749. n. 5.

3 *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. 72. n. 2.*

Ex Epist. ad Philem.

PROpter charitatem magis obsecro, cum sim talis vt Paulus senex. 210. n. 1.

Ex Epist. ad Hebræos.

Cap. 1 *PORtans omnia verbo virtutis suæ. 449. n. 1.*
Nonne omnes sunt administratorij spiritus? 543. n. 3.

2 *Abundantius oportet, &c. ne forte pereffluamus. 206. n. 3.*
Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortẽ. 27. n. 2.

3 *Per singulos dies, donec hodie cognominatur. 11. n. 2.*

4 *Viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti. 94. n. 2.*

5 *In diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad Deum, &c. cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. 66. n. 1. & 369. n. 4 & seq.*

6 *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, &c. 233. n. 2.*
Quam sicut anchoram habemus animæ tutã, &c. 496.

8 *Capitulũ autẽ super ea, quæ dicuntur. 26. n. 1.*

9 *Non per sanguinem hircorum, aut vitulorum sed per proprium sanguinem, &c. 35. n. 6.*

10 *Quod si se subtraxerit, non placebit animæ meæ. 18. n. 2.*

11 *Quibus dignus non erat mundus. 534. n. 2.*
Non acceperũt repromissionem, &c. vt non sine nobis consummarentur. 28. n. 3. & 30. n. 5.

12 *Tanquam filiis vobis offert se Deus, &c. Quod si extra disciplinam estis, &c. ergo adulteri, & non filij estis. 14. n. 5.*
Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. 426.
Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei. 120. n. 6.
Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, &c. 527. n. 4.

19 *Sed consolantes, & tantò magis, quantò videritis approximantem diem. 19. n. 2.*

Ex epist. Iacobi.

Cap. 1 *PRObatio fidei vestræ patientiam operatur. 715. n. 4.*
Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo, &c. 236. n. 5 & seq.

2 *Superexaltat autem misericordia iudicium. 223. n. 5.*

5 *Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. 142. n. 3.*

Ex epist. 1. Petri Apost.

Cap. 1 *PROnuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias. 54. n. 4.*
Sicut modo geniti infantes rationabile, & sine dolo, &c. 73. n. 3.
Qui crediderit in eum, non confundetur: vobis igitur honor credentibus, &c. 55. n. 5. & 552. n. 5.
Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotium. 37. n. 1.
Qui est in conspectu Dei locuples. 144.

3 *Quando expectabant Dei patientiã, &c. 398. n. 4.*

4 *Christo passo in carne, & vos eãdem cogitatione armamini. 141. n. 3.*
Nolite peregrinari in feruore Dei, &c. quasi nouũ aliquid vobis contingat. 55. n. 5.
Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam, &c. 55. n. 5.
Sed forma facti gregis. 61.

5

Ex epist. 2. Petri.

Cap. 3 *CÆLI magno impetu transient: elementa verò calore soluentur, &c. 834. n. 2. & seq.*

Ex epist. 1. Ioannis Apost.

Cap. 2 *SCRIBO vobis patres, &c. scribo vobis adolescentes, &c. 228. n. 2.*

3 *Et omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. 426. & 753. n. 2.*

Ex epist. Iudæ.

CVM Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus, &c. 539. n. 4.
Dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. 145. n. 2.

FINIS.

INDEX RERVM, QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.

Prior numerus paginam: N. numerum marginis indicat.

A.

A.

ALPHA sumitur pro principio, & pro homine primate. pag. 49 num. 2. Inter literas cur primum teneat locum? *ibidem.* A. est prima vox, quam edunt infantes. *ibidem.*

ABEL.

Quo in loco sua obtulerit sacrificia. 676. n. 2.

ABIMELECH.

Nomen erat cõmune regũ Palęstinæ. 137. n. 3.

ABLACTARE.

Filios suos cur interdum Christus ablactet? 74. n. 4.

ABRAHAM.

Dictus fuit Hebræus & cur? 147 n. 2. Diem Christi quando viderit. 678 n. 6.

ABSALON.

Peccatorem adumbrat. 529. n 8.

ABSYNTHIVM.

Acuit visum. 329 n 6. Est symbolum amaritudinis peccati. 393 n 1.

ABYSSVS.

Accipitur aliquando pro *Inferno* 460. n. 1.

ACCELERA.

Soli Messiæ conuenit hoc nomen. 645. n. 7.

ACCVSARE.

Prius nos ipsos accusemus, ne nos Dæmon accuset. 547 n. 3.

ACEDIA.

Sex habet filias. 791 n 2. Totius vniuersi, & Abrahami exemplo fugienda. *ibid.* Suffocat spiritualia bona. *ibid.*

ACHAZ.

Regis Achaz impietas. 559 n. 5. & 632. n 1. Quot annis regnauerit. 643 n 4.

ADAMAS.

Venena deprehendit: maleficis resistit artibus. 168. n 2. Frangitur hirci sanguine. *ibid.*

ADAMVS.

Fuit homo, sed non filius hominis. 27. n. 1. Eius peccatum Christi cruciatibus fomenta ministrauit. 373 n 1. Sepulcũ in Caluariç monte, qui asserant? 483 n. 7. Fabula circa eius corporis procęritatẽ *ibid.* Adam sic dictus à terra, ex qua fuit efformatus. 627 n. 1. Terrenus homo cur dicatur à Paulo. 684. n. 5. *& seq.*

ADOLESCENTIA.

Quàm sit varia, & inconstans. 625. n. 2.

ADOPTIO.

Adoptio filiorum Dei, pretiosa gẽma. 161. n 3

ADVLTERIVM

Adulterium admittit, qui fidẽ deserit. 175. n. 5

ÆGRITVDO.

Ægritudo temporalis, sæpe est initium pœnç sempiternæ. 177. n. 6. *& seq.*

ÆTERNITAS.

Appellatur *Hodie.* 51. n. 4. In ea præterit nihil *ibid. & seq.* Significatur per *Caniciem.* 77 n 1. Sumitur pro ipso Deo. 454. n. 3.

ÆGYPTVS.

Floruit religione per Christi in eam aduentum. 680. n. 2.

AFFECTVS.

Affectus animi in oculis maximè cernuntur. 81. n. 2.

AGNVS.

Est Christi symbolum. 261. n. 2. *& seq.* Cur apparuerit *stans, & tanquam occisus.* 262. n 1. *& seq.* Agni nomen scriptum in frontibus gestare, quid sit? 745. n. 1.

ALA.

Duæ datç mulieri quid significent? 549. n. 4.

ALFONSVS.

Alfonsi primi Lusitaniæ Regis incredibilis in Deum pietas 845. n. 6.

ALMA.

Quid propriè significet apud Hebræos. 624. n. 1. & 634. n. 4. Tribus tantum locis reperitur cum articulo *ibid.* n 5.

ALTARE.

Quod nam fuerit illud, sub quo Martyrum animę Ioanni apparuerunt. 327. n 2. *& seq.* Duplex fuit tam in Tabernaculo, quàm in Salomonis templo. 370 n 5. Altaris holocausti descriptio 371. *& seq.* Mystica eiusdem expositio. 373. n. 1. *& seq.*

Crucem,& cruentum Christi sacrificium adumbrabat. *ibid.* n. 1. Carnis macerationem. *ibid.* n. 2. Hoc appellabatur simpliciter *Altare*. 467. Erat in atrio Sacerdotum. *ibid.* Altaris Thymiamatis descriptio, & mysterium. 375. n. 1. *& seq.* In quatempli parte fuerit. 378. n. 1.

AMEN.

Quot habeat significationes. 38. n. 1. & 39. n. 1. *& seq.*

AMIANTHVS.

Telę cōfectę ex Amiantholapide in ignem coniectæ non comburuntur. 140. n. 2.

AMOR.

Laborem facilem, & leuem reddit. 19. n. 2. Elegans amoris periphrasis. 76. n. 2. Demon stratur oporibus. 77. n. 3. Actus amoris, clari aurei. 213. n. 4. Qui ducitur amore, funcis constringitur vinculis. 214. n. 4. Amor Dei in homines propter Christum. 272. n. 5. Omnia sua opera ad amorem sui refert Deus. 265. n. 3. Absque amore Dei, & proximi, vera iustitia non constat. 377. n. 4. Violentia Diuini amoris in hominum peccatis superandis. 628. n. 2. Certamen amoris indixit hominibus Deus factꝰ homo 641. n. 6. Vide verbum, *Christi amor.* & verbum, *Christi charitas.*

ANGELVS.

Septem supremi Angeli præsident orbi vniuersō. 21. n. 1. Primogeniti cæterorum dicuntur à Clement. Alex. 22. Meruit Angelis Christus gratiam & gloriam. 26. n. 1. Alati & discalceati cur pingantur. 110. n. 4. Terrenę labis sunt expertes. *ibid.* Assistunt missę sacrificio. 162. n. 2. Septem præcipui cur dicantur lampades. 231. n. 1. Sunt vasa plena gratiarum. *ibid.* n. 2. Quos illuminant, Dei amore accendunt. *ibid.* Quatuor stātes super quatuor angulos terrę, non boni, sed mali. 340. n. 2. *& seq.* Per istos quatuor, orbis principes designantur. 341. n. 4. Quatuor item Romani imperatores. 344. n. 2. *& seq.* Per malos communiter, per bonos aliquando punit Deus. 340. n. 2. Angelus habens thuribulum aureum, Christum exprimit. 368. n. 1 Habentes septem tubas, diuersos significant concionatorum ordines. 382. n. 2. *& seq.* Habens pedem dextrum super mare, sinistrum super terram, Christū repręsentat. 446. *& seq.* Angeli sunt in maiori numero, quā vniuersi homines. 532. n. 4. Cūstodes sunt ex infimo ordine. *ibid.* Vnus plurium hominum non est custos. *ibid.* Non corruit præcisè tertia eorum pars. *ibid.* Tria tantum eorum nomina reperiuntur in sacris literis. 538 n. 1. Angelus Persarum bonus, non malus. 539. n. 3. Contentio inter hunc, & Gabrielem vnde orta. *ibid* Instar militum in acie nos tuentur. 540 n. 6. Omnes per se ipsos mittuntur. 543. n. 3. *& seq.* In plurimis fuerunt Apostolorū discipuli. 654. Cur ille, de quo est mentio in Apocal. se à Ioanne adorare nō permiserit. 748. n. 4. & 811. n. 1. *& seq.* Honorē sibi arrogant, quòd Virginibus sint pares. 748. n. 4. In persecutionibus adiuuant martyres. 772. n. 2. Prœrit aliquis igni, quo deflagraturus est orbis. *ibid.* Alii præmia tribuunt iustis, alii damnatorum præsunt cruciatibus. 773. Lętātur cum videt diuinum honorem vindicari. 779 n. 1. Ex Charitate ad punitē dum procedunt. 780 n. 2. Angelorum phialas effundētium mysterium. 784. n. 1. *& seq.* Post Incarnationem homines socios suspiciunt. 812. n. 2. Prophetiæ spiritum reuerentur. 813. n. 5. Assistebant Apostolis in Euangelii prædicatione 858. n. 2.

ANIMA.

Animarum cura grauissima. 30. n. 1. Earū conuersio victima Deo gratissima. 118. n. 3 Animæ affectiones adumbrantur in quatuor illis mysticis animalibus. 238. n. 3. Fuerit ne Anima Traiani ab inferis liberata. 282. n. 4. Iustī anima tanquam currus à Deo gubernatur. 311. n. 2. Animarum conuersio maxima prędicatoris retributio. 316. Aliquando pro hominibus vsurpātur in sacris literis. 328 n. 2. Earū clamores maxima sunt desideria. *ibid.* n. 3.

ANIMALIA.

Quatuor illa Ioannis, quatuor sedes Patriarchales, designant. 237. n. 2. Virtutes irē cardinales. *ibid.* n. 3. Animæ affectiones 238. n. 3. Ecclesię prælatos. *ibidem.* Christum dominum. *ibidem.* Quatuor Ecclesiæ Doctores. *ibidem.* Euangelistas. *ibidem.* n. 4. Eorum facies quo pacto distribuat Hieronymus, 239. n. 5. Cur in medio & in circuitu sedis fuerint? 240. n. .

ANNONA.

Annonę caritatē pro ſupplicio infert Deus. 661. n.3.

ANNVS.

Qui ſint illi mille anni, quibus cum Chriſto regnabunt ſancti. 816. n. 1. *& ſeq.* & 821. n. 8. & 822. *& ſeq.*

ANTICHRISTVS.

Agitr̄ de illo à pag.708. vsq; ad pag.742. Eſt cauda Dæmonis.530.n.2. Qua potētia de ſquiet in fideles.*ibid.* Coluber & Ceraſtes. *ibid.*n.3.Cur dicatr̄ *aſcēdere de mari.*708.*et ſeq.* Eſt ſuperborum caput. 709. n. 5. Seruus peccati.710.n. 1. Malitia eius multiplex & varia. *ibid. & ſeq.* Totus erit cō cretus ex ſceleribus. *ibid.* Nec minimam admittet inſpirationem diuinam. *ibid.* & 726. n. 3. Cur oculos quaſi hominis dicatur habiturus. 711. n. 1. Septem reges illum orbis Monarcham agnoſcent.712.n. 6. Peruertet multos ſignis mendacibus.*ibid.* In ſeruitutem tandem abducetur,& perimetur.713.n. 1. Eius perſecutio lapis Lydius fidei ſanctorum.714.n.2. Antichriſti hypocriſis.717. n 1.& 727.n. 3. Eius præcurſor contionator eximius. *ibid.* n.2. Antichriſti ſimulacrum loquetur per Dæmonis operationem. 718. n. 3. Characterem ſuum frontibus ſibi credentium inuret. *ibid.* n. 1. Qualis futurus ſit iſte character. *ibid.* n. 2. Tres habebit characteres. 719. n. 3. Eius ſectatores omnibus ſe ſceleribus coinquinabunt. 720.n.5. Adorationem ſibi exhiberi faciet. *ibid.* Crucis ſignum maxime formidabit.*ibid.*Numerus nominis Antichriſti.721. n. 1. *& ſeq.* Quot Antichriſti nomina excogitarint Auctores. 722. n. 3. Nomen proprium vſque ad eius tempora erit incognitum. *ibid.*n 4. Non futurum verum hominem putarunt aliqui.723.n.1. Alii futurū uerū hominē per incarnationē diaboli. *ibid.*n.2. Diaboli poteſtas in eum. 724.n.3. Naſcetur ex fornicatione.*ibid.* n. 4. Futurum ex tribu Dan vt probabilius ſtatuitur. *ibid.* n.2. Gente Iudęū, vt certum. *ibid.*Mentietur ſe ex tribu Iuda. 725. n. 3. Naſcetur Babylone *ibid.*n.4. Eius vita qualis futura. *ibid.* n. 1. *& ſeq.* Magicus erit ac veneficus. 726. n.1. Ab ipſo cōceptu poſsidebitur.à Dæmone.*ibid.* n.2.Angelus cuſtos & auxiliū ſufficiens ad cōuerſionē nunquam ei denegabitur. *ibid.* n. 3. ſimulata prius caſtitate in omnē ruet libidinem. 727. n. 2. Nullum Deū præter ſe coli patietur. 728. n. 1. Certum Dæmonem priuatim colet. *ibid.* n.2. Meſsiam ſe ſimulabit. 729. n. 1. Tēplum Hieruſ. inſtaurabit. *ibid.* n.2. In eo ſedebit tanquam Deus. *ibid.*n. 1. Iudaicam legem obſeruabit. *ibid.*n.2. Omnes circumcidi præcipiet.*ibid.* Qua arte & quibus initiis orbis imperium obtinebit. 730. n.1. *& ſeq* Iudęorum gens ipſi præ omnibus erit chara. *ibid.* per Vniuerſum orbē mittet legatos. 731. n. 2. Quale futurum ſit eius imperium.*ibid* n.1. *& ſeq.* Omnium erit imperatorū potentiſsimus. 732.n.4. Babylone primùm regnabit. *ibid.* n. 5. Eius regni metropolis erit Hieroſolyma.*ibid.* Omnia eius miracula, mendacia.733.n.1. *& ſeq.* Eo regnante Euchariſtiæ myſterium,& cultus publicè ceſſabit.735. Tyrannis eius durabit tribus annis cum dimidio.736. Qualis eius futurus interitus.*ibid.* Viui ipſe, eiuſq; prędecurſor à terra deglutientur.737.n. 3. & 825.n.16. Ab eius morte vſque ad diē iudicij quātum temporis excurret.737.n.1. Quibus ſignis diiudicari poſsit à fidelibus Antichriſti aduentus.740.n.1.*& ſeq.* In ſuis prędecurſoribus dicitur iam veniſſe. 742.n.5. Quantum temporis vſque ad eius aduentum ſuperſit adhuc, definiri nō poteſt. *ibid.* Euphratris ſiccatio Antichriſto funeſta.785.n.2. Vbi ſuperatus fuerit,ibi Eccleſię tectum rurſus cōſurget. 786.n.2. Committet prælium cum decē regibus in Armagedon.*ibid.* Aduerſus eū decertabunt reges Orientales.789.n.8.

ANTIQVITAS.

Significatur per canitiem.77.n.1.

APOCALYPSIS.

Apocalypſim ex albo canonicorum lib. expungunt aliqui hæretici.1.n.1. Eſt liber canonicus,& à Ioanne Apoſtolo conſcriptus.2.n. 3. Fuiſſe ſcriptam ab eo ante Euangelium probabilius.3. n. 5. *Apocalypſis* idem eſt,quod reuelatio.*ibid.*n.6. Eſt nomen proprium ſacrę ſcripturæ. *ibid.* Eius prędſtantia.*ibid.* & .7.n.1.& .256.n.13. Eſt reuelatio facta Chriſto. 8.n.3. Fuit conſcripta in inſula Pathmo.56. n.1. Liber ſignatus.256.n.13.

APOSTOLI.

Ituris ad prędicandum cur præceperit Christus, ne virgam ferrent. 53 n. 3 Contentio inter ipsos, quis eorum videretur esse maior, vnde orta. 67. n. 2. Sunt Christi pedes. 83. n. 7. Equitauit in eis Christus. *ibid.* & 452. n. 3. Sunt Ecclesiæ columnę. 86. n. 7. In extremo iudicio, leunculi. 96. n. 1. Sunt Ecclesię vbera. 135 n. 5. Adamantes durissimi. 168. n. 2. Ecclesiastici templi columnæ. 202. n. 2. Nuta erunt in Passione Domini, firmatæ in resurrectione. *ibid.* Coruscabant miraculis. 229. n. 4. Per boues æneis maris cur designentur. 236. n. 3. Ad eorum Prædicationis tubam, falsa mundi dogmata corruerunt. 382. n. 3. Doctrina eorum de cælesti vena procedebat. 407. n. 3. Mũdanam eloquentiam superauit. *ibid.* Gentilitatis mare equorum instar turbarunt. 453. n. 4. Per eos in toto orbe insonuit Christus. *ibid.* n. 2. Tonitrua fuerunt articulate sonantia. 455. n. 4. Sunt gloria Christi. 504. n. 3. Duodecim signa Zodiaci. 508. n. 4. & 519. n. 7. Christum coronãt & Ecclesiam. 515. n. 1. & 520. n. 8. Eorum numerus in sacris literis multipliciter adumbratus. 516. n. 2. & 517. & 518. *& seq.* Quęnam cuique contigerit ad prędicandum regio. 519. n. 7. Sunt filii dexterę. 522. n. 3. Ecclesiæ fundamenta, & cælestes homines. 567. n. 9. Eorum scientia & cognitio quanta. 654. Pleraque Angelos docuerunt. *ibid.* Adhæsit eis Christi odor. 672. n. 8. Eos vniuersum aggredi orbem, grande miraculum. 709. n. 3. Vasorum instar persecutionis igne decocti. 714. n. 3. Duodecim sunt portæ cælestis Hieruſ. 838. Lapides fundamentales. *ibid.* n. 2. *& seq.* Omnibus & singulis singuli lapides fundamentales accommodantur. 840. n. 1. *& seq.* Christi imaginem in se ipsis susceptam in alios tãsmittebant. 841. n. 2. Ob doctrinæ confessionem margaritę. 843. n. 1.

AQVA.

Aquæ in sacris literis significant *Gentes*. 89. Labores item, & persecutiones. 551. n. 3.

AQVILA.

Non vescitur prędа, quam non ceperit. 237. n. 3. Eius facies Euang. Ioanni cur tribuatur. 238. n. 4. Terna parit oua, binos excludit pullos, educat vnum. 548. n. 1. Quo pacto renouetur. 549. n. 3. Cũ duplici capite in orbis descriptionibus quid significet. 741. n. 2.

AQVILO.

Sumitur in malam partem in sacro eloquio. 208. n. 8.

ARBOR.

Adumbrat principes & magnates. 384. n. 3.

ARCHANGELVS.

Idem est, quod princeps nuncius. 542. n. 3.

ARCVS.

Designat supplicium. 314. n. 3. Scripturã sacram. *ibid.*

ARIES.

Immolatus ab Abrahamo pro Isaac Christum adumbrauit. 678. n. 6. Quo pacto Abrahamo apparuerit. *ibid.*

ARIVS.

Stella de cælo cadens. 390. n. 2. Eius hæresis quod fuerit caput. 391. n. 3.

ARMAGEDON.

Vbi sit, & quod nominis etymon. 786. n. 2.

ASPIS.

Aspidũ oua foris pulchra, intus venenata. 315. n. 4. Interimit cum voluptate. 393. n. 2. Venenum habet in capite. 394. n. 2

ASTRA.

Omnia post iudicii diem erunt fulgẽtiora. 98. n. 2. Vide Verbum *Stella.*

ATHENIENSES.

Ad sphæram æneam examinabant vires. 13. n. 4. Populum in duodecim diuidebant partes. 46. n. 1.

ATRIVM.

De numero, situ, & ordine atriorum templi Salomonis. 472. *& seq.*

AVARITIA.

Septima phiala in auaritiæ aerem effunditur. 793. n. 5. *Idolorum seruitus* cur appelletur. *ibid.*

AVARVS.

Instar monstri habendus. 416. n. 1. Pascitur aere more chamæleontis. 793. n. 5. Pecunias tanquam idolum veneratur. *ibid.*

AVDITOR.

Auditorum captui quàm se accommodarent Paulus, & Ioannes Apost. 228. n. 2.

D. AVGVSTINVS,

Ingeniorum phœnix. 121 n. 2.

AVGVSTVS. CÆS.

Fuit Christi prorex post eius natiuitatem 31. n. 5.

AVRICHALCVM.

Genus est metalli auro simile. 64. n. 4. Cur ei humanitas Christi comparetur. 84. n. 3. Vide *Orichalcum.*

AVRIS.

Auribus percipere, quid? 128. n. 2. Auris perforatio, obedientiæ signum. 129. n. 2. Geminç cordi adiacent. *ibid.*

AVRVM.

Nihil eius deperit igne. 65. n. 2. Nullum metallum illo latius dilatatur. *ibidem.* Verum in quo distinguatur ab alchimico. 66. n. 2. Quomodo probetur. 213. n. 3. Sumitur pro religione & charitate. 414. n. 1. *& seq.*

AVSTER.

Sumitur in bonam partem. 20. n. 8. *& seq.* Ventum & regionem significat. *ibid. n.* 9.

AVXILIVM.

Dei auxilium ad superandas tentationes semper præsto est. 493. n. 2.

B.

BABYLON.

Babylone primum regnabit Antichristus. 732. n. 5. De eius euersione & damnatione cur lætentur beati. 807. n. 1.

BALAAM.

Et eius turpe consilium. 155. n. 1.

BAPTISMVS.

In eo vniuersa suffocatur iniquitas. 233. n. 1. Mari vitreo, & crystallo cur comparetur? *ibid.* n. 2. Suscipitur in memoriam Dominicę passionis. 235. n. 2. Figuratus in mari rubro. 386. n. 1. *& seq.* In eo submergitur Dæmon cum peccatis. 776. n. 2. Vide verbum, *Christi baptismus.*

BARTHOLOM. APOST.

Exprimit eum lapis *Sardius* sextum fundamẽtum cœlestis Hieruſ. 841. n. 4.

BEATI.

Vocabuntur in cælo *Iesuani* siue *Iesuitæ.* 161. n. 2. Nulli erunt mutationi obnoxij. 203. n. 4. Sunt monumentum victoriæ Christi *ibid.* Sunt vere reges. 227. n. 6. Quantum accidentalis gloriæ ipsis accedat ex aliorum conuictu 329. n. 5. Eorũ multitudo, varietas, & concordia. 360. n. 2. Quanta apud Deum gratia valeant. 361. n. 3. Promptitudo eorum ad parendum Deo. *ibid.* Omnes in manibus victrices gestant palmas. *ibid.* n. 4. Quibus perfundantur gaudiis. 362. n. 5. Instar matris eos consolatur Deus. 363. n. 7. Lætantur de Babylonis euersione, & damnatione. 807. n. 1. De aduentu item iudicij. 808. n. 1. Per laudis sacrificium erunt sacerdotes Dei. 825. n. 15. Mortui haud censentur à Ioanne. 827. n. 18. Sunt sibi inuicem lucidissima specula. 839. n. 6.

BEATITVDO.

Non nisi per crucem habetur. 54. n. 4. Eius status vitalis. 77. n. 4. Eam vt brauium omnibus offert Deus. 93. n. 5. Ad eam adipiscendam non sat est dimicare, oportet semper vincere. 132. n. 3. Quomodo nunc *gratia*, nunc *iustitia* dicatur. *ibid.* n. 4. Cur *esus* nomine significetur. 133. n. 5. Est opiparum conuiuium. *ibid.* Lignum vitæ & hortus amœnissimus. 134. n. 3. Cur appelletur *corona.* 150. n. 1. & *vitæ corona* 152. n. 4. Significatur per lignum vitæ. 134. n. 3. Duodecim sunt illius gaudia. 151. n. 3. Eius duratio, æterna. 152. n. 4. Dulcedo illius abscondita mortalibus. 160. n. 1. Eius possessio, calculum candidum. *ibid.* Fuit adumbrata in Salomonis ferculo. 318. n. 2. Eius pulchritudinem auget beatorum varietas & concordia. 360. n. 2. Firmitas & stabilitas eiusdem. *ibid.* Pacem pro mœnibus habet. *ibid. Torrenti* cur comparetur. 362. n. 5. Vide verbum, *Gloria cælestis* & Verbum, *Visio beata.*

BENEDICTIO.

Dei benedictio, ipsa est beneficentia. 97. n. 4.

BENEFICENTIA.

Beneficentia fortiter, sed suauiter obligantur homines. 76. n. 2. Dei beneficentia, perennis. 97. n. 2. Macedonum in paupe res beneficentia. 144. Ad benefaciendum quàm sit propensus Deus. 517. n. 6.

BENEFICIVM.

Beneficiis ligantur homines. 76. n. 2. A se peti beneficũ beneficio ducit De⁹. 211. n. 6.

BERYLLVS.

Rubicundum reddit colorem. 842. n. 4. Est fundamentum cęlestis Hieruſ. adumbrat Thomam Apost. *ibid.*

BETHLEHEM.

Est Australis cõparatione Hierusalẽ. 208. n. 8.

BILIBRIS.

Habet pondus duarum librarum. 321.

BONA TEMPORALIA.

Vt capilli propter Deũ resecanda. 80. n. 1. Eorũdẽ despectio perfectionis basis. 515. n. 3

BONVS.

Inter malos, bonum esse, valde laudabile. 153. n. 2. Inter bonos non ita. *ibid.* Bonorũ corda, thronus Dei. 154. n. 3.

BYSSINVM.

Vitæ puritatem, & gloriæ candorem significat. 809. n. 4.

C

CADERE.

In faciem, & retro cadere, quid sit. 530. n. 3.

CÆLI.

In fine mundi nullum emittent splendorem. 336. n. 4. In eis vt in libro, Dei notitiam legunt omnes. *ibid.* Prædicant Dei gloriam. *ibid.* Concentum edere, qui dixerint. *ibid.* n. 5. Non peribunt in fine mundi, sed mutabuntur in melius. 834. n. 2. *& seq.* Et 835.

CAIN.

Caini mors non legitur in Scriptura. 104. n. 1. Vbi sua obtulerit sacrificia. 676. n. 2.

CAIVS CALIGVLA.

Fuit quartus Romanorũ imperator. 275. n. 6. Quot uixerit & imperauerit annis: *ibid.* Significatur per sessorem *equi albi.* 313. n. 1. *& seq.* Colossum sibi in Hierosol. templo poni iussit. 314. n. 2.

CALAMVS.

Datus Ioanni metiendi, non scribendi erat instrumentum. 468. n. 1. Quot contineret cubitos. 469. n. 2.

CALCEDONIVS.

Splendet quasi ignis. 841. n. 3. Est tertium fundamentum cælestis Hieruſ. *ibid.* Exprimit D. Iacobum maiorem. *ibid.*

CALCVLVS.

Calculus candidus quid significet. 159. n. 1. & 106. n. 2. & 161. n. 3. Calculis colligebantur suffragia apud antiquos. 169. n. 3. Candidi absolutionem, nigri damnationem significabant. *ibid.*

CALIX.

Calicem laborum reddidit Christus suauissimum. 552. n. 5.

CALOR.

Charitatis est symbolum. 208. n. 8.

CALVARIÆ MONS.

Vide verbum *Moria mons.*

CANDELABRVM.

Septem candelabra aurea septem significant Ecclesias. 64. n. 1. Illud, de quo *Exodi* 25. cur ductile. *ibid.* n. 2.

CANITIES.

Antiquitatem & æternitatem denotat. 77. n. 1. Rerum item cognitionem. 80. n. 1.

CAPILLI.

Cogitationes significant. 79. n. 1. Bona tẽporalia. 80. n. 1. Vide verbum *Crines.*

CAPITELLA.

Describuntur illa columnarum, quæ erant ante porticum templi Salom. 203. n. 1. *& seq.* Quot haberent malogranata. 204. n. 1.

CAPTIVITAS.

Babylonica 70. annorum captiuitas quo tẽpore inceperit. 644. n. 4.

CAPVT.

Septem Draconis capita septem capitalia vitia designant. 526. n. 2. *& seq.*

CARMELVS.

Fuit felicitatis Ecclesiæ typus. 579. n. 1. Aptissimus contemplationi. 580. n. 3. Interpretatur *Scientia circumcisionis. ibid.*

CARO.

Carnis castigatione gratiæ dona comparãtur. 90. Qui eã macerãt, pugnatores fortissimi. 96. n. 3. Carnis infirmitas mentem corroborat. 158. n. 5. Eius motus instar infrœnis equi ieiunio comprimendi. 311. n. 2. Significat aliquando corruptionem. 369. n. 4. Carnis peccata vincuntur fuga. 527. n. 4. Carni tanquam iniusto exactori tributa non soluenda. 767. n. 3.

CARMEN.

Carmina acroistica Sibyllæ Erythrææ de Christo Domino. 388. *& seq.*

CASTIGO.

Castigat, quos amat & recipit Deus. 471. n. 8.

CASTITAS.

Est regia virtus. 32. n. 6. Deperditur aliquando ob superbiam. *ibid.* Proficisci debet ex charitate. 70. n. 1. Est præcipua ad Eucharistiam dispositio. 106. n. 1. & 165. n. 5. Conseruatur difficile. 168. n. 2. Castitas diu seruata, martyrium. 234. n. 4. Est via lactea & per excellentiam *sanctitas.* 426. Custos virtutum. 595. n. 5. Illam maxime formidat Dæmon. *ibid.* Est expressa Christi imago. 684. n. 6. Eius amatores, cælestes homines. *ibid.* Cõciliat beneuolẽtiã. 728. Vide verbum *Virginitas*, & verbum *Virgines.*

CATENA.

Catenæ aureæ *Rationalis* charitatem adumbrabant. 77. n. 3.

CENTVRIO.

Quisnam fuerit ille ad Christi clamorem conuersus. 44. n. 5.

CERVÆ.

Pariunt audito tonitru. 230. n. 7.

CETVS.

Commentum Hebræorum de duobus cetis à Deo creatis in mundi principio. 155. n. 4.

CHALCOLIBANON.

Est electri genus auro pretiosius. 64. n. 4. Est symbolum societatis vtriusque naturę in Christo. 84. n. 3.

CHALDÆI.

Quater sub Nabuchd. Iudæos diuexarunt. 411. n. 1.

CHANAAN.

Sumitur in sacris literis pro *mercatore*. 331. n. 2.

CHARITAS.

Perficitur persecutionibus. 65. n. 2. Quâ tumcumq; extendatur laboribus instar auri semper sufficit. 66. n. 2. In quo differat ab hypocrisi. *ibid.* Charitas legis nouæ maior, quàm veteris. 71. n. 1. Reliquas virtutes astringit & continet. 77. n. 3. Adumbrata per catenas *Rationalis*. *ibid.* Legem reddit facilem. 181. n. 3. Implet eandem. 192. n. 5. *& seq.* Est aurum ignitum & probatum. 210. n. 2. & 212. n. 1. *& seq.* & 213. n. 3. Eius conditiones. 212. n. 2. Cernitur in operibus. *ibidem* Actus indifferentes reddit meritorios. 213. n. 2. Dum se communicat, augescit. *ibid.* Ad labores vt ad Lydium lapidem probatur. *ibid.* n. 3. & 214. n. 5. Si sit magna, tribulationis flatu magis inflammatur. 715. n. 4. Aliena bona ducit propria. 843. n. 2. Vide verbum *Christi charitas*.

CHERINTVS.

Eus impię Hæreses. 2. n. 4. *& seq.* & 816. n. 4. Blasphemauit martyres, & habuit in honore Iudam proditorem. 3. n. 4.

CHERVBIM.

Duo illi *Propitiatorij* significant viros doctos & misericordes. 488. n. 4.

CHIROGRAPHVM.

Illud, in quo debita nostra continebantur, deleuit Christus. 546. n. 3.

CHRISTIANI.

Olim communiter se fratres appellabãt. 27. Quo pacto dici possint Sacerdotes & reges. 37. n. 1. & 38. n. 3. Nomine nouo appellandos prędixit Esaias. 38. n. 1. & 697. n. 2. Nulla seruata iudicii ratione ad eędem rapiuntur. 284. n. 2. Ad exercitus Rom. sitim leuandam pluuiam è cælo impetrant. *ibid.* n. 3. Integra Christianorum ciuitas, quod Christum sint confessi, comburitur. 306. n. 6. Præstantiores tritico, segnioros hordeo significantur. 332. n. 4.

CHRISTVS.

Christum excessisse a IESV tempore passionis asseruit impius Cherintus. 3. n. 4. Eius dignitas & excellẽtia. 15. n. 2. & 695. n. 9. Christum *Verbum*, & *Verbum Dei* Ioannes appellare consueuit. 15. n. 3. Illum, prædicando & patiendo testari, quam sit gloriosum. *ibid.* Testis fidelis cur appelletur. 22. n. 1. & 23. n. 2. Cur facies Patris. *ibid.* Fuit testimonium diuinę beneuolentiæ erga homines. 23. n. 2. Figuratus in arcu cælesti. *ibid.* Cœlũ terræ conciliat. *ibid.* Quomodo signatus a Patre. *ibid.* n. 3. & 352. n. 2. Testis est oculatus & auritus. 23. n. 4. Potest testari, quæ Pater intelligit. *ibid.* Quatenus Deus, primogenitus Patris, qua homo primogenitus Virginis. 24. n. 1. Primogenitus omnis creaturæ cur appelletur. 25. n. 2. Cur item mortuorum. 28. n. 1. Est finis omnium operum diuinorum. 25. n. 2. Prędestinatorum primus. *ibid.* n. 3. Qua homo est caput Angelorum, meruitque illis gratiam & gloriam. 26. n. 1. *& seq.* Dici potest proprie eorum redẽptor. 27. n. 2. Rerum omnium summa est & recapitulatio. 26. n. 1. Eius fratres qui sint præcipuè. 27. Cur se appellet *filium hominis*. *ibid.* Legẽ super humerum cur portasse dicatur. 30. n. 1. Regem suum cur illum Pater appellet? 31. n. 4. Per excellentiam rex. *ibid.* Mundi monarcha duplici de causa. *ibid.* n. 5. Princeps regum terrę cur dicatur. 32. n. 6. Est os Dei. 34. n. 1. A Ioanne cur appelletur *Amen*. 39. n. 1. Cur primogenitus Iudæorum. 47. n. 1. Idem principium & finis vniuersorum. 48. n. 1. & 50. n. 3. Est honor fidelium. 505. n. 5. Lumen Ecclesiæ, & fons solis. 65. n. 1. Semper inuenitur in medio & cur. 67. n. 1. In medio mũdi patitur. *ibid.* Cur podere vestitus apparuerit. 69. n. 1. *& seq.* Describit omnia quæ agimus, vt iudicet. *ibid.* Quorsum

in veteri testamento ad renes, in nouo ad mamillas accinctus apparuerit. 70. n. 1. Est mãmilla Patris, & altor noster. 74. n. 3. Eodem amore præmia cõfert & supplicia. 74. n. 4. Cur in Apocalypsi canus, in cãticis pinguatur iuuenis. 81. n. 2. Qui Christum lędebant, Dei lędebant oculos. 82. n. 3. Cur appelletur electrũ. 84. n. 3. Odor eius suauissimus. *ibid.* n. 4. Longè lateque fvsus. 669. n. 3. Iudicat cum amore. 100. n. 5. Claues mortis & inferni cur dicatur habere. 103. n. 1. *& seq.* & 104. n. 2. & 105. n. 3. Fuit cęlestis vnguentarius. 181. n. 3. Iugum legis portat nobiscum *ibid.* n. 4. Periclitantes propter se potest liberare 539. n. 1. Clauiger & clauis Dauid. 196. n. 3. Est Ecclasiæ fundator. 202. n. 1. Iustus & misericors. 222. n. 3. Arcus cęlestis. 224. n. 4. Emittebat sagittas amoris. 225. n. 4. Expressus fuit quatuor illis mystícis animalibus. 288. n. 3. & 247. n. 1. Reuelauit nobis diuina mysteria. 254. n. 6. Est liber signatus & prędestinatorũ. *ibid.* n. 7 Fuit apertus in cruce. *ibid.* & 255. n. 10. *& seq.* Clarissimis virtutum & amoris documentis scriptus. 256. n. 11. Ad illum vel tacentem respiciendo discimus. *ibid.* n. 9. Clamat post peccatores. *ibid.* Quomodo sit radix Dauid. 259. n. 5. Cur ex ea, non ex virga dicatur ascendere. *ibid. & seq.* & 666. n. 8. Ex ipso omnis gratia. *ibid.* Negligentibus est virga, proficientibus flos. *ibid.* Cur *abcisus* non *anulsus* dicatur. 260. n. 7. Agno cur comparetur. 261. n. 2. *& seq.* Cur item tamquam occisus agnus apparuerit. 263. n. 2. Fuit adumbratus in iugi sacrificio. 261. n. 2. Eius alacritas ad opus redemptionis. 262. n. 1. Paratus ad opitulandum. 263. n. 1. Superbos & efferatos homines reddidit mansuetos. 265. n. 1. Ex ipso omnis Patris gloria. 267. n. 3. Omnia ad se suo traxit concentu. *ibid.* Passus est anno 18. imperii Tiberii. 274. n. 5. Quatuor coronis fuit coronatus. 315. n. 5 Coronatur in conuersione fidelium. 316. In sanctis item. *ibid.* In eo vt in statera culpas nostras appẽdit Pater. 322. Peccata nostra proiecit in profundum maris. *ibid.* In suis iniuriosè tractatum adumbrat sol factus niger. 330. n. 1. Equitat in Apostolis. 331. n. 1. Splendor eius quantus. 335. n. 2. Angelus ab ortu solis ascendens cur dicatur. 343. n. 1. *& seq.* Verbis & factis palam fecit se verum Dei filium. *ibid.* Quam velit amari ab Ecclesia. 353. n. 4. Est imago Dei inuisibilis. *ibid.* Angelus habens thuribulum aureum. 368. n. 1. Interpellat pro nobis. *ibid.* n. 2. Eius interpellatio gratissima Patri. *ibid.* Fleuit quater. 370. n. 4. Eius lętitia in passione. 377. n. 4. Nostra redemptionem quanti fecerit. *ibid.* *Piscis* nomine cur significetur. 387. *& seq.* Absq; eius auxilio viuere spiritualiter non possumus. 575. n. 6. Adamas est & Carbunculus in manu Patris. 423. n. 6. Miserendo & puniendo amat. 447. n. 1. Procellas aduersus Ecclesiam excitatas compescit. 451. n. 2. Dextrum pedem supra mare, sinistrum super terram cur habeat. 452. n. 3. Operibus nostris dedit pretium & vim merendi. 488. n. 3. Qui non amat illum dignus, qui anathemate feriatur. 490. n. 3. & 700. n. 4. Est locus munitionum. 496. n. 2. Aureum propitiatorium. 500. n. 3. Delicta nostra ob satisfactionem appellauit sua. 498. n. 1. Totus est desiderium. 499. n. 1. Legem perfecte obseruauit. 500. n. 5. Est signum cõtradicibile. 504. n. 2. Dux virginum. 509. n. 4. Dicitur sol propter multa. 510. n. 1. Christum induit, qui imitatur. 511. n. 3. *& seq.* Ipsum imitari, pulchrum. 512. n. 4. Est Ecclesiæ murus & antemurale *ibid.* n. 5. Residens in Virgine & benignus omnibus, & attrahit vniuersos. 567. n. 9. Est ros viuificãs. 623. n. 1. Terræ cęliq; risus. *ibid.* n. 2. Fuit verus non phãtasticus homo. 640. n. 4. Dictus Nazaræus a *flore*. 662. n. 2. *& seq.* Flos immarcessibilis & fructus virgæ Iesse. 665. n. 6. Flos, & lilium ex paradiso voluptatis. 668. n. 1. Solus Ecclesiæ appetitum satiat. *ibid.* n. 2. Fortiter dimicantium præmium & coronat. *ibid.* & 669. n. 2. Fuit Patris odor. 672. n. 8. Gloria, & decor eiusdem. 683. n. 4. *Cælestis homo* cur dicatur à Paulo. 684. n. 5. *& seq.* Cur itẽ Patris brachium. 692. n. 3. In figuris fuit occisꝰ ab origine mũdi. 713. n. 2. De hominis possessione cõtendit cum Dæmone

ne: 719. n. 4. Eius voluntas de iudicii aduentu. 771. Rex regum in Incarnatione, & Passione. 813. n. 2. Murus est cælestis. Hieruſ. 838. n. 2. Cum ipso est præmium. 854. n. 5. Ab eodem expectanda merces, & supplicium inferendum.

CHRISTI CONCEPTIO, Generatio, Incarnatio.

In sui conceptus momento vidit Christus diuinam essentiam. 258. n. 4. Ab eodem momento fuit perfectus vir. 626. n. 4. & 699. n. 1. *& seq.* In eius conceptione, noua plurima. *ibid.* Cõceptionis Christi ortui, respondet eiusdem mortis occasus. 674. n. 5. Conceptus absque uiri opera. 705. n. 2. Generatio Christi secundum naturam diuinam, æterna. 622. n. 4. Consilium de temporali eiusdem generatione, æternum. 621. n. 3. Fuit adũbrata in Adæ procreatione. 688. n. 5. Vtraque Christi generatio ienarrabilis, & mirabilis. 689. n. 2. *& seq.* & 690. n. 3. Incarnatio Verbi diuini fuit æterni amoris significatio. 34. n. 1. Per eandem oscu lum Ecclesiæ porrectum. *ibid.* n. 2. Post illam, & per illam fusior Dei misericordia, & elegantior apparuit. 73. n. 2. Incarnationis mysterium ex æternitate constitutum. 78. n. 2. Creatis mentibus incomprehensibile. 208. n. 9. Verbi incarnatio iridi similis. 224. n. 3. *& seq.* In ea præcipuè eluxit Dei misericordia. *ibid.* Sciẽtia de mysterio Incarnationis occulta in veteri, manifesta in nouo testamento. 253. n. 2. Post Incarnationem mundi principes incuruati paruerunt Deo. 454. n. 3. Fuit consummatio operum Dei. 555. n. 4. Est instar omnium miraculorum. 556. n. 4. Per excellentiam dicitur *opus Dei*. 557. n. 2. *& seq.* Per eam opera Dei sunt viuificata. *ibid.* In ea perficienda peruenit Deus vsq; ad vltimũ potentiæ. 558. n. 3. & 618. n. 2. & 692. n. 2. Fuit opus sũmę misericordiæ. 558. n. 4. Per eã quodãmodo manſuefactus Deus. 565. n. 4. Ante Incarnationem vtraque manu puniebat Deus. 566. n. 6. Quanta sit huius mysterii obscuritas. 80. n. 2. & 580. n. 1. & 601. n. 2. & 629. n. 3. Verbi Incarnatio fuit quędam diuinitatis obumbratio. 602. n. 3. Dei magnitudinem inter diuina opera maximè declarat. *ibid.* n. 4. & 639. n. 1. In ea perficienda ostendit se Deus violentum in amore. 628. n. 2. Per ipsam Deus floridus apparuit. 669. n. 3. Tanquam cœlestis irroratio fæcundauit & exhilarauit terram. 683. n. 4. Post Incarnationem morum licentia arctius coercenda. 700. n. 4. Per eandem natura humana Angelicam superauit. 812. n. 2. Dum admota femori manu iurabant, adumbrabãt eam Patres. 813. n. 1.

CHRISTI HVMANITAS.

Qua gloria fulgeat in cœlo. 66. n. 1. Diuinis virtutibus refulgebat in terra. 83. n. 1. Significatur per Christi pedes. *ibid.* n. 2. Cur Aurichalco similis. *ibid.* n. 3. Vnita est diuinitati tanquam auro argentum. *ibid.* Arsit igne passionis & charitatis. *ibid.* Per eam ad nos accesit diuinitas. *ibid.* n. 4. In passione plumbo similis. 114. n. 2. Est mensa propositionis. 239. n. 6. Humanitas Christi corona Verbi D. 315. n. 5. Ex quibus floribus fuerit contexta. *ibid.* Est thuribulum aureum. 369. n. 3. *Arca testamenti.* 498. n. 1. *& seq.* Nec de potentia Dei absoluta, vel minimę peccati corruptioni subiici potuit. 498. n. 1. *& seq.* Fuit ferculum diuinitatis. 499. n. 2. Per eam magnificum se ostendit Deus. 582. n. 2. Est regalis Christi corona. 651. n. 4. Nubes leuis. 681. n. 3. Significatur per equm album. 808. n. 2. Est Christi vestis sanguine aspersa. 809. n. 2. *& seq.* & 814. n. 2. Splendor eius & excellentia in cælesti patria. 844. n. 2.

CHRISTI CORPVS.

Christum verum non habuisse corpus qui putauerint. 263. n. 2. Inter efformationẽ corporis Christi & Adami, latissimum discrimen. 684. n. 7.

CHRISTI PVLCHRITVDO.

Christus pulcher sicut lilium candidum, & aureum. 85. n. 5. Tota eius pulchritudo ex diuinitate. 98. n. 1. Pulchritudo Christi in cruce fortitudo. 257. n. 2. Ea tanquam gladio subiecit orbem. 656. n. 3.

CHRISTI FACIES.

Pulcherrima ex diuinitate. 98. n. 1. Splendor eiꝰ in extremo iudicio quãtus *ibid. et seq.* Propitium reddit Patrem. 500. n. 3. Coruscabat in ea diuinitatis radius. 576. n. 3.

CHRISTI OCVLI, LABIA, ET OS.

Oculi Christi electos illustrant, reprobos terrent. 81. n. 1. Cur in labiis potius,

quàm in Christi facie *gratia* dicatur diffusa. 589. n. 8. Ex Christi ore vt ex fonte omnes gratiæ dimanabant. 89.

CHRISTI pectus, manus, & pedes.

Pectus Christi cœleste ærarium. 8. n. 2. Manus eius cœlestium gratiarum Hyacintis plenæ. 441. n. 1. Pedes eius cur instar columnarum ignis 447. n. 1. *& seq.* Pes dexter misericordiã, siniſter iustitiam significat. *ibid.*

CHRISTI ANIMÆ DOTES.

Scientia, Gratia, & Prouidentia.

Christi scientia in conceptionis momento perfectissima. 8. n. 3. Nullam recepit successu temporis accessionem. 9. n. 5. & 641. n. 5. Christo non ad mensuram data gratia. 370. n. 5. Cur in labiis eius potiùs, quàm in facie gratia dicatur diffusa. 589. n. 8. Christi prouidentia in Ecclesiam. 8. n. 2. Mundi & Ecclesiæ moles eiusdem Christi prouidentia sustentatur. 449. n. 1. *& seq.*

CHRISTI SANCTITAS.

Vitę Christi puritas & sanctitas. 79. n. 1. *& seq.* & 498. n. 1. *& seq.* Eadem incomprehensibilis 80. n. 2. Eius sanctitatis cõparatione etiã pulchræ animæ, deformes. 511. n. 2. Omnem afflabat sanctitatem Christus. 672. n. 7.

PRIMVS CHRISTI ADVENTVS.

Fidei mysteria enucleatè tradidit. 455. n. 4. Amorem in ipsum Christum quantum cõciliet. 490. n. 3. Summa votorum Dauid. 618. n. 1. Eundem quantùm desiderauerit sponsa. *ibid.* Fœcunditas bonorum spiritualium in eo, quãta. 623. n. 2. Tempus præcipuum requirendi Dominũ. 653. n. 9. Orbem diuinæ cognitionis lumine impleuit. 696. n. 2. Scripturarũ scientiam aperuit. 702. n. 1. Meditatio Aduentus Christi in carne ad omnem sanctitatem addit stimulos 701. n. 4.

CHRISTI NATIVITAS.

Natũ Christũ more hominum cæterorũ asseruit impius Cherintus. 2. n. 4. Quo die natus fuerit. 58. n. 3. Prodiit ex Virgine instar fulminis. 601. n. 1. Instar roris ex aurora. 622. n. 5. Tamquam purissimæ lampadis accensio. 697. n. 3. Ortus hic similis ortui a Patre. *ibid.* Fuit totius mundi risus & lætitia. 623. n. 2. In eo non vna tantum, sed multæ pulchritudines. 698. Per *lapidis excisionem* cur significetur. 705. n. 3. Christi nascentis humilitas. 667. n. 9.

NOMEN IESVS.

Est nomen nouum. 170. n. 5. Nemini præterquam Christo fuit impositum. *ibid.* Meruit illud per passionem. *ibid.* & 182. n. 7. Est nomen Tetragrammaton. 570. n. 5. Confutantur tres errores circa illud. *ibid.* n. 7. *& seq.* Est compẽdium *nominis ineffabilis*. 571. n. 8. Huius nominis impositio ad B. virginem pertinebat. 636. n. 6. Elegãs huius nominis periphasis. 661. n. 4. Est nomen magnum. *ibid.* Græcè scriptum quem efficiat numerum. 723. n. 5. Cur Christus communiter non *Emmanuel*, sed IESVS fuerit appellatus. 638. n. 7.

CHRISTI BAPTISMVS.

Quonam die in Iordane baptizatus fuerit Christus. 58. n. 3.

CHRISTI VIRTVTES.

CHARITAS.

Charitas Christi aurea zona. 75. n. 2. Est arctissima erga fideles. *ibid.* Ecclesiam charitate sua ad sui amorem pertaxit Christus. 76. n. 2. Quos ardores in Christo excitarit aduersum homines 84. n. 3. & 499. n. 2. Supereminet omni scientitiæ. 629. n. 3.

CHRISTI MISERICORDIA, ET IVSTITIA.

Christi Misericordia pes eius dexter. 448. n. 2. Iustitia pes eius siniſter. *ibid.* Eiusdem æquitas, & iustitia in gubernando, & iudicando. 184. n. 3.

CHRISTI OBEDIENTIA.

Quâ homo summam præstitit Patri. 129. n. 2. Qua alacritate eiusdem adimpleuerit mandatum. 694. n. 6.

CHRISTI HVMILITAS.

Testimonium perhibuit de æterno Patre. 24. n. 4. Vt eam ab ipso discereremus, cur nos monuerit Christus. 53. n. 3. Quàm se humiliauerit. 141. n. 3. Fuit humilis voluntate, non iudicio. 613. n. 5. Humilitas fuit regalis Christi purpura. 420. n. 2.

CHRISTI MANSVETVDO.

Admirabilem exhibuit in Passione. 261. n. 3. Per eam principatũ obtinuit Christus. 262. n. 4. Ad subditorum amorem conciliãdum quantum momentum habuerit. 619. n. 4. Christi mansuetudo & lenitas, fortitudo maxima. 656. n. 3.

CHRISTI PATIENTIA.

Patientia Christi in contumeliis ferēdis. 141. n. 3. Fuit prodigiosa. 556 n. 5. Huius patientiæ fructus. 142. n. 3.

CHRISTI EXEMPLVM ET PRÆDICATIO.

Exēplū Christi in perferēdo vrget nos. 140. n. 1. & 141. n. 3. Christi exēpla nemo perfectè potest imitari. 430. n. 8. Christi exēplo virtutes oēs mellitissimę effectæ. 670. n. 6. Christi prędicatio quid testaretur. 16. n. 4. Æternis fructib⁹ terrā fœcūdauit. 616. n. 6.

CHRISTI AMOR IN NOS.

Duplex Christi amor aduersus homines. 33. n. 1. & 34 n. 2. Eiusdē amoris vis. *ibid.* n. 3. *& seq.* Amore suo oēs ōnino cōplectitur. 67. n. 2. Suauitas amoris Chri in Ecclesiā. 72. n. 1. Eiusdē in fideles ardor. 76 n. 2. & 255 n. 9. In fine maiora præbuit Christus amoris argumenta. 84. n. 2. Amoris sagittas emittebat. 225 n. 4. Omnia Christi opera operatus est amor. 661. n. 3.

CHRISTI OPERA.

Humanitatem & diuinitatem prę se ferebāt. 83. n. 1 & 343. n. 2. Omnia propter charitatem, aurea. 102. n. 3. Ad eorum imitationem aspirare debemus. *ibid.*

CHRISTI PASSIO.

Per passionem obtinuit Christus principatū, & Ecclesię regnum. 30 n. 1. *& seq.* 675. n. 6. Multa corpora sanctorū apud Matth quando surrexerint. 28. n. 2. *& seq.* Cur *excessus* appelletur 35. n. 3. In ea cur sol obscuratus. 59. n. 3. Eius virtus pertingit ad infimos quosque fideles 79. n. 1. Est ascēsus purpureus ferculi Salomonis 102. n. 3. Meditatio passionis Christi, vnguentū post se trahēs 141. n. 3. Arma & fortitudo fideliū *ibid.* Memoria eiusdē instar collyrii illuminat intellectum. 216. n 4. Est instar uittę cocci neę ad cohibenda peccata. 587. n. 5. Ea Ecclesiæ regnum stabilitum. 221. n. 1. Patefactus ad cælum aditus. *ibid.* & 227. n. 4. Post eam, Christo omne curuatur genu. 265. n. 1. Contigit anno 18. imperii Tiberii. 274. n. 5. Christi lætitia in passione 377. n. 4. & 552. n. 5. & 671. n. 3. Fuit veluti messis & fructuum collectio. 377. n. 4. Christus in passione martyrum dux. 510. n. 4. Passus est cum summo desiderio & lætitia. 552. n. 5. 671. n. 3. Passionis opprobria illi pro cibo, tormenta pro potu. *ibid.* n. 6. Christus in passione fauus mellis suauissimus. 671. n. 6. Ex ea exardescit amor in Deum *ibid.* n. 7. Eadem quam oblectaretur Sponsa. *ibid.* Adūmbrata in iugi sacrificio duorum agnorum. 677. n. 5. Reuelata fuit Abrahamo, dum arietē immolaret pro Isaac. 678. n. 6. *& seq.* & 679. n. 8. Christus in passione arboris radici similis. 688. n. 6.

CHRISTI SPINEA CORONA.

Per spineam coronam suscepit Christus diadema charitatis. 631. n. 3.

CHRISTVS IN CRVCE.

Arx cū laribulis. 44. n. 4. Clypeus Christi notū. 141. n. 3. Turris fortitudinis. *ibid.* & *seq.* Signū militare. *ibid.* Pelecan⁹. 248. n. 3. Liber apertus & explicatus. 254. n. 6 & 255. n. 10. *& seq.* Ad illū vel tacētē respiciēdo discimus. 256. n. 9. Ibi fortitudinē suā præcipue exercuit. 264. n. 3. Tenuit gentes non terrore sed amore. 454. n. 3. *& seq.* In ea summū fuit miraculū 556. n. 5. Ibi potissimū *dominus gloriæ.* 660. n. 2. In ea salutis exhalauit odorē. 669. n 4. In eadē flos fuit regius 670. n. 4. Non ex imbecillitate actus in eā. 691. n. 2 & 692. n. 4. Ibi etiā pulcher credentibus in eum. 695. n. 8.

CHRISTI SANGVIS ET VVLNERA.

Ex Christi latere effusus quid significauerit, 35. n. 6. Eius vis ad delēda peccata *ibid.* n. 7. *& seq.* Vulnera Christi foramina petrę, in quibus abscondi possint peccatores. 44. Eorum signa cur Christus reseruauerit *ibid.* n. 5. Demōstrabit ea in Iudicio. *ibid.* Sunt salutis fontes. 408. n. 4.

VVLNVS LATERIS.

Est vitę ostium. 35. n. 6. Ex eo Ecclesia profecta & sacramenta. *ibid.* Cur non punctum tantùm, sed apertum fuerit. 44. n. 3. Figuratum per ostium arcæ Noe. *ibid.* Per fenestram item in superiori arcę parte factam. *ibid.* Per illud nobis Dei viscera patuerunt. *ibid.* Vniuersam Ecclesiam radiauit. *ibid.* Fuit adūbratū per ostiū lateris templi Salomonis. *ibid.* Omniū hominū est capax. *ibid.* n. 4. Apertū nō à Lōguino. 4. 5. n. 5. Puteus est omniū gratiarū. 705. n. 4.

CHRISTI MORS.

Morte gloriam corporis sui meruit. 54. n. 4 & 84. n. 2. Morti ipsi & diabolo fuit terrifica. 249. n. 4. Ex ea innumera spiritualis soboles pullulauit. 689. n. 1. Spōte obediēs Christus opperiit mortē. 693. n. 5. Accedere vt rētē inclinato vocauit capite. *ibid.* n. 4. In ea quantū facinus cōmiserint Iudæi. 830 n. 4.

CHRISTI SEPVLCHRVM.

Vtero virgineo comparatur. 28. n. 1.

CHRISTI RESVRRECTIO.

Christum adhuc non resurrexisse asseruit impius Cherintus. 3. n. 4. Christus resurgens iterum genitus dicitur. 28. n. 1. Item non simpliciter homo, id est, passibilis, sed homini similis. 66. n. 1. Resurrectionis Christi gloria, fructus crucis. 135. n. 4. & 308. n. 3. Per resurrectionē monumentum suæ victoriæ erexit. 203. n. 4. Cur in resurrectione *leo*, & pelicanus. 248. n. 2. *& seq.* Reflоruit per eam Christus. 260. n. 7. & 670. n. 5. Inimicos suos perterrefecit. 454. n. 3. Resurrectio & Ascensio cur dicantur *posteriores gloriæ*. 551. n. 4. Tēpus resurrectionis Christi, ver cæleste. 970. n. 5. Resurrexerūt cū eo multi. *ibid.*

CHRISTI VICTORIA, ET TRIVMPHVS.

Palmam de hostibus tulit. 8. n. 2. Triumphus Christi de Dæmone, quàm glorioſus. 257. n. 2. Sceptrum eiusdem superauit. 528. n. 6. Spirituales hostes expugnat. 541. n. 6. Dæmonem non per fraudem, sed aperto marte deiecit. 605. n. 2. Superatos dæmones in exemplum ostentauit in triumpho. *ibid.* n. 3.

CHRISTI POTESTAS.

Potestas iurisdictionis, & regia significatur per clauem. 30. n. 1. & 195. n. 3. Habet potestatem in corpus & animam. 153. n. 1. Omnia ei sunt subiecta. 195. n. 3. Christi potestas in administranda Ecclesia. 264. n. 1. & 343. n. 1. Potestas Christi, regalis, & Pōtificia. 500. n. 4. Iudicādi potestatē cur Dauid à Deo petierit vt daret Filio. 618. n. 2

CHRISTI REGNVM ET IMPERIVM.

Cur simile Vnicornis cornu. 264. n. 1. Blandum est & clementia plenū. 619. n. 3. Reliqua orbis imperia dissipauit. 704. n. 2. Non temporale, sed spirituale. 655. n. 1. Stabile, & sempiternū. 658. n. 5. Abscōditū Iudęis. *ibid.* n. 6. Vide verbū *Messias.*

CHRISTI ASCENSIO.

Ascendens in cœlum detulit secum aliquos in corporibus glorioſis. 29 n. 4. Nubes ascensionis Christi sella regalis. 41. n. 3. Ascensionis gloria, ex cruce. 135. n. 4. Per Christi ascensionem patuit sanctis aditus in cęlum. 226. n. 3. Posterior gloria cur dicatur à Paulo. 551 n. 4. Christus in Ascensione, aquila. 629. n. 4.

CHRISTI AD IVDICIVM ADVENTVS.

Aduentus Dñi ad iudiciū terribilis. 40. n. 1. *& seq.* Cur in nube. 41. n. 3. Christū ad iudiciū venientem omnes mortales corporeis oculis videbūt. 43 n. 1. Vox eius terrifica. 90. Splēdor quantus. 98. n. 1. *et seq.*

CHRYSOLITHVS.

Auri speciē præfert. 841. n. 4. Est septimū fundamentum cælestis Hieruſ. *ibid.* Repræsentat Matthæum Apostolū. *ibid.*

CRYSOPRASVS.

Viridis est gemma, decimum fundamentum cælestis Hieruſ. 842. n. 5. Exprimit Iudam Thadæum. *ibid.*

CIRCVNSPECTIO.

Quanta opus sit ad tentationum pericula vitanda. 241. n. 9.

CITHARA ET CITHARIZARE.

Citharam frangit, qui tribulationibus deficit. 111. n. 3. Qui patitur, citharizat. *ibid.*

CLARITAS.

Quanta sit corporum glorioſorum. 98. n. 2.

CLAVIS.

Insigne est iurisdictionis. 30. n. 1. & 103. n. 1. *& seq.* Per clauem Dauid quid significetur. 194. *& seq.* Data Lucifero significat *permissionem*. 404.

CLEMENS ALEX.

Opera eius per Arianos corrupta. 391. n. 3.

CLYPEVS.

Non abiiciēdus, donec ōres animæ hostes profligētur. 132. n. 3. Super vībē Hai eleuatus Christū in Cruce expressit. 142. n. 3.

COECITAS.

Iudaicę cœcitatis radix, quęnā fuerit. 82. n. 6.

COGITATIONES.

Antiquæ cogitationes apud Esaiā quæ fuerint. 33. n. 1. Vel minimæ numerantur a Deo, vt remunerentur. 80. n. 1. Continuò in corde succrescunt. *ibid.* Superuacaneę sunt in nobis instar capillorum *ibid.* Ex praua cogitatione oritur consensus, vt ex colubro basiliscus. 413. n. 2. Sanctæ vincunt, ac vinciunt Deum. 421. n. 2. Ex prauis fœcunda peccatorum seges sperāda. 433. n. 5. Ad petram Christum allidendæ. 526. n. 3. Earundem initia amputanda. *ibid.* & 527. n. 4. Sunt animalia reptilia. 708. n. 1. Omnes Deus examinat. 471. n. 7. Terrenæ deponendæ. 515. n. 3. Hominem defendunt, & accusant ante Deum. 546 n. 2.

COGNITIO ET COGNOSCERE.

Cognitio de Deo nostram arguit desipientiam

tem. 101. n. 1. & *seq.* *Cognoscere* idem ſæpe eſt quod *approbare*. 178. n. 1. & *seq.*

COLLOQVIVM.

Colloquia Dei diuini amoris fulgura emittunt. 42. n. 5.

COLLYRIVM.

Præſentiſsimum eſt ophthalmiæ medicamẽtum. 214. n. 1. Quid ſignificet in Apocalypſi. 214. & *ſeq.*

COLVMBA.

Eſt Spiritus ſancti ſymbolum. 82. n. 2.

COLVMNÆ.

Deſcribuntur illæ à Salomone ante veſtibulum templi collocatæ. 203. n. 1. & *ſeq.* Quid repreſentarẽt. 204. n. 3. Earũ nomina. *ibid.*

COMMINATIO.

Comminationibus mortales perterrefacit Deus. 97. n. 3. In bonum noſtrum eas conuertit. 229. n. 5. Earum vis ad cõuertendos peccatores. 230. n. 7.

CONCIPERE.

Verbum *concipiendi* cur vſurpauerit in ſua legatione Gabriel. 640. n. 3.

CONCORDIA.

Concordia vtriuſque Teſtamenti. 240. n. 8. & 500. n. 3. Beatorum concordia auget gloriæ pulchritudinem. 360. n. 2.

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

Eſt perfectionis fundamentum. 358. n. 6. Amiſſa peccatorum confeſsione in re aut voto non eſt locus miſericordiæ. 408. n. 4. Deſignatur per *mare vitreum*. 233. n. 3. Eius diuitiæ. 234. n. 4.

CONSCIENTIA.

Conſcientię iucunditas, cęleſtẽ pabulũ. 216. n. 4. Teſtis eſt boni & mali. 546. n. 2

CONSECRATIO.

In Eccleſia eſt vera ſacerdotum conſecratio, contra Lutherum. 37. n. 1.

CONSENSVS.

Conſenſum noſtrum ad opera ſalutis pulſatio diuina ſemper præcedit. 216. n. 2.

CONSERVATIONIS BENEFICIVM.

Ob conſeruationis beneficium Deo habendę gratiæ. 244. n. 3.

CONSILIVM.

Balaam turpe conſilium. 155. n. 1.

CONSOLATIO.

Conſolationibus priuari, aliquando perfectionis eſt ſignum. 79. n. 4.

CONSTANTINVS MAGNVS.

Creatur imperator in Britania. 306. n. 1. Acta eius & mors. 307. & *ſeq.* Expreſſit eum Angelus habens Dei ſignum. 345. n. 3. Trophæum crucis ei apparet in cęlo. 346. n. 2. Et dormienti Chriſtus cum cruce. *ibid.* Eiuſdem in eandem religio & affectus. *ibid.* n. 2. et *ſeq.* & 348. n. 5. & *ſeq.* Primas nominis Chriſti literas geſtat in galea. *ibid.* Eccleſiæ felicitas, & propagatio ſub eodẽ. 349. & *ſeq.* Eius edicta pro Chriſtianis. *ibid.* Pro inſtaurandis tẽplis. 351. n. 3.

CONTEMPLATIO.

Contemplationi aptior ſolitudo. 56. n. 2. & *ſeq.* Eius vis & effectus. 57. n. 2. Non ſemper contemplationi, interdum actioni inſiſtendum. 59. n. 1. Eſt fructus *actionis*. 60. n. 2. Contemplatio per *oculos*, actio per *pedes* ſignificatur. 88. n. 11. Vtrique Spiritus ſanctus communicatur. *ibid.* Qui Deum contemplatur, ſe ipſum magis humiliat. 101. n. 1. & *ſeq.* Contemplationis dulcedo, manna abſconditum. 160. n. 1. Contemplationis quies ſignificatur per ſilentium. 367. n. 3. Non poteſt hic eſſe perfecta. *ibid.* Contẽplatio & actio, duæ alæ. 550. n. 4. Cõtemplatio luctæ comparatur. *ibid.*

CONTENTIO.

Contentio inter Apoſtolos, *quis eorum videretur eſſe maior*, vnde orta. 67. n. 2.

CONTINENTES.

Omnes tanquam viri habendi. 174. n. 2. Eos odit dæmon. *ibid.*

CONVERSIO.

Fidelium conuerſio Pauli gloria. 190. n. 4. Corona Chriſti. 316. Animarum cõuerſio maxima prædicatoris retributio. *ibid.* Velox Gẽtiũ cõuerſio ad Chriſtũ. 533. n. 3.

COR.

Geminæ ei adiacent aures. 129. n. 2. Corda bonorum thronus Dei, malorum Satanę. 154. n. 3. In corde ſpirituales manus. 181. n. 3. Ad cordis oſtium quo pacto ſtet et pulſet Chriſtus. 216. n. 1. & *ſeq.* Corda Sanctorũ phialæ aureę. 268. n. 2. Cor Pœnitẽtis altare holocauſti 374. n. 2. Cor iuſti aurea craticula. 377. n. 3.

CORNV.

Pro quibus vſurpetur in ſacris. 264. n. 1. Cornu Vnicornis cur ſimile regnũ Chriſti. *ibid.* Quenam ſint Draconis cornua decem. 525. n. 1. & *ſeq.*

CORONA.

Quo proprior corona, cò acriùs dimicandũ. 29. n. 2. Beatitudinis corona datur legitimè certantibus. 150. n. 1. Duodecim gaudiorum insignitur gemmis. *ibid.* n. 3. Quomodo amitti, vel nõ amitti possit. 201. n. 4. *& seq.* Regalis & Pontificia Deo subiicienda. 245. n. 5. *& seq.* & 246. n. 7. *& seq.* Regni est symbolum. 413. n. 1.

CORPVS.

Claritas corporum glorioſorum, quanta. 98. n. 2. & 161. n. 2 Corporis membra & potentiæ mortificatione attemperanda. 757. n. 3. Cuiuſque Sanctæ animæ equus est corpus. 809. n. 4.

CORRECTIO ET CORREPTIO.

Correctionem negligentes, ſeuerè tractandi. 112. n. 2. Correptio est amara. 33. n. 3. Eius fructus dulciſsimus. *ibid.* & 462. n. 3. Eiusdẽ symbolum est virga. 33. n. 3.

CREATIO ET CREATVRA.

Ob creationis beneficium Deo agendæ gratiç. 244. n. 2. Creaturæ à Deo emanãtes, ad eundem vt ad finem regrediuntur. 50. n. 3.

CRINES.

Adumbrant cogitationes. 420. n. 1. *& seq.* Eorum compoſitio libidinoſũm indicat animum. 421. n. 3. De B. Virginis cæſarie vide verbum *Mariæ cæſaries*, & vide verbum *Capilli*.

CROCVS.

Est charitatis symbolum. 319. n. 4. Cur ei comparentur Martyres. *ibid.*

CRVX.

Obtinuit per eam principatum Chriſtus. 30. n. 1. *& seq.* Clauis est paradiſi. *ibid.* Crucem ligneam diuiſam, diuinitùs reformandam, vt Iudicii tempore appareat, existimat Thom. Vuald. 45. n. 5. Non niſi per eam habetur benedictio, & regnum cœleſte. 54. n. 4. Est lignum vitç, fructus eius Chriſtus. 130. n. 2. & 134. n. 4. & 135. n. 4. Palma item. *ibid.* n. 5. Ex ea orta gloria nominis Chriſti. 135. n. 4. Crucis brachia, alæ, ſeu pennæ. 182. n. 7. Est clauis Dauid. 196. n. 5. Miracula eius. 347. n. 3. *& seq.* Est ſignaculum fidelium. 352. n. 3. Altare holocauſti. 370. n. 5. & 373. n. 1. Dæmonis vires contriuit. 373. n. 1. Fuit Meſſiç principatus. 660. n. 2. Eam maximè formidabit Antichriſtus. 720. n. 4. Vide verbum *Conſtantinus Magn.*

CVBITVS.

Duplex fuit apud Hebræos, legalis, & vulgaris. 468. n. 1. Quantùm differrẽt. *ibid.* *& seq.*

CVRÆ.

Rerum temporalium curç, ſpinç. 653. n. 8.

CVRRVS.

Currum Dei ex quatuor Angelis conficiunt Cabaliſtæ. 538. n. 2.

D

DÆMON.

Dei ordinatione, ad probandam Eccleſiam ſoluitur & recluditur. 103. n. 2. & 104. n. 2. Diuinæ iuſtitiç est adminiſter, & quçſtionarius Domini. 150. n. 1. Quibus nominibus appelletur in ſacro eloquio. 154. n. 4. Vexando corpus ſæpe affert ſalutem animæ. 158. Quos tentat, armat contra ſe. *ibid.* Malleus est à Chriſto contritus. 168. n. 2 Conteritur à ſanctis. *ibid.* Odit continẽtes, amat luxui deditos. 174. n. 2. Exenterauit illum in cruce Chriſtus. 215. n. 3. Dæmones oſtentauit Chriſtus in triumpho. 257. n. 2. In hæreticis equitat dæmon. 331. n. 1. *& seq.* In manu eius ſtatera doloſa. 332. n. 2. Ob ſuperbiam dicitur *mons magnus*. 386. Propter inuidiam *ardens*. *ibid.* Prauæ ſuggeſtionis afflatu inflammat iniquos. 410. n. 3. Actiones bonas in principio & fine corrumpit. 431. n. 2. *& seq.* Morientibus maxime inſidiatur. 432. n. 3. *Vectis ferreus* cur appelletur. 444. n. 2. Peccatores affectibus ſuis verberat. 529. n. 7. Proſtipendio ſoluit eis mortem. *ibid.* Contra ſingula præcepta, peculiaria adhibet tentamenta. *ibid.* *Accuſator fratrum* cur dicatur. 545. & 546. n. 3. Odium eius in prædeſtinatos. 547. n. 1. Cum eo omne inimiciç genus ſuſcipiendum. 604. n. 1. Simul cum peccatis ſubmergitur in Baptiſmo. 776. n. 2. Dæmones deſignantur per aerem. 790. n. 9. Super eos *ſeptima effuſa phiala*. *ibid.* Ligatur a Chriſto ab eius morte vſque ad Antichriſti aduẽtum, & cur. 816. n. 2 & 817. n. 5. & 818. n. 1. Illis tantum poteſt nocere, qui ad ipſum accedunt. 816. n. 2. Vide verbum *Satan*.

DAMASCVS.

Syriæ metropolis est & Gentiles adumbrat. 655. n. 2.

DAMNATIO ÆTERNA.

Dicitur mors secunda. 152. n. 4.

DAN.

In connumerãdis tribubus Israel tribum Dã cur prætermiserit Ioannes. 725. n. 2.

DATHAN.

simul cũ Abiron ad inferos viuus nõ peruenit. 827. n. 19.

DAVID.

Quomodo redemptus dicatur de gladio Goliath. 27. n. 2. Resurrexit cum Christo ad vitam immortalem. 29. n. 4. *& seq.* Fuit populo charissimus propter mansuetudinem. 53. n. 3. *Spiritum sanctum* cur ter à Deo postulauerit. 87. n. 8. Præ cæteris prophetis Christi mysteria ad viuum expressit. 194. n. 3. Fuit instar omniũ prophetarum. *ibid.* n. 1. Quantum curaret, ne sibi subditorum merita per obliuionem excíderent. 828. n. 1. Iniquitatẽ suã à quo libro deleri postularet. *ibid.*

DECOR.

Libidinis est inuitator. 751. n 9.

DELICIÆ.

Deliciis dediti fœminæ censendi, non viri. 533. n. 2.

DENTES.

Sumuntur pro concionatoribus & religiosis viris. 416. n. 1. *& seq.*

DESIDERIVM.

Christi desideriũ patiẽdi pro hominibus, fortissimũ. 84. n. 2. Est animarum clamor. 328. n. 3.

DESTRVCTIO.

Significari solet in sacris literis per *vas fictile.* 184. n. 4.

DETRACTIO ET DETRACTOR.

A dæmone ortum habuit detractio. 420. n. 3. Quam sit fugienda. 549. n. 3. Omne vi ride depascit detractor & absumit. 418. n. 1. Humanis uescitur carnibus. *ibid.* Eius malitia multiplex. *ibid.* Voracitas instar corui. *ibid.* n. 2. Lingua eius tenuissima, trisulca, vibrans, perlõga. 419. n. 3. Maxime illum execratur Deus. *ibid. & seq.* Dæmonis est domiciliũ. 420. n 3.

DEVS.

Eius natura incomprehensibilis. 42. n. 4. Amantibus se subtrahit, vt ad superna alliciat. *ibid.* Symbolis protectionis curi gaudeat *ibid.* Principium est omnem numerum continens. 50. n. 3. De eo nõ propriè dicitur *Fuit*, aut *Erit.* 51. n. 4. Maximè tamen ei conueniunt *Erat*, & *Est. ibid.* n. 5. Cur aliquando vt senex, aliquando vt iuuenis repræsentetur in sacris. 78. n. 1. Est naturâ iustus. 79. n. 7. Duplices ei tribuuntur oculi. 81. n. 2. Misericordiæ oculis respicit probos, cõminationis reprobos. *ibid. & seq.* Munificus est in largiẽdo parcus in puniẽdo. 92. n. 4. Supplicia ferè sẽper loquitur, beneficia cõfert. 96. n. 2. Eius in operãdo & benefaciẽdo celeritas. 99. n. 2. In expectandis peccatoribus longanimitas. 115. Neminem deserit nisi qui prius eum deserit. 120. n. 6. Punit coactus. 223. n. 4. In prosperis & aduersis à nobis prædicandus. 242. n. 12. Regnis præsidet & imperiis. 311. n. 2. In puniendis sceleribus cur vtatur statera, funiculo & mensura. 322. & 323. n. 2. Ea semper punit citra condignum. *ibid.* In benefaciendo & miserẽdo quàm sit largus, & sine mensura. *ibid.* n. 3. *& seq.* Ad nobis opitulandũ, celerrimus. 342. n. 5. Eius natura superat omnis intellectꝰ aciẽ. 342. n. 5. & 410. n. 2. Præmonet nos ante punitionem, quia non vult punire. 397. n. 3. *& seq.* In puniendo & remunerando est iustissimus. 469. n. 4 & 470. n. 5. Ei largius, quàm mundo offerendum. *ibid.* n. 13. *& seq.* Quod plures Dæmoni, quã sibi seruiant, conqueritur. *ibid.* Ad eum vt mundi principem pertinet homines iudicare. 470. n. 6. Deum in corpore mortali nemo vidit præter Christum. 477. n. 2. Præ illo Abraham & Iacob *Patris* nomen haud merentur. 509. n. 3. Quàm sit ab beneficiendum propensus. 517. n. 6. Quis immensitas & magnitudo. 564. n. 2. Diligi à nobis quantum exoptet. 660 n. 3. Miseretur plus, quàm irascitur. 778. n. 3. In puniendo est æquissimus. 779. n. 1. Tum dicitur equitare, quando regna ad sui traducit cognitionem. 789. n. 8. Ipse sibi templum est. 843. n. 2.

DEXTERA ET DEXTRVM.

Accipitur aliquando pro fortitudine. 31. n. 3. Attribuitur Deo in signum potentiæ, & beneficentiæ. 92. n. 4. Dextrum vniuscuiusque id est, vnde principium motionis emergit. 448. n. 3.

DIADEMA.

Quænam sint Draconis *diademata septem*. 525. n. 1. *& seq.*

DIANA.

Dianæ templum 220. annis à tota Asia cst ædificatum. 108.

DIES.

Quot præscripserit Ionas ad pœnitentiã Niniuitis. 43. n. 2. Qua lux creata est, primùm *dies solis*, postea *Dominica* fuit appellata. 85. n. 2. Septima, cur ab omni opere cessauerit Deus. *ibid.* *Plenus dierum*, quis dicatur. 191. n. 1. *Diem Christi* quando viderit Abraham. 678. n. 6. Computarine debeant pro annis dies illi, qui excurrent ab Antichristi morte vsque ad diem iudicij. 738. n. 2.

DIES DOMINICA.

Triplici nomine fuit dicta, & cur. 58. n. 1. Eiusdem diei antiquitas. *ibid.* n. 2. Prærogatiua. *ibid.* n. 3. *& seq.* Præferēdā Sabbatho Iudaico, quando ostensum. *ibid.* Eius obseruationē acceptam à Christo instituerunt Apostoli. 59. n. 4.

DILECTIO.

Maior Dei in nos, quàm nostra in Deum. 342. n. 5. Vide verbum *Christi charitas*, & *Christi amor.*

DISCIPVLI.

Septuaginta Christi discipuli in septuaginta Palmis fuerunt significati. 516. n. 3.

DIVITES ET DIVITIÆ.

Bona spiritualia, veræ diuitiæ. 143. n. 1. *& seq.* Non sunt tales, quę hinc auferri non possunt. 145. Suas secum tulit Helias. 144. Lasciuire faciunt diuitiæ. 312. n. 4. Diuitibus pręcipuè opus est humilitate. *ibid.* Diuitiarum curæ spinæ. 653. n. 9.

DOCTORES.

Designantur per *mensas* apud Ezech. 61. Quatuor primos Ecclesiæ expresserũt quatuor mystica illa animalia. 238. n. 3. Significantur per arcum. 315. n. 4. Praui, instar arcus dolosi. *ibid.* Sacri Sirenæ sunt suauissimæ. 652. n. 7.

DOCTRINA.

Sacra, nubes, & pluuia, & ros. 42. n. 5. & 89. Eiusdem candor & dulcedo. 73. n. 3. Doctrinæ Christi puritas. 89. Commendat carnis macerationem. *ibid.* Præseruat à corruptione vitiorum. *ibid.* Apostolorum doctrina de cœlesti vena procedebat. 407. n. 3. Superauit mundanam eloquentiam *ibid.* Vide verbum *Euangelium.*

DONA SPIRITVS SANCTI.

Sunt oculi Christi. 81. n. 1. Ex illis promanat puritas. 72. n. 2.

DRACO.

Cur in cælo apparuerit. 522. n. 1. Dæmonē adumbrat. *ibid.* Perpetuò cum elephantibus bellantur dracones *ibid.* n. 2.

E.

ECCLESIA.

Augescit persecutionibus, eisdem cur oporteat exerceri. 12. n. 3. *& seq.* & 65. n. 2. Martyrum sanguine rigatur. 12. n. 3. Patiendo tyrannos vicit. 13. n. 4. Septem Ecclesię, quibus scripsit Ioannes sunt in Asia minori. 20. n. 1. Cur ad eas præcipuè scribat. *ibid.* Earum nomine vniuersæ accipiendæ. *ibid.* Gratia septiformis spiritus afflatur Ecclesia *ibid.* n. 2. Per Spiritus sancti dona Christum apprehendit. 21. n. 2. Constat ex hominibus & Angelis. 26. n. 1. Quo die fundata à Christo. 31. n. 3. Est stola Christi in eius lota sanguine. 36. n. 8. Eius pulchritudo ex septem spiritus sancti donis. 65. n. 1. Cur per septem candelabra aurea designetur. *ibid.* *& seq.* Est inuisibilis *ibid.* Eius lumen Christus. *ibid.* In S. Triadis fide fundata est, & erecta consistit. *ibid.* Fecit eam Christus gloriosam. 70. n. 2. Est eiusdem Christi vestimentum. 75. n. 1. Charitate eam ad sui amorem pertraxit Christus. 76. n. 2. Amore ipsam administrat. 77. n. 5. Cogitationum munditia Christo maximè placuit. 79. n. 1. Eius pulchritudo tota à Christo. 84. n. 4. Instar lunæ crescit, & decrescit. 99. n. 3. Lumen suum à Christo mutuatur. *ibid.* Christi vestigia imitatur. 102. n. 3. *Choris castrorum* similis est propter prælia spiritualia. 131. n. 2. Pulchra ex martyribus. 139. Eò venustior, quò afflictatur magis. *ibid.* Cur *Palmæ* comparetur. 150. n. 1. Per Christum in Gentes habet imperium. 183. n. 1. Eius typus fuit templum Ezechieli ostensum. *ibid.* Præmia sua, & coronas Deo accepta refert. 243 n. 1. Prima eius persecutio mota à Nerone. 227. n. 9. Secunda à Domitiano. 280. n. 6. Tertia à Trajano. 281. n. 2. Quarta ab Adriano. 284. n. 2. Quinta ab Antonino. 286. n. 4. Sexta à Seuero. 288. n. 4.

Septima à Maximino. 292. n. 5. & seq. Octaua a Decio. 295. & seq. Nona à Valeriano. 299. n. 4. & seq. Decima Ab Aureliano. 301. Vndecima omnium luctuosissima à Diocletiano & Maximiano. 305. n. 5. Coronatur in fidelium conuersione. 316. Habet in pace lilia, in bello rosas. 318. n. 2. Est palmarum ciuitas propter Martyres. *ibid.* n. 3. Martyrum sanguine cruentam adumbrat Luna sanguinea. 330. n. 1. Eius felicitas & propagatio sub Constantino Magno. 351. n. 4. Euangelium & Christum haud erubescit. 352. n. 3. In duodecim tribubus fuit significata. 359. n. 8. Propter baptismum appellatur *mare*. 386. n. 1. & seq. Fulget doctoribus, vt cælum syderibus. 389. n. 1. & seq. Eius persecutio sub Vuandalorum regibus. 401. n. 2. & 402. n. 3. Seruiũt Ecclesiæ, qui eam persequuntur. 415. n. 3. & seq. Instar vnicornis expellit Hæreticorum venena. 423. n. 5. Fortitudo eius aduersus persecutores. *ibid.* n. 5. & seq. & 451. n. 2. & 505. n. 4. & seq. Supra dorsum Christi fabricata. 450. n. 1. Procellas aduersus eam excitatas compescuit Christus. 451. n. 2. Eam nemo nisi virtute *passionis* ingreditur. 499. n. 2. Cur appelletur signum magnum. 503. & seq. Eius fũdatio & progressio, prodigiosa. 504. n. 3. Vexillum beneuolentiæ Dei erga homines. *ibid.* Tyrannorum est scopus. *ibid.* n. 4. Ab ipsa infantia oppugnata fuit. 505. n. 5. Genere & conuersatione tota cælestis. 506. n. 1. & seq. Super quatuor mundi imperia fuit erecta. 507. n. 3. Cur *mulieris* nomine censeatur. 808. n. 1. & seq. Ter Deo desponsata. *ibid.* n. 2. Amicta sole cur apparuerit. 310. n. 1. & seq. Est amicta Christo. 511. n. 3. Ab ipso munitur. 512. n. 5. & 513. n. 7. Amoris muro cingitur. *ibid.* Sub pedibus eius cur visa Luna. 513. n. 1. & seq. Constantia eius & robur inuictũ. *ibid.* & seq. Temporalia quàm despiciat. 514. n. 2. & 515. n. 3. Est mater fidelium. 521. n. 2. Cum dolore pariet filios Antichristi tẽpore. *ibid.* & seq. Peperit in die Pentecostes. *ibid.* n. 2. Instar aquilæ suos examinat filios. 548. n. 1. Eius fabrica elegantissima. 567. n. 9. Illius felicitatem Carmelus mõs adumbrat. 579. n. 1. Eius apperitum solus satiat Christus. 668. n. 1. Tota eius pulchritudo ab ipso, et ab ipsius passione. *ibid.* & seq. Vbi superatus fuerit Antichristus, ibi Ecclesia rursus consurget. 786. n. 2. Ecclesiæ ornamenta, omnia sunt virtutum & gratiarum genera. 808. n. 1. Illi seruire magnæ gloriæ loco ducunt reges. 846. n. 4. & 847. & seq. Quam fuerint munifici in eam Lusitaniæ reges. *ibid.* n. 4. & seq. Desiderat Christi aduentum ad iudicium. 855. n. 8.

ECCLESIASTICI.

Præcipue iudicandi sunt. 471. n. 8. Abdomini deditos expressit Naburzadan. 792. n. 3.

EDICTVM.

Edicta Constantini pro Christianis. 749. n. 1. & seq. Pro instaurandis item templis. 351. 3.

ELECTRVM.

Artificiale ex auro fit & argento. 84. n. 3. Christum cur adumbret. *ibid.*

ELEEMOSYNA.

Est sacrificium iustitiæ. 38. n. 3. Florent, qui faciunt eleemosynam: qui non faciunt, arefiunt. 128. n. 2. Eleemosynas largiẽdi sunt studiosi Episcopi. 119. n. 3. Eleemosynam pauperibus tribuebat Christus. *ibid.* n. 4. Macedonum liberalitas in largiendis eleemosynis. 144. Quàm fœneret qui facit eleemosynas. *ibid.*

ELEMENTVM.

Peribit nullum, omnia renouabuntur in fine mundi. 833. & 834.

ELIAS.

De Elia vide verbum Enoch.

ELISÆVS.

Incumbens super puerum mortuum, cuius rei figura. 20. n. 2.

ELOQVIA.

Eloquia Domini, casta. 78. n. 3. In ore & faucibus semper dulcia meditantibus. 462.

EMMANVEL.

Nomen est naturæ, non impositionis. 638. n. 7. Cur Christus *Emmanuel* communiter non fuerit appellatus. *ibid.* Emmanuel Lusitaniæ Rex plurima tẽpla in Lusitania, in Asia, & Africa excitauit, locupletauitq; 848. n. 7.

ENOCH ET ELIAS.

De fide est adhuc viuere. 476. n. 1. Mortale, nõ glorioſum habent corpus. 477. n. 2. Vtrũ turne aliquo alimento ad vitam substentã-

dam. 477. n. 3. Vterque est in statu merendi. *ibid.* n. 4. Negari non potest absque errore eos venturos Antichristi temporibus. 485. *Duæ oliuæ*, & *duo candelebra* cur appellentur. 487. n. 1. *& seq.* Figurati in duobus Seraphim Propitiatorii. 488. n. 4. Eorum prædicatio durabit tribus annis cum dimidio. 490. n. 1. Cur amicti sac cis prædicare debeant. 491. *& seq.* Illustrissima edent miracula Antichristi tempore. 492. n. 1. *& seq.* Interficientur ab eo. 494. n. 1. *& seq.* Post tres dies resurgent, & ascendent in cœlum. 495. n. 1. *& seq.* Elias diuitias suas & reliquit & secum tulit. 145. Eius verba vt facula, ardētia. 314. n. 3.

EPHESVS.

Ephesi scripit Euangelium suum Ioannes. 3. n. 5. Omnium Ecclesiarum minoris Asiæ, Metropolis 108. Moratus est in ea Paulus Apost. per triennium. *ibid.*

EPHI.

Capiebat tria fata. 517. n. 5.

EPISCOPVS.

Alacritas eius in administranda Ecclesia qualis esse debeat. 77. n. 5. Stellis cur comparentur Episcopi, non planetis. 90. *& seq.* Stabiles sint in bono. *ibid.* Quibus virtutibus debeant fulgere. *ibid.* Illuminātur à Christo. 91. n. 1. Vt specula imaginē à Christo recipientes in subditos trās mittant. *ibid.* In Christi dextera cur apparuerint. *ibid.* n. 2. Vt ædificent, non vt destruant, constituūtur. *ibid.* Tuetur eos Christus. *ibid.* Christi potestati sunt subiecti. *ibid.* Largiùs eis se communicat Deus. 92. n. 4. Paratam eis habet æternam fœlicitatem. 93. n. 4. In Christi manibus sunt insculpti. *ibid.* n. 5. Eorum nunquam obliuiscitur Christus. *ibid.* Cur *Angeli* appellentur. 108. n. 1. *& seq.* Scientia præstare debent. *ibid.* Castitas eorum, & contemplatio. 109. n. 3. Prōptitudo in munere obeundo. *ibid.* n. 4. Cur omnes Romano excepto baculum habeant. *ibid.* Quantum quisque luceat intuetur Christus. 110. n. 1. Patiētia maximè cōmendatur in Episcopo. 111. n. 3. Animarum zelo incendi debent Episcopi. 112. n. 1. Probent subditos. 114. n. 2. *& seq.* Eorum etiam cogitationes cognoscant. *ibid.* Lōganimitas in eis maximè necessaria. 115. Subditorū defectus mature dissimulent. *ibid.* Episcopus Ephesi de charitate remisit, non amisit. 117. n. 1. Cuiusnam negligentia arguatur. 118. n. 2. Episcopi est Euangeliū prædicare. *ibid.* n. 3. Quàm sit eorum propria pauperum cura. 119. n. 4. Debent esse cōpassionis ostia. *ibid.* Largiendi eleemosynas sint studiosi. *ibid.* Smyrnensis Episcopus licet pauper, coram Deo diues. 143. n. 1. *& seq.* Pergamensis reprehensio. 155. n. 1. Ad eius pertinet officium libidinosos exterminare. 157. n. 3 & 158. n. 4. Thyatiræ Episcopus laudatur, & reprehenditur. 173. n. 1. Sardensis arguitur hypocrisis. 189. n. 1. Opera eius cur vacua. 192. n. 7. Laodicēsem lethali peccato implicatum fuisse probabilius. 207. n. 5.

EQVVS.

Temporalis dignitatis est symbolum. 311. n. 2. *Equus rufus* Romanū significat imperium, crudele sub Nerone. 316. n. 1. *Albus* idem imperium sub Caligula. 313 n 1. *Niger* idem imperium luctuosum Iudæis sub Tito. 320. *& seq.* *Pallidus* idem sub Domitiano. 324. n. 1 Designat item *albus* Apostolos. 331. n. 1. *Rufus* tyrannos. *ibid.* *Niger* Hæreticos. *ibid.* n. 1. *& seq.* Pallidus Pseudoprophetas & Hypocritas. 333. n. 1. *& seq.*

ERAT ET ERIT.

Deo maximè conueniunt. 51. n. 5.

EREMVS.

Eremi laudes & encomia. 57. n. 3.

ESAIAS.

Esaiæ lingua carbone mundata simul & accensa. 86. n. 8.

ESAV.

Fratri seruiebat, dū fratrē persequebatur. 415. n. 8. Eius in eundem fratrem inuidia. 791. n. 1.

EST.

Cur proprium Diuinæ naturę. 50. n. 4. Dicit æternitatem. *ibid.*

EVANGELIVM.

Ioannis Euangelium, scriptum post Apocalypsim. 3. n. 5. Euangelii prædicatio, victima Deo gratissima. 118. n. 3. Non est deserenda, licet pauci conuertantur. *ibid.* Euangelica lex ignea. 212. n. 1. Humanam eloquētiam superauit. 407. n. 3. Eam frustra Hæretici conantur inquinare. *ibid.* n. 4. Quatuor Euangelia expressērunt circuli arcei arcæ fœderis. 455. n. 5.

Legis veteris oneribus expeditum est Euã gelium. 650. n. 4. Eius doctrina in spe ciem simplex, grandis tamen & gravis. 651. n. 5. Euangelii prædicatio Gentium superbiam euertit. 708. n. 1. Euangelii toto orbe prædicatio, signum erit aduẽ tus Antichristi. 741. n. 3. Multis adhuc gentibus non insonuit. *ibid.* Vide verbum *Lex noua.*

EVANGELISTÆ.

Significantur per illa quatuor Ezech. mystica animalia. 238. n. 4. Quæ cuique Euangelistæ animalis facies tribuatur. *ibid. & seq.* Eorum numerum quænam exprimant in sacris. 239. n. 6. Sunt scyphi & sphærulæ aureæ. *ibid.* Arma contra hæreticos fabricarunt. *ibid.* Sunt triumphalis quadriga Christi. 240. n. 7. Thronum Dei aduersus hæreticos defendunt. *ibid.* Eorum perfecta cognitio. *ibid.* n. 8. & 242. n. 11. Eorum doctrina, vna & eadem. 777. n. 4.

EVCHARISTIA.

Quanta puritate ad eam sumendam sit opus. 36. n. 8. Eucharistiam indigne sumere, sacrilega rapina. 130. n. 2. Est *ligni vitæ* fructus. 136. n. 1. Splendet in ea diuinæ potentiæ magnitudo. 135. n. 4. Probatur Christi præsentia in hoc Sacramento. *ibid.* Confert fortitudinem, inebriat spiritualiter. 137. n. 2. Est alimẽtum saluberrimum animarum. *ibid.* n. 3. Manna absconditum. 160. n. 1. Christus in ea carbunculus est ardens, & candidus. 170. n. 1. Adumbrata fuit in *deserti manna.* 162. n. 2. *& seq.* Cur panis Angelorum dicatur. *ibid.* Solum communicatur in hac vita. 163. n. 2. Eius multiplicem dulcedinem soli sentiunt iusti. 164. n. 3. Non datur gratia pro quantitate portionis, quę sumitur. *ibid.* n. 4. Tantundem virtutis continent singulæ particulæ diuisæ hostiæ, quantum integra. *ibid.* Ad eam frequenter accedendum. 165. n. 6. *& seq.* Panis *quotidianus & supersubstantialis* cur dicatur. *ibid. & seq.* Margarita est & vnio infiniti pretii. 171. Conciliat vnionem inter fideles. *ibid.* Certissimus est gloriæ arrabo. *ibid.* Comprehendit omnia legalia sacrificia. 650. n. 4. Eucharistiæ mysterium & cultus tempore Antichristi cessabit publicè. 735. n. 2.

EVPHRATES.

Interfluit inter Mesopotamiam & terram Promissionis. 147. n. 2. Cur absolute *fluuius* appelletur. *ibid.* Vnus est ex quatuor, qui è paradiso oriuntur. *ibid.* Sic cabitur extremis mundi temporibus. 785. n. 1. Eius siccatio Antichristo eiusque sectatoribus funesta. *ibid.* n. 2. Adumbrat mundanam felicitatem. 789. n. 7.

EXCOMMVNICATVS.

Traditur Satanæ. 159. n. 5.

EXPERIENTIA.

Significatur per caniciem. 80. n. 2.

EZECHIEL.

Capillos suos abradere & in statera ponderare quorsum iubeatur. 322.

F

FACIES.

Osculum faciei signum beneuolentiæ. 34. n. 1. Moysis facies veteris legis typus, nouæ Christi facies. 98. n. 3. Facies suas cur reuelarent Seraphim. 101. n. 1. De facie Christi vide verbum. *Christi facies*

FEL.

Fel piscis Callionymi præsentissimum remedium contra oculorum albugines. 215. n. 3.

FELICITAS.

Felicitati plures insidiantur hostes. 241. n. 10. Mundanæ felicitatis varietas & breuitas. 311. *& seq.* Eadem dissentionum & bellorum est seminarium. 312. n. 3.

FELIX PRÆSES.

Cur disputante Paulo fuerit perterritus. 756. n. 4.

FENESTRA.

Ex qua materia constaret illa areæ Noe. 44. n. 3.

FERCVLVM.

Salomonis ferculum cælestis gloriæ typus. 318. n. 2. Eius ascensus purpureus martyrii & tribulationis. *ibid.*

FESTINARE.

Vsurpatur aliquando pro *confundi.* 55. n. 5.

FIDELES.

Deum esse ueracē quomodo testentur. 23. n. 4. Sunt Christi fratres. 27. n. 1. Christum pungunt, qui eos persequuntur. 45. n. 6. Cur in sacris literis tanquam milites armentur. 60. n. 3. Sunt aurea CHRISTI zona. 75. n. 1. Eos in pectore & corde gestabat Christus. 76. n. 2. Sunt eiusdem Christi pedes. 85. n. 6. Continuo illis dimicandum. 131. n. 2. Nunc vitro, post generalem resurrectionem crystallo similes. 233. n. 3. Eorum conuersio corona Christi, Ecclesiæ, & Pauli. 316. Qui erant Hierosolymis nullum passi malum a Vespasiano. 321. Deficientes in fide, stellæ cadentes è cælo. 303. n. 1. Omnes ratione fidei & crucis dicuntur *signati*. 352. n. 2. De fidei confessione erubescere haud debent. *ibid.* Nec ob illatas iniurias. 423. n. 6. Non nisi in Baptismo instar piscium in aqua viuunt. 387. n. 2. Qui erunt tempore Antichristi cur aquilis comparentur. 513. n. 7. Iidem gens mascula. 532. n. 1. Eorum natiuitati insidiantur Dæmones. 533. n. 2.

FIDES.

Oppugnata magis floret. 12. n. 3. Est sigillum. 24. n. 4. Sine operibus, dauda. 18. n. 2. Nec sufficit sine eisdem ad vitæ perfectionem in adultis. 235. n. 2. Ab ea deficientes, stellæ cadentes è cælo. 330. n. 1. Faciunt item naufragium. 387. n. 1. Eiusdem propagatio sub Constantino. 351. n. 4. Est signaculum, nota, & tessera fidelium. 352. n. 2. Ab ea incipit Ecclesiæ fundatio. 358. n. 6. Sola non sufficit ad salutem. 758. n. 4. & 837. n. 8.

FIDVCIA.

Fiducia in Deum augetur laboribus. 549. n. 2. In periculis maximā habuit Dauid In Deū. 764. n. 3.

FIGVRA.

Quadrata stabilitatis est symbolum. 376. n. 3.

FILIVS.

Filius in Diuinis Patre non iunior. 78. n. 1. Ecclesiæ filii omnes, masculi. 533. n. 3.

FLVMEN.

Accipitur aliquando pro persecutioue. 554. n. 2. *& seq.*

FÆMINA.

Impietatis est typus. 533. n. 2.

FÆNVM.

Significat homines voluptuarios. 384. n. 3. Instabilitatis et humanæ gloriæ est symbolum. 385. n. 4.

FORCEPS.

Aurea prælatos adumbrat. 489. n. 5.

FORMICA.

abemus in ea doctrinam aduersus omnia vitia. 458. n. 4.

FORTVNA.

Fortunę rota imperiis maximè dominatur. 312. n. 3.

D. FRANCISCVS.

Quo anni tempore Christi stigmatibus fuerit insignitus. 545. n. 8.

FRATER.

Omnes homines & præcipue fideles & iusti sunt fratres Christi. 27. *& seq.* Fratres olim communiter se appellabant Christiani. *ibid.*

G

GABRIEL.

Idē est quod *fortitudo Dei & homo Deus*. 640. n. 3. Verbum *concipiendi* cur in sua vsurpauerit legatione. *ibid.*

GALATÆ.

Dementati sunt circa Christi passionem. 255. n. 11.

GALLVS.

Gallinaceus superbiæ est symbolum. 126. n. 7. Tribus nominibus censetur in sacro sermone. *ibid.*

GANGES.

Eius origo in Caucaso Indiæ monte. 483. n. 8. A Tigri & Euphrate quantum distet. *ibid.*

GENTILES.

Gentilis populus ante conuersionem cęcus. 18. n. 2. Ex illo fidelium multitudo maxima. 355. n. 4. Ligno fumiganti cur comparerur. 411. n. 4. Significatur *Maris* nomine. 452. n. 3. Reiectis Iudæis gentiles adamauit Christus. *ibid.* Invisebant Salomonis tēplū. 476. n. 10. Oleastro ob antiquā bonorū operū sterilitatē

compa-

comparantur. 487. n. 2. Eorum ad Christum conuersio celerrima. 533. n. 2. & 846. n. 4. Gentium populus ante Euangelium Rhinoceros. 566. n. 9. Relicta synagoga prædicationis rore perfusa gentilitas. 617. n. 7. Cur deserto comparetur. 683. n. 4. Eius superbiam quomodo euerterit Christus. 708. n. 1.

GLADIVS.

Gladii acies cur dicatur *os*. 94. n. 1. Gladium in latere, in ore, in manu, cur gestet Christus. 96. n. 2. Potestatis est symbolum. 97. n. 4.

GLORIA CÆLESTIS.

Magnitudine sua vitæ labores superat. 14. n. 5. Cur tabernaculum Dei appelletur. 836. n. 6. In ea labor aut lachryma locum non habent. *ibid.* n. 7. Describitur sub typo pulcherrimæ ciuitatis. 837. n. 1. *& seq.* A qua illuminetur claritate. 844. n. 2. Eius securitas. *ibid.* n. 3. Nihil non mundum ingreditur in eam. *ibid.* In terclusum ad illam aditum nobis patefecit Christus. 845. n. 2. & 846. n. 3.

GLORIA MVNDANA.

Eius breuitas & inconstantia. 385. n. 4. Quàm vili pretio æstimanda sit. 412. n. 1.

GLORIA PRO FAMA.

Verum iter gloriæ quodnam sit. 54. n. 3.

GOG ET MAGOG.

De Gog, & Magog variæ sententiæ. 817. n. 5. Pro quibus accipienda sint hæc nomina. *ibid.* De illis multa apud Ezechielem. 825. n. 16.

GRÆCI.

Quo pacto vtantur infinitis verborum. 10. n. 6. Quomodo suffragia colligerent. 169. n. 3. Græcorum eloquentia significatur per *æs*. 704. n. 1.

GRANDO.

Mista sanguine Dei indicat iram. 383. n. 1.

GRATIA.

Prima gratia non cadit sub meritum. 132. n. 4. Baptismalis, *calculus candidus*. 160. n. 2. Iustificans, *stella matutina*. 185. n. 2. In Paulo cur non vacua. 192. n. 6. Prima gratia quo pacto dicatur emi, cum gratis conferatur. 210. n. 3. & 211. n. 4. Est pretiosa margarita. 212. n. 6. Præsto adest omnibus Dei gratia. 217. n. 2. & 232. n. 4. Omnis gratia ex Christo. 259. n. 6. A *gratia* omnes epistolas præter ad Hebræos inchoat, & gratia concludit Paulus. 855. n. 9. Ioannes Apocalypsim ab ipsa inchoauit, ipsaque concluſit. *ibid.*

GVBERNARE.

Gubernandi cura quibus committenda. 184. n. 3. Facilitate, quàm imperio in gubernando vti præstat. 210. n. 1.

GVLA.

Tertia phiala effusa super gulę fontes ac flumina. 792. n. 3. In hac & alia vita homines facit egenos. 792. n. 3. Nabuzardan gulę typus fuit. *ibid.*

GYMNASIVM.

Hierosolymitanum ad quid extructum à Iasone 159.

H

HÆRESIS ET HÆRETICI.

Cur meretricis nomine hæresis significetur in sacris. 422. n. 5. Vniuersa complectitur peccata. 434. n. 7. Igne exterminari debet. 435. n. 7. Scripturas canonicas adiectionibus & detractionibus interuertunt 1. n. 1. Sydera errantia cur appellentur. 91. n. 1. Blasphemi sunt in principes & prælatos. 145. n. 2. *Iesabelis* nomine censentur. 174. n. 2. Equitat in eis Dæmon vt in equo nigro. 331. n. 1. *& seq.* Superbia eorum & fastus. 390. Adumbrant eos locustæ. 404. n. 1. Eorum doctrina doctrina Dæmonum. *ibid.* Hereticorũ luxus ac libido. 42. n. 1. & 422. n. 5. Doctrinam suam fucato veritatis colore illinunt. 424. n. 7. Ad eam disseminandam fœminarum vtuntur ministerio. *ibid.* Sunt maxime fraudulenti. 432. n. 4. Arcus dolosus aduersus Dominum 433. n. 4. Eorum natura inquieta & prompta semper ad malum. 433. n. 5. Eorundem impudentia & imperitia circa scripturam sacram. 603. n. 2.

HEBER.

In eius domo vera Abrahami lingua remansit. 148. n. 3. Ab eo Iudæi dicti *Hebræi*. *ibid.*

HEBRÆI.

Iuniores duos confingunt Messias. 52. n. 6. Hebræus idem est quod *transitor*, sine *traiector*. 147. n. 2. Quam ridicule sacræ scripturæ illudant. 155. n. 4.

HELVIDIVS.

Helui dii hæretici impia assertio. 24. n. 1.

HERODES.

Ablegatur à Caligula in Lugdunum Galliæ. 314. n. 2.

HIERVSALEM.

Cur appelletur ciuitas clauda. 18. n. 2. Maiori affecta pœna, quam Sodoma. 105. n. 3. Hierosolymę obsidio sub Tito quinq; circiter perdurauit mensibus. 320. n. 1. Quantis affecta cladibus sub eodem. *ibid.* & *seq.* *Sionis* filia cur dicatur. 674. n. 4. Erit metropolis regni Antichristi. 732. n. 5.

HODIE.

Est imago Æternitatis 51. n. 4.

HOEDVS.

Pascit hędos, qui lasciuos libidinis sectatur motus. 319. n. 4.

HOMO.

Omnes homines sunt Christi fratres. 27. *Hominis filium* cur se Christus appellauerit. *ibid.* Post Incarnationē Angelis honore antecellunt. 227. n. 5. Multis nominibus significatur *homo* apud Hebræos. 627. n. 7. Homines perueniunt ad mensuram gloriæ Angelorum 839. n. 6.

HONOR.

Honoribus priuantur, qui suo desunt officio. 126. n. 5. & *seq.*

HORDEVM.

Segniores designat Christianos. 332. n. 4.

HVMERVS.

Pro operatione vsurpatur in sacris. 30. n. 1.

HVMILIS ET HVMILITAS.

Humilitatis scalam sibi erigit humilis in corde 709. n. 5. Humilitatis mirifica excellentia 24. n. 4. Est prępcipua in doctore virtus. 53. n. 3. Vt eam ab ipso discere-mus, cur nos monuerit Christus *ibid.* Illuminat instar collyrii mentis oculos. 215. n. 2. Fuit regalis Christi purpura. 420. n. 2. Sine ea periclitatur virginitas. 595. n. 5. Deperditur facillimè. 596. n. 1. Est virtus regia. *ibid.* & 597. n. 5. Nomen *humilitas* significat virtutem, & vilitatem. 596. n. 1. & *seq.* Humilitas Abraham. 597. n. 3. Humilitatis dominiū & imperium. 598. n. 5. & *seq.* Est signū magnum in cœlo. *ibid.* Spirituale vacuum, quod solus implet Deus. *ibid.* Perfectissimus humilitatis gradus in quo constitit. 612. n. 5. & 613. n. 6.

HYACINTHVS.

Flos est & gemma. 441. n. 1. Adhibetur ad repręsentanda cœlestia *ibid.*

HYPOCRISIS, & HYPOCRITA.

Hypocrisis aurum est alchimicum. 606. n. 2. & 213. n. 3. Latet homines, non Deum. 189. n. 2. Late diffunditur. 334. Hypocrita est struthioni similis. 190. n. 3. & *seq.* & 334. & 442. n. 2. Eius opera instar fœni. 192. n. 7. Hypocritæ adumbrantur in equo pallido. 333. n. 1. Per eos Dæmon Ecclesiam subruere conatur. 394. & *seq.* Cauteriatam conscientiam cur dicantur habere. 395. n. 2.

I.

IACOB.

Altero pede claudicans Iudaicum populum figurat. 18. n. 2. Cur ei septē anni pauci dies viderentur. 19. n. 2. Comitantibus vxoribus regrediens viram actiuam, & contemplatiuam exprimit. 60. n. 1. Dei erga ipsum prouidentia. 141. n. 2.

D. IACOBVS MAI.

Iacobus & Ioannes cur *Boanerges* dicti. 230. n. 7. Exprimit eū lapis calcedonius tertiū fundamentū cælestis Hierusalem. 841. n. 3.

D. IACOBVS MIN.

Exprimit eum topazium nouum fundamentum cælestis Hierusalem. 842. n. 4.

IASPIS.

Gemma est viridis coloris 220. n. 1. Symbolum spei & misericordię diuinę. 222. n. 2. & *seq.* Iaspidum multa genera commemorantur. 840. n. 2. Est primum fūdamentum cœlestis Hierusalem. 840. n. 2. Adumbrat D. Petrum. *ibid.*

IBERI.

Mulieris captiuæ opera fidem receperunt. 351. n. 4.

IDOLOLATRIA.

Sequitur Venerem. 155. n. 1. *Fornicationis* nomine cur significetur in sacris. 175. n. 4.

IEHOVAH.

Omnes literę nominis *Iehouah* numeros sphærales significant. 49. n. 3.

IEZABEL.

Fuit vxor Acab regis Israel. 173. n. 1. Impietatis, & diuinæ seueritatis est exemplū. 174. n. 1.

IGNIS.

Significat tribulationem. 250. n. 2. Ignis

elementum periturum in fine mundi putauit Beda. 834. n. 2.

IMPERFECTIO.

Noſtra ex Diuina cognoſcitur perfectione. 101. n. 2.

IMPERATOR ET IMPERIA.

Imperatorum Romanorum ſeries, acta, & obitus à pag. 272. vſque ad pag. 310. Orbis imperia quam cito prætereant. 12. n. 2. Eorum inſtabilitas quibus rebus comparetur. *ibid.* Animalculorum inſtar parui facienda. 411. n. 1. *& ſeq.* Ea inuertere quam ſit facillimum Deo. 564. n. 3. Quatuor orbis in Nabuchd. ſtatua adumbratę fuere. 704. n. 1. Beſtiis & uentis cur comparentur. 708. n. 1. Romanũ imperium prope Antichriſti tempora decem adminiſtrabunt reges. 711. n. 2. & 731. n. 1. Eius euerſio certò deſignabit Antichriſti aduentum. 740. n. 1. Perdurat adhuc. 741. n. 2. Erectum eſt in Occidente à Carolo Mag. Franciæ rege. *ibid.*

IMPIETAS ET IMPII.

Iudęorum impietas quanta. 48. n. 2. Impietas perenne malum. 104. n. 1. Impii ſunt dæmoniæ vmbra. *ibid.* n. 2. Eos vt pię intorquet Deus. 126. n. 6. Terra, arbores, fanum cur appellẽtur. 383. n. 1. In circuitu ambulãt à Deo vt à cẽtro remoti. 422. n. 4. Frandulenter nocent. 444. n. 3. Iniquitatem ſuam quantum exrẽdant. 450. n. 1. Eorum lætitia de nece iuſtorum. 467. Caſtigato impio cautior redditur iuſtus. 497. n. 3. Grauiſsimis ſuppliciis afficientur impii extremis temporibus. 785. n. 1. Vniuerſos exprimit mulier ſedens ſuper beſtiam coccineam. 725. n. 1. *& ſeq.* De malis, quæ agunt, gloriantur. 796. n. 1. *Abyſſi* nomine ſignificantur. 819. n. 4. Eorum reſurrectio mors ſecunda. 824. n. 14.

IMPVNITAS.

Reproborũ impunitas maxime timenda. 176. n. 2. Ex uno ſcelere aliud nectit. 177. n. 5.

IN.

Apud Hebræos etiam ſignificat *pro* vel *propter*. 765. n. 1. & 766. n. 2.

INCONSTANTIA.

Figuratur in *locuſtæ* ſaltibus. 412. n. 2. Hominis in adoleſcentia inconſtantis quanta. 625. n. 2.

INDVERE.

Induendi verbo vtuntur Hebræi ad abundantiam ſignificandam. 511. n. 4.

INFANTES.

Quam primo edant vocem. 49. n. 2.

INFERNVS.

Sumitur pro ſepulchro aliquando, pro Limbo, pro damnatorum loco, pro ipſo dæmone. 105. n. 3. Inferni claues cur Chriſtus dicatur habere. *ibid.* Damnatorum multitudine nunquam expletur. 327. n. 3.

INGRATITVDO.

Hominũ ingratitudo in diuinũ amorẽ. 34. n. 2

INIMICI.

Inimicis benefacere quàm ſit nobile. 34. n. 3.

INITIA.

Malorũ initia reſecanda. 526. n. 3. & 527. n. 4.

INIVRIÆ.

Libenter ferendæ. 423. n. 6. Iniuriarum patientia pluſquam ſuperamus. 414. n. 3.

INTENTIO.

Opera ſine recta intentione, vacua. 192. n. 7. Oculo comparatur in ſacris. 582. n. 1. Hæc remuneratur a Deo. *ibid.* Boni operis intentio curandum, ne vitietur a Dæmone. 606. n. 5.

INTERCESSIO.

Interceſsio Sanctorum defendit Eccleſiam. 224. n. 2.

IOACHIMVS ABBAS.

Vnde oriũdus, & quo tempore floruerit. 196. n. 1. Prophetię ſpiritum habuiſſe fuit exiſtimatus. *ibid.* Templum S. Marci Veneriis glyphicis exornauit. *ibid.* Autoritate Summi Pont. Apocalypſim eſt interpretatus. 197. n. 2. Vindicatur ab hareſi. *ibid.* n. 2. Eius vaticinium de nouo ordine ad Societatem Ieſu referũt aliqui. *ibid.* Dominicanorum, & Franciſcanorum familias prædicit. 198 n. 4.

D. IOANNES BAP.

Fuit Angelus vita. 22. n. 1. Cæpit prædicare anno 15. imperii Tiberii Cæſar. 274. n. 3. Totus vox ſonans ſanctimoniam. 492. n. 3. Eruſdem magnitudo eximia. 564. n. 2.

D. IOANNES EVANG.

Cur nomen ſuum in Euangelio non inculcauerit. 2. n. 4. Per excellentiam theologus. *ibid.* Spiritu prophetico afflatus fuit in Pathmo, ibiq; ſcripſit Apocalypſim. 3. n. 5. Quo tempore, & loco ſcripſerit Euangelium. *ibid.* Quoto item vitæ ſuæ anno. *ibid.* Euangeliſtis & Prophetis omnibus eſt eminentior. 7. n. 2. Ex Chriſti pecto-

re quanta hauserit. 8. n. 2. Est paradisi fluuius. *ibid.* Testimonium perhibuit de Christo prędicando, & patiendo. 16. n. 3. *& seq.* Ex qua nota verus Christi amator dignosci voluerit. *ibid.* Vniuersalis Ecclesiæ doctor a Deo est constitutus. 21. n. 2. Eius desiderium de Christi gloria, & honore. 40. Dum afflictatur à Domitiano, recreatur à Deo. 56. n. 2. Cur ad Christi pedes acciderit *tanquam mortuus*. 102. n. 3. Auditorum captui vt se accommodarit. 228. n. 2. Aquilæ facies inter Euãgelistas cur ei tribuatur. 238. n. 4. Est aquila volans per medium cæli. 396. n. 1. *& seq.* Venturus ne sit cum Enoch & Elia Antichristi tempore. 462. *& seq.* Eum viuum adhuc reseruari, qui senserint. 463. n. 1. *& seq.* Reliquos virgines quantum superet. 812. n. 3. Exprimit eum *Smaragdus*. 841. n. 3.

IOANNES TERTIVS LVSITANIÆ REX.

Fidem in Indię regionibus longe lateque propagauit. 848. n. 8. Societatem nostram in Lusitaniam induxit. *ibidem.* Collegum Conimbricense erexit. *ibid.*

IOB.

Virtutem mercedis causa haud colebat. 13. n. 5. Bonis omnibus spoliari cur permisèrit Deus. *ibid.* A calamitate sua erectus quodammo surrexit. 29. n. 3. Surrexit cum Christo ad vitam immortalem. 30. n. 5. Quam timeret Deum. 40. n. 1. Vultum item Dei iudicantis. 82. n. 3. Eius pattentię fructus. 142. n. 3. De sua innocẽtia conscientięque testimonio quãtùm confideret. 182. n. 8. & 828. n. 2. Laboribus quàm opetaret premi. *ibid.* Cur conseatur Orientalis. 481. n. 3.

IOSEPH.

Cur solus inter frates tunicam talarem habuerit. 69. n. 1.

INVIDIA.

Instar viperæ animam, à qua concipitur, consumit. 791. n. 1. Prima phiala effusa super terram inuidorum. 790. n. 1. Alienis bonis contabescunt invidi. *ibid.*

IRA.

Ira Dei amore splendet & misericordia. 100. n. 5. Significatur per sartaginem & sucensam ollam. 461. n. 2. Distillat iram suam, dum punit, non effundit Deus. 778. n. 3. Quarta phiala effusa super *iram*. 792. n. 4. Rationis solem obscurat. *ibid.*

IRIS.

Spiritus sancti symbolum. 224. n. 1. Misericordię item. 225. n. 5.

ISAAC.

Ortus Isaac cur per lapidis excisionem significetur. 705. n. 3.

ISMAEL.

Ludus eius cũ Isaac cuiusmodi fuerit. 157. n. 3

ISRAEL.

Non interpretandum *videns Deum*, sed *princeps Dei*. 146. n. 1.

IVDA & IVDÆI.

Iuda idem est quod confessio. 148. n. 5. Peculiarem dolendi causam habebunt Iudæi in extremo iudicio. 47. n. 2. Impietas eorum, & infelicitas. 48. n. 1. Iudaicæ cœcitatis radix, quænam fuerit. 52. n. 6. Eorum supplicium ob Christi necem. 82. n. 3. Oculos Dei lædebant, cum Christũ percutiebant. *ibid.* Eorũ malitia in consumptibilis. 114. n. 2. *& seq.* Triplici cẽsentur nomine. 146. n. 1. A quo dicti Israelitæ. *ibid.* A quo Hebræi. 147. n. 2. A quo item Iudęi. 148. n. 5. Quando ita cœperint appellari. *ibid.* n. 4. Eorũ incredulitas circa mysterium Eucharistiæ. 162. n. 2. Promptitudo item aduersus Christum. 249. n. 5. Euertuntur sub Adriano. 283. n. 1. Desęuit in eos Caligula. 313. n. 2. Maxima eorum clades Alexandriæ. *ibid. & seq.* Quantis fuerint affecti cladibus sub Tito. 320. *& seq.* Quingenti per singulas dies crucibus affiguntur. *ibid.* Decem ex nobilioribus, triginta ex uulgo vno uendebantur denario. 321. Pauciśimi crediderunt in Christũ. 353. n. 1. & 354. n. 2. *& seq.* & 691. n. 2. Iudęorum populus, calamus fractus à Christo. 411. n. 4. Propter inconstantiam adumbratus in locustis. 412. n. 2. *Terræ* nomine cur significetur. 452. n. 3. Iudæorum cæcitas in aduentu Messię 495. n. 3. & 658. n. 6. Execranda eorum effligitatio à Deo aduersus Christianos. 686. n. 1. Eorum infidelitas cur *vulnus sæuum* appelletur. 787. n. 2. Eorum scelera penè innumera. 830. n. 4. Eorundem ceremonię post Euãgeliũ immũdæ. *ibid.* n. 5.

IVDAS TADÆVS.

Exprimit eum chrysoprasus decimum cælestis Hieruf. fundamentum. 842. n. 5.

IVDAS PRODITOR.

Habitus est in honore à Cherinto hæretico. 3. n. 4. Præcipiebat ei Christus eleemosynam pauperibus tribuere. 119. n. 3.

IVDEX ET IVDICARE.

In iudice rerum cognitio necessaria. 80. n. 1. Iudicat cum amore Christus. 100. n. 5.

IVDICIA DEI.

Mundissima sunt & iustissima. 79. n. 7. Cur per *palpebras* significentur. 82. n. 2. Sunt incomprehensibilia. 777. n. 4.

IVDICIVM FINALE.

Aduentus Domini ad iudicium terribilis. 40. n. 1. *& seq.* Christum ad iudicium venientem mortales omnes corporeis oculis videbunt. 43. n. 1. Reproborum in iudicio dolor acerbissimus. 47. n. 1. Bonis & malis erit formidabile. 96. n. 1. Sententia extremi iudicij instar gladij vtraque parte acuti. 95 n. 1. & 97. n. 4. In concionibus sæpe illius mentio facienda. 142. n. 12. Citius veniet propter hominum flagitia. 335. n. 3. Quanta in eo iusti perfundentur lætitia. *ibid.* Extremi iudicij seueritas. 459. n. 5. *& seq.* & 471. n. 7. *& seq.* In illo iustitia conuertetur in iudicium. *ibid.* Mūdi iudicium ad Deū creationis iure pertinet. 470. n. 6. Iudicij dies etiam post Antichristi mortē, incognitus. 738. n. 2. Diem hunc votis omnibus exoptant Christus & beati. 771. Diuini iudicij potestatem fugiet nemo. 773. n. 1.

IVSTIFICATIO.

Ad iustificationem humana præsidia non sufficiunt. 211. n. 5.

IVSTITIA.

Iustitia & misericordia duę Dei māmillæ. 74. n. 4. Quoad vindictam, opus est a Deo quodammodo alienum. 222. n. 4. Iustitiæ fabricam ab impiis erectam euertit Deus. 223. n. 4. Iustitiæ calicem inclinat tantum, non effundit. 323. n. 3. *& seq.* Iustitię ministri regis mandatum solent excedere. 787. n. 1. In primo Christi aduentu conuersa in misericordiam, in secūdo conuertetur in iudicium. 459. n. 5. Peccatis quasi aquis irrigatur, vt floreat. 470. n. 5. De iustitia Christi vide verbum *Christi iustitia*

L

LABARVM.

Labari nomen vnde ortum. 347. n. 4. *& seq.*

LABIA.

Reflexa mēsarum labia apud Ezechielē quid significent. 61.

LABIVM ÆNEVM.

Baptismum designauit. 236. n. 4. Ex capsulis speculorum putant aliqui fuisse confectum. *ibid.*

LABORES.

Laborum breuitas, solatium laborantibus. 10. n. 1. Laboribus cur oporteat sancta exerceri. 13. n. 5. *& seq.* Superantur a magnitudine gloriæ. 14. n. 5. Significantur per *aquas*. 20. n. 1. Per eos ascendendum in cælum. 54. n. 4. & 87. n. 9. Virtutem perficiunt. 87. n. 9. Pro Christo susceptí frugiferi. 142. n. 4. Laborum tolerantia, illustrissima est corona. 182. n. 8. In splendorem & Sapphiros gloriæ conuertuntur. 496. n. 2. & 507. n. 2. Quos laboribus exercet Deus, sunt filii legitimi. 522. n. 3. Citò deficiunt. 551. n. 3. Iis tanquam pretio Deus gloriā vendit. *ibid.* n. 4. Reddidit eos Christus suauissimos. 552. n. 5. Inflicti à Deo quanti faciendi. 778. n. 2. Laborum pro Christo tolerantiam reuerentur Angeli. 813. n. 5.

LACHRIMA.

Diuinæ iræ munitiones dissoluunt. 547. n. 3.

LACTAR

Aliquando vsurpatum in sacra pagina pro *decipere*. 56. n. 2.

MINA.

In aurea Pontificis quid insculptum. 246. n. 8. Corona etiā dicebatur, & diadema. 247. n. 9.

LATVS.

De latere Christi vide verbum *Vulnus lateris Christi.*

LAVS.

Deī laus, sacrificium Deo gratissimum. 37. n. 2. Laus nostra præ Dei magnitudine, nihil est & silentium. 583. n. 4.

LECTVS.

Accipitur in bonam & in malā partem. 175. n. 1.

LEO.

Symbolum est Christi 254. & 257. *& seq.* Resurgentis. 248. n. 2. Pendentis in cruce. 257. n. 2. Leonis voci quantus insit terror. 248. n. 2. Præcipua generositas quando ei adueniat. *ibid.* Tribus integris diebus ac noctibus dormit cū primum

mum nascitur. *ibid.* Adhibetur ad vigilantiam significandam. 258. n. 4.

LEPROSVS.

Eius expiatio quo pacto fieret. 36. n. 7.

LEVITÆ.

Nullum sentiebant pondus, dum portarent arcam. 182. n. 5.

LEX.

Dominatur sibi subiectis, sicut vir vxori. 18. n. 2. Autoritatem ei detrahit, qui eam non seruat. *ibid.* Super humerum cur eam Christus portasse dicatur. 30. n. 1. Iugū legis portat nobiscum Christus. 181. n. 4. Prorogat imperium diuinæ legis obseruatio. 245. n. 6. Quorsum Regibus Hebræorum traderetur in manu, cum creabātur. *ibid.* De Purificationis lege vide pag. 607. n. 1. *& seq.* Tyranni laboriosas condunt leges. 611. n. 2. Perfectissimus gradus seruandi legem in quo cernatur. 612. n. 4.

LEX VETVS.

Nihil ad perfectum adduxit. 71. n. 2. Doctrina eius & sanctitas puerilis. *ibid.* Lex erat timoris. 93. n. 5. Discrimen inter eam & nouam. 98. n. 3. Noua *luminare maius*, Vetus *luminare minus*. 99. n. 3. Pōdus erat & iugum seruitutis. 180. n. 1. *& seq.* Eius sacramenta, egena. *ibid.* & 191. n. 4. Quot essent eius præcepta. 180. n. 1. *& seq.* Non habebat vim iustificandi. *ibid.* Vacua erat & inanis. 191. n. 4. *& seq.* Perfecit illam Christus. 192. n. 5. Fidei mysteria tradebat obscurè. 455. n 4. Expressa in duabus tabulis fractis à Moyse. 500. n. 5. Abrogāda prædicitur ab Hieremia. 652. n. 8 Ad Nouam suscipiendam apriores reddebat Iudæos. *ibid.* Eius cæremoniæ, spinę. 653. n. 8.

LEX NOVA.

In lege noua maiori conatu morum probitas sectanda. 19. n. 2. *& seq.* Prauas etiam cogitationes cauet. 70. n. 1. Eius perfectio 71. n. 1. *& seq.* Discrimen inter eam, & veterē. *ibid.* & 98. n. 3. Est lex amoris. 93. n. 5. Cur *onus leue*, & *iugum suaue* appelletur. 281. n. 3. *& seq.* In ea maior quam in veteri rerum diuinarum cognitio. 250. n. 2. Fidei mysteria tradit clare, & articulatè. 455. n. 4. & 653. n. 10. Expressa in duabus tabulis arcæ testamenti. 500. n. 5. Veteris est compendium. 650. n. 4. Mysteriorum eius magnitudo, maiestas, & nouitas 651. n. 5. *& seq.* Vide verbum *Euangelium*.

LIBER.

Qui nam sit *liber signatus*. 252. *& seq.* Quem Ioannes accepit ab Angelo, cur in ore dulcem, in ventre senserit amarum. 461. *& seq.* Quod nam volumen sit accipiendum per *librum grandem* apud Esaiam. 646. n. 1. *& seq.* *Liber vitæ* dicitur in quo prędestinati scripti sunt. 826. n. 17. Librū mortis cur Deus non dicatur habere. *ibid.*

LIBERTAS.

Imperiorum libertas seruitus fædissima. 32. n. 6. *& seq.*

LIBERVM ARBITRIVM.

Non præuenit Deum, sed à Deo præuenitur per excitātem gratiam. 216. n. 2. Potest tamen illam vel reijcere, vel admittere. 217. 2.

LIBIDO, ET LIBIDINOSI.

Ignis est consumens. 524. n 4. Tentationes eius, ignea tela. *ibid.* n. 5. Libidinis peccata vincuntur fuga. 527. n. 4. Maxima est ad hæresim dispositio. 763. n. 2. Libidinosi extra diœcesim ablegandi ab Episcopo. 157. n. 3. & 158. n. 4. Libidinosus Satanę traditur à Paulo. *ibid.* n. 5. Fœminæ, non viri appellandi libidinosi. 174. n. 2. Perterrentur dū pro concione castitatis audiunt laudes. 756. n. 4. In eos acerrime vindicabit Deus. *ibid.* Vide verbum *luxuria*.

LIGNVM VITÆ.

Prorogasset vitam in æternum. 133. n. 1. Designat æternam felicitatem. 130. n. 2. & 134. n. 3.

LINGVA.

Esaiæ lingua carbone mundata simul, & accensa. 86. n. 8. Totum reget corpus, qui linguam frænat. 587. n. 4. Vt auro sic linguę statera facienda. 587. n. 4.

LOCVSTÆ.

Hæreticos, & Iudæos adūbrāt. 404. & 412. n. 2 Coronas cur gestarent. 413. n. 1. *& seq.* Cur facies hominum, dentes leonum haberent. 416. n. 1. *& seq.* Cur item capillos mulierum. 420. n. 1. *& seq.* *Caudas* similes scorpionum. 431. n. 1. *& seq.*

LONGANIMITAS.

Longanimitas, & misericordia, duo Christi vbera. 72. n. 1. Longanimitate orbis im-

perium obtinuerũt Romani.115. In principe,& prçlato maxime eſt neceſſaria. *ibid.*

LONGINVS.

Fuit centurio conuerſus ad Chriſti clamorẽ. 44.n.5. Non ille aperuit latus Chriſti. *ibid.*

LOTH.

Eius ſanctitas,& zelus.112.n.1. Vxor eius in ſalis ſtatuam quorſum verſa.106.n.4.

LVCIFER.

Etiam nunc contendit ſimilis eſſe Altiſsimo. 179.n.3. Superbia eius quãta. 227.n.5. Eſt ſtella de cœlo cadens.401.n.1. Data eſt illi inferorum clauis.404. Dçmones in morem exercitus inſtruit aduerſus homines.541.n.6. Omnibus Angelis naturæ prçſtãtia excellit.542.n.1. Poſt lapſum cur dictus *Cherub. ibid.* Amorem ſuum, propriæ dicauit excellentiæ. 720.n.4. Serpẽtis nomine ſignificatur. 819.n.2.*& ſeq.*

LVDERE, ET LVDVS.

Interdũ ſumitur pro idolatrare, & laſciuire. 157. Iſmaelis ludus cum Iſaac qualis. *ibid.*

LVNA.

Poſt iudicij diem fulgebit vt nũc ſol. 98.n.2. Facta *ſicut ſanguis*,eſt Eccleſia Martyrum ſanguine purpurata.330.n.1. In fine mundi cur ſanguineo ſuffunderetur rubore quaſi de hominum peccatis erubeſcens. 334. n.2. Inconſtantiæ eſt ſymbolum.513. n.1.

LVXVRIA.

Sexta phiala effuſa in luxuriæ flumen .792. n.5. Inſtar fluminis rapidiſsimi magnã hominum partem ſecum deuoluit. *ibid.* Vide verbum *Libido.*

LVXVS.

Luxum reſpuentes,viri cenſendi.174. n.2.

M

Duplex reperitur apud Hebræos, vnum clauſum,apertum alterum.557.n.2. Clauſum in medio dictionis ſemel tantum reperitur,& quo myſterio. *ibid.* & 658.n.4.

MAGGEDO.

Ciuitas fuit metropolis decem tribuum.786. n.2.

MAGI.

Tres qui Chriſtum natum quæſierunt,cur ab Oriente veniſſe dicantur. 481. n. 3. Gentium fortitudo. & ſpolia fuerunt. 655. n.2.

MAGISTER.

Manſuetudo magiſtri inuitat ad audiendum, & parendum ijs quæ ab ipſo dicuntur.53. n.3. Scelerum magiſtros iniquo animo fert Deus.159.

MALEDICENTIA.

Quãm ſit execranda.540.n.4.

MALVM PVNICVM.

Quot penderẽt ex Pontificis tunica.62.n.2. Eſt ſymbolum coronæ gloriæ Martyrum. 362.n.4.

MANDATA DIVINA.

Cur appellentur *viæ*.18.n.2. Eorum obſeruatione ſuſtentatur fides. *ibid.* & 235. n.2. Per eadem legitime certatur. 132.n.3. Exactiſsime ſunt ſeruanda.611.n.1. *& ſeq.* Vide verbum *Præcepta diuina.*

MANNA.

Quo die primùm pluerit in deſerto.58.n.3. *Manna abſconditum* quid ſignificet.159. n.1. & 160.n.2. *& ſeq.* Fuit figura Euchariſtici panis. *ibid.* Panis Angelorum cur diceretur. *ibid.* Iuſtis tantum ſapiebat, quod quiſque cuperet.163.n.3. Eàdem menſura dabatur omnibus .164.n.4.

MANSVETVDO.

Quàm ſit grata populo in principe, & prelato.53.n.3. Vide verbum *Chriſti mãſuetudo.*

D. MANTIVS.

Vnus fuit ex 70.Chriſti diſcipulis .282.n.2. Primus Eborenſis Epiſcopus. *ibid.* Eius martyrium. *ibid.*

MANVS.

Manuum oſculum ſubiectionis ſignum .34. n.1. Manus extenta in ſacris ſymbolũ eſt protectionis & ſupplicii.91.n.2. Manus Chriſti in cruce expanſę beneficentiam declarabant. *ibid.* In corde ſpirituales manus.181.n.3. *Manum in cælum leuari* urantis eſt,& ſupplicis ſignum .459. n.6.

MARGARITA.

Margaritæ cur dictę *vniones*. 171. & 843. n. 1.

MARE.

Siccandum post diem Iudicii putauit Beda. 833.

MARE RVBRVM.

Quo die illud transierint Hebræi. 58. n. 3.

MARE ÆNEVM.

Eius descriptio. 234. n. 1. *& seq.* Allegorica expositio. 235. n. 1. Capiebat duo millia metretarum. *ibid.* Baptismum adūbrauit. *ibid.* n. 2.

MARIA DEIPARA.

Mons est umbrosus. 208. n. 9. Sion, terrestri illa præstantior. 553. In eius fabrica plusquam mirabilis Deus. *ibid.* Terræ cælique miraculum. 554. n. 1. *& seq.* Miraculum item naturæ, & gratiæ. *ibid.* Viridarium deliciarum Dei. 555. n. 2. Officina miraculorum. *ibid.* n. 4. Horologium solare diuinum. 556. n. 5. Vexillum potentiæ, & misericordiæ diuinę. 557. n. 1. *& seq* & 559. n. 5. In ea euexit Deus vexillum amoris. *ibid* n. 6. *& seq* & 590. n. 8. *& seq.* Victrix Dei, & victa à Deo per amorem. 559. n. 7 & 560. n. 8. Christum pro corde habebat. *ibid.* Est fidei sceptrum & vexillum 561. n. 9. Hæreticorum scopus. 561. n. 1. *& seq.* Eius præstantia nulla Hęreticorū viminui potest. 562. n. 2. & 563. n. 3. Tot clypeis munitur, quot prærogatiuis ornatur. 563. n. 3. Hostibus suis terror est. *ibid* n. 4. Cur in cælo apparuerit. 563. n. 1 *& seq.* Omnibus Sanctis quantum excellat. 564. n. 3. Est quodāmodo Dei mensura. *ibid.* Cę leste signum ex quo sol iustitię nunquam egreditur. 565. n. 6. In ea terrenum nihil. 566. n. 9. Thronus Dei sapphirinus. 567. n. 9. Sapphirus insignita Christo. *ibid.* n. 10. *Princeps facierum* cur dicatur. 572. n. 9. Per excellentiam *Domina*. 572. n. 11 & 573. n. 3. Cum Deo diuisum habet imperium. *ibid.* Ei famulatur humana & Angelica natura. 574. n. 4. Ex ea ut sol ex luce formatus Christus. *ibid.* n. 5. Fons solis est & fenestra cæli. *ibid.* Carmelo monti similis ob multa. 579. n. 2. Eius præstantia silentio honoranda. 583. n. 4. De filii passione non confundebatur. 585. n. 5. Tota erat palma & victoria. 604. n. 1. In omni genere inimicitias cum dęmone gessit. *ibid.* Est corona virginitatis. 632. n. 4. Ad illam pertinebat nomē Christo imponere. 636. n. 6. Quàm studeret solitudini. 639. n. 2. Per eam vt Orientalem portam Deus ingressus est mundum. 702. n. 2. & 703. n. 3. *& seq.*

MARIÆ VIRG. NATIVITAS.

Per eā nobis surrexit aurora æterni diei prænuntia. 624. n. 3.

MARIA NOMEN.

Est nomen Tetragrāmatō. 572. n. 9. Quē numerū efficiant literæ nominis *MARIA*. *ibid.* Ipsis etiam Angelis est ineffabile. *ibid.* n. 11. Eius etymon. 573. Post IESVM Mariæ nomen super omne nomen. 574. n. 6. Eius excellentia. *ibid.* Quantum Christus illud honorauerit. 575. n. 7. Illo audito gaudent animæ in Purgatorio. *ibid.* Prędicitur ab Esaia. 617. n. 2. Æque illud ac Messiæ nomen propagari voluit Deus. 659.

MARIÆ VIRGINIS PVLCHRITVdo corporis.

Omnibus fęminis excelluit pulchritudine. 575. n. 1. In eius pulchritudine multa visenda. 576. n. 2. In Esther, & Iudith fuit adumbrata. *ibid.* In eius vultu supernaturalis radiabat splendor. *ibid.* n. 3. Omnium ipsam intuentium purissimum conciliabat amorem. *ibid.*

MARIÆ V. VTERVS.

Vallatus liliis ob virginitatem. 595. n. 4. Cælo est amplior, & sublimior. *ibid.* n. 6. Ex eo quasi ex Oriente sol Christus prodiit. 624. n. 3.

MARIÆ VIRGINIS STATVRA, ET vestes.

Statura fuit *mediocri, vestimenta eius natiui coloris.* 675. n. 1.

MARIÆ VIRGINIS PVLCHRITVdo spiritualis.

Spiritualis pulchritudinis vexillum erectum in Virgine. 559. n. 6. Per illam quodammodo vicit Deum. *ibid.* *& seq.* De pulchritudine ista quàm glorietur Deus. 577. n. 1. Hominum, Angelorum & ipsius Dei quodāmodo expugnauit amorē.

ibid. n. 2. & 578. n. 9. Omnium sanctorum pulchritudinem excellit. *ibid.* Fuit omnis pulchritudinis spiritualis epitome. *ibid.* n. 4.

MARIÆ V. ANIMA ET VOLVNTAS.

Virginis anima Spiritus S. cithara nunquam dissona. 582. n. 2. Instar Carmeli montis omnium virtutum, & gratiarum abundauit fragrantia. 579. n. 1. Voluntas eius semper ferebatur in Deum. *ibid.*

MARIÆ V. PVLCHRITVDO COGITATIONVM.

Cogitationum Virginis pulchritudo & perfectio inexplicabilis. 580. n. 1. Omnes ardentes, & charitate aureæ. 581. n. 2. Vna tantum earum vicit & captiui instar alligauit Deum. 560. n. 9. & 581. n. 1. *& seq.* Cogitationum munditia Christo maxime placuit. 799. n. 1.

MARIÆ V. SANCTITAS ET GRATIA.

Sanctitas Virginis prodigiosa inter homines, & Seraphinos. 555. n. 2. Erat collegiũ sanctitatis. 573. n. 2. Gratiarum omnium vexillvm erectum in Maria. 559. n. 6. Fuit mare gratiarum. 573. n. 2.

MARIÆ V. VIRTVTES.

Omnes cælestes ac diuinæ. 567. n. 10. Virtutum conuentus & thalamus in Virgine. 573. n. 2. Instar equestris exercitus omnium animos per amorem vincebant. 577. n. 2. Earum fragrantia mirabilis. 579. n. 1. Splendor perpetuus & stabilis. 599. n. 1.

MARIÆ V. CHARITAS.

Coccino comparatur ob ardorem. 580. n. 3. Carmelo mõti ob vbertatem operum. *ibid.* Ad supererogationis opera semper aspirabat. *ibid.*

MARIÆ V. HVMILITAS.

Fuit in Virgine instar turris eburneę. 590. n. 4. Fuit fortitudo maxima. *ibid.* Significatur per calceamenta. 595. n. 1. Humilitatis ansam ex natura ipsa arripuit B. Virgo. 597. n. 3. Quantum illam adamauerit Deus. *ibid.* n. 4. Odor eius vsque ad Dei accubitum peruenit. *ibid.* Humilians se B. Virgo ad omnem est euecta celsitudinem. *ibid.* n. 5. Mariæ virginitatem defendit humilitatis turris. 595. n. 5.

MARIÆ V. INTENTIO.

Virginis intentio siue in agendo, siue in contemplando ad Deum referebatur. 582. n. 1. *& seq.* Pulchritudo eius plus latebat, quam apparebat. 583. n. 3. Nec minimam habuit perturbationem. 584. n. 5.

MARIÆ VIRGINIS SILENTIVM, & verba.

Silentium Virginis mirum. 586. n. 1. Quater locuta legitur in Euangelio. *ibid.* Singula verba ad iustitiæ libram examinabat. 587. n. 4. Instar distillantis faui dulcia erant, & suauia. *ibid.* n. 5. Verborum Virginis dulcedo ex filio. 588. n. 7. *& seq.*

MARIÆ V. OBEDIENTIA.

Collum Virginis quàm reddiderit speciosum. 590. n. 5. Stans iuxta crucem altissimum habuit obedientiæ actum. 593. n. 5. Ad perfectissimum peruenit obedientiæ gradum. 612. n. 4. Vide verbum *Mariæ Purificatio.*

MARIÆ V. PVDOR.

Fuit omnis pudoris exemplar. 585. n. 3. Ob illum Virginis genæ cortici & floribus maligranati similes. *ibid.* n. 3. *& seq.* Facies eius pudore aspersa, omnium gratiarum decor. *ibid.* n. 4.

MARIÆ ANNVNCIATIO ET CONCEptio qua concepit Christum.

Angelicę annuntiationi consentiens quantũ meruerit. 591. n. 8. In ea pulchra vt luna. 624. n. 3. Descensus Spiritus. sancti in eam. 648. In filii conceptu & ortu fuit amicta sole, & amiciuit solem. 600. n. 2. Conceptio Christi in utero virgineo sicut lampadis accensio. 601. n. 1. In eodem B. Virgo fuit mons vmbrosus. *ibid.* n. 2. Eius integritas per eundem magis sanctificata. 702. n. 2. Fuit absque viri opera. 705. n. 2. Per lapidis excisionem cur significetur. *ibid.* n. 3.

MARIÆ V. PARTVS.

Vt rorem aurora sic Christum edidit Virgo. 622. n. 4. Virginis partus fuit signum rememoratiuum, non prognosticum. 637. Fuit purus vt partus quo verbum processitâ Patre. 697. n. 3. *& seq.* Diuinæ potentiæ magnitudinem declarauit. 639. n. 1.

MARIÆ V. VIRGINITAS ET Maternitas.

Significantur per duo vbera Sponsę. 594. n. 1. Vtraque in Ieſſe virga, & Gedeonis uellere expreſſa. *ibid.* n. 2. & 665. n. 6. & 667. n. 7. Fœcunda Marię virginitas, ſpes publica humani generis. 594. n. 3. Huius virginitatis fructus apparuit in cruce. *ibid.* Vtraque in tritici aceruo liliis vallato adumbrata. 595. n. 4. Virginitatē ſuam quanti fecerit B. Virgo. 595. n. 4. Per Incarnationē pulchrior, & perfectior. 599. n. 2. & 601. n. 1. & 616. n. 6. Mariæ virginitatem qui Hęretici conati ſint conuellere. 600. n. 3. Deiparę virginitas filium coronauit. 632. n. 4. Ipſam virginitatem coronauit maternitas. *ibid.* Vtraque ſimul in Maria, ſignum prodigioſum. 635. n. 4. Virginitas fuit ſignificata per petræ inſenſibilitatem. 674. n. 5. Per nubem leuem. 681. n. 4. Per terrā item ſitientem. 687. n. 4. Per portam clauſam. 702. n. 2. & 703. n. 3. *& ſeq.* Mater virgo decebat Deum, Virginem, vt nō pareret niſi Deum. 703. n. 3. Contra Marię puritatem triplex confutatur hęreſis. *ibid.* n. 4. De virginitate, & maternitate Virginis agitur à pag. 599. vſque ad pag. 705.

MARIÆ V. PVRIFICATIO.

In exemplum obediētiæ Purificationis legiſe ſubiecit. 591. n. 8. Lege iſta minime teneri B. Virginem ſtatuitur ex Patribus. 609. n. 9. & 610. n. 7. In eius obſeruatione ad perfectiſsimum obedientiæ, & humilitatis aſcendit gradum. 612. n. 4. *& ſeq.*

MARIÆ V. VICTORIA.

Non per dolum ſed aperto marte dæmonem ſuperauit. 605. n. 2. *& ſeq.* Quanta facilitate id præſtiterit. 606. n. 4.

MARIÆ V. ASSVMPTIO.

In Aſſumptione fuit Beata Virgo electa vt Sol. 624. n. 3.

MARIÆ V. LAVDES ET PATROCINIVM.

Virginis laudes murenulę aureæ. 593. n. 3. Præcipua eius laus, quod mater ſit Meſsiæ. 659. n. 1. B. Virginis apud Deum pro nobis patrocinium ſignificatur per collū. 589. n. 1. *& ſeq.* Eſt Eccleſiæ turris fortiſsima. *ibid.* Mille protectionum genera continentur in ea. *ibid.* Ad Virginis patrociniū duces Eccleſiæ victorias ſuas referunt. *ibid.* In eo quantum ſpei ſit collocādum. *ibid.* Per illud vniuerſa in nos beneficia deriuantur à Deo. *ibid.* n. 2. Eſt vallum fidelium & mūdi propitiatorium. 590. n. 2. Quod in nobis eſt ſpei & gratiæ ex ipſo redundat. 620. n. 5.

MARIA MAGDALENA.

Ex lebete facta fuit phiala. 410. n. 3.

MARTYRES ET MARTYRIVM.

Martyres blaſphemauit impius Cherinthus. 3. n. 4. Sanguis eorum Chriſtianorū eſt ſemen. 12. n. 3. Martyr idem eſt quod teſtis. 16. n. 4. Moriendo fidem teſtificantur Martyres. *ibid.* & 24. n. 4. Eccleſiæ pulchritudinē augēt. 139. Variè & exquiſiſtè torquentur ſub Diocleciano & Max. 305. n. 6. *& ſeq.* Martyrum certamina Angelorum dæmonum & hominū ſunt ſpectacula. 317. n. 1. Eorum iniuriæ oblectant dęmones. *ibid.* Sunt capitis Chriſti ornamētum & corona triumphalis. 318. n. 2. *& ſeq.* Sunt crucis fructus. *ibid.* Croco & granis mali punici cur comparentur. 319. n. 4. *& ſeq.* Vitæ moleſtias pro Deo ſuſceptas exemplo ſuo ſuauiores efficiunt. *ibid.* In cælo cur præcipue geſtent palmas. 362. n. 4. Gladius, quo feriebantur, euaſit illis in palmam. *ibid.* Per ipſa tormenta pluſquam vincunt, non vincuntur. 414. n. 3. Illis ſeruiunt, qui eos perſequuntur Tyranni. 415. n. 3. In perſecutionis hyeme oriuntur. 451. n. 2. Eccleſię ſunt propugnacula. 567. n. 9. Martyres temporis Antichriſti ſuper omnes martyres. 733. n. 2. Eorum animę præcipue regnant cum Chriſto. 821. n. 6. Martyriū *myrrhæ* cur comparetur. 139. Deſignatur in aſcēſu purpureo ferculi Salomonis. 318. n. 2. Eſt palmata veſtis. 415. n. 4.

MASCVLVS.

Cur tantum maſculi numerentur ex Domini præcepto. 533. n. 2.

MEMBRA.

Membra noſtra cur Paulus appellet *arma*. 528. n. 6. Corporis membra mortificatione attemperanda. 757. n. 3.

MENDACIVM ET MENDAX.

Pro quibus rebus in ſacris literis vſurpetur *mendacium*. 762. n. 5. Homo mendax paſcit ventos. 763. n. 1.

MENS.

Mentis puritas quantum Deo placeat. 420. n.

1. & seq. Religiosis maxime curanda. 427. n. 4.

MENSIS.

Hebræorum mensis quot contineret dies. 490. n. 1.

MERCES.

A Christo expectanda. 854. n. 5. Leuem reddit laborem. 768. n. 3.

MERITA.

Meritis Christi vt agni vellere induimur. 262. n. 5. Quantum Dauid curarit ne sibi subditorum merita per obliuionem exciderent. 828. n. 1.

MESSIAS.

Duplex eius aduentus. 51. n. 6. Duos confingũt Hebræi iuniores. 52. n. 6. Est mãna, placenta, & cibus suauissimus fidelium. 167. n. 8. Regnum eius spirituale non tẽporale. 655. n. 1. Stabile est & sempiternum. 658. n. 5. Absconditum Iudæis. *ibid.* n. 6. Quod ex matre virgine sit progenitus, magnus ei accessit splẽdor. 659. n. 1. *Iusti* nomenclatura propria Messiæ. 696. n. 1. Numerum nominis eius prædixit vna ex Sibyllis. 723. n. 5.

METRETA.

Continet 72. sextarios. 235. n. 1.

MICHAEL ARCH.

Pugnabit cum Lucifero pro Ecclesia in fine mundi. 537. n. 1. & 540. n. 5. Potestas eius quanta. 539. n. 3. Moysis corpus reuelari cur non sit passus. 539. n. 3. Pro Dei honore descendit in campum. 540. n. 4. Spiritus oris Christi cur dicatur. *ibid.* n. 5. Post Christum summus est iudex. *ibid.* Supremus Angelici exercitus imperator. 541. n. 6. Sæpe apparuit in veteri testamento. *ibid.* Probaticæ piscinæ aquas commouebat. *ibid.* Tuba canet in extremo iudicio. *ibid.* Est ex supremo ordine supremæ Hierarchiæ. 542. n. 2. Vnus ex septem assistentibus *ibid.* Omnibus Angelis qui remanserunt, antecellit. 543. n. 5. Dei personam sæpe sustinuit. 544. n. 6. Et demandata Ecclesiæ cura. *ibid.* Eiusdem, tituli illustrissimi *ibid.* n. 7. Crucis signum in extremo iudicio gestabit. *ibid.* Verisimile est D. Franciscum Christi stigmatibus decorasse. 545. n. 8. Christi iussu interfecturũ esse Antichristum affirmant plerique. 737. n. 2.

MINARI.

Minatur Deus ne puniat. 123. n. 2. Et vt parcat. 314. n. 3. & 397. n. 2.

MINISTER.

Dei minister quàm debet esse mundus. 80. n. 1. Ministri iustitiæ regis mandatum solent excedere. 786. n. 1.

MIRACVLA.

Designantur per fulgura, & cur. 228. n. 1 & 229. n. 3. & seq. Edunt illa Sancti virtute diuina. 228. n. 1. Sunt splendor & coruscatio armorum Dei. 229. n. 3. Arma item Sanctorum. *ibid.* Miracula cõ sequitur compunctio & conuersio. *ibid.* n. 5. & seq. Miraculum quid sit proprie. 554. n. 1.

MISERERI ET MISERICORDIA.

Misereri proprium est Diuinæ naturæ, punire quasi extraneum. 449. n. 4. & 222. n. 4. Opera misericordiæ sunt sacrificia. 38. n. 3. Dei misericordia fusior post Incarnationem. 72. n. 2. Elegantior apparuit. 73. n. 2. Misericordia & iustitia quasi duę mammillæ Dei. 74. n. 4. De illa ita præsumendum, vt non contemnatur ista. 94. n. 1. Dei misericordia, etiam cùm punit, fulget. 100. n. 5. Ex ea prouenit, quòd hîc Deus peccata vindicet. 124. n. 3. Filum misericordię ab æterno textũ nunquam præcidit Deus. 223. n. 4. Victrix est iustitiæ Diuinę. *ibid.* n. 5. Eluxit potissimum in Incarnatione. 224. n. 3. Irridi cur comparetur. 225. n. 5. In ea orationes nostræ innituntur. *ibid.* Est arcus noster ad vincendum Deum. *ibid.* Thronum Dei ornat maxime. *ibid.* n. 6. Etiam dum minatur, eam ostẽdit Deus. 314. n. 3. & 97. n. 2. Misericordia Dei erga hominem caret termino & mensura. 323. n. 3. & seq. Præmonet nos ne puniat iustitia. 397. n. 3. & seq. Principium est Diuinę motionis, & operationis. 448. n. 3. Prius ferè nominatur in sacris quam iustitia. *ibid.* Lanx misericordiæ post Incarnationem magis ponderat. 565. n. 5. Iustitiam constringit ac temperat. 778. n. 3.

MISSA.

Audiendam die Dominica statuerunt Apostoli. 59. n. 4. Missę sacrificio assistunt Angeli. 162. n. 2. Quanta reuerentia ei adesse debeamus. *ibid.*

MORBVS.

Vide verbum *ægritudo.*

MORES.

Post incarnationem morum licentia arctius coercenda. 700. n. 4. Eadem morum licentia toto orbe, signum erit aduentus Antichristi. 742. n. 4.

MORS.

Habet Christus potestatem super illam. 103. n. 1. & seq. Christum detinere non potuit. *ibid.* Sumitur aliquando pro peccato. 104. n. 1. Pro æterna damnatione, pro diabolo, pro vitiorum morte. *ibid.* n. 2. Mors corporis, vmbra mortis; peccatum vera mors. *ibid.* n. 1. Citò mori felicitatis genus. 105. n. 3. Mortis velocitas, & pernicitas quanta. 325. n. 1. Est probis fausta, luctuosa improbis. 326. n. 3. Mortalium spes regit. *ibid.* Quæ speciosa videbantur, ostendit deformia. *ibid.* Morientibus maximè insidiatur dæmon. 432. n. 3. Mortis quàm iudicij dies potius timendus. *ibid.* Mortem vita facit pretiosam. 765. n. 1. Mundo mortui cẽ sendi sunt beati. 766. n. 1. Qui dum viuit, bona subsequitur opera, eundem eadẽ sequuntur post mortem. 769. n. 3. Cur duplici armetur falce. 774. n. 2. Sanctorum mors, resurrectio est. 825. n. 15. *Secunda mors* damnationem significat sempiternam. *ibid.* Mortui interdum pro animabus, interdum pro corporibus vsurpantur. 826. n. 18. Sanctorum mors cur *somnus* dicatur. 767. n. 2. Mors iusti bona, propter multa. *ibid.* n. 1. Ab ipsa morte non ante expectanda requies. 768. n. 2.

MORTIFICATIO.

Mortificatio carnis sacrificium Deo gratissimum. 38. n. 3. & 269. n. 3. Per eam virtutum acquiritur perfectio. 88. n. 10. Citharæ cur comparetur. 266. n. 2. Sonus eius Deo gratissimus. *ibid.* Prudentia, temperanda. *ibid.* Ab ea cessandum nunquam. 268. n. 3. & 274. n. 2. Tendentibus ad perfectionem exercenda est. 374. n. 2. Respondet ei diuinus amor, & cõtemplatio. 377. n. 4. Mortificationis operibus adhibendus modus. 757. n. 3.

MOYSES.

ur facie tantum, Christus verò facie & manibus resplenduerit. 71. n. 2. Eius facies veteris legis typus. 98. n. 3. Clamante populo cur solus personaret in cælo. 328. n. 3. Venturum Antichristi temporibus omnino est improbabile. 486. n. 2. Eius sepulchrum cur Iudęis Deus voluerit esse ignotum. *ibid.* In Domini transfiguratione non surrexit. *ibid.* Corpus eius quare Michael tegelati, non sit passus. 539. n. 3. *Seruus Dei* epitheton Moysis. 766. n. 1. Dei fauores erga Moysem morientem. 767. n. 2.

MVLIER.

Sensualitatis est symbolum. 422. n. 4. Mala scorpioni similis. 431. n. 1. Nomen est sexum significans. 508. n. 3. Spiritum significat illa sedens super bestiam coccineam. 795. n. 1. & seq. & 797. n. 1. & seq.

MVNDITIA.

Quanta in Dei ministro requiratur. 80. n. 1.

MVNDVS.

Non fuisse conditum à Deo asseruit Cherinthus. 2. n. 4. Sex mille annis duraturũ, qui patres putarint. 11. n. 1. Eius durationem incertam esse vnde colligatur. *ibid.* In quonam die sũpserit exordium. 58. n. 3. Mundo mortui viuunt Deo. 102. n. 3. Citius ei Deus finem imponit ob hominũ scelera. 335. n. 3. Compositus est à Deo ex antithetis tanquam pulcherrimum carmen. 336. n. 4. Est liber Dei gloriã contestans. 337. n. 5. In eius fabrica rationẽ iustitiæ distributiuæ seruauit Deus. 470. n. 6. Indignus est amore sanctorum. 534. n. 2. Maris nomine significatur. 708. & 709. & 788. n. 3. Quanto periculo nauigetur. 709. n. 3. Septem mundi status per septem significantur Reges. 796. n. 2. & 799. n. 4. Innouabitur in fine sęculi. 826. n. 17. Mundo mortui beati censentur. 766. n. 1.

MVRENVLÆ.

Sunt colli ornamenta non aurium. 592. n. 1. Significant scripturas diuinas. *ibid.* Beatæ Virginis præconia. 593. n. 3. & obedientiæ præmia. *ibid.* n. 5.

MYRRHA.

Myrrhæ folia in Syria suauissimi sunt odoris. 671. n. 7.

MYSTERIVM.

Christi mysteria omnes prædixerunt scripturæ. 89. Mysteria diuina nobis reuelauit Christus. 254. n. 6. Superant captum nostrum. *ibid.* n. 7. Non omnia omnibus euulganda. 456. n. 6.

N

NABVZARDAN.

Fuit gulę typus .792. n.3.

NATIVITAS CHRISTI & Mariæ Virg.

De vtraque vide verbum *Christi natiuitas* & *Maria natiuitas.*

NAVES.

Significant eximios Ecclesiæ viros.387.n.1.

NAZARETH, ET Nazaræus.

Nazareth. sic dicta *à flore* .663. n.2. *Nazaræus* idem est quod separatus.424.n.1. Nazaræorum cęremoniæ & ritus. *ibid.* n.2. *& seq.* Perpetui,Religiosos expresserunt .426. *& seq.* Comam nutriebant, à vino abstinebant.662.n.1. *Nazaræus* diuerse scribitur cum legalibus Nazaræis, & cũ Christo tribuitur. 664.n.4.

NESCIRE.

Sumitur aliquando pro reprobare.178.n.2.

NICOLAVS DIAC. & Nicolitæ.

Nicolai diaconi lapsus & Hæreses.116. Nicolaitę Hęretici insignes. *ibid.* Eorum varia nomina.117.

NINIVITÆ.

Quot dies eis prędixerit Ionas ad pœnitẽtiam.43.n.2.

NOMEN.

Christianorum nomen nouum .161.n.3. Nomen Dei super caput & tiaram Pontificis cur emineret .246.n.7. Apud Hębręos tria erant nomina tetragrãmata.568. n.2. Nomen Dei cur ineffabile. *ibid. & seq.* Huius nominis literis Triadis innuitur mysterium.569.n.3. Nomen ineffabile gestabat sũmus Sacerdos. *ibid. & seq.* In lege veteri ad patres pertinebat nomina filijs imponere.636.n.6. Sanctorum nomina cur Deus dicatur scire, reproborum vero ignorare.178.n.1.

NOTITIA.

Notitia Dei de prædestinatis cur *liber* dicatur. 826.n.7. Appellatur *liber monumenti & memorialis* .828.n.1

NVBES.

Cuiusmodi futura sit illa in qua Christus ad iudicium est venturus 40.n.1. Erit protectio probis, reprobis terror.41.n.2. Nubes deserti partim tenebrosa, partim illuminans. *ibid.* Nubes æterni Patris est thronus. *ibidem.* n.3. *& seq.* Nubes Assensionis Christi, sella regalis. *ibid.* Nubes incomprehensibilis est Dei naturę typus. *ibid.* n.4. Signum item protectionis diuinæ. *ibid.*

NVMERVS.

Numerus sphæralis seu circularis quis sit.49. n.3. Senarius numerus numeratur in numeris perfectis. 242.n.11. Septenarius vniuersitatem significat. 20.n.1. & 21. n.1. Octonarius quam vim habeat cũ adiungitur septenario.20.n.1. Millenarius perfectionẽ & vniuersitatem designat .816.n.1.

O

OBEDIENTIA, ET OBEDIENS.

Erga Deum debet esse aiacta. 361 n.3. Obedientiæ votũ instar martyrii. 426. Pulchritudo eius eximia. 591. n.5. Per eã gloriosæ de hostibus victoriæ comparantur. *ibid.* n.6. Eius difficultates *ibid.* n.8. Innocens esse non potest, qui obedire contemnit *ibid.* n.7. Obediendũ non seruili metu. *ibid.* Obedientis, quę sit prępcipua victoria. *ibid.* n.6. Obediẽtes debent esse generosi. *ibid* n.8. Perfectissimus obedientię gradus in quo consistat. 612 n.4. De obedientia Christi vide verbum *Christi obedientia*

OCCIDENS.

Occidentis ad Christum conuersio prędicitur ab Esaia. 789.n.8.

OCVLI.

Oculos Dei offendit, qui Sanctos lædit. 46.n.6. Sunt prouidentię symbolum 81 n.2. Duplices Deo tribuuntur. *ibid.* Sunt mentis fenestræ. *ibid.* Oculi æterni Patris, Christus. 82.n.3 De oculis Christi vide verbum *Christi oculi.*

ODIVM.

Perfectum, quod sit. 113. n.2. Vitia odio habenda, non homines. *ibid.* n.3. Odiorum initia resecanda. 527.n.4.

OLIVA.

Fœcunditatis, æternitatis, & Sanctorum est symbolum. 487.n.2. Pacis item. 488. n.4.

OPES.

Fraudibus quęsitę initio gratæ, postea noxiæ. 394. n.2. Vide verbum *diuitiæ.*

OPVS.

Quodcunque opus bonum sacrificium est Deo. 38.n.3. Ab omni opere septima

die cur ceſſauerit Deus. 58.n. 3. Opera bona, veſtes honorificæ. 69. n. 2. Exprimuntur per manus. 71. n. 2. Opera Dei, perfectiſsima. 97. n.2. Etiã bona diiudicat Deus. 471.n.7. Supererogationis non cadunt ſub præceptum. 611. n. 1. Præclara in hoc ſeculo patranda, vt nos decorent in futuro. 769. n. 2. Bona iuſtos præcedunt merito, ſequuntur prẽmio. *ibid.* n. 4. & 768.n. 1. Quàm pauca ſint & exigua. 830. n. 5. *& ſeq.* De operibus Chriſti vide verbum *Chriſti opera.*

ORANS ET ORATIO.

Orantis vox qũàm ſit ſonora. 328.n.3. Oratio eſt ſpirituale certamen cõtra hoſtes. 131.n. 2. Orationes ſunt arma præcipua. *ibid.* Sanctorum orationes cur *odoramenta* dicantur. 268. n. 3. Mitigant iram Dei in peccatores. *ibid.* Earum feruor ex mortificatione. *ibid.* & 374. n.2. Earundem afflatus Angelos recreat in cælo. 268.n.3.

ORATOR.

Gentium oratores Sirenæ & ſtruthiones. 652. n.7.

ORIENTALIS.

Quæ regio appelletur Orientalis in ſacris literis. 481.n. 3.

ORICHALCVM.

Genus eſt metalli, & cur ita dictum. 64.n.4.

ORIGENES.

Lapſus eius & occaſio. 269.n.7.

ORNATVS.

Mulierum ac virorum ornatus quam ſit execrandus. 421. n.3. *& ſeq.*

OS.

Oris oſculum amoris eſt ſignum. 34.n.1. Os Congruo tempore aperiendum, & claudẽdum. 586.n.2. Oris clauis eſt ratio. *ibid.* Silentii frænum ori adhibendum. 587. n. 4. Vide verbum *Silentium.*

OSCVLVM.

Pedum, manum, faciei, & oris quid ſignificet. 34. n.1. Eccleſiæ quando datum oſculum. *ibid.* n.2.

OSTIVM.

Ad cordis oſtiũ quo pacto ſtet Chriſtus & pulſet. 216.n.1. *& ſeq.*

OVA.

Aſpidum primùm frangentibus lethifera. 315. n.4.

P

PALMA.

De omnibus ſuis hoſtibus palmam tulit Chriſtus. 80. n.2. *Elatæ palmarum* quid ſint. *ibid.* Palmæ cur comparetur Eccleſia. 151.n.1. Non ſuccumbit oneri, victricis manus eſt ornamentum. *ibid.* Eius folia inſtar gladii. 362.n.4. Non niſi cõ certatione comparatur. *ibid.*

PANIS.

Panum propoſitionis figura. 517. n.5. Quo pacto ponerentur in menſa. *ibid*

PARADISVS.

Terreſtris fuit ad Orientem. 373. n. 1. Ex iſtat ne adhuc quæritur per integram ſectionem. 479. *& ſeq.*

PASTOR.

Verus vulneratur in grege. 276. n.6.

PASSIO.

Vide verbum *Chriſti paſſio.*

PATER.

Dei comparatione Abraham & Iacob patris nomen haud merentur. 509. n.3. Patris appellatio quanti ſit momenti apud Deum. 509 n.3.

PATER ÆTERNVS.

Chriſtum quomodo ſignauerit. 23. n. 3. Regem ſuum cur eundem appellarit. 31. n. 4. Eius in filium amor. 82.n. 3. Mons eſt umbroſus. 208.n.9. In Filii generatione nullam perpeſſus mutationẽ. 697.n.3.

PATHMVS.

Eſt vna ex inſulis Ægæi maris. 56. n. 1. In eam relegatus eſt Ioannes, in ea item ſcripſit Apocalypſim. *ibid.* Figura illius, & lõgitudo. *ibid.* Nobilitatur pulcherrimo cœnobio eiuſdem Ioannis nomine. *ibid.*

PATI ET PATIENTIA.

Pro Chriſto pati diuini eſt amoris argumentum. 52.n. 1. Quam ſit item glorioſum, & regale. 55. n. 5. & 552.n.5. Signum eſt etiam perfectionis. 74. n.4. Qui patitur, citharizat. 111. n. 3. Patientia vſurpatur aliquando pro expectatione præmii, & perſeuerantia in bono. 53. n. 2. Conciliat omne bonum. 87.n.9. Commendatur maxime in Epiſcopo. 111. n. 3. Sumitur aliquando pro longanimitate. 115. Quæ bona illam conſequãtur. 140. n. 1. Patientes, filii dextræ Dei. *ibid.* n. 2. Patientiæ fructus. 142.

n.3. Lapis lydius est charitatis. 213.n. 3. Dei patientia mortalium pœnitentiã expectat. 398. n. 4. Patientia iniuriarum, plusquam superamus. 414.n. 3. Probata laboribus, torax est impenetrabilis. 714. n. 3. Terra fructifera meritorum. 715. n. 5. In ea consequenda omne positum gaudium. 716.n. 5. Sine illa nulla virtus perfecta. *ibid.* n 7. Est magistra charitatis. *ibid.*

PATRIARCHÆ.

Sunt naues Ecclesiç. 387. n. 1. Quorsum iuxta puteos sibi inuenerint vxores. 408. n. 3.

D. PAVLVS.

Pauli prædicatio semper constans & sibi similis. 39. n. 1. Fidelium est exemplar. 61. Charitas eius persecutionibus perficiebatur. 65. n. 2. *Obsecrandi* verbum quam *imperandi* cur potius vsurparet. 210. n. 1. Passus est 13. Imperii Neronis anno. 277. n. 9. Pauli corona, fideles. 316. Eiusdem in eosdem maternus affectus & blanditiæ. *ibid.* Cælestis sapientiç aquã Athenienſibus propinauit. 407. n. 2. Pauli facundia in se extenuando. 613. n. 6. Ad perfectissimum humilitatis ascendit gradum. *ibid.* Equitans super eum Christus peragrauit orbem. 452. n. 3. Vt omnes Christi amore arderent quàm cuperet. 490. n. 3. In tribulationibus cur gloriaretur. 716. n. 6.

PAVO.

Adumbrat pulchritudinem virtutum. 234. n. 4.

PAVPERTAS ET PAVPERES.

Triplex paupertatis acceptio. 143. n. 1. Sapphirinus est Dei thronus. 426. Pauperes cur significentur per aquas. 20. n. 1. Eorum patronus Deus. 40. n. 1. Sunt pedes domini. 80. n. 1. Qui eis misereretur pedes Christi lauat. *ibid.* Pauperis securitas. 144.

PAX.

Pax Christi vincat in certamine. 223. n. 5. & *seq.* Eadem mundi pacem quando superet. *ibid.*

PECCARE.

Allicere ad peccandum, magna persecutio. 158. n. 3. Eodem peccati genere grauiùs peccant qui habent notitiam veritatis. 207. n. 6. Item qui ex abundantia quàm qui ex necessitate. 312. n 4. Peccant turpius, qui prius peccatis abstinuerunt. 319. n. 4.

PECCATORES.

Immaturè decedunt è vita. 191. n. 2. Inter Deum, & peccatorẽ summa distantia. 122. n. 4. Peccatores non computantur *ex se.* 123. n. 4. Gratis se Dæmoni vendunt. 211. n. 5. Ceruis similes sunt ob timorem. 230. n. 7. Post eos clamat Christus. 255. n. 9. Semet ipsis nocent. 315. n. 4. Affectibus suis eos verberat Dæmon. 529. n. 7. Pro stipendio soluit eis mortem. *ibid.* Eorum mentes caligine inuoluuntur. 410. n. 3. Sunt lebetes nigerrimi. *ibid.* Sæpe illis tempus viuendi diminuit Deus. 460. n. 7. Dęmonis sunt tributarii. 528. n. 6. Eidem arant, & serunt. *ibid.* n. 7. Sub eius militant signis. 529. n. 7. Contritione & lachrymis sunt renouandi. 549 n. 3. Cito in peccatorem vlcisci Deum magni beneficii indicium. 769 n. 4.

PECCATVM.

Qui peccato non seruiunt, reges ex genere Abrahç. 32. n. 6. Peccatum est nihil. 122. n. 4. Quod Deus hîc peccata vindicet, beneficium. 92. n. 3. & 124. n. 3. Signantur vt ad publicum iudicii exeant. 125. n. 4. Peccatorum magistros iniquo animo fert Deus. 159. Ea suo tempore punienda reseruat. 254. n. 6. In eis puniendis cur Deus vratur statera, funiculo, & mensura. 322. & 323. n. 2. Semper ea citra condignum punit. *ibid.* Adami peccatum Christi cruciatibus fomenta ministrauit. 373. n. 1. Peccata defendere, non confiteri, profunditas est iniquitatis. 409. n. 5. Sedechiç peccatum regnum & sacerdotiũ abstulit ab Israeli. 413. n. 1. Peccatorum occasiones omnino prçcidendç. 427. n. 5. Virgas quibus verberetur peccator, germinant peccata. 470. n. 5. Carnis, fuga vincuntur. 527. n. 4. Peccato subiici quàm sit indignũ. 528. n. 6. Est veluti violentia naturæ rationali facta. 531. n. 4. In peccatis persistere, periculosũ. 551. n. 3. Omnia ex Originali vires sumũt. 606. n. 3. Instar exercitus in Christum

irruerunt.694. n.7. Sequuntur iustos, prçcedunt iniustos. 769. n. 5. Septem lethalia septem phialis comparantur. 790. n. 1. & seq. Peccatum mox pœna sequitur. 791. n. 1. In cçlum quando dicantur peruenire. 802. n. 2. Decedentes in lethali non vixerunt neque viuent. 824. n. 14. In librum memorialem referuntur. 829. n. 3. Quàm sint innumera. 830. n. 5. & seq. Peccatum dicitur *maledictum*, & cur. 853. n. 3.

PECVNIA.

Pecunias tâquam idolum veneratur auarus. 793. n. 5. Vide verbum *diuitiæ*, & verbum *auarus*.

PELECANVS.

Christi vulnerati est symbolum. 248. n. 3. Sanguine suo mortuos suscitat filios. *ibid.* Pœnitentiam exprimit. 536. n. 3.

PEREGRINARI.

Sumitur interdum pro admirari. 55. n. 5.

PERFECTIO.

A virtutis perfectione excidere, quanta iactura. 122. n. 3.

PERGAMVS.

Vrbs est minoris Asiæ. 153. n. 1. Cur sic dicta. *ibid.* Fuit Galeni patria. *ibid.* Pergamentis Episcopi reprehensio. 155. n. 1.

PERMISSIO.

Sine Dei permissione nihil faciunt mali. 405. n. 1.

PERSECVTIO ET PERSECVTOR.

Persecutionibus augescit Ecclesia. 12. n. 3. & seq. Persecutio fidelium in mundi fine vehementissima. 85. n. 6. Persecutionem fidei causa sustinens non vincitur, plusquam vincit. 414. n. 3. Significatur per *flumen & aquas*. 150. n. 2. & 551. n. 3. Omnis persecutor viuit in gladio. 415. n. 3. Coronas gloriæ fabricatur sanctis. 716. n. 5.

PERSEVERANTIA.

Perseuerantiç donum promittitur vincenti. 202. n. 4.

PES.

Pedes Domini lauat & tergit qui pauperum miseretur. 80. n. 1. Pedes concionatorum pulchri. 86. n. 7. Apostolorum pedes cur lauerit Christus. *ibid.*

D. PETRVS.

Exprimitur in iaspide primo cælestis Hieruſ. fundamento. 840. n. 2. Passus est, 13. Imperii Neronis anno. 277. n. 9.

PHIALA.

Phialç aureç iracundia Dei plenç quid significent. 777. n. 1. & seq. Cur non omnes effusç in terram. 786. n. 1. Agitur de iisdem phialis à pag. 784. vsque ad pag. 792.

PHILIPPENSES.

Eorum conuersio Pauli gloria. 190. n. 4.

PHILIPPVS APOST.

Adumbrat eum *sardodix lapis* quintum fundamentum cçlestis Hieruſ. 841. n. 4.

PISCIS.

Tobiæ piscis quinam fuerit. 215. n. 3. Christum expressit. *ibid.* n. 3. & seq. Adumbrant fideles in baptismi aqua viuentes. 387. n. 2.

PLAGA.

Quænam sint illæ septem extremis temporibus mortalibus inferendæ. 795. n. 1. & 786. n. 3.

PLENVM.

In sacris literis idem est aliquando quod *perfectum*. 191. n. 1.

PLVVIA.

Tempestiuam ob peccata sæpe denegat Deus. 493. n. 2.

POENITENS ET POENITENTIA.

Pçnitenti aditus ad lignum vitç promittitur. 130. n. 2. Instar collyrii cordis sensus clarificat pœnitentia. 215. n. 2. Pœnitentes nauibus Tharsis comparantur. 234. n. 3. Fuit figurata pœnitentia in altari holocausti. 373. n. 2. & seq. Peccatores ex carbonibus reddit carbunculos. 374. n. 3. & seq. Tegit peccata. 491. n. 1. Iram Dei sedat. *ibid.* n. 2. Exprimitur in Pelecano. 136. n. 3.

PONDVS.

Nullum sentiebant Leuitæ dum portarent arcam. 182. n. 5. Accipitur interdum pro tribulatione & pœna. *ibid.* n. 6.

PONTIFEX.

Pontificis tiara Deo subiicienda. 246. n. 7. Deo vel ipso nomine audito obedire debet. 246. n. 9. Totus sit vocalis & sonet sanctimoniam. 492. n. 3.

PORTA.

Orientalis in Salomonis templo per Antonomasiam dicebatur *porta*. 474. n. 6. Portç cælestis Hierusalẽ singulæ ex singulis margaritis. 943. n. 3.

PORTICVS.

Salominis porticus erat inatrio exteriori. 475. n. 7. Cur sic dicta. *ibid.*

POTENTIÆ.

Christi sanguine notari debent animæ potentiæ. 352. n. 3. Corporis, mortificatione attemperandę. 757. n. 3.

PRÆCEPTA.

Diuina sunt lucerna & lux. 81. n. 1. Præcepta legis veteris erãt sexcenta tredecim. 180. n. 2. In diuinis præceptis vt in speculis nos intueri debemus. 236. n. 5. Contra singula decalogi præcepta particularia dęmon adhibet tentamenta. 529. n. 8. Cantant in cithara qui Dei prętepta custodiunt. 758. n. 4. Vide verbum *Mandata.*

PRÆDESTINATI.

Prædestinatorum primus Christus. 25. n. 3. Fasciculo viuentium comparantur. 200. n. 2. Fasciculo item florum in manu Domini. 201. n. 3. Çonstringũtur pressuris. 200. n. 2. Numerus eorum nec minui potest nec augeri. *ibid.* Nullam eis diuina prædestinatio necessitatem affert. 201. n. 5. Christo ipso ob charitatem sunt signati. 353. n. 4. Plures esse ex hominibus, quàm sint Angeli reprobati, affirmant aliqui. 531. n. 2.

PRÆDICARE ET PRÆDICATOR.

Dei prædicatio, cithara sonora. 267. n. 3. Opere præstet quod prædicat Cõtionator. 61. Designatur per mensam apud Ezech *ibid.* Concionatores sunt Christi oculi. 81. n. 1. Eiusdem Christi sunt pedes. 85. n. 7. *& seq.* Per eos orbem peragrat Christus. 86. n. 7. Pedes eorum pulchri. *ibid.* Sunt Ecclesiæ columnæ. *ibid.* Aluntur vt prædicent. *ibid.* Auditorum captui debent se accommodare. 228. n. 2. Cur per boues æneï maris designentur. 236. n. 3. Sunt triumphales equi Christi. 240. n. 6. Circunspectio eorum quanta esse debeat. *ibid.* n. 8. Quibus virtutibus debeant excellere. 242. n. 11. Omni virtutum genere præstent. n. 3. Eorum verba sint ardentia 314. n. 3. Significantur per ventos, & cur. 342. n. 5. Concionis tuba bellum peccatis indicunt. 382. n. 3. Equitat super eos Christus. 452. n. 3. Concionem ex sacris literis concinnent. 455. n. 5. *& seq.* Significantur per dentes 416. n. 1. Sunt Ecclesiæ vbera. 593. n. 1. Variis nominibus dicuntur in Canticis. *ibid.* Diuinis comminationibus homines à peccando deterrere debent. 780. n. 1. Orationi vacare *ibid.* Corda sua charitate, & castitate constringant. 781. n. 4. Sit prædicator per mansuetudinem adamas per patientiam silex. 782. n. 5.

PRÆLATVS.

Quæ præcipit, opere compleat. 30. n. 1. Prælatum diligi à subiectis quàm timeri præstat. 53. n. 5. Prælati exemplum. 61. Comitatem seueritate temperet. 68. Eius cura, vigilantia, & residentia. *ibid.* & 173. n. 2. Prælatorum facilitas subditorum conciliat animos. 210. n. 1. Designantur in quatuor illis mysticis animalibus 238. n. 3. Subditorum vitia instar sorcipum obiurgando emungant. 489. n. 5. Malis acerbissima supplicia comminatur Deus. 788. n. 5.

PRÆLIVM.

Quod nam sit illud inter Draconem & Michaelem commissum. 537. n. 1.

PRÆMIVM.

Propinquitas præmii ad sui consequutionem incitat. 19. n. 2.

PRÆSCITI.

Plures sunt quàm prædestinati. 826. n. 17.

PRÆSIDIVM.

Præsidii causa ad solum Deum fugiendum. 537. n. 4.

PRIMITIÆ.

Primitię terræ promissonis quæ offerebantur Deo, erant fructus perfecti. 760. n. 5.

PRIMOGENITVS.

Primogenitus quis appelletur in sacra pagina. 24. n. 1. Vide verbum *Christus.*

PRIMVS.

Primus, medius, & vltimus honoris causa quis dicebatur apud veteres. 48. n. 1.

PRINCIPATVS ET PRINCIPES.

Principes significantur per arbores. 384. n. 3. Per naues item. 387. n. 1. Post incarnationem incuruati paruerunt Deo. 454. n. 3. De principatuum breuitate, & inconstantia vide verbum *reges, & regna.*

PRINCIPIVM.

Principium esse, & finem rerum omnium proprium Dei. 49. n. 3. Christus quo pacto dicatur *principium*. 50. n. 3.

PROMISSIO.

Promissiones CHRISTI fideles, & stabiles. 39. n. 1.

PROPHETIA.

Prophetiæ spiritum reuerentur angeli. 813. n. 5.

PROTECTIO.

Protectionis symbolis cur gaudeat Deus. 42. n. 4. Diuina protectio pupillæ munitioni comparatur. 46. n. 6. Qualis sit erga tribulatos. 140. n. 2.

PROVIDENTIA.

Diuina omnia peruadit. 81. n. 1. Effectus illius duo potissimum *ibid.* Manifestius declaratur in rebus aduersis. 140. n. 2. Perlustrat omnia quàm celerrimè. 342. n. 5. Vide verbum *CHRISTI prouidentia.*

PROXIMVS.

In proximi dilectione tota lex continetur. 26. n. 1. Proximorum saluti, non semper contemplationi vacandum. 59. n. 1. & 60. n. 2.

PSALMVS.

Fuerit ne Psalmus 71. postremus eorum, quos Dauid composuit. 614. n. 1. Ad literam pertinet ad Messiam non ad Salomonem. *ibid.* n. 2. Psalmorum omnium finis rex Messias. *ibid.* n. 1.

PTOLEMÆVS.

Primus, vltimus, & medius honoris causa dictus a Theocrito. 49. n. 1.

PVDICITIA, ET PVDOR.

Spiritus sancti templi est ædituus, & antistes. 751. n. 9. Pudor est ætatis ornamentum, & virginitatis famulus. 784. n. 1. Commendauit illũ Saræ Abimelech. *ibid.* n. 2. Dæmoni nulla gratior hostia pudore perdito. *ibid.* Vbi timor, ibi pudor. 585. n. 3. Pudoris gymnasium, secretum est. 639. n. 2.

PVLCHRITVDO.

Cognita Diuina pulchritudine nostram intelligimus fæditatem. 101. n. 2. Corporis pulchritudo quam citò decidat. 385. n. 4. Vide verbum *Mariæ Virginis pulchritudo.*

PVNCTA.

Hebraicarum literarũ puncta quando & vbi excogitata ab Hebræis. 568. n. 2. & 603. n. 2.

PVNIRI.

Puniri à Deo in hac vita, beneficium, non puniri supplicium. 92. n. 3. & 124. n. 3. Dei in puniendo progressus. 96. n. 2. Lente venit ad puniendum. 125. n. 4. Punit inuitus. 123. n. 2. & 125. n. 4. In bonum tamen nostrum. 124. n. 3. Quo serius, eò acrius. 125. n. 4. Punitio opus est à Deo alienum. 222. n. 4. & 449 n. 4. Punitionis iacta fundamenta euertit Deus. 223. n. 4. Occasiones item vitat. 490. n. 3. Ex charitate ad puniendum procedunt Angeli. 780. n. 4.

PVRIFICATIO.

De Mariæ Virg. & legis purificatione vide verbum *Mariæ purificatio.*

PYTHAGORAS.

Tria Pythagoræ symbola interpretata à D. Hieron. 253. n. 4.

Q

QVADRIGA.

Quadrigæ Dei nunc sistuatio, in die iudicii quassi turbo. 41. n. 2 Quatuor Euangelistæ sunt triumphalis Christi quadriga. 240. n. 7.

QVASI.

Sæpè rei veritatem non similitudinem significat. 263. n. 2.

R

RACHEL.

In partu Synagogæ, non Ecclesiæ typus. 522. n. 5.

RAL'X.

Christus quomodo sit radix Dauid. 259. n. 5. Cur ex ea non ex virga dicatur ascendere. *ibid. & seq.*

RAPHAEL.

Est vnus ex septem assistentibus Angelis. 542. n. 2.

RATIONALE.

In Rationali doctrina, & veritas cur ponere-tur. 109. n. 1.

REBECA

Pudoris est exemplum. 584. n. 1.

REDEMPTIO.

Redemptio nostra cur dicatur copiosa. 35. n. 5. Nouo celebratur cantico, 267. n. 3. Quã ti eam Christus fecerit. 377. n. 4.

REGES, ET REGNA.

Reges ac principes, bullæ. 12. n. 2. Regem à subditis diligi, quam timeri præstat. 33. n. 3. Reges deponit Deus si officio de sint. 127. n. 7. Eorum potestas significatur per *clauem*. 195. n. 3. Regni salus, vel euersio ex ipsis pendet. *ibid. & seq.* Sunt regnorum aurigæ. *ibid.* Opes suas & coronas Diuino cultui cõsecrare debẽt. 245. n. 5. Dei legem manu per obseruationem tenere. *ibid.* Eorum Imperium prorogat Diuinæ legis obseruatio. 245. n. 6. Hebræorum regibus quare in manu lex traderetur, cum creabantur. *ibid.* Ex Regibus regni pendet castitas. 763. n. 2. Reges Lusitaniæ piissimi in Deum, liberalissimi in monasteria, fusissimi in Orientis Ecclesias. 847. & 848. *& seq.* Regna à Deo gubernantur. 311. n. 2.

RELIGIO ET RELIGIOSI.

Religionis ingressus omne sacrificii genus cõplectitur. 430. n. 9. Est holocaustum, & martyrium illustrissimum. *ibid. & seq.* Nostri temporis religiosi in Nazarẽis expressi. 426. *& seq.* Religiosorum vota elegantibus comprehenduntur similitudinibus. *ibid.* Mentis puritas illis maxime curanda. 427. n. 4. Vel minima peccati occasio vitanda. *ibid.* n. 5. Conflan guineorum affectus amputandi. 428. n. 6. Etiam mali species fugienda. 429. n. 7. In perfectionis via nũquam sistẽdum. 430. n. 8. Votorum nuncupatione omne sacrificii genus complectuntur. *ibid.* n. 9. Sunt Ecclesiæ portæ. 567. n. 9.

REPREHENSIO.

Reprehensionis amaritudo laudibus deliniẽda. 110. n. 2.

REPROBI.

Reproborum in extremo iudicio planctus & dolor acerbissimus. 47. n. 1. Terrentur Christi oculis tanquam flamma 81. n. 1. Eorum in iudicio sententia acerbissima. 97. n. 4. Securitas illorum & impunitas timenda. 176. n. 2. Eorundem nomina cur Deus dicatur ignorare. 178. n. 2. Reproborũ pœna grauissima. 773. n. 5. Sũt Antichristi sedes. 788. n. 6.

RESVRRECTIO.

Est quædam regeneratio. 28. n. 1. & 51. n. 4. Surrexerint ne aliqua corpora sanctorum in obitu Christi. *ibid.* n. 2. Quo nam die futura sit generalis hominũ resurrectio. 59. n. 3. *Resurrectio prima* quid significet. 825. n. 15. Vide verbum, *Christi resurrectio.*

REVELATIO.

Quid sit. 8. n. 3.

ROMA ET ROMANI.

Pependit Roma primùm tributa sub Treboniano imperatore. 297. n. 1. Orbis imperiũ lõganimitate obtinuerũt Romani. 115.

ROMPHÆA.

Ex vtraq; parte acuta quid significet. 153. n. 1.

ROS.

Descendebat simul cum manna. 164. n. 5. Secundum aliquos, post. *ibid.*

RVBOR.

In facie, gemma in diademate. 585. n. 3. Vide verbum, *Pudor*, & verbum *Verecundia.*

S

SABBATHVM.

Sabbato Iudaico præferendam Dominicam diem, quãdo, & quomodo ostẽsum. 58. n. 3.

SACCVS.

Pœnitentiæ est habitus. 491. n. 1.

SACERDOS.

In Ecclesia est vera Sacerdotum cõsecratio. 37. n. 1. Non omnes Christiani sunt Sacerdotes, contra Lutherum. *ibid.* Sacerdos polleat scientia. 109. n. 1. Sacerdotũ munditia quãta esse debeat. 237. n. 5. Totus Sacerdos sit vocalis & sonet sanctimoniam. 492. n. 3. Castitas propria est Sacerdotum tunica. 751. n. 10. Sacerdotis legis nouæ dignitas, & præstantia. 812. n. 4.

SACRAMENTA.

Ex Christi latere profecta. 35. n. 6. Sacramenta legis veteris non habebant vim cõferendi gratiam. 180. n. 2. & 191. n. 4.

SACRIFICIVM.

Iuge sacrificium ex solis agnis, Christum repræsentabat. 261. n. 2.

SALOMON.

Nunquam à matre fuit coronatus, contra Hebræos. 630. n. 1.

SALVATOR, ET SALVS.

Vnicum amisisse Saluatorem, infeliciſsimum. 47. n. 2. Salutem æternam alienis operibus nemo adipiſcitur. 758. n. 4.

SAMPSON.

Septem eius crines ſeptem Chriſti ſacramenta adumbrant. 79. n. 6.

SANCTA SANCTORVM.

In Sanctis Sanctorum templi Salomonis, cur ſedilia nulla. 226. n. 4.

SANCTI.

Cur laboribus exerceantur. 13. n. 5. Seruiunt Deo non mercedis cauſa. *ibid.* Dicuntur *nubes* propter multa. 42. n. 5. Sunt aurea Chriſti zona, & corona. 75. n. 1. & 520. n. 8. Maxime adamantur à Chriſto. *ibid.* Sunt capilli eiuſdem Chriſti capitis. 78. n. 4. Gratiam hauriunt ab ipſo. 79. n. 4. Merita eorum occulta nobis. 93. n. 5. Sunt in Chriſti manu. *ibid.* Habentur à malis vt mundi fæces. 111. n. 3. Morientes pro Chriſto vitam non amittunt, muttât in melius. 152. n. 4. Præſtantiſsimi, ſunt Eccleſiæ columnæ. 220. n. 2. Eccleſiæ, triũphantis decor. *ibid.* n. 3. Monumentum item victorię Chriſti. 203. n. 4. Sunt victores, & verè reges. 244. n. 4. Victorias ſuas & regnum Deo accepta referunt. *ibid.* Proſunt fidelium ſaluti. 261. n. 2. Sanctorum corda, phialæ aureæ. 268. n. 2. Inſignes, ſunt naues Eccleſię. 387. n. 1. Sanctis ſeruiunt, qui eos perſequũtur. 415. n. 3. Comparantur oliuæ ob fortitudinem, pulchritudinem bonorum operum, & meritorum vbertatem. 487. n. 2. & 488. n. 3. *& ſeq.* Sunt oſtia ad Deum. 489. n. 4. Candelabra aurea. 488. n. 5. Cæleſtia tantum appetunt. *ibid.* Quanto honore illos proſequatur Deus. 493. n. 2. Labores eis in ſplendorem conuertuntur. 496. n. 2. & 507. n. 2. In eorum inimicos acerrimè animaduertit Deus. *ibid.* Vincti ſpei cur dicantur. 494. n. 1. *& ſeq.* Lætantur de impiorum vindicta. 497. n. 3. Sunt Eccleſię ſydera. 507. n. 4. Dæmoni illudunt. 523. n. 3. Præcipuè numerãtur à Domino. 533. n. 2. Sunt portenta quædam. 556. n. 5. Optant puniri à Deo in hac vita. 779. n. 4. Sunt veſtimenta Chriſti. 814. n. 2. Reſurgunt, dũ moriuntur ſancti. 825. n. 15.

SANCTITAS.

Redundet in externa opera. 429. n. 7. Vide verbum *Chriſti Sanctitas*, & verbum *Mariæ V. ſanctitas.*

SANGVIS.

Martyrum ſanguis ſemen eſt Chriſtianorum. 12. n. 3. Vide verbum *Chriſti ſanguis.*

SAPIENTIA, ET SAPIENS.

Tam humana quam Diuina difficile comparatur. 406. n. 2. Diuina aquarum viuentiũ nomine ſignificatur. 407. n. 2. *& ſeq.* Superat mundanam. *ibid.* n. 3. Ethnicorum ſapientes Sirenę, & ſtruthiones. 652. n. 7. Eorum ad Chriſtum conuerſio, res eximię nouitatis. *ibid.*

SAPPHIRVS.

Medicam putatur habere virtutem. 840. n. 2. Eſt ſecundum fundamentum cæleſtis Hieruſ. *ibid.* Exprimit D. Andream. *ibid.*

SARDIVS.

Hebetatur oleo. 223. n. 5. Coloris eſt ſanguinei. 841. n. 4. Sextum fundamentum cæleſtis Hieruſ. *ibid.* Adumbrat D. Bartholomæum. *ibid.*

SARDONIX.

Gemma eſt inſtar humani vngis. 841. n. 4. Eſt quintũ fundamentum cæleſtis Hieruſ. *ibid.* Deſignat Philippum Apoſt. *ibid.*

SARTAGO.

Inter Ezechielem propheram & vrbem poſita grandem iram Dei demonſtrat. 461. n. 2.

SATAN.

Idem eſt quod aduerſarius. 154. n. 4.

SCANDALVM.

Quid ſit & vnde ſic dicatur. 156. n. 2. Quãtum ſit malum. *ibid.* Scandalizans deſtruit opus Chriſti. *ibid.*

SCEPTRVM.

Regale debet eſſe baculus ſubditorum. 500. n. 4. Dæmonis ſceptrum ſuperauit Chriſtus. 528. n. 6.

SCHISMA.

Inter Laurentium & Symmachum, vndè ortum. 436. n. 1. *& ſeq.*

SCORPIO.

Cauda ſemper in ictu eſt. 431. n. 3. Fugãtur ſi eorum aliqui exurantur domi. *ibid.* Adumbrat dæmonem. *ibid.* n. 2. *& ſeq.*

SCRIPTVRA SACRA.

Multa eius loca à Iudæis vitiata. 31. n. 2. Scripturarum sacrarum summa cõsensio. 89. Omnes ad Christum vt ad centrum decurrunt. *ibid.* Quam ridicule ei illudant Hebræi. 155. n. 4. Spiritu proprio non interpretanda. 194. n. 1. Est liber signatus. *ibid.* & 252. n. 1. *& seq.* Difficillis intellectu. 195. n. 2. Difficultatibus inuolui cur oportuerit. 253. n. 4. Designatur per *arcum*, & *sagittas*. 314. n. 3. & 315. n. 4. Scripturarum scientiam nobis aperuit Christus. 702. n. 1.

SECTÆ.

Hæreticorum sectę omnino diuisæ. 433. n. 4.

SECVRITAS.

Reproborum securitas timēda. 176. n 2. In hac vita nunquam plena. 241. n. 10.

SENES.

Prisca & antiqua sēper habēt in ore. 228. n. 2.

SENIORES.

Viginti quatuor vniuersam exprimunt Ecclesiam. 222. n. 1. Prælatos item & doctores. *ibid.* n. 2. *& seq.*

SENTENTIA.

Non præcipitāda super Ecclesiæ prælatos. 121. n. 1. Pilati sententia aduersus Dominum inuenta Amitherni. 570. n. 6.

SEPTENARIVS.

De numero hoc vide verbum, *Numerus.*

SEPVLCHRVM.

Sepulchrum Moysis ignoratur. 539. n. 4. De Chri sepulchro vide verbū *Christi sepulchrū.*

SERPENS.

Qui decepit Euam, vultu virginem referebat. 394. n. 2.

SERVVS ET SERVITVS.

Christi serui omnes sunt reges. 32. n. 6. Iustorum seruitus libertas & principatus. *ibid. & seq.*

SIBYLLA.

Erythræę carmina acroistica de Christo Domino. 388. *& seq.* Floruit circa tempora Ezechiæ regis. 570. n. 5.

SIGILLVM.

Septem libri sigilla quid significent. 253. n. 3.

SIGNIFICARE.

Aliquando pro obsignare sumitur apud profanos autores, apud sacros nunquā. 15. n. 2.

SIGNVM.

Vsurpatur in sacro eloquio pro miraculo, vexillo, & scopo. 503. n. 2. Signum parturæ Virginis non Achaz tantum, sed domui Dauid datum. 637. n. 2. Duo signorū nomina in sacris, prognostica, & rememoratiua. *ibid.* n. 3.

SILENTIVM.

In cœlo factum cælituum admirationem exprimit. 367. n. 2. Contemplationis item quietem. *ibid.* n. 2. Conducit ad cultum iustitiæ. 537. n. 4. Silentii seruandi difficultas. 586. n. 3. Mortis memoria custos est silētii. 587. n. 3. Vide verbū, *os, lingua, verba.*

SIMON APOST.

Exprimit eum Hyacinthus lapis vndecimum cælestis Hieruſ. fundamentum. 842. n. 5.

SINISTRA.

Cum tribuitur Deo, significat actiones in quibus non ita elucet eius potentia. 92. n. 4. Dei itē iustitiā. *ibid.* Bona tēporalia. 93. n. 4.

SMARAGDVS.

Aduersatur libidini. 171. Spei symbolū est. 225. n. 6. Viridantium gemmarum præstātissima. 841. n. 3. Est quartū fundamentū cęlestis Hieruſ. *ibid.* Adūbrat Ioan. Apost.

SMYRNA.

Vrbs est Homeri patria. 138. n. 1. Condita à Theseo. *ibid.* Sonat myrrham. *ibid.*

SOBNA.

Fuit præpositus templi Salomonis. 126. n. 5. Eius superbia, & arrogantia. 127.

SOCIETAS IESV.

Vaticiniū Ioachimi de nouo ordine ad Societatē IESV referūt aliqui. 198. Societatis professi SūmoPont. ad missiones toto orbe peragēdas solenni voto se obligant. 199. n. 1.

SOL.

Cur in Christi passione fuerit obscuratus. 59. n. 3. Post Iudicii diem septuplo fulgebit magis, quàm nunc. 98. n. 2. Multùm lucis amisisse post primū peccatum asserit Glossa. *ibid.* Factus niger adumbrat Christū in suis iniuriosè tractatum. 330. n 1. Deposita luce, ob mundi finem tenebris quasi lugubri veste induetur. 334. n. 2.

SOLITARIVS, ET SOLITVDO.

Quo pacto leuet se super se. 536. n. 3. Otiosus, maxime actuosus est. *ibid.* Solitudo est apta contemplationi. 56. n. 2. *& seq.* Solitudinem amātes quàm soletur Deus. 536. n. 2. Cōmendatur Scripturæ testimoniis. *ibid.* n. 3. Nidus est & suspendium animæ. *ibid.* & 537. n. 4. Est virginalis pudoris custos & gymnasium. 639. n. 2.

SPERANS ET SPES.

Spei symbolum est smaragdus. 225. n. 6. *Sperans Dauid* cur se oliuæ comparet. *ibid.* Im

mobilitas sperantis in Deum. *ibid.* *Vincti spei* qui dicâtur apud Zachariam. 494. n. 1. Ab spe vt à domina sustentantur mortales. 496. n. 2. Est Sanctorum anchora iacta in cœlum. *ibid.* Eorundem aureum reclinatorium. 499. n. 2.

SPIRITVS SANCTVS.

Septem spiritus S. dona orbem terrarum mortuum suscitarunt. 21. n. 2. Spiritum Sanctũ cur ter Dauid à Deo postularit. 87. n. 4. Designatur per Iridẽ. 224. n. 1. De Christi plenitudine redundauit in Apostolos. 370. n. 5. Igneus est Ecclesiæ murus. 512. n. 6. Eius in B. Virginẽ descensus. 648.

SPONSA.

Sponsæ gressus cur commendentur ab Sponso. 515. n. 3. In laudanda Sponsi forma cur à capite inceperit. *ibid.* Cor suũ quare appellauerit Sponsum. 360. n. 8. Eius crines Galaaditicis capris cur comparentur. 580. n. 1. Christi pasionibus quàm oblectaretur. 67. n. 7.

STACTE.

Quo pacto componatur. 268. n. 3.

STATERA.

Est symbolum diuinæ iustitiæ. 322. Ea cur in puniendo vtatur Deus. 323. n. 2.

STATVA.

Statua Nabuchd. quatuor orbis adumbrauit imperia. 704. n. 1. *& seq.*

STELLA.

Matutina quid significet. 185. n. 1. Septẽ stellæ sunt septem Spiritus sancti dona super Christum. *ibid.* n. 2. De cœlo cadentes sunt fideles deficientes à fide. 330. n. 1. Arius item & Pelagius. 390. n. 2. *& seq.*

STOLA.

Quæ nam sunt illę singulis animabus datæ. 329. n. 5.

STRVTHIO.

Hypocritę typus est. 190. n. 3. Pullos suos quo dacto excludat. *ibid.* n. 4.

SVBDITVS.

Subditorũ vitia à Prælatis insectãda. 112. n. 1. Tentandi ab eisdem. 114. n. 2. *& seq.* Eorum etiam coitagtiones innotescant Prælato. *ibid.* n. 3. Eorundem defectus aliquã do maturè tolerandi. 115.

SVCCESSIO.

Legitima Regum Iuda defecit tempore conceptionis Christi. 667 n. 8.

SVFFRAGIA.

Quo pacto colligerẽtur apud Græcos 169. n. 3

SVPERBIA ET SVPERBVS.

Quinta phiala effusa super superbiam. 792. n. 5. Quã facile superbis Deus christam de primat. 126. n. 6. Superborum altitudo non vera, sed simulata. 178. n. 3. Deiiciunt sese dum extollunt superbi. 597. n. 5 Repręsentat eos vnicornis. 264. n. 1.

SVPPLICIVM.

Iudæorum supplicium ob Christi necem. 82. n. 3. Grauitate supplicii iudicii tarditas compensabitur. 123. n. 2. Diuina supplicia licet initio amara, postea dulcia si ferantur. 462. n. 3. Habet Deus supplicio rum thesauros. 708. n. 2. Quæ à Deo in hac vita infliguntur, procedunt ex amore. *ibid.* n. 4. Per errorẽ infert nullum. 708. n. 2

SYMBOLA.

Tria Pythagoræ elucidãtur à D. Hyeron. 253. n. 4.

SYNAGOGA.

Rachelis instar tum mortua, cum Christum, & Apostolos emisit. 522. n. 3. Quando illam coronauerit Deus. 631. n. 2. Christi fuit nouerca. *ibid.* n. 3.

T

TABERNACVLVM.

Mosaicum quot haberet columnas. 202. n. 2. Fuit cęlestis gloriæ typus. 360. n. 2. *& seq.* Cælum referebat. 506. n. 2.

TABVLÆ.

In arca testamenti repositam legem nouam exprimebãt, fractę, legem veterẽ. 500. n. 5.

TANQVAM.

Sæpe rei veritatem non similitudinem significat. 263. n. 2.

TAPROBANA.

Quęnam sit insula. 481. n. 4.

TEMPLVM.

Templum Dianę 220. annis à tota Asia ędificatum est. 108. Templa diruta instaurãtur à Constantino. 351. n. 4. Salomonis templum ex omni parte cingebatur atriis. 472. n. 2. Leonis speciem referebat. 473. n. 4. Inuisebant illud Gentiles. 476. n. 10. Quanta fiducia ea frequentare debeamus. 473. n. 4. Templum cum tabernaculo cur coniunxerit Ioannes. 776. n. 3.

TEMPORALIA.

Vt capilli propter Deum resecanda. 80. n. 1. Temporalium despectio perfectionis basis

515.n.3. Omnia parui faciẽda.770.n.6. Eorundem incoſtantia & breuitas. *ibid.*

TEMPVS.

Tẽpora ante Chriſti aduentũ vacua.191.n.4 Tempus res eſt pretioſiſsima .456.n.2. Vel minimam particulam illius perdere quàm vereretur Dauid.457.n.2. Datum nobis à Deo ad vitam æternam promouẽdam. *ibid.*n 3. *&ſeq.* Prętens, tempus eſt miſericordiæ. *ibid.* Eſt nundina ſpiritualium bonorum. *ibid.* Tempus pœnitentię prędidi quam ſit metuendum .459. n.6. Inſtar principis rebus omnibus dominatur.460.n.6. Tempus qui & quo pacto redimant. *ibid.* n.7.

TENTATIO.

Tentationibus nõ ſuccvmbentes,reges ex genere Abrahę.32.n.6. Fortiores nos reddunt.158.n.5. Ad eas ſuperandas quanta opus ſit vigilantia.241.n.9. Tentatio ſuperata corona.358.n.6. Auget fiduciam in Deum. *ibid.* Tentationis victor obliui ſcitur terrena, ad ſuperandas tentationes auxilium Deus denegat nũquam.493.n.2. Tẽrationibus cõſentiendo ad ligatũ dæmonem accedimus.816.n.2.

TEPIDVS.

Tepidum in ſpiritualibus vt deteſtetur Deus. 205.n.1.&.209.n.12. Quanto ſit in diſcrimine 296.n 3. Inſtar aquæ tepidę ad vomitum quodammodo prouocat Deum. 209.n.11. Pecculiaria ei gratiæ præſidia denegat Deus.232. n.4.

TERRÆMOTVS.

Eccleſiæ perſecutionem ſignificat 330.

TERRENA.

Oblitus terrena percipit cæleſtia.358.n.6.

TESTAMENTVM.

Duo teſtamẽta ſunt duo Chriſti vbera.73 n.3. Vtrumque in quatuor diuiditur partes.89. Duæ ſunt rotę.212.n.1. Vtriuſque concordia.240.n 8.&.506.n.3.

TESTIMONIVM ET TESTIS.

Teſtimonium de Chriſto quomodo perhibuerit Pater Æternus.23.n.3. Teſtis fidelis cur Chriſtus appelletur.22.n.1.

THOMAS APOST.

Exprimit eum beryllus octauum fundamentum cæleſtis Hieruſ.842.n.4.

THVRIBVLVM.

Aureum adumbrat Chriſti humanitatẽ.369. n.3. Intra Sancta Sanctorum fuiſſe aliud diuerſum ab altari thymiamatis probatur. 377.n.1.&.378.n.2.*&ſeq.* Huius thuribuli vſus.381.n.5.

THYATIRA.

Thyatiræ Epiſcopus laudatur,& reprehenditur.173.n.1.

THYMIAMA.

Sacrum quo pacto componeretur.268.n.3. Vbi cremabatur.376.n.2.Eius oblatio bis fiebat in die. *ibid.* Omnes ſacerdotes offerebant illud. *ibid.*

TIARA.

Pontificis Deo ſubiicienda.246.n.7. Super eam cur Dei nomen emineret. *ibid.*

TIMOR.

Deum quàm timeret Iob.40.n.1. Actus timoris,claui ferrei.213.n.4. Eo qui ducuntur,ferreis conſtringũtur vinculis.214.n.4 Cum timore ſemper operanda ſalus .241. n.10. Vbi timor,ibi pũdor.585.n.3.

TIMOTHEVS.

Primus fuit Epheſinę Eccleſię Epiſcopus.108.

TINTINNABVLA.

Quot penderent ex Pontificis tunica.62.n.2.

TITVLVS.

Sanctæ Crucis viſitur Romæ.570.n.6. Quibus literis ſit ſcriptus 663.n.2. In Pſalmorum titulis poni ſolent inſtrumenta,ad quæ canebantur .588.n.7.

TITVS.

Titum cur filium ſuum legitimum appellet Paulus.14.n.5.

TITVS VESP.

Erat ſeſſor equi nigri .320. *&ſeq.* Quantis Hieroſolymam, & Iudæos affecerit cladibus. *ibid.* *&ſeq.*

TOPAZIVM.

Duos refert colores .842. n.4. Eſt nonum fundamentum cœliſtis Hieruſalem. *ibid.* Exprimit D.Iacobum minorem. *ibid.*

TRAIANVS.

Fuerit ne illius anima ab inferis liberata. 282.n.4.

TRIBVLATIO.

Prius tribulationis ſit particeps qui voluerit eſſe regni.54.n.4. Qui tribulationibus deficit citharam frangit.111.n.3. Tribulationum Iob felix clauſula.142.n.3. Tribulatio ſuper tribulationẽ, ſpes ſuper ſpẽ. 176.n.3. Appellatur in ſacris *pondus*, & *onus*.182.n.6. Eleuat ad gloriam.181.n.7 Erudit nos.216.n.4. Eſt ſtatera iuſtiſsima.

ma.337.n.2. Ea, vt vasa pulsu, tentantur homines. *ibid.* Vasorum instar tribulatio nis igne coquuntur & durantur.714.n.2. Tribulationis igne cocti nullas formidant persecutiones.450.n.2. Tribulationes consolationibus temperat Deus.490.n.2. Tribulationi non cedentem persequitur non assequitur tribulatio.715.n.4. In tri bulationibus cur gloriaretur Paulus.716 n.6. Vide verbũ *labor*, & verbũ *persecutio*.

TRIBVS.

Nomen *tribus* non ad solos Iudæos pertinet. 46.n.1. Quid sit.355.n.1. Tredecim fue runt. *ibid.* Duodecim tantum cur semper appellet Scriptura.356.n.1. Leuitica nõ computatur in temporalibus. *ibid.* Tribus Dan,& Ephraim à Ioanne cur omissæ. *ibid.* n.5.&.725.n.2. Tribuum nomina cur in scripta in portis cælestis Hieruſ.838.n.2.

TRINITAS.

Trinitatis mysterium per Incarnationem ex plicatius cognitũ.85.n.5.&.455.n.4. Ob scura eius cognitio significatur per fumũ. 410.n.2. Trinitatis mysterium innuitur literis nominis ineffabilis.569.n.3. Ne mo in cælestem patriam nisi in eius fide in greditur.839.n.5.

TVBA.

Typus est Ecclesiæ, & prædicationis verbi Dei.61.n.4. Concionatoribus cur tribua tur.382.n.3. Ea conuocabatur populus apud Hebræos.383.n.4.

TVNICA.

Quotuplex & qualis esset Sacerdotalis apud Hebræos.62.n.2. Pontificia dicebatur *superbumeralis*. *ibid.* Byssina ad Sacerdotes & Pontifices pertinebat.63.n.2. Qua nam indueretur ille *similis filio hominis*. *ibid.* Tunica Christi incõsutilis,typus Ecclesiæ. 75.n.1.

TYRANNI.

Tauri sunt ferocissimi aduersus Ecclesiam. 503.n.6.

V

VATICINIA.

Sunt Dei placita non hominũ inuenta.7.n.1. Ioachimi abb.& D.Vincentii vaticinia ad Societatem IESV referũt aliqui.198.n.4. *& seq.*

VAS.

Fictile destructionem significat in sacris literis.184.n.4.

VBERA.

Matrem amoris admonent ad nutriendum fœtum.72.n.2. Recte Deo tribuuntur. *ibid.* In Christo quid sint. *ibid.* n.1.

VELAMEN.

Quod nam fuerit illud quod Abimelech cõmendauit Saræ.584.n.2. Capitis velamen in virgine, galea & clypeus.585.n.2. Est armatura castitatis, vallum verecundiæ. *ibid.*

VELVM.

Templi Salomonis fuit inter altare aureum & Sancta Sanctorum.378.n.1.

VENENA.

Vbi nascuntur,ibi & antidota.490.n.2.

VENTI.

Quatuor præcipui significant quatuor orbis partes.341.n.4. Concionatores item & doctores.342.n.5.

VERBA.

Singula ad prudẽtiæ libram examinãda.587. n.4. Effusus in ea,vas sine operculo.588. n.6. Non verbis tantum,factis etiam vẽ tura prænuntiat Deus.632.n.1.

VERBVM DEI.

Flãmeus est gladius.94.n.2.Vtraq; parte acu tus propter duo testamenta.95.n.4. Car nalia & spiritualia vitia amputat. *ibid.* Dis cernit bonos à malis. *ibid.* Rationi dulce, sensualitati amarum.461.n.3. *& seq.* Pa nis est & alimentum.547.n.2. *& seq.*

VERBVM DIVINVM.

Eius erga homines amor quantus. 315.n.5. Incarnationis dies,dies lætitiæ Verbi Diui ni. *ibid.*&.632.n.4.

VERECVNDIA.

Ex præcipuis est virginum & adolescentium virtutibus.584.n.1. Plus periclitatur qui minus veretur,585.n.3. Quæ nam sit ve re laudabilis. *ibid.*n.44. Vide verbum *Pudor*,& verbum *Velamen*,& verbum *Rubor*.

VERITAS.

Integram raro loquuntur homines.764.n.3.

VESTIS.

Talaris perseuerantię est symbolum.69.n.1. Albæ quid significent.227.n.6. Curiosus vestium ornatus quantum detrimentum afferat animæ.421.n.3. *& seq.*

VIDERE.

Extẽditur ad omnes corporis sensus.17.n.6.

VIGILANTIA.

Quanta sit opus ad propulsãda tentationum pericula. 241. n. 9.

VINCENS.

Vincenti donum perseuerantiæ promittitur. 202. n. 4.

VIR.

Qui proprie sint appellandi viri. 174. n. 2.

VIRGA.

Sumitur interdum pro sceptro. 31. n. 3.

VIRGINES.

Virginum sanctitas insigni miraculo declarata tur. 282. n. 3. Pro eis tanquam dux militat Christus. 509. n. 4. Virginum nomine cap. 14. Apoc. non tantum viri sed etiam fœminæ intelliguntur. 746. n. 5. Sublimẽ in Ecclesia obtinent locum. 747. n. 1. Gloriantur Angeli quod virginibus sint pares. 748. n. 4. Cur supra montem apparuerint. 749. n. 7. Fugiãt publicum. 750 n. 8. *Nomen Agni, & nomen Patris,* cur scriptum habeant in frontibus. 752 n. 1. Eodem Dei nomine *Dij* appellantur. 753. n. 2. Diuina similitudo virginibus tribuitur. *ibid.* Citharædis quare comparẽtur. 756. n. 1. *& seq.* Virginũ corpora Dei citharæ. 757. n. 2. *& seq.* Peculiari nomine à Chro empti. 759. n. 1. Sunt electorũ primitiæ. *ibid.* n. 2. Propter illos reliquis fidelibus benedicit Deus. *Ibid.* Deum donorum spiritualium effectorem profitentur. *ibid.* Sunt primitiæ spoliorum Christi. *ibid.* n. 3. In virginum sacrarum violatores acerrime animaducrtit Deus. 760 n. 4. *Sequi Agnum quocunque ierit* cur dicantur. 761. n. 1. *& seq.* Peculiaria in cælo habent gaudia. *ibid.* n. 1. In virginum multitudine omnium virtutum merita reperiuntur. 762. n. 3. Virginibus præcipue Christus delectatur in cælo. *ibid.* Sũt veraces. 763. n. 3.

VIRGINITAS.

Seruari non potest absque Dei ope. 509. n. 4. Est corona regalis. 632. Beata Virgo ipsius virginitatis est corona. *ibid* n. 4. Virginitatis bonum cultus corporis infamat. 639. n. 2. Alterum mundum supra mundanum constituit. 747. n. 2. Qui retia aduersus virginitatem effugit, à reliquis facile se expedict. *ibid.* Angelos non solum æquat sed superat. *ibid.* n. 3. In Angelis fortior, in hominibus felicior. 748. n. 3. Quãto in honore semper habita fuerit. 749. n. 6. Dei in corruptibilitatem imitatur. *ibid.* n. 5. Virginitatis difficultas *ibid.* n. 7. Vera & pura nihil magis timet quam se ipsam. 751. n. 9 Ad virginitatis lilia sustinẽda duplex requiritur fortitudo. 750. n. 7. Cum virginitate sobrietas, temperantia, & modestia coniungi debẽt 751. n. 8. Omni ex parte circunspecta sit & oculata. *ibid.* n. 10. Apibus comparatur ob multa. 752. n. 10. Sex præcipue eam seruant conditiones. *ibid.* n. 11. Martyrium est sine sanguine. 753. n. 1. Est virtus princeps & regalis 754. n. 3. Per antonomasiam dicitur *grauitas & maiestas. ibid.* Conciliat reuerentiam. *ibid.* Virtus est famosa. 755. n. 2. Bellatrix item. *ibid.* n. 3. Rebus odoriferis cur comparetur. *ibid.* n. 2. Acquiritur naturæ violentia. 754 n. 1. Hyacinthinum est Ecclesiæ operimentum. 755. n. 1. Ne pateat tentationibus, cooperienda est cilicio. *ibid.* Dæmonibus, & voluptariis hominibus est terribilis. 756. n. 4. Effulsit post Incarnationem. *ibid.* n. 5. Candida est & rubicunda. 757. n. 2. Flos Ecclesiastici germinis. *ibid.* Commendat Dei potentiam. *ibid.* Virginitatis raritas. 758. n. 5. Semel amissa recuperari nequit. *ibid.* Quanta sit eius. Præstantia. *ibid.* Virginitate voluptas solida continetur. 753. n. 2. Conducit ad fidẽ. *ibid.* n. 3. Vide verbum *castitas.*

VIRGO FOEMINA.

Aspectus eius quàm fugiendus. 524. n. 5. Publicum, & corporis cultum vitet maximè. 639. n. 2.

VIRTVS.

Perficitur laboribus. 87. n. 9. Perfectissimus virtutum odor, rarissimus. 88. n. 10. Acquiritur per mortificationem. *ibid.* Incuriam in virtutis progressu ægerrime fert Deus. 119. n. 5. In ea non progredi regredi est. 120. n. 5. & 206. n. 3. *& seq.* Probant illam labores. 120. n. 7. A virtutis perfectione excidere, quanta iactura. 122. n. 3. In ea verè diuitiæ. 143. n. 1. *& seq.* Virtutum pulchritudinem adũbrat Pauo. 234. n. 4. Cardinales virtutes expressæ in quatuor illis mysticis animalibus. 237. n. 3. Virtutum omniũ in Beata Virgine mira consensio, & latitia. 408. n. 4. In virtutis via nunquam sistendum. 430. n. 8. Ex flore Christo

omnes virtutes apum instar hauserunt dulcedinem. 670. n. 6.

VISIO BEATA.

Iaspidi lapidi pretioso comparatur. 838. n. 1. Tam homini, quàm Angelo iuxta magnitudinem gratiæ confertur. 839. n. 6.

VITA.

Humanæ vitæ breuitas quibus rebus comparetur. 11. n. 2. Vita præsens, solitudo. 535. n. 2. In ea haud speranda requies. 767. n. 2. *Dies mercenarij*, cur appelletur. 768. n. 3. De actiua, & contemplatiua vide verbum, *contemplatio.*

VITIA.

Odio habenda non homines. 113 n. 3. Septem capitalia regnant in mundo. 528. n. 6.

VITRVM.

Significat cordis puritatem. 839. n. 6.

VNGVLA.

Discreta animalium est symbolum prudentiæ. 241. n. 9.

VNICORNIS.

Superbos repræsentat. 264. n. 1.

VOLVMEN.

Quod nam fuerit illud *volans* apud Zachariã, & quid contineret scriptum. 829. n. 4.

VOTVM.

Improbi hominis vota Deo nõ sunt accepta. 156. n. 2. Modum quærere non implendi votum maxime timendum. *ibid.* Per tria religionis vota venimus ad Deum. 593. n. 5. Vide verbum *religio.*

VOX.

Quam edant primum infantes. 49. n. 2. Vox hominum simul clamantium aquis comparari solet. 89. Christi vox ad iudiciũ venientis instar aquarum multarum. 90.

VRIAS.

Propheta cuius filius, & quo tempore prophetauerit. 643. n. 3. Qui vixit tẽpore Achaz, fuit idololatra. 644. n. 5.

VVANDALIA ET VVANDALI.

Quæ regio sit & vnde dicta. 402. n. 1. Vuandalorum regum successio. *ibid.* n. 3. & *seq.* Eorundem extinctio. 403. n. 4.

VVLNERA.

Christi vulnera exaturę pulcherrimæ. 168. n. 1. *Vunus pessimum, & sæuum* quid significet in sacris. 783. n. 1. Vide verbũ *Christi vulnera.*

VVLTVS.

Vultus Dei iudicantis seueritas. 82. n. 3.

VXOR.

Loth in salis statuã quorsum versa. 206. n. 4.

Z

ZACHARIAS.

Pater Ioannis Bap. fuit de minoribus sacerdotibus. 378. n. 1. Minorum prophetarum vndecimus quo tempore prophetauerit. 644. Quis fuerit ille occisus inter templũ & altare. *ibid.*

ZELVS.

Zelus Ephesini Episcopi laudatur. 111. n. 1. Prælatorum zelus. 112. n. 1. Quam sit gratus Deo *ibid.* n. 2. Animarum zelus, quæstus magnus. 144. Sanctorum zelus propter hominum peccata maxime Deo placet. 461. n. 2.

ZONA.

Quotuplex, & qualis esset Pontificia. 63. n. 3. Quali nam præcingeretur ille *similis filio hominis. ibid.*

ERRATA.

Pag. 34. n. 3 supereminentem scientiam lege scientię. 56. 1. tiam leg. etiam 64. 4. motibus leg. montibus. 65. 1. myrii leg. mysterii. 81. 3. ocu leg. oculos. Ibid. conteret leg cõtere. 86. 7. Annunciatis leg. annunciantis. 93. 4. lauam leg. læuam. 123. 1. numeri leg. muneri. 131. allogiarum leg. allegoriarum. 144. miseratur leg. misereatur. 152. 4. flores leg. flores. 156. 2. ponebat leg. ponebas. 157. quemadmodum ii leg. is. 206. 3. imperfectionis leg. in perf. 242. 11. imperfectis leg. in perf. 252. signatum leg. signatus. 272. Ecclesiam leg. Ecclesię. 324. 3. exaninatus leg. exinanitus. 344. 1. Quamtuam leg. quãquam. 491. 2. interiori leg. exteriori. 577. 1. amentium leg. amantiũ. 727. 2. positus leg. potitus.

COMMENTARII EXEGETICI IN APOCALYPSIM IOANNIS APOSTOLI.

Auctore Blasio Viegas Lusitano, Societatis IESV, Doctore Theologo, & publico sacrarum literarum in Eborensi eiusdem Societatis Academia Professore.

Vtrum liber Apocalypseos Canonicus sit, & à Ioanne Apostolo conscriptus.

1 SAPIENTER in lib. de Præscriptionibus aduersus Hæreticos scriptum reliquit Tertullianus eò prolabi Hæreticorum præsumptiones, vt nolint agnoscere ea, per quę reuincuntur, quasdam que ideircò Scripturas non recipere, & si quas recipiunt, adiectionibus, & detractionibus ad sui instituti dispositionem interuertere: quod Irenæus etiam lib. 3. aduersus hæreses, Origenes in 2. cap. epist. ad Roman. D. Cyprianus lib. de vnitate Ecclesiæ, D. Augustinus lib. 7. de Genesi ad literam, Vincentius Lyrinensis de prophana hæresum nouitate, aliiq; nobiles Patres adnotarunt. Nimirum cũ Hęretici pondere, & auctoritate grauissima Scripturarum se premi sentiunt, & in suis nihilominus erroribus persistunt, eo per contradicendi libidinem venire coguntur impudentiæ, vt sacrorum librorum canitiẽ antiqua superiorum tẽporum successione venerabilẽ impudenter contemnere, auctoritatẽq; omnium veterum Patrum consensione testatissimam impiè eleuare conentur. Eo consilio Manichæi Pentateuchũ, imo & vniuersos veteris instrumenti libros, vt Augustinus testatur libro de vtilitate credendi contra Manichæos cap. 2. & libro 4. contra Faustũ Manichæum, & Eusebius lib. 5. historiæ Ecclesiasticæ, capite vltimo; alii Hęretici Euangelia, vt refert idem Augustinus lib. 2. Retractationum, cap. 16. alii omnes Pauli epistolas, vt ait Eusebius lib. 3. historię Ecclesiasticę, capite 27. Irenæus libro 1. cõtra hęreses, c. 26. & Origenes in psalmum 82. alii epistolam Iacobi, alii alia sacra volumina minimè ferenda temeritate reiecerunt. Non dissimili igitur audacia, quia videbant plurimas à se vel primùm confictas, vel rursus ab inferis excitatas hæreses clarissimis Apocalypseos Ioannis testimoniis, quæ suis locis indicabimus, radicitus conuelli, eam omnino ex albo Canonicorum librorum expungere, atque adeo à Ioanne Apostolo cõscriptam negare ausi sunt: quamquam nõ defuere etiam ex Catholicis, qui Canonica libri auctoritate retenta de auctore dumtaxat aliquando dubitarunt. Et quidem quod attinet ad auctoritatem, eam negarunt Marcionistæ, quem admodum refert Tertullianus libro 4. contra Marcionem: & Theodotiani, sicut tradit Epiphanius hæresi quinquagesima prima, & quinquagesima quarta: Alogi, siue Alogiani, vt referunt Epiphanius, Philastrius, & Augustinus,

Tertul. c. 17. Impudẽtia Hęreticorum in reiiciendis libris canonicis

Irenæus. Origenes. Cyprianus. Augustinus. Vincẽt. Lyrin.

Augustinus. Eusebius.

Irenæus. Origenes.

Qui Apocalypsim expungunt a canone sacrorum librorum.

Tertullian.

Epiphan. Philastrius. Augustin.

Didac⁹ Paiua.

quos imitatt sunt suo more nostri temporis Hæretici, in quibus est Lutherus, Brentius, & Kemnicius, contra quem disputat Didacus Paiua lib 3. defensionis fidei Tridētinæ. Ex Catholicis vnus Caius antiquus auctor in Hæreticorum iuit sententiam, Apocalypsim à Cherintho insigni Hęretico fuisse cōpositam, vt auctor est Eusebius Cæsarienſis lib. 3. historiæ Ecclesiasticæ, cap. vigesimo octauo. Fundamentum huius erroris fuit, quia auctor huius libri nomen suū solicitè inculcat, quod alienum est, inquiunt, à consuetudine scriptoris sacri.

Euseb. Cęsar.

2 De autore libri qui dubitauerint.

Quod verò attinet ad auctorem, præter Caium prædictum, qui Cherintho librum adscripsit, Dionysius Alexandriæ Episcopus apud Eusebium lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ, capite vigesimo quarto, & 26. & lib. 7. cap. 23. de auctoritate libri non dubitans, de auctore tamē dubitauit, nū videlicet esset Ioānes Apostolus, an alius quidā Ioannes Presbyter. Cōiectura ei⁹ ea fuit, quia in Grę cis codicibus auctor nō Ioānes Euāgelis ſta, sed Ioānes Theologus nominatur.

3 Apocalypsis, & liber canonicus, & à Ioā ne Appstolo conscriptus.

Cæterum librum hunc Canonicum esse, & à Ioanne Apostolo conscriptū constans fuit totius antiquitatis sententia. Etenim vt Canonicum, & Ioānis Apostoli nomine citarunt omnes veteres Patres tam Græci, quàm Latini, Dionysius Areopagita cap. 3. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, Iræneus lib. 5. aduersus hæreses Valentini prope finem, Iustinus Philosophus, & Martyr in dialogo cum Tryphone, Hippolytus de consummatione mundi, Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, & in Scorpiaco aduersus Gnosticos, D. Hilarius præfatione in psalmos, Diuus Athanasius in Synopsi, Clemens Alexandrinus lib. 2. Pœdagogi, cap. 12. Origenes eius discipulus homilia 7. in Iosue, & homilia in psalmū primum, D. Cyprianus libro de exhortatione martyrii, cap. 3. Epiphanius hęresi quinquagesima prima, quinquagesima quarta, & 76. Ruffinus in expositione Symboli, D. Ioānes Damescenus lib. 4. fidei Orthodoxę, cap. 18. D. Ambros. in psal. 40. Eusebius in Chronicis, Dionysius Alexandrinus apud Eusebiū lib. 4. cap. 24. & 26. & libro 7. cap. 23. D. Chrysostomus homilia 3. in psalm. 91. D. Augustinus tractatu 36. in Ioannem, & lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 8. D. Hieronymus in epistola ad Paulinū, & in epistola ad Dardanū de terra promissionis, Diuus Isidorus lib. 6. Etymol. c. 1. Innocētius primus epistola 3. ad Exuperium Tolosanum, Gelasius in canone de libris Canonicis: è quibus Iustinus, & Irenæus Apocalypsim suis cōmentariis illustrarunt, quemadmodum testatur D. Hieronymus lib. de viris illustribus in Ioanne. Eandem veritatem definiuit concilium Ancyranum ante mille, & ducentos annos, canone vltimo, quod fuit approbatum in sexto cōcilio generali, concilium Toletanum quartum canone 16. denique Tridentinum sess. 4.

Dion. Alex. D. Chrysost. D. August. D. Hieron. D. Isidorus. Innocentius. Gelasius. Conc. Ancyr. Concil. Tolet Concil. Trid.

Prior Hæreticorum calumnia ex imperitia proficiscitur. Quis enim nescit Hieremiam sæpissime nomen suum inculcare, & Danielem à c. 7. penè singulis versibus repetere, *Ego Daniel.* Quod si non fecit in Euangelio Ioānes, id causæ fuit, quia ibi historiā, non vaticiniæ scribebat. Posterior etiā facilè reiicitur ex eo, quod Ioannes non semper Apostolus, aut Euangelista, sed per antonomasiam, siue excellentiā Theologus appellatur. Sic enim cum appellarunt Dionysius Areopagita ad eum scribens, Hippolytus Martyr oratione de consūmatione seculi, Epiphanius hæresi 51. Cyrillus Alexādrinus lib. 3. de Trinitate, Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 12. D. Athanasius in oratione cōtra idola, D. Chrysostom. proœmio in ps. 37. Suidas in Ioanne, & alii. Iam verò quòd Caio homini Catholico in mentem venerit Apocalypsis libri maiestatē Cherintho insigni Hæretico adscribere, demirari satis non possum. Nam Cherinthi hæreses illæ fuerant teste Irenęo lib. 1. aduersus hæreses, cap. 25. mundum non fuisse à Deo cōditum, sed à virtute quadam separata: IESVM natum more hominum cæterorum; sed descendisse Christū in eum post baptismum in specie columbæ, Christumque tempore

4 Refellūtur Sophismata Hęreticorum.

Ioānes Apost. per excellētiā Theologus.

Dion. Areop. Hippol. mart. Epiphanius. Cyril. Alex. Cyril. Hieros. D. Athanas. D Chrysost. Suidas.

Cherinthi hęreses quæ. Irenæus.

passionis

passionis exceſſiſſe à IESV. Itaque IESVM, tantum paſſum eſſe, & reſurrexiſſe, Chriſtum verò immortalē perſeueraſſe, & teſte Tertulliano libro de Præſcriptionibus cap. 48. Deum Hebræorum non Dominum, ſed Angelum fuiſſe; & teſte Epiphanio hæreſi 28. Chriſtum adhuc non reſurrexiſſe, ſed reſurrecturum ſimul cum aliis in die iudicij: conſtat etiam ex Philaſtrio libro de hæreſibus cap. 37. eum blaſphemaſſe martyres, & habuiſſe in honore Iudam proditorem. Perſpicuum eſt autē omnes huiuſmodi hæreſes nullo alio ex libro luculentiùs confutari poſſe, quàm ex libro Apocalypſis, quemadmodum ſuis locis indicabimus.

Tertullian. Epiphanius. Philaſtr. Cherinti hæreſes confutātur ex Apoc.

5 Quo tempore Ioannes ſcripſerit Apoc.

Quærat aliquis, num Ioannes Apocalypſim ante Euangelium ſcripſerit. Pleriq; exiſtimarunt Ioannem ſcripſiſſe Euangelium, cùm exularet in inſula Pathmo: vbi conſtat ex hoc primo cap. eum prophetiæ ſpiritu afflatum, Apocalypſim literis mandaſſe. Ita ſentiunt Dorotheus in Synopſi, Athanaſ. ſimiliter in ſua Synopſi. Nicephorus libro. 2. hiſtoriæ cap. 42. & lib. 3. cap. 9. & Theophylactus in præfatione ſuper Euangelium Ioannis. Cœterùm multò eſt probabilius Ioannem ſcripſiſſe Euāgelium in Aſia minori, & Epheſi, poſtquam fuerat reuerſus ab exilio, atque adeò poſt iam ſcriptam Apocalypſim, quæ ſentētia eſt Epiphanij hæreſi 51. qui addit ſcripſiſſe Euangelium poſt annos nonaginta vitæ ſuæ, quod contigit triennio ante obitum. Eadem eſt Bedæ ſententia libro de ſex ætatibus mundi, & in præfatione ſuper Euangelium Ioannis, & D. Hieronymi lib. de viris illuſtribus in Ioanne: imò vt videtur Dionyſij Areopagitæ epiſt. 10. quæ eſt ad Ioānem, vbi ei regreſſum ab exilio prædicit his verbis. *Ex Pathmi cuſtodia dimittendus eſt liber, & in Aſiaticam terram reuerſurus, illicq; perages boni Dei imitationes, easque poſteris trades.* quibus vltimis verbis videtur Dionyſius Euangelium Ioannis indicaſſe. Denique poteſt probari ex vltimis verbis decimi capitis Apocalypſis, quæ ſic habent: *Oportet* (inquit Angelus ad Ioannem) *te iterum prophetare gentibus, populis, linguis, & regibus multis.* Id quod perperam aliqui intelligūt de fine mundi, quo tempore exiſtimāt Ioannem ſimul cum Enoch, & Helia venturum: qua de re ſuſè ad caput decimum diſputabimus.

Quo tēpore & loco ſcripſerit Euangeliū. Epiphanius. Quo vitæ ſuæ anno. Beda. D. Hieronym. Dionyſ. Areo.

De libri Apocalypſeos Nomine, Præſtantia, Difficultate, Argumento, Partitione.

6 Etymologia Apocalypſeos.

APOCALYPSIS nomen Græcum eſt, & reuelationem ſignificat, à verbo ἀποκαλύπτω, quod eſt reuelare, quia nimirùm Deus Ioanni, & per Ioannem Eccleſiæ reuelauit ea myſteria, quæ hoc opere cōtinentur. Porrò καλύπτειν idem eſt, atq; obtegere: & quoniam præpoſitio ἀπὸ, apud Græcos ſæpe abſentiam, & remotionem ſignificat, indè eſt quod ἀποκαλύπτειν ſit detegere atque reuelare, vt Leuit. 18. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis*, Græcè οὐκ ἀποκαλύψεις, Et Pſalm. 118. *Reuela oculos meos*; ἀποκάλυψον, eodemq; ſenſu vſurpatur ἀνακαλύπτω, vt Deuteron. 22. *Non accipiet homo vxorem patris ſui, nec reuelabit operimentū eius*, οὐκ ἀνακαλύψει. Et Eſaiæ 47. *Reuelabitur ignominia tua*, ἀνακαλυφθήσεται. Ex verbo igitur ἀποκαλύπτω, deducitur nomen ἀποκάλυψις, quod nomen (vt ait D. Hieron. in comment. ſuper 1. cap. epiſt. ad Gal.) *Proprium ſcripturarum eſt, & à nullo ſapientū ſeculi apud Græcos vſurpatū, vnde mihi*, inquit, *videntur, quemadmodum in alijs verbis quæ de Hebræo in Græcum ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt, ita & in hoc magiopere eſſe conatos, vt proprietatem peregrini ſermonis exprimerent, noua nouis rebus verba fingentes, & ſonare cum quid tectum & velatum, ablato deſuper operimento oſtenditur, & profertur in lucem*: vſurpatur id nomen ſæpe tùm in veteri, tùm in nouo teſtamento, illudq; vulgatus interpres. 1. ad Cor. 14. transferre noluit, ſed vt erat Græcè reliquit, cū ita locum reddidit, *vnusquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſim habet, ideſt, myſte-*

Leuit. 18. 7. Pſal. 118. 8. Deut. 22. 30. Eſa. 47. 3. D. Hieronym. ἀποκάλυψις nomen proprium ſcripturarum. 1. Cor. 14. 26.

riorum reuelationem habet. Præstantiam libri complexus est D. Hieronymus in Epist. ad Paulinum, cùm dixit, *Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba; parum dixi, pro merito voluminis laus omnis inferior est, in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.* Dionysius Alexãdrinus apud Eusebium lib. 7. historiæ Ecclesiast. cap. 23. *Admirabile,* inquit, *in singulis capitibus rerum expectationem contineri suspicor, etenim vbi illum non intelligo, altiorem quendam sensum verbis inesse cogito, neque de illis meo intellectu inquiro, & iudico, sed fide potiùs acquiescens sublimiora illa, quæ à me intelligantur etiam puto.* Et hæc quidem Dionysius, qui tamen negauit Apocalypsim à Ioanne Apostolo cõscriptã, vt superius diximus, de eius auctoritate non dubitãs. Rectè etiam Ioachimus Abbas de Flore hanc prophetiam omnibus aliorum Prophetarum vaticiniis anteponit: id quod tum ex auctore, qui supra pectus Domini in cœna recubuit, ex eoq; tamquam ex perenni fonte sapientiæ, altissimam rerum diuinarum cognitionem hausit; tum ex visionum maiestate, ac splendore, quæ omnibus veterum Prophetarum visionibus antecellunt. Denique ex rerum ipsarum, de quibus agit, dignitate poterat demõstrari, ex quo patet mirifica huius operis excellentia. Operis difficultas.

Iam verò difficultas ex eo apparet, quòd reliquorum omnium vatum prophetiæ iam ferè omni ex parte completæ sint, Ioannis verò vaticinia maiori adhuc ex parte supersint implẽda: quare rectè à plerisq; liber hic ille intelligitur, quem Ioannes vidit septem signatum sigillis Apoc. 5. vt eo loco fusè disputabimus. Libri materia est vniuersæ Ecclesiæ à Christo fundatæ status, variaq; persecutionum genera, quas partim in sua prima origine perpessa est: partim etiam nunc patitur: partim denique ad finem mundi passura est: simulque eiusdem Ecclesiæ illustrissimæ victoriæ, ac triumphi. Quæ omnia idcirco referuntur, vt mali à vitiis deterreantur, boni verò ad perseuerantiam in bono excitentur; neque quicquid tandem acciderit, animum despondeant, sperantes fore, vt omnes has Ecclesiæ calamitates bona sempiterna consequantur. Libri argumentum quod.

Denique quòd attinet ad partitionem, Beda præfatione sua in Apocalyp. in septem diuidit periochas, seu complexiones, in quarum prima post præfationem copiosam ad roborandam fidem fragilium, ac Domini passiones, posterioresque glorias enumeratas, similem filio hominis cernit indutum, qui cõmemoratis iis, quæ in septem Ecclesiis Asiæ gesta, vel gerenda sunt, generales totius Ecclesiæ luctas describit, & palmas, vbi sexto loco subijciendos Ecclesiæ Iudæos, & tentationem vniuersi orbis futuram, seque promittit citò esse venturum. In secunda, descriptis in sede Dei quatuor animalibus, & viginti quatuor senioribus agnum videt apertis septem libri sigillis conflictus, & triumphos Ecclesiæ reserare futuros. Tertia. Sub specie septem Angelorum tuba canentium varios Ecclesiæ describit euentus. Quarta. Sub figura mulieris parturientis, & draconis eam persequentis, eiusdem Ecclesiæ labores, & victorias aperit. Quinta. Per septem Angelos septem plagis nouissimis terram perfundit. Sexta. Damnationem meretricis magnæ cõplectitur. Septima, & postrema, vxoris agni de cælo descendentis ornatum ostendit, elegãtiam etiam, atque pulchritudinem admiratur. Beda. Partitio Apocalypsis in septẽ quasi membra.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

APOCALYPSIS IESV CHRISTI, quam dedit illi Deus palàm facere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri citò: & ſignificauit, mittens per Angelum ſuum, ſeruo ſuo Ioanni, qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium IESV Chriſti, quæcumque vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim propè eſt. Ioannes ſeptem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia, Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, & à IESV Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & patri ſuo, ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangẽt ſe ſuper eum omnes tribus terræ: etiam Amen. Ego ſum A, & Ω, principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens. Ego Ioannes, frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto IESV, fui in inſula, quæ appellatur Pathmos, propter verbum Dei, & teſtimonium IESV, fui in ſpiritu in dominica die: & audiui poſt me vocem magnam, tamquam tubæ dicentis: quod vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Et conuerſus ſum, vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum. Et conuerſus, vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio ho-

minis

minis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea: caput autem eius, & capilli erant candidi, tamquam lana alba, & tamquam nix: oculi eius tamquam flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti: & vox illius tamquam vox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat: & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere: ego sum primus & nouissimus: & viuus, & fui mortuus, & ecce, sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo claues mortis, & inferni. Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septē candelabra aurea. septem stellæ: Angeli sunt septem Ecclesiarum. & candelabra septem: septem Ecclesiæ sunt.

HYPOTHESIS, SIVE ARGVMENTVM CAPITIS.

Tripartitò distribuitur. In prima parte commēdatur vniuersum opus. In secunda, apponitur salutatio, vbi inseritur honorifica Christi mentio. In tertia, declaratur totius libri quasi subiectum, ideſt, Ecclesiæ persecutio, & securitas sub typo septem Cādelabrorum aureorum, in quorum medio apparuit similis filio hominis Diuinā maiestatem præ se ferens.



COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM

DE EXPLANATIONE PRÆFATIONIS IOANNIS.

*

Explanatio illorum verborũ: *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palã facere seruis suis.*

SECTIO PRIMA.

I

MORE propheti-co Ioannes à Diuina reuelatione vaticinia sua grauissimis verbis auspicatur, cum ait: *Apocalypsis*, seu, *Reuelatio IESV CHRISTI, quam dedit illi Deus.* Sic namque ferè Prophetæ ad excitandam attentionem, commendandamque suorum operum auctoritatem præfari solent, ad eã se, quæ mandare literis instituunt, non rationis humanæ præsidiis, & naturalis contemplationis viribus, sed Diuino plane instinctu, & afflatu peruenisse, atque adeò illa omnia non vt hominum inuenta, dogmataque philosophica, sed tanquam Diuina placita, atque decreta accipi oportere. Est nihilominus inter illos in loquendi modo discrimen: quidam enim Visionem suam, alii Visiones Dei, alii Librum visionis appellant: alii factum ad se verbum Domini, quod communius est, in vestibulo statim suorum operum enunciant. Sed nemo sanè grandiùs, nemo sublimiùs, quàm Ioannes, præfatus est, qui opus hoc non Apocalypsim suam, sed Apocalypsim IESV CHRISTI nuncupauit: quantò enim CHRISTVS omnibus omnino Prophetis magis excellit, tantò est nobilius, atque præstantius opus aliquod reuelationem IESV CHRISTI, hoc est IESV CHISTO factam, quam visionem Esaiæ, hoc est, Esaiæ ostensam, aũt verbum Domini ad quempiam alium ex Prophetis factum appellare. Nam quòd hoc loco Apocalypsis IESV CHRISTI non significet apocalypsim, siue reuelationem à CHRISTO factam Ioanni, quod aliquis fortasse putauerit, sed potiùs ab ipso Patre factam CHRISTO, vt est communis sententia, ex verbis consequẽtibus exploratum est, cum subiungitur: *Quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis.*

Vaticinia non hominũ inuenta, sed Dei placita.

Apocalypsis est reuelatio Christo facta, ideoque præstantior cæteris vaticiniis.

Nec verò mirum, si Ioannes illa scilicet mirabilis aquila, quam olim Ezechiel capite primo, cæteris animalibus eminere conspexit, *Et facies*, inquit, *aquilæ desuper ipsorum quatuor*, pennis librata sublimibus multò altiùs, quàm reliqui omnes Prophetæ sua vaticinia ordiatur: cùm etiam multò sublimiùs, quàm reliqui Euangelistæ, qui sapientię magnitudine excelluere Prophetis, in Euã

2 Ezech. 1. 11.

Ioãnes vt Euãgelistis, sic prophetis eminentior.

gelio

gelio conscribendo sese leuissimis alis extulerit, & ab ipsius Diuini Verbi in altissimo, & penitissimo Patris sinu residentis æternitate, Diuinitateque Euãgelium inchoauerit: *In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ.* Quid porrò non sublime, non excellens ab illius ore prodire potuisset, qui in ipso Iesu pectore, in quo erant omnes thesauri Diuinæ sapientiæ recondi ti, in vltima illa cœna recubuit, indeq; altissimam Diuino beneficio cognitionem hausit. Tunc nimirum, vt Petri Damiani sermone 1. de excellentia Ioannis Euangelistę verbis vtar, supereminentem Diuinę scientię celsitudinem diuinitus illustrata mente concepit, cum in sacrosancto mysticæ cænæ conuiuio supra pectus recubuit Redemptoris. Et quia in pectore IESV sũt omnes thesauri sapientię, & scientię reconditi, ex illo cœlesti gazophylacio summam traxit, vndè nostræ paupertatis inopiam copiosa liberalitate ditauit. Ex illo, inquam, nobis ærario diuitiarum copias attulit, & in communem totius mundi salutem bene prodigus erogauit. Imo super fontem perennis vitæ recubuit, vt ipse tunc semper manantia fluenta Diuinæ doctrinæ hauriret, & eadem nobis postmodum præfixo certi temporis articulo propinaret: magnus videlicet paradisi fluuius, qui ex principali sui fontis origine profluens, & vberiori cælestium charismatum inundatione procedens squalentia deserta humanarum mentium irrigat, & ad proferenda bonorum operum tamquàm nouarũ frugum germina vberrima fertilitate fœcundat.

Per. Dam.

Ex Christi pectore quanta hauserit Ioan.

Pectus Christi eęleste ęrariũ

Ioannes paradisi fluuius.

3

Suboritur tamen hoc loco illa dubitatio, quo sensu Ioannes hoc opus Apocalypsim, siue Reuelationem IESV Christi, hoc est, IESV Christo factam inscripserit? Cum enim Christus & quatenus Deus ex omni æternitate, & quatenus homo à primo vsque sui conceptus articulo perfectissima rerum omnium cognitione fuerit cumulatus, plane videtur tot, tantorumque mysteriorum, quę hoc volumine comprehenduntur, Apocalypsim, siue Reuelationem ei de nouo fieri minimè potuisse. Qua quidẽ in re illud imprimis est pro certo statuendum, nõ esse hoc loco sermonẽ de Christo, vt Deus est: sic enim nihil ei potuit reuelari. Quamquam enim etiam, vt Deus est, scientiam rerũ omnium à Patre habeat: ea tamen cognitio nullo pacto Apocalypsis, siue Reuelatio appellari potest, cum reuelatio cõparatione eius, cui fit, sit absconditę, & occultatę rei manifestatio: Christo autẽ secundum Diuinam naturam nihil occultum esse potuerit, quippe cui, vt Deus est, conuenit per naturam clara, atque euidens tametsi à Patre accepta cognitio. Vnde intelliges non secũ cohærere expositionem Bedę, cùm sentire videtur hoc loco, cum dicitur, *Apocalypsis* IESV CHRISTI, *quam dedit ei Deus*, de Christo, vt Deus est, haberi sermonem, Ioannemque more suo quę Christi sunt, ad Patrem referre. *Caius*, inquit, *reuelationem mysterij Ioannes more suo filij gloriam ad Patrem referens Iesum Christũ à Deo percepisse testatur.* Itaq; videtur existimare, sicut Christus potestatem efficiendi miracula, doctrinamque suam Patri, à quo illa per æternam generationem acceperat, tribuere consueuerat, veluti cum dicebat Ioan. 14. *Pater in me manens ipse facit opera*: & cap. 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me*: ita etiã nunc Ioannem cognitionem rerum earum, quas hoc volumine complectitur, dicere Christum à Patre accepisse, vt Diuinam Christi scientiam per originem à Patre acceptam indicaret. Rectè quidem ista dicerentur, si de Christi scientia, atque doctrina nomine scientię, doctrinæq; sermo haberetur. Verùm cũ de Christi cognitione nomine reuelationis differatur, quæ Christo, vti diximus, secundum naturam Diuinam fieri nequaquam potuit: (siquidẽ ei per naturam nihil occultũ esse potuit, quod per reuelationem cognosceret) nõ est, cur ad rationẽ sempiternæ à Patre originis cõfugiamus, cum nequaquam ista cohęreant, sermonem haberi de Christo, vt Deus est, & tamen aliquid ei fuisse reuelatum. Itaque exploratum esse debet, sermonem esse de Christo, vt

Quid sit reuelatio.

Beda.

Ioan. 14. 10. Ioan. 7. 16.

Quomodo potuerit reuelatio Christo fieri.

Apocalypsis, seu reuelatio facta Christo, vt homo est.

homo

homo est, sic enim ei facta futurarum rerũ ostẽsio iure optimo Apocalypsis, siue reuelatio dici potuit, quippe cuius humano intellectui secundum naturam spectato aliquid occultum esse poterat, nisi diuino beneficio illustratus à Deo fuisset, & cumulatissima rerum omnium, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ statum, administrationemq́ spectabant, cognitione perfectus: quanquam enim propter hypostaticam humanæ naturæ cum diuino suppositi vnionem, secundum quandam eamq́ maximam conuenientiam, intellectui eius creato perfecta rerum cognitio debebatur, id tamen nihil efficit, quo minùs ei factæ rerum futurarum præsensiones Apocalypseos, & reuelationis nomine censeri debeant, siquidem vti diximus, eas non naturâ insitas, sed diuino munere ac beneficio acceptas habuit, quibus de potentia Dei absoluta carere potuisset.

4 Nodũ, quo pacto soluat Lyran.

Eo igitur constituto sermonem esse de Christo, vt homo est, Lyranus ita nodum dissoluendum arbitratur, appellari hoc opus Apocalypsin, siue reuelationem Iesu Christi, non quòd ipsimet Christo in propria persona facta fuerit, sed quia facta fuerit angelo Christi personam sustinenti, Ioannemq́ alloquenti, qui quoniam habitu ipso, dictioneq́ Christum in hoc opere, non semel representat, Christi quoque illustrem nomenclationem pro meruerit: itaque Apocalypsis Iesu Christi perindè dictũ esse, ac si diceretur, Apocalypsis angeli personã Iesu Cristi gerentis: itaque facilè se expedit Lyranꝰ cum angelo Christi personam gerenti fieri de nouo potuerit multarũ rerum ostensio, atque reuelatio. Verum hæc Lyrani responsio cum ipso contextu manifestè pugnat: etenim Ioannes Christum ab angelo, qui sibi loquebatur perspicuis verbis distinguit, cum ait, *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri citò, & significauit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni.* vbi cernis reuelationem primùm factam dici Iesu Christo, deindè à Christo missum angelum, qui de ijsdem mysterijs Ioannem instrueret: ex quo illud exploratum relinquitur, Iesum Christũ hoc loco pro ipsomet Christo, non pro angelo Christum representante, accipiendum esse, ne vnũ, & eundem angelum se ipsum mittere, absurdè fateamur.

Responsio. Lyrani non probatur auctori.

5 Germana expositio auctoris.

Alij aliter contentionẽ dirimere conantur: nos illud dicendum putamus, rerum earum, quę hoc opere continẽtur, Apocalypsim siue reuelationem dici à Ioãne factam Christo, non quòd eo tempore, quo hæc Ioanni mysteria ostendebantur, tunc de nouo à Patre Christo manifesta fierent, nec enim Christi scientia atque cognitio, vllam vnquam, successu temporis, accessionẽ recepit: sed quoniã in ipso primo suæ conceptionis articulo, ea omnia Christo ostensa reuelataq́ fuerunt, quæ ipse posteà suo tẽpore per Angelum Ioanni in Pathmo exulanti aperiret, vt sit sensus, *Apocalypsis IESV CHRISTI*, hoc est, reuelatio facta Christo in primo suæ incarnationis momento, quam tunc illi dedit Deus, vt suo posteà tempore, *Palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri citò, mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni*: atque hæc est omnium facillima, & maximè germana horum verborum expositio.

Quãdo & quare reuelatio sit facta Christo.

6 Rupert. Haymo. Ambros. Ansbert.

Porrò quod subiungitur, *Quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis*, Rupertus, Haymo, Ambrosius, Ansbertus, & alij ita accipiunt, vt *Quam*, positum sit pro *Qua*, vel secũdum *Quam*, & Græcè cum dicitur ἣν, subaudiatur prępositio κατὰ, quasi dictum sit κατ' ἣν, hoc est, secundũ quam: itaque ille sit sensus, *Apocalypsis IESV CHRISTI, qua*, vel secundũ *quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri citò*. Iuxta quam expositionem, verbum *Dedit*, non ad Apocalypsim referẽdum est, quam Deus dedisse Christo dicatur, sed pro voluit, aut concesit, vsurpandum, quasi dictũ sit, Apocalypsis Iesu Christi, qua Deus uoluit, vt ille seruis suis, quæ oportet fieri citò, palàm ostenderet. Videntur verò hi auctores in hanc veniſſe sen-

tentiã, quoniam arbitrati sunt aptiùs ita necti contextum, & præterea duriusculam eam locutionem putabant, *Quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri citò*: nec enim poterant intelligere vndè verba illa, *palàm facere seruis suis*, congruenter penderent, nisi qua, prò quam legeretur. Sed nõ est cur vulgatam editionem corrigamus, aut præpositionem κατά subaudire oporteat: aptè enim omnia cohærent, si Græcam loquendi formulam obseruemus, quæ ita habet: ἀποκάλυψις Ἰησοῦ χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ θεὸς δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει: vbi τὸ δεῖξαι, hoc est, *palàm facere*, Græcorum consuetudine pro ad palàm faciendum, positũ est, sic namque illi infinitis verborum vti solent, vndè illi aptissimus verborum nexus sensusq; clarissimus relinquitur, *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus ad palàm faciendum*, seu *vt palam faceret seruis suis, quæ oportet fieri citò*: sunt huius apud Græcos locutionis in sacris literis exempla quamplurima velut Genes. 47. παροικεῖν ἐν τῇ γῇ ἥκαμεν, id est, ad habitandum in terra venimus, Exod. 2. ἔπλησαν τὰς δεξαμενὰς ποτίσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν, hoc est, impleuerunt canales ad adaquandum oues patris sui. Et psalm. 18. ἠγαλλιάσατο ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν, hoc est, Exultauit vt gigas ad currendam viam: & Ioannis 6. πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν, id est, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Mitto sexcenta alia, quę possem adducere. Ne quis verò existimet hanc loquendi formulam apud sacros tantum scriptores reperiri, eamq; idcircò non ita concinnam, & elegantem putet, audiat Homerum in Odyssea lib. 1. Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ περιπλομένων ἐνιαυτῶν, τῷ οἱ ἐπικλώσαντο θεοὶ οἶκόν δε νέεσθαι, hoc est, verum cum reuolutis annis tempus illud aduenit, quo superi facto decreuerãt, vt domum reuerteretur. Ex his liquidò apparet rectè habere editionem vulgatã, cõtextumq; aptissimè cohærere.

Editio vulgata defenditur.

Infinitis verborum quo pacto vtãtur Græci.

Genes. 47.

Idẽ illustratur exẽplis ex Græco contextu.

Psalm. 18. 6.

Ioann. 6. 52.

Homer.

Explicantur illa verba, *Quæ oportet fieri citò.*

✻SECTIO SECVNDA✻

COMMEMORaturus Ioannes præcipuas Ecclesiæ persecutiões, pręmittit his verbis, *Citò*, seu vt Græcè est, ἐν τάχει, id est, in celeritate, siue celeriter, eas & initium, & finem habituras, sic enim exponendum est illud verbũ, *fieri*, hoc est inchoari, & finiri: idemq; repetit paulò post, cùm subiungit, *Tempus enim propè est*, quod quidem eò pertinet, vt consoletur fideles, horteturq; ne animo concidant in laboribus vitę prę-sentis, quia & ipsorum labores, & impiorum persequentium felicitas citò finientur. Ex quo iam ea oritur dubitatio, quomodo citò inchoanda & finienda dicantur, quæ ad finem mundi euentura prænuntiantur. Constat enim Ioannem his verbis complecti vniuersum ecclesiæ statum à prima vidélicèt eius origine, vsque ad mundi finem decurrentis. Prima ratio ducitur ex incertitudine durationis mundi: cum enim incertum sit quanto tempore duraturus sit mundus, semper timeri possunt, quæ ad finem eius pertinent, quasi citò euentura. Qua quidem in re errant plerique Rabbini Hebræorum Thalmudistæ, in quibus fuit Rabbi Helias in tractatu de Sabbatho, & in tractatu de Idololatria, & super Thalmud in tractatu Senedrim, (vt refert Genebrardus initio suæ Chronographiæ) qui ausus est affirmare, mundum sex mille annis duntaxat duraturũ, motus leuissimis quibusdam coniecturis, quas commemorat Rabbi Isaac in primum caput Geneseos. Prima erat, quia primus versus Geneseos sexies habet literam Aleph quæ litera mille significat. Secunda, quia Deus sex diebus mundum fabricauit,

Laborum breuitas solatiũ laborantibus.

Euentura ad finem mundi cur semper timẽda.

Thalmudistæ.

Genebrard.

Rab. Isaac.

Error circa mũdi duratio nem.

cauit, & in septimo requieuit: mille autẽ anni ante Deũ sunt tãquam dies hesterna, quæ præteriit, Psalm. 89. Et quod mirabilius est, idem sibi persuaserunt grauissimi Patres, Irenæus lib. 5. aduersus hæreses cap. 28. motus posteriori coniectura, D. Hilarius canon. 17. in Matthæum, ex eo quod Christus fuit post dies sex trãsfiguratus, in quibus sex diebus vult sex mille annos figurari, quos gloria omnium prædestinatorum consequatur: Iustinus Philosophus & martyr in quæstionibus ad Orthodoxos quæst. 71. D. Hieronymus in expositione Epistolari Psalmi 8. ad Cyprianum, & in Comment. super 4. caput Michææ, Lactantius lib. 7. Diuinarum institutionum cap. 14. motus eadem ratione, qua Irenæus, Gaudentius Brixianus tractatu 10. de Lectione Euangelica: eandem opinionem refert D. Augustinus vt verisimilem lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 7. licèt eam impugnauerit in Commentariis super Psalmum 6. & 89. & epist. 89. Eandem referunt, nec refellunt Galatinus lib. 4. de Arcanis catholicæ veritatis cap. 20. Picus Mirãdula lib. 7. Heptapli cap. 4. & Franciscus Georgius Venetus in sua Harmonia mundi cantico 3. tono 7. cap. 7. Sex istis millibus annorũ quingentos addiderunt Hippolytus, Cyrillus, & Chrysostomus, vt auctor est Germanus Constantinopolitanus libro de Theoria rerum Ecclesiasticarum. Verum hæc sententia refellitur ab Augustino locis citatis, & à Beda in Psalm. 89. ea potissima & vnica ratione, quòd Christus Dominus diem iudicij occultissimum, & nulli cognitum esse docuerit Matth. 24. & Actorum 1. Si autem post sex mille annos futurum esset iudicium, proculdubio quilibet homo annis computatis posset eiusmodi diem certò designare.

Psalm. 89. 4.

Irenæus. Hilarius.

Huic errori qui faucant.

Iustinus mart.

Hieronymus.

Lactan.

Gaudentius.

Augustinus.

Galatinus

Picus Mirand. Georg. Venet.

Hippolyt. Cyrillus. Chrysost. Germ. Const.

Secunda ratio traditur à Pannonio, Haymone, Ansberto, & aliis in hunc locum, quia videlicèt totum tempus durationis mundi breuissimum est, si cum æternitate comparetur, iuxta illud Psalmi 89. *Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præterijt.* Vndè Paulus ad Hebræos 3. Totum tempus huius vitæ usque ad finem mundi appellauit hodie, id est, vnum diem præsentem, illis verbis: *Adhortamini vos per singulos dies, donec hodie cognominatur*, id est, dum durat vita præsens, vsque ad mũdi finem. Id quod D. Ambrosius libro de fide resurrectionis probat ex eo quod Christus Dominus Matth. 20. vna die conduxit omnes operarios in vineam dicens: *Quid hic statis tota die otiosi? Mundi tempora*, inquit Ambrosius, *annus vnus est, & quid mirum si annus vnus est, quãdo dies vna est.* Rem istam magis adhuc exaggerauit Esaias cap. 26. cùm vniuersum tempus vsque ad iudiciũ, momentum appellauit illis verbis: *Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio*: sic enim locum intellexit D. Hieronymus in Commentariis. Strictiùs adhuc locutus est Regius vates, cùm nihilum esse dixit, Psalm. 89. Vbi post verba iam citata subiunxit: *Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*: vbi est sermo de vniuersorũ hominum vita: est autem sensus, *eorũ anni erunt*, ea quæ pro nihilo habentur, videlicèt, vt in Hebræo exponitur, tãquam somnium: hoc sensu, eorum anni pro nihilo reputabuntur, & veluti somnium præ fugacitate. illud autem quod præcessit, *Et custodia in nocte*, hunc efficit sensum, hominum seu vitæ huius tempus est veluti excubiæ nocturnæ, quæ celeriter desinunt, dum aliæ aliis succedunt, ducta similitudine à militia, in qua quaternæ sunt excubiæ tribus horis constantes. Hùc etiã pertinet locus ille Prouerb. 8. *Ludens in orbe terrarum*: quanquam enim ex Hebræo nonnulli transferãt, *Delicians in orbe terrarũ*, tamen de ludo propriè sumpto exponitur à Lyrano hoc sensu: ludum faciens de orbe terrarum, duplici videlicèt de causa, tum quia, vt ait Lyranus, Orbis terrarũ similis est ludo pilæ, quæ ab vno ad alium transmittitur, secundum quandam reuolutionẽ: regna enim, & imperia transfert Deus de gente in gentem: tum etiam quia

Psalm. 89. 4. Hebr. 3. 13.

D. Ambros.

Matth. 20. 6.

Esai. 26. 20.

D. Hieron.

Psalm. 89. 4.

Breuitas vitæ humanæ quib. comparetur.

Prouerb. 8. 31.

Lyranus.

Principatuum item quibus.

Duratio mundana æternitati cõparata instar vnius diei.

instar ludi parũ durabit. Elegans quoq; est in hanc sententiam illud Oseæ 10. *Transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aquæ.* Cuius loci is est literalis sensus, Samariam suis sceleribus, atque idololatria potissimùm, causam fuisse cur Deus regnum Israel omnino dissiparet: spumæ verò similitudo adhibetur, vt citò dissipatum, iri demonstretur. *Sicut spuma* inquit Hieronymus, *quæ super aquam est, citò dissoluitur, sic regnum decem tribuum velociter fieret.* Sed præterea aduerto, pulchrè omnes principes ac reges spumæ, seu potiùs bullis, quæ super aquam excitãtur, conferri, sicut enim in aqua bullæ excitatæ, quò magis intumescunt, eò celeriùs euanescunt, maiorque earum tumor nihil aliud est, quàm celerior quædam ad exitum progressio: ita maior regum potentia atque superbia ferè celerioris est ruinæ argumentum, vt in omnibus mundi imperiis cernere licet, quæ quò magis potẽtia & magnitudine, instar bullarum, inflata tumuerunt, eò celeriùs ad ruinam, exitumque precipitarũt. Sicut etiam bullæ in aqua subindè aliæ aliis succedũt, sed eundem tãdem omnes exitum habent: sic reges omnes alii alios in regnorũ successione, & potestate consequuntur, sed tandẽ omnes sicut bullæ breuissimo temporis spatio euanescunt. Quo de argumento copiosè disserit Philo Iudæus in libro, Quod Deus sit immutabilis, vbi inter alia *Ante Macedonum*, inquit, *imperium inclyta fuerat Persarum felicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit: Fuit Ægyptiorum peramplum & magnifica potentia, sed nubis in modum eius felicitas præterijt. Quid Æthiopes? quid Carthago? quid Africa? quid Pontici reges? quid Europa, Asia? & vt compendio dicam totus orbis habitabilis? Nonnè more nauis fluctibus, nunc aduersis ventis, nunc secundis vtitur? Nam Verbum diuinum choreas in orbe ducit, & omnes gentes circũlustrando nũc bis, nunc illis imperia vel tribuit, vel adimit. Nihil igitur est in humanis rebus præter vmbram auramque leuissimam, sine mora præterfluentem, eunt enim vltrò citroque tanquã æstuaria.*

Hæc Philo, qui quidem illis verbis, *Verbum diuinum choreas in orbe ducit* ad locum illum Proverb. citatum, *Ludens in orbe terrarum*, mihi videtur respexisse. Rectè igitur Ioannes ex hac vitæ, laborumq; fugacitate fideles ad perseverãtiam in bono adhortatur. Quo eodem argumento vtitur Regius vates psal. 36. cum ait. *Sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram, & adhuc pusillum, & non erit peccator.* In quem locum D. Augustinus, *Ne forte*, inquit, *quia dictum erat sustinentes autem Dominum sustinentiam istam longissimam putes, continuò subiungitur, adhuc pusillum, & non erit peccator.*

Secundo Notandum est verbum illud *Oportet*. Cùm enim sermo sit de Ecclesiæ persecutionibus, laboribus q; iustorum, mirum est, quod dicitur, *Oportere* seu necesse esse, vt fiant. Et quidem quod attinet ad Ecclesiam vniuersam, missis interim alijs rationibus, quæ in decursu huius operis sæpe incidunt, necessitatis huius ratio ea traditur à Patribus ferè omnibus, & instituto Ioannis progressum Ecclesiæ describentis est maximè consentanea, quod Ecclesia persecutionibus ipsis augescit, quam ob causam Iustinus in Dialogo cum Typhone, persecutionem Ecclesiæ, putationi vineæ comparat. *Vt enim*, inquit, *Vineæ putatione ad vbertatem prouocantur, ita Ecclesia persecutionibus crescit.* & Tertullianus in Apologetico cap. vlt. *Plures*, inquit, *efficimur, quoties metimur à vobis. Semen est sanguis Christianorũ.* Atque ad hanc seminis similitudinem alluſit D. Leo serm. 1. de sanctis Petro & Paulo, cùm dixit, *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quæ singula cadunt multiplicata nascuntur.* Eòdem pertinet quod ait D Chrysostomus, serm. in Iuuentium & Maximum martyres, *Sicut* inquit, *plantæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, neque horti aquis irrigati ita germinant, vt Ecclesiæ, si martyrum sanguine irrigentur.*

Prætèrea, ea etiam est ratio communis Patrũ, oportere scilicet ecclesiam variis persecutionibus exerceri,

Oseæ 10. 7.

Hieronymus.

Principes ac reges bullæ.

Philo.

Eorũdem breuitas pulchrè describitur.

Psalm. 36. 9.

Augustinus.

3

Persecutionib⁹ augescit Ecclesia.

Iustinus.

D. Leo.

Chrysost.

4

Ecclesia patiendo tyrannos vicit.

vt diuina virtus in Ecclesia tuenda aduersus omnes persecutionum impetus magis eluceat: enim verò tantum abest, vt Ecclesia persecutionibus fracta corruerit, vtipsa potius tyrannorum eâ persequentium vires fregerit. Id quod multò ante eleganti similitudine prædictum fuit à Zacharia cap. 12. *Et erit in die illa, ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, lancinando lacerabuntur*, cuius similitudinis elegantiam exponit D. Hieronymus in commentariis suis super Zachariã. *Mos*, inquit, *est vrbibus Palæstinæ, & vsque hodiè per omnem Iudæam vetus consuetudo seruatur, vt in viculis oppidis, & castellis, rotundi ponantur lapides grauissimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se soleant, & eos pro varietate virium sublenare, alij ad genua alij ad vmbilicũ, alij ad humeros, & caput, nonnulli super verticem, erectis iunctisq; manibus magnitudinem virium demonstrantes, pondus extollunt. In arce Athenensium iuxta simulachrum Mineruæ vidi hastam æneam grauissimi ponderis, quam ego pro imbecillitate corpusculi mouere vix potui: cùm autem quærerem quidnam sibi vellet, responsum est ab vrbis eius cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari. Sensus ergo iste est. Ponam Hierusalem cunctis gentibus quasi grauissimum lapidem sublenandam, leuabunt quidem eam, & pro virium varietate vastabunt: sed necesse est vt dum leuatur, in ipso nixu, & leuatione ponderis grauissimus lapis scissuram aliquam in leuantium corporibus derelinquat. Super Ecclesia verò sic interpretari potest, quòd cuncti persecutores, qui contra domũ Domini dimicarunt, inebrientur eo calice, quem vniuersis gentibus propinat Hieremias, vt bibãt, & inebrientur, & cadant, & vomant, & insaniant.* Hæc Hieronymus.

Zach. 12. 3.

Hieronymus.

Explicatur Zacharias locus & illustratur.

5

Sanctos laboribus exerceri cur oporteat ex Chrysost.

Quod verò attinet ad vnumquemq; sanctorum, cur oporteat eos laboribus exerceri, fusè disserit Chrysost. homil. 1. ad populum Antiochenum, expendẽs illud Pauli ad Timotheum, cum eum hortatus fuit, vt modico vino vteretur propter frequentes stomachi infirmitates, vbi quamplurimas huius necessitatis causas enumerat, quas breuiter perstringemus. Prima est. Ne arrogantia sancti extollantur propter meritorum & miraculorum magnitudinem, iuxta illud Psalmi 118. *Bonum mihi quia humiliasti me.* & 2. ad Corinth. 12. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, &c.* Secunda. Ne cæteri de ipsis maiora cogitent, quam humana patitur conditio, eisque aliquid Diuinitatis inesse arbitrentur. 2. ad Corinth. 12. *Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me.* Tertia. Vt mira Dei virtus per debilia instrumenta operantis eluceat, iuxta illud 2. ad Corinth. 12. *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* vbi *virtus*, pro fortitudine sumitur, cum sit Græcè *δύναμις*. Sic Pharaonem & Magos per ciniphes in suæ potentiæ admirationem cõuertit Exod. 8. Et trecentis viris ijsq; timidissimis, vt notat Theodoretus in quæstionibus super librum Iudicum (quanquam id ex contextu non rectè colligit) innumerabilem Madianitarum multitudinem duce Gedeone fugauit Iudicum 7. Vnde apud Ioelem cap. 2. Erucam magnam virtutem suam appellat, vt aduertit idem Chrysostomus homilia 8. in cap. 4. 2. ad Corint. Quarta, vt Sanctorũ virtus, & patientia non mercedis causa Deo seruientium declaretur, vt patet in Iob. De quo Sathan ad Deum dicebat cap. 1. *Nunquid Iob frustra*, id est gratis, *timet Deum? nõnè tu vallasti eũ ac domum eius vniuersamq; substantiam per circuitum?* Tunc verò dominus, vt ostenderet Iobum non mercedis alicuius gratiâ virtutem colere, permisit vt à Sathana bonis omnibus spoliaretur. Quinta. Vt de resurrectione cogitemus. Dum enim Deus dilectos suos in hac vita affligi patitur, planè significat expectandam esse alteram, in qua digna eorum laboribus præmia tribuantur. 1. ad Cor. 15. *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Et iterum. *Si secundum hominem ad bestias pugnaui Epheſi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* In hũc sensum interpretatur D. Chrysostomus illud ad Romanos 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio*

Psal. 118. 71.

2. Cor. 12. 7

Secunda.

2. Cor. 12. 6.

Tertia.

2. Cor. 12. 9.

Exod. 8. 18.

Iudic. 7. 23. Ioel. 2. 25.

Quarta.

Ioh. 1. 10.

Quinta.

1. Cor. 15. 19.

Ibidem 32.

Rom. 5. 4.

Prima causa.

Sexta.

Matt.5.11.

Tob.2.12.

Vir patiens legitimus Dei filius.

Hebr.12. 7.

Ad Tit.1. 4.

Septima. Chrysost.

Iacob.5.17.

Octaua.

Psalm.143. 13.

Postrema.

2.Cor.4.17.

Pauli pulchra antitheſis.

autem ſpem, ideſt, *reſurrectionis*. Sexta. Vt alij exemplo ſanctorum ad patientiã excitentur, iuxta illud Matth.5. *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, gaudete, & exultate quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo, ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.* Et Tobiæ cap. 2. *Hanc tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob.* Intelligentes nimirùm illum non nothum, ſed legitimum eſſe Dei filium, qui in hac vita laboribus exercetur: quo argumento vtitur Paulus ad Hebr. 12. *Tanquam filijs*, inquit, *vobis offert ſe Deus, quis enim filius quem non corripit pater? quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis*, vbi, pro, *adulteri*, legendum eſt, *adulterini*, cùm habeatur Græcè νόθοι, Id eſt ſpurij, & illegitimi. atque eam puto eſſe cauſam, cur Paulus Titum filium ſuum legitimum appellarit, quoniã ſcilicet, multos, ſicut idem Paulus, propter fidem, labores, & perſecutiões tolerabat, etenim vbi nos legimus c. 1. epiſt. ad Titũ, *Tito dilecto filio*, habetur Græcè γνησίῳ τέκνῳ, ideſt legitimo filio. Septima. Nt *quando exhortamur vos*, inquit Chryſ. *ad illorum virtutem, alterius ipſos naturæ fuiſſe cogitantes ob geſtorum magnitudinem, torpeatis.* Quo argumento vſus eſt Iacobus Apoſtolus cap. 5. ſuæ Canonicæ cùm dixit, *Helias homo erat in paſſionibus ſimilis nobis*. Octaua. Vt diſcamus, quos beatos, quos miſeros, putare debeamꝰ, iuxta illud pſalmi 143. *Promptuaria eorũ plena, eructantia ex hoc in illud, oues eorum fœtoſæ abundantes in egreſſibus ſuis: Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.* Tu vero Regie vates quid ſentis? *Beatus populus cuius Dominus Deus eius*, id eſt, non pecunijs affluens, ſed pietate glorians. Nona, & poſtrema, vt coronæ illis augeantur iuxta illud, 2. ad Cor. 4. *Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Quo loco obſeruãda eſt elegans Apoſtoli antitheſis, nimirùm, id, ſupra modum, in præſenti, in ſublimitate, momentaneum, æternũ: leue, pondus: tribulationis, gloriæ: eſt, operatur. Porrò aduerte, pro eo quod vulgatus tranſtulit, *Supra modũ in ſublimitate*, haberi græcè καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν, hoc eſt ad verbum, ſecundum excellentiam, per excellentiam, ſeu ſecundum hyperbolem, per hyperbolem: qua cõduplicatione epitaſis exprimitur, vt in dicetur magnitudinem gloriæ ſuperare magnitudinem laborum huius vitæ, ſi ſecundum ſe ſpectentur, maximo quodam exceſſu, & maximè hyperbolico interuallo. Ideirco enim bis hyperbole geminatur, quæ tamen hyperbole veriſſima eſt, cùm diuinæ nitatur promiſſione; non ſicut hominum promiſſiones, qui montes aureos, & multo maiora quàm tribuant, pollicentur per hyperbolem ſcilicet, quæ merito apud illos emẽtiens ſuperiectio deſcribitur.

Hyperbole veriſſima.

Expoſitio illorum verborum.

Et ſignificauit mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni, qui teſtimoniũ perhibuit verbo Dei, & teſtimonium* IESV *Chriſti, quæcumque vidit.

SECTIO TERTIA.

VT tota hæc ſententia fiat illuſtrior, eiuſq; cum ſuperioribus nexus intelligatur, ſunt prius nonnulla neceſſariò explicanda. Atque illud imprimis docendum, quo ſenſu verbum, *ſignificauit*, accipere oporteat. Etenim pleriq; exiſtimarunt, pro ſignauit, ſeu ſigillo obſignauit, poſitum eſſe. In his Rupertus, *ſignificauit*, inquit, *hoc loco idem eſt, ac ſi diceret, ſignauit, ideſt quibuſdam imaginum ſigillis clauſit.* Idem putauit Ambroſius Ansbertus, qui cum ſibi illud obſtare arbitraretur, quod non ſignauit, ſed *ſignificauit*, dictum eſſet, bellè ſibi nodum vir alioqui doctus diſſoluere viſus eſt, occurrens more ſcripturarum,

Significare hic quid.

Rupert.

Ansbert.

rum syllabarum numerum crescere, *sicut*, inquit, *in beata Redemptoris passione non est dictum, colaphis eum cæderunt, sed cecide-runt*, quasi aptè, cæderunt, dici potuisset. Tũ verò in eo hi auctores valde laborant, quomodo cũ paulò ante præcessisset, *Palàm facere seruis suis*, & in fine Apocalypsis præcipiatur Ioanni, *Ne signaueris verba prophetiæ huius*, modo tamen dicatur, signauit, hoc est sigillauit seruo suo Ioanni.

2 Et verò nos inficiari haud possumus verbum græcum σημαίνω, quo vtitur hoc loco Ioannes, est enim Græcè pro, *Significauit*, ἐσήμανεν, tantùm pro significare, sed etiã pro sigillo obsignare, vsurpari: quãquam enim Græcè σφραγίζω & σφραγίζομαι propriè sit signare, & sigillo obsignare, vnde σφραγὶς sigillum dicitur: & σημαίνω, communiter sit significare, tamen sæpe σημαίνω idem est, quod σφραγίζω, sic namque vsurpauit Pausanias in Laconicis, vbi agens de rege Polydoro regis Alcamenis filio, sic ait: Ὃν ἐς τοσοῦτο τιμῆς προήχασιν, ὥστε οἱ τὰς ἀρχὰς ἰσχύοντες ὀπίσω ἀπὸ σημαίνεσθαι, τὸ πολλοῖς σημαίνονται εἰκόνι. hoc est, quem tanto honore Lacedæmonij præ aliis regibus affecerunt, vt magistratus quæcumque obsignare est necesse, Polydori imagine obsignent: qua eadem significatione affine verbum σημειόω, in sacris etiam literis vsurpatur, veluti Psalmo 4. vbi pro eo quod nos habemus, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, habẽt 70. ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. Cæterùm addimus σημαίνω, hoc loco non esse sigillo obsignare, sed significare, vt rectè vertit interpres, quoniam licet apud Pausaniam iam citatum, aliosq; prophanos autores, pro, obsignare, interdum ponatur, nusquã tamen, quod sciam, in sacris literis in ea significatione acceptum reperitur: non est autẽ aliquid, quod nos cogat hoc tantùm loco præter scripturæ consuetudinem, pro obsignare, positum esse, confiteri: quare *significauit*, idem est, atque indicauit, ostendit, declarauit: simulq; ille scrupulus eximitur, qui Rupertum, & alios pungebat quomodo obsignauit dictũ esset, cùm paulò antè dictum fuisset, *Palàm facere seruis suis*. Deinde additur, *Mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni*. Illud *seruo suo Ioanni*, potest, & ad *significauit*, & ad *mittens*, referri: vt sit sensus: Christus hanc Apocalypsim significasse seruo suo Ioanni, misso ad illũ Angelo, qui eam illi indicaret: aut hanc Apocalypsim significasse misso Angelo ad seruum suũ Ioannẽ: sed vtrouis modo accipias, idem semper sensus redditur. Ex his verbis Arethas diuinitatem Christi optimè colligit, cui videlicet & Angeli famulentur, & sancti seruiant: itaque ait cùm antea Ioãnes de Christo, vt homo est, locutus fuisset, cùm dixit *Iesu Christi*, eorum mysteriorum, quæ hoc opus complectitur, factam à Deo reuelationẽ fuisse, modo eiusdem diuinitatem explicasse, cùm se eius seruum, & Angelum famulum appellauit.

Christus Deus & homo.

Denique subiungitur, *Qui testimoniũ perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quæcumq; vidit*. Græcè est, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ χριστοῦ, ὅσα εἶδε hoc est, qui testificatus est verbũ Dei, & testimoniũ Iesu Christi quæcunque vidit: Vbi imprimis aduerte verbum ἐμαρτύρησε ad omnia sequentia pertinere, vt dicatur Ioannes testificatus verbum Dei, & testificatus testimoniũ Iesu Christi, & testificatus quæcumq; vidit. Per verbũ Dei, Christũ ipsũ intelligẽ, quẽ Ioãnes, & verbũ, & verbũ Dei appellare consueuit, veluti in principio Euangelij, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, Et Apoc. 19. *Et vocatur nomen eius Verbum Dei*: sed quæres de quo nam testimonio loquatur Ioannes, quod de Verbo Dei, hoc est de Christo perhibuerit. Pleriq;, vt D. Ambrosius, Rupertus, Ansbertus, & alij existimant, sermonẽ esse de ipso Ioannis Euãgelio, in quo ipse illustrissimũ de Christi diuinitate testimonium præbuit, cum dixit, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: & paulò post, *Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à*

3

Pfal. 4. 7.

Significare nusquam in sacris pro obsignare.

Significare hic idem quod indicare.

Per verbũ Dei quid intelligat Ioannes.

D. Ambros. Rupertus. Ansbert.

Patre

Patre plenum gratiæ, & veritatis: quæ nobis expositio nō probatur, cū initio horū commentariorum ostensum sit, Ioannem Euangelium non antè, sed post Apocalypsim scripsisse: quo fit, vt cū hoc loco dicit, se testimonium perhibuisse Verbo Dei, nullo pacto ad Euāgelium, quod non dum ediderat, respexisse, credendus sit. Existimamus loqui Ioannem de testimonio, quod prædicatione sua de Christi diuinitate, & operibus admirandis perhibuit, propter quod testimonium fuit in feruētis olei doliū cōiectus, & in Pathmon insulam relegatus. Et quoniam vt suo loco dicemus, illustre quiddam est, & magnificum, Christū non tantùm prædicando, sed etiam patiendo, testari, idcircò Ioannes hanc veluti notā nomini suo, vt potè nobilē, & glorioſam adnectēdam putauit, ex qua tanquam discipulus ille a Christo dilect⁹, & ver⁹ eiusdē Christi amator dignoscereturꝰ

Ioānes testimonium perhibuit prædicando, & patiendo.

4 Difficiliorem explicatū habet, quod sequitur: *Et testimonium Iesu Christi*. Nonnulli recentiores sic interpretantur, vt sit explicatio eius, quod præcesserat, quod nimirùm Verbum illud Dei, de quo perhibuerat testimonium, sit ipse Iesus Christus, quasi dictum sit: Testimonium quod perhibuit Verbo Dei, est testimonium Iesu Christi, cùm idē sit Verbum Dei, & Iesus Christus. Apta esset interpretatio, si ita sine interposita coniunctione legeremus, *Qui testimonium perhibuit Verbo Dei, testimonium IESV CHRISTI*, tunc enim, verba illa, *Testimonium IESV CHRISTI*, per appositionem dicta viderentur, illo sensu, qui testimonium, inquit, perhibuit verbo Dei, quod est testimonium Iesu Christi, seu de Iesu Christo testimonium perhibere: verum cum coniunctio, *Et*, Græcè, & Latinè intercedat, legendumq; sit hoc modo, *Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimoniū Iesu Christi*, duriuscula videtur eiusmodi interpretatio. Alij aliter exponunt, sed non rectè etiam textum connectunt. Nobis non displicet Nicolai Zegeri expositio, testimonium Iesu Christi hoc loco, non pro testimonio à Ioāne perhibito, sed à Christo per passionem dato, accipiendum esse, subaudiendumq;, vt superiùs diximus, verbum μαρτύρησεν & ita legendum, qui testificatus est testimonium Iesu Christi: illudq; significare Ioannem, se non solùm de diuinitate Christi eiusq; operibus admirādis testimonium perhibuisse, sed de eius etiam passione, quam μαρτυρίαν id est, testimoniū appellat, eo planè sensu, quo obitus eorum, qui pro Christo mortem oppetūt, martyrium, hoc est, testimonium, & eos martyres, hoc est, testes nuncupamus: idē enim est, Græcè ἡ μαρτυρία siue τὸ μαρτύριον, ac Latinè testimonium, & μάρτυς idem, quod testis, quæ appellatio aptissimè quadrat in eos, qui pro fide sanguinem vitamq; profundunt, quoniam sic fidem, quam corde tenent, moriendo testificantur. Ita igitur totum hunc locum accipe. significauit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testificatus est verbū Dei, hoc est, de Christi diuinitate testimoniū præbuit, & testificatus est eriā testimoniū, siue martyriū Iesu Christi, quod in sua humanitate moriendo perfecit: hoc est, de passione etiam, & morte eiusdem Christi testimoniū perhibuit: atque adeo vtrāque Christi naturam, diuinam scilicet, & humanam testatus est: cum qua expositione concinit, quod ipse Ioannes postea in Euangelio conscripsit. Nam cum post descriptam Christi passionem & mortem, tandem latus eius apertum, ac sanguinem, & aquam ex eo perfluxisse, dixisset, statim subiunxit cap. 19. *Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius*. Possumus etiam sic interpretari, testificatus est testimonium Iesu Christi, hoc est, testimonium perhibuit de prædicatione Iesu Christi, quæ testimonium dicitur, quoniam Christus sua prædicatione veram Dei cognitionem & fidem ad salutem necessariam testabatur, iuxta illud apud Ioannem cap. 18. *Ego ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*.

Per testimoniū IESV Christi, quid recentiores.

Zegeri expositio præfertur.

Ioan 19.35.

Christi prædicatio quid testabatur.

Ioan.18.37.

Denique

5

Testis oculat⁹ præstat aurito.

Arethæ additio reijcitur

Denique addit Ioannes, *Quæcunque vidit*: Græcè est ὅσα εἶδε, id est, & quæcunque vidit: licèt sine cõiunctione legamus, sæpe enim apud Græcos particula τε, redundat & magis ornatus, quàm connexionis gratia, adhibetur, idẽ sensus efficitur, docet enim Ioãnes se ea, quæ de Verbo Dei testificatus est nõ ab aliis prioribus magistris accepisse, sed per se ipsum vidisse: quod quidem eò dicit, vt maiorem fidem dictis suis, & operibus conciliet. In nonnullis exemplaribus Græcis, vt auctor est Arethas additur, καὶ ὅσα ἤκουσε καὶ ἄτινα ἐδί καὶ ἄτινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα, hoc est, & quæcũq; vidit, & quæcunq; sunt, & quæcunq; oportet fieri posthæc. Sed ea tamen superuacanea sunt, nec in correctioribꝰ exemplaribus habentur, quæ secutus est vulgatus interpres.

6

Quæ sint ea, quæ Ioannes vidit.

Porrò cum ait *Quæcunque vidit*, quãuis pleriq; velint, loqui tum de iis, quę ad humanitatem Christi, tum de iis, quæ ad eiusdem diuinitatem pertinẽt, quorum illa carnis, hæc mentis oculis cõspexit, tamen præcipuè videtur ea intelligere, quæ exterius à Christo gerebantur, cuiusmodi erat prædicatio, miracula, & ea quæ in eius passione, & morte acciderunt: Hæc enim potissimùm *videndi* verbum complectitur, si paulò susiùs sumatur, extendaturque vt sæpe aliâs in sacris literis, ad reliquos corporis sensus: siquidẽ Ioannes nõ tãtũ de illis operibus loquitur, quæ ipse oculis vsurpabat, sed de illis etiã quæ auditu percipiebat, cuiusmodi erat Christi doctrina: quæcunque igitur hac ratione vidit, sua prædicatione testatus est. Quod si quis illud opponat, quod ipsemet Ioannes ad calcem sui Euãgelij scriptum reliquit, se non omnia, quæ Christus gessit in terris, mandasse literis, quin potiùs multa alia, imo & innumera reliquisse, quæ si sigillatim scriberentur, infinitis propemodum libris opus esset, atq; adeò illum non omnia quæ vidit, vel scripto vel prædicatione testificari potuisse; respondendum est illum cum ait, *Quæcunque vidit*, non omnia planè quæ vidit Mathematico more intellexisse, sed ea duntaxat, quæ ad Ecclesiæ doctrinam, salutemq; fidelium requirebantur. Atque hæc de superiorũ verborũ nexu, & expositiõe dicta sint, quæ quoniam multũ negotij facessunt interpretibus, aliquantò minutiùs expendenda putauimus.

Obiectio.

Respondetur.

Beatus qui legit, & audit verba Prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt, tempus enim propè est.

SECTIO IIII.



VANVIS modò Græcè sint μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκούοντες καὶ τηροῦντες, ideſt, Beatus, qui legit, & qui audiunt, & seruant, vulgatus tamen haud dubiè legit in correctioribus exemplaribus ὁ ἀκούων καὶ τηρῶν, hoc est, *Qui audit, & seruat*: quare non est cur mysterium in ea numerorum diuersitate quæramus: legere ad peritos, audire ad simplices, seruare ad vtrosq; pertinet. Arethas existimat, audiendi verbum, hoc loco perfectã auditionẽ cũ obseruatione cõiunctã adsignificare: sic enim ait, Beatos appellat circunspectè admodum non legentes dũtaxat, sed & audientes, efficaci videlicet, & in opus prodeunte auditione. Quę tamen expositio nobis nõ placet, quanuis enim audire sæpe in sacris literis, pro audire obtemperando sumatur, hoc tamèn loco non ita accipitur, alioqui superuacaneum esset, quod sequitur, *Et seruat ea, quæ in ea scripta sunt*. Hoc loco abutebatur Lutherus ad eleuandam libri huius auctoritatẽ, quia, vt aiebat, Apocalypsis asserit fore beatos eos, qui seruant, quæ in ea scripta sunt, cùm tamen nemo intelligat, quænam illa sint, propter summã libri obscuritatem: nec enim videbat, quanuis multa sint in hoc opere vati-

Expositio Arethæ nõ probatur auctori.

Lutherus.

cinia obscurissima, per multa tamen etiam esse præcepta clarissima, vnde constantia in persecutionibus, de execrandis hæreticis, de patientia, de fide retinenda, de metuendis diuinis iudiciis, denique de amandis promissis cælestibus.

2

Rom. 2. 13

Obseruatio præceptorum. Iacob. 1. 22

Primò. Notandum est, ex hoc loco rectè colligi, non satis esse ad salutem scire Dei præcepta, nisi etiã obseruentur; iuxta illud ad Rom. 2. *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Et Iacob. 1. *Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.* Eam ob causam diuina mandata appellantur viæ in sacris literis, quia per ea incedẽdum est obseruationis pedibus, quemadmodũ testatur Regius vates Psalm. 118. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et iterum, *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Vnde claudi appellantur ij, qui cùm fidem & doctrinam habeant, operibus carent, aut certè prauis operibus, quasi tibiis affectis innituntur, iuxta illud 3. Reg. 18. *Vsque quo claudicatis in duas partes?* quem locum ita Septuaginta transtulerunt, *Vsque quo claudicatis in ambobus poplitibus vestris?* seu vtroque pede, fidei videlicet, & operũ: quæ obseruatio est D. Augustini in quæstionibus super Euangelia, quæst. 19. & Ruperti in cap. 4. Michææ, vbi Hierusalem appellatur ciuitas claudicans, quo loco docet Rupertus, Iacob Patriarcham in figuram Iudaici populi altero pede claudicasse; id quod etiam in eandem sententiam exposuit D. Gregorius lib. 19. Moralium cap. 21 super illa verba Iob, cap. 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo. Rectè*, inquit, *potest cæco Gentilis populus, claudo autem Iudaicus comparari: Gentilis quippe quasi oculos non habuit, quia non recepta lege non vidit, quò ire debuisset, at contra Iudaicus, habẽs oculos, claudus fuit, quia legem quidem tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit: aliàs enim voce Domini dictum non fuisset Psalm. 17. Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Itaque pes recti operis pedem fidei, siue doctrinæ, quasi fulsit, quia nimirum fides operibus nititur, ne omnino corruat: quod eleganter dictum est a Paulo ad Hebr. 10. illis verbis, *Iustus ex fide viuit: Quòd si se subtraxerit non placebit animæ meæ.* Quem locum expendens Turrianus noster libro 4. pro epistolis Pontificiis cap. 4. *Non dixit*, inquit, *si non crediderit, sed si se subtraxerit, nimirùm fidei, ille autem fidei se subtrahit, qui fidei per opera non obedit, atque ita illam facit corruere, quod Apostolus statim declarat, subiungens, nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed obedientiæ in acquisitionem animæ. Cernis non dixisse, sed fidei, quia non fidem, sed obedientiam opposuit subtractioni fidei.* Habemus etiam huius rei typum apud Ezechielẽ cap. 1. vbi sub pennis illorum quadriformium animalium manus hominis apparuerunt, quia nimirum fides & cognitio rerum Diuinarum, qua veluti alis in altum efferimur, manu, id est, operatione, & obseruatione mandatorum niti & sustentari debet. Denique qui legem non seruat, negat ei (tanquam Domino, & viro mulier) debitũ famulatum. Nam quod lex sit veluti Dominus, & vir, ius habens in eos, quibus est imposita, docuit Paulus ad Rom. 7. cùm dixit, *An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur in homine quanto tempore viuit: nam quæ sub viro est mulier viuente viro, alligata est legi.* Quanquam enim & Græcè, & Latinè ambiguum sit, num illud, *Viuit*, ad legem, an ad hominem referri debeat: tamen Origenes lib. 6. in epist. ad Rom. ad legẽ refert, vbi sic Pauli locum explanat, *Nunquid*, inquit, *ignoratis, quia lex vnicuique mancipato, & seruienti sibi dominatur, sicut vir iunctæ mulieri: sed sicut virum, cui subiecta fuerat mulier, si accidat mori, libera efficitur mulier, ita is qui sub lege est, si accidat legem mori, ab operibus legis liber efficitur.* Hæc ille. Itaque Origenes legem viro, hominem subiectum legi, mulieri comparat: sicut igitur mulier dum vir eius viuit, non debet sese ab eius subiectione & obsequio subtrahere, ita vir dum lex viuit, hoc est, vim obligandi obtinet,

Pſalm. 118. 1 Dei mandata.

Ibidem 32.

3. Reg. 18. 121

Fides sine operibus quid.

Augustinus Rupert.

Iob 29. 15

Gentilis populus cæcus Iudaicus claudus, ex Greg.

Psalm. 17. 46 Opus bonum pes fidei.

Hebr. 10. 38

Turrianus.

Ezech. 1

Rom. 7. 1

Origenes.

Dominium legis cui simile.

obtinet

obtinet, debet sese ei per obseruationem, & opera subijcere. Aduerte autem pro eo, quod nos habemus *Dominatur*, haberi Græcè κύριεύει, quod non tantum significat dominari, sed ius & auctoritatem habere: vt intelligas eum, qui legem nouit, nec tamē seruat contra ius facere legis, eique auctoritatem debitam detrahere, quæ tūc retinetur, cum non tantùm noscitur, sed etiam impletur. Cæterùm de hoc argumento sæpe sese offeret in hoc opere occasio differendi.

Auctoritatem legi qui detrahunt.

2

Secundò. Addit Ioannes, *Tempus enim propè est*, quod dupliciter exponi potest; vno modo, vt dicatur esse propè vltimum mundi tēpus, si breuitas huius vitæ cum æternitate cōferatur, vt supra diximus. Altero, quemadmodum vult Arethas Episcopus, vt dicatur esse propè, si consideremus amorē, desiderium q́ue iustorum, plurima pro Christo, & longissimo tempore patiēdi: vndè etiam breue spatium illis videtur, quod vsq; ad mundi finē excurret. ἐγγὺς inquit Arethas, ὁ καιρὸς τῆς μακαριότητος, τῷ διαπύρῳ γάρ τῆς ἀγάπης τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς τὸ θεῖον διὸ καὶ τὸ ἀνένδοτον τῆς περὶ ταῦτα περιγίνεται αὐτοῖς ἐργασίας, ὅθ' ἡμῖν παράστασιν χρόνος ἡ ἀποκατάστασιν νομισθείη. Quæ ita Latinè poteris reddere, Tempus propè est beatitudinis, hoc enim ex ignita charitate proficiscitur eorū, qui Dei mādata custodiūt: atq; idcircò perseuerātia operandi circa hæc illis accedit, vt tēporis prorogationem, instaurationē ve pro nihilo ducāt: sic Iacobo Patriarchæ septē anni, quos pro Rachele seruiebat, pauci dies videbātur præ amoris magnitudine. Gen. 29. Quod siquis quærat, cur Iacobo septē illi anni pauci dies præ amoris magnitudine viderētur, cū potiùs amor efficiat, vt amaræ rei dilatio, quantūcunq́, breuis, lōga amanti videatur. respōdet Aug. in qq. super Gen. q. 88. *Quod scriptū*, inquit, *est, seruiuit Iacob pro Rachele annis septē, & erant in cōspectu eius velut pauci dies, eo quod illā diligebat, quærendū quomodo dictum sit, cum magis etiam breue tempus longū esse soleat amantibus: Dictū est ergo propter laborē seruitutis, quem facilē & leuē amor faciebat.* Idcircò autē additum est hoc à Ioāne, ne videlicèt iustus animū contrahat, existimās diu sibi esse cum suis hostibus dimicandū: quin potiùs ingētes animos sumat, intelligēs propè esse illud tēpus, quo emenso, laborioſæ huius vitæ curriculo, coronam gloriæ cōsequatur: quemadmodū & improbi digna suis sceleribus supplicia, qui etiā his verbis deterrētur. Et multò magis cōcinit hæc ratio cū ea viæ similitudine paulò ante à nobis tradita: gaudēs enim iter facit, qui parū sibi iā viæ cōficiendū intelligit. Hoc eodē argumento vtitur Apost. ad Hebr. 10. cùm ait, *Sed cōsolantes & tātò magis, quantò videritis appropinquantē diem.* Qui locus de die iudicij planè intelligitur, eumq́; expendēs D. Greg. lib. 5. Moral. c. 3. *Qui thesaurum*, inquit, *effodiētes quærunt, quātò fiunt vicinores ad finē, tantò se exhibent ardentiores*: quasi dixerit, thesaurū quæritis, sed eo quærere ardentiùs debetis, quò iam iuxta quæsitū aurū propiùs peruenitis. Hæc Gregor. Eodē pertinēt illud ad Rom. 13. *Et hoc scientes tēpus, quia hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus quàm cùm credidimus, nox præcessit, dies autē appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, &c.* Vbi Apostolus ex eo, quod transacta nocte superiorū tēporum, incipiat dies legis gratiæ, magis ac magis illucescere, propter aduentū Christi solis iustitiæ, atque adeò propiores iam simus ad salutē gloriæ recipiendā, argumentatur ad sectandam maiori conatu, & contentione morum probitatē. Sic hunc locum interpretatur Origenes lib. 9. cōment. in epist. ad Rom. *Sciendū*, inquit, *est aduentum lucis huius, & diei duplici modo accipiendū, & generalem omnibus, & vnicuique specialem: generalis lux, dies q́, omnibus aderit, cum futuri seculi tempus aduenerit, ad cuius comparationem præsentis huius mundi spatium tenebræ appellātur: quod tempus labentibus quotidie diebus appropiat, & ideò nostra salus quotidiè fit propior sicut & Dominus cum consummationis mundi signa distingueret, dixit; Cum videritis hæc om-*

Iustorū patiēdi desiderium.

Gen. 29.

Dubium.

Soluitur ex Augustino.

Quò propior corona, eò acrius dimicandum.

Hebr. 10. 25.

Rom. 13. 11.

Origenes.

nia, leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Hæc, & alia deinceps Origenes. Porrò aduerte illud quod præcessit, *Et hoc scientes tẽpus*, posse quoque ita explicari, vt vim habeat exaggerandi: adhorteturq; nos Apostolus ad amorẽ proximi, de quo paulò ante disseruerat, & ad omnia vitia resecãda, quæ posteà cõmemorat, illa recordatione, quod tempus sit gratiæ, nouæq; legis à Christo constitutæ, in qua plus sanctitatis exigitur, quàm in lege naturæ, & ueteri exposceretur: quasi dicat; Et hoc, inquit, debetis libentiùs præstare, considerantes tempus in quo estis: similem emphasim habet illa locutio, qua in aliquem ita inuehimur, seruis libidini, & hoc tẽpore Quadragesimæ? Ecenim illud *Hoc*, non posse ad tempus referri, quasi dicat Paulus Scientes hoc tempus, perspicuum est ex Græco cõtextu, est enim, *Hoc*, neutri generis, tempus autem masculini: sic nanque habetur Græcè, καὶ τοῦτο εἰδότες τὸν καιρόν.

In lege gratiæ plus sanctitatis exigitur.

Ioannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia.

SECTIO QVINTA.

1

SEPTEM ECCLESIÆ, quibus scribit Ioãnes inferiùs nominantur, suntque omnes in Asia minori, quæ nunc Anatolia appellatur: ad eas verò præcipuè scribit, quia earum erat Apostolus, per similitudinem autem earum scribit ad Ecclesias vniuersas. Itaque harum septẽ Ecclesiarum nomine, vniuersæ mundi Ecclesiæ accipiendæ sunt, quemadmodum volunt Primasius, Haymo, Pannonius, Ambrosius Ansbertus, Ioachimus Abbas, Arethas Episcopus, D. Augustinus, seu potiùs Ticonius, & alij. Ratio verò duplex est. Prior, quia numerus septenarius in sacris literis perfectionem, & vniuersitatem significat, teste D. Augustino lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 31. veluti Prouerb. 24. *Septies in die cadet iustus, & resurget*, ideſt, sæpissimè, & quotiescunque ceciderit non peribit. Item Psalm. 118. *Septies in die laudem dixi tibi*, ideſt, sæpius: quanquam respexisse Prophetam ad septem horas canonicas in Ecclesia concinendas existimauit D. Basilius serm. 1. de institutione Monachorum, & D. Chrysostomus homil. 59. ad populum Antiochænum. 1. Reg. 2. *Donec sterilis peperit plurimos*, pro quo in Hebræo est *Peperit septem*. Et Psalm. 78. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum*, ideſt, copiosè illos puni. Denique Ecclesiast. 11. *Mitte panem tuum in transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum, da partem septem & octo*, vbi est sermo de eleemosyna, & per transeuntes aquas pauperes intelligũtur, vel quia peregrini, atque adeò in multas regiones nauigent, quærendi cibi causa, quemadmodũ expositit Paraphrastes Chaldaicus cùm ita transtulit, *Porrige alimentum tuũ pauperibus qui ambulant in nauibus super facies aquarum*, vel quia ipsimet pauperes aquæ transeuntes appellãtur, propter labores, quos patiuntur, qui typicè per aquas significari solent: quod verò sequitur, *Da partem septem & octo*, hunc efficit sensum, esto misericors in multos, imo & in multo plures, ac propemodum infinitos si possis: eam enim vim habet numerus octonarius cùm septenario adiũgitur. Vbi obiter obserua incredibilem eleemosynæ fructum, qui nunquam perit: nam quẽadmodum lignum aliquod in flumen immissum posteà inueniri potest in ipso fluminis ostio per quod se in mare exonerat, ita qui in transeuntes aquas, ideſt in pauperes, panem suum, & eleemosynam mittit, eam postea inueniet, & recipiet in alia vita, in qua hi fluuij tandem influũt: vndè subditur, *Quia post tempora multa inuenies illum.*

Septem Asiæ Ecclesiis cur. scribat Ioãnes

Primasius. Haymo. Pannon. Ansbert. Ioach. Abb. Areth. Epis. Augu st.

Septenarius numerus quid, ex Augustino.

Prou. 24. 16.

Psalm. 118. 164

D. Basil. D. Chrysost.

1. Reg. 2. 5.

Psalm. 78. 12.

Eccles. 11. 1.

Paraph. Chald.

Peuperes significati per aquas

Locus obscur' elucidatur.

Eleemosynæ fructus.

2

Posterior ratio est: quia vniuersa Ecclesia gratiâ septiformis spiritus afflatur, quare rectè per septem Ecclesias à Ioanne significatur: atque in huius rei typum, Elisæo super puerum

Septẽ dona Spiritus sancti.

mortuum incumbẽte ſepties puer ad vitam rediens oſcitãſſe deſcribitur. 4. Reg. 4. quia ſuper extinctum populũ, ideſt, orbem terrarum Dominus veniens ſepties eum fecit oſcitare per ſeptem gratiæ dona, quæ Eccleſiæ cõmunicauit. Et Eſaiæ. 4. dicitur, *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in illa die dicentes, inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum.* vbi per ſeptem mulieres ſeptem Spiritus ſancti dona intellexit Origenes homilia 3. ſuper Eſaiam, & Diuus Cyprianus libro de exhortatione martyrij: dies quippe qua ſeptem mulieres virum vnum apprehenderunt tempus eſt redemptionis, quo ſeptiformis Eccleſia ſeptiformi ſpiritu completa Chriſtum per fidem & charitatem apprehendit, ab eoque petiit, vt ſuum auferret opprobrium, ne videlicet vltra Iudæi inſultantes eam irriderent, quod idôla veneraretur. Ex eo, quod Ioannes ad vniuerſam Eccleſiam ſub nomine ſeptem Eccleſiarum ſcribat, collige excellentem Ioannis prærogatiuam, quod ſit nimirùm vniuerſalis Eccleſiæ doctor à Deo conſtitutus, & regius quidã legatus ad vniuerſam Eccleſiam deſtinatus, vt rectè obſeruauit Petrus Damianus ſerm. 2. de excellentia Beati Ioannis Euangeliſtæ, his verbis: *Scripſit Ioannes illam nobilem Apocalypſim, quæ profectò cum septẽ Aſiæ Eccleſijs mittitur, omni vniuerſali Eccleſiæ, quæ ſub septiformi Spiritus ſancti magiſterio regitur, deſtinatur: vndè conſequens eſt, vt omnes Eccleſiæ per orbẽ terrarum circumfuſæ, non dubitẽt Beatum Ioannem communem ſe habere Doctorem, quibus videlicet tanquam egregius quidam regalis imperij nuntius ab Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regũ terræ, cælitus deſtinatus gratiam ſimul & pacem ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt attulit, ac multa ſecreti cæleſtis myſteria pateſecit.*

4. Reg. 4.

Eſa. 4. 1.

Origenes.

Cyprianus.

Prærogatiua Ioannis.

Petr. Dam.

Gratia vobis, & pax à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt.

SECTIO VI.

IMMORATVR Apoſtolus in ſua ſalutatione, precaturq; omnibus diuinã gratiam, qua diuina beneuolentia, & amicitia continetur: & conſcientię pacem, quæ diuinam gratiam conſequitur: ſic enim hæc accipienda ſunt, idque hoc loco χάρις, & εἰρήνη Græcè ſignificant. Vtrunque verò donum efflagitat à ſeptem ſpiritibus, qui diuino throno aſſiſtunt. Arethas Cæſareæ Epiſcopus, Primaſius, Beda, Haymo, Rupertus, Ansbertus, Lyranus, D. Thomas, Ioachimus Abbas, & reliqui per hos ſeptem ſpiritus, intelligunt ſeptem ſpiritus ſancti dona omnes in hunc locum, & in cap. 5. huius operis, vbi Ioãnes vidit Agnum ſtantem tãquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem: *Qui ſunt*, inquit, *ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram.* Quæ tamen expoſitio duriuſcula nobis videtur: nec enim video, quomodo Ioannes pacem poſtulet à ſeptem donis ſpiritus ſancti, hoc eſt à rebus inanimis, neque quomodo mitti dicantur in omnem terram, quidquid D. Thomas pro huius rei expoſitione laboret. Multo minus placet eorum ſententia, qui ipſum ſpiritum ſanctum eorum donorum auctorem hoc loco intelligunt. Rectiùs illi ſenſiſſe videntur, qui ſeptem hoſcè ſpiritus, vniuerſam Angelorum multitudinem interpretantur, iuxta numeri ſeptenarij myſterium à nobis paulò ſuperiùs explicatum: ſed nec ea ſententia concinere videtur cum ſacris literis ob rationem, quam ſtatim afferemus. Arbitramur igitur ſeptem eſſe ſupremos ſpiritus, qui aſtãt antè diuinum thronum, & vniuerſo orbi, rebuſq; mortalium præſidentes, à quibus inferiores Angeli accipiunt, quæ ad mundi adminiſtrationem pertinent. Ratio verò quæ nos mouet ea eſt, quia conſtanter

Arethas. Primaſius. Beda. Haymo. Rupertus. Anſbert. Lyranus. D. Thomas. Ioach. Abb.

Septem principes Angeli ante Deum.

stanter in sacris literis septem spiritus dicuntur coram Deo assistere, vt admodùm difficile sit, existimare omnibus iis in locis numerum septenarium mysticè accipiendum esse. Enim verò præter duo loca, quæ iam citauimus, legimus Apocalypsis 8. *Et vidi septem Angelos stantes in cõspectu Dei.* Et cap. 15. 16. & 17. septem Angeli memorantur quasi curam habẽtes vniuersæ terræ. Deniq; Tob. 12. *Ego sum,* inquit, *Raphael Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum.* Atque hæc sententia est Clemẽtis Alexandrini lib. 6. Stromatũ ad finem, vbi fusè agens de numero septenario, sic habet, *Septem sunt quorum est maxima potentia, primogeniti Angelorum principes.* Nec verò nobis officit duplex aduersariorum ratio. Primùm enim absurdum existimant priùs nominari septem hos spiritus, quàm Christum, si septẽ Angeli sunt. Deindè à pietate alienum, quod gratia ab illis postuletur: neque enim absurdum fuit præponi Angelos Christo, cum quo continuãda erat sequens oratio, & laudes ipsius Christi, quas deinceps Ioannes persequitur: & consentaneum pietati est, pacem & gratiam ab Angelis, non tanquam ab auctoribus, sed tanquam ab administris postulare.

Apoc. 8. 2.

Tob. 12. 15

Clem. Alexan.

Et à IESV CHRISTO, *qui est testis fidelis.*

✻SECTIO SEPTIMA✻

I

Christus testis fidelis.

GRATIAM postulat à CHRISTO Domino, quem testem fidelem appellat. Prima expositio, & quidem stricta, est Arethæ Episcopi existimantis, Ioannem loqui de ea confessione, cuius meminit Paulus. 1. ad Timoth. 6. *Qui testimonium,* inquit, *reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem,* aitq; fuisse eam, cùm dixit Ioann. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Secunda, iam latior, est Primasij, Haymonis, & Lyrani, dicentium Christum appellari testem fidelẽ, quia fideliter dedit de Patre, eiusq; natura testimonium, iuxta illud Ioannis 17. *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam:* quod opere præstitit, cùm dixit Ioan. 14. *Pater in me manens, ipse facit opera.* Et Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret.* Atque ob hanc causam appellatur Christus in sacris literis, facies Patris, quia quẽ admodum hominem per faciem cognoscimus, ita Patrem cognouimus per Christum. Sic intelligendus est locus ille Malachiæ 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciẽ meam:* quo in loco loquitur ipse Deus Pater, & appellat Angelum Ioannẽ præcursorem, per faciem autem Christũ intelligit; quemadmodũ testatur Galatinus libro 3. de Arcanis catholicæ veritatis cap. 12. Osex. 6. *Viuificabit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit, & viuemus ante faciem eius.* Quem locum exponens Rabbi Moyses. *Viuemus,* inquit, *ante faciem eius, qui est rex Messias, sicut dictum est Psalm. 79. Domine Deus virtutũ conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.* Vbi faciem tuam Messiam tuum interpretatur. Quæ expositio etiã est D. Hieronymi in commentarijs super eundem psalmum. Eodem modo intelligendum est illud psalmi 88. *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam,* idest, Christum. Sic etiam Theodoretus in quæstionibus super Numeros quæst. 11 intelligit illud Numerorum 6. Cũ Sacerdos populum ita benedicebat ex præcepto Domini; *Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Vbi Theodoretus vult aduentũ Christi flagitari. Atque ad eum locum videtur alludisse Regius vates, cùm dixit, Psal. 66 *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* Quò etiam videtur referendum illud Ecclesiastici. 36. *Secundum benedictionem Aaron dà populo tuo.* Vt videlicet etiã hic Messiæ aduentus postuletur.

Ioann. 17. 26.

14. 10.

3. 16.

Christus facies Patris.

Malach. 3. 1.

Galatinus.

Osex 6. 3

Rabb. Mois.

Psal. 79. 4

D. Hieron.

Psal. 88. 15

Theodor.

Num. 6. 26.

Psalm. 66. 15.

Eccl. 36. 19

Arethas.

1. ad Tim. 6. 13

Ioann. 18. 30.

Primasius. Haymo. Lyranus.

Tertia expositio ad huc fusior, &

& cõmunior est Ruperti dicẽtis appellari Christum testem fidelem, quia testimonium perhibuit omni veritati, quemadmodum idem Christus testatur Ioannis.18. *Adhuc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*: quod multò antè prædictum fuerat ab Esai. cap. 55. illis verbis: *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus*, pro quo Septuaginta transtulerunt, *Ecce testimoniũ gentibus dedi eum, principem, & præcipientem gentibus*. Vbi iam cernis Christum non solùm testem, sed ipsummet testimonium appellari: tametsi autem D. Ambrosius sermone 5. in Psalmum 118. in illa verba, *Da mihi intellectum*, citans hũc locum Esaiæ, accipiat testimonium passiuè, vt videlicèt Christus dicatur testimonium, quia omnes Prophetæ eũ testati sunt: actiuè tamen sumendum esse, perspicuum est ex nostra editione vulgata, quæ *testem* habet. Quanquã verò Christus omnis veritatis testimonium præbuit, peculiari tamen, imò & præcipua ratione testimonium fuit Diuinæ erga nos beneuolentiæ, quemadmodum auctor est Diuus Augustinus in illa verba Psal. 118. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Testimonia*, inquit Augustinus, *sunt ea, quibus Deus, quantum nos diligat, nobis probare dignatur: cùm ergo Christus dicat, Ego sum via*, Ioann. 14. *& humilitas eius carnalis natiuitatis, atque passionis, euidentia sint testimonia diuinæ erga nos dilectionis, proculdubiò via testimoniorum Dei Christus est*. Atque ob eam causam fuit Christus Dominus in illo cælesti arcu, seu Iride figuratus, quam Deus signum, ac monumentum suæ erga homines beneuolentiæ, & reconciliationis esse voluit. Genes. 19. quemadmodũ exponit Rupertus lib. 4 in Genesim cap. 36. *Propterea nimirum arcus ille sagitta caret, & in cælum non in terram armatur, quia cælum terræ conciliat*.

Ioan.18.37.

Esai 55.4.

D. Ambros. Psalm.118.34

Christus diuinæ in homines beneuolentiæ testimoniũ.

D. Augusti. Psalm.118.14.

Ioan 14 6.

Christus in arcu cælesti figuratus.

Rupertus.

3

Illud hoc loco est aduertendum. Quanuis Pater testimonium de Christo perhibuerit. Matt. 17. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui*: quo etiam sensu D. Chrysostomus homilia 43. in Ioannem, & Euthymius etiam in Ioannem, interpretantur illud Ioan. 6. *Hunc enim Pater signauit Deus*, seu vt Græcè habetur *sigillauit*, quia Pater signo suo, ideſt, testimonio tàm voce, quàm miraculis, Christum ab aliis hominibus secreuit, & quasi nota distinxit, sigilloque filium suum esse demõstrauit, quod & ipse Christus confitetur, Ioann. 5. *Qui misit me Pater ipse testimoniũ perhibuit de me*. Quanuis etiam spiritus sanctus testis Christi fuerit, iuxta illud 1. Ioann. 5. *Spiritus est qui testificatur, quoniàm Christus est veritas*. Et Ioan. 15. *Cùm venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit de me*. Nihilominus Christum, per excellentiam appellari testem multas ob causas, quæ ipsi peculiari ratione conueniunt.

Matth.175.

Chrysost, Euthym.

Ioann.6.27

Signum pro testimonio.

Ioan.5 37 Christũ signari a Patre quid.

1.Ioan.5.6 Ioan.15 26

Christus cur per excellentiã testis.

4

Prima ratio.

Prima est. Quia cùm sit verbum Patris, atque adeò ab eo procedẽs per actum intellectus, ex vi suæ processionis potest testari, & eloqui, quæ Pater intelligit. Qua ratione vsus est ipse Christus Ioann. 3. *Amen Amen dico tibi quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis*. Et ibidem Ioannes Baptista loquens de Christo sic ait, *Qui de cælo venit super omnes est, & quod vidit, & audiuit hoc testatur*. Et Christus Ioannis. 8. *Ego*, inquit, *quod vidi apud Patrem, & quæ audiui ab eo, hæc loquor*. Vbi obiter obserua, Christũ esse testem & oculatum, & auritum, atque adeò fidelissimum, quippe qui vidit, & audiuit ea, quæ loquitur. Dicitur autẽ videre, quia verè videt suam essentiam, quæ est Patris: audire autẽ, quia scientiam habet à Patre. Secunda ratio est. Quia omnia, quæ tanquã verbum Patris aliis enunciauit, sua ipsius morte testatus est, & sanguine obsignauit. Pro cuius rei maiori expositione, sciendũ est fideles eò ipso, quod Deo reuelanti credunt, & adhærent, testes appellari, quia videlicèt fide sua, tanquam sigillo signent Deum esse veracem: quemadmodum disertis verbis docuit Ioannes Baptista loquens de fidelibus, Ioannis 3. *Qui autẽ accipit eius testimonium*, ideſt, Christi, *signauit quia Deus verax est*, ideſt, ipsa fide ve-

Ioann.3.11

Ibidem, 31

Ioann.8.38

Christus testis oculatus, & auritus.

Secunda.

Fideles, Deum esseveracẽ quo modo signent.

Ioann.3.33

luti

luti quodam ſigillo Deum eſſe veracem cõfirmauit. (quo loco obiter aduerte fidem ſigillũ appellari.) Cæterùm tunc eſſe locupletiſsimos teſtes, cùm paſsione ſua & morte idem confirmant, & fidei ſigillũ tincto & aſperſo ſanguine paſſionis obſignant. Vnde ſimpliciter tunc Martyres, ideſt, teſtes dicuntur. Μάρτυς enim Græcè idẽ eſt, quod Latinè teſtis: cùm igitur Chriſtus Dominus multò excellẽtiùs paſſione ſua, ac morte veritatem obſignauerit, rectè per excellentiã Martyr, ſeu teſtis fidelis dicitur. Tertia & poſtrema ratio eſt Ioachimi Abbatis, quia nimirum maximè humilis fuit, indè enim factum eſt, vt non quæreret gloriam ſuam, ſed Patris, atque ita veritatem ipſam fideliter teſtaretur, & Deum magnum ſua humilitate prædicaret, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. *Quoniam magna potentia Dei ſolius, & à ſolis humilibus honoratur*, quæ eſt mirifica humilitatis excellentia.

Fides, ſigillum.

Martyr quid.

Tertia.

Ioach. Abb.

Eccli. 3. 21 Humilitatis excellentia.

5

Ex his omnibus perſpicuum relinquitur, Chriſtum eſſe fideliſſimum teſtem, & aptiſſimè in eum quadrare illud Pſalmi 88. *Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.* Quem locũ Theodoretus exponens, vltima verba ſic interpretatur: *Horum omnium quæ ſuperùs promiſſa ſunt, eſt teſtis in cælo fidelis, ipſe nimirum Deus, qui ea promiſit, & complebit.* Alij magis ad literã per teſtẽ in cælo fidelẽ intelligunt Iridẽ, ſeu cæleſtẽ arcũ, quẽ Deus in teſtimoniũ ſuæ erga hominẽ beneuolentiæ in cælo collocauit: ita vt throni Meſſię ſtabilitas Soli & Lunę, pulchritudo verò eidem ſoli & Lunæ perfectæ, ideſt, in plenilunio poſitæ, & pulcherrimæ Iridi comparetur. Verùm cùm per Iridem, vt ſupra dixim⁹ ex Ruperto, Chriſtus Dominus fuerit expreſſus, teſtem hunc in cælo fidelem, de eodem poſſumus accipere cum Remigio, & D. Hieronymo in commentariis eius loci.

Pſalm. 88. 37

Theodoret.

Per teſtẽ fidelẽ quid alii intelligãt.

Teſtis in cælo fidelis Chriſtus

Remigius. Hieronymus.

Primogenitus mortuorum.

SECTIO OCTAVA.

CHRISTI laudes & præſtantiam ſingularem perſequitur Ioannes. Primò igitur notãdum eſt, Chriſtum & quatenùs Deus eſt, primogenitum Patris, & quatenus homo eſt, primogenitum virginis appellari, non quòd alios fratres naturales habuerit, ſed more Scripturarum, quæ primogenitum eum nominant, non quem fratres ſequantur, ſed qui primus natus eſt: quæ obſeruatio eſt Diui Hieronymi libro aduerſus Heluidium hæreticum impiè aſſerentem, Beatiſſimam Virginem alios quoque filios procreaſſe, ex eo quod Lucæ 2. dicatur, *Peperiſſe filium ſuum primogenitum*: contra quem diſputans Diuus Hieronymus docet omnem vnigenitum appellari in Sacris literis primogenitum, non item omnem primogenitum, vnigenitum, nec neceſſariam eſſe aliorum fratrum ſobolem, vt quis primogenitus nominetur. Id quod probat dupliciter. Primũ ex eo quod Dominus Exod. 13. & 34. præcepit, vt omne quod aperiret vuluam, ab homine vſque ad pecus, ſibi conſecrarent, tantummodo primogenita hominum, & primogenita pecorum immũdorum, pretio redimerent: quibus verbis cenſet Hieronymus, Deum definiuiſſe quid eſſet primogenitum. *omne, inquit, quod aperit vuluam, alioqui, inquit, ſi non eſt primogenitus, niſi is tantùm, quem ſequuntur fratres, tandiu ſacerdotibus primogenita non debentur, quandiu alia non fuerint procreata, ne fortè, partu poſtea non ſequenti, vnigenitus ſit, & non primogenitus.* Deinde ex eo quod dicitur Exodi 12. *Percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, vſq; ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere,*

1

D. Hieronym.

Heluidij impia aſſertio.

Luc. 27

In Sacris primogeniti, qui dicantur ex Hier.

Exod. 13. 2 ibid. 34. 19

Hieronymus.

Exod. 12. 29

&

& primogenitum iumentorũ. Dic mihi, inquit Hieronymus, *si primogeniti tantùm illi vocantur, qui fratres habent, ergo ab interemptione vnigeniti liberati sunt, si autem & vnigeniti cæsi sunt, contra sententiam factum est, vt inter primogenitos, & vnigeniti morerentur.*

D. Hieronym.

2

Christus omnis creaturæ cur primogenitus.

Deinde Christus, quatenus homo, appellatur in sacris literis primogenitus omnis creaturæ, quia fuit primus omnium prædestinatorũ: voluit enim Deus primaria sua Intentione, & volũtate mysteriũ incarnationis, Christũq; Dominum caput esse, & finẽ omnium diuinorum operum. Id quod cõceptis verbis docuit Apostolus ad Colos. 1. cùm dixit de Christo loquens, *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, vt sit ipse in omnib⁹ primatũ tenẽs:* quæ omnia de Christo, vt homo est, dicta esse, docet Diuus Chrysostomus in eum locum. idẽ probatur ex cap. 8. ad Rom. *Quos præscivit, & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus:* quem locum quanquã D. Thom. & alij de Christo, vt Deus est, exponũt: tamen longè melius D. Chrysost. & Hieronymus, Anselmus, & alij de eo, vt homo est, interpretantur. Atque hanc ob causam tradunt Hebræi, Messiam in sacris literis appellari *Germen*, vt Esaiæ 4. *In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis.* Et Zachar. 3. *Ecce ego adducam seruum meum Orientem,* quo loco pro, *Orientẽ* est Hebraicè *Tsemach*, ideſt, germen: Et Zachar. 6. *Ecce vir Oriens nomen eius*, pro quo Hebraicè est *Tsemach*, ideſt, germen nomen eius, à verbo *Tsemach* quod significat, germinare. Et D. Hieronymus ipsum nomen *Themach* vertere solet *Germen*, vt loco Esaiæ citato. Et Hierem. 23. *Suscitabo Dauid germen iustum.* Et cap. 33. *In tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ:* quibus locis Paraphrastes Chaldaicus semper transtulit *Messiã* loco *germinis:* nec nobis officit, quòd 70. ibidẽ ἀνατολὴν, ideſt, *Orientem* reddiderũt: etenim ἀνατέλλω, Græcè idẽ est, quod produco per germinationẽ, & idem ferè quod Latinè Orior, atq; adeò non solùm de Sole & astris, sed etiã de hominib⁹, & plãtis dicitur, vt probatur ex Psal. 103. Nam vbi nos habemus, *Producens fœnũ iumentis*, Græcè est verbũ ἐξανατέλλων, & D. Hieron. vertit *Germinans*. Ratio verò huius nomenclaturæ ea est, quia sicut ad fructũ ferendum tota arboris plantatio & irrigatio refertur, ita totũ vniuersum, & omnes creaturæ vnius Messiæ causa conditæ sunt: quo circa ipse vniuersi *Germen* appellatur.

Chrysost.

Ad Rom. 8. 29

D. Thom.

Chrysost.

Hieronym. Anselmus.

Item cur germen. Esai. 4. 2.

Zachar. 3. 8

Zach. 6. 12

Hieronymus.

Hierem 23. 5 idem, 33. 15

Psal. 103. 14

Hieronymus.

Vniuersum cõditum propter Messiam.

Eadẽ veritas luculentè ostẽditur ex Prouerb. 8. cùm dicitur, *Dñs possedit me in initio viarũ suarum.* Seu, vt 70. transtulerunt, *Dñs creauit me in initiũ viarum suarũ*, quẽ locum de Sapientia incarnata, id est, de Christo ratione humanitatis intellexerũt Clem. Roman. lib. 5. constit. Apostolicarũ cap. 19. Greg. Naz. Orat. 36. Greg. Nyssenus lib. de fide ad Simplicium, D. Ioann. Damasc. lib. 4 fidei orthodoxæ cap. 19. Cyrillus Alex. lib. 5. Thesauri cap. 4. & 8. D. Basil. lib. 4. contra Eunomium, D. Athan. serm. 3. contra Arianos, Cæsarius in Dial. 2. D. Chrysost. serm. de S. Trinit. D. Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 12. & serm. 58. de verbis Dñi, D. Ambros. lib. 1. de fide cap. 1. Epiph. in Anchorato, & hæresi. 69. D. Hilar. lib. 12. de Trinit. D. Hier. super 2. cap. epist. ad Ephes. & lib. 2. in Michęam ad initium, D. Fulgent. lib. ad obiectiões Arianorũ, in respõsione ad 3. Deniq; Epiph. loco citato dicit hãc esse expositionẽ magnorũ Patrũ. Enimverò cùm Ariani hoc testimonio abuterẽtur cõtra Filij diuinitatẽ, quippe qui creat⁹ & posse⁹ dicerentur: respõdebãt Pres, id dictũ fuisse de Filio ratione humanitatis. Quo supposito rectè hinc ostẽditur, Christũ Dñm esse primũ prædestinatũ, & totius vniuersi finẽ, id enim significat esse initiũ viarũ Dñi, per quas creaturæ vniuersę intelligũtur. Atq; eodẽ sensu interpretari possumus illud Eccl. 24. *Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnẽ creaturã.* Et illud Psal. 88. *Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.*

3

Prou. 8. 22.

Clem. Rom. Nazianz. Nyssen.

Damasc. en. Cyrill. Alex.

D. Basil. Athanas.

Cæsarius.

D. Chrysost. D. August.

Ambrosius.

Epiphanius.

Hilarius. Hieronym. Fulgent.

Epiphanius.

Christus prædestinatorum primus.

Eccles. 24. 5

Psalm. 88. 28

Christum Dominum, vt homo est, esse caput Angelorũ, gratiamq; illis, & gloriam promeruisse.

SECTIO NONA.

HINC colligimus, cùm Christus dicitur, *Primogenitus omnis creaturæ*, non esse excludendos Angelos, quin potiùs dicendũ, Christum vt homo est, esse caput Angelorũ, gratiamq; illis, & gloriam meruisse, quæ illis data sint propter eius præuisa merita: quæ sententia est Cyrilli Alexandrini lib. 5. in Esaiam, D. Gregor. lib. 1. in libros Regum cap. 2. in illa verba: *Non est alius extra te. Subauditur*, inquit, *sanctus, quia vullus hominum, neque Angelorum sanctus est, nisi per Christum.* Idem habet homil. 14. in Ezechiel. Laurentij Iustiniani serm. de Ascensione, & serm. de Assumptione Virginis, Ruperti lib. 3. de processione Spiritus sancti cap. 21. citari etiã solet pro eadem sententia D. Bernard. serm. 17. & 22. in Cantica. In eadẽ sententia est D. Thom. super illud Ioann. 1. *De plenitudine eius vos omnes accepimus: Hoc est*, inquit D. Thomas, *omnes Apostoli, Patriarchæ, Prophetæ, & iusti qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam omnes Angeli.* Et paulò inferiùs: *Quia* inquit, *plenitudo gratiæ, quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum, quæ sunt in omnibus intellectualibus creaturis.* Et 3. par. q. 8. art. 1. absolutè dicit Christum influere gratiam in omnia membra Ecclesiæ: & statim art. 4. docet, hãc Ecclesiam, cuius Christus est caput, & in quam influit, constare ex hominibus, & Angelis. Eandem tuetur Albertus Magnus in 3. dist. 13. art. 1. Ruardus Tapper in explicatione art. 2. Louanienſis circa principium, & articulo 8. & ex professo Catharinus lib. 1. de Christi prædestinatione, & opusculo de Gloria, & peccato Angelorum, Ioannes Arboreus lib. 3 suę Theosophię cap. 13. Viguerius in institutionibus cap. 20. §. 1. versic. 4. Iacobus Naclantus super primum caput Epistolæ ad Ephesios, & in libro cui titulus est, Medulla sacrę scripturæ, in tertia mundi ætate cap. 2. Pugnant etiam pro eadẽ sententia nonnulla Pauli testimonia, cuiusmodi est illud ad Colos. 1. *Complacuit per eum reconciliare omnia pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Et illud ad Ephes. 1. *Instaurare omnia in Christo quæ in cælis, & quæ in terra sunt.* Quo loco Græcè pro instaurare est ἀνακεφαλαιώσασθαι, ideſt, recapitulare, quia sub vno Christo omnia quodãmodo vnum effecta sunt, quod idem verbum eadẽ significatione vsurpauit Apost. cùm dixit ad Rom. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit, nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instauratur, diliges proximũ tuum sicut teipsum.* Nam pro *Instauratur*, est Græcè ἀνακεφαλαίοῦται, ideſt, recapitulatur, hoc est, summatim continetur, ducta metaphorà à Rhetorum epilogis, in quibus tota causa summatim repetitur, quòd illi ἀνακεφαλαίωσιν, appellant: vnde idem Apostolus ad Heb. 8. volẽs summam seu epilogum facere eorum, quæ dixerat, ait: *Capitulum autem super ea quæ dicuntur*, quo loco pro *Capitulum*, est Græcè κεφάλαιον hoc est summa, siue caput, aut epilogus: itaque in Christo, tanquam in summa, instaurata seu recapitulata sunt omnia: in quem sensum videtur Aquila Ponticus in sua translatione Græca, ex Hebræo, sic librum Genes. incepisse *In capitulo*, vel *In summa fecit* Deus cælum & terram: sic enim transtulisse auctor est D. Hieronymus in principio. Hebraicarũ quæstionum. Et Seuerianus Episcopus in exordio Hexameron: per quod capitulum, siue summã possumus Christũ accipere, iuxta illud Psalmi 39. *In capite libri scriptum est de me.* Quod quanquam Arnobius, & Augustinus accipiunt de inicio Psalmorum, in quo volunt de CHRISTO dici, *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum.*

Christum meruisse Angelis gloriam statuitur ex Patribus

Cyril. Alexan. Gregorius.

1. Reg. c. 2. 2

Lauernt. Iust.

Rupertus.

D. Bernardus.

D. Tho. Ioan. 1. 6.

Idem, 3. par.

Albertus Mag.

Ruardus.

Catharinus.

Arboreus.

Viguerius

Iacobus Nacl.

Probatur idem ex Paulo. Colos. 1, 20

Ephes. 1. 10

Rom. 13 8

Hebr. 8. 1

Aquil. Pont.

Gen. 1. 1

Hieronymus.

Seuerianus.

Psal. 39. 8.

Arnobius, Augustinus.

Tertullianus. Hilar.

Christus vniuersi recapitulatio

2

Ephes. 1. 22.

D. Hieronym. Augustinus Coloss. 2. 10

Hilar. August.

Christus dici potest propriè Angelorum redemptor.

Bernardus. Theodoret.

Hebr. 2. 9.

Dion. Areopag.

Psalm 143. 10

Tamen Tertullianus libro contra Praxeam, & D. Hilarius in expositiõe Psal. 2. dẽ initio totius scripturæ interpretantur, vt illud, *In principio*, sit idẽ quod in Filio, & simul Christus recapitulatio cæli & terræ appelletur, quia sub illo, tam Angeli, quàm homines per gratiam & gloriam militant.

Denique confirmatur hæc sentẽtia, quia constat ex sacris literis Christum Dominum, vt homo est, esse caput Angelorum, vt est perspicuum ex illo ad Ephes. 1. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*: ideſt, ex hominibus, & Angelis constantem, vt interpretatur D. Hier. & D. August. in Enchirid. cap. 56. & ad Colossenses 2. *Qui est caput omnis principatus & potestatis*. Id quod etiam affirmat D. Hilar. in Psal. 139. & D. August. cõcione. 5. in Psal. 36. Cùm igitur capitis sit influere in membra, Christusq; sit caput præstantissimum, debuit sanè perfectissimo modo in Angelos influere, gratiam videlicèt & gloriam illis impertiendo. Ex quo etiam colligimus, posse Christũ dici propriè Redemptorem Angelorum (quod quidã concedere formidant) redemptione tamen alterius rationis, quàm nostra sit, hoc est, per præseruationem: sic enim loqui audet D. Bernard. serm. 17 & 22. in Cantica. & Theodoretus ad Hebr. 2. dicit Christum pro omnibus creaturis fuisse mortuum, ex illis verbis Pauli, *Vt gratiâ Dei pro omnibus gustaret mortẽ*, vbi Græcè est ὑπὲρ παντὸς, ideſt, pro Vniuerso, quem modum redemptionis etiam affert Dionysius Areop. cap. 8. de diuinis nominibus, his verbis: *Idcircò etiam redemptionem illam Theologi nominant, ex eo quòd non sunt, quæ verè sunt, ad id cadere, vt non sint*: & id colligitur ex Psal. 143. vbi rex Dauid dicit se redẽptum de gladio gigantis Goliath, sub quo nunquam fuit, sed quia fuit præseruatus Diuino beneficio, redẽptum se appellat cùm ait, *Qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno, eripe me.*

Sic enim hunc locum nonnulli dispungunt, & interpretãtur.

Christum esse Primogenitum in multis fratribus.

SECTIO X.

DICITVR postremò Christus primogenitus in multis fratribus, ad Roman. 8. *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus*, quò etiam pertinet illud Psal. 88. *Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ*. Primogenitum, inquam, ideſt, præcipuum filiorum, cui primogenituræ priuilegia debeantur: de quibus priuilegiis legendus est Abulensis in vigesimum quintum caput Geneſis. Pro cuius maiori expositione aduertendum est, omnes homines esse fratres Christi propter communionem naturæ cum Christo, præcipuè verò fideles propter fidem, quam habent in Christum, & maximè iustos, propter cõmunionem gratiæ, iuxta illud Ioann. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, ideſt, fratres Christi. Et ad Hebr. 2. *Non confunditur fratres eos vocare* dicens Psalm. 21. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Et Matthæi 28. *Nunciate fratribus meis, &c.* Atque hanc ob causam Christus se appellat sæpissimè filium hominis, vt Ioann. 3. *Exaltari oportet filium hominis*, & aliâs: non solum, vt vult Tertullianus libro de carne Christi, & Irenæus libro 3. contra Valentinum cap. 21. vt intelligeremus eum non solum esse verum hominem, sed carnem accepisse nascendo. Adam enim homo fuit, sed filius hominis non fuit, quia carnem non accepit nascendo; sed etiam vt significaret se iam cum hominibus cognationem carnis habere, fratremq; nostrum per assumptam humanitatẽ esse: vndè olim Christiani se communiter fratres appellabant, quemadmodum auctor est Tertullianus in Apologetico cap. 39. & libro de corona militis cap. 1. & libro 3. contra Marcionem, & Clemens Alexandrinus libro 5. Stromatum.

Rom. 8. 29.

Psalm. 88. 28

Abulens.

Fratres Christi, qui præcipuè.

Ioan 1. 12.

Hebr. 2. 11.

Psal. 21. 23 Matth. 28. 10.

Ioan. 3. 14

Tertullian. Irenæus.

Adam homo, non filius hominis.

Tertullian. Clem. Alexan.

Cæterùm, vt diximus, iusti peculiari ratione fratres Christi appellantur, quia sunt verè filij Dei adoptiui, per veram adoptionem, quæ est ipsa iustificatio, quemadmodum docet Diuus Augustinus epist. 120. cap. 4. & lib. 3. contra Faustum Manichæum. Ratio verò est, quia iustificatio est veluti quædam generatio: atque de hac adoptione intelligendum est illud Ioann. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et illud 1. Ioann. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus.* & ad Rom. 8. *Accepistis Spiritum adoptionis filiorum per Iesum Christum.* Et ad Ephes. 1. *Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.* Vndè Paulus Apostolus rectè ex hac adoptione ad ius hæreditatis argumentatur, cùm ait ad Roman. 8. *Quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*: qua de re legendus est Diuus Thom. 3. par. quæst. 23. artic. 1. horum igitur omniũ fratrum, Christus appellatur Primogenitus.

Iustificatio est quædam generatio.

Ioann. 1. 12.

1. Ioann. 3. 1

Rom. 8. 15

Ephes. 1. 5

Roman. 8. 17

D. Thomas.

Christum esse Primogenitum mortuorum, & primitias dormientium.

SECTIO XI.

1

VLTIMO DICITVR Christus, *Primogenitus Mortuorum*, quod hoc loco ait Ioannes, quia primus omniũ ad vitam immortalem resurrexit: quo etiã sensu appellatur, *Primitiæ Dormientium*, 1. ad Cor. 15. Pro cuius rei intelligentia sciendum est, resurrectionem esse veluti quandã regenerationẽ, sic enim appellatur à Christo Matth. 19. *In regeneratiõe cum sederit filius hominis, &c.* eamq; ob causam sepulchrum vtero comparatur. Vndè Diuus Ambros. serm. 48. de sepulchro Christi loquens. *Vbique*, inquit, *beato corpori defertur sanctitas, vbique virginitas, purus illud venter concipit, nouus tumulus includit, quin potius ipsam sepulturam vuluam dixerim, est enim similitudo non parua, sicut enim Dominus de matris vulua viuus exiuit, sic de sepultura viuus surrexit, nisi quod glorioſior ista est, quàm illa natiuitas, illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illã natiuitatem, ad inferos descenditur, post hanc, remeatur ad cælos*: quare Christus à mortuis resurgẽs iterũ genitus dicitur, primogenitus autem, quia primus omnium resurrexit immortalis.

1. Cor. 15. 20.

Matth. 19. 28

Ambros.

Christi sepulchrũ vtero virgineo cõparatur.

Verùm iam hinc illa sese offert cõtrouersia, de resurrectione videlicet eorum, qui Matth. 27. dicuntur, surrexisse. Dum enim Matthæus signa, quæ in ipso Christi obitu acciderunt, commemoraret, subiunxit: *Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.* In qua quidem quæstione duplex est sententia. Vna est eos, qui à Matthæo commemorantur, non resurrexisse ad vitam immortalẽ, sed iterum obijsse postquam resurrectionem Domini testati fuerant: quæ sententia est ferè omnium veterum, quam sequitur Diuus Augustinus epistola. 99. quæ est ad Euodium, eamq; nititur confirmare ex Actorum 2. vbi Diuus Petrus contendit, illud Psalmi, 15. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, non de Dauide, sed de Christo esse intelligẽdũ, idq; ex eo probat. *Quia Dauid*, inquit, *mortuus est & sepultus, & sepulchrũ eius apud nos est.* Si autem Petrus non intelligeret ossa Prophetæ illic iacere, nihil plane probasset: erant igitur tempore Petri, Dauidis ossa in sepulchro: *Cùm igitur*, inquit Augustinus, *Dauid resurrexerit simul cum illis, qui cum Christo resurrexisse memorantur, planè iterum obijt, atq; adeo resurrexit moriturus.*

2

Matth. 27. 52

Surrexerint ne aliqua corpora sanctorum in obitu Christi.

1. Sententia.

Augustinus.

1. argumentum Act. 2. 28. Psalm. 15. 10.

D. August.

Secundò, argumentatur ex illis verbis Pauli ad Hebræos 11. *Et si omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur*, id est, gloriam animæ, & corporis reciperent.

3

Secundum. Hebr. 11. 39.

Tertiò, possumus argumentari pro Augustino in hunc modum. Iob Patriarcham resurrexisse cum Christo, habetur Iob 42. iuxta editionem Septua-

Tertium.

Iob. 42.

ginta

ginta interpretum, & Theodotionis, quæ sic habet: *Scriptum est autem, ipsum rursus resurrecturum cum quibus Dominus resurgit.* vbi particula, *rursus*, innuit, cùm Iob ab illa sua calamitate diuinitus erectus est & excitatus, tunc quodãmodo resurrexisse. Haberi autem hæc in editione Septuaginta auctor est Origenes in epistola ad Iulium Africanum, eamque historiæ partem tanquã legitimam amplectuntur Diuus Chrysostomus homil. 82. ad populum Antiochenum, Theodoretus quæst. 92. in Genesim, Polychronius in hypothesi super librum Iob, Olympiodorꝰ in sua item hypothesi, & in Protheoria cap. 32. & in commentariis, Iulianus Seuerus, & Euagrius in suis explanationibus, quibus postremam Iobi partem illustrarunt: quos omnes citat Paulus Comitolus Societatis nostræ in Catena in Iob à se elegantissimè è Græco in Latinum conuersa, & eruditissimis obseruationibus illustrata. Sed quod maioris est ponderis, Clemens Romanus lib. 5. constitutionum Apostolicarum cap. 6. eandem partem tanquam canonicam citat, his verbis: *Diuinus ille atque insignis tolerantiâ Iob, de quo ait scriptura, scriptum esse, ipsum rursus suscitandum cum iis, cum quibus Dominus resurgit.* Ambrosius etiam lib. 1. de interpellatione Iob cap. 8. Hoc testimonio tanquam scripturæ sacræ vtitur, ad probandum Iob cum Christo à mortuis fuisse suscitatum. Denique eandem sententiam legimus in versione Græca Septuaginta interpretum nuper correcta ex auctoritate Xisti. V pontificis maximi, ad fidem vetustissimorum, & probatissimorum codicum. Ex his huiusmodi ducitur argumentatio. Iob cum Christo resurrexit, vt hactenus probauimꝰ, & tamen dicit de se ipso cap. 29. quod sit in nouissimo die resurrecturus. *Scio*, inquit, *quod in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum.* Ex quo efficitur, illum post priorem resurrectionem, iterũ obijsse, alioqui enim iterum in nouissimo die resurgere, haud posset.

A calamitate sua erectꝰ Iob quodãmodo dicitur resurrexit.

Origenes.

D. Chrysost.

Theodor.

Polychron. Olymp.

Iulian.

Euagr.

Paul. Comit.

Clem. Rom.

D. Ambros.

Deducitur argumẽtatio pro Aug.

Iob. 19. 25.

Hæc sunt potissima, quæ pro Augustino adduci queunt, quam etiam sententiam sequitur Theophilactus in 27. caput Matthæi, & Dominicus Soto dist. 43. quæst. 2. art. 1. quarti lib. sentẽtiarum. Ea tamen vt verum fatear placere mihi nunquam potuit, quemadmodum neque Cardinali Caietano in vigesimum septimum caput Matthæi, & in commentariis in tertiam partem quæst. 53. Nobiscum præterea sentit glossa super idem caput Matthæi, & fauet D. Thomas in 4. distinct. 43. & in additionibus quæst. 77. artic. 1. quanquam 3. par. quæst. 33. artic. 3. magis videtur ad Augustinum accedere, quatenus ait, eius rationes efficatiores videri. In eandem nostram sententiam magis propendet Diuus Hieronymus in sermone de Assumptione, quanuis eam sub lite relinquat: & quanuis in vigesimum septimum caput Matthæi, dicat eos qui cum Christo surrexerũt, surrexisse, sicut surrexit Lazarus, quod nos possumus verè ac realiter, sicut Lazarus, non verò ad vitam mortalẽ interpretari Triplex potissimũ ratio nos mouet. Vna est, quia alioqui si surrexerunt morituri, resurrectio eis non beneficium, sed pœna fuisset. Altera, quia resurrexerunt, vt sua resurrectione, Christi resurrectionem testarẽtur, quemadmodum vel ipsi aduersarij cõfitentur, non fuissent autẽ resurrectionis Dominicæ testes idonei, si iterum obierũt, facilè enim sibi homines persuaderent, Christũ etiam resurrexisse moriturum. Postrema, quæ Caietani est, quia cùm homo sit animal sociabile, debuit Christus secum aliquos in corporibus gloriosis excitatos in cælum deferre, cum quibus ageret, alioqui non fuisset, eius in cælo vita, ac felicitas omnibus numeris expleta, & absoluta.

4

Theoph. Soto.

1. sentẽtia quæ præfertur.

D. Thom.

D. Hieron.

Prima ratio.

Secunda.

Postrema Caiet.

5

Respõdetur locis script. pro 1. sentẽtia.

Ad primum.

Ad primum locum pro Augustini sententia adductum, concedimus Dauidem resurrexisse cum Christo ad vitam immortalem, nec amplius obiisse. Ad Petri autem institutum non erat opus, vt eo ipso tempore Dauidis

cine-

cineres in sepulchro illo existerẽt, sed satis erat esse apud omnes vulgatissimum, Dauidis corpus in eo sepulchro vidisse corruptionẽ, & in cineres fuisse conuersum. Ad secundum. Dicimus illud, *Non acceptis repromissionibus*, ad mysteria gratiæ, & incarnationem Christi referendum, *Vt non sine nobis*, inquit, *consummarentur*, quia nimirum perfecta consummatio in lege gratiæ completa est. Quod si quis contendat, istam consummationem ad gloriam corporis pertinere, dicimus Paulũ vniuersè loqui de omnibus Patribus legis veteris, imò & naturæ, cui non obstat aliquos eorum ad vitã immortalem simul cum Christo resurrexisse. Ad tertium, libenter damus Iobum Patriarcham cum Christo resurrexisse, sed ad vitam tamen immortalem; cùm verò ipse dixit, *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum*: dicimus eum non de sua ipsius persona, sed de vniuersali hominum resurrectione more prophetico enũtiasse. Quòd verò attinet ad locum Matthæi, quo videtur affirmari, illos ante ipsum Christum, resurrexisse, siquidem eorum resurrectio inter signa passionis Christi commemoratur. Respondeo, id dictum fuisse per anticipationis figuram in sacris literis vsitatam, nõ quod eo tempore passionis Christi resurrexerint. Atque ita relinquitur Christum Dominum oprimo iure primogenitum mortuorum à Ioanne appellari.

Ad secundum.

Ad Tertium.

Iob.19.25.

Deciditur quæstio.

Et Princeps regum terræ.

SECTIO XII.

1

Principatũ per quid obtinuerit Christus.

OBSERVANDVM est primò, rectè postquàm mentio mortis Christi facta fuerat illis verbis: *Primogenitus mortuorum*, subiungi, *Et Princeps regum terræ*, vt intelligeremus Christum per mortẽ obtinuisse principatum. Id quod probatur primò, ex loco Esaiæ cap. 9. vbi crux Christi eius imperium appellatur, illis verbis *Factus est principatus super humerũ eius*: vbi quamquam Paraphrastes Chaldaicus per *Principatum*, legem intellexit, quã quia Dominus opere impleuit, super humerum portasse dicitur; tamen crucem ipsam interpretati sunt Tertullianus libro aduersus Iudæos, eo cap. quo Patriarchæ ostendunt figurã crucis. Et lib. 3 aduersus Marcionem, *Quis* inquit, *regum insigne potestatis suæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu sceptrum? Solus nouus rex Christus nouæ gloriæ potestatem humero extulit, crucem scilicet.* Iustinus Philosophus & martyr in 2. Apologetico pro Christianis, Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Esaiam cap. 9. Diuus Hieronymus in commẽtariis eius loci, Diuus Cyprianus lib. 2. testimoniorũ aduersus Iudæos cap. 21. Diuus Augustinus serm 71. de tẽpore, Theophilactus in vigesimũ tertium caput Lucæ, Diuus Ambrosius libro 3. de fide cap. 4. Atq; eodem sensu possumus accipere illud Esaiæ 22. *Dabo clauem Domus Dauid super humerum eius*. Christus enim cruce tanquã clauis paradisum à principio clausum, nobis aperuit: crucem certè clauem appellauit D. Chrysostomus tomo 2. homilia de Diuite, de quo agitur Luc. 16. & D. Augustinus in psalm. 45. Obiter hoc loco obserua, posse per clauem eo loco Esaiæ, intelligi potestatem iurisdictionis, & animarum gubernationẽ; quæ clauis non pendet ex cingulo, sed portatur in humero: tum quia grauissima est animarum cura, tum etiam quia prælatus debet ea quæ præcipit, humero etiam, ideſt, operatione gestare.

Esai. 9. 6.

Chald. Paraph.

Legẽ Christus super humerũ portasse curã dicitur. Tertul.

Iust. mart.

Cyrill. Alex.

Hieronymus. Cyprianus.

August.

Theoph. Ambrosius.

Esai. 22. 22.

Crux Christi clauis paradisi.

Chrysost.

Augustinus.

Animarum cura grauissima.

Prælatus qualis esse debeat.

Secundò idem probatur ex Psalm. 95. vbi pro eo, quod nos habemus, *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit*, Septuaginta transtulerunt, *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit à ligno*. Sic enim apud Septuaginta legerunt Iustinus in Dialogo aduersus Tryphonẽ, vbi probat sic etiã fuisse Hebraicè. Sed illud

2

Esai. 95. 10.

Locus scripturæ vitiatus. Tertullianus s. D. Ambro.

à ligno, expunctum fuisse à Iudæis affirmant Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem, & libro aduersus Iudæos, loco paulò ante citato, Diuus Ambrosius in cap. 15. 1. epist. ad Corinthios, (si eius sunt ij commẽtarij) Diuus Augustinus in commentariis eius Psalmi, Arnobius, & Cassiodorus ibidem, Diuus Cyprianus de montibus Syna, & Sion aduersus Iudæos cap. 5. D. Leo qui citatur in scholijs Græcis super editionem Septuaginta nuper auctoritate Xisti correctam. Atque eandem lectionem retinet Ecclesia, & Psalterium Romanum: nec in dubium vocari debet, quòd Iudæi multa ex sacris literis eraserint, quę Christianis fauere intelligebant: Etenim auctore Diuo Hieronymo in quintum cap. Michęæ, duos integros versus eraserunt ex libro Iosue cap. 15. qui habentur in Septuaginta interpretibus, vbi inter vrbes & oppida tribus Iudæ, Bethlehem connumeratur, ne videlicet Christus de tribu Iuda ortus videretur. Et in Epistolam ad Galatas in illa verba capitis tertij, *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, docet desiderari Hebraicè, duo illa verba, *Omnis*, & *in ligno*, & suspicatur lectionem Hebraicam vitiatam esse.

Augustinus.

Arnob. Cassiodorus. D. Cyprianus. D. Leo.

Multaque Christianis fauebãt, ex sacris eraserunt Iudæi.

D. Hieron.

Ad Gal. 3. 13.

3

Tertiò probatur ex Psalm. 92. cuius inscriptio ea est: *Laus cantici ipsi Dauid in die ante Sabbathũ, quãdo fundata est terra*: Etenim in Parasceue Sabbathi occisus est Christus, fundataq; est Ecclesia, quæ est expositio Hugonis Cardinalis, in commentariis super eum Psalmum. Tunc verò Psalmus incipit, *Dominus regnauit decorem indutus est*: vt exploratum omnibus esset, Christi regnum ex passione, quam pertulit ante Sabbathum, ortum habuisse. Quartò ex Psal. 77. *Induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius*. Dextera enim sua Christus, id est, fortitudine, quam in passione demonstrauit, Ecclesiæ regnum sibi acquisiuit: quem locum interpretatus videtur Diuus Petrus prima sua Canonica cap. 2. vbi Ecclesiam appellat *Populum acquisitionis*. Et Actor. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo*. Vndè est illud Pauli ad Hebręos 2. *Eum, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus IESVM propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum*: quod multò ante Regius vates prædixerat Psalm. 8. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis* (in passione videlicet) tunc subiungitur: *Gloria, & honore coronasti eum*. Denique ex Psalmo 73. eũ dicitur, *Redemisti virgam hæreditatis tuæ*: vbi per virgam, sceptrum intelligendum est, hoc sensu, regnum tuum, seu sceptrum regni tui per peccati tyrãnidem à dæmone vsurpatum, iterum asseruisti, & vindicasti per passionem, qua humanum genus redemisti.

Explicatur inscriptio psal. 92.

Hugo.

Psal. 92. 1

Regnum Christi vndè ortum. Psalm. 77. 54

1. Pet. 2. 9.

Act. 20. 28

Hebr. 2. 9

Psalm. 8. 9.

Psal. 73. 2

Virga pro sceptro.

Secundò obseruandum est, Christũ appellari Regem per excellentiam, vt Psalm. 2. *Ego autem constitutus sum rex ab eo*, quã ob causam appellatur *Rex* Dei. Sic enim ibidem Hebraicè legimus, *Ego*, (ideſt Pater æternus) *constitui regem meum super Syon*. Et Zacharię 14. ita possumus reddere ex Hebræo, *Venient omnes gentes, & adorabunt regem Dei*. Dicitur autem Christus, rex Dei, tum quia à Deo fuit rex constitutus, tum quia est rex excellentissimus, eo linguæ Hebrææ idiotismo, quo maxima quæque dicuntur esse Dei, vt Psalmo 79. *Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei*, ideſt, altissimos.

4

Psalm. 2. 6. Christum regẽ suum cur Pater appellet.

Zach. 14

Psalm. 79. 11

Tertiò, dicitur, *Princeps regum terræ*, quia est totius mundi Monarcha, non solùm propter vnionem hypostaticã, cui omne imperium debebatur, sed etiam ex dono Patris: quæ est sententia D. Antonini 3. parte tit. 3. cap. 2. Almaini de potestate Ecclesiæ cap. 8. Pauli Burgensis in additione 2. super caput primum Matthæi; imò & Diui Thomæ lib. 3. de regimine principum cap. 13. & 14. vbi addit Augustum Cæsarem, post Christi natiuitatem, gessisse vicem Christi in imperio quatuordecim annis toto orbe terrarum subacto, & non sine diuino instinctu mandasse, nequis de populo Romano ipsum Dominum appellaret. Et quanquam

5

Christus mũdi Monarcha, ex duplici capite.

D. Anton. Almainus. Paul. Burg.

D. Thomas. Augustus imperator Christi prorex.

con-

controuersum sit, vtrum Christus in terris agens verus fuerit ac legitimus totius orbis imperator, qua de re aliàs disputabimus, quemadmodum & vtrũ fuerit naturalis ac legitimus Iudæorũ rex, tamen post resurrectionem non est dubium, quin illi fuerit totius orbis Monarchia à Patre concessa, quemadmodum ipsemet testatur Matthæi 28. cùm ait, *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.*

Matth. 28. 18

6

Quartò, & postremò, dicitur mysticè, *Princeps regum terræ*, idest, iustorũ, quemadmodum interpretatur Rupertus, quo nihil magnificentius de vllo rege, & eius clientibus dici potuit: cuius enim regis clientes ac subditi omnes reges fuerunt? Ratio verò est, quia Christus omnes qui suum imperium non detrectant, reges facit, quod multo antè prædixerat regius vates Psal. 109. cùm dixit, *Tecum principium in die virtutis tuæ*, quo loco nõnulli pro עִמְּךָ Ghimmeca per Chirich, idest, *Tecum*, seu *Apud te*, quemadmodum legerunt Septuag. interpretes legunt Ghazmeca, per Pathac, idest, populus tuus, hoc sensu, populus tuus principatus, seu principes: vbi obiter aduertẽdum est pro eo quod Septuaginta transtulerũt ἀρχὴ, idest, *Principium*, seu principatus, (vtrũq; enim ea vox Græca significat) haberi Habraicè נְדָבוֹת Nedaboth, à radice, נָדַב Nadab, quæ significat sponte aliquid elargiri, & liberalem esse, vndè deducitur Nadib, idest Princeps, quia videlicet liberalitas est propria principis cõditio. Est igitur Christus Princeps regum terræ, idest iustorum, qui liberales in diuino cultu esse debent, & in omnibus actionibus suis principes ac generosi. Cur verò reges appellentur, duplex est potissima ratio. Prior est Diui Gregorij lib. 11. Moralium cap. 9 super illud Iob 12. *Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune reues eorum*, vbi vult iustos appellari reges, propter castitatem, & continentiam, quæ maxima est castitatis laus: & in hũc sensũ locũ citatũ interpretatur. *Qui membrorum*, inquit, *suorum motus bene gerere scit, nõ immeritò reges vocãtur, sed cùm de ipsa continentia mens elatione tangitur, plerunque omnipotens Deus eius supe biam deserens in immunditiam operis cadere permittit:* Itaque regũ baltheum dissoluit quando propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Posterior tatio est, Diui Ambrosij lib. 2. de Abraham cap. 10. super illud Genes. 17 Dictũ est ad Abrahã, *Faciam te crescere, & ponã te in gentẽ magnã, & reges ex te egrediẽtur. Ex genere Abrahæ*, inquit Ambr. *non solùm reges erunt dignitate, verùm etiam illi reges, qui peccato nõ seruiũt, nec vincat eos malitia.* Quæ ratio etiam est, Diui Gregorij lib. 26. Moralium cap. 26. *Quia*, inquit, *tentationum suarum motibus non consentiẽdo succumbere, sed regendo præesse nouerunt*, id quod vel ipso naturæ lumine cognouit M. Tullius, is enim in Oratiõe pro P. Sylla sic ait, loquens cum Torquato accusatore: *Quarè neque me peregrinum posthac dixeris, neque gratiùs refutêre, neque regẽ, ne derideare, nisi fortè regũ tibi videtur ita viuere. vt non modò homi i nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias, contemnere omnes libidines, &c.* & sic interpretatur D. Gregorius illud Iob 36. *Reges in solio collocat in perpetuum*, idest, iustos ab hac potestate regiminis ad potestatem transfert retributionis. Porrò aduerte, hunc iustorum principatũ & regnũ non pugnare cum ea seruitute, de qua loquitur Apostolus ad Rom. 6. *Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendũ, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? gratias autem Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis, liberati autem à peccato serui facti estis iustitiæ.* Quo loco illud *iustitiæ*, dandi casus est, magnamq; vim cõtinet, eandem videlicet cum illa, qua quis diceret, se alicui factũ esse seruum, quod imperiosius est, & magnificentius, quã si quis diceret, se factum esse alicuius seruum: cum nanque dicit se factum esse alicuius seruũ, innuit se non sponte, sed per vim factum esse illius seruum, at cùm dicit, se factum esse illi seruum, vltroneam, & spontaneã signi-

Regnant, qui Christo seruiũt.

Psalm. 109. 3

Princeps regum terræ.

Princeps conditio.

Iustitiæ reges appellentur. Gregor. Iob. 11. 18

Castitas virtus regia.

Secunda ratio ex Ambr.

Gen. 17. 6.

Reges ex genere Abrahæ qui peccato non seruiunt.

Tullius.

Gregorius. Iob. 36. 7

Rom. 6. 16

ficat

ficat seruirtutem: sic igitur docet Paulus iustos, seruos factos esse ipsi iustitiæ vltronea scilicèt, & voluntaria seruitute, in qua tamen vera ac propria libertas, imò & illustrissimus principatus regnumque continetur: & è cõtrariò, liberum esse iustitiæ, fœdissima seruitus appellatur ibidem ab Apostolo, cùm subiungit: *Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ*. vt etiam *Iustitiæ*, dandi casus est, hoc est, non habuistis præclarã iustitiæ seruitutẽ extra imperium, scilicèt eius, facti, sed miserrimam à iustitia libertatem, cum turpissima peccati seruitute & captiuitate, coniunctam.

Seruit⁹ iustorũ libertas & principatus.

Impiorũ libertas seruit⁹ fœdissima.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo.

SECTIO XIII.

RÆcè est τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λόσαντι ἡμᾶς: hoc est, ei qui dilexit nos, & lauit nos: Quoniam verò hi dandi casus non habẽt Græcè quo referantur, existimauit Erasmus in scholiis suis super Apocalypsim, eos non ad Christum, sed ad Patrem pertinere, vt sit sensus, Christum fuisse testem fidelem Patri, *qui dilexit nos, & lauit nos*: verum hæc interpretatio nullo modo est recipiẽda, cum editioni vulgatæ aduersetur, & manifestè pugnet cum ipso contextu, tum quia illa verba, *testis fidelis*, non immediatè cum istis connectuntur, sed interseruntur alia, quæ haud dubiè ad Christum spectant. *A* IESV CHRISTO, inquit, *qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos*, vbi cernis illud, *Qui dilexit, & lauit*, ad primogenitum mortuorum, hoc est, Christum, necessario referendum: tum quia, cum additur, *In sanguine suo*, manifestè ostenditur id non posse in Patrem, sed in Christum conuenire: nec Erasmus bene respondet, dici Patrem lauisse nos per sanguinem Christi, cùm enim Græcè non sit αὐτῷ spiritu leni, sed αὐτῶ spiritu crasso, hoc est, non sit eius, sed suo, illudq; αὐτῶ ad eundem, *Qui dilexit, & lauit* manifestè pertineat, palàm est de Christo non de Patre sermonem esse. Quarè existimamus viciatam esse Græcam lectionem, & in vetustis exemplaribus, quibus vsus est interpres non fuisse τῷ ἀγαπήσαντι καὶ λόσαντι sed vel τὸ ἀγαπήσαντος καὶ λόσαντος vt referatur ad ἰησοῦ Χριστοῦ vel ὁ ἀγαπήσας καὶ λόσας, vt iungatur cum ὁ μάρτυρ, ὁ πιστός, ὁ πρωτοτόκος, ὁ ἄρχω Nisi quis malit cum Aretha dicere, τῷ ἀγαπήσαντι καὶ λόσαντι ad sequentia spectare, iungendũq; cum illis verbis, *Ipsi gloria & imperium*, vt sit sensus, *Ei qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine, ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum*. sed quoniã ea expositio coacta videtur, & non admodũ vulgatæ editioni cõsentanea, prior responsio nobis magis probatur. Quod ad rẽ spectat: Commẽdat Ioannes Christi aduersus homines amorẽ, de quo etiã loquitur Paul. ad Ephes. 5. cum ait, *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea*. Duplex est autẽ amor Christi erga homines considerandus. Alter, quo ante tẽpora secularia ex æternitate nos dilexit, quatenus Deus est, de quo loquitur per Hierem. c. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*. Hic autem amor in eo positus est, quod ex æternitate quosdã prædestinauit, & pro omnibus carnem sumere, & mori statuit, quæ sunt cogitationes illæ antiquæ, de quibus loqr̃ Esai. c. 25. *Dñe Deus meus es tu, & exaltabo te, & cõfitebor nomini tuo, quoniã fecisti mirabilia, cogitatiões antiquas fideles, Amen*. idest, cogitationes, quas ex æternitate de hominũ salute habuisti, opere cõplesti. Sic enim interpretatur eũ locum Euseb. Cæsar. lib. 2. demonstr. Euang. c. 32. huc spectat illud Psal. 24. *Reminiscere miserationũ tuarũ Dñe, & misericordiarũ tuarũ, quæ à sæculo sũt*, quẽadmodũ interpretatur D. Aug. in cõment. eius loci. *Huius dilectionis actũ*, inquit Rupert⁹

Erasmi interpretatio reijcitur.

Ephes. 5. 25.

Duplex Christi amor in homines.

Hierẽm. 31. 3.

Cogitationes antiquæ apud Esai. quæ.

Esai. 25. 1.

Euseb. Cæsar. Psalm. 24. 6.

Augustinus. Rupertus.

Rupertus. Cantic. 1. 1.

hoc loco *Ecclesia suspirans vitæ voce in Canticis ait, Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino*, seu vt est in Hebræo, *Quia meliores sunt amores tui vino*. Vbi perspicuum est, peti Incarnationem, in significationem huius amoris antiqui. Nec enim sponsa petit osculum pedum, quod ancillarum est, & ad quod admissa est Magdalena Lucæ 7. nec osculum manuum in signum subiectionis: quemadmodum accipiendum est illud Psalmi 2. *Apprehendite disciplinam*, pro quo in Hebræo est, *Osculamini filium*: hoc sensu, manum filij osculamini, & ita eum tãquam verum, ac legitimum principẽ recipite. Nec osculum frontis, seu faciei, quod erat signum beneuolentiæ, & hospitalitatis, de quo loquitur Christus Lucæ 7. *Intraui in domum tuam, osculũ mihi non dedisti*; sed petit osculum oris, quod amoris est ardentissimi: *Oris*, inquam, ideſt, ipsius Christi, qui os Dei appellatur: veluti Hierem. 15. *Si conuerteris conuertam te, si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris*. Vbi per, *os*, Christũ intelligit Galatinus lib. 3. de Arcanis catholicæ veritatis cap. 2. & fauet trãslatio Ionathæ, quæ sic habet, *Si conuertes impios, vt fiant iusti, beneplacitum Verbi mei complebis*. Quo loco per *Verbum* secunda persona Trinitatis intelligitur, alioqui enim beneplacitum in verbum creatum non conuenit.

Incarnatio, æterni amoris signum.

Osculum pedis quid.

Psal. 2. 12

Quid manuum.

Quid itẽ faciei.

Luc. 7. 44.

Quid denique oris.

Christus, os Dei Hierem. 15. 19

Galatinus.

2

Alter amor, quo CHRISTVS nos dilexit, fuit post Incarnationem in assumpta carne. *Factum est*, inquit Rupertus, *quod optauit Ecclesia, venit dilectus, atque omnium gratiarum delibutus vnguentis, in secreto virginalis vteri cubiculo, diu desideratum osculum dilectæ porrexit*. Vtrunque amorem complexus est Ioannes, cùm dixit cap. 13. *Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos*. Verbum enim *Dilexisset*, ad priorem amorem, *Dilexit*, verò ad posteriorem pertinet: quem amorem magis moriendo demonstrauit. Sic illud, *In finem*, interpretatur Cyrillus Alexandrinus in eum locum. Atque huius amoris vis tanta fuit, vt ipse Dominus per Malachiam cap. 1. eam exaggerans dicat, *Dilexi vos*, quæ verba plerique per Aposiopesim, siue reticentiam dicta existimant, vt omnia tanto amori deberi significetur, simulque indicetur quædam tacita Dei querimonia, hoc sensu, semper *dilexi vos*, & vsque adeò dilexi, tamen vos, pro tali dilectione, nihil aliud, quàm peccata rependitis. Quòd enim querimoniam verba ista contineant, perspicuum est ex iis, quæ statim subijciuntur, *& dixistis, in quo dilexisti nos*, ideſt, tam ingrati estis, vt amorem meũ, beneficiaque ex eo profecta non agnoueritis, quin potiùs dixeritis, *In quo dilexisti nos*.

Rupertus. Osculũ dilectæ quando porrectum.

Ioan. 13. 1.

Cyrill. Al. 10.

Malac. 1. 2.

Tacita Dei querimonia.

Secundò, aduertendum est, rectè postquam dictum fuit, *& princeps regum terræ*, additum esse *Qui dilexit nos*, vt ex personæ diligentis dignitate, amoris præstãtiam intelligeremus. Quare illa verba *Qui, nos*, per Antithesim intelligenda sunt, hoc sensu, pulcher fœdos, pius impios, *princeps regum terræ*, viles homunciones. Atque hanc ob causam Paulus, præter alias, charitatem Christi, nimiam appellauit ad Ephesios 2. *Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri, Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos*. Idemque expendit Apostolus ad Romanos 5. cùm ait, *Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*. Pro *commendat* habetur Græcè, συνίστησι quod non solùm commendare significat, sed etiam nobilem & notum facere, atque illustrare, & quoniam nobile quiddam atque illustre est, inimicis bene facere, meritò dicitur Deus charitatem suam nobilem, illustremque ostendisse, cum pro peccatoribus, hoc est, pro inimicis mortuus est. In cuius rei figuram Moyses Æthiopissam adamauit, Numerorum 35. Denique tantus fuit in homines amor Christi, vt omnem scientiam, & cognitionem nostram superet, vt disertis verbis docet Apostolus ad Ephesios 3. *Scire etiam supereminentem scientiam charitatem*

3

Charitatem suã in quo commẽdauerit Deus.

Ephes. 2. 3.

Rom. 5. 8.

Num. 35.

Ephes. 3. 1

Christi charitas excedit omnẽ scientiam.

Christi: vbi illud, *scientiæ*, datiuus est, qui à *supereminentem*, regitur, vt sit sensus charitatem Christi excedere omnem scientiam, hic enim sensus redditur à Græco cõtextu, qui ita habet, ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην, nam Græcum ὑπερβάλλουσαν, gignendi casum postulat, atque adeò ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως, idem est, ac supereminentem scientiæ, siue cognitioni.

4

Ideò Christus nos lauit, quia dilexit.

Tertiò. Rectè dicit, *Dilexit nos, & lauit*, quia, vt notauit Richardus de S. Victore in hunc locum, *Non lauisset, nisi dilexisset*, quare non prius lauit, & post dilexit: sed prius dilexit, & postea lauit: atque adeò nos adhuc fœdos dilexit, quod significauit Paulus verbis antè citatis ad Romanos 3. *Cùm peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est*, eumque sensum habent verba illa sponsæ, Canticorum. 1. *Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*, id est, *Nigra sum*, ex me, *sicut tabernacula Cedar*, sed tamen sic dilecta, reddita sum *Formosa sicut pelles Salomonis*. Quæ expositio est Diui Bernardi sermone 25. in Cantica.

Rom. 8. 3.

Cantic. 1. 5

Bernardus.

5

Quartò. Notandum est verbum, *Lauit*, quod dicit magnam vim sanguinis, quæ non solùm ad aspergẽdos, sed etiam ad lauãdos omnes homines sufficeret: vbi etiã maximè splendet diuinæ bonitatis, & amoris largitas; cùm enim vel vna sãguinis Christi guttula, ad redimẽdos omnes homines sufficeret, totum nihilominus sanguinẽ voluit effundere: quã ob causam hominũ redẽptio appellatur copiosa Psal. 129. *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redẽptio*. Quẽ locũ expendens D. Bernard serm. 22. in Cantica. *Benè* inquit, *copiosa, siquidem non gutta, sed vnda sanguinis quinque per partes corporis emanauit*. Et eadem ratione appellatur excessus Lucæ 9. *Erant*, inquit, *Moyses, & Helias visi in maiestate, & dicebant excessum, quem completuras erat in Hierusalem*. Ideircò etiam existimo, passionem CHRISTI per mare rubrum fuisse significatam, verè enim vis illa sanguinis, mare fuit sanguineum, in quo omnes mersi, & abluti fuimus.

Psal. 129. 7. Copiosa redemptio.

Luc. 9. 30

6

Quintò, volunt interpretes illis verbis, *In sanguine suo*, alludi ad sacrificia legis veteris, vt sit veluti quædam antitheſis, & indicetur Christum non lauisse nos sanguine vitulorũ, sed suo ipsius sanguine. Eaq; ratione redemptionis beneficium magnopere exaggerari, quod videlicet Christus suo ipsius sanguine dignatus fuerit hominẽ liberare, quam emphasim quoque agnoscere in illis verbis Apostoli ad Hebræos 9. *Non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, semel introiuit in sancta*. Volunt etiam, significari illum sanguinem, qui de percusso Christi latere simul cum aqua exiuit Ioannis 19. Quãquam enim Christus per passionem ipsam & mortem nos redemit, tamen illa post mortem sanguinis effusio, hanc ipsam redemptionem, & ablutionem typicè significauit. Vndè omnes ferè Patres aiunt, ex latere Christi Ecclesiam profectã, sicut ex Adami latere Euam: indeque omnia Ecclesiæ sacramenta manasse. Qua de re legendus est præcipuè Diuus Augustinus tractatu 120. super Ioannem, vbi ponderat verbum *Aperuit*, quo vsus est Euangelista. *Non dixit*, inquit Augustinus, *percussit, aut vulnerauit, sed, aperuit, vigilante verbo Euãgelista vsus est, vt illud quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramẽta Ecclesiæ manauerunt*.

Hebr. 9. 12

Effusio sanguinis ex Christi latere quid significauerit.

Ioan. 19.

Ecclesiæ sacramenta vnde manauerint.

Augustinus.

7

Sexto, & postremò. Ioannes vim sanguinis CHRISTI mirificè commendat, cum ait, *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*. Nouum enim est, sanguinem habere vim lauandi, & quod plus est dealbandi, id quod habes capite septimo huius operis, cum dicitur, *Isti sunt, qui lauerunt stolas suas: & dealbauerunt eas in sanguine agni*. Vbi vides rubicundo sanguini tribui vim dealbandi, quod instar miraculi est, id que miraculum significasse Esaiam capite primo, cum dixit, *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erũt*.

Vis sanguinis Christi ad delenda peccata.

Apoc. 7. 14.

Esai. 1. 18.

Tertullian.

Existimat Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 10. his verbis, *Dimissorē delictorum Christum recognoscite: Si fuerint, inquit, delicta vestra tanquam roseum, velut niuem exalbabo, & si tanquam coccinum, velut lanam exalbabo: in roseo sanguinem ostiendens Prophetarum: in coccino, Domini, vt clariorem.* Itaque Tertullianus coccineum colorem non refert ad peccata cum communi expositione, sed ad sanguinē Christi, hoc sensu, Si peccata vestra sanguine Christi rubuerint instar coccini, hoc est, si Chri sanguine coccineo peccata vra ablueritis, sicut nix, vel sicut lana dealbabūtur. Atq; eodē modo videtur eum locum intellexisse Diuus Augustinus lib. 12. contra Faustum Manichęum cap. 42. Eandem expositionem innuit Diuus Basilius in magnis Asceticis, interrogatiōe 10. & Diuus Cyprianus lib. 2. testimoniorū aduersus Iudæos cap. vltimo. vbi eo Esaiæ testimonio probat, peccata nisi per sanguinē Christi remitti non posse. Quare licèt communis expositio eos colores ad peccata ipsa referat, vt sit sensus, quanuis peccata vestra sint veluti coccinum & vermiculus, id est, difficillimè ablui possint, quemadmodum ij colores difficillimè abluuntur, tamen si pœnitentiam egeritis, ego ea omnino auferam: nihilominus tradita expositio reijcienda non est, imò tanquam literalis etiam amplectēda, cùm sit tantorum Patrum, & literæ non repugnet. Ad eundem Christi sanguinem spectauit regius Propheta Psal. 50. cùm dixit: *Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor*: vbi per aspersionem hyssopi alludit Dauid ad expiationem leprosi, quæ hyssopo peragebatur, vt habetur Leuit. 14. simulque tacitè se leprosum appellat: & quoniam illa per hyssopū aspersio, non nisi adhibito passeris immolati sanguine, in quo hyssopus tingebatur, fieri solebat, haud dubiè ad Christi sanguinem, quem spiritu præuidebat, pro humano genere fundendum, quo hominum mentes erant abluendæ, Propheta respexit. Eodemq; mysterio videtur Esaias ad Christum in cruce positum, suoq; tinctum sanguine, spectasse cap. 52. cùm dixit: *Iste asperget gentes multas*, alludens scilicet ad eandem tincti in sanguine hyssopi, aspersionem, quo leprosi aspergebātur, vt indicaret eo Christi sanguine vniuersos mortales, vtpotè leprosos fore aspergendos. Quod verò sequitur, *Et super niuem dealbabor*: efficacitatē Christi sanguinis significat, qui non solùm lauandi, sed etiam super niuem dealbandi vim habuerit: quod sicut veritatem, ita & admirationem continet, Quis enim non admiretur sanguinem ea vi præditum, vt eos quos tinxerit, instar niuis albos efficiat?

Vis sanguinis Christi ad delē da peccata.

Augustinus.

D. Basil.

Cyprianus.

Pſalm. 50. 9

Leuit. 14.

Expiatio leprosi.

Esai 52. 15.

Hoc ipsum prædictum fuerat à Iacob Patriarcha, Genes. 49. in benedictione Iudæ, illis verbis: *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Mirum enim est, vt aduerterunt Diodorus, & Gēnadius in eum locū, vino stolā lauari, & sanguine vuę, quod idem est, pallium ablui, & quanquam per stolam & pallium, humanitas Christi communiter intelligatur, cuius accidentalem gloriam Christus sua passione promeruit, tamen vtrunque ad Ecclesiam refert Origenes homilia 17. super Genesim. *Stola*, inquit, *Christi quæ lauatur in vino, eius Ecclesia intelligitur, quam ipse mundauit sanguine suo: in huius enim sanguinis vino, id est, lauacro regenerationis à CHRISTO lauatur Ecclesia, in morte enim, id est, in sanguine ipsius baptizamur: ad Roman. 6. In sanguine autem vuæ quomodo amictum suum lauit? Amictus propinquior quædam est corpori vestis, quàm stola, ij ergo, qui prius per lauacrum loti stola eius fuerunt effecti, postea quàm ad Sacramentum sanguinis peruenerint, amictus eius esse dicuntur.* Vbi obiter obserua, quanta puritas, & vitæ sanctitas ad Eucharistiam sumendam requiratur: siquidē per communionem, amictus, ideſt, interius Christi indumentum efficimur. Eundem locum de Ecclesia intellexit Diuus Ambrosius libro de benedictionibus Patriarcharū cap. 4.

8

Genes. 49. 11.

Diodor. Gennad.

Ecclesia stola Christi, ex Origene.

Quanta puritas ad Eucharistiā sumendam requiratur.

D. Ambros.

In sanguine, inquit, *vitæ lauit pallium suum, idest, gentes sanguine suo.* Sic etiam interpretatur Diuus Augustinus lib. 12. cõtra Faustum Manichæum cap. 42. Denique hanc sanguinis Christi efficacitatem pulchra similitudine declarat Diuus Chrysostomus homil. 45. in Ioannem: *Quemadmodum*, inquit, *si quis liquefacto auro manum, vel linguam injiciat, quàm primùm deauratur, ita anima immersa sanguine Christi, aurea redditur: resurgit enim vehementiùs igne fluuius, neque incendit, sed abluit quidquid comprehenderit.*

Augustinus.

Pulchra similitudo ex Chrysost.

Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & Patri suo.

SECTIO XIIII.

I

VONIAM Christus Dominus rex simul est, & sacerdos, vtrumq; honorẽ suis impertiuit, vt simul reges, ac sacerdotes essẽt, iuxta illud 1. Pet. 2. *Vos autẽ genus electum, regale sacerdotium.* Regnũ quidem nos fecit (sic enim habes inferiùs cap. 5. *Fecisti nos Deo nostro regnum*) quia regno cælesti ascripsit. Sacerdotes autem, non quod omnes Christiani sine discrimine sacerdotes sint, ita vt nulla sit ordinum in Ecclesia diuersitas, quæ fuit hæresis Lutheri in libro de missa priuata, & vnctione Sacerdotum: verè enim est in Ecclesia sacerdotum consecratio, quã non habent omnes Christiani: qua de re legendi sunt præcipuè Diuus Ignatius epistola ad Heronem, Diuus Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio, & homilia 60. ad populum Antiochenum, Diuus Hieronymus epistola prima ad Heliodorum, & in libro aduersus Luciferianos, & epist. 85. ad Euagrium, Victor lib. 2. de persecutione Vandalica, Diuus Cyprianus epist. 54. Sed quia omnes Christiani Deo sacrificia laudis, gratiarum actionis, mortificationis offerre possunt, quemadmodum docent D. Basil. serm. 2. de Baptismo cap. 8. Diuus August. lib. 20. de ciuitate Dei cap. 10. Leo Papa serm. 3. in anniuersario die assumptionis suæ ad Pontificatum, Diuus Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 1. iuxta illud 1. Pet. 2. *Et ipsi tanquã lapides viui superædificamini in domus spiritales sacerdotium sanctum, offerẽtes spiritales hostias acceptabiles Deo.*

1. Pet. 2. 9.

Apoc. 5. 10.

Lutheri hæres.

D. Ignat. D. Chrysost.

D. Hieron.

Victor. D. Cyprianus.

Primùm enim, quod laudes sacrificia dicantur, perspicuum est ex Psal. 68. *Laudabo nomen Dei cum Cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit Deo, super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.* Vbi vides laudem Dei comparari, imo & anteferri vitulorum sacrificiis. Et Psalm. 49. *Immola Deo sacrificiũ laudis.* Et iterum: *Sacrificium laudis honorificabit me.* Et 115. *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Et Oseæ 14. *Conuertimini ad Dominum, & dicite ei, Omnẽ aufer iniquitatem, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.* In quem locum Diuus Hieronymus: *Vituli*, inquit, *labiorum, laudes Dei sunt, & gratiarum actio.* Eodẽ modo intellexit Paraphrastes Chaldaicus, cùm transtulit, *Sint eloquia labiorum nostrorum penes te accepta, tanquam boues in beneplacitum super altari tuo.* Septuaginta aliter transtulerunt, *Et reddemus*, inquiũt, *fructum labiorum nostrorum.* Ad quã translationẽ videtur alluisse Paulus ad Hebræos 13. cùm dixit: *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis, idest, fructum labiorum confitentium nomini eius.*

Basilius. Augustinus. D. Leo. D. Ambros. 1. Pet. 2. 5.

2

Psalm. 68. 31. Deo sacrificat, qui Deũ laudat. Psal. 49. 14. Psalm. 115. 16 Oseæ 14. 3. Hieronymus. Chald. Paraph.

Hebr. 13. 15.

3

Deinde quòd ipsa carnis castigatio, & prauarum appetitionum repressio, sacrificij nomine censeatur: exploratũ est ex Paulo ad Romanos 12. *Obsecro*, inquit, *vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentẽ, rationabile obsequium vestrũ: & nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.* Et aduerte pro *Rationabile obsequium*, haberi Græcè λογικὴν λατρείαν, hoc est, rationalem latriam, quoniam huiusmodi sacrificium in altissimum Dei cultum, ipsiq; soli debitum redundat: sunt enim ea

Rom. 12. 1.

verba

verba per appositionem intelligenda, vt ipsa corporis castigatio rationabilis latria appelletur, id quod ad præstantiam mortificationis amplificandam, maximè pertinet. Sed quod eo testimonio volumus ostendere est, castigationem carnis sacrificium esse, & eum, qui carnem suam macerat, sacrificare, atque adeò sacerdotem esse, latè accepto nomine & sacrificij, & sacerdotij. Quam ob causam Diuus Gregorius homilia 20. in Ezechielem, comparat altari holocausti mentem eorũ, qui cum Apostolo castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt. *Quod est*, inquit, *altare holocausti? nisi mens bene viuentium, qui peccatorum suorum memores, lacrymis se lauant, carnem per abstinentiam macerant, vbi ex mœrore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur.* Tum verò in huius rei confirmationem affert locum Pauli dictum, docẽs hostiam viuentem dici ab Apostolo corpus Domino afflictum, hostiam quidem, quia iam huic mundo est mortuum; viuentem verò, quia cuncta, quæ prævalet, bona operatur. Sic etiam eundem locum intellexit Origenes libro 9. in epistolam ad Romanos. *Qui*, inquit, *membra sua mortificant, hostiam viuentem rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, quæ in Leuitico est, secundum spiritalem intelligentiam complent; si superbiam viuentem immolant vitulum: si iracundiam superant, arietem: si libidinẽ, hircum: Si vagos, & lubricos cogitationum resecant volatus, columbas, & turtures.* Huc etiam pertinet illud Psalmi. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Legendus est D. Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei cap. 6. vbi ad idem probandum argumentatur ex allato Pauli testimonio. Consulendus est etiam D. Thomas. 12. quæst. 102. art. 3. Deniq; opera misericordiæ sacrificiũ appellantur, vt patet ex Oseæ 6. & Matth. 9. *Misericordiam volui, & non sacrificium.* Quo testimonio ad id probandum D. Augustinus vtitur in commentarijs super Psalmum 49. Potestq; adeò misericordia, potissimumq; eleemosyna sacrificium iustitiæ appellari, cùm eleemosyna iustitia dicatur: etenim Matthæi 6. pro eo quod nos habemus, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*, Græcè est ἐλεημοσύνην, vbi, & D. Hieronymus Latinum verbum, *Iustitiam*, de eleemosyna interpretatur; sed vt generaliùs loquamur quodcunque opus bonum sacrificium dicitur, vt est perspicuum ex Psalmo 50. *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta.* Et alibi: *Sacrificate sacrificium iustitiæ*, idest, bona opera Deo offerte. Hisce igitur modis omnibus, omnes Christiani sacrificia offerunt, & sacerdotes, latè sumpto vocabulo, dici possunt. Videndus est de hoc argumento Caietanus, in tertio suo tentaculo.

Pœnitentia rationabilis latria

Carnis castigatio, sacrificium Deo.

Pœnitentes altiri holocausti comparãtur ex Gregorio.

Qui appetitiones reprimunt, legẽ sacrificiorum complent, ex Origene.

Psalm. 50. 19

August.

D. Tho.

Oseæ 6. 7 Matth. 9, 13.

Aug.

Eleemosyna sacrificium.

Hieronymus.

Psalm. 50. 2.

Psalm. 4. 6.

Omnes Christiani, quo facto dici possint sacerdotes.

Caietanus.

Ipsi gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

SECTIO XV.

AMEN, אמן dictio est Hebræa, à radice, אמן Aman, idest, credere: & quia fides habet adiunctam fidelitatẽ, significat etiam, fidelem esse, rursusque quoniam fidelitas sine veritate, & stabilitate esse nõ potest, indè est, quòd veracem, & stabilem esse significat. Ex hoc iam perspicua sunt multa scripturæ sacræ testimonia: cuiusmodi est illud Esaiæ 65. *Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, Amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo, Amen.* id est, in Deo fideli, & veracẽ, quemadmodum exposuerunt Septuaginta transferentes, *Seruientibus mihi vocabitur nomen nouum, quod benedicetur super terram, benedicent enim Deum verum, & iurantes super terram iurabunt Deum verũ.* Est enim eo loco *Amen*, in margine, instar nominis, quo testimonio, vt obiter hoc indicem, significatur, seruos Messiæ nomine nouo appellandos, id est, Christianos, quemadmodum interpretatur Cyrillus Alexandrinus in cõmentarijs suis super Esaiam, & Diuus

Varia scripturæ loca elucidãtur Esai. 65. 16.

Cyril. Alexan.

D. Cyprianus.

Cyprianꝰ lib.1. testimoniorum aduersus Iudæos cap. 22. Simul etiã ex eodem loco diuinitatem Christi probat, D.Hilarius lib.5. de Trinit.& D. Ambrosius lib.1.de fide cap.7. *An ne Ambigitur*, inquit Hilarius, *Quis iuretur à Christianis? quis benedicatur? Omne os credentium te Christe Deum loquitur, omnium credeutium fides te Deum iurat.* Vndè Christus appellatur, Amen, inferiùs à Ioanne cap. 3. illis verbis. *Hæc dicit Amen testis fidelis,& verus.* Vbi *AMEN*, idem est atque fidelis & verax, vt Ioãnes idem & Hebraicè & Græcè dixerit: Eodem sensu vt nomen, ponitur 2.ad Corint.1.cum dixit Paulus, *Dei filius IESVS CHRISTVS, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Syluanum,& Timotheum, non fuit E S T,& N O N, sed E S T in illo fuit: quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo E S T, ideò & per ipsum, Amen Deo, ad gloriam nostram.* Hoc est in Euangelij prædicatione, non eram incõstans,& varius, vt modo vnũ, modo aliud contrarium de Christo prædicarem: itaq; idem semper Christus à me fuit prædicatus, nec vnquã mea prædicatio sibi fuit dissimilis: vbi aduerte, dictioni, *est*, respondere græcè, particulam ναὶ quæ idẽ est atque *etiam* sic, enim græcè habetur οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὐκ ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν, id est. *Non fuit, etiam, & non, sed, etiã, in ipso fuit*, verũ rectè interpres ναὶ, *EST*, transtulit. Quod verò sequitur. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est, ideò, & per ipsum Amen Deo, ad gloriam nostram*: hũc sensum habet: *Quotquot promissiones Dei sunt, in illo*, hoc est, in Christo, *Est*, sunt, græcè ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ ideſt in ipso, ipsum etiam scilicet sunt, hoc est, stabiles sunt, nec habent admistum, *etiam*, &, *non*, sed solum, *Etiam*, hoc est veræ sunt;& implentur in Christo. Dentque subiungitur, *Ideò & per ipsum Amen Deo ad gloriã nostrã*: quod quidã sic interpretãtur, Ideò per ipsũ Christũ sunt *Amen Deo*, ideſt fideles & veræ apud Deũ. Dici etiã potest, & fortasse melius, *Amen*, hoc loco, non poni loco nominis; sed aduerbiũ esse consentientis, & confirmantis hoc sensu, Ideò per Christum dicimus *Amen Deo*, hoc est, Dei in promissis implendis firmitati, fidelitatique consentiẽtes, eam ipsam promissionem, veritatem, fidelitatemq; Deo acceptam referimus: quam expositionem magis sonare videtur ipse Græcus contextus, qui sic habet ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν τῷ θεῷ πρὸς δόξαν ἡμῶν, si enim illud τὸ ἀμὴν idem esset quod τὸ ναὶ, vt interdum aliàs: non erat opus repetere ἐν αὐτῷ sed dicendum erat, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ καὶ τὸ ἀμὴν hoc est in ipso sunt etiam & Amen ideſt veræ & fideles, quare cum Apostolus dicat, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν, non videtur voluisse eandem sententiam alijs verbis replicare, sed aliud quiddam dicere, hoc est, in ipso sunt veræ,& in ipso nos, Amen, dicimus. Accedit, quod illud τῷ θεῷ id nõ obscurè declarat, quid enim quæso est Dei promissiones esse fideles Deo? cũ igitur Paulus dicat, & in ipso *Amen Deo*, non videtur illud *Amen* pro, fideles vsurpare: sed pro aduerbio cõfirmãtis & consentientis accipere, atque adeò supplendum esse verbum, dicimus, vt sit sensus, per ipsum Christũ dicimus Deo, Amen, propter promissionũ, quas in Christo adimpleuit, veritatem: itaque *Amen*, hoc loco ad aliam eius acceptionem pertinet, cuius paulo post mentionẽ facimus.

Hincfactũ est, vt *Amen*, significet etiã, verè, vt Genes.18. *Num amen paritura sũanus*, imò & sit aduerbium affirmandi, vt in Euãgelio non semel, *Amen, Amen dico vobis*, Est etiam aduerbium optandi, quòd septuaginta per, γένητο, ideſt, fiat, reddiderunt, vt Psal. 40. Hebraicè, *Benedictus Dominus Deus Israel, à seculo, & vsque in seculũ, Amen, Amen*, septuaginta, *fiat fiat*. Et Psalm. 71. Hebraicè, *Replebitur gloria eius vniuersa terra, Amen, Amen*, Septuaginta, *fiat fiat*. Denique Deuteronomij.27. Hebraicè, *Dicet omnis populus, Amen*, Septuaginta, *fiat*. Quibus in locis manifestè, *Amen*, est optantis, qua significatione, *Amen*, scripsit Paulus cũ ea voce omnes suas epistolas quasi

Hilarius. Ambrosius.

Apoc.3.14

Amen, quot habeat in sacris literis significationes.

2.Cor.1.19

Amen, aduerbium consentientis.

2

Amen aduerbiũ affirmantis. Genes.18.14.

Item & optãtis.

Psalm.40.14

Psalm.71.19.

Deut.27.16.

aureo

aureo quodam puncto concluſit, & ita etiam ſumitur hoc loco à Ioanne cum ait, *Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum Amen*, optat enim, vt Chriſtus ab omnibus colatur, atque in omnibus per fidem & charitatem imperium obtineat, hoc eſt, vt ipſum vniuerſi glorificent, atq; vt regem ac principem ſuũ recipiant, ſummoq; honore & amore proſequantur.

Ioannis deſiderium.

Ecce venit cum nubibus.

SECTIO XVI.

I

EXCITAT Ioannes omnes ad colendã pietatem, & vigilandum ex eo, quòd Chriſtus citò venturus ſit ad vniuerſale iudicium, hoc enim indicat illud, *Ecce*, & verbum præſentis temporis, *Venit* ἔρχεται. Cum additur, *nubibus*, alluditur ad illud Chriſti apud Matth. cap. 24. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus.*

Matth. 24. 30.

Cuiuſmodi futura ſit nubes in qua Chriſtus ad iudicium venturus eſt.

Sotus.

Cum Chriſtus de ſuo ad iudicium aduentu, nubem ſeu nubes, in quibus eſt vẽturus, toties nobis, inculcet, operæ pretium eſt, primùm diſquirere, cuiuſmodi ea nubes futura ſit, atque in primis placet quod ait Sotus in 4. diſt. 47. q. 2. art. 1. Nubem, ſeu nubes eiuſmodi futuras eſſe miraculoſas, quia in ipſo reſurrectionis articulo motus cæli ceſſabit, nec amplius erunt vapores, qui poſſint in nubem concreſcere. Probatur etiam nobis, quod ait Rupertus in hunc locum. *Huiuſmodi*, inquit, *nubes non erunt, quales nunc ſæpe videmus pluuijs rorantes, terramq; refrigerantes, ſed procelloſe ignem ſpirantes, & fulmina iacientes, iuxta illud Pſalmi 49. Ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida.* Et illud Pauli 2. ad Theſſalonicenſes 1. *In reuelatione Domini Ieſu de cælo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis, dantis vindictam, iis, qui non nouerunt Deum.* Quanuis hæc teſtimonia magis pertinere videantur ad ignẽ illum, qui dicitur, conflagrationis, quo

Rupertus.

Pſal. 49. 3.

2. Theſſ. 1. 7

vniuerſus orbis paulo antè iudicium purgabitur. Et quidem terribilem futurum Domini ad iudicium aduẽtum, docet multis in locis ſacra pagina, & Patrum omniũ doctrina. Vndè Iob 31. dicitur, *Semper, quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Quem locũ Græci ita trãſtulerunt. πόθος κυρίε συνέχε με, καὶ ἀπο τῆς λήψεως αὐτε οὐχ ὑπόισω, ideſt, *Timor Dei continuit me, & captionem eius non feram.* Cuius loci literalis ſenſus is eſt; præter quàm quòd (ait Iob) turpe ſit, pupillos, & pauperes opprimere, alia tamen me quoque cauſa deterruit, nimirum Dei timor, qui ſolet in eorum oppreſſores grauiter animaduertere, quare *timui captionem eius*, ideſt, ne ab illo caperer, & acerrimè flagellarer: & ſecundum noſtram editionem, *timui*, ne ab eo tanquam à grauiſſimo pondere opprimerer, id quod etiam dixit Salomon, Prouerbiorum 23. *Ne attingas parvulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas, propinquus enim illorum fortis eſt, & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum.* Vbi per *propinquum*, Deus ipſe intelligitur, pro quo Græcè eſt *redemptor*, ſic enim habẽtur græcè ὁ γὰρ λυτρούμενος αὐτοὺς κύριος κραταιός ἐστι, hoc eſt redimens illos dominus fortis eſt: cui concinit quod ſequitur, καὶ κρινεῖ τὴν κρίσιν αὐτῶν μετὰ σοῦ, hoc eſt & iudicabit iudicium illorum tecum: hoc eſt cauſam eorum defendendã ſuſcipiet, iuxta illud Pſal. 9. *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor.* Verùm ad tempus iudicij refert D. Gregorius libro 20. Moralium c. 16. *Quoniam*, inquit, *qui extremi iudicii aduentum intenta mente conſiderat, videt, quia tantus pauor imminet, quantum non ſolum tunc videre, ſed etiam nunc præuidere pertimeſcat, quia cùm ſupernæ maieſtatis vim ad iudicium venientis, terroremq; tanti examinis conſiderando, animus conatur exquirere, mox ad ſe ipſum refugiens ſe ſe expauſcit inuenire.*

Ad ictus Domini ad iudicium terribilis.

Iob. 31. 23.

Prou. 23. 10.

Deus paruulorum & pauperũ patronus.

Pſalm. 9. 14.

D. Greg.

Sed vt ad procellam, & fulgura reuertamur, cohæret cum Ruperti ſententia illud Eſaiæ 66. *Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius.* Quem locum tractans D. Auguſtinus libro 20.

2

Eſaiæ. 66. 15.

D. Auguſt.

de

Augustinus.

de Ciuitate Dei cap. 21. *Quasi ignis*, inquit, *Dominus veniet* (sequitur versionem Septuaginta) *ijs profectò, quibus pœnalis erit eius aduentus.* Ad literam illud *Quasi turbo* velocissimum eius, & terribilem aduentum notat, turbo enim celerrimè obuia quæque deijcit. Meminit verò Propheta *quadrigarum*, vt cum exercitu, quasi præliaturus, aduentare intelligatur. Et quidem modò, dum durat vita præsens, quadrigæ eius pulcherrimo nomine Saluatio appellantur. Habachuc cap. 3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.* Tunc verò in die Iudicij; quasi turbo quadrigæ eius futuræ dicuntur: quam similitudinem etiam vsurpauit Hieremias cap. 23. *Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum.* Eodem spectauit Daniel. cap. 7. *Aspiciebam*, inquit, *donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus.* Porrò est obseruandum, nubem istam, in qua CHRISTVS ad Iudicium veniet, probis quidem spem fiduciæ, & protectionis præbituram, reprobis autem fore terrificam; quod typicè in illa nube fuit expressum, quæ populum Hebræum ab Ægyptiorum exercitu diuidebat. Exod. 14. vbi sic legimus, *Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & eum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem.* Quem locum tractans Abulensis quæstione 4. super decimũquartum caput Exodi, ait, Nubem illam fuisse tenebrosam contra partem exercitus Ægyptiorum, illuminantem verò noctem contra partem filiorum Israel; ita vt vnum latus, quo respiciebat Ægyptios, tenebrosum esset, alterum verò, quo ad Hebræos spectabat, omnino lucidum. Huc etiam pertinet illud Exodi 10. cùm dicitur: *Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti tribus diebus, nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. Vbicunque autem habitabant filij Israel, lux erat.* Id quod etiam in Dei throno igneo, paulò antè citato apud Danielem declaratur, ignis enim cum paleam denigret, & consumat, aurum tamen reddit splendidius, & illustrius.

Domini ad Iudicium venientis habitus.

Habach. 3. 8.

Hierem. 23. 19.

Daniel. 7. 9.

Iudicij nubes, protectio probis, reprobis terror.

Exod. 14. 19.

Nubes deserti qualis fuerit.

Abulens.

Exod. 10. 22.

Secundò, Quæri potest, cur Deus in nube, seu nubibus, venturus sit? Respondemus eam esse causam, quia nubes est regalis Patris sui thronus, atque adeò tanquam princeps in paterno throno, hoc est, in nube considebit. Idcircò enim Diuus Chrysostomus ait, CHRISTO in Ascensione missam fuisse à Patre nubem, quasi sellam regalem, tomo tertio sermone de Ascensione Domini. *Helias*, inquit, *in curru igneo ascendit*, CHRISTVS *in nube, nam quando seruus vocabatur, currus mittebatur, vt veniret, at quando filius ascendebat, Dominica sedes occurrebat, nec tantùm Dominica, sed etiam Paterna.* Etenim de Patre eius ait Esaias capite 19. *Ecce Dominus sedet in nube leui*, seu, vt nostra habet translatio, *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*, seu iuxta proprietatem verbi Hebraici: *Ecce Dominus equitabit super nubem leuem*: quanquam hunc locum de CHRISTI carne interpretatur Diuus Augustinus, tractatu 34. in Ioannem, docens carnem Christi appellari nubem, quia sicut nubes Solem temperat, ita caro CHRISTI Diuinitatem intus latentem temperabat, ne intuentium oculos suo splendore præstringeret: *Nube*, inquit, *tegitur carnis, non vt obscuretur Sol, sed vt temperetur.* De eadem carne nubem istam interpretatur Eusebius libro 1. Demonstrationis Euangelicæ cap. 4. & Cyrillus Alexandrinus, atque Procopius, in commentariis super Esaiam.

3

Aduentus Domini cur in nube.

Chrysost.

Nubes Ascensionis sella regalis.

Esaias 19. 1.

Augustinus.

Christi caro, nubes.

Euseb. Cyril. Alexan. Procopius.

Cæterùm, vt ad institutum reuertamur, nubes est proprius Dei thronus, vt est perspicuum ex loco Esaiæ citato, & ex cap. decimonono Exodi cùm dixitur: *Veniam ad te in caligine nubis.* Cuius rei duplex ratio afferri potest: vna est, in typum incomprehensibi-

4

Exod. 19. 9. Nubes incomprehensibilis Dei naturæ typus.

lis Dei naturæ, quam non nisi per caliginem, & nubis obscuritatem in hac vita mortali, cognoscere possumus: quo sensu dixit Paulus 1. ad Timoth. 6. *Qui lucem habitat inaccessibilem*: & Regius vates Psalm. 17. *Posuit tenebras latibulum suum*. Sic enim hunc locum intellexit Gregorius Nazianzenus in Apologetico: *Vix*, inquit, *Dei splendorem capientes, quem abyssus operit, cuius tenebræ latibulum sunt, quantumque percipitur, tantundem semper se subducit, amantesque sui ex eo, quòd fugit, ac velut iam comprehensus se proripit, ad superna illicit*. Quò spectat illud Sponsi ad Sponsam, Canticorum 6. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt*, pro quò Hebraicè legimus, *Quia ipsi me extulerunt*: cuius loci duplex est expositio. Altera, vt sit sensus, quia ipsi me superbire fecerunt, seu insolentiorem reddiderunt, quemadmodum ferè omnes Hebræi interpretantur, vt nimirum sponsus sponsam admoneat, ne ipsum respiciat, quia oculorum eius pulchritudo eum quodammodo superbire facit, & supra modum gaudere, quod à tanta ametur pulchritudine. Altera, vt, *Extulerunt*, idem sit quod *Auolare fecerunt*, quemadmodum habet nostra translatio, & velit sponsus sponsam admonere, ne curiosiùs ipsum contempletur: quia quò magis, inquit, intelligendi aciem in me intenderis, eo magis tuam cognitionem subterfugiam: clarius enim perspicies quantum tua intelligendi vis à meæ naturæ sublimitate superetur: Legendus est Gregorius Nazianzenus Oratione de fide, vbi inter alia, *Certè*, inquit, *hoc est Deus, quod cùm dicitur, non potest dici, cùm æstimatur, non potest æstimari: cùm definitur ipsa definitione crescit, Quem omnia nesciunt, & metuendo sciunt*. Altera ratio est ea, quia nubes est signum gratiæ, & protectionis diuinæ, suos ab æstu tentationum, ac laborum protegentis; & quoniam Deus de hominum protectione gloriatur, idcircò protectionis gaudet symbolis ad spem & fiduciam hominibus afferendam, iuxta illud Psalmi 104. *Expandit nubem in protectionem eorum*. De quà re legendus est Gregorius Nyssenus in libro de vita Moysi, & Origenes homilia 7. super Numeros.

Postremò possumus hunc locum sic mysticè accipere, *Venit cum nubibus*, id est, cum sanctis. Dicuntur autem sancti nubes secundum Diuum Thomam in caput duodecimum epistolæ ad Hebræos. Primò, propter conuersationis sublimitatem, iuxta illud Esaiæ 60 *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Et illud Pauli ad Philippenses 3. *Conuersatio nostra in cælis est*. Secundò, propter doctrinæ fœcunditatem, iuxta illud Iob 36. *Effundit imbres: ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt*. Tertiò, secundum Diuum Chrysostomum in eũdem locum, propter spiritualis consolationis vtilitatem: sicut enim nubes refrigerium præstant: ita exempla sanctorum. Quartò, secundum Hugonem Cardinalem ibidem, quia quemadmodum à nubibus procedunt pluuia, coruscationes, & fulgura, sic à sanctis pluuia doctrinæ: coruscationes miraculorũ, fulgura comminationum oriuntur. Quintò, secundum Origenem in commentariis super Hieremiam. Quia quemadmodum fulgura ex nubium collisione generantur, in morem silicum, quos cùm comploseris, medius ex iis ignis illicitur, ita nubes rationales, si secum loquantur, ignem amoris diuini, & spiritualium commotionum fulgura ex se emittũt.

1 Timot. 6. 16. Psalm. 17. 12.

Nazianz.

Cur amãtib⁹ se subducat Deus.

Cant. 6. 4.

Elucidatur Cãt. locus, & illustratur.

Nazianz.

Nubes signum diuinæ protectionis.

Psalm. 104. 39.

Nyssenus. Origenes.

5

D. Thom. Sancti nubes, propter multa.

Esai 60. 8. Philipp. 3. 20

Iob 36. 27.

D. Chrysost.

Hug. Card.

Origenes.

Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

SECTIO XVII.

SENSVS

1



ENSVS. verus est, omnes tam probi, quam improbi, CHRISTVM in Iudicio corporeis oculis videbũt, ex quo & Christum in corpore suo visibilem omnibus venturum, & vniuersos mortales à mortuis forè excitandos manifestè colligitur. Fit autem mentio, præcipuè eorum, *qui eum pupugerunt*, quia ij maximo quodam doloris sensu afficientur: cum viderint eum olim à se tam ignominiosè acceptum, tanta iam gloria coruscantem, & orbis vniuersi iudicem constitutum. Sumptum est hoc testimonium ex Zachar. 12. vbi ita legimus: *Aspicient ad me, quem confixerunt*. Quem locum citauit Ioannes in Euangelio cap. 19. vbi cùm narrasset, quomodo Christo latus apertũ fuisset, subiunxit: *Et iterum alia scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt*: quo loco Ioannes mutatis verbis, sensum Prophetæ retinuit.

Zach. 12. 10.

Ioan. 19. 37.

2

Argumentatur Hieron. contra translat. Septuaginta.

Primò, Notandum est ex hoc loco D. Hieronymũ occasionem sumpsisse contra Septuaginta translationem argumentandi. Quia videlicet ipsi transtulerunt, *Aspicient in me pro eo quod Insultauerunt*: cùm enim Ioannes hanc sententiam aliis verbis citet: *Videbunt*, inquit, *in quem transfixerunt*, constat procul dubio, *transfixerunt* scriptum fuisse, non autem *insultauerunt*: ex quo rursus argumentatur Hieronymus deceptos fuisse Septuaginta similitudine Hebraicarum literarum, Res, ר, & Daled, ד, Nam si legamus, Dacharu, דקרו, erit confixerunt. Si autem Rachadu, דקדו, *saltauerunt*. Vndè Euthymius in Ioannem, ait, verisimile esse alium fuisse locum, quem Ioannes citauerit, erasũ postea à Iudæis. Cæterũ non est cur fingamus aliud scripturæ testimoniũ, præter illud Zachariæ citatũ, ad quod Ioannes alluserit, dicique potest Septuaginta interpr. דקרו Dacharu legisse, & transtulisse *transfixerunt*. Verum Iudæos 70. trãslationem suo more corrupisse, corruptã enim esse editionem 70. multis in locis ab Hebræis, auctor est Iustinus Philosophus & martyr in Dialogo cum Tryphone, & Diuus Hieronymus præfatione in libros Paralipomenon, & in cap. 30. Esaiæ in illa verba, *Erit lux lunæ*. Et cap. 5. Ezech. in illa verba, *Tertia tui pars*, & in cap. 33. eiusdem, & D. Augustin. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 13. & probatur, quia Genes. 5. Secundum Septuaginta translationẽ, inuenitur Mathusalẽ vixisse quatuordecim annos, & eo ampliùs post Diluuium, cùm tamen in Arca non fuerit: solum enim octo animæ per Arcã saluæ factæ sunt, nimirum, Noë, Sem, Cham, & Iaphet, & vxores eorũ, vt est perspicuum ex Genes. 6. & 1. Petri 3. cui difficultati respondere aliter non potuerunt D. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, D. Augustinus lib. 15 de Ciuitate Dei cap. 13. Eucherius in cap. 5. Genes. & alij, nisi admittendo deprauatam esse Septuaginta translationem. Præterea Ionæ 3. vbi Septuaginta habent, *Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur*: apud Hebræos & Latinos codices legimus, *Adhuc quadraginta dies*. In quem locum D. Hieronymus testatur, nullo modo posse defendi lectionem Septuaginta. & D. Augustin. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 44. fatetur Ionam non trium, sed quadraginta dierũ numerum præscripsisse, quanquam eius diuersitatis allegoricam conatur rationem afferre, verũ de hoc fusiùs in nostris super Zachariam cõmentarijs.

Iustin. Philos.

D. Hieronym. Ezech. 30. 26.

Ezech. 5. 10.

D. Augustinus Genes. 5.

Genes. 6. 1. Petri 3.

D. Hieronym. D. August. Eucher.

Ionæ 3. 14.

August.

Euthym.

Editio 70. multis in locis corrupta ab Hebr.

Secundò, dubium esse non debet, quin Ioannes hoc loco loquatur de apertione lateris Christi, cùm ait, *Qui eum pupugerunt*, siquidem constat, eum alluisse ad locum Zachariæ 12. iam citatum, vbi legimus *Confixerunt*, quem depercusso Christi latere intelligẽdũ esse Ioãnes ipse interpretat est c. 19. sui Euãgelij. Nec verò cùm audis, *Pupugerunt*, existimes punctum dumtaxat fuisse CHRISTI latus, nam Ioannes ipse, cap. 19. sic ait: *Vnus militum lancea latus eius aperuit*: quod verbum iam superius expendimus cum Diuo Augustino, tractatu 220. super Ioannem.

3

Ioan. 19. 34.

August.

Itaque vt omnes homines libere possent per illud latus apertum ad salutē ingredi, non punctum tantum, sed apertum fuit; Atque adeò per ostium arcæ Noë figuratum, quemadmodum docet Diuus Augustinus lib. 15. de Ciuitate cap. 26. *Quod ostium* (inquit) *in latere accepit profectò illud est vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est, hac quippe ad illum venientes ingrediuntur.* vbi videtur Augustinus ostium illud Arcæ intelligere, per quod animalia in Arcam ingressa sunt: qua de re legendus est idem Augustinus lib. 12. contra Faustū Manichæum cap. 39. Rectè etiam possumus existimare fenestram illam, quā iussus est Noë facere in superiori parte Arcæ, Genes. 6. quam in fine diluuij aperuit, & per quam columbā emisit, latus Christi adumbrasse: quam fenestram, Magister historiæ scolasticæ in Genes. cap. 32. existimat fuisse crystallinam, ad aquas nimirum prohibēdas, & lucem admittendam. Hebræi verò aiunt, fuisse lapidem quendā pretiosum fulgentissimum, velut Carbunculum, splendore suo totam Arcam illustrantem, quæ omnia in latus Christi mirificè quadrant, quod veluti crystallinum fuit, tum quoniam per illud nobis misericordiæ eius viscera patuerunt, tum quoniam idem propter ardorem charitatis instar Carbunculi radians, vniuersam Ecclesiam illustrauit. Rupertus lib. 3. in libros Regum cap. 10. expendens structuram templi Salomonis, de qua agitur 3. Regum 6. docet ostium illud lateris medij in pariete domus dextræ, & cochleam, per quam in medium Cœnaculū, & à medio in tertium ascendebatur, idē Christi latus expressisse. *Ostium*, inquit, *lateris templi, vulnus est in latere lanceato Dominici pectoris, præter quod non est aditus, neque ostium, vel ianua, qua intret quis, in quouis ordine coram Deo stare possit: ergo vnū est ostiū, per quod intratur in illud Dei templum, quò cùm quis admissus fuerit, tunc demum ascendere poterit, vel à primo in medium, vel à medio in tertium, prout delectauerit quemcunque ascensus virtutum, vel celsitudo meritorum.*

Latus Christi apertum, per quod figuratū.

Augustinus.

Augustinus.

Genes. 6.

Magist. hist. scholast.

Fenestra arcæ Noë, ex qua materia.

Rupertus.

De eodem CHRISTI latere intelligendum est illud Canticorum. 2. *Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Quem locum plerique Hebræorum ita vertunt, *In circuitus rupis*, aiuntque vocem Hebræam significare etiam Sphæram, & ambitum illum, qui terram cingit, quòd maximè lateri Christi conuenit, quod vniuersi terrarum orbis, omniumque hominū capax est. Erit igitur sensus, spōsa mea quæ instar columbæ times, abscondere in foraminibus petræ, idest, in vulneribus sponsi, & *in cauerna maceriæ*, hoc est, eiusdem latere. Christus enim petra dicitur 1. ad Cor. 10. videturq; alludi ad illud, quod Dominus respondit Moysi postulanti, vt faciem sibi ostenderet, Exodi 33. *Est*, inquit, *apud me locus, & stabis supra petram, & transibo, & abscondam te in foramine petræ, & manu mea protegam te.* Luculentiùs adhuc idē apparet, si legamus cum plerisq; Rabbinis Hebræorum pro *cauerna maceriæ, In latibulo graduum*, seu *In latebris scalarum*, & cum iisdem interpretemur de foraminibus, & latibulis, quæ inueniuntur in aggeribus, quibus arces, & muri ciuitatū muniūtur, vt sit sensus, quāuis hostes te obsideant & premant, habes tamen arcē ad quam confugias, id est Christum, & in ea latibula & foramina, hoc est vulnera, in quibus abscondaris: habes etiam scalas, & gradus, quibus ad salutem & securitatem ascendas: Christus enim scalis comparatur, per quas Angeli ascendunt, & descendunt. Hùc etiam videtur alluisse Esaias, cùm dixit cap. 2. *Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini.* quanquam hunc locum de die Iudicij plerique interpretātur, & Regius vates Psalm. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum: etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* Et Psal. 103. *Montes excelsi ceruis, petra refugium herinaceis.* Deniq; Prouerb. 30. *Inter animalia astuta & prudentia, enumeratur lepusculus, quod ponat in petra cubile suum.*

Tertiò, quæres. Quinam sint isti, qui

4

Cant. 2. 14.

Latus Christi mundi capax.

Foramina pectoris, vulnera Christi.

1. Cor. 1. 10

Exod. 33. 21.

Christus arx.

Esaias 2. 10.

Psal. 83. 3.

Psal. 103. 18.

5

cum

cum pupugerunt. Constat ex Ioanne 19. vnũ ex militibus lancea latus Christi aperuisse, vulgò autẽ creditur, hunc militem fuisse Lõginũ, eundẽque, cùm cæcus esset, Christi sanguine eius oculos tangente, aspectum recuperasse, sed hoc apochryphum esse meritò existimat Cardinalis Cæsar Baronius, in suis Annalibus Ecclesiasticis, vbi putat Longinum fuisse illum Centurionem, qui videns Christum magna voce clamantem expirasse, dixit, *Verè filius Dei erat iste*, & ita conuersus est, atque adeò non debuisse post suam conuersionem lancea latus Christi perfodere. Cæterùm cùm dicitur, *Videbunt in me quem transfixerunt, vel videlunt eum qui eum pupugerunt*, Iudæi præcipuè intelligendi sunt, qui in die Iudicij videbunt Christum, quem ipsi crucifixerunt, iudicem orbis terrarum constitutum: atque ex hoc loco manifestè colligitur Dominum vẽturum ad iudicium cum signis vulnerum, quæ in cruce accepit, aliâs enim quomodo agnoscent Iudæi illum ipsum iudicem crucifixum fuisse, eique latus apertum, nisi vulnerum appareant cicatrices. Id quod conceptis verbis docet Diuus Chrysostomus homilia 77. in Matthæum, & homilia 1. de Cruce, & Latrone, tomo 3. vbi ad idem ostendendum ex hoc ipso loco argumentatur, quod fiet ad maiorem confusionẽ impiorum. Eandemque ob causam *apparebit signum filii hominis in cælo*: quemadmodum dicitur Matthæi 24. Quo loco etsi Caluinus, & alij quos refert Marloratus in sua catena ad cap. Matthæi 24. negent agi de Cruce, dicantque eum esse sensum. *Tunc parebit signum filij hominis in cælo*, id est, tunc apparebit Christus tam manifestè, ac si edito signo in se omnium oculos conuertisset. Tamen omnes veteres de Cruce locum intellexerũt, sic enim docẽt Sanctus Ephræm oratione de apparitione crucis tempore iudicij, Hypolitus martyr oratiõe de Consummatione mundi, & de Antechristo. Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. 15. Diuꝰ Chrysostomus homilia 55. & 77. in Matthæum, Origenes, Hieronymus, Hilarius, Theophylactus, Euthymius, Beda in 24. cap. Matthæi, Diuus Augustinus sermone 130. de tẽpore. Sibylla etiam lib. 6. Oraculorũ in fine his verbis.,

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit:
Nec te terra capit, sed cæli tecta videbis.
Cùm renouata Dei facies ignita micabit.

Ecclesia quoq; canit in festo Inuẽtionis, *Hoc signũ Crucis erit in cælo, cùm Dominus ad iudicandum venerit.* Imò Thomas Vvaldensis tomo 3. tractatu 20. cap. 158. non improbabiliter existimat eãdem illam crucem ligneam, cui Christus affixus fuit, & nunc in minimas particulas toto orbe diuisa est, iterum diuinitùs reformandam, & in cælo apparituram: quod etiam videtur asserere Sibylla loco citato, & innuere Patres citati ijsdem locis. Potissimùm verò Diuus Chrysostomus. Legendus est Diuus Thomas 3. par. quæst. 54. art. 4. vbi quinq; affert rationes, cur Christus voluerit vulnerum cicatrices reseruare. Prima est Bedæ, vt videlicet in perpetuum victoriæ suæ circumferat triumphum, quam eandem ob causam Diuus Augustinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 20. ait fortasse in illo regno mansura esse in corporibus Martyrum vulnerum signa. Secunda. Ad confirmanda corda discipulorum. Tertia. Vt ea Patri pro nobis orans semper ostendat. Quarta. Vt nobis amorem suum magis declaret. Quinta denique, vt in iudicio, quam iustè impij damnentur clarè denũciet. Vndè Diuus Augustinus in libro de Symbolo, *Inimicis*, inquit, *vulnera demonstraturus est sua, vt conuincens eos dicat, Ecce hominem, quem crucifixistis, videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniam per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.*

Quartò & postremò. Per eos, qui Christum pupugerunt, etiam ij intelligendi sunt, qui eum in suis fidelibus persequuntur, & quasi pungunt, cuiusmodi sunt tyranni, & hæretici, iuxta illud Zachariæ 2. *Qui tetigerit vos, tangit*

Latus Christi à Longino nõ apertum.

Cæsar Baron.

Christus venturus ad iudicium cum signis vulnerum.

Crux apparitura iudicij tẽpore ex Patribus, contra Caluinum.

S. Ephræm.

Hippol. mart. Cyril. Alexan. Chrysost. Origenes. Hieronymus. Hilarius. Theophylact. Euthymius. Beda. Augusti. Sibylla.

Vualdens.

Crux lignea diuisa iterum reformanda diuinitùs, ex Vuald.

Sibylla.

Chrysost.

D. Tho.

Beda.

Vulnerum cicatrices cur reseruauerit Christus.

Augustinus.

Aug.

6

Christum pungunt, qui fideles persequuntur.

pupillam oculi mei: quo loco in Hebræis, Græcis, Chaldaicis, Complutensibus, regijsque codicibus habetur, *Tangit pupillam oculi sui*, & est duplex sensus. Vnus, qui vobis nocet, sibi potiùs nocet, quã vobis, grauiter enim punietur: quæ expositio est Cyrilli Alexandrini, Vatabli, & aliorum. Alter, qui placet D. Hieronymo, ac Theodoreto, & est cõmunior, *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi sui*, seu, *eius*, ideſt Dei. vt nimirũ Propheta ipse loquatur, hoc est maximè Deum offendit, & alludere videtur Propheta ad illud Deuteronomij 32. *Circunduxit eum, & docuit, & custodiuit, quasi pupillam oculi sui*: quam custodiam postulabat regius vates, cùm dicebat Psal. 16. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi*. Quem locum expendens D. Ambrosius lib. 6. in Hexameron: *Pupillæ*, inquit, *Ne qua incidentis iniuriæ offensione lædãtur, palpebris hinc indè consertis, velut quodam vallo, per circuitũ muniuntur, vndè tutum auxilium postulans Propheta, ait, Custodi me Domine, vt pupillam oculi; vt protectionis Diuinæ fieret tam secura custodia, quam pupillam oculi tutissimo quodam naturæ vallo, munire dignatus est: simul & quia & innocentia, & integritas leui sorde aspersa violatur, & gratiæ suæ munus amittit.* Hæc Ambrosius. Tangere autem est, vel minimum lædere; vt hinc discas summum Dei erga nos amorẽ, qui vel minimum suorum tactum, sibi acerbissimum esse demonstrat, cùm eum comparet læsioni pupillarum. D. Hieronymus in commentariis super Zachariam sic exponit, *Qui Sanctos*, inquit, *Domini tetigerit, sic est, quasi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare, de qua loquitur Matt. 5. Vos estis lux mundi.* Itaq; vult Hieronymus sanctos esse veluti lumen oculorum Dei, quo quid præclarius dici potuit ad iniuriarum magnitudinem amplificandũ, quibus sancti à sceleratis hominibus afficiuntur, nihil enim aliud præstant, quàm Dei pupillam tangunt, & eius oculorum lumen offendunt.

Cyrill. Alex. Vatabl. D. Hier. Theodor.

Deut. 32. 13.

Psalm 16. 7.

Diuina protectio pupillæ munitioni comparatur ex Ambr.

D. Hier.

Matthæi 5. 15.

Oculos Dei offendunt qui Sanctos lædunt.

Et plãgent se super eum, omnes tribus terræ: etiam, Amen.

SECTIO XVIII.

NON placet quorundam sententia existimantiũ, hoc loco sermonem esse tantũ de Iudæis: quãquam enim paulo antè Ioannes de Iudæis locutus fuerat, cùm dixit, *& qui eum pupugerunt*, quod ad Iudæos spectare dixim⁹: quia tamen simul de vniuersis hominibus dixerat, *videbit eum omnis oculus*, non cogimur, eum, cùm adiunxit, *& plangent se super eum omnes tribus terræ*, ad Iudæos tantum restringere, eò vel maximè, quod his verbis videatur respicere ad locum illum Matthæi 24. Vbi Christ⁹, ait, *Parebit signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ.* Vbi Dominum non de solis Iudæis locutum perspicuum est: idemque modus ipse vniuersè loquendi de omnibus terræ tribubus, non obscurè confirmat; qui non satis explicatur de Iudæis, qui ex omnibus tribubus, toto orbe dispersi sunt: cùm non dictum sit à Ioanne, *omnes tribus in terra*, *sed omnes tribus terræ*, quod fusiorem significationem habet. Nec verò illud magni est ponderis nomen *tribus*, solere in sacris literis Iudæis attribui, Ioãnemq; hoc loco φυλὴν vsurpare, quo cap. 7. vtitur cùm sigillatim nominat *tribus Israel*: quamquam enim Latinum nomen *tribus*, & Græcũ φυλὴ de Hebræorum tribubus dici soleat, tũ neq; ex primaria impositione, neq; ex accommodatione, & vsu ad solos Iudæos pertinet: nam quod ad impositionẽ spectat, Athenienses populũ in duodecim partes diuidebant, quarum vnamquamque φυλὴν, ideſt tribum, nominabant; rursusq; vnamquamque φυλὴν in tres partes secabant, quarũ singulæ φρατρίαι dicebantur: & ij, qui ad φρατρίας pertinebant, φράτορες appellabãtur. Quoad accõmodationẽ verò, & vsu

Matth. 24. 30.

Nomen tribus non ad solos Iudæos pertinet.

& vsum, non solis Iudæis φυλῆς, nomen attribui, palàm est ex Gen. 28. vbi Dominus loquens de omnibus gẽtibus, quæ in Christo erant benedicendæ, dixit Iacob Patriarchæ, *Benedicẽtur in te, & in semine tuo cũctæ trib⁹ terræ*: Pro quo 70. habẽt, ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. Et Psal. 71. vbi etiam est sermo de omnium gentium ad Christum conuersione, dicitur, *Benedicẽtur in ipso omnes trib⁹ terræ*, græcè ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Quare arbitramur, loqui Ioannem de omnibus in vniuersum reprobis, tam ex Iudæis quàm ex gentibus, qui vel Christi fidem recipere noluerunt, vel eius præcepta non seruarunt. Hi omnes conspectu Christi in extremo iudicio maiestate, & iudicandi potestate, suaq; ipsorum damnatione intellecta, acerbissimo & grauissimo dolore torquebuntur, infelicemq; suum statum lamentantes *plangent se super eum*, hoc est se ipsos plangent, atque de se ipsis conquerentur, *super eum*, hoc est propter eum, vel non creditum, vel non dilectũ: Græcè pro *plangent*, est κόψονται, est autẽ κόπτειν præ doloris impatiẽtia corp⁹ dilacerare, quod magis adhuc explicat reproborum dolorẽ. Est locus similis apud Zachariã c. 12. quãuis non de omnibus reprobis, sed de Iudæis tantùm reprobis loquatur, vt patet ex ipso contextu, qui in extremo iudicio Christum iudicem intuentes, peculiarem præ cæteris gentibus habebunt dolendi causam. *Et plangent*, inquit, *eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti*. Solet scriptura sacra planctũ maximum, ei, qui fit in morte vnigeniti, comparare, veluti Amos 8. *Ponam eã, quasi luctum vnigeniti, fac tibi planctum amarum*. Rectè autem dicitur, *plangent se*, quia se ipsos Iudæi plangent, seu de se ipsis conquerentur: quod Septuaginta expressẽrunt trãsferentes, *plangent super se planctum*: cùm autem Christus eorum *Primogenitus* appellatur, significatur, originem à Iudæis traxisse. Deniq; addit Ioannes, *etiam AMEN*, ναὶ ἀμὴν, prior dictio Græca est, & significat, certò, posterior est Hebræa, & est hoc loco confirmantis, iuxta ea, quæ diximus sectione 15. posuit verò Ioãnes vtramq; dictionem, vt eorum quæ dixerat omnino immutabilem veritatem, omnibus, quorũ præcipui erãt Iudæi, & Græci proprio terræ idiomate exprimeret, quasi diceret, ita est, ita est, quemadmodum præter alios docet Arethas, cuius hæc sunt verba, τουτοις δὲ τοῖς εἰρημένοις τὸ βέβαιον ἐπιμαρτυρῶν ἐπισφράγισε διὰ τὸ εἰπεῖν ναὶ καὶ ἀμὴν, τὸ, ναὶ, ἢ ἐξ ἑλληνικῆς συνηθείας τὸ ἀμετάπτωτον τῶν εἰρημένων ἐξακριβοῦντος, τὸ δὲ, ἀμὴν, παρ' Ἑβραίοις ἐστὶ τὸ μηδὲν ἂν γένεσθαι ἐμποδὼν μὴ ἐκβῆναι τὰ ἐπηλπισμένα ἐπαγομένου: quæ ita reddes. Vt autem ea quæ dicta sunt, firma esse testetur, sigillo obsignauit dicens ναὶ ἀμὴν, *etiam Amen*, ναὶ quidẽ, quod ex Græcorum cõsuetudine, perfectam immutabilitatem notat: *AMEN* verò, quod apud Hebræos significat nihil posse obstare, quo minùs ea, quę promissa sunt, eueniant.

Primùm, non est prætermittenda Ruperti obseruatio, non tamen hîc sed in locum Zachariæ citatum, rectè hũc planctum comparari planctui *super vnigenitum*, *Quia infelicissimum*, inquit, *erit amisisse saluatorem vnicum, & vnigenitum*; ita vt iam nec ipsum, nec alium expectare integrum sit, quo omnes incitentur ad salutem procurandam, quippe quæ semel amissa, finaliter, vt loquuntur Scholastici, iterum recuperari non potest. Secũdò notandus est modus ille loquendi; *plangent se super eum*; se ipsos enim reprobi plangent super Christum, quia videlicet sua ipsorum culpa, eum recipere & amare noluerunt, iuxta illud, Oseæ 13. *Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum*, ideſt, tu es auctor tuæ perditionis, & tuarum omniũ calamitatum tibi causa extitisti, quare non est, cur mihi succenseas, nam quod ad me attinet, ego seruare te volui, & omnibus in rebus tueri. Hic enim sen-

Genes. 28. 14.

Psal. 71. 17.

Reproborum dolor in extremo iudicio acerbissimus.

Amos 8. 10.

Primogenitus Iudæorum, cui Christus appellatur.

2

Reproborum planctus, planctui vnigeniti, cur cõparetur.

Oseæ 13. 9.

sus colligitur ex Paraphrasi Chaldaica, quæ sic habet: *Cùm vos deprauatis opera vestra ô domus Israel dominantur in vos populi sed quoties conuersi estis ad legem meam, verbum meum fuit vobis præsidio.* Quanquam Diuus Hieronymus aliter interpretatur, hoc sensu. *Infelix Israel, & dignus maledictione perpetua, qui in tantum impietatis descendit profundum, vt solius Dei saluetur misericordia: quo significatur nihil meriti esse in Israel, vt saluus fiat, sed vetera merita nouis peccatis deleuisse.*

Ego sum, A, &, Ω, Alpha, & Omega, principium & finis, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.

SECTIO XIX.



CONCLVDIT Ioannes in sua præfatione Christi laudes eximias, eumq; loquentem introducit, vt firmiora sint ea, quæ hactenus de eo dixerat, *Ego sum*, inquit, *Alpha, & Omega, principium & finis, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens*: quasi dicat, non mirum videri debet, si dicor esse testis fidelis, primogenitus mortuorùm princeps regũ terræ, & in nubibus cœli ad iudicandum cum maiestate venturus, cùm ipse sim, *Alpha, & Omega, principium & finis*, vniuersorum, simq; secundùm diuinitatem, ipse, *qui est, & qui erat*, stabilis, inquam, & sempiternus, & ille qui tanta cum maiestate venturus in sacris literis prædicatur, est enim græcè ὁ ἐρχόμενος præfixo articulo denique ille omnipotẽs, est enim similiter cum articulo ὁ παντοκράτωρ, ille, inquam *omnipotens*, qui cælum terramq; ex nihilo pro creauit, & cuius potentia nullis est cancellis definita: vel ille qui venturus est *omnipotens*, hoc est, qui ad iudicium, non in humilitate, vt antea, sed sũma cum maiestate, & magnificentissimo potentiæ suæ splendore est venturus. Hunc putamus esse germanũ huius loci sensum, illosq; hallucinari, qui hæc verba non de Christo sed toti Trinitati tribuunt: cum enim Ioannes continuata serie de Christo loquatur, quẽ nam aliũ nisi eundem Christum loquentem inducere, existimare oportet. Concidam⁹ minutius. Arethas sic interpretatur: ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὦ· ἄλφα διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι, ὅτι καὶ τὸ ἄλφα ἀρχὴ τῶν ἐν γράμμασι στοιχείων· ὦ, διὰ τὸ τέλος τῶν αὐτῶν. ἀρχὴν δὲ καὶ τέλος τίς ὃν ἂν ἐννοήσοι τὸ πρῶτος σημαίνεσθαι καὶ τὸ ἔσχατος, διὰ τὸ πρῶτε δὲ τὸ ἄναρχος ἐννοεῖται, ὡς καὶ διὰ τὸ ἔσχατε τὸ ἀτελεύτητος. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστι παρ' ἀνθρώποις ἄναρχόν τι καὶ ἀτελεύτητον τῷ παρ' ἡμῖν ἀρχῇ τε καὶ τῷ τέλει αὐτὶ τὸ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος κατεχρήσατο. Hoc est *ego*, inquit, *sum Alpha, & Omega, Alpha*, quod sit principium, est enim Alpha in literis elemẽtorum principium; omega autẽ quod sit eorundem finis. Porrò quis non intelligat principium & finem, primi & postremi appellatione significari: & per, primum, quidẽ, is qui est sine principio intelligitur: sicut & per, postremum, qui fine caret, quia enim apud homines nihil est, quod principio & fine careat, quod apud nos, est principiũ, & quod est finis, pro fine principio & fine fine vsurpauit. Hæc est Arethæ expositio. Communior tamen est, vt velit Ioannes CHRISTVM esse principium & finem vniuersorum, non autem carere principio & fine, quanuis & hoc illi secundum diuinitatem conueniat, si de principio durationis sit sermo. Id quod ipse etiam Plato intellexit, Deo esse tribuendum libro 4. de legibus vbi sic ait ὁ μὲν δὴ θεὸς ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, id est Deus quemadmodum, & olim dicebatur, principium & finem, & mediũ rerum omnium complectens. Imò & similis loquendi modus apud Græcos erat vsitatus, cùm enim aliquem mirifice cõmendare velent, eum primum &

Germanus sensus.

Arethas.

Theocritus.

Maro.

Horatius.

2

Martialis.

vltimum nonnihabant vndè est illud apud Theocritũ de Ptolemæo ἀνδρῶν ἀν Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτεσσι λεγέσθω καὶ πύματος καὶ μέσσος, hoc est, virorum Ptolemæus primus dicatur, & vltimus & medius: & Maro Augusto adulari volens dixit Eclog. 8. *A te principium, tibi desinet*, imitat⁹ scilicet, vt solet, Homerum qui Iliad. 1. ait ἐν σοὶ μὲν λύξω, σέο δ' ἄρξομαι: à quo non multùm abhorret Horat. lib. 1. Epistolarum epistola 1. ad Mæcenatem cum ita eum alloquitur, *Prima dicte mihi, summa dicende Camæna.*

Primò est aduertendum Alpha, quia prima est apud græcos alphabeti litera pro, principio: imo & eandem ob causam prouerbiali figura, vt ait Erasmus in suis Adagiorum Chiliadib⁹ pro homine præcipuo, & primate vsurpari: vnde Martialis lib. 2. Epigrammaton epigrammate 57. fictum diuitem irridet, eumque alpha penulatorum appellat, idest, inter plebeos, & pauperes primũ tenentẽ locum, his carminibus.

Hic, quem videtis grestibus vagis lentum,
Ame hystinatus media qui secat septa,
Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipse Codrus Alpha penulatorum.
Quem grex togatus sequitur, & capillatus,
Recensq; sella, linteiq; loriq;.
Oppignorauit amodò Claudij mensam,
Vix octo numis annuum, vnde cœnaret.

Et lib. 5. Epigr. 27. iocatur in Codrum offensum, quod eum Alpha appellasset, monetq; vt se viciſſim Beta appellet, hoc est, locum sibi secundum deferat, sicut ipse ei primum detulerat, cum Alpha appellauit: est autem huiusmodi Epigramma.

Quod Alpha dixi Codre penulatorum
Te nuper, aliqua cùm iocarer in charta,
Si fortè bilem mouit hic tibi versus,
Dicas licebit Beta me togatorum.

Cùr verò Alpha primum inter literas locum teneat, Plutarchus τῶν συμποσιακῶν προβλημάτων Decade nona eã reddit causam quod prima vox naturalis & articulata per Alpha redditur, eo quod spiritus, cui est in ore potissimùm labiorum motu formatur ac fingitur, ijs autem deductis prim⁹ hic sonus egreditur, mire simplex, & qui nec linguæ requirit auxilium, sed ea subiacente per spatium effertur: vnde & pueri nascentes primum hanc edunt vocem. Protogenes apud Erasmum in suis Adagiorum Chiliadibus Chiliade 2. Centuria 4. aliam excogitauit rationem, ait namque primum vocales iure præferri consonantibus, quod citra illarum adminiculum sonent: deinde vocales ancipites longis, & breuibus, præponendas esse, quòd vtriusque generis vim complectantur. Denique inter ancipites iure optimo principatũ Alpha obtinere, quod in syllabis conflandis, Iota, & Ypsilon sequantur Alpha, vt in his dictionibus ἄνριον ἄιες: Alpha, autem nunquam duas illas sequitur, ita vt eandem syllabam efficiat, sed semper resiliat, & suum tueatur principatum.

Infantes quàm primùm edant vocem.

Protogenes.

3

Secundò. Notandum est, proprium esse Dei, esse principium & finem rerum omnium, hoc est causam efficientem, & finalem creaturarũ iuxta illud Esaiæ 44. *Ego primus, & ego nouissimus*, quod mysterium agnoscunt plerique Hebræorum in nomine illo Tetragrammato, hoc est quatuor literarum IEHOVAH, in quo omnes literæ numeros Sphærales, seu circulares significant. Est autem numerus circularis ille, qui per se ipsum ductus, in se ipsum semper recurrit, cuiusmodi sunt quinque, Sex, decem, si enim, quinque, quinquies ducas, efficies viginti quinque: si rursus quinquies repetas, viginti quinq;, conficies centũ viginti quinq;, & ita in infinitũ numer⁹ quinarius per se ipsum ductus, semper in se ipsũ recurrit: quod idem in Senario, ac denario reperies, quamquam verò plerique denarium non ponant in numeris circularibus, ponit tamen Georgius Venetus, quem inferius citabimus. Igitur tres dicti numeri, & omnes, & soli sunt numeri circulares, siue sphærales: atque hi numeri in dicto nomine continentur. nam Iod significat denarium. He quinarium. Vau Senarium, qui om-

Esai. 44. 6.

Numerus Sphæralis seu circularis quis sit.

Georg. Venet.

nes & soli sunt numeri sphærales, vt, significetur Deum esse veluti sphærā & progressu sphærico procedere, reuocando in se omnia, sicut ab ipso processerant, quæ est obseruatio Georgij Veneti in sua Harmonia mundi. Cantico 1. tono. 8 cap. 3. in cuius rei typum totus orbis sphæricus est: etenim quēadmodum omnes circuli lineæ à centro exeuntes ad peripheriam tendunt, & ab ea in centrum redeunt, sic omnes creaturæ emanantes à centro supremæ sphæræ, tamquam à causa efficiente ad eiusdem peripheriam tanquam ad finē regrediūtur, tandemq; in eo tanquam in centro conquiescunt. Vnde Mercurius Trismegistus in Pimandro: *Deus*, inquit, *Monas*, ideſt, *Vnitas est, quæ principium est, omnium numerum continens*. Hinc meritò fit, vt Christus Dominus secundum diuinam naturam, principium hoc loco appelletur, & finis. Et quidem quod attinet ad rationem principij, probatur primum ex cap. 1. Geneſis cum dicitur. *In principio creauit Deus cælum & terram*. In principio, ideſt, in *Filio*, vt interpretatur Origenes, homilia 1. in Geneſim. *Quod est*, inquit, *omnium principium, nisi Dominus noster, & Saluator omnium Christus, primogenitus omnis creaturæ: in hoc enim principio, hoc est in verbo suo, fecit Deus cælum & terram*. D. Augustinus lib. 1. de Geneſi contra Manichæos cap. 1. & libro 1. de Geneſi ad literam cap. 4. & 5. & lib. 12. Confessionum cap. 17. & 20. & 28. D. Hieronymus in principio Geneſis, in suis traditionibus Hebraicis. D. Ambrosius lib. 1. Hexameron cap. 4. Cyrillus Alexandrinus in Geneſim. D. Hilarius in Psalmū 2. Theodoretus in Epitome Diuinorum dogmatū, & his omnibus antiquior Tertullianus libro aduersus Hermogenem c. 20. & libro aduersus Praxeam cap. 5. Secundò idē cōfirmatur ex Psal. 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ*. Quem locum D. Augustinus, & D. Hieronymus in commētarijs eiusdem Psalmi, de *Filio* interpretantur, quem, principium, eo loco appellari existimant; quamquam per principium, magis ad literam intelle-

Sic reuocat in se omnia Deus sicut ab ipso procedunt.

Mere. Trism.

Christus qua Deus principiū & finis.

Genes. 1. 1.

Origenes.

D. Augustinus

D Hieronym. D. Ambr.

Cyrill. Alex.

Hilarius. Theodoret.

Tertullian.

Psal. 109. 3.

D. August. D. Hieronym.

xerunt, principatum, & imperium, Tertullianus aduersus Hermogenem D. Basilius homilia 10. in Hexameron. & Euthymius, hoc sensu, *Tecum principatus, & imperium, in die potentiæ tuæ, cum splendoribus sanctitatum*: Per quem diem Tertullianus temp⁹ illud intelligit, quo Christus post resurrectionem cœpit regnare. Tametsi Theodoretus de secundo aduentu cum gloria, & splendore interpretatur tertio ostenditur ex Ioānis 8. Vbi Christ⁹ Iudæis percōtantibus, quis esset, respōdit, *Principium, qui & loquor vobis. Qui*, enim non autem, *quia*, legit, D. Ambrosius lib. 3. de fide cap. 4. & lib. 5. cap. 5. vbi legit, *Ego sum principium, quod loquor vobis*. & lib. 1. Hexameron c. 2. & 4. & lib. de Tobia cap. 19. Vbi eo testimonio probat Christum esse principium rerum omnium. Eandem expositionē sequitur D. Augustinus lib. 10. de Ciuitate cap. 24. & libro 11. cap. 32. & libro 5. de Trinitate cap. 13. & lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarū cap. 3. Denique tractatu 38. in Ioannem.

Tertullian.

Euthym.

Ioan. 8. 25.

D. Ambrosius.

D. Augustinus.

Quamquam autem græcè sit ἀρχὴν in accusandi casu, vt subaudiatur κατὰ, & sit sensus à principio, *Ego sum*, idem sensus redditur, est enim Hebraismus, quemadmodum & ille Psalm. 92. *A seculo tu es*, aut supple cū D. Augustino tractatu 38. in Ioannem, *Credite me esse principium*. Scio alios magis congruenter Græcæ locutioni, sic interpretari, *sum*, id quod à principio loquor vobis. Sed dicta Patrum expositio ob eorum auctoritatem, etiam amplectenda est: tunc verò illud ὅ, τι relatiuè sumptum cùm sit neutri generis, atque adeò referri non possit ad ἀρχὴν, quod est fœminini, sic est accipiendum, *Credite me esse principium*, id quod iam dudum prædico & loquor vobis.

Psalm. 92. 2. D. August.

Tertio. rectè subditur. *Qui est, & qui erat*, Etenim, *est*, proprium est Diuinæ naturæ, non solùm, quia Deus est ipsum esse, iuxta illud Exod. 3. *Ego sum qui sum. Sic dices filys Israel, qui est misit me ad vos*. Sed etiam quia, *est*, dicit stabilitatem illam permanentem, & inuariabilem, quæ in æternitate cernitur, quam ob

4

Exod. 3. 14. Est, proprium diuinæ naturæ.

causam

causam ipsa æternitas appellatur, *Hodie*, quemadmodum docet Clemens Alexandrinus Oratione adhortoria ad gentes. *Hodie*, inquit, *est imago æterni sæculi*; vnde fit, vt de Deo propriè dici non possit, *fuit*, aut *erit*, & ita intelligendū est illud Psalmi secundi, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Quem locum de æterni verbi generatione intelligit Arnobius, imò & D. Paulus ad Hebræos 1. secundum expositionem D. Thomæ, Chrysostomi, Theophylacti, & Ambrosij, quanuis negandum non sit, intelligendum quòque esse de temporali Christi generatione, vt volunt Theodoretus, Oecumenius, & alij. Imò & de ipsa resurrectione, quæ vt in superioribus diximus, est veluti quædam regeneratio: hoc enim sensu affertur à Paulo, Actorum 13. *Nos*, inquit, *vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans IESVM*, sicut, & Psalmo 2. dictum est, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: & ita etiam intellexerunt diuus Ambrosius lib. 3. de Sacramentis diuus Hilarius, & diuus Chrysostomus in Psalmum secundum. Sed vt ad institutum reuertamur. *Est*, propriū est Symbolum æternitatis, quemadmodum &, *Hodie*, vnde D. Augustinus libro de vera Religione cap. 49. *Nihil*, inquit, *præterit in æterno, & nihil futurum est, quia, & quod præterit, esse desinit, & quod futurū est, nondum esse cœpit: æternitas autem tantummodo est, nec fuit, quasi non sit: nec erit, quasi adhuc non sit.* Legendus est idem Augustinus tractatu 8. & 39. in Ioannem, & libro 83. quæstionum quæstione 17. Clemens Alexandrinus in Protreptico, D. Basilius in Liturgia, Dionysius Areopogita cap. 9. de Diuinis nominibus, D. Ioannes Damascenus libro 1. de fide Orthod. capite 8. Iustinus Oratione parænetica ad Gentes, & in Dialogo cum Tryphone diuus Hilarius lib. 12. de Trinitate, & Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Pascha. vnde à græcis Theologis dicitur τὸ ὂν ἀϊδιότητος φιλοτικὸν, hoc est, id quod est, æternitatem significare. Idem docet Plato in Timæo dicens, *Solum, est, conuenire Diuinæ naturæ, non, fuit, aut erit.* Apud Delphos, in templo ipso Delphico inscripta erat literis aureis Græca dictio, ει, cuius inscriptionis varias conatur afferre rationes Plutarchus in opusculo, quod ea de re composuit. Sed ea nobis videtur maximè germana: quod scilicet voluerint ij sapientes significare, Deum stabilem & permanentem habere durationem, vt, ει, sit secunda persona verbi substantiui Græci.

Quartò. Quod attinet ad vocem, *Erat*, Quamquam Gregorius Naziazenꝰ, Oratione 2. in Pascha, & Theodoretus l. 2. de curandis affectionibus Græcorū ex Platone in Timæo, negét Deo posse attribui, quia nimirum *erat*, & *erit*, sint nostri temporis, *species*, vt ait Plato, seu eiusdem *Segmenta*, vt loquitur Nazianzenus, tamen Deo tribui posse, imo maximè conuenire perspicuum est, tum ex hoc loco Ioannis, tum ex initio sui Euangelij, cùm ait: *In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*: Quod expendens D. Basilius libro de Spiritu Sancto cap. 6 *Pulchre*, inquit, *Ioannes duabus vocibꝰ cogitationē nostram intra præscriptos terminos recluſit, cùm ait: In principio erat. Hæc enim vox, erat, nullum cogitationi præbet exitum, quemadmodum & illa, principium, non dat transitum humanæ mentis imaginationi, quantumuis enim cogitatione curras ad interiora, non excedis erat, & quantumuis insliteris videre, quæ sint vltra Filium, non poteris tamen superare principium.* Idem habet D. Hilarius lib. 2. de Trinitate: *Quid est*, inquit, *illud erat, transeuntur tempora, trā scendantur sæcula, pone aliquid, quod voles tua opinione principium non tenes tēpore, erat enim.* Idem docet Theodoretus lib. 5. Diuinorum decretorum cap. de Filio, Diuus Ambrosius lib. 2. de Dominicæ incarnationis sacramento capite tertio, & Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioānē.

Quintò. Notandum illis verbis, *Et qui venturus est omnipotens*: Significari secundum Christi aduentum, qui futurus est in maiestate, propterea enim additur *omnipotens*, duplicem enim Messiæ aduentum sacræ scripturę memorant. Alterum in humilitate ad redimendū, in

Clemens Alexandrinus.

Arnobius. Hebr. D. Tho.

Chrys. Theophylact. Ambros.

Theodor. Oecum.

Actor. 13. 32.

Psal. 2. 7.

D. Amb. D. Hilarius. D. Chrys.

D. August.

D. August.

Clemens Alex. D. Basil.

Dionys. Areop. D. Ioan. Damas.

Iustinus.

Hilarius.

Gregor. Naz.

Plato.

et apud Delphos quid signi ficaret.

Plutar.

5

Greg. Nazian.

Theodoret.

Plato.

Nazian.

Erat, & erit, Deo maximè conueniunt.

D. Basilius.

D. Hilar.

Theodoret.

D. Ambros.

Cyrillus Alex.

6

Duplex Christi aduentus.

maiestate alterum ad iudicandum. De priore loquitur Zacharias cap. 9. cum ait, *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem ecce rex tuus venit tibi, iustus, & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ.* De posteriori verò Daniel cap. 7. *Aspiciebam in visione noctis, & ecce cũ nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit.* Quibus duobus locis premi se valde confitentur Talmudistæ in libro Sanedrin. vtrumque aduentum simul cõplexus est regius vates Psalm. 95. cùm dixit, *Exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram:* Quem duplicem aduentũ, quia iuniores Hebræi non distingunt, eò amentiæ prolapsi sunt, vt duos Messias confingerent, vnum filium Ioseph occidendum, & resurrecturũ; alterum filium Dauid, orbis terrarum dominatorem, cum maiestate venturum, occasionem sui erroris accipientes ex eo quod Rabbini veteres vnum & eundem Messiam filium Ioseph, propter primum aduentum, & filium Dauid propter secundum allegoricè tradiderunt, non quòd geminum Messiam inueherent. Qua de re legendi sunt inter alios Hadrianus Finus lib. 5. Flagelli contra Iudæos cap. 1. & sequentibus, & Galatinus libro 4. de Arcanis cap. 1. & 2. quod autem duplicis huius Messiæ aduentus ignoratio, radix fuerit Iudaicæ cæcitatis, notarunt diuus Irenęus libro. 4. contra hæreses cap. 56. Tertullianus in Apologetico aduersus gentes capite 21. Origenes libro 1. contra Celsum, diuus Cyprianus libro de Idolorum vanitate, & Rabbi Samuel Marrochianus lib. de aduentu Messiæ cap. 9. 10. & 11. & refertur tomo 5. Bibliothecæ sanctorum Patrum.

Zach. 9. 9.

Daniel. 7. 13.

Talmudistæ.

Psal. 95. 12.

Hebræorũ amẽtia circa Messiã.

Hadrian. Finus.

Galatinus.

Radix Iudaicæ cæcitatis, quæ.

Tertul.

Orig.

Rabbi. Samuel

Ego Ioannes frater vester particeps in tribulatione, & regno, & patientia, in CHRISTO IESV.

SECTIO XX.

ABSOLVTA sua salutatione Ioannes ipsam narrationem iã aggreditur priusq; scribentis personam, hoc est, scriptum indicat, vt melius recipiantur, quæ dicenda sunt, vbi etiam aduertit Rupertus, Ioannem ter iam suum nomen posuisse. Dixerat enim, *Loquens per Angelum suum seruo suo Ioanni.* Et iterum, *Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia.* Denique modo, *Ego Ioannes frater vester:* vt nimirum nemo de auctore huius operis, atque adeò, nec de auctoritate dubitaret. *Fratrem* se fidelium propter Christi fidem appellat: *in tribulatione* verò *participem,* propter eos quos fidei causa labores patiebatur, & suum in Pathmo insula exiliũ, ad quam propter prædicationẽ Euangelij fuit à Domitiano relegatus id quod eò pertinet, vt tanti Apostoli, illius inquam Apostoli quẽ diligebat Iesus, cõmunicatiõem p magno habeãt, singulareq; ducant Diuini in se amoris argumẽtũ, multis propter fidem calamitatibus implicari: *patientia* etiã suæ meminit, vt suo exẽplo æquo animo ad mala omnia ferenda animentur: quod vt libentiùs faciant *regnum* proponit ante oculos, quod in cælis eos, qui ad finem vsq; perseuerauerint, stabile fixumq; manet. Deniq; illud *In Christo Iesu* idẽ est atque propter Christũ Iesum: cuius nimirum causa persecutionẽ tolerant cuius virtute & præsidio labores patienter ferunt: à quo etiã, & per quem regnũ cæleste consequentur. Reliqua

1

Rupertus. Ioannes nomẽ suum cur tertiã posuerit.

ex

ex nostris obseruationibus petēda sūt: illud addiderim non displicere etiam quod ait Arethas, eò Ioānem se in his omnibus fidelium participē appellare, vt fidem sibi apud fideles in iis quæ dicturus est, magis conciliet: solemus enim facilius fidē habere illis, qui nobiscū in iisdē laboribus eadē de causa susceptis cōmunicant, cum aliqua ad eorundē laborum perpessionē, & speratā mercedē, spectantia cōmemorāt: illud pro certò statuentes, cum ij in eadem causa versentur, & eorum æque, ac nostra res agatur, non debere nobis imponere.

2 Porrò aduerte, Pro, *patientia*, esse Græcè ὑπομονή, quod non tantū significat patientiam, qua mala toleramus, sed etiā & propriè ex vi verbi, patientem expectationem, qua cum spe præmij in malis ferendis perseueramus, ἀπὸ τοῦ ὑπομένειν, id est, expectare, sustinere veluti Psalm. 26. *Expecta Dñm, viriliter age, & confortetur cor tuū & sustine Dñm*: vbi vtroq; loco habetur eodem planè sensu, verbum ὑπομένω. sic enim Græcè legimus ὑπομεινον τὸν κύριον, ἀνδρίζου καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου καὶ ὑπομεινον τὸν κύριον est; id nomen frequentissimum in sacris literis, vt Psalmo. 61. *Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea*: ἡ ὑπομονή μου. ad Roman. 2. *Qui reddet vnicuique secundum opera eius, ijs quidē qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem*, Græcè κατ' ὑπομονην ἔργου ἀγαθοῦ vbi *patientiam boni operis*, est perseuerantia in bono opere, ita, & patiens quædam mercedis & gloriæ suo tempore tribuendę, expectatio: & multo clariùs ad Roman. 8. *Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus*, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. Quidam huc pertinere arbitrantur illud ad Roman. 9. *Sustinuit in multa patientia vasa iræ*: sed hallucinantur: ibi nanque *patientia* pro lōganimitate sumitur: neq; enim Græcè est ἐν πολλῇ ὑπομονῇ sed ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ ideſt in multa longanimitate, sicut & 1. Machab. 8. cum dicitur de Romanis: *Possederūt omnem locum consilio suo & patientia*: similiter enim eo loco, *patientia*, longanimitatem significat, cum sit Græcè τῇ βουλῇ αὐτῶν καὶ τῇ μακροθυμίᾳ.

Psal. 26. 14.

Psalm. 61. 6.

Rom. 2. 6.

Rom. 8. 25.

Roman. 9. 22.

Machab. 8. 4.

Primò, notanda est humilitas Ioannis, qui se non Apostolum, non dilectum discipulum, sed *Fratrem* cæterorum fidelium appellat. Agnoscebat enim humilitatem præcipuam esse in Doctore virtutē. Vndè est illud Christi Matthæi 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Quæ sentētia duobus modis exponitur. Vno, vt Dominus cupiat nos ab ipso discere hoc ipsum, quod ipse sit humilis, seu ipsam humilitatis virtutem. Sic locum intellexerunt D. Athanasius sermone 4. contra Arianos, D. Hieronymus sermone ad Paulam, & Eustochium de Assumptione Beatæ Mariæ, D. Chrysostomus homilia 29. in Matthæum, D. Augustinus libro de sancta virginitate cap. 35. & D. Bernardus sermone 4. de aduentu Domini, & sermone 5. in vigilia Natiuitatis, aliisq; in locis. Altero, vt illud *Quia*, sit particula causalis, & reddatur ratio, cur ab ipso omnes discere debeant, quia nimirum sit maximè humilis, quæ expositio est D. Gregorij lib. 20. Moralium in cap. 30. Iob. *Quid est*, inquit, *Dominum mitem se in magisterio, atque humilem dicere, nisi relictis exercēdæ elationis difficultatibus plana quædam bene viuendi itinera demonstrare*. Quod autem mansuetudo, & humilitas maximè omnes inuitet ad audiendum, & parendum iis, quæ à Magistro dicūtur, ex eo est perspicuū, quòd propterea Christus Dominus Apostolis ad orbem docendum ituris præcepit, ne virgam ferrent. Matthæi 10. quemadmodum interpretatur D. Ambrosius in eum locum, & libro 2. de Officiis cap. 7. ait; Moysen, & Dauidem, ob mansuetudinem magis, quam ob rerum gestarum gloriam populo fuisse charissimos. *Dauid*, inquit, *Rex cum omnibus æquabat suā militiā, fortis in prælio, mansuetus in imperio, ideo non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à subiectis, quam timeri maluit; timor enim temporalis,*

3 Humilitas præcipua in doctore virtus. Matth. 11. 29.

D. Athanas. Hieronymus.

Chrysost. Augustinus.

Gregorius.

Matthæi 10.

D. Ambr.

Diligi à subiectis quàm timeri præstat.

tutaminis

tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiã. Vnde rectè ipse dicebat Psal. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Idcirco D. Bernard. serm 70 in Cant. in illa verba cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia:* inter illa lilia, in quibus sponsus amabilis pascitur, mansuetudinem connumerat, per quam regnasse dicitur Psal. 44. *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna, propter veritatem & mansuetudinem.* Atque hanc naturæ facilitatem, cũ virtute humilitatis coniunctam, qua quis quantacunque dignitate, aliisq; ornamentis excellẽs, nemini se præponit, sed amari potiùs vult quã timeri, verum iter gloriæ appellat M. Tullius in 1. Philippica, cum ita absentem Antonium alloquitur. *Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, glorioſum putes, plus te vnum posse quàm omnes, & metui à ciuibus tuis quam diligi malis: quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Charũ esse ciuem, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum est: metui verò & in odio esse, inuidioſi, deteſtabile, imbecillum, caducum, quod videmus etiam in fabulis illi ipſi, qui Oderint, dum metuant, dixerit, perniciosum fuisse: vtinã Antoni auum tuum meminisses: putas ne illum immortalitatem mereri voluisse, vt propter armorum habendorum licentiam metueretur? illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate, beatus est nemo, qui ea lege viuit, vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfecto is gloria interfici possit.*

Psalm 131.

Bernard.

Psalm. 44. 5.

M. Tullius.

4 Prius tribulationis sit particeps, qui voluerit esse regni. 2. ad Tim. 2. 12.

Secundò. Notandum est, prius dictum esse, *Particeps in tribulatione* quàm *in regno*, quia qui regni particeps esse voluerit, prius debet esse particeps tribulationis, iuxta illud 2. ad Timoth. 2. *Si sustinebimus, & conregnabimus*, quæ obseruatio est Ruperti in hunc locum. *Hoc*, inquit, *ius legale est apud cælestem regem: ait enim Lucæ 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo.* A quo legali iure nec ipse Christus exemptus fuit, quemadmodũ docet Petrus 1 sua epistola cap. 1. *Scrutantes*, inquit, *in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi prænuntians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores gloriæ. Posteriores*, inquam, idest, præcedentibus tribulationibus comparatas, quemadmodum interpretatur Glossa. Idemque docet Tertullianus libro de corona militis cap. 14. expendẽs illud quod dicitur de Christo post resurrectionem, quod fauum mellis comederit. *Christus*, inquit, *fauos post fella gustauit, nec antea rex gloriæ à cælestibus salutatus est, quàm rex Iudæorum præscriptus in cruce, minoratus primum à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloria & honore coronatus.* Atq; in huius rei figuram vt obseruauit idẽ Tertull. lib. de Baptismo cap. 8. *Iacob Patriarcha benedictionem filiis Ioseph decussatis manibus, hoc est in crucis formam positis impertiuit.* Gen. 48. vt videlicet intelligeremus benedictionem nõnisi per crucem haberi posse: in typum etiã eiusdẽ rei in superiora Salomonis tẽpli tabulata per cochleam ascendebatur, quod idem de Ezechielis tẽplo dicitur cap. 41. his verbis: *Platea erat in rotundum ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum*: quo significatur in cælum nonnisi per tortuosam laborum viam ascendendũ esse. Nec vacat mysterio quod hoc loco Ioãnes, *Regnũ*, inter patientiam & tribulationem collocauerit, quia videlicet per multas hinc indè tribulationes in regnum cælorum oportet introire. Nam quẽadmodum docet Gregor. Nazianz. orat. 1. in Iulianum: *Coronæ in eos comparantur, qui certamine congrediuntur, non qui sursum sedent veluti spectatores.* Illud verò quod additur, *in Christo Iesu*, significat huiusmodi tribulationes, quę regnũ merentur propter Christum, seu propter probitatem ferẽdas esse, iuxta illud 1. Pet. 4. *Nemo vestrum patiatur tanquam homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: Si autem vt Christianus, non erubescat*: potest etiam cum Ruperto sic accipi *in Christo*, idest imitando Christũ, qui opprobria, & irrisiones propter nos pertulit, & præterea suos malefactores diligebat.

Rupertus.

Luc. 22. 28.

1. Pet. 1. 11.

Posteriores gloriæ in Christo, quæ sint. Glossa. Tertul.

Tertul.

Et crucem habetur benedictio. Genes. 48.

Ezech. 41. 7.

Item & regnũ.

Nazianz.

1. Pet. 4. 15.

Rupertus.

5

Tertiò aduerte, meritò tribulationem cum regno coniungi: imò regnũ inter tribulationẽ & patientiã, collocari: *Particeps*, inquit, *in tribulatione, & regno, & patientia*, vt intelligamus, nihil esse glorioſius magisq; regale, quã pro Chriſto tribulationẽ patiẽter tolerare, itaq; tribulationẽ & patientiam, regalis quidam honor, imò & regnum ipſum cõnectit, vt putemus tũc verè nos regnare, hoc eſt, verè nobiles, glorioſosq; eſſe, cum pro Chriſto tribulationem, perſecutionẽq; aliquã patienter ferimus. Id quod diſertè tradit Petr. 1. ſua epiſt. cap. 4. *Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit quaſi noui aliquid vobis contingat, ſed cõmunicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultãtes: ſi exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniã quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcet.* Vbi primũ aduerte, quod dr, *Nolite peregrinari in feruore*, per *feruorem* accipiendũ eſſe tribulationẽ. tunc verò ſenſum eſſe, nolite tribulationibus cõmoueri quaſi nouis & inſolitis: hoc eſt, nolite mirari propter tribulatiões, quæ vobis accidũt, quaſi homines in huiuſmodi peregrini & hoſpites: eſt enim peregrinorũ proprium externorũ gẽtiũ mores & opera admirari: ne igr tanquã peregrinos, vos in tribulationibus præferatis, quaſi tribulatiões Chriſtiano homini nouæ ſint, & inſolitæ. Hæc enim eſt vis Græcæ ſententiæ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει: hoc eſt, nolite peregrinari in exuſtione, ſiue examinatione per ignem: alludit enim iterum Petrus ad aurũ, quod per ignem probatur, vt ſit ſenſus, ne ceu peregrini tanquam re noua & inſolita moueamini, cum per ignem tribulationis exploramini: etenim quod *Peregrinari* vſurpet Petrus pro admirari, patet ex eadem epiſtola, eodem capite, nam vbi nos habemus, *In quo admirantur non cõcurrentibus vobis*, &c. eſt Græcè ξενίζονται, ideſt, in quo peregrinantur, ſeu quaſi ad rem nouam & inſolitam, inſtar peregrinorum, obſtupeſcunt. Accedit & ſententia D. Cypriani, qui ita etiam locum intellexit, is enim lib. 4. Epiſtolarum epiſt. 6. quæ eſt numero 56. vel ſecundum aliã editionem epiſt. 63. quæ eſt ad Thiburitanos pro exhortatiõe martyrii: *Nec quiſquam*, inquit, *miretur perſecutionibus nos aſſiduis fatigari, & preſſuris angentibus frequẽter vrgeri, quando hæc futura in nouiſſimis temporibus Dominus ante prædixerit, & militiam noſtram magiſterio, & hortamento ſui ſermonis inſtruxerit, Petrus quoque Apoſtolus eius docuerit, ideo perſecutiones fieri vt probemur, & vt dilectioni Dei, iuſtorum præcedentium exemplo, nos etiam morte, & paſſionibus copulemur, poſuit enim in epiſtola ſua dicens: Chariſſimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem veſtram fit, nec excidatis tanquam nouum vobis contingat, ſed quoties cõmunicatis Chriſti paſſionibus, per omnia gaudete.* Hæc ille. Vbi cernis Cyprianum pro eo quod nos habemus *Nolite peregrinari*, legere *Nolite mirari*. Deinde (id quod iam ad rem facit) obſerua illud quod ſubiungitur: *Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam quod eſt honoris & gloriæ ſuper vos requieſcet*: quibus verbis ſignificatur maximè honorificum & glorioſum eſſe pati pro Chriſto. Quid verò mirum, ſi honorificum ſit fidelibus pati pro Chriſto, cum CHRISTVS honor fidelium ſit. Sic enim eum idem Petrus appellat 1. ſua epiſtola cap. 2. *Qui crediderit in eum, non confundetur: Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis.* Porrò quod dictum eſt, *Qui crediderit in eum, non confundetur*, deſumptum eſt ex Eſai. 28. vbi ita legimus, *Qui crediderit non feſtinet*, vbi, *non feſtinet*, idem eſt atque, non confundatur, non erubeſcat: ea enim eſt vis Hebrææ dictionis, deſumpta metaphora, à conſuetudine erubeſcentium, qui ſolent feſtinare, id eſt, quam citiſsimè, ſeſe reliquorum conſuetudini, & aſpectui ſubtrahere: cui etiam concinit noſter Luſitanus idiotiſmus, quo *Currere*, pro *Pudefieri*, vſurpamus.

Tunc nobiles, quando & Chriſto patimur.

1 Pet. 4. 13.

Locus obſcur⁹ elucidatur.

Cyprian.

Peregrinari, & admirari.

Chriſtus honor fidelium.

1. Pet. 2. 6.

Eſai. 28. 16.

Feſtinare, pro confundi.

Fui

Fui in Insula quæ appellatur Pathmos.

SECTIO XXI.

1

OMMEMORAT Ioannes locum suarũ visionũ, docetq; fuisse Insulam Pathmon, ad quam fuerat à Domitiano Imperatore relegatus, ad effodienda metalla, vt tradit Primasius, & Victorinus Pictauiensis in commentariis super Apocalypsim. Est autem ea insula vna ex iis, quæ sunt in mari Ægeo, quod nunc Archipelagus appellatur, dicturq; vulgò *Palmosa*: est præterea ea insula vicina Rhodo, Sporadum vna, vt auctor est Plinius lib. 4. cap. 12. in ea parte Ægæi maris, quæ ab Icaro nomen accepit, vt idem Plinius, Strabo q; testantur, quadrangulari ferè figura, quadraginta milliaria, quæ decẽ leucas Hispanas conficiunt, suo ambitu coërcens, montuosa, metallorumq; venis locuples: sed nostri Ioannis exilio, & Apocalypsis reuelatione multo locupletior, nobilitatur tiam pulcherrimo cœnobio eiusdem Ioannis nomine, quod in media ferè insula tanquam ars fortissima ad insulæ defensionem eminet, à Ioannis discipulis, vt creditur olim ædificatum, modoq; à monachis, qui diui Basilij regulam sequuntur, habitari dicitur, quos Græci καλογέροντας quasi bonos, pulchrosve senes appellant, non sine magno quodam miraculo, diui scilicet Ioannis beneficio, à piratarum qui toto eo mari frequentes, infestiq; grassantur, incursionibus & iniuriis semper immune. Fuit olim hęc insula subiecta Rhodiis, hodie est in Turcarũ ditione. Non verò statim ac relegatus est in Pathmon Apocalypsim conscripsit, sed ad finem imperij Domitiani, vt ait diuus Irenæus libro 5. contra Hæreses.

Primasius. Victorin. Pict

Locus visionũ, & exilij Ioãnis

Plinius.

Strabo.

Insulæ Pathmos figura, & longitudo,

Irenęus.

Primum aduerte, quo tempore Ioannes ab imperatore terreno propter fidẽ exilio mulctabatur, tunc maioribꝰ fuisse à cælesti principe deliciis & fauoribus recreatũ. *In insula Pathmo*, inquit Ambrosius Ansbertus, *à Domitiano relegatꝰ, metallo q; damnatus, vbi putabatur humana vinciri custodia, ibi metas humanitatis transcendens, libero contuitu meruit videre diuina, & cui tunc certa terrarum spatia, vetita sunt adire, secreta concessa sunt cælestia penetrare, sic Christi fides, sic sibi etiam bene vtens temporalibus malis, bonis perfruitur sempiternis.* Illud est præcipuè obseruandũ, in insula fuisse Ioanni Apocalypsis huius mysteria reuelata, quia solitudo & loca ab hominũ consuetudine seiuncta, contemplationi sunt aptiora, iuxta illud Oseæ 2. *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*: vbi *lactabo*, idem est quod, decipiam, vt est perspicuum ex Prouerbiorum 1. cum dicitur: *Si te lactauerint peccatores*, idest, decipere tentauerint, *Ne acquiescas eis*. Et cap. 16. *Vir iniquus lactat amicum suum*. Et Iob 31. *Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lactatũ est in abscondito cor meum*, (pro quo legit vulgatus, *lætatum*) & est sensus, si deceptum est cor meum, vt illis Diuinitatẽ tribuerem. Locus igitur Oseæ hunc sensum habet, *Ego lactabo eam*, idest, blandimentis alliciam, & quasi decipiam, & ita lactatam, blanditiisq; delinitã ducam in solitudinem, hoc est, in locum ab hominum cõsuetudine, & perturbatione seiunctum: *Et loquar ad cor eius*, idest, blandè tractabo, eiq; arcana mea ipsi grata placentiaq; aperiam. Hoc ipsum significauit campus ille, in quem egressus fuit Isaac ad se exercendum, Genes. 24. quemadmodum interpretatur Philo Iudæus libro 2. allegoriarum sacræ legis: vbi nostra vulgata habet, *Egressus fuerat ad meditandũ in agro*, Græcè legimus ἀδολεσχῆσαι id est, exerceri, Hebraicè, Lasuach, significat autem, Suach, propriè submissa voce loqui, & labiis tenus obloqui instar orantis, & ita vertit Paraphrastes Chaldaicus, *Egressus est Isaac ad*

2

Cum Ioannes afflictatus à Domitiano, tũc à Christo recreatur. Ambr. Ansber.

Solitudo apta contemplatiõi.

Oseæ 2. 14.

Prou. 1. 10.

16. 29

Iob. 31. 26.

Lactare pro decipere.

Genes. 24. Philo.

orandum

Insigniores visiones, in montibus.

Exod. 3.

Genes. 28.

3. Reg. 19.

Eucher.

Contēplationis vis, & effectus.

3

Vitæ eremiticæ encomia. Ex D. Basilio.

orandum in agro, quia videlicet ager locus est liber, seiunctusque ab hominū commercio, atque adeo contēplationi accommodatus. Idcircò ferè omnes insigniores visiones in montibus, aut solitudine acciderunt. Sic enim Moyses cū oues Iethro soceri sui pasceret, minaretq; gregem ad interiora deserti vidit visionem illam magnā rubi, qui ardebat, & non cōsummebatur. Exod. 3. Iacob in campo scalam stantem super terram, cuius cacumen cælum tangebat, Angelosq; ascendentes per eam, ac descendentes, Dominumque innixum scalæ conspexit. Genes. 28. Sic Heliæ in monte ad ostium speluncæ Dominus apparuit. 3. Reg. 19. Ibique sibilo auræ tenuis fuit mitum in modū recreatus: quod expēdens Eucherius lib. 4. in libros Regum cap. 8. docet, tunc nos sibilum auræ tenuis percipere, cùm saporem incircunscriptę veritatis contemplatione subtiliter degustamus; rectè autem subditur: *Quod cum audisset Helias operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. In speluncæ*, inquit, *sue ostio stat, & faciem velat, quia dū contemplationis gratia vox superne intelligentiæ fit in mente, totus homo iam intra speluncā non est, quia animum carnis cura non possidet, & mortalitatis angustias exire meditatur, necesse est autem, vt faciem velet, quia dum ad altiora intelligentiæ ducitur, quantò sublimiùs leuatur, tantò magis per humilitatem se debet premere.* Denique Christus Dominus in monte trāsfigurare se voluit. Matt. 17.

Hæc nimirum causa est cur antiqui Patres mirisi laudibus vitam eremiticā in cælum vsque extollebant: in quibus D. Basilius in opusculo de laudibus vitæ solitariæ, illustrissima de vita solitaria, in eandem sententiam, quam persequimur, encomia commemorat, vndè hæc selectiora delibauimus: *Solitaria vita cælestis doctrinæ schola est, diuinarum artium disciplina, paradisus deliciarum, vbi rosæ charitatis igneo rubore flāmiscunt, lilia castitatis niueo albent candore, & humilitatis violæ, dum imis contentæ sunt, nullis flatibus impelluntur: est sanctarum mentium delectatio, & intimi gustus inexhausta dulcedo: fornax vbi superni regis vasa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo pœnitentiæ percussa, perueniunt: ô cella negotiatorum cælestium apotheca, felix commercium vbi terrenis cælestia, transitoriis mutantur æterna; spiritualis exercitij mirabilis officina, sacræ militiæ tabernaculum, procinctus triumphatoris exercitus, castrum Dei, turris Dauid, quæ ædificata es cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium; Tu campus diuini prælij, spiritualis arx certaminis, Angelorum spectaculū, palæstra fortiter dimicantium luctatorum, virens vallis in exercitatione currentium, munitio fortium, præsidium nescientium cedere bellatorum: ô eremus mors vitiorum, fomes & vita virtutum: tibi Moyses dedit bis acceptæ legis Decalogum: per te Helias nouit Domini pertranseuntis excursum: per te Helisæus duplicem magistri sortitus est spiritū: tu scala illa Iacob quæ homines vehis ad cælū, & Angelos ad humanum deponis auxiliū: tu nuptialis thalamus, in quo sancti spiritus anulus tribuitur, & cælesti sponsa felix anima fœdus iungitur. Te Dauid petiit, cum mundi mala perferret, cum timidi & tenebrosi cordis tædium sustineret. Ecce*, inquit, *elongaui fugiens, & mansi in solitudine: & quid amplius memoremur. Quantoquidem ipsa salutator omnium, in exordio suæ manifestationis inuisere, ac propria te dignatus est habitatione consecrare.* Hæc & alia loco citato Basilius. Legendus est quoque D. Hieronymus ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ, vbi præter alia, sic exclamat: *ô desertum Christi floribus vernans, ô solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni Regis extruitur, ô eremus familiaris Deo gaudens, quid agis frater in sæculo, qui maior es mundo?*

Psal. 54.

Fuî in spiritu in Dominica die.

SECTIO XXII.



VIT in spiritu Ioannes, hoc est, altissimam quandam passus est ecstasim, non quod animus à corpore re ipsa discesse

rit,

rit, id quod phrasis Græca clarũ sonat ἐγενομην ἐν πνευματι fact⁹ sum in spiritu. Primum aduertendum est, diem Dominicam triplici nomine dictã fuisse, videlicet κυριακὴν, idest Dñicã, quo nomine vtitur hoc loco Ioannes, diem panis, & diem lucis: cuius triplicis appellationis rationem affert D. Chrysostomus homilia 5. de Resurrectione ad finem tomi tertij. *Dominicus*, inquit, *dies dicitur, hoc est, dies Regalis, in quo imperator ascendit ab inferis, de quo illud intelligitur Psal. 117. Hæc Dies quam fecit Dominus. Dies panis, quia in eo nouimus panem resurrectionis cælestis. Denique dies lucis, in quo fugerunt mentis tenebræ, iuxta illud Esaiæ cap. 9. Populus qui erat in tenebris, vidit lucem magnam habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.*

Dies Dominica triplici nomine dicta ex Chrysost.

Psalm. 117. 24.

Esaiæ 9. 2.

2

Secundo. Obseruanda est ex hoc loco diei Dominicæ antiquitas, cuius etiam meminit D. Ignatius epistola ad Magnesianos, vbi eam reginã, & principem omnium dierum appellat, Origenes contra Celsum, Tertullianus lib. de corona militis, & in 2. lib. ad vxorẽ, & in Apologetico cap. 16. Gaudentius in sermonibus, diuus Hieronymus aduersus Vigilãtium. Iustinus in quæstionibus à Christianis positis. q. 115. D. Basilius libro de Spiritu sancto cap. 27. & D. Augustinus epist. 119. ad Ianuarium cap. 15.

D. Ignat.

Origen. Tertull.

Gaudent. D. Hieron. Iustin.

D. Basil.

D. Augus.

3

Tertio. Plurimæ sunt diei Dominicæ prærogatiuæ, de quibus agũt Origenes homilia 7. super Exodum, D. Athanasius super illud, *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, D. Hilarius in Proœmio super Psalmos, D. Basilius homilia 2. in Hexameron ad finem. Diuus Hieronymus in cap. 4. epistolæ ad Galat. D. Augustinus sermone 251. de tempore. D. Leo epist. 81. ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum cap. 1. & Sexta Synodus tomo 2. Conciliorum Canone 8. Est de ea etiam Canon vigesimus magni Concilij Nicæni. Desumuntur verò prærogatiuæ ex rebus memorabilibus, quæ eo die euenerunt, aut etiã adhuc euenturæ sunt. Primum enim, Mundus in die Dominica sumpsit exordium, vt testatur D. Leo loco citato, & diuus Basilius homilia 2. in Hexameron, super illud Geneseos 1. *Factũ est vespere, & mane dies vnus.* Fuisse autem eum diem, quo lux creata est, diem solis, postea Dominicum appellatum, perspicuum est ex eo, quod septimus, ab eo dies quo Deus, requieuisse dicitur, fuit dies Sabbathi, vt ex Exod. 20. & 31. facilè concluditur vbi iubentur Hebræi diẽ Sabbathi obseruare, quod eo die Deus ab opere creationis requieuisset. Secundo. Eodẽ die Hebræi siccis pedibus mare rubrum transierunt. Ita Synodus Cæsarienſis apud Bedam in Epistola de celebratione Paschæ. Tertio. Die Dominica primùm Manna pluit in deserto. Exod. 16. quemadmodum docet Origenes, & D. Augustinus locis citatis. Id quod probat Origenes ex 16. cap. Exod. vbi dicitur, sex diebus continuis collectum esse Manna, septima autem die, quæ est Sabbathi cessatum fuisse. *Quare*, inquit, *Si die Dominica pluit Manna de cælo, & in Sabbatho non pluit, intelligant Iudæi iam tunc prælatam fuisse Dominicam nostram Iudaico Sabbatho, & indicatũ quòd in Sabbatho ipsorum gratia à Deo ad eos de cælo nulla descenderit.* Quarto. Initio diei Dominicæ creditur Christus Dominus fuisse natus, vt habet sexta Synodus Canone 8. Quinto. Eodem die stella Magis apparuit, quẽadmodum docet eadem Synodus. Sexto. Baptizatus est Christus in Iordane, eadẽ Synodo testante. Septimo. Quinque panibus & duobus piscibus quinq; hominum millia satiauit in deserto, ex eiusdem Synodi auctoritate. Octauo. Resurrexit à mortuis, vt eodem die, quo creauerat mundũ renouaret; quẽadmodum expendit diuus Athanasius loco citato. *Non aliã*, inquit, *creaturã superaddit, sed veterẽ renouauit, & quam incepit facere, consummauit, iuxta illud Ioannis 5. Opera quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea. Qui enim ab omnibus requieuit, significat quædam fine & consummatione indigere, ideoq; cum creaturam intra sex dies conditam interpolasset, diẽ illã, huic instaurationi cõsecratã voluit, quam Spiritus per Regiũ vatẽ prænuntiat. Hæc*

D. Leo.

D. Basil. Genes. 1. 5.

Diei Dominicæ prærogatiuæ.

Exod. 20. 31.

Synod. Cæsar.

Mâna quo die primum pluerit in deserto. Exod. 16. D. August. Orig.

Dies Dominica Sabbatho Iudaico præferenda quando & quo modo ostẽsum.

Sexta Synod.

D. Athan.

Ioann. 5. 36. Septima die cur ab omni opere requieuerit Deus.

est

est dies quam fecit Dominus: Solis enim instar Deus exoritur illustrans vniuscuiusque animũ: quocirca in salutifera passione non apparuit Sol, indicans finem prioris creaturæ adesse, & principium alterius superuenire, quæ diluculum suum in saluatore consecuta est. Vndè Zachariæ 6. dicitur, Ecce vir Oriens nomen eius.

In passione cur Sol obscuratus.

Zachar. 6.12.

Nono. Octauo die post resurrectionem, hoc est Dominico, ianuis clausis ingressus est ad discipulos Dominus, eisq; potestatem remittendi peccata concessit. Decimo. Mandauit Apostolis, vt Euangeliũ toto orbe prædicarent, & *IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI* sacramentũ baptismi conferrent. Vndecimo. Spiritus sanctus super discipulos descendit in die Pentecostes. Duodecimo. Dominica die futura creditur generalis hominum resurrectio, vt ait Diuus Augustinus sermone 251. de tempore & D. Hilarius proœmio in Psalmos, vbi inquit, propterea Psalmum octauum inscriptionem habere, *Pro torcularibus*, vasculis videlicet in nouos fructꝰ præparatis, & ad feruentis musti liquorem continendum innouatis, per quæ vascula corpora nostra intelliguntur per resurrectionem ad gloriam recipiendam reformata. Decimotertio & postremò. Die Dominica habuit Ioannes admirandas eas visiones, quæ hoc opere continentur. Legenda est epistola Bedæ de celebratione Paschæ, seu de æquinoctio verno, vbi decreta quædã Synodi Cæsarienſis in Palæstina, & sex sanctificatiões diei Dñicę memorãtur.

Quo die futura resurrectio generalis ex Aug.

D. Hilarius.

Quartò. De huius diei cultu agit D. Augustinus sermone citato, vbi eiusmodi obseruationem docet fuisse ab Apostolis institutã, eoq; die missam esse audiendam. Idemq; docet Synodꝰ Agathensis Canone 47. Concilium Matisconense 2. & sexta Synodus Canone 8. Imo eius celebritatem Apostolos à Christo accepisse, scribit Iustinus Philosophꝰ & martyr in 2. Apologia pro Christianis.

4 D. Augustinus.

Synod. Agath. Conc. Matis.

Sexta Synod.

Iust. Philos.

Audiui post me vocem magnam tanquam tubæ.

SECTIO XXIII.

AGGREDITVR iam Ioannes ipsam visionem, sicut autem in spititu fuit, vt antè diximus, ita spiritualiter quoque hãc vocem audiuit, non quod vox aliqua corporalis eius auribus insonuerit: Itaque ait magnam se vocẽ quasi tubæ à tergo audiuisse: quo autẽ mysterio id factum sit, patebit ex sequentibus.

Primum, illud mysterio non vacat, quòd non ante, sed post se, vocem audierit. Rupertus eam affert rationem. *Post Ioannem*, inquit, *erat totus mundus, & quicquid corporeis oculis cernitur, imo & totus præsentis Ecclesiæ status, retrò hæc erant, quia ipse ad anteriora extendebatur, cum ad cælestia sursum raperetur.* Igitur post se, vocem audiuit, quia quodammodo reuocatur ad res Ecclesiæ componendas. Eandem rationem paulo aliter, sed luculentiùs proponit Richardus de sancto Victore: *In exilium*, inquit, *relegatus Ioannes à strepitu mundi remotus, & quieti deditus, omnem pastoralem solicitudinem, cunctaq; visibilia post se longè reliquerat solisq; supernis & inuisibilibus intendebat, quare dum ad subditorum eruditionem reducitur, & de iis, quæ scribenda erant, per sensibilium similitudines edocetur, quasi de anterioribus ad posteriora reuocatur.* Itaq; à contemplatione ad actionẽ reducitur Ioãnes, vt eo exẽplo discamus, non semper contẽplationi vacandũ, sed actioni interdũ, & saluti proximorum, insistẽdũ. Id quod ipse Dñs suo exẽplo nos docuit, qui vt refertur Luc. 6. Descendẽs de mõte docuit, sanauitq; turbas in cãpestribus, & Moyses interdum cum Deo in excelsis loqr̃, interdũ cum populo agit in tabernaculis. Exod. 18. 19. 25. & 31. Sic etiã Petrus intermisso pastoralis prouidẽtiæ negotio speculam considerationis ascenderat, cùm ei dicitur, *Occide, & manduca.* Act. 10.

Rupert.

Cur post se & non ante, vocẽ audierit Ioannes.

Rich. de Sancto Vict.

Non semper cõtemplationi, interdum proximorũ saluti vacandum.

Luc. 6.

Exod. 18. 19. 25. & 35.

Act. 10. 7.

Act 10.7.

Vna est & eadem scala, qua Iacob ascendentes Angelos videt, & descendentes; per contemplationem enim ad scalæ culmen ascendimus, in quo Deus cernitur; per actionem verò ad ima descendimus, vt proximis opitulemur: ipse etiam Iacob, quemadmodum obseruauit Hildebertus Episcopus Epist 37, & refertur in Appendice Bibliothecæ Sanctorum Patrum, dum comitantibus regreditur vxoribus Rachele, & Lia, vtramque vitâ figurantibus, Angelum videt, Angelum apprehendit, & factus est in luctamine superior. Genes. 32. In hanc sententiam D. Gregorius homilia 3. in Ezechielē, interpretatur illud capitis primi, *Et manus hominis sub pennis eorū. Hæc est*, inquit, *virtus operis sub volatu contemplationis.*

Hildebert.

Genes. 32.

D. Gregorius.

2

Hoc ipsum eleganter docet D. Bernardus sermone 41. in Cantica expendens quo modo sponsæ quærenti, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*, respondsum est, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Aliud*, inquit, *cupit sponsa, & aliud accipit, & nitenti ad contemplationis quietem labor prædicationis imponitur, & sitienti Sponsi præcutiam filiorū Sponsi pariendorum, alendorumque solicitudo iniungitur; alia enim vice, cùm Sponsi amplexus, & oscula suspiraret, responsum est, quia meliora sunt vbera tua vino.* (Hæc enim verba ad sponsam, non ad sponsum refert Bernardus) *Vt ex hoc se intelligeret matrem, atque ad dandum lac parvulis nutriendosq; filios reuocari, rectè igitur inquirens, vbi nam meridianis horis dilectus pascat, & cubet, murenulas pro eo reportat aureas, vermiculatas argento, idest sapientiam cum eloquentia, haud dubium, quin ad prædicationis opus, ex quo sane docemur intermittenda plerumque esse dulcia oscula propter lactentia vbera.* Hæc Bernardus. Qui etiam legendus est sermone 46. in Cantica super illa verba, *lectulus noster floridus. Forte*, inquit, *appetis & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tantùm ne obliuiscaris flores, quibus lectulum Sponsæ legis aspersum, & curā tuum similiter circundare bonorum floribꝰ operum, & virtutum exercitio tanquam flore, fructum sanctum, otium præuenire*, Vbi vides Bernardum actionem appellare florē, ex quo fructuosa comtemplatio tanquam fructus debeat pullulare.

D. Bernard.

Murenulæ aureæ, cur datæ Sponsæ ex Bernard.

D. Bernard.

Ex flore actionis pullulat fructus contemplationis.

Secundo. Notandum est, hanc *vocem* appellari *magnam tanquam tubæ; magnam* quidem tum ad excitandam attentionem, faciendamq; audientiā, tum etiā quia, vt ait Rupertus, *Veritas fidei non amat angulos, sed toti mundo loqui desiderat; tubæ* autem multis de causis. Prima est Hugonis Car. *quia*, inquit, *sicut tubâ signū datur ad prælium, sic vox ista imitat ad sustinēda tribulationum certamina*: Quam ob causam fideles tanquam milites armantur in sacris literis. Audi Apostolum ad Ephesios 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra Spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Pro *mūdi rectores*, Græcè est κοσμοκράτορας, dictio vna composita quā Tertullianus lib. 5. contra Martionem vertit, *mundi tenentes*: Tunc sequitur. *Propterea accipite armaturam Dei, state succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei.* Pro *armaturam*, est Græcè, πανοπλίαν, quod nomen omne genus armorum significat: vnde diuus Ambrosius legit, *vniuersitatem armorum.* Vnde Iob cap. 7. *Militia*, inquit, *est vita hominis super terram*, & cap. 14. de se tanquam de milite loquitur, cum ait. *Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea.* Et Paulus 2. ad Corint. 10. *In carne ambulantes non secundū carnem militamus.* Atq; hoc ipsū Hebræi expresserunt, cùm per desertū, quod huius vitæ typus fuit, more militum iter faciebant figentes castra circa tabernaculum, & signo cælitus dato iterum ea mouentes suis armis, & vexillis militaribus instructi. Numerorum 2. & 10.

3

Rupert.

Cur vox illa, tā quā tubæ.

Ad Eph. 6. 12.

Fideles in sacris literis tanquā milites armantur.

Iob 7. 1.

Iob 14. 14.

1. ad Corint. 10. 3.

Num. 2. & 10.

4

Abbas Ioach.

Secūda ratio est Ioachimi Abbatis, quia videlicet, *tuba*, Ecclesiæ totius progressum representat: est enim instrumentum ductile, longū, & sonorū,

arcte

arctè quidèm incipiens, ſed in amplitudinem deſinens, intus concauum, & ad concrepādum efformatum. Sic Eccleſia arcta fuit in principio, quoad numerum fidelium, & occulta vſque ad numerum Prophetarum. Exindè verò largior & manifeſtior eſſe cœpit, vſque ad Ioannem. Denique in Apoſtolis dilatata, quorum ſonus in morē tubæ grandis effectus ad fines orbis terrę penetrauit. Vndè factum eſt vt Eccleſia quæ paruo anguſtabatur in populo, in latitudinem gentium funderetur. Tertia eſt eiuſdem, quia tuba typus eſt prædicationis verbi Dei; duo enim ſonum tubæ efficiunt, nimirum tuba ipſa, & flatus: & quidem per tubam, quæ viſibilis eſt, ſuperficies literę exprimitur: per flatum autem, qui eſt inuiſibilis, & tamen per tubam emiſſus terribiliter ſonat, ſpiritalis intellectus deſignatur, qui ingentia mala reprobis minatur, & illuſtriſsima bona electis pollicetur. Addi poteſt ad hâc Ioachimi expoſitionem, per flatum intelligi vim ſpiritus ſancti, quæ in prædicatione requiritur, quam ob cauſam dictum eſt ad Eſaiam cap. 58. *Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocē tuam*: & propterea muri Hiericuntini dum ſeptem ſacerdotes ſeptem buccinis clangerēt, circunducta Arca corruerunt. Ioſue. 6. in quo Apoſtolica prædicatio expreſſa eſt; quæ per ſpiritus ſancti afflatum Hierico, ideſt, mundi huius mœnia, ideſt, ſuperſtitioſa dogmata, & Philoſophorum falſam doctrinam, atque idololatriam ſolo æquauit, quemadmodum exponit Origenes homilia. 7. in librum Ioſue. Quarta, & poſtrema ratio afferri poteſt, ſuiſſe per tubam officium prędicatoris Euangelici declaratum, vt videlicet intelligat, debere ſe operē præſtare quod prædicat. Tuba enim non ſolùm ori imponitur, ſed etiam manibus tenetur. Ita enim concionator debet Euangelium, quod in ore habet, manu, ideſt, operatione fulcire, quo ſenſu intelligendum eſt illud Eſaiæ iam citatum: *Quaſi tuba exalta vocem tuam*. Id quod Paulus, concionator vtique perfectiſſimus implebat, vnde dicebat ad Philip. 3. *Imitatores mei, eſtote fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram*: pro quo habetur Græcè τύπον ἡμᾶς, vt ita legam⁹ ſicut habetis typū & exēplar nos; itaq; Paul⁹ typū & exēplar ſe appellat Philippenſium: quippe qui quod prædicabat, ſic opere præſtabat, vt pro typo & exemplari à fidelibus haberi poſſet: quod idem commendat Tito cap. 2. cū ait: *In omnibus te ipſum præbe exemplum*, Græcè τύπον, ideſt, formam, & exemplar: id ipſum ab omnibus prælatis obſeruari cupit Petrus 1. ſua Epiſt. cap. 5. eum ait: *Neque dominātes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo*, Græcè τύποι γενόμενοι, id eſt, facti typi, & exemplaria cæterorum: eleganter in eundem ſenſum D. Gregorius homil. 21. in Ezech. interpretatur menſas illas, quarum fit mentio Ezechielis 40. quæ menſæ dicuntur habuiſſe labia reflexa intrinſecus: *Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinſecus per circuitum. Super menſas autēm carnes oblationis. Tunc*, inquit, *menſarum labia intrinſecus reflectuntur, quando doctores ad conſcientiam reuocant, tacita cogitatione quod dicunt, quando ſemetipſos ſubtiliter perſcrutantur, ſi faciunt quod loquuntur: rectè autē cum reflexa intrinſecus menſarum labia dicuntur, additur quoque (Per circuitum) vt non in vna qualibet ſe parte conſiderent, atque ex alia ſemetipſos perpendere prætermittant, ſed vbique ſemetipſos inſpiciant, & in quantum præualent ſtudeant, ſingula opere implere, quæ docent. O doctor, ecce iam menſa es, iam vaſa portas, iam in vaſis fidelibus pondus holocauſti & victimæ ſuſtines, ſed intus reflectè labium, ideſt, ad cor reuoca ſermonem, audi quod dicis, operare quod prædicas.*

Hæc Gregorius.

****
***
*

Tertia.

Tuba, typ⁹ prædicationis.

Eſai. 58. 1.

Ioſue 6.

Origenes.

Poſtrema.

Concionatoris officium.

Philip. 3. 17.

Paulus fidelium exemplar.

Ad Tit. 2. 7.

1. Petri. 5. 3.

Prælati exēplū.

Ezech. 40. 43.

Reflexâ mēſarū labia, quid.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De prima visione Ioannis.

Visio Ioanni facta hoc primo capite describitur.

SECTIO PRIMA.

1 NCIPIT Ioânes diuinas visiones sibi ostensas (quæ sanè fuere prçter modum admirabiles) commemorare, quarũ prima hoc primo capite inchoatur, fuitq; huiusmodi.

Primùm, vidit septem candelabra aurea, quç non cõstat cuius figuræ fuerint: crediderim fuisse non solum maxima, sed etiam pulcherrima, atque excellenti opere, artificioq; cçlata, singula singulos ingẽtes cereos accensos in summitate præferentia. Secundò vidit in medio eorum *Similem filio hominis vestitum podère*, id est, linea tunica talari, quam propterea Septuaginta semper ποδήρη, id est, ad pedes vsque demissam appellant. Eratq; vnum ex Sacerdotalibus indumentis.

2 Pro illustriori tamen huius rei cognitione, sciendum ex Iosepho libro 3. Antiquit. cap. 8. & diuo Hieronymo in epist. ad Fabiolam de veste sacerdotali, duplicem fuisse tunicam sacerdotalem apud Hebræos, vnam communem omnibus sacerdotibus: alteram propriam Pontificis. Tunica communis sacerdotum erat linea ex byssо, dicebaturq; Hebraicè כתנת, hoc est, linea, linum enim Chethon Hebraicè nominatur: hæc adhærebat corpori, tamq; arcta erat, strictisq; manicis, vt nulla omnino in veste esset ruga, tam longa vt vsque ad pedes descenderet, vndè & ποδήρης dicebatur. Aiũt Hebræi quos nonnulli ex nostris sequuntur, hãc tunicam totam fuisse variis oculorum ordinibus, & figuris continuata serie distinctam, instar scutulatarum vestium apud Romanos: idque probant ex eo quod Exod. 28. cùm dicitur, *Stringesq; tunicam byssо*, pro *Stringes* est Hebraicè שבצתי quod ipsi transferunt *Oculabis*, vt sit sensus *Oculabis*, id est tunicam byssо: etenim id verbum non solum stringere, sed etiam oculare significat: de cuius sententiæ probabilitate non est hîc disputandi locus. Tunica propria Pontificum erat Hyacinthina, quæ Hebraicè dicebatur, מעיל quam etiam Iosephus talarem appellat, eademq; à Septuaginta interpretibus Exod. 28. ποδήρης quoque dicitur: sed non puto tam longam dimissamq; fuisse, sicut erat prior tunica byssina, quæ *podèris* nomen sibi propriè vendicat, diciturq; in sacris literis, tunica superhumeralis, quia ipsi superhumerali immediatè superponebatur. Erat tota hyacinthina, eiusq; ex limbo pendebãt per circuitum tintinnabula aurea, & mala punica ex hyacinto, & purpura, & cocco bis tincto, eo ordine, vt inter duo quælibet tintinnabula esset vnum malum punicum, & inter duo mala punica vnum tintinnabulum. Docet autem diuus Hieronymus loco citato, fuisse septuaginta duo tintinnabula, & totidem mala punica,

Item & Pontificia.

Exod. 28.

D. Hieronym.

Iosephus, & Hieron.

Tunica sacerdotalis apud Hebræos, qualis.

cui

Clem. Alex.

Quot ex ea tintinnabula penderent.

cui potiùs fides habenda est quam Clementi Alexandrino, qui quinto libro stromatum trecenta sexaginta sex tintinnabula, totidemq; mala punica, iuxta numerum dierũ, quibus annus cõstat, fuisse existimauit. Cum igitur hoc loco ait Ioannes illum *similem filio hominis*, qui sibi apparuit, fuisse vestitum podêre, hoc est talari tunica; licet de vtraque, & byssina scilicet & hyacinthina intelligi posset, siquidem vtraq; podêris dicebatur vti diximus: magis tamen crediderim id de priori tunica byssina communi omnium sacerdotũ esse accipiẽdum, eò quod illa est, quæ propriè podêris sibi appellationem vendicabat, præter quam quod hæc est communis interpretum in hunc locũ existimatio: itaque hic *similis filio hominis* podêre indutus, hoc est Angel⁹ Christum repræsentans, vt postea suo loco dicemus, illum non vt præcisè Põtificem, sed vt sacerdotem absolutè referebat, cui non obstat, quod in scribendis ad septem Episcopos literis, Pontificium munus exercet, siquidem tunica byssina non solum ad sacerdotes, sed etiam ad Pontifices pertinebat, quippe qui supra tunicam byssinã, hyacinthina quoq; induebantur: quanuis non multum repugnauerim, siquis istum *similem filio hominis*, malit tunica hyacinthina indutum apparuisse, vt summum scilicet Pontificem omnibus Episcopis præsidentẽ, atque ad illos Pontificio iure, & autoritate scribentem, repręsentaret.

Qua tunica indueretur ille similis, filio hominis.

3

Tertio. Erat hic *similis filio hominis præcinctus ad mammillas zona aurea*. Aduerte sicut duplex erat tunica, ita duplicem quoque fuisse zonam, qua astringi solebat. Et quidem tunica linea, vt ait Iosephus, accingebatur circa pectus paulo axillis inferiùs zona lata digitos quatuor, intus inani, ita contexta, vt serpentis exuuium videri posset, floribus etiam picturata puniceis, purpureis, hyacinthinis, & byssinis, stamen verò è sola byssо constabat, quæ semel atque iterum circa pectus reuoluta ad talos vsque defluebat tantisper dum sacerdotes à sacris feriabantur, idque ad ornatum conferre videbatur; cum verò sacris erat ministrandum, ne vẽtilata impedimento esset, super humerum læuum retorquebatur: dicebatur hæc zona hebraicè אבנט Babylonij Hemeianin vocabant, *Nos cingulum vel baltheum*, inquit Hieronymus, *possumus appellare*. Tunicam verò hyacinthinam astringebat zona alia coloribus, vt inquit Iosephus, Supradictæ zonæ similis, hoc est ex filis byssinis, purpureis, coccineis, atque hyancinthinis contexta nisi quod aureis quoque filis erat intertexta, nec verò huiusmodi zona soli tunicæ hyacinthinæ stringendæ seruiebat, sed super humerale & rationale cum eadem tunica colligabat. Cũ igitur Ioannes ait hunc *similem filio hominis* fuisse præcinctum ad mammillas zona aurea; nec priorem nec posteriorem zonam intelligit, siquidem neutra earum erat aurea, sed aliã vtique nobiliorem, ac præstantiorẽ, quæ tamen, cum zona hyacinthina quam ex Iosepho diximus auro intertextam fuisse, hac ex parte conueniret, vt hinc aliquis non ineptè argumẽtari possit, tunicam qua idem *similis filio hominis*, indutus apparuit, non byssinam fuisse, sed hyacinthinam, cùm zona auro contexta, non ad byssinam tunicam, sed ad hyacinthinam pertineret: verũ cum nostra hæc zona tota aurea fuerit, atque adeo ad neutrã tunicam propriè spectaret, non indè necessariò conficitur, talarem vestem, qua hic *similis filio hominis* erat indutus, hyacinthinam fuisse tunicam: quin illud potiùs colligendum, ea zona aurea significari sacerdotem illum siue pontificem cuius ille *similis filio hominis*, personam sustinebat, sacerdotibus pontificibusq; legalibus longè antecellere. Itaque non communi sacerdotum, aut pontificum zona, sed nobiliori & pretiosiori astringi debuisse, quod magis intelliges, cùm huius aureæ zonæ mysteria explicabimus.

Iosephus.

D. Hieron.

Iosephus.

Duplex Sacerdotis zona describitur.

Qua zona præcinctus ille similis filio hominis.

4 Quarto. *Caput eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix*, ideſt nimi candoris non quod dumtaxat cãdorẽ lanæ, & niuis æquarent, ſed quia aliæ ſimilitudines non reperiuntur aptiores ad amplificandam eximij alicuius cãdoris magnitudinem, quæ etiam fuit cauſa cur Matthæus capite. 17. agens de trãsfiguratione domini dixerit veſtimenta eius facta fuiſſe alba inſtar niuis: cùm certum ſit illum veſtimentorum Chriſti candorem, magno interuallo omnem niuis candorem ſuperaſſe. Quinto. *Oculi eius erant tanquam flamma ignis*, ideſt, ardentiſſimi, & inſtar flammæ micantes, & ſcintillantes. Sexto. *Pedes eius ſimiles erant aurichalco*, Græcè habetur ſimiles, *Chalcolibano ὁμοῖοι χαλκολιβάνῳ* eſt autem *aurichalcum*, ſeu rectius orichalcum metali genus auro ſimile, dictum Græcè, & Latinè, Orichalcum; eo quod naſcatur in motib⁹, *ὄρος* enim Græcè montem ſignificat: qua de re legendus eſt Plinius lib. 34. cap. 2. Chalcolibanon verò, vt vult Suidas, eſt electri genus auro pretioſius; quanquam ſi ad etymon ſpectemus, ſit aliquid ex ære & thure cõpoſitum *χαλκος* enim Græcè æs, *λίβανος* autem, thus ſignificat. Septimo. *Pedes eius* erant *ſicut in camino ignis ardenti*, ſeu vt habetur Græcè *ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι*, ideſt, tanquam in camino igniti, vt *ignitum* ad *pedes*, non ad *caminum* referatur. Octauo. Vox eius erat, *tanquam vox aquarum multarum*, ideſt maximè ſonora, & multiplex. Nono. *Habebat in dextera ſua ſeptẽ ſtellas*, vel depictas ſcilicet, vel incluſas. Decimo. *De ore eius exibat gladius vtraque parte acutus* Græcè *ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα*, hoc eſt gladius anceps, ſeu adverbum duplicis oris acutus. Vndecimo. *Facies eius* erat ſplendidiſsima *ſicut ſol cum lucet in virtute ſua*, ideſt, cum fulgentiſsimus eſt in meridie. Poſtremo Ioannes tanta viſione perterritus, ad pedes eius tanquam mortuus non tam accidit, quàm cecidit, ille autem ponẽs dexteram ſuam ſuper eũ dixit *μὴ φοβοῦ*, *Ne time* ſeu *Noli timere*, *Ego ſum prim⁹ & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis, & inferni*, Præcepitque ei, vt omnia quæ viderat literis mandaret. *Scribe*, inquit, *quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc: ſacramentũ ſeptẽ ſtellarũ, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptẽ candelabra aurea: ſeptẽ ſtellæ, Angeli ſunt ſeptẽ Eccleſiarũ, & candelabra ſeptẽ, ſeptẽ eccleſiæ ſunt.* Verbũ *γράψον*, hoc eſt ſcribe, referendũ quoq; eſt ad *ſacramentum ſeptem ſtellarũ*, & ad *candelabra*, vt ſit ſenſus, ſcribe quæ vidiſti, & quæ modo in Eccleſiis geruntur, & quæ poſtea euentura ſunt, ſcribe quoque *ſacramentum*, ſeu vt Græcè habetur *μυστήριον ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea*, ſcribe etiam *ſeptem candelabra aurea*. Nam quod ita locus ſit diſpungendus, perſpicuum eſt ex eo quod Græcè *candelabra* ſunt in accuſandi caſu, & quod eſt conſequẽs, *ſacramentum ſeptem ſtellarum*, eodẽ quoq; caſu accipere oportet. Sic enim Græcè legimus *γράψον ἃ εἶδες, καὶ ἃ εἰσὶ, καὶ μέλλει γενέσθαι μετὰ ταῦτα, τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων ὧν εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς.* Sed iam ad myſterium viſionis explanandum accedamus.

Matth. 17.

Plinius.

Explicatur viſio in ſenſu literali, & primùm quid ſeptem candelabra aurea ſignificent.

SECTIO II.

SEPTEM candelabra aurea, ſunt ſeptem Eccleſiæ, ad quas ſcribit Ioannes nomine omnium orbis Eccleſiarũ, vt ſupra diximus; de qua expoſitione dubitari non licet, cùm ille idem *ſimilis filio hominis*, qui Ioanni apparuit, ſic myſterium explicauerit. *Candelabra*, inquit, *ſeptem Eccleſiæ ſunt.* Licèt verò ſeptem Eccleſiæ Aſiæ minoris, quæ ſuperiùs nominatæ ſunt, hoc loco ſubaudiendæ ſint, tamen earum nomine

vniuersas orbis ecclesias oportet accipere, vt ibidem docuimus, tum quod numerus septenarius vniuersitatē significat, tum ob septiformem Spiritus sancti gratiam, ex qua vniuersæ Ecclesiæ pulchritudo efflorescit: quam eandem ob causam per *septem cādelabra* exprimitur, propter septiformem spiritualium donorum splēdorem, quo ab Spiritu sancto collustratur. Itaque iure septiformis Ecclesia per septē candelabra designatur, quę etiam per illud candelabrum aureum septem calamorum adūbrata est, de quo agitur Exodi 25 & 37. & illud quod vidit Zachar. cap. 4. & illud de quo loquitur Christus Matth. 5. *Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrū, vt qui ingrediuntur lumen videant.* Prima ratio cur Ecclesia comparetur cādelabro, est, quia est visibilis, & excellenti quodam splendore conspicua, atque manifesta, iuxta illud Psalmi 18. *In sole posuit tabernaculum suum.* Quem locum de Ecclesia intelligit D. Augustinus tract. 2. in epistolā Ioannis. *In manifesto*, inquit, *posuit Ecclesiam suam, vt sicut Sol, non possit omnino latere*: vnde & *Ciuitas supra montem posita* appellatur. Secunda ratio est. Quia instar candelabri lucem mundo præfert, quod lumen est ipse Christus, Ecclesiæ candelabro impositum, iuxta illud Ioannis. 8. *Ego sum lux mundi.* Et Ioanis. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, & Malachiæ 4. *Timentibus nomen meum, orietur Sol iustitiæ*: Ex quo fit vt mirum sit, & planè diuinum Ecclesiæ candelabrum, quippe quod pro lumine Solē ipsum in summitate præferat, imo & *fontem Solis*, de quo agitur in libro Iosue: quemadmodum expendit Origenes homilia 19. in librum Iosue, vbi fit mentio fontis Solis. Quem Solis fontem, Christum ipse interpretatur. Quis porrò non miretur solem oriri ex fonte, sed is nimirum est Christi splēdor, vt ex eo lux omnis spiritualis, tanquam ex fonte orta ad omnem mundi plagam illuminandā deriuetur, quod illis verbis prædixit Symeon Luc. 2. *Quod paratti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium.* Tertia ratio est Richardi de Sancto Victore. *Quia sicut*, inquit, *magna candelabra trib⁹ ferè pedibus sustinentur, ita Ecclesia in sacrosanctæ Triadis fide per charitatem operante fundata erectaque consistit.*

Porrò Ecclesiæ non solùm candelabra, sed aurea etiam candelabra appellantur. Primò, secundum Richardum de S. Victore, quia sicut aurū per ignē probatur, malleis extenditur, & in formam candelabri productū, instrumentum ignis, & luminis efficitur, ita Ecclesiæ tentationibus probatæ, & tunsionibus persecutionū extenuatæ, ardent igne sapientiæ cælestis, & lucēt opere charitatis, quam etiam ob causam candelabrum illud de quo agitur Exodi 25. & 37. non erat fusile, sed ductile, quemadmodū obseruauit D. Greg. homilia 6. in Ezech. quia nimirū Ecclesia ferendo producitur, & quotidie persecutionibus proficit, atq; huc alluisse videtur Petrus 1. sua epist. c. 1. cū dixit: *Vt probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur.* Secundò, propter charitatē quæ ob excellentiā & præstātiam auro omnium metallorū pretiosissimo cōparatur, iuxta illud capitis 3. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum.* Est autem ea auri natura, auctore Plinio libro 33. historiæ naturalis cap. 3. vt nihil eius igne depereat, tutò etiam in incendiis durante materia: imo quò sæpius arsit, ad bonitatem proficiat: accedit, quod nec aliud metallum latiùs dilatatur, aut numerosiùs diuiditur: sic igitur nihil charitatis persecutionum igne deperit, sed magis perficitur: iuxta illud secundæ ad Corinthios 12. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo, cum enim infirmor, tunc potens sum:* Quasi dicat nihil virtutis & constantiæ, mihi in tribulationum flammis deperit, quin potiùs tunc euado firmior atque potentior, ipsumq; charitatis aurum per gratiam & virtutem CHRISTI magis enitescit.

Ecclesia cur septiformis, & cā delabro cōparetur.

Exod. 25. & 37.

Zachar. 4.

Matth. 5. 16,

1. Ratio.

Psalm. 18. 5.

D. August.

Secunda.

Christus Ecclesiæ lumen. Ioann. 8. 12. Ioann. 1. 91. Malach. 4. 2.

Origen.

Item fons solis.

Luc. 2. 31.

Tertia.

Richard.

2

Rich. de S. Vict.

Exod. 25. & 37

D. Greg.

1. Petr. 1. 7.

Plinius.

Auro comparatur charitas.

2. ad Cor. 12. 2.

Præterea charitas quantumcumque extendatur laboribus, semper instar auri sufficit: quemadmodum docuit Apostolus ad Romanos 8. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia?* &c. & 2. ad Corinthios 6 *Quasi morientes, & ecce viuimus*: In quo quidem charitas à simulata virtute hypocritarum longe dissidet, quemadmodũ & verum aurũ in eo distinguitur ab alchimico, quod alchimicum, non ita malleorum ictus, licut verum, sustineat. Vndè Paulus 2. ad Corinthios 6. postquam fideles ad labores constanter patienterq; tolerandos, esset adhortatus, illis verbis, *In omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs*, necessariò adiungendũ putauit *in charitate nõ ficta*: Seu vt Græcè est, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, hoc est in charitate non hypochritica, vt innueret charitatem esse aurum, quæ nisi vera sit, haud poterit tribulationum, necessitatum, angustiarum, carcerum, seditionũ, & laborũ ictus sustinere, quin statim frangatur, quemadmodũ aurum charitatis hypochriticum & alchimicum malleorum ictu frangitur: quare, inquit, vt persecutiones omnes, atque difficultates inuicto animo superetis, habete verum charitatis aurum, non fictũ, non simulatũ, non alchimicum.

Ad Rom. 8. 35

2. ad Cor. 6. 9.

Hypochrisis, aurum alchimicũ.

*

De simili filio hominis, qui erat in medio septem candelabrorum aureorum.

SECTIO III.

RICHARDVS de S. Victore, per hunc *similem filio hominis*, angelum intelligit, qui in persona, & similitudine Christi, demonstrabat Ioanni sacramentum Diuinæ reuelationis. *Qui*, inquit, *eò amplius habuit auctoritatis, quod apparuit in similitudine Saluatoris*: Quæ sententia vera est nec enim Christus ipse Ioanni apparuit, sed angelus Christi personam sustinens, & idcirco non homo, nec filius hominis, sed *similis filio hominis* appellatur: quo sensu accipiẽdi sunt ferè omnes interpretes, cũ hoc loco per *similem filio hominis*, Christũ intelligunt, nec enim illud censendi sunt existimare, Christum in sua ipsius persona *in medio candelabrorum aureorum* visum esse, sed angelum in hominis specie, qui Christum referret: verum iam hinc illa oritur dubitatio, cur si Christum hic angelus representabat, non homo, sed *similis filio hominis* appelletur. Beda, Primasius, Hugo Cardinalis, & alij, eam afferunt rationem, quia nimirum Christus resurrexit immortalis, non iam simpliciter hominem, qui naturam dicit passibilem, sed similem homini, dicendum fuisse: quo etiam sensu dixit Paulus 2. ad Corinthios 5. *Et si cognouimus Christum secundum carnem*, idest mortalem *sed iam non nouimus*. Eodemque modò diuus Augustinus libro 11. contra Faustum Manichæum capite. 7. intellexit illud ad Hebræos 5. *Qui in diebꝰ carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui posset eum saluum facere à morte cum clamore valido & lacrymis offerens*: Vbi illud *in diebus carnis suæ*, idẽ est, atque, cùm vitam mortalem agebat. Elegantiorem rationem reddit Ioachimus Abbas. *Christus*, inquit, *tanta in cælo præeminet claritate, tanta maiestatis gloria fulget, præ omnibus angelis, vt sicut in eo aliquando Diuinitatis suæ gloriam occultabat humanitas, ita nunc humanitatis eius abiectio exinanita à maiestatis gloria, & à splendore summæ lucis absorta esse videatur.* Vt enim aliquando semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Ad Philippen-

Richard. de S. Victore.

Quis fuerit ille similis filio hominis.

Beda. Primasius. Hugo card.

2. ad Cor. 5. 16.

D. August.

Hebr. 5. 7.

Qua gloria fulgeat Christꝰ in cælo.

Ad Philip.

ses

Philipp. 2.

ſes ſecundo. Ita nunc forma ipſa ſeruilis à maieſtatis gloria exinanita eſt, vt ita nihil in eo ſuſpicionis remaneat, quo minus verus Dei filius eſſe credatur. Igitur hic ſimilis filio hominis eſt *in medio candelabrorum aureorum*, id eſt, Eccleſiæ vniuerſæ, iuxta ea, quæ ſuperiùs de ſeptem candelabrorũ myſterio diximus, idq; multis de cauſis. Prima eſt, vt inde influat in omnes eius partes: propterea enim etiam cor eſt in medio corporis: Adnotauit Hugo cardinalis in hunc locum: Chriſtũ ſemper in medio inueniri. Etenim ipſe eſt media, ideſt, ſecunda perſona Trinitatis: Naſcitur media nocte, Sapientiæ 18. *Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, Omnipotens ſermo tuus Domine de cælo, à regalibus ſedibus venit.* In medio mundi patitur, hoc eſt in Hieruſalem, quæ *Vmbilicus terræ* appellatur. Ezechielis 38. Vnde eſt illud Pſalmi 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* In medio duorum latronum crucifigitur. In aëre, id eſt, inter cælum & terram moritur. In medio diſcipulorum poſt reſurrectionem ſtetit. Ioannis 20. Ipſe etiam dicit de ſe Matth. 18. *Vbi fuerint duo, vel tres, congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Denique hoc loco in medio ſeptem candelabrorum aureorum apparet. Simile eſt illud Leuit. 26. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, ambulabo inter vos, & ero Deus veſter vosque eritis populus meus*: pro *ambulabo inter vos*: eſt apud Septuaginta ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν: ad quem locũ haud dubiè videtur ſpectaſſe Paulus 2. ad Corint. 6. cum dixit: *Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo*: vſus eſt enim eodem verbo ἐμπεριπατήσω: Concinit & illud apud Ezechielem 37. *Et erit tabernaculum meũ in eis, & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi populus, & ſcient gentes, quia ego Dominus ſanctificator Iſrael, cum fuerit ſanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.* Quod quidem vaticinium impletum eſt in Chriſto, qui ſanctificationem ſuam in medio Eccleſię poſuit, ipſeque in medio fidelium inambulat, atque *in medio candelabrorum*, hoc eſt, omnium Eccleſiarum, vt in omnem partem vim gratiæ ſuæ largiter fundat, quæ eſt prima huius myrij ratio.

Hugo card.

In medio candelabrorum cur Chriſtus. Prima ratio.

Sap. 18. 14.

Idem ſemper in medio inuenitur.

Ezech. 38. Pſalm. 73. 12.

Ioan. 20. Matth. 18. 20.

Leuit. 26. 11.

2. ad Cor. 6. 16.

Ezech. 37. 27.

Secunda ratio eſt. Chriſtus in medio Eccleſiæ per amorem, & beneuolentiam, qua omnes omnino complectitur. Atque hoc Chriſti exemplũ deberent omnes prælati in ſuarum Eccleſiarum adminiſtratione imitari, atque per amorem in medio eſſe ſubditorum: Mitto Chriſti pro omnibus in terras adductum, paſſionem, mortem: illud ſane fuit in collegij Apoſtolici gubernatione admirandum, quod cum Petrum, & filios Zebedæi ad peculiaria quædam familiariùs admitteret, veluti ad myſterium Transfigurationis aſpiciendum: ita tamen hæc omnia in reliquis Apoſtolis tractandis, fouendisq; compenſabat, vt quilibet eorum ſibi in animum poſſet inducere, neminem ſibi à Chriſto anteferri, hinc enim orta eſt illa ab Apoſtolis non ſemel habita *contentio quis eorum videretur eſſe maior*, vt patet Marci 9. & Lucæ 22. nimirum vſque adeò Chriſtus in medio omnium erat, per amoris & beneuolentiæ ſigna, quæ modo vni, modo alteri exhibebat, vt nemo de beneficiis in alterum collatis conquereretur, nemo alteri inuideret, quin potius quilibet eorum ſe plus amari exiſtimare poſſet, & ſibi primum honoris gradum præ cæteris polliceri. Hoc ſanè fuit in medio eſſe diſcipulorum: quam in gubernando prudentiam deberẽt prælati omnes quoad ei⁹ fieri poſſet æmulari, atq; in medio ſubditorum eſſe per amoris & beneuolentiæ argumenta. Hæc enim ſubditos circũſtare prælatũ faciunt, fidenterq; accedere: quẽadmodũ timor eoſdem longè remouet, ſicut eleganter monet D. Bernard. ſerm. 23. in Cant. ſuper illa verba cap. 1. *Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus & lætabimur in te, memores vberũ tuorũ. Diſcite*, inquit, *Prælati ſubditorũ matres vos eſſe, non Dominos, ſtudete magis amari, quam metui. Suſpendite verbera, producite vbera, cur morſus à*

2 Secunda.

Prælati prudentia atque amor in ſubditos.

D. Bernard.

serpente parvulus fugit conscientiam Sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat tanquam ad sinum recurrere matris. Vnde Dominus Moysi præcepit, vt populum illum nutricis more tractaret, quemadmodum ipse sua illa querimonia testatur, Numerorum 11. *Nunquid ego concepi omnem hãc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum?* Nec verò huic secundę nostræ rationi officit, quod inferiùs hic idem *similis filio hominis* seuerè agit cum Angelis Ecclesiarum, ideſt, Episcopis, vtrumq; enim adhibendũ est, & comitas seueritate tẽperãda iuxta illud Iob. c. 29. *Si quando ridebã ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram*, ideſt, tanta mea erat grauitas, vt si quando cum illis loquens riderem, adhuc tamen timerent, & reuerentiam seruarent. Illud enim significat (*Lux vultus mei non cadebat in terram*) seu vt habetur in Hebræo, *Lucem vultus mei non abijciebant*, ideſt, vultum meum lætum, atque hilarem non contemnebant: quã expositionem sic paucis complectitur D. Gregorius lib. 20. Moralium cap. 3. *Talis*, inquit, *debet esse dispensatio regiminis, vt is qui præest ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus & arridens timeri debeat, & iratus amari, vt eum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata seueritas odiosum.* Et eodem libro cap. 8. ponderans illud Iob, quod habetur eodem capite. *Cum sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.* Hortatur Prælatos vt seueritatem benignitate temperẽt, exemplo illius Samaritani, qui eius qui incidit in latrones, vulneribus, vinum simul & oleum infudit. Lucæ 10. *Vt per vinum*, inquit, *mordeantur vulnera, per oleum foueantur*: quare miscenda est lenitas cum seueritate, faciendumq; quoddam ex vtroque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerẽtur subditi, neque nimia benignitate soluãtur. Vndè est illud Psal. 22. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet, id quod etiam in arca fœderis fuit expressum, in qua cũ legis tabulis virga simul, ac manna cõiuncta fuerunt, quia cum scripturæ sacræ scientia in boni rectoris pectore virga districtionis, & manna dulcedinis esse debet. Tertia & postrema ratio, est *in medio candelabrorum aureorum* per protectionem, curam, atque prouidentiã, vt præsto sit ad emũgenda candelabra, ne fidei lumen extinguatur, ne spes labet, nec charitas refrigescat, nec corruat disciplina: ex quo duci potest argumentum pro residentia prælatorum, vt etiam ipsi exẽplo Christi sint *in medio candelabrorum* ideſt, Ecclesiarum. Quemadmodum seuerè statuit Concil. Trident, Session. 6. decreto de reformatione cap. 1. & Sess. 23. decreto item de refor. cap. 1. Residentiæ necessitatem, obligationemq; Patres omnes exaggerant, præcipuè verò diuus Athanasius patriarcha Constantinopolitanus, multis in locis veluti in epistola ad episcopum Sardensem, vbi inter alia sic ait, θείων δεσμῶν μηδὲ κἂν πρὸς μικρὸν ἀνεπιτιμήτως ἐώντων ἀφίστασθαί τινα τοῦ ποιμνίου, hoc est diuinis oraculis seu statutis ne minimum quidem permittẽtibus impune aliquem pastorẽ à grege abesse: legendus est idem in epistola quam scripsit ad omnes Episcopos, & in epistola ad Episcopum Cretæ volenti proficisci ad suum Episcopatum, & in epistola ad Episcopũ Apameæ, & in epistola ad imperatorem, vt Episcopos ad suas diœceses ire iubeat.

Num. 11. 12.

Benignitas prælati seueritate temperanda.

Iob cap. 29. 24.

D. Greg.

Iob 39. 25.

Luc. 10.

Psalm. 22. 4.

Residentia prælatorum.

Conc. Trid.

D. Athan.

Cur vestitus podêre apparuerit.

Vidi similem filio hominis vestitum podère.

SECTIO IIII.

I

Beda. Rich.de S.Vict.

RATIO prima est Bedæ, & Richardi de sancto Victore, ad significandam naturam humanitatis, in qua Christus semetipsum tanquam verus sacerdos Patri pro nobis obtulit, erat enim podêris vti diximus vestis sacerdotalis: est autem hæc vestis talaris, ideſt, vsq; ad talos demissa, quia virtus passionis Christi ad infimos quosque fideles pertingit: vnde & Ezechielis 1. homo ille, qui in throno sapphirino considebat, Christumq; significabat, similitudinem electri præferebat, quod vim habet paleas attrahendi, quia Christus non solum magnates & principes, sed etiã infimos quosq; de plebe, passionis suæ virtute seruat, & ad cælum vsque vbi nunc est, ceu paleas electrum, trahit: quod autem è cælo hoc est tanto interuallo, paleas in terra positas possit attrahere, electri est diuina planè ad attrahendum efficacitate præpollẽtis. Vel certe *podêrem* possumus amorem interpretari, qui talaris fuit in Christo, ideſt, vsque ad finẽ vitæ pertingens, iuxta illud Ioannis 13. *Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*: Est enim talaris vestis perseuerantiæ Symbolum, vt auctor est diuus Gregorius lib. 1. Moralium cap. vltim. expendens quod solus Ioseph inter fratres talarem tunicam habuisse perhibetur. Genes. 37. cùm dicitur, *Nudauerunt eum tunica talari, & polymita*: quia Ioseph inter fratres vsque ad finem iustus perseuerasse describitur. *Qui enim*, inquit, *est talaris tunica nisi actio consummata, quasi enim talaris tunica talum corporis operit, cùm bona actio ante Dei oculos, vsque ad vitæ terminum nos tegit*. Eadem tunicæ talaris expositio traditur ab Eligio Nouiomensi Episcopo homilia. 11. ad pœnitentes, & refertur in appendice Bibliothecæ sanctorum Patrum, vbi addit idem significari à Christo cùm de se ait hoc ipso cap. *Ego sum Alpha, & Omega* ideſt, *principium & finis*, vt nimirũ non solo bono principio contenti simus, sed finem etiam bonum habere studeamus. Hæc autem eò pertinent, vt proposito nobis ante oculos Christi cruento in cruce sacrificio, quod tanquam verus sacerdos in humanitate peregit, amoreq; illo singulari, quo nos in finem vsque dilexit, in ei⁹ quoque nos amorẽ ardentiùs incitemur.

Virtus passionis Christi.

Ezech. 1.

Talaris tunica in Christo, quid Ioann. 13.

D. Greg.

Genes. 37. 23.

Eligius.

Secundò. Apparuit *vestitus podêre*, veste inquam sacerdotali ad terrorem incutiendum peccantibus: declarat nanque iudicium, quo nunc singulos, in fine autem mundi iudicaturus est vniuersos, ad forum etiam interius vtpote sacerdotale pertinere. Itaq; se omnia, siue merita, siue demerita certo nosse, de illisque sententiam latutum, quo eodem mysterio Ezechielis 9. apparuit etiam vestitus lineis, seu podêre, vt Sepuaginta transtulerunt, & habens ad renes atramentarium scriptoris, quia omnia quæ agimus diligenter notat, accurateq; describit, vt iudicet, sicut eo loco interpretatur D. Hieron.

Ezech. 9.

Septuaginta.

D. Hieron.

2

Tertiò, ad probitatem vitæ, morũq; integritatem commendandam fidelibus, apparuit *vestitus podêre*, ideſt, iustitia, seu sanctitate, quæ indumentum Christi, & cuiusuis iusti appellatur, iuxta illud Esaiæ 61. *Indumento iustitiæ circundedit me*: cui concinit illud Ecclesiastici 27. *Si sequaris iustitiam apprehendes illam, & indues quasi podêrem honoris*: & est sensus, sua quemque iustitia, atque virtute indui veluti honorifica quandam veste talari, quæ totum hominem tegit, ornatq;: sic etiam Iob cap. 29. *Iustitia*, inquit, *indutus sum, & vestiui me quasi vestimento*. Quem locũ expendens D. Gregorius lib. 19. Moraliũ cap. 16. *Vestimento*, inquit, *cum vestimur ex omni parte circundamur: ille ergo iustitia sicut vestimento vestitur qui se vndique bono opere protegit, & nullam partem actionis suæ peccato nudam relinquit; nam qui in quibusdam actionibus iustus est, in aliis iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit, nec iam bona sunt opera, quæ sub ortis aliis prauis operibus inquinantur, iuxta illud Ecclesiastici 9. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Et Iacobi 2. Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno factus est omnium reus.*

Iustitia, Christi indumentum.

Esaiæ 61. 10.

Eccles. 27. 9.

Iob 29. 41.

D. Greg.

Eccles. 9. 18.

Iacob 2. 10.

Quarto, & postremo. *Podêrem* possumus Ecclesiam accipere, quam Christus ipse induit, vt sua ipsius persona pretiosam, & illustrem faceret; sicut autem podêris tunica erat admodum stricta nullamque rugam efficiens, si tunicam lineam non hyacinthinam intelligas, vt diximus hoc ipso exegetico, Sectione prima, ita Paulus docet Ecclesiam ita gloriosam à Christo effectam esse, vt nullam haberet rugam, ad Ephesios. 5. *Vt exhiberet sibi gloriosã Ecclesiã non habentẽ maculã aut rugã*: propterea namq; Ecclesia laborib⁹ & persecutionibus nimis extenditur ne rugã habeat, quemadmodum docet D. Augustinus in Psalm. 132. *Vestis*, inquit, *Sacerdotalis Ecclesiam significat, de qua loquitur Apostolus ad Ephesios* 5. *Quæ mundatur, vt non habeat maculam, extenditur, vt non habeat rugam, vbi eam extendit fullo nisi in ligno? videmus quotidiè à fullonibus tunicas quodammodo crucifigi, crucifiguntur enim vt rugam non habeant*. Hæc ille. De huius vestis mundatione multa superiori exegetico Sect. vndecima diximus ad illa verba, *Lauit nos in sanguine suo*: Vbi Ecclesiam esse Christi pallium & indumentum confirmauimus. Omnes istæ rationes cùm ipsa visione probè cohærent, ostendit enim se hoc loco Christus omnium fidelium habentem curam & prouidẽtiam, sacerdotem, ac iudicem & sũma cum sanctitate ac iustitia Ecclesiam ad ministrantem.

Ecclesiã Christ⁹ fecit gloriosam. Ad Ephes. 5. 27.

D. Augustinus.

Cur fuerit præcinctus ad mãmillas zona aurea.

Et præcinctum ad mammillas zona aurea.

SECTIO V.

IN tantùm materię nobilitate, & compositionis elegantia, sęd mysteriorum quoq; venustate pulcherrima est hæc zona aurea, qua ille *similis filio hominis præcinctus erat ad mammillas*: Atque in primis illud quærimus. Cur Christus Dominus in testamento veteri, ideſt, Danielis 10. accinctus renibus: in nouo autem testamento, ideſt hoc loco, ad mammillas accinctus apparuerit etenim quãuis ille apud Danielem angelus fuerit, & vt quidam arbitrantur Gabriel, tamen Christum representabat, quemadmodum, & hîc qui Ioanni apparuit, non Christus sed angelus fuit, qui Christum referebat, vt ipse initio suæ Apocalypsis testatur cùm ait, *Loquens per Angelum suum seruo suo Ioanni*. Merito igitur dubitare quis possit cur illic ad renes, hîc ad mammillas præcinctus appareat; & illic quidẽ auro obryso, hîc autem zona aurea: cui quæstioni sic respondet Richardus de sancto Victore. *In veteri*, inquit, *testamẽto visus est angelus Prophetæ cinctus renibus, quia ibi carnis opera expressiùs prohibebantur; In nouo autem Ioanni visus est angelus præcinctus ad mammillas, quia nunc vel ipsæ cogitationes illicitæ manifestè refrenantur: qui enim non inquinamentum carnis, quod veteri testamento iam fuerat interdictum. sed inquinamentum Spiritus quod in nouo arctiùs est prohibitũ, restringere veniebat, non ad renes, sed ad mammillas præcinctus debuit apparere*. Hanc eãdem responsionem clarius proponit Pannonius. *Apud Danielem*, inquit, *præcinctus ad renes apparet, quia scriptura veteris testamenti ipsum opus luxuriæ arcet, nouum autẽ testamentum etiam ipsas cogitationes dicente Domino*: Matthæi 5. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo*. In pectore igitur præcinctus apparet, quia cogitationes peccatoris & cordis cauet. Eadem ratio traditur ab Hugone Cardinale, & Ambrosio Ansberto, eamque sequitur Glossa in hunc locum: Porrò vtrobique aurum apparet; etenim apud Danielem renes auro obryzo, hîc autem *mammillæ zona* aurea præcinguntur, quia tam exterior castitas, quã interior, ex charitate, quę per aurum significatur proficisci debet. Quanquã & in hoc discrimen legis veteris & nouæ non me-

Dan. 10

Cur Christus in veteri testamẽto ad renes in nouo autem ad mammillas accinctus apparuerit.

Rich. de Sãcto Vict.

Euangelica pertractio.

Pannon.

Math. 5. 28.

Hugo. Cardin. Amb. Ansb. Gloss.

diocre

Veteris & nouæ legis discrimen.

diocre apparet, Zona enim aurea, quæ melior est, & delicatior, maiorem charitatem indicat, quàm aurum obryzũ, quod adhuc duritiem retinet, nec tantam charitatis dulcedinem ostendit, vt exploratum sit longe maiorem esse in lege noua, quàm fuerit in veteri, charitatem & perfectionem, id quod eleganter expressum agnouit D. Gregorius homilia 13. in Ezechielem, in illa illustri visione capitis quadragesimi, cùm hominem indutũ lineis tẽplum, illud mysticum lineo filo dimetientẽ Prophetã conspexit. *Funiculus*, inquit, *lineus in manu eius: censura legis veteris*, ait Gregorius, *funiculus fuit, sed lineus nõ fuit, quia rudem populum, non subtili prædicatione coercuit, in quo per pœnæ sententiam, non peccata cogitationis, sed operis resecauit.* At Christus Dominus funiculum lineum in manu tenuit, cùm dixit: Matth. 5. *Audistis, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.*

D. Greg.

Matth. 5. 21.

2

Origenes.

Hoc ipsũ Orig. homil. 12. in Exod. vult in eo expressũ fuisse, quod Moyses, qui typum legis gerebat, faciem quidẽ habuit splendidã Exod. 34. manũ verò leprosam Exodi 4. at Christus non solũ faciem, sed etiam manibus in Transfiguratione resplenduit, quia videlicet opera, quæ per manus exprimuntur, imperfecta erant in lege veteri: at in lege gratiæ ad maximum perfectionis splendorem peruenerũt. *In lege*, inquit, *vultus quidem Moysi glorificatus refertur, licet velamine contegatur, manus autem eius intra sinum missa, leprosa facta memoratur. sicut nix: in quo mihi videtur forma totius legis plenissimè designari: in vultu enim eius sermo legis, in manu opera designantur: quia ergo nihil ad perfectum adduxit lex ad Hebr. 7. idcirco manus Moysi leprosa fit, & in sinum reconditur, tanquam nihil perfecti operis habitura; facies verò eius glorificata est. sed velamine tegitur, quia sermo eius habet scientiæ gloriam, sed occultam: in lege ergo Moyses solam faciem habet gloriosam, neque manus eius habent gloriam, imo potiùs & contumeliam: sed neque vlla gloria erat in pedibus. denique soluere iubetur calceamentum suum Exod. 3. licèt & hoc fieret non sine alicuius forma mysterij: ostendebatur nanq; quod in nouissimis temporibus solueret Moyses calceamentum, vt acciperet alius sponsam, & illa votaretur domus discalceati, vsque in hodiernum diem (iuxta id quod præcipitur Deuteron. 25.) nihil ergo aliud in lege habet gloriosum Moyses, nisi solam faciem: in Euangelio autem totus glorificatur ex integro.* Hinc etiam est quod Paulus Hebræos, pueris, qui sub lege tanquam sub pædagogi custodia tenebantur, comparauit: fideles autem legis gratiæ, viros, appellauit, qui tanquam perfectiores, grandioresque pædagogo non indigebant: sic accipiendum est illud ad Gal. 3. *Priusquam veniret fides, sub lege custodiebantur conclusi, in eam fidem, quæ reuelanda erat: itaque lex pædagogus noster erat in Christo, vt ex fide iustificemur: at vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.* Ex quo præter alia habes legis veteris doctrinam, sanctitatem, imperfectam, & puerilẽ fuisse, si cum legis nouæ per Christum constitutæ, sapientia & perfectione conferatur. Quarè merito superiores doctores aiebant ad hoc inter vtranque legem discrimen innuẽdum, Christum in veteri testamento *ad renes*, in nouo autem *ad mammillas* præcinctum apparuisse.

Cur Moyses facie tantũ, Christus facie & manibus resplenduit.

Quid mammillæ significent.

Et præcinctum ad mammillas.

SECTIO VI.

ILLVD etiam explicationem desiderat, quid *mammillæ* significent ad quas *similis filio hominis præcinctus* apparuit. prima expositio est, significare summã Christi dulcedinem, amorisque suauitatem, quo Ecclesiam suã complectitur, vt ex amore intelligat proficisci labores, calamitatesq; vniuersas, quibus illam Christus ad finem

1

Suauis Christi amor in Ecclesiam.

vsque

vsq; mundi patitur exerceri: sic multò ante sponsa vbera sponsi dixit esse *meliora vino, & fragrantia vnguentis optimis*. Cant. 1. Quo loco omnes fere Hebræi legunt, *Quia meliores sunt amores tui vino*. est enim Hebraicè דדיך מיין quibꝰ verbis maxima vberũ spõsi dulcedo, ac suauitas cõtinetur, vsque adeò vt illis sponsa nitatur excusare suam illam audaciam, cùm statim in verba illa amoris plenissima prorupit, *Osculetur me osculo oris sui*: Quæ obseruatio est D. Bernardi sermone 9. in Cantica. *Temeritatem*, inquit, *prout valet excusa. e conatur, quasi dicat si altum sapere videor, tu fecisti ò sponse, qui in dulcedine vberum tuorum tanta me dignatione lactasti, quatenus omni metu ac pulsu audeam plus fortè quàm expediat*. Duo præterea ista vbera, vt idem docet sunt gemina dulcedo, quæ exuberat in Christi pectore, videlicet longanimitas in expectando, & in donando facilitas. De priori vbere loquitur Paulus ad Romanos 2. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? an ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* vbi nomen *diuitiarum*, sicut & aliàs apud Paulum ingentem copiam, & abundantiã significat: per *bonitatem* verò ne intelligas eam, quæ malitiæ opponitur, dicitur; Græcè ἀγαθωσύνη, sed benignitatem, cùm sit Græcè χρηστότης: vndè meritò postea vulgatus transtulit, *an ignoras, quia benignitas Dei*, habetur enim Græcè τὸ χρηστὸν. De altero vbere est sermo Ezech. 18. *Si impiꝰ egerit pœnitentia ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, vita viuet, & non morietur*. Pulchrè Regius vates vtrũq; duobꝰ verbis cõplexus est Psal. 102. *Longanimis & multum misericors*. Eãdem amoris dulcedinẽ sub eadem metaphora explicauit Esaias cap. 66. Cùm dixit *Lætamini cum Hierusalem omnes qui diligitis eam, vt sugatis & repleamini ab vbere misericordiæ eius, & mulgeatis & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius*. Et rursus, *ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis*. Rectè verò addidit sponsa, *fragrantia vnguentis optimis*; seu vt septuaginta transtulerunt κρεῖττον ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα: idest *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*: Vt magis istorum vberum suauitatem explicarent, & innuerent eos, qui sponsi vberibus fruuntur, pati præ amoris dulcedine animi deliquium, cui morbo odores ex floribus, aromatibusq; confecti, aut etiam vnguenta pigmentaria arte composita adhiberi solent, quod remedij genus sibi postulat sponsa cum ait Canticorum 2. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore lãgueo*. Est igitur sensus eos, qui præ suauitate, quam ex sponsi vberibus sentiunt, deliquium patientur, habere ad manum vnguenta & aromata, quibus aspergantur, eáq; in ipsismet sponsi vberibus reperiri.

Cant. 1. 2.

Hebræi.

D. Bern.

Cant. 2. 5.

Duo Christi vbera, quæ sint.

Sed pro huius rei maiori expositione aduerte rectè Deo vbera tribui, quoniam sicut vbera in fœminis appetente partus tempore turgescunt, editaq; iam prole distẽduntur, & quia cordi præcordijsq; insident, matrem amoris admonent ad nutriendum fœtum: ita Deo, cum eius amor erga homines multum iam per opera creuisset, quasi vbera ipsa turgescere cœpta sunt, & appetente partus tempore, id-est, incarnationis Dominicæ, distenta admodum fuerunt ad nouum fœtum educãdum. Quod enim ante Incarnationem non admodum hæc vbera turgerent, expostulans ea de re cũ Deo, Esaias c. 63. testatus est eum dixit, *Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me continuerunt se*. Verum post incarnationem, tunc sanè copiosæ eiusmodi vbera tumuerũt, vt non obscurè Paulus explicauit illis verbis ad Titum 3. *Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei*. Quamquam enim Græcè pro eo quod nos habemus, *humanitas*, non est ἀνθρωποτης sed φιλανθρωπία, ideſt, non humanitas (eo sensu quo Theologi vsurpant) sed amor erga homines, vt sit sensus, vsque adeo Deum dilexisse homines, & benevolum erga eos se demonstrasse, vt filium suum vnigenitũ

Ad Rom. 2. 4.

Ezech. 18. 21.

Psalm. 102. 8.

Esaiæ 66. 11.

Esai. 63. 15.

Post incarnationem fusior Dei misericordia.

Ad Tit. 3. 4.

propter

propter eos in terras miserit: vndè & Hieronymus clementiam interpretatur: tamen de humanitate, hoc est, humanæ naturæ assumptione, plerique Patres accipiunt: in quo opere præcipuè Dei in homines amor, & clementia resplenduit: & præter alios eum locum expendens D. Bernardus serm. 1. in die Natiuitatis Domini. *Apparuerat*, inquit, *antè potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiæ nunc maximè apparuit in humanitate, potestas subiectionem, maiestas exigit admirationem, neutra imitationem, quousque angustata est misericordia in sola Angelorum parte, iuxta illud Psal. 35. Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Terram vniuersam condemnans, & aereas potestates, dilatet misericordia terminos suos, attingat à fine vsque ad finem fortiter, disponens omnia suauiter. Sapientiæ 8. Restrictus est Domine iudicio sinus tuus, sine cingulum tuum & veni miserationibus affluens.* Et sermone 1. in Epiphania eundem locum ponderans: *Prius*, inquit, *quàm apparuit humanitas, latebat benignitas, quanquam & prius erat, nam & misericordia Domini ab æterno est, sed vndè tanta agnosci poterat? promittebatur, sed non sentiebatur, vndè & à multis non credebatur. Ego, inquit per Hieremiam 29. cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: sed quid respondebat homo afflictionem sentiens, pacem nesciens, quousque dices pax pax, & non est pax.* Ezechielis 13. *Verum vbi apparuit humanitas, iam benignitas latere non potuit.* Denique sermone de diligendo Deo magis adhuc eundem locum illustrat his verbis: *Potentia occultata est, quia in infirmitate venit, iuxta illud Abacuch cap. 3. Abscondita est fortitudo eius. Haud dubium quin in cruce, vbi cornua in manibus eius. Sapientia quoque abscondita est, placuit enim ei per stultitiam verbi saluos facere credentes, sed benignitas apparuit, quia non potuit amplius declarari, neque abundantiùs exprimi, nec euidentiùs commendari.* Idem habes ad Titum 2. *Apparuit gratia Dei omnibus hominibus.* Quarè rectè vbera zona aurea cinguntur, non quod strictior fuerit in lege gratiæ misericordia diuina, cum fuerit multo fusior, ac latior, vt hactenus diximus: sed quia magis eluxit, & elegantiùs apparuit, & quasi zonam auream CHRISTVS charitatem suam præcinxit, iuxta illud Psalmi 92. *Dominus regnauit decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Sed de zona aurea paulò post fusiùs.

Secunda expositio est. Per hasce duas mammillas, duo testamenta significari, vt vult diuus Augustinus, seu potiùs Ticonius, & Arethas in hunc locum, quæ de pectore Saluatoris tanquam de perenni fonte accipiunt, vnde Christianum populum nutriant, in quem sensum, *Vbera illa meliora vino, & fragantiora vnguentis optimis*, de quibus agitur Canticorum 1. interpretatur diuus Hieronymus in caput 96. Esaiæ, & diuus Ambrosius libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 11. illud Geneseos 49. in benedictione Ioseph. *Dei Patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens, benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum. Vbera*, inquit Ambrosius, *duo testamenta dixit, quorum altero annunciatus est, altero demonstratus.* Ratio verò est, quia sacra doctrina, quæ ex vtroque testamento exprimitur, lacti comparatur, propter dulcedinem & candorem: præcipuè verò doctrina facilior, vnde est illud Pauli ad Hebræos 5. *Facti estis, quibus lacte opus sit non solido cibo: omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ.* Et primæ ad Corinthios 3. *Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis.* Et 1. Petri 2. *Sicut modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus.* Quo loco, non *Rationabiles*, sed *Rationabile*, legendum est, vt ad lac referatur; est enim Græcè τὸ λόγικον ἄδολον γάλα, hoc est rationabile, sine dolo lac: ita citat diuus Hieronymus

D. Bern.

Locus Pauli eleganter illustratur à Bern.

Sapientiæ 8.

Hierem. 29. 11.

Ezech. 13. 10.

Abac. 3.

Ad Tit. 2. 11.

Psalm. 92. 1.

3 Testamenta duo Christi vbera. D. August. Ticonius. Arethas.

Cant. 1. 2.

D. Hieron. D. Ambr.

Genes. 49.

Sacra doctrina, lacti comparatur.

Ad Hebræos 5. 12.

1. Cor. 3. 2.

1. Petr. 2. 1.

D.Hieronym. D. Auguſt.

mus in cap. 55. & 60. Eſaiæ & in cap. 10. Zachariæ ſimiliterq; D. Auguſtinus lib. 50. homiliarum homilia 20. De lacte hoc myſtico egregie diſſerit Clemens Alexandrinus cap. 6. lib. 1. Pædagogi, vbi eleganter docet Chriſtum eſſe mãmillam Patris, per quam videlicet omnem gratiam à Patre ſugimus. *Verbum*, inquit, *eſt omnia infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor*: iuxta illud Ioãnis 6. *Comedite meam carnem, & bibite meum ſanguinem, ipſe itaque qui eſt dilectus & altor noſter, verbum effudit pro nobis ſuum ſanguinem, per quem, qui in Deum credidimus, ad mammillam Patris, quæ curarum oblivionem inducit, nempe verbum confugimus, ille autem ſolus nobis lac dilectionis infantibus ſuppeditat, iſque ſunt verè beati, qui hanc lactant mammillam.* Et in hunc ſenſum interpretatur illud paulò ante citatum ex prima eius epiſtola cap. 2.

Clem. Alex.

Chriſtus mammilla Patris.

Ioan. 6. Chriſtus altor noſter.

Addimus & tertiam expoſitionẽ; Per has mammillas Dei miſericordiã & iuſtitiam intelligi. Per dexteram quidem miſericordiam, per ſiniſtram verò iuſtitiam. Etenim in omnibus Dei operibus, miſericordiam & iuſtitiam reperiri, docet diuus Thomas 1. par. quæſt. 21. art. 4. iuxta illud Pſal. 24. *Vniverſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* De dextro miſericordiæ vbere ſugitur lac indulgentiæ. De ſiniſtro lac correptionis, illud ſuauius, hoc paulò iniucundius, vtrunque tamen infantibus ſalutare. Idcircò enim Chriſtus ſuos filios interdũ ablactat, ideſt, aſperiùs tractat, ſeu de dextro vbere ad ſiniſtrum transfert, vt iam robuſtiores effecti ſciant cum Apoſtolo, *Et abundare, & penuriam pati*, ad Philippenſes 4. Vndè eſt illud Eſaiæ 28. *Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Quem locum ponderans D. Chryſoſtomus ſermone in Iob & Abraham. *Quandiu*, inquit, *imperfecti ſumus, nobis parcitur, & quandiu lactamur, paternè fouemur. Vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina ſubimus.* Obſeruat item Chryſoſtomus, non

4 In omnib⁹ Dei operibus, miſericordia & iuſtitia.

D. Thom. Pſalm. 24. 11.

Filios ſuos cur interdum Chriſtus ablactet.

Philipp. 4. 12. Eſaiæ 28. 9.

D. Chryſoſt.

dictum eſſe *ablatos ab vbere*, ſed *auulſos*, quia nimirum coguntur fideles recedere à lactando, vt eant per omne diſcrimen. In cuius rei typum Abrahã filium ſuum Iſaac ablactauit facto grandi conuiuio, Geneſ. 21. in quem locum D. Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 7. *Non*, inquit, *quia à nutricis lacte ſubductus eſt puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham, ſed quia idoneus habitus eſt Iſaac fortioris gratiæ cibo, & virtutis alimento.* Et ſermone 19. in Pſalmum 118. locum Eſaię citatum tractans ſic ait: *Ad perlactatos & abductos ab vberib⁹ loquebatur, hoc eſt, ad eos qui prima infantiæ alimenta tranſiſſent, cibo iam habiles fortiori; Exemplo ſit, Quod ablactatus Iſaac Patriarcha tantus euaſerit, vt adhuc inter rudimenta primæuæ poſitus ætatis, nequaquam tamen gladium feriturі parentis horruerit.* Atque hæc tertia mammillarum expoſitio, maximè nobis conuenire, cum huius operis ſcopo, inſtitutoq; videtur: cum enim Chriſtus in toro hoc Apocalypſeos vaticinio ſe ſupremi Eccleſiæ antiſtitem, gubernatoremq; exhibeat, conſentaneum fuit, vt duas illas partes præcipuas, quibus tota eius adminiſtratio continetur, miſericordiam ſcilicet atque iuſtitiã, in ſeipſo exprimeret, vt & per miſericordiam fideles ad ſpem conſequendæ felicitatis erigeret: per iuſtitiam eoſdem à ſuſcipiendis, admittendiſq; ſceleribus cohiberet: & quoniam non ſolum cum præmia miſericorditer pollicetur, ſed etiam cum in peccata iuſtè vindicat, non odio, ſed amore in homines incitatur, idcirco vtraque adminiſtrandi ratio in mammillis expreſſa eſt, quę cordi vbi ſedes eſt amoris, cõiunctæ ſunt.

Geneſ. 21. 8. D. Ambroſ.

Idem.

Tertia mãmillarum expoſitio præfertur.

Chriſtus eodẽ amore punit, quo præmiatur.

Quid

Quid aurea zona significet. *Et præcinctum ad mammillas zona aurea.*

SECTIO VII.

QVOD verò attinet ad zonam auream. Primum D. Augustinus, seu Ticonius, & Beda in hunc locum eam interpretantur multitudinem sanctorum. *Sicut enim* inquit, *cingulo pectus astringitur, ita sanctorum multitudo Christo adhæret, & veluti duas mammillas, duo testamenta complectitur, vt ex iis veluti de sanctis vberibus nutriantur.* Eodem modo interpretatur D. Ambrosius qui addit, *zonam*, id est, Sanctorum multitudinem dici auream, quia sancti, multis tribulationibus, sicut aurum in fornace probātur. Nec verò incongruenter, zona, qua Christus cingitur, sancti intelligūtur; quia eodem sensu filij Israel Dei lumbare appellantur. Hierem. 13. *Posside tibi*, inquit Dominus ad Hieremiam, *lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos.* Et inferiùs. *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam.* Iam superiùs ex Origene diximus Ecclesiam vocari stolam, & amictum Christi: iuxta illud Geneseos 49. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* In eundem sensum Diuus Augustinus, libro de Essentia Diuinitatis accepit illud Esaiæ 63. *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus? Vestimenta*, inquit, *Domini sancta accipitur Ecclesia, quæ per fidē ac dilectionem ei coniuncta est: de qua scriptū est Psalm. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est.* Ob eam etiam causam docēt Patres, tunicam illam Christi inconsutilem, typum Ecclesiæ fuisse, in quibus est Diuus Augustinus epist. 171. contra Donatistas, & epistola 203. & Diuus Athanasius de Passione & cruce Domini, & Diuus Cyprianus tractatu de vnitate Ecclesiæ, quam ait fuisse desuper contextam per totum; id est, de cælo veniētem, & quia Christi populus scindi non potest. *Tunica* inquit, *eius per totum textilis, & cohærens diuisa à possidentibus non est.* Nec mirum videri debet, quod fideles zona Christi appellentur, siquidem & corona eius dicuntur. Esaiæ 62. *Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* In quem locum Cyrillus Alexandrinus: *Vnamquamque*, inquit, *animam, & vniuersam Ecclesiam coronæ comparare licet, ex multis floribus contextæ, vel regio Diademati lapidibus pretiosis, & gemmis indicis radianti.* Additur verò *In manu Domini*, propter protectionem diuinam. Denique est eiusmodi *zona* ad mammillas, sub quibus cor latet, vt indicetur fideles, & præcipuè iustos, maximè à Christo adamari. Atque hæc quidem superiores autores tradunt, quorum tamen expositio nobis, minimè videtur cum reipsa cohærere: si enim mammillæ, vti diximus, sunt vel CHRISTI amoris erga Ecclesiam suauitas, iuxta primam expositionem: vel duo testamenta iuxta secundam: vel vt nos putamus Christi misericordia & iustitia, quibus Ecclesiam administrat, iuxta tertiā: quo nexu *zona*, qua ad mammillas Christus præcingitur, multitudo sanctorū dici possit: aut quo sensu sancti vel Christi amorem, vel duo testamenta, vel eius misericordiam, iustitiamque præcingāt, cū sancti potius à Christo per suā ipsius dulcedinē, vel per misericordiam iustitiamq; præcingantur.

Quare sit secunda expositio tertiæ nostræ de mammillis interpretationi cōsentanea, zonā hanc aureā charitatē esse, qua Christ⁹ tanquā aurea zona præcingitur ad māmillas, quibus misericordiam & iustitiam significari diximus: quoniā vt etiā ibidem annotauimus, vtraq, hæc Ecclesiam gubernādi ratio ex amore & charitate verè aurea, hoc est perfecta proficiscitur: Ipsum verò, *zonæ*, imo & *præcingendi* nomen strictissimam, arctissimāque esse hāc in Christo erga fiedles chari-

2

tatem

I D. Augustinus. Ticonius. Beda.

Esai. 62. 3. Sancti corona in manu Dei.

Cyril. Alex.

D. Ambrosius.

Sancti, aurea Christi zona.

Hierem. 13. I.

Ibidem 11.

Genes. 49. 11.

D. August.

Esaiæ 63. 1.

Inconsutilis Christi tunica, typus Ecclesiæ.

D. August. D. Athan. D. Cypr.

Charitas, aurea Christi zona.

tatem demonstrat: & quoniam propriè non mammillæ præcinctæ erãt: sed vestis illa talaris, quam CHRISTI vel humanitatem, vel sacerdotium, vel sanctitatem, vel denique Ecclesiam ipsam significare docuimus, cũ omnibus iis expositionibus hæc zonæ de charitate acceptio mirificè consentit: siquidem & Christi humanitas & sacerdotium, & sanctitas, aureo quodam & arctissimo in Deũ, hominesque amoris vinculo cingebantur: ipsamque etiam ipse sibi Ecclesiam strictissima charitatis zona copulabat: vt hanc etiam ob causam illa zonæ de multitudine sanctorum interpretatio, ab instituto Ioannis, ipsoq; visionis scopo multum mihi abhorrere videatur. Itaque Ecclesię suę Christus *zona aurea* charitatis præcinctus apparuit, vt tam pulchro ornatu eam faciliùs ad sui amorem pertraheret: id quod iam multo ante per Oseam promiserat cap. 11. cũ dixit: *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quod curarem eos, in funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis, & ero eis quasi exaltans iugũ super maxillas eorum.* Quid enim aliud sunt *funiculi Adam, & vincula charitatis*, nisi *zona* hæc *aurea*, qua præcinctus ad mammillas visus est? quare idem est charitatis funiculis Ecclesiam trahere, & amoris vinculis constringere, atque *zona aurea* secum arctissimo nexu copulare. Porrò quod dictũ est, *in vinculis Adam*, siue *hominis*, periphrasis est amoris: quia enim amore & beneficiis ligari homines solent, indè est quod *funiculi hominis*, pro amore & beneficijs, eleganti periphrasi vsurpantur: quo eodem sensu accipiendum est illud Dauidis 2. Reg. 7. *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea quia adduxisti me huc vsque? sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui, in longinquum, ista est enim lex Adam, Domine Deus*: vbi per *legem Adam* beneficia intellexit, quam legem *hominis* appellauit: quoniam beneficentia tanquam potentissimo seueræ alicuius legis imperio homines fortiter, sed suauiter tamen obligantur: hęc est ãltera eius loci expositio, præter illã aliam cõmunẽ de perpetuitate generis, posterorumq; successione, quam homines maximè cupere, iis verbis rex Dauid significauerit. Cum igitur beneficentia *Lex & funiculi Adam*, siue *hominis* appellatur, meritò Dominus cum homines amore, beneficiorumq; magnitudine ad se pertrahere instituerit dixit, *In funiculis Adam trahã eos*, quod quasi interpretans subiunxit, *in vinculis charitatis*: id quod opere ipso per incarnationem præstitit, eiusque rei significandæ gratia, *zona* charitatis *aurea*, vti diximus, ad *mammillas præcinctus* apparuit. Nec verò id tantùm per Oseam prædictum fuit, sed etiam in legali Pontifice (ad quẽ hoc loco per vestimenta huius angeli, siue sacerdotalia, siue pontificia, iuxta vtranque ea de re à nobis commemoratam sententiam, fit allusio) illustri & minimè obscuro typo figuratum: etenim vnum ex præcipuis legalis Pontificis ornamentis erat Rationale judicij, quod eleganti opere perfectum duodecimq; pretiosis lapidibus, in quibus nomina duodecim tribuũ incisa erant, supra pectus Pontificis ponebantur, zona quadã hyacinthina ad tunicã hyacinthinam & superhumerale religatum Exod. 28. vt ita indutus ornatusque Pontifex Christum Maximum Pontificem referret, qui erat præ amore, fideles in pectore, atque in corde gestaturus, & zona non hyacinthina sed aurea, ardentissima scilicet aduersum homines charitate præcingendus.

Illud addiderim hac eadem Christi ad mammillas zona aurea præcincti effigie Ecclesiam admoneri, vt ipsa quoque exemplo sui sponsi sese charitate in Deum & proximũ, quasi aurea zona arctissimè præcingat: eoq; cingulo omnium virtutũ indumenta ne fluant, dissoluanturq; arctè constringat: idcirco enim charitas zo-

Osee. 11. 3.

Qui sint funiculi Adam.

Beneficijs ligãtur homines.

2. Reg. 7. 41.

Exod. 28

Christi amor in fideles.

3

na dicitur, quia reliquas omnes virtutes altringit, & continet. Vndè à Paulo *Vinculum perfectionis*, appellatur ad Colloſſenſes tertio *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.* Eandemq; ob cauſam catenulæ illæ aureæ, quæ erant in rationali Pontificis, Exodi 28. charitatẽ adumbrabant, quæ inſtar catenæ habet reliquas omnes virtutes religatas, *Facies*, inquit Dominus, *in rationali catenas ſibi inuicẽ cohærentes ex auro puriſſimo, & duos anulos aureos, quos pones in vtraque rationalis ſumitate catenasque aureas iunges anulis, qui ſunt in marginibus eius, & ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit.* Quem locum expendens Beda, *Catenæ*, inquit, *ex auro puriſſimo eſt continuatio caſtæ, & non fictæ dilectionis. [Rationali] ideſt cordi firmiter affixæ. Duæ autem ſunt, quia duplex eſt amor, Dei videlicet & proximi. Rectè autem charitas per catenulas aureas ſignificatur, quia ſicut catenula ex plurimis auri virgulis contexitur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur, quas virgulas Apoſtolus* 1. ad Corinthios 13. *cùm ait. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, &cæt. Sunt etiã anuli aurei è quibus catenæ dependent, ideſt, iugis memoria nunquam finiendæ gloriæ in cælis, ex qua memoria fit, vt maneant in nobis continua vincula charitatis: Duo vncini quibus inſeruntur catenæ, ſunt firma intentio Deo placendi in principio boni operis, ſiue proſpera, ſiue aduerſa occurrant: hoc eſt enim in vtroq; humero eſſe vncinos, qui catenulas Rationalis excipiant.* Hæc Beda. Quibus addi poteſt, propterea catenulas ex humeris dependere, quia amor operibus demonſtratur, quæ per humeros exprimuntur.

Charitas eurzona, & catena. Ad Colloſs. 3. 14.

Exod. 28. 22.

Beda.

1. Cor. 13. 4.

Amor operibus demõſtratur.

4 Rupertus.

Non diſplicet etiam Ruperti Abbatis expoſitio *zonam auream* auctoritatem Chriſti regiam interpretantis, ab omni miſeria & mortalitate liberam, de qua Regius vates ait Pſal. 92. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem & præcinxit ſe. Decorem*, inquit, *& fortitudinem, qua indutus eſt, qua præcinxit ſe Dominus regnãs, regno peccati deſtructo, & ſuperata morte, per zonam auream intelligimus, qua nunc apparet ad mammillas præcinctus, cur enim ad mammillas, quarum in medio locus eſt cordis, niſi vt talis præcinctura ſignificet vitalem ſtatum quem Chriſtus nunc habet, quia nimirum iam Rex eſt immortalis, iuxta illud ad Romanos 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Itaque tria demonſtrata ſunt Ioanni, nimirum eſſe *ſimilem filio hominis*, ideſt, hominem; eſſe *veſtitum podère*, ideſt ſacerdotem; eſſe *præcinctum ad mammilas zona aurea*, ideſt, regem eſſe.

Pſalm. 92. 1.

Status gloriæ. vitalis.

Rom. 6. 9.

5

Accipe & quartam expoſitionem. Qui opus aliquod aggreſſurus eſt, ſolet veſtes præcingere, ne impedimento ſint: Chriſtus igitur in hoc opere Eccleſiam adminiſtraturus præceptaque & inſtructionem daturus Epiſcopis, præcingit ſe ad opus alacriter promptèque perficiendum; *ad mammillas* autem præcingitur vbi ſedes eſt cordis, vt Eccleſiæ ad miniſtrationẽ ex amore proficiſci intelligamus.

Alacritas Epiſcoporum in adminiſtrãdis Eccleſijs.

De capitis, & capillorum cãdore, variæ expoſitiones.

Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix.

SECTIO VIII.

I

CAPVT eius, & capilli, ait Ioannes, *erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* Prima expoſitio, & communis eſt, iſto capitis, & capillorum candore, Chriſti, quatenus Deus eſt, æternitatem, diuinitatemq; ſignificari. Etenim *caput, Chriſti, Deus eſt*, vt ait Paulus 1. ad Corinthios 11. & eodẽ ſenſu, Canticorum 5. *Caput eius aurum optimum appellatur*; capillorum autem candor antiquitatem & æternitatem notat. Porrò de Patre eius dicitur, Danielis 7. *Et capilli capitis eius quaſi lana mũda.* Ete-

Prima expoſitio communis.

1. ad Cor. 11. 3.

Cant. 5. 11.

Daniel 7. 9.

nim

Rupertus.

nim, vt ait Rupertus, *Huius atque illius capilli capitis æque candidi sunt, & vterque per candorem capitis senex ostenditur nulla distantia, quia nec anno, nec mense, nec die, nec hora, nec puncto temporis, filius iste iunior est illo tam sene Patre suo*, iuxta illud Ioannis 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* Dionysius Areopagita cap. 10. de Diuinis nominibus obseruauit aliquando scripturam repræsentare nobis Deum quasi senem, & antiquum, quo denotet eius æternitatem, aliquando tanquam iuuenem, & ætate florentem, vt significet cum eius antiquitate coniunctam esse immarcescibilem pulchritudinem, iuxta illud Psalmi 101. *Ipsi peribunt, & sicut vestimentum veterascent, tu autem permanes, & idem ipse es, & anni tui non deficient.*

Vt Pater, sic æternus Filius.

Ioan. 1. 1.

Dionys. Areop.

Cur aliquando, vt senex, aliquando vt iuuenis representetur Deus.

Psalm. 101. 27.

2

Secunda expositio ex Andr. Cæsarien.

Secunda est Andreæ Cæsareæ in Capadocia Archiepiscopi, & Arethæ, per capitis & capillorum candorem mysterium incarnationis, & quę illud in lege gratiæ consecuta sunt, significari, quæ licet in tempore extiterint, tamen à Deo ex æternitate definita, ideoque in capitis & capillorum cãdore adumbrata; capillorum enim candor & splendorem continet, quo videntur, simulque canitiẽ & antiquitatem designat: quare in capillis ob splendorem quidẽ exprimitur, Christi mysterium nobis in tempore factum fuisse conspicuum, in canitie verò fuisse à Deo ante omne tempus ex æternitate constitutum: Ita accipienda arbitror verba Arethæ quæ sic habent, τὸ γὰρ κατὰ Χριστὸν μυστήριον τιμαλφὲς καὶ εἰ νέον τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ δι' ἡμᾶς, ἀλλα προαιώνιον τῇ εὐδοκίᾳ. διὸ καὶ Παῦλος φησὶ πρὸς αὐτὸ, τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, νῦν δὲ φανερωθὲν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ τοῦτο ὁ ἡ πολιὰ θρίξ τῷ ὡσεὶ χιὼν ὑποσημαίνει. Ea sic transfero Mysterium Christi illustre, clarumq; est, & quanquam apparitione & propter nos nouum recensq; sit, nihilominus est consilio & beneplacito æternum, vndè Paulus de ipso ait ad Collossenses 1. *Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus nunc autem manifestatum est sanctis eius*; id quod capillus canus, & instar niuis candidus significat.

Incarnationis mysterium ex æternitate constitutum.

Ad Colloss. 1. 20.

3

Tertia expositio ex Rupert.

Tertia expositio est Ruperti in hunc locum, per *capillos* verba Dei intelligentis. *Capilli*, inquit, *à capite procedunt, & multi sunt, multa enim sunt verba Dei quæ de vno, vel per vnum verbum, quod erat in principio processerunt*: nam verbum Deus, vnum caput est, verba autem multa, quæ ab eo per Prophetas processerunt, quasi multi capilli vnius capitis sunt. Cur autem *lanæ* assimilantur? quia videlicet sicut ex lana in fusum transmissa texendo fit vestis, sic de multiplicibus Dei verbis in linguam, vocemq; Prophetarum trãsfusis scribendo contexta est sacra scriptura: & rectè tanquam *lana alba*, seu vt est apud Danielem, tanquam *lana munda*, dicuntur, quia *eloquia Domini, eloquia casta*. Psalm. 11. *Et lex Domini immaculata conuertens animas*. Psalm. 18. Additum est, *tanquam nix*, propter immundationem, quæ per niuem significatur. Vndè dicitur Psalm. 50. *Lauabis me & super niuem dealbabor*. Et Esaiæ 1. *Si fuerint peccata vestra vt coccinum sicut nix dealbabuntur*. Denique quisquis coram isto cano capite assurgit, & candidis eius capillis reuerentiam exhibet, id est, verba ei⁹ dignè suscipit, ipse quoque canescit, & senex meretur appellari, iuxta illud Sapientiæ 4. *Senectus venerabilis est non diuturna, nec annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.*

Prophetarum verba capillis comparãtur.

Daniel 7. 9.

Psalm. 11. 7.

Psalm. 18. 8.

Psalm. 50. 9.

Esai. 1. 18.

Sapient. 4. 8.

4

Quarta expositio ex D. Aug. & Beda. Daniel 7.

Quarta expositio est D. Augustini libro de Essentia Diuinitatis, in principio, exponentis visionem Danielis cap. 7. quæ huic est quàm simillima, vbi per capillos Dei, sanctos intelligit, quæ expositio est etiam Bedæ in cõmentarijs huius loci. Dicu nturautem sancti capilli capitis Christi. Primo, propter multitudinẽ, vt ait Beda. Secundo iuxta Pannonium, quia sicut capilli de capitis substantia non sunt, sed de eius tamen virtute procedũt:

Sancti, capilli capitis Christi. Beda.

Pannonius.

Ita ſancti quanuis ſubſtantiam Diuinitatis non participent, virtutem tamen gratiæ à Chriſto hauriunt. Tertio. Quia ſicut raſi capilli iterum pullulant, quia radices in capite remanent, ita fideles etſi è capite ſuo, ideſt, Chriſto, per peccatum aliquod abſcindantur, quia tamen fidei radices remanent, poſſunt per gratiam denuo ſuccreſcere.

5 Quinta expoſitio ex Richard. Victor.

Quinta expoſitio eſt Richardi de ſancto Victore, qui per *capillos* Chriſti intelligit creaturam rationalem, quæ à capite Chriſto originem trahit, & creſcendi vegetationem accipit. Et quidem per *lanam*, quæ deterrenis animalibus oritur, naturam humanam: per *niuem* autem, quæ de ſupernis eſt, Angelicam ſignificari putat: ſimul aduerte hunc candorem, quem caput habet per naturam, capillos habere per gratiam.

6 Sexta expoſitio deſumitur ex D. Auguſt. doctrina.

Sexta eſt ex D. Auguſtini, doctrina deſumpta, iuxta quam poſſumus per capillos Chriſti ſacramenta intelligere: ſic enim ille tractatu 57. in Ioannem, interpretatur illa verba Canticorum 5. *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum repletum eſt rore, & crines mei guttis noctium.* Nox, inquit Auguſtinus, *iniquitas eſt; ros vero eius, & guttæ, ij ſunt qui frigeſcunt & cadunt, & faciunt refrigeſcere caput Chriſti, hoc eſt, vt non ametur Deus. Caput enim Chriſti Deus* 1. ad Corinth. 11. *ſed portantur in crinibus, ideſt, in ſacramentis viſibilibus tolerantur, nequaquam tamen interiora ſenſus attingunt:* Cui expoſitioni congruit illud, quod de Sampſone dicitur Iudicio 16. Quod in ſeptem crinibus maximam ſuam haberet fortitudinem: quibus reſectis fortitudo ab eo recеſſit. Etenim in ſeptem ſacramentis quaſi in ſeptē crinibus Chriſtus ſuam fortitudinem oſtendit, quia ea ad gratiam communicandam inſtituit, quæ cum hæretici negant, quaſi Chriſto fortitudinem exſcindere moliuntur.

1. ad Cor. 11. 3.

Iudic. 16. 19. In ſacramentis, Chriſti fortitudo.

7 Septima expoſitio ex Ioachimo.

Septima eſt Ioachimi, per *capillos candidos* iudicia Chriſti mundiſſima, ac iuſtiſſima accipientis; iuxta illud Eſaiæ 55. *Non enim viæ meæ, viæ veſtræ, nec quæ cogitationes meæ, cogitationes veſtræ* Iuxta autem & *niui* comparantur, quæ naturaliter alba ſunt: quia Deus quidem naturâ, homo autem Dei gratiâ iuſtus eſt.

Eſai 55. 8.

Deus naturâ iuſtus.

Quænam ex ſuperioribus expoſitionibus ſit præſtantior, aliaq, ab auctore proponitur.

SECTIO. IX.

1

EX omnibus his expoſitionibus, prima mihi excellere videtur, quæ caniciem æterniratem interpretatur; deinde ea, quam modo afferemus, quæ ſit ordine Octaua. Dicimus igitur, in capillorum candore puritatem vitæ Chriſti, expreſſam eſſe, tunc enim puritas perfectiſſima eſt cū capilli omnes ideſt, omnes cogitationes candidiſſimæ ſunt, ac puriſſimæ. Per *capillos* enim cogitationes optimo iure ſignificantur, quæ inſtar capillorum ex capite, hoc eſt ex ratione pullulāt. Triplex autem eſt potiſſima huius ſimilitudinis ratio. Prima eſt, quia cogitationes, inſtar capillorum tenuiſſimæ, ac ſubtiliſſimæ ſunt, quas propterea difficile admodum eſt ſyncere diſcernere, ac diiudicare. Atque hoc ſenſu interpretari ſoleo illud Canticorum 4. *Vulnerāſti cor meum ſoror mea, ſponſa, vulnerāſti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui:* quod nimirum Eccleſia, & Virgo beatiſſima, vel in minimis cogitationibus, in quibus propter tenuitatem labi eſt facillimum, cor ſponſi vulnerauerint, hoc eſt, ei maximè placuerint. Sic etiam poſſumus accipere illud Chriſti dictū Apoſtolis, Lucę 12. *Sed, & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Et cap. 21. *Capillus de capite veſtro non peribit:* quia videlicet nulla bona ſanctorum, vel mi

Octaua expoſitio autoris.

Puritas vitæ in quo conſiſtat.

Cogitationes capillis comparantur ob tria.

Cant. 4. 9. & 10.

In crine cui ſponſa ſponſum vulnerauerit.

Luc. 12. 7.

Idem 21. 18.

nima cogitatio deperit, sed omnes curiosè à Deo numerantur, vt remunerentur. Secunda ratio est. Quia cogitationes quasi capilli continuata quadam vicissitudine & alternatis vicibus in corde succrescunt, quæ ratio est D. Gregorij lib. 5. Moraliũ cap. 23. in illa verba, capitis quarti. *Inhorruerũt pili carnis meæ.* Vbi expendit illud quod dicitur Numerorum 8. Vt Leuitæ *radant omnes pilos carnis suæ. Oportet*, inquit, *Leuitas omnes pilos carnis radere, quia is qui in obsequijs Diuinis assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere: Sed cur pili radi præcepti sunt non euelli: quia rasis pilis in carne radices remanent, & crescunt, vt iterum radantur. Sic enim magno quidem studio superfluæ cogitationes amputandæ sunt, sed tamen amputari funditus nequaquam possunt, quia semper caro superflua gignit, quæ semper spiritus ferro solicitudinis præcidat.* Tertia ratio est. Quia cogitationes ferè, vt capilli, superuacaneæ sunt in nobis, & ex rebus inanibus, quasi ex humorum fæce generantur; atque hinc factum est, vt capilli pro superfluis rebus, & inutilibus vsurpentur; vndè bona temporalia capilli appellantur, quia superflua censenda sunt, atque adeo propter Deũ resecanda. Quemadmodum docet D. Augustinus in illa verba Psalm. 51. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quid faciunt*, inquit, *sanctis malè capillos radunt, nam isti capilli superflua rerum temporalium significant, quia enim sine sensu præciduntur, illi qui Deo adhærent, sic habent ista terrena tanquam capillos, quod autem de ipsis capillis boni aliquid fieri possit, significauit mulier illa peccatrix. Lucæ 7. quæ cum fleuisset super pedes Domini capillis suis tersit, quos lacrymis rigauerat, significans, quia cum misertus fueris alicuius, debes & subuenire si potes, cum enim misereris, tanquam lacrymas fundis; cum subuenis, capillis tergis.* Hæc Augustinus. Habet igitur Christus capillos candidos, tanquam lanã albã, ac niuem, quia habet cogitationes purissimas, & insita puritate candidas, instar videlicet lanæ albæ, ac niuis, quæ innatũ habent candorem. Nec verò capillí Christi candidi dumtaxat sunt propter puritatem, sed etiam aurei propter excellentiam sanctitatis: quo videtur alluisse sponsa cùm dixit Canticorũ 5. *Caput eius aurum optimũ*, ex capite enim aureo non nisi aurei capilli nasci possunt. Cant. 5. 11.

Verum huic capillorum candori opponi videtur illud Canticorum 5. vbi sponsi capilli nigerrimi depinguntur illis verbis. *Comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi cornus.* Cæterum respondemus ibi etiam pulchritudinem sponsi, vitæque eius puritatem, mirificè describi. *Elatæ* enim *palmarum* plerisq; videntur esse crispãtes illi palmarum ramusculi, qui pulcherrimi sunt, quos cincinnati & calamistrati capilli videntur imitari. Rectè igitur palmarum ramusculis sanctitas Christi comparatur, quia per eam de omnibus suis hostibus palmã tulit, ac victoriam reportauit. Quod verò ad capillorum nigredinem attinet, etiam ea pulchritudinem notat, niger enim capillus & crispus commendari solebat apud Palæstinos. Secundo. Dicimus, sicut capillorum candor summam Christi puritatem significat, ita nigredinem indicare, eam esse obscurissimam, hoc est, quæ explicari, comprehendique non possit. Hoc enim eodem sensu Theodoretus in commentarijs suis super Cantica nigredinem capillorum ad mysteriũ incarnationis retulit. *Ex capite*, inquit, *illius fluentes gratias, mea quidem sententia comas vocat, elatæ enim sunt fructus palmarũ masculorum qui fœminis adiuncti, tempestiuos etiam illarum fructus fieri curant. Quoniam igitur, qui Christo crediderunt, variis ipsi muneribus fruentes, pietatis fructum ferunt, merito comæ eius elatis comparantur. Dicuntur autem nigræ, vt per profundum & obscurum colorem abdita & in acceßa incarnationis eius ratio declaretur.* Tertio. Meritò hic, & Danielis 10. Canus apparet, quia iudicem refert, in quo, necessaria est rerũ omnium experientia, & cognitio quæ per caniciem exprimitur. In libro autem Canticorum, sponsus Ecclesiæ

Cant. 5. 12.

Secunda ratio, D. Gregorij.

Iob 4. 15.

Numer. 8. 7.

Dei minister à carnis cogitationibus mundã.

Temporalia vt capilli resecanda.

D. Augustin. Psalm. 51. 4.

Pedes Domini lauat, qui pauperum miseretur.

Christi puritas & sanctitas.

Christi sanctitas incomprehensibilis.

Theodoretus.

Daniel 10. Necessaria rerum cognitio in iudice.

repreſentatur pulcherrimus, ac propterea nō canus, ideſt, ſenex, ſed ſpecioſus iuuenis depingi debuit, in quem quadret illud Pſalmi 44. *Speciosus forma præ filijs hominum.* Quartā reſponſionem cōtinet expoſitio trium Patrum, quæ per *comas* intelligit bonas Dei voluntates ab vnigenito filio per incarnationē & paſsionem perfectas, quæ naturaliter, vt capilli, tegūt vnum principium & cauſam rerum vniuerſarum. *nigræ* autem dicuntur *quaſi coruus*, ideſt, maximè, quia imperueſtigabili diuinorum iudiciorum ratione, mētis oculos in contēplatione corroborant. Nā vt color albus aſpectum diſgregat, diſſipatque: ita niger congregat, & confirmat.

Pſalm. 44. 3.

Occulta Dei iudicia.

Cur oculi eius tanquam flamma ignis?

Et oculi eius tāquam flāma ignis.

SECTIO X.

1 Rupertus.

NEQVE etiā in oculorum expoſitiōe interpretes conſentiūt: primū enim Rupertꝰ, per iſtos oculos illuminationem, & inſpirationem illam intelligit, qua Chriſtus *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: quæ illuſtratio rectè *flāma ignis dicitur*: quia *Deus noſter ignis eſt*, Deut. 4. ex quo hæc flāma procedit, quæ nos illuminat, ne in tenebris verſemur. Secundo Ricardus de S. Vict. in eundem ferè ſenſum, ſed paulò fuſiùs, *Flāma*, inquit, *ignis lucem & calorem tribuit, terrorem incutit, & exurit: oculi igitur eius veluti flāma ignis ſunt, quia electos reſpiciens illuſtrat luce ſapientiæ, calefacit amore iuſtitiæ, reprobos autem reſpiciens terret ferocitate comminationis, & incorrectos exurit incendio damnationis.* Tertio, Primaſius *oculos* præcepta Dei interpretatur, quæ lucerna, & lux appellantur Prouerb. 6. & ignis Pſal. 118. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Et de Ioſeph dicitur Pſal. 104. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Quartò Beda, concionatores accipit, qui igne ſpirituali ſuæ doctrinæ fidelibus lumen, & infidelibus præbent incēdium. Quinto Ambroſius Ansbertus ſeptem dona Spiritus ſancti eſſe opinatur, quæ exiſtimat Chriſti oculos appellari, cui expoſitioni concinit illud Zach. 3. *Ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt, ecce ego cælabo ſculpturam eius ait Dominus exercituum.* Et cap. 4. *Videbunt lapidem Stanneum in manu Zorobabel. ſeptem ſunt iſti oculi Dñi, qui diſcurrunt in omnem terram.* Quo loco D. Hier. & Rup. per ſeptē oculos, ſeptē Spiritus ſancti dona accipiunt.

Deut. 4.

Richard. Vict.

Christus vt flāma terret reprobos, illuminat electos.

Primaſius.

Prouerb. 6.

Pſal. 118. 40.

Pſal. 104. 19.

Beda. Cōcionatores Chriſti oculi.

Ambr. Ansb.

Zach. 3. 9.

Zach. 4. 10.

D. Hieron. Rupertus.

2 Sententia auctoris.

Nobis videtur hoc loco per *oculos* intelligendam eſſe prouidentiam cum ſumma rerum omnium cognitione coniunctam, qua Chriſtus Eccleſiā vniuerſam adminiſtrat, vt enim oculi in omnem partem ſe verſant, & omnia etiā vel maximè ſeiuncta facilè cernunt, ſic prouidentia diuina omnia peruadit, ac diſponit, iuxta illud Sap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter.* Et ad Hebr. 4. *Omnia ſunt nuda, & aperta oculis eius.* Id quod etiā ſignificatur cū dicitur, *Tanquā flāma ignis.* Ignis enim ſubtiliſsimꝰ eſt, & in omnia ſe facilè inſinuat. Huius autē prouidentiæ duo ſunt potiſſimū effectus, qui etiā per flammā ignis ſignificātur, ſolet enim Deus quoſdam beneficiis illuminare, alios ſuppliciis terrere. Quā ob cauſam dupplices Deo oculos tribuunt ſcripturæ ſacræ: Vnos miſericordiæ, cōminationis alteros pleniſsimos. Ratio verò ea eſt, quia maximè in oculis affectus animi cernuntur, vnde D. Auguſtinus in Pſal. 41. oculos feneſtras mentis appellat. *Oculi*, inquit, *membra carnis ſunt, feneſtræ ſunt mentis, interior eſt qui per eas videt, quando cogitatione aliqua abſens eſt, frūſtra patent.* De prioribus oculis, intelligendū eſt illud Pſal. 32. *Ecce oculi Dñi ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Et Pſalm. 65. *Qui dominatur in virtute ſua in æternum, oculi eius ſuper gentes reſpiciunt.*

Sap. 8. 1.

Ad Heb. 4. 13

Sententia auctoris.

Christi prouidentia in Eccleſiam.

Duplices Dei oculi.

Oculi feneſtræ mentis, ex Auguſtino.

Pſalm. 32. 18.

Pſal. 65. 7.

Et illud Psalmi 33. *Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum.* In quem locum D. Augustinus: *Forte*, inquit, *dicunt mali, ergo securus facio mala, quia non super me sunt oculi Domini, ad iustos Deus attendit, me non videt: Audi quod sequitur: vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Eiusmodi oculos ad se cõuerti postulabat Regi⁹ vates cùm dicebat, Psal. 24. *Respice in me, & miserere mei.* Eosdẽ laudat sponsa Cant. 5. cùm ait: *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lactè sunt lotæ, & residẽt iuxta fluenta plenissima.* Oculis columbarum cõparantur propter dona Spiritus sancti, quæ communicat iis, quos huiusmodi oculis intuetur: colũba enim symbolũ est Spiritus sancti, qui Matth. 3. in specie columbæ descendisse dicitur: dicuntur autem hæ columbæ *lactè lotæ*, propter innocentiam, & puritatem, quæ ex iis donis promanat. De iisdem oculis illud etiam intelligendum est Psal. 10. *Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.* In quem locum D. Hieronymus. *Ad quid*, inquit, *respiciunt? ad adiuuandum.* Obiter autem hoc loco notanda est *palpebrarum* interpretatio; quam affert D. Gregor. lib. 28. Moralium cap. 5. vbi docet per *palpebras* intelligenda esse diuina iudicia, cuius similitudinis rationem his verbis complectitur. *Palpebris*, inquit, *apertis cernimus, clausis nihil videmus. Quid ergo per palpebras Dei, nisi eius iudicia accipimus, quæ iuxta aliquid clauduntur hominibus, & iuxta aliquid referantur.* Vndè Paulus ad Rom. 11. *ô altitudo*, inquit, *diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.* Ecce enim abscõsis mysteriis, quasi clausis palpebris, inquisitus: placita ac recta rñdit, qui secreti aditũ pulsans: quia per cognitionẽ intromitti ad interiora non valuit, per cõfessionẽ ante ianuas humilis stetit, & quod intus cõprehendere non potuit, foris timendo laudauit.

De posterioribus verò oculis est sermo Esaiæ. 3. *Nolite me constituere principem populi: ruit enim Hierusalem, & Iuda concidit, quia lingua eorũ, & adinuentiones eorum contra Dñm, vt prouocarent oculos maiestatis eius.* Quo loco est ad literam sermo de peccato Iudæorum, quod in nece Christi susceperũt, & de supplicio, quo Deus in eos ob tam execrandum facinus vindicauit: *Ideo*, inquit Hieronymus, *dicit nullũ velle præesse populo peccatori, quia contra Dñm blasphemauerunt, atq; dixerunt, Tolle, tolle, crucifige eum, non habemus regem nisi Cæsarem, & clementissimum Dominum furore linguæ suæ ad amaritudinem prouocauerunt.* iuxta quam expositionẽ *oculi* in posteriori acceptione vsurpantur: sed vr̃ mihi prẽterea Prophe ta per *Oculos maiestatis eius*, Christum ipsũ intelligere, quæ est altera eius loci expositio, appellasseq; illũ *oculos maiestatis Iehouah*, idest, Patris, propter amoris illius magnitudinem, quo Pater Christum cõplectitur, eumq; tanquã suos ipsius oculos charissimũ habet: cum qua expositione cohæret aliorũ translatio, ita locum reddentiũ, *Et adinuentiones eorum cõtra Dñm ad lædendos oculos claritatis ipsius*: verè enim Iudæi cũ Christũ lędebant, ipsosmet oculos lædebant *maiestatis Iehouah*, quippe qui Filium tanquam oculos suos diligebat. quã eandem ob causam Paulus Christum appellat filium dilectionis ipsi⁹ Patris, ad Colos. 1. *Gratias agentes Deo, & Patri, qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ*: Græci τὸ ὑὸ τῆς ἀγάπης αὐτὸ hoc est, ipsius Patris: sed vt ad iustitiæ ocu reuertamur, de illis etiã loquitur Iob c. 7. cũ ait: *Oculi tui in me, & non subsistã.* Cuius loci duplex est sensus. Vnus, vix ad me oculos cõuertes, vt subleues, cũ animã efflabo: quarè matures op⁹ est, si mihi opẽ afferre vis. Alter, irã tuã, quæ oculis declaratur, ampli⁹ perferre nõ potero, nã si me seueriori vultu aspexeris, exanimat⁹ cõcidã. Eodẽ sensu dixit Regius vates Psal. 9. *Cõteret brachiũ peccatoris, & maligni: quæretur peccatũ illius & non inuenietur*: idest, simulatq; impium ad iudicium vocauerit, & peccatorum illius examen instituerit, nõ inuenietur, peribit enim nec audebit in iudicio comparere.

Psalm. 33. 16.

D. Augustin⁹.

Psalm. 24. 16.

Cant. 5. 12.

Oculi Christi, cur columbarum.

Matth. 3.

Psalm. 10. 8.

D. Hieron.

D. Gregorius.

Palpebræ Dei, iudicia eius.

Ad Romanos 11. 33.

Esaiæ 3.

D. Hieron.

Christus, oculi Patris.

Amor Dei Patris in Filium.

Ad Colos. 1. 12.

Iob. 7. 8.

Psalm. 9. 15.

De

Hierem. 1. 11.

D Hieron.

1. ad Cor. 4. 21.

Varia lectio.

Fructus diuinæ correptionis.

De his oculis accipe quoque illud Hieremiæ 1. cùm vidit *Virgam vigilantẽ*, id est, oculatam, seu oculos habẽtem: & dixit Dominus, *Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.* In quem locum D. Hieronymus. *Vigilat*, inquit, *virga cuncta populi peccata considerans, vt percutiat, & corripiat delinquentes. Vnde & Apostolus scribit peccantibus. 1. ad Corinthios 4. Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* Aduertit autem pro *Virga vigilante*, Septuaginta, *Baculum nuceum*, Theodotionem verò *Virgam amygdalinam* trãstulisse: Quia quemadmodum nux siue amygdalum habet amarissimum corticẽ, & testa durissima cingitur, vt detractis austerioribus, fructus dulcissimus reperiatur: Sic diuina correptio amara quidẽ videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos.

Cur pedes eius similes aurichalco, & chalco libano, in camino ardẽti apparuerint?

Et pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti.

SECTIO XI.

1

More aquilæ nunc ad Christi diuinitatem ascendit, nunc ad eiusdem humanitatem descendit Ioãnes. Petr. Dam.

ADMIRABILI sanè sapiẽtia suum hoc opus contexit Ioãnes: sicut enim in Euangelio nunc de Christi diuinitate, nunc de humanitate disputat: ita in hoc quoque opere sæpissimè vtriusque in Christo naturæ coniunctionem, atque operationem describit, primũq; hoc loco cũ paulò ante ad Christi caput, hoc est diuinitatẽ, & instar aquilæ sublimi volatu ascendisset, nunc rursus ad pedes, hoc est ad humanitatem describendam quasi depressis, demissisq; alis descendit, quod scribendi artificium eleganter expendit Petrus Damian. Serm. 1. de excellentia Ioannis Euangelistę. *Beatus*, inquit, *Ioannes alternatione suæ narrationis ordine modo Diuinitatem Christi sublimiter intonat, modo quæ humanitatis sunt planè quodãmmodo & humiliter assueuerat. In principio, inquit, erat verbum, ecce aquila Dei ad Cæli verticem sublimiter euolat, sed ad escam carnis necesse est, vt pressis alis aliquando in imũ submissa descendat, vnde & paulo post, quid subdat audite, Et verbũ, inquit, caro factũ est, & habitauit in nobis.* Tũ idẽ pulchrè testimonio ex Cant. illustrat *Hanc*, inquit, *diuersitatẽ humanitatis, atque diuinitatis vnitè sibi met atque in confusè sponsa de sponso dicit in Canticis. Venter inquit eius eburneus distinctus sapphiris: Ebur os est elephantis quod animal fertur esse castissimum, venter ergo eburneus est sponsi, quia susceptа redemptoris humanitas, ab omni peccatorum contagio casta prorsus & inuiolata pertrãsit, Sapphirus autẽ lapis est sereni Cæli habens colorẽ, vndè & in visione domini dicitur. Erat sub pedibus eius, quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi Cælum cum serenum est: per Sapphiros ergo opera diuinitatis intelliguntur, quæ in carne Dominus ostendebat: Venter ergo sponsi distinctus erat Sapphiris, quia Christi humanitas diuinis virtutibus refulgebat: nec plenus Sapphiris esse dicitur, sed distinctus, ita videlicet, vt inter Sapphiros candor eboris appareret, quia sic Dominus ex parte hominis assumpti operabatur humana, vt nihilominus ex parte deitatis ostenderet & diuina. Hoc itaque modo beatus Ioannes quasi eburneum ventrem sponsi Sapphiris distinguit dum aliquando diuinitatis alta, aliquando humanitatis infima describit.* Hæc ille. Sic igitur hoc loco cum altitudinem diuinitatis, hoc est caput descripsisset, iam more suo ad pedes, hoc est ad infima humanitatis recurrit, inuictamque horum pedum vel inter ipsos flammarum globos durantium fortitudinem cum summo splendore, odoreque coniũctam describit dicens, *Et pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti.* Illud porrò meminisse oportet exsuperioribus græcè in multis exemplaribus esse ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ ideſt similes *chalcolibano*: & ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι, ideſt tanquam in camino igniti.

Cantic. 5. 14.

2

Rupertus.

Primũ igitur Rupertꝰ, cuius expositio nobis maximè probatur, per hos pedes Christi humanitatem accipien-

dam esse arbitratur sicut per caput eius Diuinitas intelligitur 1. ad Cor. 11. Quam ipse expositionem his verbis proponit. *Humanitas*, inquit, *Christi aurichalco similis dicitur, sicut in camino ardenti: quia quemadmodum aurichalcum multis ignium impendiis ad colorem auri perducitur, ita Christi humanitas per multas tribulationes perducta est ad gloriam maiestatis, iuxta illud Luc. vlt. Non ne hæc oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam?* Addit Pannonius, rectè *Chalcolibano*, ideſt, æri, & thuri comparari: quia Christi ad patiendum pro hominibus desideria instar æris, erant fortissima, quæ scilicet morti non cederent, & instar thuris odorifera, quorum nimirũ odor fide sentitur, iuxta illud Cant. 1. *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*, simul aduertit posse quoque *pedum* nomine mortalis vitæ Christi finẽ intelligi, qui in camino ardẽti fuisse dicãtur propter illustriora, quæ tunc præbuit amoris argumenta, iuxta illud Ioan. 13. *In finem dilexit eos.*

1. ad Cor. 11.

Vt per caput diuinitas Christi, sic per pedes eiusdẽ humanitas significatur.

Pannonius.

Cant. 1. 4.

In fine maiora amoris argumenta præbuit Christus. Ioan. 13. 1.

3

Alia quoq; ratiõ huiꝰ similitudinis afferri potest, quia videlicet humanitas non aurũ fuit, sed aurichalcũ, non ipsa in se aliqd diuinitatis habẽs, sed propter maximã tñ, ratione vnionis hypostaticæ, cum diuinitate coniunctionẽ, eximio quodã fulgore, vt ignitum aurichalcum rutilans: id quod etiã per Chalcolibanum non obscurè indicatur, quod genꝰ electri est, vti diximus. Hac enim potissimum de causa Christum electrum appellari, Ezech. 1. cum dicitur *in medio eius quasi species electri*, docet D. Greg. homil. 2. in Ezechiel. *Electrum*, inquit, *ex auro & argento est* (loquitur Gregor. de electro artificiali, cuius meminit Plin. lib. 33. cap. 4.) *atq; adeo dum aurũ, argentũq; miscentur; argentũ ad claritatẽ creſcit, aurũ verò à sui fulgore palleſcit: illud ad claritatem proficit; hoc à claritate tẽperat. Igitur in vnigenito Dei filio naturæ Diuinitatis vnita est tanquã auro, natura nostra tanquã argentũ, in qua aduniatione humanitas in maiestatis gloriã excreuit: Diuinitas verò à sui fulgoris potentia humanis se oculis tẽperauit: per hoc enim quod humana natura clarior facta est, quasi per aurũ creuit argentũ, & quia Diuinitas à fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi aurũ nobis palluit per argentum.* Hæc Gregorius. Rectè autẽ additur, *sicut in camino ardenti*; tum propter passionis ignẽ, in quo Christi humanitas arsit, tum propter charitatis ardorẽ quo aduersum homines fuit inflãmata. Vndè Græcè vt annotauimus est ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρώμενοι, Ideſt tanquã in camino igniti: Vtriusq; naturæ societas per Chalcolibanũ etiã exprimitur, si illud non electrũ, sed æris, ac thuris permixtionẽ iuxta eius etymon velis sonare; etenim iuxta hanc etiã expositionem humanitatis vnio cum Diuina natura per Chalcolibanũ optimè significatur; habuit enim Christus naturã duplicem, vnã diuinam, thure, quo Diuinitatẽ colimus expressam; humanã alteram per æs, quod in passionis caminum mittitur, figuratam.

Ezech. 1. 4. D. Gregorius.

Plinius.

Tanquam auro argentum, naturę diuinæ humana vnita est.

Charitas Christi aduersum homines.

4

Hanc pedũ expositionem cõmemorans Arethas, citansq; D. Greg. ait, Iesum Deum & hominẽ pedes habere, quia non nuda Diuinitate, sed per carnem ad nos accesit. Chalcolibanũ verò dici, siue in monte Libano fabrefactum, quandoquidẽ monti Libano propter celsitudinẽ est similis, siue etiã intelligẽdus est libanus, æris; speciẽ habens, quẽ Medici masculum appellãt, qui & ipsi igni similis, suffumigationes suauis odoris emittit. Quod enim suauis odoris sit Christus sponsa in Canticis cõfitetur c. 1. cùm ait, *Meliora sunt vbera tua vino, fragrãtia vnguentis optimis.* Et ipse Christus, de seipso loquẽs ait, *Ego flos cãpi, & lilium conuallium*, Cant. 2. Flos enim duo habet, pulchritudinẽ videlicet, & odorẽ. Itaq; primũ ex hoc loco intelligimus, quicquid pulchritudinis est in Ecclesia à Christo tanquã à flore pulcherrimo proficiscì, ipse enim flos est qui rubet in martyribus, candet in virginibus, rutilat in doctoribus, palleſcit in pœnitentibus, viridis est in cõfessoribus. Deinde eiusdẽ Christi suauissimum

Arethas. Per humanitatem Christi. diuinitas ad nos accesit.

Cant. 1. 3.

Cant. 2. 1.

Ecclesię pulchritudo tota à Christo vt à flore.

odorem

odorē, vt rectè dicere Paulus potuerit 2. ad Cor. 2. *Christi bonus odor sumus Deo*, Græcè εὐωδία id est, *Fragrātia*, qua duplici de causa lilium quoq; ibidē appellatur, in quo singularis pulchritudo nitet cū suaui odore coniuncta.

2.ad Corinth. 2.15.

5

Est præterea (vt hoc etiā dicamus propter vtriusque naturæ in Christo vnionem, quam in hoc loco in chalco libano significari docuimus) lilium candidum simul & aureum, in quo duplex Christi natura designatur, humana quidem in colore candido propter puritatem: Diuina autem in aureo propter dignitatē. Adhæc, quemadmodum in lilio tria illa quasi grana aurea, seu fila aureum colorē præ se ferentia, quæ intra folia candidissima delitescunt, non statim erumpūt, sed tūc maximè cùm folia magis explicantur: ita amor Christi aureus erga homines, potentiaq; eius ac Diuinitas tunc maximè effulserunt, cum Christus viscera sua per passionem explicauit. Vel si malis, tria grana aurea, ideſt, Trinitatis mysterium tunc explicatiùs cognitum est, cum Verbū in carne apparuit. Rectè igitur propter odorem humanitas CHRISTI Chalcolibano similis perhibetur.

Christus candidus simul & aureus.

Denique iuxta hanc expositionē aduertendum est, pedes Christi non in igne absolutè, sed *in camino ardenti*, qui magnam vim ignis continet, apparuisse, vt intelligamus Christi humanitatem, non quolibet, sed maximo igne charitatis erga homines exarsisse: hoc enim camini & ignis discrimen obseruauit D. Gregorius homilia 2. in Ezechielem expendens illud Esaiæ 31. *Vixit Dominus cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem*. Plus, inquit, *est caminum esse, quàm ignem, quia esse ignis & paruus potest: in camino autem vastior flamma succenditur, Sion vero speculatio, Hierusalem visio pacis dicitur, pacemq; nostram hic interim speculamur, vt illic postmodum plenè videamus. Ex amore ergo Domini in Sion ignis, in Hierusalem est caminus, quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus, vbi de illo aliquid contēplamur, sed ibi plenè ardebimus vbi eum videbimus quē amamus*. Atque hæc de prima expositione.

Quanto amoris igne exarserit Christus.

D. Gregorius.

Esai. 31.9.

Secunda expositio, per *pedes* Christi, nouissimi tēporis fideles intelligit quæ est D. August. Bedæ, & Primasij: Porrò hi pedes *in camino ardēti* esse perhibentur propter persecutionis tunc futuræ vehementiam, cui sanè conuenit auricalci similitudo, quod ex ære, multo igne adhibito, ad aureum colorē perducitur. *Ideo autem*, inquiūt, *Libani fit mentio, qui mons est in Palæstina, vt significetur ibi potissimū fidelium persecutiō vltimo tēpore exarsuram*: quæ pars expositionis posterior nobis nō probatur, quoniam libanus hoc loco non pro mōte Libano, sed pro thure sumitur, vt iam in superioribus diximus, cum chalcolibanon, ex ære, & libano mixtionem sonet, ineptè autē aliquid ex ære & monte Libano mixtū & compositum esse credatur.

6

Nouissimi tēporis fideles, pedes Christi. D. Augustin⁹. Beda. Primas.

Tertia expositio est Arethæ & aliorū, nomine pedū Apostolos & prædicatores accipientiū, quibus Christus ceu pedib⁹ orbē peragrat: Propterea enim Ezech. 1. Christus super firmamentū, quod impositū erat capitibus illorum quadriformiū animaliū, ideſt, Euangelistarū, & Apostolorum visus est, vt eum per vniuersum terrarū orbem quasi victorem & triūphantem asportarent. Eodemq; sensu dī Abac. c.3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio*. Quē locum de Apostolis interpretatur D. Ambr. lib. de Nabuth c.15. *Agitauit*, inquit, *Christus Apostolos suos, quos per diuersa mundi direxit, vt toti orbi Euangeliū prædicarent; ascendit enim eques non tantùm vt sedeat, sed vt regat*. Sic etiā D. Hieron. in cōment. super Abacuch. *Ascēdit*, inquit, *in Paulo, ascendit in Petro, & in huiusce modi curribus equitās totū illustrauit orbē, intendens quoq; arcū, siue sagittas, sceptra, ideſt, regna Diaboli destruxit: vndè subditur, Suscitās suscitabis arcū tuum: seu vt 70 trāstulerunt, Intendens extendes arcum tuum super sceptra*. Eodē modo D. Greg. lib. 44 Mor. c. 13. intellexit illud eiusdē cap. *Viā fecisti in mari equis tuis, in luto aquarū multarum, ideſt, aperuisti iter prædica-*

7

Areth.

Ezechiel. 1.

Prædicatorib⁹ ceu pedib⁹ orbem peragrat Christus. Abac. 3.8.

D. Ambrosi⁹.

D. Hieronym⁹

Equitauit in Apostolis Christus.

D. Gregorius.

Abac. 3.15.

toribus

toribus tuis inter doctrinas huius seculi, sordida, & terrena sapientes. Quia igr̃ Christꝰ per Apostolos & prædicatores orbẽ peragrat, rectè illi pedes ipsius appellantur, vt habes apud Esai. c. 52. *Quam pulchri super mõtes pedes annunciãtis, & prædicãtis pacem: annunciatis bona, prædicantis salutem, dicentis Sion, regnauit Deus tuus.*

Ad Rom. 10. Quo testimonio vsus est Paulus ad Romanos 10. cum de prædicatoribus ageret. mirum verò multis videtur, quod 70. interpretes, pro eo quod D. Hieronymus vertit, *Quam pulchri*, ipsi transtulerint, *ὡς ὡραῖα*, quæ dictio horam, diei partem significat: sed non aduertunt, idẽ nomen significare pulchritudinẽ & venustatem, vndè & deducitur *ὡραῖον* idest pulchrum: quare ille redditur sensus, *sicut pulchritudo super montes, pedes annunciãtis & prædicantis pacem.* Eosdem pedes intellexit sponsa Canticorũ 5. cùm dixit. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas*; Apostoli namque & prædicatores sunt veluti columnæ quædam, quibus nititur Ecclesię ædificium; *marmoreæ* propter candorem vitæ; fundatæ *super bases aureas*, quoniã super duplicem amoris basem, Dei videlicet & proximi sustinentur. De ijsdem quoque pedibus mysticè interpretatur D. Gregorius lib. 19. Moralium cap. 10. illud Iob 29. *Quando lauabam pedes meos butyro. Pedes*, inquit, *Domini prædicatores sunt. Butyro ergo pedes lauantur, quia prædicatores sancti bonorum operum pinguedine replentur, & quia vix ipsa prædicatio sine aliquo transitur admisso: nam quilibet prædicans, aut ad quantulamcumque indignationem trahitur, si contemnitur, aut ad quantulamcumque gloriam, si ab audientibus colitur. Vndè & Apostolis pedes loti sunt, vt à quamlibet paruo contagio in ipsa prædicatione contracto, quasi à quodam in itinere collecto puluere mundarentur: vel certè butyro pedes lauantur, cum sanctis prædicatoribus debita ab audientibus stipendia conferuntur; & cum de ipsa prædicatione fatigati auditorum suorum bonis operibus fouẽtur, non quòd ideò prædicent, vt alantur, sed ideo alantur, vt prædicẽt: hoc butyro vnctus fuerat Paulus, qui in catena tentabatur dicens 2. ad Timoth. 1. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit.* Hæc D. Gregorius.

Apostoli Ecclesiæ columnæ. Cant. 5. 15.

D. Gregor. Iob. 29. 6.

Concionatores alũtur, vt prædicent.

Hi igitur pedes similes sunt aurichalco. Primo, propter prædicationis sonum; est enim aurichalcum maximè sonorum, iuxta illud Psalmi 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Secundo. Quia vt ait Paulus 1. ad Corinthios 13. Quanuis prædicator linguis hominum loquatur, & Angelorum, si charitatem tamen non habeat, factus est velut æs sonans, aut cymbalũ tinniens, propterea non æri prædicatores comparantur, sed *aurichalco*, quod aurum refert: & præterea *in camino ardenti* seu *igniti*, apparuerũt, quæ omnia charitatem significant. Alioqui quẽadmodum æs sonans, ipsum quidem tunditur, & cõsumitur, & alijs est auditu iucundum & vtile: ita prædicator si charitatẽ non habeat, ipse quidem fatigatur, & consumitur, totaq; vtilitas in alios redundat. Vndè Ezechielis 1. de illis quatuor animalibus, quę Euangelistarum vt paulò ante diximus typus fuerunt de sentẽtia Irenęi, libro 3. contra hæreses; & D. Gregorij homilia 3. in Ezechielem dicitur. *Et scintillæ quasi aspectus æris candentis:* (Quod de facie animalium intelligẽdum est) *Benè*, inquit Gregorius, *æs candens dicitur, quia vita prædicantium sonat & ardet: ardet enim desiderio, sonat verbo: æs* ergo candens est prędicatio accensa; propterea etiam ad Esaiam *volauit vnꝰ de Seraphim habens in manu calculum, quem forcipe tulerat de altari:* Eoque Prophetæ linguam mundauit simul & accendit, vt refertur Esa. 6. Vbi aduerte pro *calculo*, esse in Hebræo רִיצְפָּה ritsphah, quod nomen non solùm *calculũ* significat, quemadmodum verterunt Aquila, Theodotio, & Vulgatus, sed etiam *prunam viuam*, seu *carbonem incensum*. Septuaginta autem transtulerũt *ἄνθρακα*, quod nomen & carbonem, & Carbunculum gemmam pretiosam significat. Esaias igitur ad munus prędicationis obeundũ recepit à Seraph. in ore carbonem incensum, hoc est

8

Psalm. 18. 5.

2. ad Corint. 13.

Cõcionator sonet verbo, charitate ardeat.

Ezech. 1. 7.

Irenæus. D. Greg.

Esaiæ 6.

Aquila. Theodotio. Vulgatus.

ardorem

ardorem charitatis, quæ rectè etiam propter præstantiam per Carbunculum pretiosam gemmam intelligitur; sic etiam Moyses priusquam ad Pharaonem mitteretur, iubetur ad flammam rubi ardentis accedere. Exod. 3. & super Apostolos orbem igne prædicationis obituros, linguæ igneæ descenderunt. Actorum 2. Denique ob eandem causam Regius vates priusquam dixisset Psalm. 50. *Docebo iniquos vias tuas*, ter Spiritum sanctum à Deo postulauit dicens. *Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma me*: Tunc verò subiecit, *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur*: Quia nimirum prædicatoris charitate incensi concionem, conuersio impiorum consequi solet.

Exod. 3.

Act. 2.

Psalm. 50. 15.

9

Tertio sunt hi pedes *in camino ardenti*; quia parati esse debent concionatores Euãgelici ad multa propter veritatem & fidem perferenda; imo ad mortem ipsam si opus fuerit oppetendam. Aduerte etiam *in camino ardenti* pedes ex ære in aurichalcum mutari, ideſt, ad auri similitudinem peruenire quoniã labores pro Christo fortiter patienterq; tolerati virtutem mirum in modum perficiunt, & quod est consequens, ad cælestem beatitudinem viam muniunt iuxta illud Pauli ad Romanos 5. *Gloriamur in tribulationibus scientes, quod tribulatio patientiam operatur; patientia verò probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit*. Vndè eleganter Cyrillus Alexandrinus epistola 37. ad Alipium. *Patientia*, inquit, *nobis omne bonum conciliat, & veluti pronubа viam ad probationem parat, ac spem in futurũ seculum nutrit*. Quod profecto est non solum in aurichalcum æs mutari, sed diuinæ cuiusdam chimicæ artis viribus in fornace tribulationum aurum fieri, quod naturali alchimiæ negat diuus Thomas in 2. sententiarum. dist. 7. quæst. 3. art. 1. ad 5.

Perficiunt virtutẽ labores.

Ad Rom. 5. 3.

Cyrillus Alexandr.

D. Thomas.

Quartò. Rectè etiam hi pedes secundum Græcam translationem, similes esse Chalcolibano dicuntur propter odorem virtutum, quem ex se afflant: iuxta illud Pauli 2. ad Corinthios 2. *CHRISTI bonus odor sumus* debent enim concionatores ea quæ ære prædicationis sonant, exemplo & operatione præstare, vt non solum virtutum sonitum, sed odorem quoque ad alios transmittant: itaque non sint similes, illi in quem inuehitur Paulus ad Romanos 2. *Gloriaris*, inquit, *in Deo & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege, qui ergo alium doces te ipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non mœchandum, mœcharis, qui abominaris idola, sacrilegium facis, qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis, Deum inhonoras*: Vbi imprimis obseruanda est elegans, Apostoli similitudo, illis verbis, *Habentem formam scientiæ & veritatis in lege*. Quæ illud significat concionatorẽ, qui ea quæ prædicat, opere non cõplet, perinde se habere, ac si exẽplar alicuius imaginis solum gestaret, quã alij in se exprimerent: maneretque ipse deformis ac turpis, quippe qui se ad illius quod gestat exemplaris similitudinem minimè conformaret; hoc namque est quod ait Apostolus *habentem formam scientiæ & veritatis in lege*, ideſt gestãtem exemplar veritatis, atque doctrinæ, quæ in lege proponitur: quemadmodum interpretatur D. Chrysost. homil. 5. in epistolam ad Rom. his verbis ὥσπερ ἐάντις τὴν βασιλικὴν εἰκόνα ἔχων, μηδὲν πρὸς ἐκείνην γράφοι. οἱ δὲ μὴ πιστευθέντες αὐτὴν, καὶ χωρὶς τοῦ πρωτοτύπου μετὰ ἀκριβείας αὐτὸ μιμῶνται, hoc est, quemadmodũ si quis Regis habens imaginem, nihil ad eius similitudinem exprimat: illi autem quibus imago non est credita, etiam sine prototypo accuratè illud imitentur. Deinde aduerte eiusmodi concionatores, dici à Paulo *Inhonorare*

10

Cõcionatores quæ sonãt verbo, præstent opere.

Ad Rom. 2. 18

D. Chrysost.

Deum per præuaricationem legis, quoniam verbum Dei quod prædicant, falsum esse opere & vita profitentur: *Per præuaricationem*, inquit, *legis Deum inhonoras*, sint igitur diuini verbi præcones similes chalcolibano, quia quod prædicando sicut æs tonant, debēt thure, hoc est virtutum odore & exemplo enuntiare. Concinit huic loco Ioānis illud Oseæ 14. *Ero quasi ros Israel germinabit quasi lilium, & erumpet radix eius, vt Libani, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani*, ideſt, thuris. Quem locū explanans D. Hieronymus in cōmentarijs super Oseam. *Cum*, inquit, *nos Dominus suo rore respersérit, germinabimus, & florebimus vt lilium imitantes ipsum Christū, qui de se ait Cantic. 2. Ego flos campi & lilium conuallium; & mittemus radices nostras sicut arbores libani, quæ quantum in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergūt, vt nulla tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant, & habebimus odorem quasi libani, vel thuris, quod est genus thymiamatis.* Nec vacat mysterio, quod non cuiuis odori, sed odori thuris similes memorantur cum dicitur. *Pedes eius similes chalcolibano*, quemadmodum etiā Canticorum 4. *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Etenim sicut thus in Arabia ex quadam arbuscula inter inaccessas rupes nascitur, ita hic virtutum odor, si perfectissimus esse debet, rarissimus est. Deinde sicut thus per incisionem corticis illius arbusculæ in feruentissimo solis ardore colligitur, ita etiam virtutum perfectio non nisi per incisionem arboris, ideſt, mortificationem carnis & in ipso solis ardore, hoc est in tribulatione, quæ per nostrum *caminum* designatur, acquiri consueuit. Ad hæc arbusculæ illius cortex lauri folio est similis, quia qui ad hanc chalcolibani similitudinem, & virtutum odorē pertingit dignus profectò est, qui lauro coronetur. Denique chalcolibanon æris & thuris permixtionem sonat, quia prædicatores non sola contemplatione, quæ per thus significatur præstare debent, sed tanquam æs in camino bonorum operum, & tribulationum liquescere, & sic in vasa pulcherrima effornari, quæ in honorem possint Domino deseruire.

Concionatorū exemplum. Oseę 14. 6.

D. Hieron.

Cant. 2. 1.

Cantic. 4. 11.

Virtutum perfectio perquid acquiratur.

Quarta expositio est Ioachimi Abbatis, quam ille sic paucis complectitur *In oculis*, inquit, *contemplatiua vita, in pedibus gressus operis designatur; in vtroque enim viuendi genere vita Christi igne Spiritus sancti accensa est; quia non solum in illis membris, quæ ad otium, & quietem vocata sunt, diffusa est Spiritus sancti gratia sed etiam in illis, quæ exteriorib⁹ ministerijs deputantur: & propterea oculi tanquam flamma ignis dicuntur: pedesque sunt in camino ardenti, quanuis tanta inter vtranque vitam differentia sit, quanta inter pedes aurichalco similes in camino ardenti, & oculos similes flammæ ignis, sicut enim aliud est esse simile flammæ ignis, & aliud esse simile rei manenti in igne; ita aliter actiuæ vitæ, aliter contemplatiuæ, Spiritus sancti gratia præsto est.* Sunt quidem hæ omnes expositiones probabiles, sed primam tamē quæ est de humanitate Christi, magis literalem germanamque, atque adeo reliquis omnibus anteferendam arbitramur.

II Ioachimus.

Vita actiua & contemplatiua, vt differāt.

Cur vox eius tanquam vox aquarum multarum dicatur.

Et vox illius tanquam vox aquarum multarum.

SECTIO XII.

I



IMILEM filio hominis hactenꝰ descriptum, haud dubie Ioannes sibi per eandē imaginariam ostensionem visus est, loquentem audire: alioqui qualem haberet vocem, intelligere minimè potuisset, ait igitur *vocem eius* fuisse *tanquam vocem aquarum multarum*, cum impetu scilicet strepituq; fluentium, hoc est valde sonoram & multiplicem, & magnis atque inconditis clamoribus personantem, qualem multi simul homines tumultu-

antes

antes, clamãtesq; edere solent. Solet enim in sacris literis multorum homi num simul clamantium vox, aut strepitum facientium sonitus aquis cum impetu ruentibus comparari: veluti apud Ezechiel. capite. 1. *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonus sublimis Dei, cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, & quasi castrorum.* Et Esai. 17. *Væ multitudo populorum multorũ, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarũ, sicut sonitus aquarũ multarũ.* Huiusmodi igr erat vox, qua similis filio hominis personabat: cuius mysterij ratio prima affertur à Primasio, & Ambr. Ansbert. quia nimirũ qui in lege veteri vocẽ habebat tubæ, vt supra dictũ est, ideſt, ille qui per paucos Prophetas, & prædicatores insonabat: in lege noua vocẽ habuit aquarũ multarum, quæ populorũ multitudinẽ significant, iuxta illud Apoc. 17. *Aquæ quas vidisti populi sunt, & gẽtes, & linguæ*, ideſt, populorum multorum vocibus personuit. Id quod etiã Daniel significauit c. 10. cùm dixit: *Et vox sermonũ eius vt vox multitudinis.* Et Ezech. c. 1. *Audiebã*, inquit, *sonum alarũ, quasi sonum aquarũ multarum.* Eandẽ expositionem approbat Rupertus. Secunda ratio est Richardi de S. Victore, Ruperti, Ioachimi, & aliorũ: quia videlicet Christi mysteria omniũ scripturarum eloquiis prædicta fuerunt: atq; adeò Christus cum per se, vel per Apostolos loquebatur, vocem habebat, instar aquarũ multarum, quæ scripturas sacras exprimunt: iuxta illud Deut. 32. *Concrescat in pruinam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbã, & quasi stillæ super gramina.* Est autem præclara hæc similitudo ad prædicationẽ exprimendã. Primum, quia vt ait Ioachimus, *Sicut guttæ multæ decidentis pluuiæ sonum multiplici concorditer sonant: ita multiplicia scripturæ sacræ eloquia, in quibus loquitur Christus, eamdẽ sonant veritatis sententiã: quam ob causam scriptura rotæ illi apud Ezechielem cap. 1 cõparatur, cùm dicitur: Apparuit rota vna super terram, iuxta animalia habens quatuor facies, & aspectus earum, & opera quasi sit rota in medio rotæ, & vna similitudo ipsarum quatuor.* Quo loco Diuus Gregorius per *rotam*, sacram scripturã intelligit, quæ quatuor facies habet, quia vtrunque testamentum in quatuor partes distinguitur, videlicet in Legem, Prophetas, Euangelia, Acta, & dicta Apostolorum. Verum *vna similitudo ipsarum quatuor* dicitur, vt indicetur summa omnium scripturarũ consensio: imo vel ipsa rotę notio eã confessionẽ manifestè exprimit, sicut enim in rota omnes radij à peripheria ducti ad idem centrum desinunt: ita omnia, quæ in sacra scriptura continentur in vno atque eodem veritatis centro copulantur. vel si mauis ad eundem CHRISTVM qui veritas est, vnanimi consensione decurrunt. Deinde quia sicut sonus inundãtis pluuiæ, aut fluuiorum impetus, per prærupta loca ruentium longiùs auditur, ita Christi prædicatio ad fines vsque terræ penetrauit, iuxta illud Psal. 18. *In omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Atque hæc est illa pluuia voluntaria, quam Deus segregauit hæreditati suæ Psal. 67. Tertia ratio est Arethæ, quia nimirum vox Christi eadem est, quæ & Spiritus sancti ob cuius operationem flumina de ventre eius fluunt, Ioan. 7. cui cõcinit illud Ioelis 3. *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & rigabit torrentem Spinarũ.* quare videtur Arethas vocem istam *tanquam aquarum multarum*, ad multitudinem gratiarum referre, quæ ex ore Christi tanquam ex fonte dimanarunt. Idcirco enim dicitur Psal. 44. *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Et Cant. 5. *Labia eius distillantia myrrham primam*: quo loco per *labia* doctrinam Christi intelligit, quæ propter puritatem candori illi rerum comparatur iuxta illud Psal. 11. *Eloquia Domini, eloquia casta.* Recte etiam additur, *distillantia myrrham primam*, tum quia doctrina Christi macerationem carnis commendat, quæ quoniam præseruat à corruptione vi-

Ezech. 1. 14.

Esai. 17. 12.

1. ratio ex Pãnon. & Ansb.

Apoc. 17. 15.

Dan. 10. 6.

Ezech. 1. 14.

Rupertus.

2. ratio ex Richar. Vict. Rup. Ioach.

Vox Christi in Prophetis, instar aquarum multarum.

Deut. 32. 2.

Ioachimus.

D. Gregorius.

Scripturę sacræ summa cõsensio.

Psalm. 18. 5.

Psalm. 67. 10.

Ioan. 7. 38. Ioel. 3. 18.

Psalm. 44. 3. Cantic. 5. 13.

Psal. 11. 7.

tiorum, iure optimo myrrhę nomine censetur: tum etiam quia dona supernaturalia, & gratiæ, quæ propter pulchritudinem liliis conferuntur, & ex ore Christi dimanant, nonnisi habita prius myrrha, id est, castigata carne cõparantur. Quidam ex recentioribus hanc vocem *Instar aquarum multarũ*, ad secundum eius aduentum referũt, quo tempore habiturum, inquiunt, *vocem aquarum multarum*, quoniam magnum terrorem mortalibus iniiciet, ipseq; solus erit instar numerosi exercitus, terrificus atque formidabilis, magnæq; fortitudinis & potentiæ ad inimicos suos, vel ipsa tantum voce perterrendos. Cæterum nos eam expositionem, quæ *vocem aquarum multarũ*, Euangelij toto orbe prædicationem, interpretatur, multò probabiliorem putamus, cùm Apostoli cæteriq; omnes Euangelij prędones, multiplici voce omnibus populis & gẽtib⁹ Christi fidem denunciarunt, atq; ad gentium cõuersionẽ magno impetu, multiplicique sonitu instar numerosi exercitus irruerunt. Et verò cum hac visione Christus se Ecclesię Põtificem gubernatoremq; exhibeat, non est cur ipsum dũtaxat, vt iudicẽ in fine mundi, & non potiùs vt principẽ ad vniuersam Ecclesiæ œconomiã fundandam, constituẽdamq; se se hac visione Ioãni ostendere voluisse, existimemus.

Maceratione carnis, dona gratię comparantur.

Cur Episcopi stellis comparentur: & cur in dextera eas Christus habeat.

Et habebat in dextera sua stellas septem.

SECTIO XIII.

QVOD hoc loco ait Ioannes, Christum *habere in dextera sua stellas septem*, nostram expositionem non desiderat, cum id ipse Angelus explicauerit dicẽs: *Septẽ stellæ, Angeli sunt septẽ Ecclesiarũ*, ideſt, Episcopi. Illud explicandũ supereſt, cur Episcopi stellis cõparentur, & cur in dextera Christi manu sint? Quod ergo attinet ad stellarũ nomenclationem. Prima ratio est Richardi de S. Vict. *Rectè*, inquit, *stellis cõparantur, non planetis, ideſt, errantibus sideribus, quia in eodẽ statu iustitiæ debent stare, non per diuersa vitia semetipsos permutare, & conuersationẽ habere in cælo per contẽplationem.* E cõtrario verò hæreticos sidera errãtia, ideſt planetas, appellauit Iudas Apostolus. *Fluctus*, inquit, *feri maris despumãtes suas confusiones, sidera errantia*, hoc est, planetæ, habetur enim Grœcè ἀστέρες πλανῆται, dicũtur autẽ *sidera errantia*, tũ quia ipsi in doctrina, vitaq; errãt, tum quia alios in vtroq; errare faciunt, iuxta illud 2. ad Tim. 3. *Mali autẽ homines & seductores proficient in peius, errãtes, & in errorẽ mittentes.* Dicũtur etiã *sidera errãtia*, ob instabilitatem, quæ ex eo nascitur, quod extra Ecclesiæ firmamentũ sint: cõtra verò catholici Episcopi stellis cõparantur, quod fixi stabilesque sint in Ecclesiæ Catholicæ, fideiq; firmamento: atque hæc sit 1. ratio cur *stellæ* nominãtur. Secunda est propter humilitatẽ, quoniã licet in se ipsi maximi sint, debent tñ minimi omniũ per humilitatẽ videri. Sicut enim stellæ cũ terræ magnitudine longè superent, minimę nobis apparẽt, iuxta illud Ecclesiast. 4. *Quãto magnus es humilia te.* Tertia, quia debẽt esse charitatis feruore ignei, cõtẽplationis sublimitate in alto positi, excellẽtis vitæ cõuersatione micãtes, per bonũ operis perseuerãtiam fixi & stabiles ad terrã per subditorũ compassionẽ respicientes. Quarta propter ordinis dispositionẽ, & propter obedientię erga Deum alacritatẽ, iuxta illud Baruch, c. 3. *Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt, vocatæ sunt, & dixerunt adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.* Quinta, quia, vt ait Orig. hom. 1. super Gen. *Sicut stella ab stella differt in claritate, ita etiã vnusquisq; prælatorũ secũdũ magnitudinẽ suã lumẽ fudit.*

Episcopi stellis, cur comparentur, non planetis.

Hęretici sidera errantia.

Eccles. 4. Quibus virtutibus fulgere debeant Episcopi.

Baruch. 3. 34.

Origenes.

D. Hieron. Iob. 9. 7.

Sexta. Quia vt ait D. Hieronymus in illud Iob 9. *Qui stellas claudit quasi sub signaculo, sanctorum merita, & præcipuè Episcoporum, quibus alij ab alijs distabunt, dū hîc latent quasi sub signaculo clauduntur.* Septima. Quia de nocte, hoc est tenebricoso huius vitæ tempore lucent iuxta illud ad Philippenses 2. *In medio nationis prauæ & peruersæ inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Octaua. Quia sicut stellæ à Sole lumen recipiūt; ita prælati à Christo qui Sol est iustitiæ, illuminantur, vt alijs lucere possint, quemadmodum docet Paulus 2. ad Cor. 3. cum ait, *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem trāsformamur, à claritate in claritatē*: hoc est, nos non sic, vt Moyses, qui velatam habebat faciem, cùm populo loquebatur, sed reuelata, de tectoque vultu *gloriam Domini* tanquam specula recepientes, eandem Christi imaginē in nobis tam clarè excipimus, vt in eandem ipsius imaginem transformari videamur, *à claritate in claritatem*. hoc est, tanquam nitidissima specula imaginem à CHRISTO recipientes, eandemque subindè in alios iacientes, videlicet *à claritate*, quam accipimus, *in claritatem*, quam emittimus per communicationem eiusdem imaginis eiusdemque splendoris emissionem prodeuntes: quod verò illud *Speculantes* non ab speculatione contemplationeque, sed ab speculis sumendum sit, perspicuum est ex græca dictione κατοπτριζόμενοι quæ ἀπὸ τῦ κατόπτρε, hoc est, ab speculo deducitur: debēt igr prelati esse veluti specula, quæ imaginē & lucē à Christo acceptam in alios doctrina, & exemplo transmittant.

Ad Philip. 2. 15.

2. Cor. 3. 18.

Episcopi lucē à Christo acceptam in alios trasmittāt, vt specula.

2

Richard. de S. Victore.

Iam illud disquirendū, cur in dextera Christi appareant. Prima expositio est Rich. de S. Vict. *In manu*, inquit, *ideſt, in potestate Christi dicuntur esse, vt ipso cooperante, Ecclesias sibi commissas digne possint gubernare*: quod autem in dextera manu sunt, illud significat, prælatos non esse ad mala cōmittenda, sed ad bona perficienda constitutos: quēadmodū testatur Apostol⁹ 2. ad Cor. 13. *Secundū potestatē quam Dominus dedit mihi in ædificationē, & non in destructionem.* Secūda. Ad significandū protectionis diuinæ præsidiū, quo Christus prælatos & per prælatos Ecclesiam tuetur, est enim, *manus* in sacris literis inter alia protectionis Diuinæ symbolum, quo sensu D. Hilar. intelligit illud Psal. 54. *Extendit manū suam in retribuendo.* Vñ manus extēsa magnā Dei clementiam, & beneficentiā declarat, & ita exponendum est illud Ezech. 2. cū ait, sibi manum extēsam apparuisse, quanquam referri etiā pōt ad manus Christi in cruce expansas: quæ incredibilem beneficentiā declarabāt, iuxta illud Esai. 65. *Expādi manus meas tota die ad populū incredulū.* Tertia sunt etiā Prælati in manu Christi dextera, ideſt, eius potestati ad puniendū subiecti: perspicuum est enim Christū in hoc opere multa episcopis minitari si officio suo desint, quæ manus acceptio creberrima etiā est in sacris literis, veluti Psal. 37. *Quoniā sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & cōfirmasti super me manū tuam.* In quē locum D. Basil. affert in eundē sensum illud Iob 19. *Manus Dñi tetigit me*, & Sathan ipse dixit Deo. *Mitte manū tuā, & tange omnia quæ habet.* Et Orig. homil. 1. super Psalm. citatū. *Confirmat*, inquit, *manum suā super pueros pædagogus dum verberat. Et confirmat manus, cum verbera non leuiter infligit.* Sic etiam diuus Augustinus interpretatur verba illa Psalmi 122. *Sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. Qui sunt*, inquit, *isti serui qui habent oculos in manus Dominorum suorum, nisi qui iubentur cædi; vapulat seruus, sentit plagarum dolores, attendit ad manū Domini, quoadusq; dicat, parce, in omnibus hominibus Adā vapulat, & sic sunt oculi nostri ad Dominū Deum nostrū donec misereatur nostri*: atq; hoc sensu manū extēsa dicit punitionē, iuxta illud Esai. 5. *Ideo iratus est furor Domini in populum suum & extendit manū suam super eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio*

2. ad Cor. 13. 10.

Manus in sacris, symbolū Diuinę protectionis.

D. Hilarius. Psalm. 54. 21.

Ezech. 2. 9.

Esaię 65. 2.

Prelati puniēdi si officio desint.

Psalm. 37. 3.

Iob 19. 21.

Manū dicit etiam punitionē. Origenes.

D. Augustinus.

Psalm. 122. 2.

Esai. 5. 25.

platearũ: in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et Hier. 15. *Extendã manũ meã super te, & interficiam te.* Et Sophon. 1. *Extendã manũ meam super Iudam, & super habitantes Hierusalem, & disperdam de loco hoc reliquias Baal.*

Hieron. 15.7.

Sophon. 1.4.

3

Neq; verò mirari quis debet, quod esse in manu dextera Christi, de animaduersione, & supplicio interpretemur. Nã præter quã quod ratio ipsa id postulet, cũ multa Christ⁹ prælatis in hoc opere comminetur & quod eandem ob causam *Gladium vtrâque parte acutum ore* exeruerit, vt inferius dicemus, exploratum est ex sacris literis beneficij locum ducendum esse, quod à Deo in hac vita quis puniatur, vt non iniuriâ cum quis punitur, in dextera Dei manu esse existimari possit, id quod primum probatur ex eo, quod inter supplicia, quæ De⁹ Hierosolymis comminatur vnum illud est præcipuum, quod eam vrbem statuat non punire, vt habes Ezechielis 16. *Auferetur*, inquit, *zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius.* In quem locum D. Hieronymus sic ait. *Ex hoc perspicimus grandem offensam esse nequaquam curæ haberi à Deo, sed permitti hominem sceleribus suis.* Eundemque locum expendens Origenes homil. 8. super Exodum. *Vide*, inquit, *misericordiam & patientiam boni Dei, quando vult misereri, indignari se dicit, & irasci: sicut per Hieremiam cap. 6. ait. Dolore & flagello castigaberis Hierusalem, vti ne abscedat anima abs te. Hæc si intelligis miserantis Dei vox est, vbi irascitur, & zelatur, vbi adhibet dolores & verbera, flagellat enim omnem filium, quem recipit. Hebræorum 12. Vis audire indignantis Dei terribilem vocem? audi quod dicit per Oseam cap. 4. Cum enim enumerasset multa nefanda, quæ Hierusalem commiserat, addit, non visitabo super filias vestras cum fornicantur, neque super nurus vestras cum mœchantur.* Hæc Origenes. In hanc eandem sententiam, interpretatur D. Augustinus illud Psalmi 98. *Domine Deus noster tu exaudisti eos, Deus tu propitius fuisti eis & vlciscens in omnes adinuentiones*, seu vt alij legunt *affectiones eorum. Etiam*, inquit Augustinus, *Vindicans propitius fuisti;* Sed multo elegantiùs sermone 37. de verbis Domini. *Magnæ*, inquit, *misericordiæ est nequitiæ impunitatem non relinquere, & ne cogatur in extremo gehennæ damnare, modo flagello dignatur castigare: vis noße nulla pœna quanta sit pœna? Dauidẽ interroga qui ait Psal. 9. Irritauit Dominum peccator; quare? quid vidisti? vidi peccatorem, impunè luxuriantem, & exclamaui; irritauit Dominum peccator? quare hoc dixisti?* Vide quid sequitur. *Secundum magnitudinẽ iræ suæ non quæret, ideo nempè non exquirit, quia multum irascitur, parcendo cædit, sed iustè cædit.* Vnde apud Esaiam cap. 26. magni supplicij loco dicitur, *Misereamur impio, & non discet iustitiam.*

Puniri à Deo in hac vita, beneficium.

Ezech. 16.42.

D. Hieronym⁹

Origenes.

Hebrę. 12.6.

Oseę 4.14.

Origenes.

D. Augustin⁹. Psalm. 98.8.

Parcendo aliquando cædit Deus.

Esai. 26.10.

Quarta, sunt prælati in manu Christi dextera, quia manus dextera fortior est atque valẽtior, atque adeo eas Dei actiones significat, quæ magis eius vim ac potentiam declarant, sicut sinistra eas in quibus Dei potentia non tantopere elucet, vnde est illud Psalmi 117. *Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltauit me.* Est igitur sensus. Deum in prælatis maiorẽ vim potentiæ suæ exercere, atque autoritatem, potestatisque magnitudinem in Ecclesiæ administratione declarare. Quinta. Sunt in manu dextera, quia prælatis Deus maiora beneficia communicandi voluntatem habet, quæ cum subditis ipsi communicent: quia enim Deus sponte & ex naturæ propensione bene facit, dicitur in dextera habere, quos fouet, quia manu dextera faciliùs vtimur: quemadmodum & puniendi voluntas per sinistram quæ minus vsui apta est, intelligitur, vt significetur Deum quodammodo inuitũ punire, at sponte bene facere: quo eodem sensu dicitur Esaiæ 40. *Aquas pugillo, cælos verò palmo dimetiri:* quia nimirum in cælo largiendo est liberalis, ac munificus: in calamitatibus verò quę per *aquas* significantur immittendis, admodũ parcus. Vtrumque habes expressum Canticorum 2. cum dicitur. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Sinistra enim sub capite delite-

4

Manus dextera, & sinistra quid in Deo.

Psal. 117.16.

Prelatis, largiꝰ se cõmunicat Deus.

Esai. 40.12.

Cant. 2.6.

scit,

scit,at verò dextera apparet, atque ad animam iusti amplectendam fouendamq; magis extenditur. Sexta. Sunt in dextera *stellæ*, ideſt, ſancti prælati, quia eis paratam habet Deus æternã felicitatem,quæ per dexteram ẽxprimitur, ſicut & per lauam huius vitæ bona declarantur iuxta illud Prouerbiorum 3.*Longitudo dierum in dextera eius, in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.* Sic enim vtrunque interpretatur diuus Ambroſius ſermone 14.in Pſalmum 118. *Habent*,inquit,*propria ſua ſingulæ manus, bonis quidem vtraq; dotata eſt dotibus,ſed læua præſentium remuneratrix eſt, dextera futurorum: poſſumus,hoc etiã de prophetia ſancti Patriarchæ Iſrael cognoſcere. Geneſ.* 48. *Nam cum dexteram ſuam poſuiſſet ſuper Ephraim, ſiniſtram autem ſuper Manaſſem, & conuertere eas Ioſeph ætatũ conſideratione voluiſſet, Scio*, inquit,*fili mi ſcio & hic erit in populos,& multiplicabitur ,ſed frater iunior maior erit illo. In quo maior? Quia ſemen Ephraim eſt multitudo gentium, quæ in hoc ſeculo laborem eligit credens in Dominũ IESVM, vt conſolationem habeat futurorum. Manaſſes autem ſemen, eſt populus obliuionis* (alludit ad etymon nominis) *qui proprium oblitus auctorem exaltatus ad tempus in hoc ſeculo,daturus eſt in reliquũ pœnas graues, quia Deum ſuum & Dominum deneganit.*

Prouerb.3.16

D.Ambroſ. Pſalm.118. Dextera manꝰ futurorum, bonorũ læua præſentium remuneratrix. Geneſ.48.19.

Poſtremò quærat aliquis, num Angelus ſtellas has haberet manu concluſas, an eas in aperta manu cælatas oſtentaret, & quidem ſi clauſa erat manus, concinit ratio D. Hieronymi ſuper illud Iob 9. paulò ante citatum, *Qui ſtellas claudit quaſi ſub ſigmaculo.* Quia videlicet ſanctorum merita occulta ſunt nobis. Si autem quod probabilius videtur manus erat aperta, & ſtellæ in ea quaſi cælatæ (alioquin enim Ioannes eas nec videre, nec numerare potuiſſet) poſſumus ſic interpretari,prælatos,ſeu ſanctos, eſſe in manu Chriſti ſanguine ipſius inſculptos: iuxta illud Eſaiæ 49. *In manibus mei deſcripſi te* : tum quia Deus ſanctorum ſuorum nunquam obliuiſcitur, ſicut nemo obliuiſci poteſt eorũ,quæ manu habet, tum etiam quia ſanguine ſuo Chriſtus promeruit, vt in cælum tanquam ſtellæ ibi figendæ, transferremur, tum vel maximè ad eorum ſecuritatem exprimẽdam,quippe qui in manu eius ſunt, è qua nemo eas poſſit eripere,iuxta illud Ioannis 10. *Non rapiet eos quiſquam de manu mea.* Adhæc,ex eo intelligimus Chriſtum *ſtellas*, hoc eſt cælum, ſeu beatitudinem, omnibus offerre, propterea q; eas manu oſtẽtare,ſic omnes quodammodo inuitando,vt ad eas tanquam ad brauium currant. Easq; de manu eius lætabundi abripiant. Quò videtur alluſiſſe Paulus 1.ad Corinthios 9.cùm dixit. *Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium: ſic currite vt comprehendatis.* Et ad Philippenſes 3. *Quæ retro ſunt obliuiſcẽs ad ea quæ ſunt priora extendens me ipſum ad deſtinatum perſequor,ad brauium ſupernæ vocationis.* imo ipſe Chriſtus,hoc ipſum non obſcurè videtur indicaſſe. Matt. 11. illis verbis. *A diebus Ioannis regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiũt illud*: videlicet de manu Chriſti *ſtellas* ipſas, hoc eſt beatitudinem offerentis. Denique aduertendum eſt, Deum in lege veteri in manu non ſtellas, ſed gladium geſtaſſe,illum, inquam, circunciſionis & alios,quibus populum illum aſſiduè perimebat: in noua autem non gladium,ſed ſtellas manu oſtẽtaſſe, quia lex illa timoris erat: hæc amore, & beneuolentia continetur.

Sanctorum ſecuritas.

Ioann.10.28.

Cælum omnibus offertDeꝰ, vt brauium.

1.adCor.9.24

Philip.3.13.

Matt. 11. 12.

In veteri lege gladium, in noua ſtellas in manu,cur geſtet Deus.

Sancti & prælati inſculpti in Chriſti manibus. Eſai.49. 16.

De gladio ancipiti, qui ex ore eius prodibat. Expoſitio de verbo Dei commemoratur.

Et de ore eius gladius vtrâque parte acutus exibat.

SECTIO XIIII.

1

Acies gladij cur dicatur os

ADVERTE primùm pro eo quod interpres transtulit, *Gladius vtrâque parte acutus*, haberi Græcè ῥομφαία δίστομος, quasi dicas, *Gladius duplicis oris*: nam quoniam oris est cibum concidere & absummere, indè acies gladij *stóμα*, siue os dicitur, quod ea parte mordeat, secceat, & feriat, vndè Lucæ 21. *Cadent in ore gladij*, Græcè πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, quam eandem ob causam frons instructi exercitus, *stóμα* Græcè, latinè acies appellatur, quia est veluti ferri acies, perrumpens & aperiens id in quod impellitur. Nec verò tantum Græci, sed etiam Hebræi aciem gladij *os* appellant, vox enim פה, quæ *os* significant: veluti Exod. 4. *Ipse loquetur pro te, & erit os tuum*, ad aciem quoque gladij transfertur: vndè est ille creberrimus in sacris literis loquendi modus, *Percutere in ore gladij*: pariq; ratione gladium ancipitem, gladium duo ora habentem appellant: vnde Iud. 3. pro eo quod nos habemus *Fecit sibi gladium ancipitē*, est Hebraicè עשה לו חרב ולה שני פיות, hoc est ad verbum, *Et fecit sibi gladium, & ei duo ora*. Et Prouerb. 5. *Fauus stillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps*: Hebraicè פיות פרכ, ideſt, *quasi gladius oriuum*. Quod ad rem spectat: nexus huius sententiæ cum præcedente hic est. Postquā dixerat Ioannes illum similem filio hominis habere stellas in dextera, addit, etiam de ore eius gladiū prodire, vt illuc conferret fiduciam de gratia, hoc incuteret terrorē de negligentia: id quod etiam ad vniuersos fideles referri potest: qui ita debēt de misericordia Dei præsumere, per quam se vident esse in dextera, vt simul timeant ne gladio feriantur, de dexteraq; ad sinistram transferantur.

Prima igitur expositio est Primasij, Arethæ, Pannonij, Richardi de S. Victore, & communis, per hunc gladium verbum Dei intelligentiū, quod Deus per Prophetas suos, Apostolos, ac prædicatores loquitur: iuxta illud ad Ephesios 6. *Galeam salutis assumite, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei*. Et ad Hebræos 4. *Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*: qui locus quanuis ad literam intelligendus sit de Verbo ipso increato: quemadmodum interpretatur D. Chrysostomus, D. Ambrosius, Theophylact⁹, Theodoretus, Oecumenius, D. Thom. Caietanus & alij in eum locū: & præterea idem D. Ambrosius lib. 4. de fide cap. 3. & D. Hieronymus in cap. 66 Esaiæ: & perspicuum est ex ipso contextu, subditur enim, *Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autē nuda & aperta sunt oculis eius*. Tamen de verbo creato eundem locum acceperunt Origenes homilia 13. super Numeros, D. Augustinus epist. 58. & lib. 20. de Ciuitate cap. 21. & D. Ambros. lib. 3. de Virginibus: & interpretes citati in hunc locum Apocalypsis, Eandem gladij similitudinem de verbo Dei intelligit Theodoretus, & agnoscit in illis verbis Cāticorum 3. *Lectulū Salomonis sexaginta ambiunt de fortissimis Israel. Vniuscuiusque ensis super femur suum*. Vbi obseruat huiusmodi viros binos gestare gladios vnum super femur, in manu alterum. Vnum videlicet reprehensionis, & alterum intelligentiæ. Illum in promptu ad coarguendum, hunc mysticum, & tanquam in vagina reconditum ad mysteria perueſtiganda. De verbo etiam Dei intelligit gladium cherubicum ante paradisi ostiū Philo Iudæus libro de Cherubim, & flammeo gladio. *Sermo*, inquit, *flāmeus gladius dicitur, quia feruens est, & igneus, nunquamque moueri desinit, properans semper expectando bona, fugiendoque contraria. An non vides quod & sapiens ille Abraham quando incepit iuxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens accepit ad ignei gladij similitudinem, ignem & gladium. Genes. 22. resecare, & exurere quicquid mortale habebat cupiens, vt expedita cogitatione sublimis ad Deum euolaret. At Balaam ille, ideſt, vanus*

Verbum Dei, gladius.

Ad Eph. 6. 17.

Ad Heb. 4. 12.

D. Chrysost.
D. Ambros⁹.
Theophylact.
Theodoret.
Oecumenius.
D. Tho.
Caietanus.
D. Hieronym.
Origenes.
D. August.
D. Ambr.
Theodoretus.

Cant. 3. 7.

Philo Iudæus

Gen. 22.

populus

Lucę 21. 24.

Exod. 4. 16.

Iud. 3. 16.

Prouerb. 5. 3.

Ita de Dei misericordia præsumendum, vt timeamus, ne feriamur gladio.

2

populus, inducitur inermis desertor militiæ, & belli imperitus. sic enim alloquitur asinam, hoc est, brutum vitæ propositum, cui omnis insipiens insidet, si gladium haberem iam te transfixissem. Numerorum 22. Gratia maxima conditori, qui sciens imprudentiæ rabiem non dedit tanquam furenti gladium, verbi, videlicet facultatem, ne quoscumque obuios magna clade conficeret. Hæc ille.

Numer. 22. 29.

3 Philo Episc. Carpathius.

Alter Philo Episcopus Carpathius, tractatu suo in Cantica, & refertur in Appendice Bibliothecæ Sanctorum Patrum, in hanc etiam sententiã interpretatur locum Canticorum paulo ante citatum de fortibus Israel, qui lectulũ Salomonis ambiunt, *Quicunque*, inquit, *verbum Dei corde & opere cõplent, hi sunt fortissimi pugnatores: hi sunt qui in manibus suis, hoc est, rectis operibus propriæ cõscientiæ gladium suum tenent, non alienũ, non enim alienis precibus solummodo præfidunt, sed carnem suam cum vitijs omnibus & concupiscentijs mactant, ob idque ensem super femur suum tenere dicuntur, nam femur carnis illecebras, & voluptates significat.* Atq; ad hanc gladij appellationẽ videtur alluisse Paulus 2. ad Timoth. 2. *Solicitè cura ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis*: vbi pro *Rectè tractantem*, est Græcè ὀρθοτομοῦντα, hoc est, rectè secantem: cõmonetur; Timotheus, vt in prædicando Dei verbo, inutilia & aliena ac superuacanea resecet, eodem ipso verbo Dei quasi gladio: ducitur enim metaphora à gladio, quo inutilia resecantur: id quod maximè debet curare concionator, vt rectè concionem secet, ac diuidat, resecãdo superflua; iejuna, ridicula, minùs grauia, denique omnia, quæ cum concionandi muneris maiestate non consentiunt.

Pugnatores fortissimi, qui.

2. Timoth. 2. 15.

Inutilia resecanda in concionando.

4 D. August. Richard. Vict.

Porrò est hic gladius vtraq; parte acutus. Primò propter duplex testamentũ, in quo Dei verbũ continetur, vt interpretatur D. Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 21. Secũdò ex Richard. de S. Vict. quia in testamento veteri vitia carnalia, in nouo autẽ etiã spiritualia amputauit. Tertio. Quia foris in nobis luxuriam amputat carnis, & intus malitiam resecat cordis. Quartò. quia in his, qui contemnunt quæ præcipit, corpus & animam punit. Quintò. quia bonos à malis, malosq; à bonis discernit, & singulis tribuit, quod merentur. Sextò & postremo ex Hugone Cardinal. Quia modo scindit bonos, qui se hîc puniunt iudicij timore, ne postea æterno supplicio puniantur: & in futuro scindet malos cruciatibus sempiternis.

Hugo card.

Secunda gladij ancipitis de generali iudicio interpretatio.

SECTIO XV.

1 Rupertus.

SECVNDA expositio est Ruperti, per hunc gladiũ intelligẽtis extremũ & generale iudiciũ, iuxta illud Deuteron. 32. *Si acuero vt fulgur gladium meũ, & arripuerit iudiciũ manus mea.* Quo loco posterior pars priorem explicauit, vt Dei gladiũ iudiciũ ei⁹ esse intelligeremus. Hic igitur iudicij gladius vtraq; parte acutus, tunc de ore eius exibit, hoc est vtrãque partem dexterã scilicet & sinistram procuiusq; meritis efficaciter diiudicabit, atq; discernet: exitus gladij ad dexteram hic erit. *Venite benedicti Patris mei*: hoc namque dicto gladius eius ita carnes deuorabit, vt iam non sit caro & sanguis, sed sint omnes carnis corruptione exuti, inductique in corruptionem, & immortalitatem, miroq; modo permanente natura, in alterã gloriã permutati. Exitus eiusdẽ gladij ad sinistram hic erit: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Vtriq; sic erit efficax ille gladius, vt malos diuidat à bonis, illos mittens in supplicium æternum, hos in gloriam sempiternam, ita vt semel ab inuicem diuisi non possint vltra permisceri: & quidem rectè *gladio ancipiti* hæc diuisio comparatur, quia vtrique tam bonis quam malis erit illud

Deuteronomij 32. 41.

Sententia generaliis iudicij, gladio comparatur.

Rupertus.

3. Reg. 10. 2. Paralip. 9.

Christi maiestas ad iudiciũ venientis.

Matth. 25. 35.

1. Petr. 4. 18. Apostoli in extremo iudicio, leunculi.

iudicium formidabile, vt vtrique videantur gladij aciem & diuisionem per horrescere; quemadmodum idẽ Rupertus eleganter obseruauit, dum Salomonis thronum de quo agitur. tertio Regum 10. & 2. Paralipomenon 9. mysticè explicaret, expenderetque duos illos leones in vtraque throni parte efformatos, qui libro suo 3. in libros Regum capite. 31. *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grãdem. Quis*, inquit, *est iste thronus tam grandis, tam mirabilis, nisi altitudo mãiestatis in illo die nouissimo magni, & tremendi iudicij: grandis thronus est, quia grande iudicium expectamus. Est autem thronus ex ebore, quia iudicium ex puritate constabit iustitiæ. Auro vestitur, quia nimirum aurea Diuinitatis iustitia reuelabitur. Sex ille habebat gradus, quia sex sententijs iudicium perficietur. Esurijui, & non dedistis mihi manducare: sitiui & non dedistis mihi potum, hospes eram & non collegistis me. Nudus & non cooperuistis me: Infirmus & non visitastis me: In carcere & non venistis ad me.* Matthæi 25. *Duæ manus hinc atque indè, duo sunt tenores hinc iustitiæ, inde misericordiæ. Duo leones iuxta manũ singulas, quia vtrobique fortis, atque formidabilis erit iudicij veritas. Etenim dissipatur omnis iniquus condemnabitur, & à dextra iustus vix saluabitur* 1. Petr. 4. *Duodecim leunculi super sex gradus stantes, duodecim sunt Apostoli. Post hunc thronum Salomonis, idest, pacifici regis Christi, gloria, & diuitiæ sunt in domo eius, tanta copia, quãta scriptura præsens significare non sufficit. Vndè subditur non erat argentũ, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum, quia peracto iudicio in diebus illis æternitatis nullius pretij reputabitur argentum, quia nimirum propter iæ euacuabuntur, & linguæ cessabunt, nullus iam mittetur ad prædicandum, sed omnes perfecti erunt, in omnibus abundabit purissimum charitatis aurum.* Hactenus Rupertus. Vbi vides (quod erat nostrum instituti) vtrumque iudicij partem, tam quæ ad misericordiam, quàm quæ ad iustitiã pertinet, esse terribilem, atque formidabilem: & propterea per duos leones expressam, quibus Salomonis manus superponebantur, id quod etiam hoc loco per vtramque gladij aciem declaratur.

2

Quot modis gladium Christus gestet.

Illud mysterio non vacat, quod *gladius* in ore sit, non ad latus accinctus, vt consuetudo gestandi gladij postulare videbatur: & quanquam ea statim ratio succurrat, cum hic gladius mysticus sit, siue verbum Dei in vniuersum iuxta priorem expositionem, siue Christi iudicis in extremo iudicio sententia, iuxta posteriorem, significans, rectè in ore gestari, cum vtrumq; ore proferatur: Tamen pro illustriori huius rei cognitione aduertendum est, Christum triplici modo gestare gladium. Primò accinctum, secundò in ore, tertio in manu. Accinctum quidem, Psal. 44. *Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime.* In ore, hoc loco. Deniq; in manu Psal. 7. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcũ suum tetendit & parauit illum*: Quo significatur Dei in puniendo progressus. Primum enim habet gladium accinctum, ostendendo potentiam, vt terreat; deinde gladium in ore ponit, comminando, vt deterreat. Denique cum neutrum sufficit, gladium vagina exũit, ac vibrat, vt percutiat; iuxta illud Exodi. 15. *Euaginabo gladium meum interficiet eos manus mea.* Et Ezechiel. 5. *Gladium euaginabo post eos.* Vnde rectè dicitur *exibat*, seu vt est Græcè ἐκπορευόμενος, hoc est, procedens ab ore scilicet ad manũ, vt Dei in puniendo quidem quasi progressus indicetur. Exibat enim gladius ab ore, quasi progrediens, vt inde eum manus ad vibrandum, ac percutiendum arriperet. Atq; hæc sit prima ratio, cur in ore gladius apparuerit. Secunda est, rectè stellas quidem in manu, gladium autem in ore habet; quia ad benefaciendũ est, quàm ad puniendum propensior, atq; adeo ferè supplicia comminatur & sõquitur, beneficia autem respsa impertitur & confert. Vnde de sponsi manibus dicitur. Canticorum 5. *Manus eius tornatiles, auro, plenæ hyacinthis*, seu vt Doctores Hebræi transferunt, *manus*

Pſalm. 44. 4.

Pſalm. 7. 13.

Dei in puniendo progressus.

Exod. 15. 9. Ezech. 5. 12.

Christ⁹ ad benefaciendum, quam puniendum propensior. Cant. 5. 14.

eius orbes aurei: & est sensus, manus eius veluti sphæræ aureæ sunt, quæ in orbem continuò per beneficentiam feruntur, suarumq; gratiarum lucem, & influxum communicant mortalibus, quemadmodum ex orbium cęlestium motu pendet rerum inferiorum conseruatio. Quod verò subditur, *plenæ hyacinthis*, idem significat: est enim hyacinthus lapis pretiosus, quare manus eius plenæ sunt hyacinthis, ideſt, pulcherrimis, & pretiosissimis gratiarum lapillis, quos continent, & hominibus subinde spargunt. Huic eidem expositioni cõcinit editio vulgata, cum ita habet; *Manus eius tornatiles*, hoc sensu: virtus Dei rerum omnium effectrix, eiusq; munificentissima natura tornatilis est, propter summã in operando, & benefaciẽdo celeritatem (est enim tornatoria ars velocissima) tum etiã propter rectitudinem, quam in agendo retinet, est enim eadem ars maximè certa, circinus enim ille, cui affixa sunt ea, quæ torno elaborantur, est veluti norma eorum, quæ efficiuntur, iuxta illud Esaiæ 44. *In circino tornauit illud*. Cum è cõtrario ea, quæ fiunt scalpello, sæpius sint ad regulam reuocanda. Est ergo Deus in operando rectissimus, & quasi torno sua opera elaborat, iuxta illud Genes. 1. *Vidit Dominus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: *aureæ* vero dicũtur, quia in diuinis operibus Dei munificentia mirificè resplendet, qua opum suarum thesauros liberaliter omnibus distribuit.

Dei in operando & benefaciẽdo celeritas.

Esai. 44. 13.

Gen. 1. 31.

Eandẽ igitur ob causam stellas hîc in manu habet, quas omnibus offert; gladium autem, ideſt punitionem in ore, quia fere comminationibus mortales perterrefacit, ac non ita frequẽter gladium ad manum transfert, id quod non obscurè significatur Psalm. 7. cum dicitur. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit*. Vbi omnia vides esse præparationes ad prælium, remque omnem in poliendo, & probando gladio, & in sagittis veneno imbuendis versari, neminẽ ense percuti, in neminem sagittã iaci, quæ est elegãs obseruatio D. Basil. in cõment. eius Psal. *Comminatorius*, inquit, *sermo est, non statim minatur vulnera, plagas, mortes, sed armorũ vibrationẽ, veluti præparationẽ quandam ad vltionẽ intentat, quẽadmodũ ergo qui arma abstergunt, ac poliunt, pugnæ mox ineundæ acrẽ affectũ, & alacritatem significant, sic & sermo hic Dei motum ad vltionem ostendere volens, gladiũ illũ vibrare dixit*.

3

Cõminationibus mortales perterrefacit Deus.

Psalm. 7. 13.

D. Basil.

Tertia ratio, habet in ore gladium, ob eam causam, quã supra ex Ruperto attulimus: quia verbũ Dei sententiã ferentis in die iudicij instar gladij feriet, percutietq; impios. Maiori enim haud, dubiè acerbioriq; doloris sensu afficientur dãnati, cũ audient, *Ite maledicti in ignẽ æternũ*, quã si acutissimo gladio medij secarẽtur: vñ meritò Bern. tract. de diligendo Deo, & serm. 3. in Psal. 90. illã Christi in dãnatos sententiam, verbũ asperum appellari existimauit eodẽ Psalmo, cùm dr, *Ipse liberauit me de laqueo venantiũ, & à verbo aspero*. Quarta & postrema, Ad significandã Christi Diuinitatẽ, quippe qui potestatẽ, quę per gladiũ significatur, vel in ipso ore, id est verbis habeat; ea enim est Dei potestas, vt solo verbo omnia possit efficere iuxta illud Psal. 34. *Ipse dixit: & facta sunt, mãdauit & creata sunt*. Quẽ locũ expẽdens D. Ambr. lib. 1. Hexam. c. 9. super illud, *Fiat lux, & facta est lux. Non ideo*, inquit, *dixit vt sequeretur operatio, sed dicto absoluit negotiũ. Vñ pulchrè Dauidicum illud, Dixit, & facta sunt, quia dictũ impleuit effectus*. Idẽ significauit Paulus ad Hebr. 1 cùm dixit: *Portans omnia verbo virtutis suæ*. Itaq; dicere Dei facere est: vñ eo ipso quod benedicit alicui, ei benefacit, imo eius benedictio nihil alud est, quã beneficentia, quẽadmodũ est perspicuũ ex Gen. 1. cùm dr: *Benedixit eis*, ideſt piscibus, & auibus dicens, *Crescite, & multiplicamini*: & homini etiam benedixit dicens, *Crescite, & multiplicamini*: quibus locis *benedixisse*, nihil aliud fuit, quã generandi potentiam contulisse.

4

Sententia reproborũ acerbissima.

Psalm. 32. 9.

D. Ambr.

Dicere Dei, facere est.

Hebr. 1. 3.

Genes. 1. 5. & 28.

Cur facies eius similis dicatur Soli, cùm lucet in virtute sua.

Et facies eius, sicut Sol lucet in virtute sua.

SECTIO XVI.

1

GRÆCE est, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ, quanquam verò ὄψις non solùm faciem, sed etiam oculum & aspectum significet, hîc tamen pro facie ponitur, cùm iam de oculis dictum sit: Illud autem *In virtute*, seu vt est Græcè ἐν τῇ δυνάμει, hoc est, in potentia, & fortitudine, solem significat cùm maximè lucet, hoc est, cum nobis in meridie fulgentissimus apparet: itaq; facies Christi dicitur similis soli, cùm lucet in virtute sua, hoc est splendidissima, & instar lucidissimi solis irradians, in quam nemo possit fixo obtutu oculorum aciem intendere, quin eximio eius splendore prestringatur. Sed iam quid *facies* hoc loco significet, explicandum. Primùm igitur Richardus de S. Victore ad Diuinitatem Christi refert: ratione enim Diuinitatis facies Christi pulcherrima est, vt meritò maximæ, quæ reperiri potest, claritati comparetur, ideſt claritati Solis *cum lucet in virtute sua*, id est, cum circa meridiem illustri cælo fulgentissimus apparet. Secundò, Primasius splendorem hunc manifestam Christi in carne præsentiam interpretatur, quæ Soli propter ortum, & occasum, & repetitum ortum cõfertur, quod videlicet Christus natus sit, & obierit, & rursus resurrexerit. Tertiò, Secundũ Bedã, quia in die iudicij fulgentissimus apparebit Christus Dominus, eiusq, facies Solis ipsius splendorem longè superabit.

Facies Christi, diuinitas.

Beda.

2

Pro cuius rei maiori intelligentia sciendũ est maximã futuram esse claritatẽ glorioſorũ corporũ, iuxta illud Matt. 13. *Tũc iusti fulgebũt sicut Sol in regno Patris eorũ.* Et Iudic. 5. *Qui diligunt te sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilant.* Solẽ autẽ tunc multò fulgẽtiorem futurum, quã nunc est perspicuũ vĩ ex Esa. 30. *Erit lux lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septẽpliciter sicut lux septẽ dierum, in die qua alligauerit Dñs vulnus populi sui.* Ex quo loco euinci vĩ, Solẽ & lunam, ac reliqua astra incrementum lucis acceptura. Glossa in locũ citatũ Esaiæ ait: *Solẽ & lunã propter peccatũ primi hominis multũ de suo lumine amisisse; in fine autem mundi eandẽ lucẽ illis esse restituendam:* atq; adeò illud, *septẽpliciter*, eum sensum efficere, vt restituenda sit Soli lux ea, qua septẽ illis diebꝰ ante hominis lapsum fulgebat. Verũ non puto probabile Deũ Soli ac lunæ propter peccatum hominis aliquid luminis ademisse, quia non legimus Solem & lunã fuisse maledicta. Quarè existimamus locũ Esaiæ ad literã, vt verba sonant esse accipiendũ, quod nimirũ tunc luna tantũ sit splẽdorẽ habitura, quãto nunc fulget Sol, Sol autẽ septulo luminis excessu lucẽ lunæ superaturus: qua in re nobiscũ sentit D. Hier. in hũc locum Esaiæ, & D. Tho. quẽ immeritò Michael de Palatio non de sua, sed aliorũ sententia loqui arbitratur, vt suã posset liberiꝰ astruere: Solẽ videlicet & lunã fulgẽtiora futura non ob aliquam luminis accessionẽ, sed quia deficientibus vaporibus & nubibus splendidiùs rutilabunt. Ex his iam intelliges quantam claritatẽ corpus Christi habiturũ sit, cũ fulgentius longè sit, quã futura sint reliqua glorioſa corpora, quę tñ Solis instar fulgebũt, vt paulò ante diximꝰ, atq; adeò quanto splẽdore eius facies in iudicio cururscabit, vt rectè à Ioanne Soli cõparetur, *cũ lucet in virtute sua.*

Claritas corporum glorioſorum. Iudicum 5. 31

Esai. 30. 26.

Glossa.

Claritas Solis & Lunę in fine mundi.

D. Hieron. D. Thom. Michael de palatio.

Splẽdor faciei Christi in iudicio, quantus.

3

Quartò, dẽ Christi facies Soli similis ad Moysis, hoc est, legis veteris discrimẽ: habuit enim Moyses cornutã instar bicornis lunæ faciẽ, quẽadmodum refertur Exodi 34. quæ ratio est Ioachimi Abbatis. *Non sicut quondam,* inquit, *Moyses habere similitudinem lunæ* CHRISTI *facies visa est, sed potius similitudinem luminaris maioris, vt*

Exod. 34. 30.

Matt. 13. 43.

ille esse demonstraretur; de quo dixit Regius vates Psalm. 18. *In sole posuit tabernaculum suum*: Concinit huic expositioni Arnobius, qui de lege veteri, & noua, illud Psalm. 135. interpretatur: *Fecit duo luminaria magna, luminare maius, & luminare minus, Solem in potestatē diei, lunā, & stellas in potestatē noctis. Fecit*, inquit, *luminaria duo magna, vnum in die noui testamenti, quod sicut Sol radiat in lumine agentibus: aliud in nocte Iudaica conuersantibus. In nouo enim apertè, quod legitur, sicut in die, in ipsa litera perlustratur à Christo, qui est Sol verus iustitiæ. In veteri autem sub literæ tegmine quasi in nocte positum, à Luna, ideſt, ab Ecclesia manifestatur: ipsa enim Luna est, quæ crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus: lucet in tenebris ignorantiæ positis, habet & stellas in gradibus suis, aliter enim lucet in Episcopo, aliter in Præsbytero, aliter in Diacono.*

Psal. 18. 5.

Arnobius.

Psalm. 135. 7.

Lex noua, & vetus luminare maius, & luminare minus.

Lunæ comparatur Ecclesia.

4

Quintò. Lucet facies Christi sicut Sol comparatione Ecclesiæ, quæ luna est, & quæ à Christo tanquam à Sole lumen mutuatur. Pro cuius rei maiori expositione sciendum est Ecclesiā comparari lunæ, quemadmodum docuit Arnobius paulò ante citatus, & D. August. epist. 119. ad Ianuariū c. 5. super illud Ecclesiast. 27. *Sapiēs sicut Sol permanet: stultus autem sicut luna mutatur.* Sed multò luculentiùs idem docet in Psal. 10. super illa verba: *Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt in obscuro* (seu vt habēt Septuaginta ἐν σκοτομήνῳ, ideſt, in obscura luna) *rectos corde*. Vbi docet Augustinus Ecclesiam appellari lunā, quia ex parte spirituali lucet, ex parte autem carnali obscura est (sicut lunæ globus semper partim lucet, partim autem est obscurus) & aliquando spiritualis pars in bonis operibus apparet hominibus: aliquando verò in conscientia latet, & Deo tantūmodo nota est, sicut contingit, cum oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, dum non ad terram, sed sursum cor habere iubemur ad Dominum. Igitur *non vno modo*, inquit Augustinus, *obscura luna dici potest, nam & cum finitur menstruis curſibus, & cum eius fulgor nubilo interpolatur, & cum plena deficit, dici potest obscura luna*: quare potest de persecutionibus martyrum intelligi, quod sagittare voluerint in obscura luna *rectos corde*: siue adhuc in Ecclesiæ nouitate, quia nondum terris maior effulserat, & Gentilium superstitionum tenebras vicerat, siue linguis blasphemorum, & nomen Christianorum male diffamantium quasi nebulis obtegeretur, videri perspicua luna nō poterat: siue ipsorum Martyrum cœdibus, & tanta effusione sanguinis tanquam illo defectu & obscuratione, qua cruentam faciem luna videtur ostendere à nomine Christiano deterrebantur infirmi. Illud etiam Abacuch 3. quod iuxta Septuaginta habet. *Eleuatꝰ est Sol, & luna stetit in ordine suo.* Sic de Ascensione Domini interpretatur Augustinus libro 18. de Ciuitate cap. 32. *Ascendit Christus in cælum, & ordinata est Ecclesia sub rege suo.* Eandem lunæ similitudinem persequitur D. Gregorius lib. 17. Moralium cap. 10. vbi locum Abacuch citatum, eodem modo cum Augustino intelligit super illa verba Iob 25. *Ecce luna non splēdet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: Quia*, inquit, *nec sancta Ecclesia virtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc prævenientis gratiæ dona perfundant, nec singulorum bene viuentium mentes à peccatorum maculis mundæ sunt, si remota pietate iudicentur.* Ad Ecclesiam etiam refert illud Psalm. 8. *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas, quæ tu fundasti.* Homilia 13. super Ezechielem. *Solem*, inquit, *nominare voluit, quia videlicet ipsi æterno Soli loquebatur, de quo scriptum est*, Malachiæ 4. *Vobis autem qui timetis Dominū, orietur Sol iustitiæ*, de quo reprobi in fine dicturi sunt: *Sol iustitiæ non ortus est nobis.* Sapientiæ 5. Hic enim sol non solum solem, lunam, & stellas corporaliter, sed etiam lunam Ecclesiam, & stellas, homines sanctos spiritualiter fecit. Denique D. Hieronymus in cap. 66. Esaiæ affert pro Ecclesia illud Canticorum 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora, pulchra vt luna, electa vt Sol?*

Ecclesia lumē mutuatur à Christo.

Arnobius.

D. Augustinꝰ.

Ecclesiastici. 27. 12.

Psalm. 10. 2.

Septuaginta.

Ecclesia partim lucida, partim obscura ex Augustino.

Abacuch. 3.

Augustinus.

D. Gregorius.

Iob. 25. 5.

Psalm. 8. 4.

Malach. 4. 2.

Sapient. 5. 6.

D. Hieron.

Cant. 6. 9.

Et persecutionibus, & pace creuit Ecclesia.

Additq; lunam Ecclesiam appellari, quia pace, & persecutionibus crescit, atque decrescit, & oppressa tentationum tenebris, rursus pristinū lumen assumit, habetque splendorem à Sole iustitiæ. Cùm igitur Ecclesia luna sit, rectè Christus Soli comparatur, qui eam illuminat, implet, perficit, & pulchram speciosamque reddit.

5

Genes. 4. 16.

Sexto. Faciem Christi, eius iracundiam, & indignationem possumus accipere, iuxta illud Genes. 4. *Egressus est Caim à facie Domini.* Cùm enim Christus hac visione se Ecclesiæ gubernatorem demonstret, par erat, vt ad bonos commonendos, ne incidentiū calamitatum, quæ hoc opere prædicantur, magnitudine, animo conciderent, arbitrantes non posse se tantam Dei iram & indignationem sustinere faciē suam, hoc est, iram suam instar solis pulchram & amabilem, atque amoris plenissimam esse declararet. Hæc igitur eius facies est sicut sol lucens in virtute sua, quia etiam ipsa Dei ira, & indignatio, amore splendet, quippe qui irasci non nouit, quin vel in ipsa indignatione argumenta amoris exhibeat, quemadmodum testatur Abacuch cap. 3. dicens. *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* Et Psal. 76. Regi⁹ vates: *Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas?* In quem locum Theodoretus obseruat verbum illud, *Continebit*, hoc sensu, *Non claudet misericordiæ fontes, quodam veluti pariete iræ*: vsque adeò autem suam iram Deus misericordia temperat, vt si vnum infert supplicium, duplicem conferat misericordiam: quemadmodum eleganter expendit D. Ambros. oratione de obitu Theodosij, in locū illum Psalmi 114. *Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. Bis*, inquit, *misericordiam posuit, semel iustitiam, in medio iustitia est gemino septo inclusa misericordiæ. Superabundabant enim peccata, superabundet ergo misericordia, apud Dominum omniū virtutum abundantia est.* Postremò, *faciei* iudicium significat Diuinum, iuxta illud Esther 1. *Egrediatur edictū à facie tua,* ideſt à iudicio tuo. Est ergo facies ei⁹ sicut Sol, quia Christus nunquam sine amore iudicat: cum enim nostra merita remunerat vltra condignum præmia largitur: quemadmodum significauit Apostolus ad Romanos. 8. cùm dixit: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*: & è contrario, cum in crimina nostra animaduertit, citra condignum punit, iuxta illud Psalmi 102. *Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.*

Irasci sine amoris argumẽto nescit Deꝰ.

Abac. 3. 2.

Psalm. 76. 10.

Theodoret.

D. Ambrosiꝰ.

Psalm. 114. 5.

Ester. 1. 9.

Iudicat cũ amore Christꝰ.

Ad Rom. 8. 18

Psalm. 102. 10.

Cur Ioannes cecidit ad pedes eius, tanquam mortuus.

Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus.

SECTIO XVII.

NON sustinuit Ioannes tantam eius, qui sibi apparuit, maiestatem, sed ità perterritus est, atque cohorruit, vt ad eius pedes penè exanimatus ceciderit: idem accidit Ezechieli, cũ admirabilē illam quatuor quadriformium animalium visionem conspexit, vt ipsemet testatur cap. 2. *Hæc*, inquit, *vidi similitudinis gloriæ domini, & cecidi in faciem meam*: quod etiam Danieli contigit, cum ei vir ille vestitus lineis, fereque huic, quem Ioannes vidit, similis apparuit, vt habes apud eundem Danielem cap. 10. *Ego*, inquit, *relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium, & audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meā, & vultus meus hærebat terræ*: quam in Daniele, alijsq; Prophetis mentis consternationem D. Chrysostomus homil. 3. de incomprehensibili Dei natura, hac similitudine declarat; *Quemadmodum*, inquit, *vbi auriga perterritus habenas amisit,*

Ezech. 1. 1.

Daniel 10. 8.

D. Chrysost.

equi

equi præcipites ferũtur, & currus distractus labefactatur, sic prorsus euenire animo solitum est, quoties magno stupori occupatur, quippe qui pauidus suo deest officio, ac veluti quasdã habenas, suas actiones amittit, membraq; erepris sensibus deserit, quæ protinus frigent & corruant. Nimirum diuinæ maiestatis splendorem & magnitudinem mortalium corda non sustinent: quod mirum videri non debet, cùm vel ipsi seraphici spiritus in diuinæ maiestatis præsentia, præ quodam veluti stupore, in contemplatione, admirationeq; tam eximiæ magnitudinis defixi facies suas pennis legantur obtegere. Esaiæ 6. quemadmodum ex 70. interpretibus intellexit diuus Chrysostomus loco citato & homilia secunda de verbis Esaiæ; licet enim editio vulgata, quæ verior est, & omnino sequenda, ipsius Dei in throno considentis faciem ac pedes à Seraphim velari doceat, cum ita habet: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea quæ sub ipso erãt replebant templum: Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius*: tamen diuus Chrysostomus, quod à Septuaginta absolutè dicitur καὶ ταῖς μὲν δυσὶ κατεκάλυπτον τὸ πρόσωπον ταῖς δὲ δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, ideſt, & duabus velabant faciem, & duabus velabant pedes, ad facies, pedesque Seraphim retulit: Tum verò homilia 2. de verbis Esaiæ ait, *Seraphim auertunt facies, alasque vice murorum obiciunt, non ferentes radios illinc profi ciscentes.* Et homilia 3. de incomprehensibili Dei natura: *Dic quæso*, inquit, *quãobrem alas prætendunt, & suas operiunt facies? quid aliud dixeris causæ, quàm splendorem è solio illo procurrentem, & fulgur prosiliens ferre non posse?* Germana igitur & literalis ratio, cur Ioannes penè exanimatus, & instar mortui cõcidit, ea est, quoniam eximium viri illius splendorem maiestatemq; ferre non potuit. Reliquæ omnes rationes, quæ à Doctoribus hunc in locum afferũtur, ferè mysticæ censendæ sunt: veluti cum Richardus de S. Victore id humilitati Ioannis ascribit, qui videlicet in præsentia diuinæ magnitudinis, suam magis exiguitatem, vilitatemq; intellexit. *Mens humana*, inquit, *quanto perfectius inuisibilia bona cognoscit, tanto amplius ipsa sibi vilescit: & qtanto sublimius creato. is potentiam contemplatur, tanto magis apud semetipsum humiliatur.*

Splẽdorem diuinæ maiestatis mortalium corda non sustinent.

Esai. 6.

D. Chrysost.

Facies suas cur velarent Seraphim.

2

Humilitas contemplantis.

Nec verò corruit omnino mortuus, sed *tanquam mortuus*; quia ex discretione mens humana in contemplatione conditoris, ita se gerere debet, vt dum admiranda conspicit, se quidem de imperfectione sua per timorem humiliet, non per desperationẽ præcipitet, & sic humilationis reuerentiam exhibeat, vt confidentiam de salute non amittat. Eandem rationem tradit etiam Beda, Ioachimus, & alij, eam verò Ioachim⁹ sic breuiter proponit, *Qui priusquam ista conspiceret, stare se in iustitiæ culmine, quasi Christi discipulus, & dilectus præ cæteris, præsumebat, vbi diuinæ claritatis luce perfusus est, quicquid sibi de ipso complacuerat, despexit, vnde & quasi mortuus ad pedes Domini cecidisse dicitur, quia nunquam melius tenebras suas mens humana diiudicat, quam cum diuinæ sapientiæ lucem, & summæ iustitiæ veritatem agnoscit. Idcirco beatus Iob, qui contra iudicem Deum tam multa ex persona tentatorum obiecerat, audita voce Domini obmutescit, & ait, Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Iob. 42. ideſt, multa de tua magnitudine & gloria, fama, & auditione perceperam, sed nunc cũ te præsentem video, multo magis sũ commotus, & ad conspectum tuum omnia peccata mea etiam leuissima tanquam atomos ad radios Solis intueor, meque fœdissimum esse intelligo. Sic enim hunc locum interpretatur D. Gregorius lib. 35. Moralium c. 2. *Quantò*, inquit, *quisque se minus videt, tantò sibi minùs displicet, & quantò maioris gratiæ lumen percipit, tantò amplius reprehensibilem se esse cognoscit. In fauilla* autem *& cinere*, pœnitentiam agere est contemplata summa essentia, nihil aliud,

Beda. Ioachimus.

Eò magis nostram fœditatem intelligimus, quò plus de diuina pulchritudine cognoscimus.

Iob. 42. 5.

D. Gregorius.

quàm

quàm fauillam fe, cineremq; esse cognoscere. Hoc etiam sensu explicari potest illud Canticorum 1. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me Sol.* ideſt, cum me Soli obijcio, hoc est, cum diuinæ pulchritudini me cõparo, fusca omnino, expersq; omnis pulchritudinis & coloris mihi videor: nunquam Petrus Apostolus se ita peccatorem agnouit, quàm cum ad illum Christus accessit. Vndè de sua fœditate erubescens dixit, *Exi à me, quia homo peccator sum Domine.* Lucæ 5. Eadẽ de causa existimari potest Seraphim illa, de quibus loquitur Esaias cap. 6. ante thronum Dei suas facies, ac pedes velasse, iuxta commemoratam D. Chrysostomi expositionẽ, erubescentia nimirum de sua fœditate collata cum diuina pulchritudine. Idẽ quoq; in locum ex Ezechiele citatum expendit D. Gregorius, *Mox*, inquit, *vt gloriæ Domini similitudinem vidit, in faciem suam cecidit, quia cum aliquid de Deo conspicimus, in faciem nostram cadimus, quoniam, ex multis erubescimus, quæ nos reminiscimur perpetrasse, ibi enim cadit homo, vbi confunditur.*

Cant. 1. 6.

Luce 5. 8.

Esai. 6.

D. Chrysost.

D. Gregorius.

3

Ad mysterium quoque pertinet, quod ait Ambrosius Ansbertus, Ioannem totius Ecclesiæ nomine ad pedes Christi cadere, ideſt, vestigijs Christi insistere, eiusque exempla imitari. *Ioannes*, inquit, *hoc loco generalem membrorum formam assumit, quid autem hoc loco sunt pedes Angeli, nisi indicia passionis eius, signa itineris, imitationis exempla, iuxta illud.* 1. Petri 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius*: Ioannem ergo ad pedes Angeli cadere tanquam mortuum, est Ecclesiam mundo, & vitijs mortuam, Christi vestigia imitari. Rectè autem dicitur, *tanquam mortuus*, non *mortuus*, quia etsi electi, vt Redemptoris sui passiones possint imitari, mũdo, & vitijs moriuntur, Deo tamen spiritualiter viuere comprobantur. Vndè Paulus ad Galatas 2. *Viuo*, inquit, *ego, iam non ego, viuit verò in me Christus.* Et ad Romanos 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem.* Et ad Colossenses 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Congruit hæc expositio illi acceptioni pedum, cùm pro operibus sumuntur iuxta illud Iob 13. *Obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorũ considerasti. Vestigia*, inquit in eo loco D. Gregorius, *Deus pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum quàm rectè ponantur examinat, ne ad hoc quod bonum agitur, non recto desiderio agatur. Pes in corpore est, vestigium in via, & plerunque dum quædam prava agimus, intuentibus hoc fratribus exemplum malum præbemus, & quasi inflexo extra viam pede sequentibus vestigia distorta relinquimus.* Eundẽ sensum habet locus ille Threnorum 1. *Sordes eius in pedibus eius*, ideſt, in operibus, & affectibus. Quod igitur attinet ad virtutũ exempla, quæ Christus nobis præcipuè in passione præbuit, non potuerunt ea elegantiùs describi, quàm describantur ab sponsa, Cant. 5. illis verbis. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas*, vbi per *bases aureas*, pedes aurei intelliguntur, qui sunt crurum veluti bases, verè enim aurea fuerunt omnia Christi opera, ideſt insigni charitate fulgentia. Quarè rectè Ioannes ad huiusmodi pedes cecidit, quia ad horum pedum imitationem aspirare quisque debet, quæ quidem ignorare nullo modo potest, quoniam ea sanguinea, seu sanguine impressa reperiet: vndè ferculi illius Salomonis ascensus purpureus describitur, Canticorum 3. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum.* Quo loco per *ascensum purpureum* passio Christi intelligitur, quia nimirum omnia opera, per quæ Christus ad gloriam sui corporis, & nominis celebritatem tanquã ad ferculũ ascendit, pedũ suorum sanguine purpurauit.

Ambr. Ansb.

Christi vestigia imitatur Ecclesia.

1. Petr. 2. 22.

Galat. 2. 22.

Rom. 12. 1.

Cant. 5. 15.

Opera Christi, aurea propter charitatem.

Cant. 3. 10. Ascensus purpureus, Christi passio.

Coloss. 3. 3.

Iob 13. 27.

D. Gregorius.

Pes aliquando pro opere & affectu.

Thren. 1. 9.

exp cnitur

Exponitur illa sententia: *Habeo claues mortis, & inferni.* & primum nonnullæ expositiones cõmemorantur.

SECTIO XVIII.

1



IOANNEM visionis maiestate perterritum Christus posita super eum dextera animauit, in eoque vniuersos fideles ad spem Diuinæ protectionis per dexteram significatæ, in medio omnium Ecclesiæ persecutionum, quæ toto hoc opere continentur, erexit. Id quod præstitit commemorata suæ potentiæ magnitudine subiungens. *Noli timere, ego sum primus, & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum: & habeo claues mortis, & inferni.* Ex quibus sola postrema sententia expositionem desiderat, reliqua enim ex ijs, quæ in superioribus diximus, sunt perspicua.

Protectio Diuina significatur per dexteram.

Primò igitur Rupertus sic interpretatur. *Potestatem habeo dimittendi peccata, peccata verò dimittendo, mortem in me credentibus claudo, infernũ obstruo, siue mortis & inferni, ideſt duplicis mortis, videlicet animæ & corporis. Mortis namq; nomine dissolutio corporis, inferni autem, mors animæ, quæ æterna est, significatur: cuius vtriusque mortis claues, ideſt potestatem ipse habet iuxta illud. Primo Regum 2. Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.* Secundò Richard. de S. Vict. *Ipse*, inquit, *claues mortis & inferni habet, quia per potestatem suam portas mortis, & inferni in fine aperiet; ibique Diabolum, & sectatores eius sine fine cruciandos includet. Talem ergo differentiam inter mortem, & infernum possum⁹ accipere, vt per mortem intelligamus tormentum reprobis præparatum, per infernum autem, locum tormento destinatum.* Tertio Ioachimus per claues mortis, & inferni intelligit iura antiqui hostis, quæ habuit in genus humanum, iam inde à mundi principio reddens per seductionem Adæ hominem morti obnoxium, & inferni supplicijs, quæ iura Christus illi per passionem eripuit.

Rupertus.

1.Reg.2.6.

Richard. de S. Victore.

Ioachimus.

2

Quartò, Primasius, & Ambrosius Ansbertus nomine *mortis* Diabolum intelligũt; nomine autẽ *inferni* eos, qui Diabolo adhærent iuxta illud, Apocalypsis 6. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum.* Et capite 20. *Mors & infernus missi sunt in stagnum ignis ardentis.* Deinde *claues* potestatem Diuini iudicij interpretantur. Istis enim clauibus ad probandam, atque exercendã Ecclesiam, occulta omnipotentis Dei ordinatione reseratur antiqu⁹ aduersarius cum suis in persecutione, & ijsdem recluditur, cum satis fuisse respexerit ille, qui aperit. Etenim his clauibus laxatus fuerat, cum Petrum seruili timore negare compulit Redemptorem, & rursum reclusus est cum negationes amarissimè flentem quodammodo de faucibus amisit: his clauibus quotidie reseratur, cum electos tentationibus fatigare permittitur, eisdemque restringitur, cum non supra modum, sed ad mensuram ipsas tentationes exaggerare finitur, iuxta illud 1. ad Corinthios 10. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Quintò Pannonius ait Christum habere potestatem supra mortem, quia mors eum detinere non potuit: Supra infernum autẽ, quia destructis claustris eius, ac repagulis captiuos inde traxit: tum addit habere etiam *claues mortis, & inferni,* quia potestatem habet nostræ mortis, & nostræ resurrectionis.

Primasius. Ambr. Ansb.

Apoc.6.8.

Cap.20.14.

Clauis, pro potestate.

Ad Cor.10.13.

Pannonius. Mors Christũ detinere non potuit.

Explicatur magis quid sit Christum habere claues mortis, & inferni.

SECTIO XIX.

VERVM

VERVM pro maiori huius rei expositione supponimus *claues* hoc loco de omnium interpretum sententia, significare potestatem. Deinde dicimus mortem sumi, primo pro dissolutione animæ & corporis, vt est perspicuum. Deindè pro peccato, quemadmodum docet Philo libro de profugis expendens illud, Quod lex iubet, *vt homicida volũtarius morte moriatur*, & similes alias locutiones, quæ habẽtur in sacris literis. *Cur*, inquit, *non modo mori pronuntiat, sed morte mori? quia videlicet mali etiamsi ad extremum pertingant senium, mortui sunt, quod virtuti non viuant: Probi verò etiamsi sciungantur à corpore, in æternum viuunt. Quod enim peccatum mors sit, probari potest ex illo Ecclesiastici 15. Ecce posui coram te vitam, & mortem, bonum, & malum. Eodemque sensu dicitur Psalmo 113. Non mortui laudabunt te Domine. Caini impudentis fratricidæ mors nunquam in lege inuenitur, imo extat de illo hoc oraculum. Genesis 4. Apposuit Dominus Deus in Cain signum, ne quis eum inuentum interimeret. cur ita? opinor, quia impietas malum est infinitum, quod semel accensum nunquam extingui potest; in quam quadrat illud Poeticum. Immortale malum nulla delebile morte.* Hæc Philo. De eadem peccati morte est sermo. Ezechielis 18. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur*, quanquam etiam de æterna damnatione intelligitur. Idem testatur D. Gregorius lib. 4. Moralium cap. 17. super illa verba capitis tertij. *Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis.* Vbi docet eiusmodi mortem peccatum esse, vt præ illo mors corporalis, non mors, sed vmbra mortis appelletur. *Vmbra*, inquit, *mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est, qua anima separatur à Deo; ita vmbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Vndè rectè voce martyrum per Prophetam dicitur Psalm. 43. Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Quos enim constat non spiritu, sed sola carne mori, nequaquam se vera morte, sed vmbra mortis dicunt operiri.*

Mors pro dissolutione animę & corporis.
Philo.
Ecclesiastici 15. 18.
Psal. 113. 17.
Genes. 4. 15.
Impietas, perenne malum.
Ezech. 18. 20.
D. Gregorius.
Solum peccatũ, vera mors.
Psalm. 43. 20.

Tertiò. Sumitur mors pro ipso Diabolo, vt auctor est idem Gregorius, loco paulo ante citato. *Vmbra*, inquit, *mortis etiam imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse enim quia mortem intulit, mors vocatur Ioanne attestante, qui ait Apocalypsis 6. Nomen illi mors. Per vmbram igitur mortis eius imitatio designatur, quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimuntur.* Sic etiam nonnulli interpretãtur illud Esaiæ 28. *Percussimus fœdus cum morte*, ideſt cum Dęmone. Quarto. Sumitur pro morte sempiterna Psalm. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Atque hæc est illa mors, quæ appellatur mors secunda nimirum cõparatione mortis corporis iuxta illud Apocalypsis 2. *Qui vicerit non lædetur à morte secunda.* Et Apocalypsis 20. *Beatus qui habet partem in resurrectione prima In his secunda mors non habet potestatẽ.* Quinto, & postremo sumitur pro ea morte, qua quis peccato & vitijs moritur, de qua loquitur Paulus ad Romanos 6. *Consepulti sumus per baptismum cum illo in morte.* Et ad Colossenses 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* De his mortis generibus legendus est D. Ambrosius libro de bono mortis cap. 2. & diuus Augustinus lib. 13 de Ciuitate Dei cap. 8. & 23. & libro 3. de peccatorum meritis, & remissione cap. 11. Habet igitur Christus *claues mortis*. Primò, quia vitam potest & dare, & eripere. Secundo, quia potest à peccato liberare. Tertio, quia Dæmoni ad tentandum habenas laxat, & cõtrahit. Quatto, quia potest supplicio sempiterno addicere. Denique quia potest vitam gratiæ conferre, mortem peccatis inferẽdo. Potissimum tamen videtur sumi hoc loco mors pro morte corporali, vt ita fidelibus Christus metum mortis in Ecclesiæ persecutionibus eripiat, quippe qui norint vitæ omnis spatiũ mortisq; tempus ab ipso esse omnibus mortalibus præscriptum, præcipuè verò fidelibus, ac iustis, quorum peculiarem curam habet.

2

Mors, pro Diabolo.
Esai. 28. 13.
Psalm. 48. 15.
Item pro æterna dãnatione.
Apocalyp. 2. 11.
Apoc. 20. 6.
Item & pro morte vitiorũ.
Rom. 6. 3
Colos. 3. 3.
D. Ambros⁹. D. August.
Claues mortis cur Christus dicatur habere.
Mors hîc pro corporali.

3 Inferni varię acceptiones.

Quod verò attinet ad infernum, etiam eius habet claues iuxta omnes inferni acceptiones. Primò enim sumitur infernus pro sepulchro Psal. 113. *Non mortui laudabunt te Dñe, neq; omnes qui descendunt in infernum*, ideſt mortui, & qui in sepulchris conduntur, laudes tuas non canent: quibus viuẽtes ad te colendum excitentur. Vñ statim subiicit: *Sed nos, qui viuimus, benedicimus Dño.* Huc etiam spectat illud Iob 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt*: vbi inter impiorũ felicitates ea numeratur, quod citò moriantur, nec longa ægritudine discrutientur, ac tabescant: putabant enim veteres pertinere ad felicitatem non longo morbo tabescere, sed statim mori, id quod etiã est perspicuum ex Thren. 4. vbi dicitur, maiorem fuisse pœnã iniquitatis Hierusalem subuersione Sodomorum, cuius rei statim redditur ratio illis verbis: *Quæ subuersa est in momento.* Audi Prophetam. *Maior effecta est iniquitas populi mei*, (ideſt, pœna iniquitatis) *peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento*: quia videlicet Hierusalem multo tẽpore passa est obsidionem, captiuitatemq; Idem confirmari potest ex Ps. 72. vbi de reprobis dicitur. *Non est respectus morti eorum, & firmamentũ in plaga eorum*, seu vt transtulit Sanctes Pagninus ex Hebræo: *Quia non sunt ligamenta in morte eorum, & sana est fortitudo eorum*, ideſt, non longa infirmitate detinentur, sed moriuntur quasi sani, & potentes viribus: quòd autẽ hoc felicitatis loco numeretur, exploratum est ex iis, quæ sequuntur: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Secundo sumitur pro limbo Patrum, Psal. 15. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuũ videre corruptionem.* Quem locũ de Christo interpretatus est D. Petrus Act. 2. Qui ad limbum Patrum secundũ animã descẽdit. Et Gen. 42. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* Hoc etiã sensu D. Gregorius libro 12. Moralium cap. 7. intelligit illud Iob 14. *Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me.* Tertiò sumitur pro loco damnatorum. Esai. 14. *Verumtamen ad infernum detraberis in profundum laci.* Et Cantic. 8. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*: æmulatio, ideſt, zelotypia, quæ riualẽ in rei amatæ possessione nõ sustinet, similis est inferno. Sicut enim ignis ille tartareus, quem semel corripit, perpetuò torquet, ita zelotypiæ furor, vbi alicuius animum occupauerit, nunquam extinguitur, aut remittitur: sic ferè Glossa hunc locum intelligit: *Dura*, inquit, *sicut infernus æmulatio: quia Dei amor nullis hostium tentamẽtis, à nostræ salutis cura reuocari potuit, sicut infernus nullis miserorum cruciatibus mitigatur: nec à seueritate suæ sententiæ mutatur: quanto austerior comparatio eo acrior zelantis eos Domini commendatur affectus.* Quartò, & vltimò, vsurpatur pro ipso Dæmone, vt auctor est Beda in Commentariis super Prouerbia, vbi docet illo sensu intelligi à plerisq; illud capitis trigesimi: *Tria sunt insatiabilia, & quartum nunquam dicit, sufficit. Infernus, Os vuluæ, terra quæ nunquam satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit sufficit. Quidam*, inquit, *infernum interpretantur Diabolum, qui insatiabilis sit de seductione humana.* Illud etiam Iob 26. *Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni*, diuus Gregorius de diabolo accipit libro. 17. Moralium cap. 12. *Inferni*, inquit, *& perditionis nomine Diabolum, omnesq; damnationis eius socios designauit.* Igitur iuxta has omnes acceptiones dicitur Christus habere claues inferni. Primò, quia potest vitam dare, & eripere. Secundò, quia antiquos Patres ex limbo eduxit. Tertiò, quia potest æternis suppliciis homines addicere. Postremò, quia potestatem dæmonis pro sua libertate laxat, & cõtrahit, quemadmodum supra docui-mus.

✻

Psalm. 113. 17. Prima, pro sepulchro.

Iob 21. 13.

Citò mori, felicitatis genº.

Threnor. 4. 3.

Psalm. 72. 4.

Psalm. 15. 10. Secunda, pro limbo.

Actor. 2.

Genes. 42. 38.

D. Gregor. Iob 14. 13.

Tertia, pro damnatorum loco.

Esai. 14. 15.

Cant. 8. 6.

Quarta pro ipso Dæmone.

Beda.

Prouerb. 30. 16.

Iob 26. 6.

D. Gregor.

Claues inferni cur Christus dicatur habere.

CAPVT SECVNDVM.



T Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorũ; Scio opera tua,& laborem,& patientiam tuâ:& quia non potes sustinere malos,& tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse,& non sunt, & inuenisti eos mẽdaces:& patientiam habes,& sustinuisti propter nomen meum,& non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca,quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi citò, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum,quæ & ego odi. Qui habet aurem,audiat quid spiritus dicat Ecclesiis, Vincenti dabo edere de ligno vitæ,quod est in Paradiso Dei mei. Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe; Hæc dicit primus & nouissimus,qui fuit mortuus & viuit: Scio tribulationem tuam,& paupertatem tuam,sed diues es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudęos esse,& non sunt,sed sunt Synagoga satanę. Nihil horum timeas quæ passus es. Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem,vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsq; ad mortem,& dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis: Qui vicerit,nõ lædetur à morte secunda. Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui habet rhomphæam vtraque parte acutam. Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ,& tenes nomen meum. Et nõ negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis,qui occisus est apud vos,vbi satanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca:quia habes illic tenentes doctrinam

Balaam,qui docebat Balac mittere ſcandalum,coram filiis Iſrael,edere,& fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarum. Similiter pœnitentiam age: ſi quò minùs, veniam tibi citò,& pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem,audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis, Vincenti dabo manna abſconditum,& dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit,niſi qui accipit. Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit filius Dei,qui habet oculos tanquam flammã ignis,& pedes eius ſimilis aurichalco: Noui opera tua, & fidem,& charitatem tuam,& miniſterium,& patientiam tuã, & opera tua nouiſsima plura prioribus. Sed habeo aduerſus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit Prophetam,docere,& ſeducere ſeruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. Et dedi illi tempus,vt pœnitentiam ageret,& non vult pœnitere à fornicatione ſua. Ecce ego mitto eam in lectum,& qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiã ab operibus ſuis egerint: & filios eius interficiam in morte, & ſcient omnes Eccleſiæ,quia ego ſum ſcrutans renes & corda:& dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera ſua. Vobis autem dico,& cæteris,qui Thyatiræ eſtis: Quicunque non habent doctrinam hanc, &qui non cognouerunt altitudines ſatanæ,quẽadmodum dicunt, non mittam ſuper vos aliud pondus: tamen id quod habetis,tenete donec veniam. Et qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea,dabo illi poteſtatem ſuper gentes,& reget eas in virga ferrea, & tanquã vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis.

ARGVMENTVM.



IMILIS ille filio hominis præcepit superiori capite Ioanni, vt ostensa sibi mysteria literarum monumentis consecraret, in primisq;, vt ad septẽ minoris Asiæ Episcopos, quibus præsidebat, eorumq; nomine ad vniuersos Ecclesiæ prælatos diligenter scriberet, quæ ipse dictaret ad Ecclesiarũ administrationẽ pertinentia: id quod præstat duobus capitibus sequentibus, quibus præter eã quã hactenus explicauimus, visionẽ, prima huius operis pars continetur. Nam hoc 2. cap. ad quatuor Episcopos, in 3. ad tres reliquos dantur literæ, quibus sui officij cõmonentur. Ad Ephesinum autem Episcopũ primò scribitur, quoniam is reliquos dignitate antelbat; quia nimirum Ephesus metropolis erat omnium minoris Asiæ Ecclesiarũ, & alterũ Asiæ lumen, vt appellat Plinius, clarissima templo illo Dianæ celeberrimo, quod inter septẽ orbis miracula connumerari meruit, quippe quod ducentis viginti annis à tota Asia exædificatũ, longitudinẽ habuit quadringentorũ viginti quinque pedũ, latitudinem ducentorũ viginti, centum viginti septẽ columnis exornatum, sexaginta pedum altitudine, quarum singulæ de singulis Regibus gloriabantur conditoribus; qua de re legendus est Plinius libro 36. cap. 14. propter quam vrbis celebritatẽ moratus est in ea Paulus per triennũ, vt refertur Actorum 20. Ioannesq; Apostolus sui in Asia Patriarchatus sedẽ fixit. Non desunt, qui affirment Ioannẽ primum fuisse Ephesinæ Ecclesiæ Episcopũ, cui Timotheus successerit, verò similius videtur quod ait Eusebius Cæsariensis lib. 3. historiæ Ecclesiasticæ cap. 4. primũ Ephesi Episcopum fuisse Timotheum, quem Paulum in Episcopum consecrasse perspicuum est, ex 2 ad Timotheũ 1. Ephesiq; reliquisse ex 1. ad Timotheũ, 1. Quis autem fuerit hic Episcopus, ad quem modò Ioannes scribit incertum est, quanuis non sine probabilitatis specie Lyranus in cõmentarijs huius capitis eum dicat de cõmuni interpretum sententia fuisse eundem Timotheum, cum cuius testata fide ac probitate non multũ pugnant ea, de quibus Christus cum Ephesi Angelo expostulat, vt suo loco dicemus. Denique literæ laudem, increpationem, & cõminationẽ continent.

Ephesus metropolis Ecclesiarum Asiæ.

Dianæ templũ ducentis viginti ãnis ædificatum.

Plinius.

Euseb. Cæs.

Lyranus.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De Angelo Ephesi.

Cur Episcopi Angeli appellentur?

SECTIO PRIMA.

1



VONIAM omniũ Ecclesiarum Episcopi, ad quos de mãdato Christi scribit Ioannes, Angeli in his literis appellãtur, eius appellationis nobis in vniuersum ratio reddenda est. Prima igitur ratio depromitur ex scientia, qua præstare debent: quemadmodum docet Dion. Areop. lib. de cælesti hierarch. c. 12. quam rationem complexus est Malach. c. 2. cùm dixit, *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Quem locum sic interpretatur D. Hieronymus: *Angelus, idest nuntius, Sacerdos Dei verissimè dicitur, quia Dei, & hominum sequester est, eiusq; ad populum nunciat voluntatem, & idcirco in Sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina, & veritas*

Dion. Areop. Præstent scientia Episcopi, & Sacerdotes.

Malach. 2. 7.

ritas ponitur: vt discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem Dominicæ veritatis; Quibus verbis allúdit Hieronymus ad locũ illũ Exod. 28. *Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatẽ, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur corã Domino.* Exodi. 28. 30.

In rationali doctrina & veritas cur ponerentur.

Doctrina ponitur propter scientiam, veritas propter synceritatem, vt nihil affingat, sed omnia sic tradat, vt à Deo accepit. Pro doctrina est Hebraicè, אורים Vrim, ideſt, illuminationes, quia magna sit oportet doctrina prælati, quæ omnes possit illuminare. Pro veritate est תמים tummim, ideſt, perfectiones, quia magna debet esse in prælato perfectio, & integritas, tum vitæ tũ etiam doctrinæ.

2

Prelatorũ munus.

Secunda ratio est. Quia eorum est pacem inter Deum, & homines constituere, & Dei voluntatem hominibus patefacere: quemadmodum dixit Hieron. loco citato. Vnde est illud Esaiæ 33. *Angeli pacis amarè flebunt.* Quo etiam sensu dictum est 1. ad Timoth. 3. *Magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum gentibus:* vbi de communi ferè expositione, Angelorum nomine Prælati, & prædicatores intelliguntur, quia Euangelij pacem nunciant. Vtrunq; enim locum paulò ante citatũ, de prælatis, & prædicatoribus intelligit D. Gregorius præter alios, lib. 34. Moralium cap. 7. quemadmodum & sequentem, qui habetur Iob 41. *Cum subleuatus fuerit,* ideſt Diabolus. *timebunt Angeli, & territi turbabuntur. Extrema hic,* inquit Gregorius, *Leuiathan damnatio designatur, quæ de hoc mundo per iram iudicij tollitur, qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur, tanto autem pondere terroris excutitur, vt sanctorum etiam prædicatorum fortitudo turbetur.* Esai. 33. 7. 1. ad Timoth. 3. 16. D. Gregorius. Iob. 41. 16.

3

Tertia ratio. Propter castitatem quæ in Prælatis, & in omnibus sacerdotibus requiritur: quo sensu intelligendum est illud 1. ad Corinthios 11. *Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est; ideo debet mulier velamen habere supra caput suum propter Angelos.* Vbi per *Angelos* quidam, Angelos custodes, qui præsunt hominibus, intelligunt. Ita Tertullianus libro de velandis virginibus, Theodoretus, Chrysostomus, Beda in eum locum. Cæterum de sacerdotibus accipit D. Hieronymus, & de episcopis D. Ambrosius, qui sic locum interpretatur; *Mulier ideo debet velare caput vt in Ecclesia propter reuerentiã episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum:* Est igr sensus. Mulier debet velare caput ob reuerentiã Angelorum, ideſt episcoporum, & sacerdotum, qui tantã debent habere puritatẽ, vt mulieres aperto capite videre reformident. Eãdem ob causam Pontifex legalis duplici zona cingebatur, vna, qua stringebatur tunica linea, altera, qua cingebatur hyacinthina: quia episcopus duplicem debet præ alijs habere castitatem. Quarta ratio propter contẽplationem. Propterea enim ille Pontifex tunica hyacinthina induebatur, quæ cælestem colorem referebat. 1. ad Cor. 11. 7. Tertull. Theodoret. Beda. Chrys. D. Hieronym. D. Ambrosius. Castitas prelatorum. Eorundem cõtemplatio.

Quinta ratio. Propter sedulam gregis custodiam iuxta illud Psalmi 90. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* In cuius rei typũ, & significationẽ, ões Episcopi præter Romanũ, habẽt baculũ: Romanus enim baculũ non habet, vt significetur eũ nõ habere certã alicuius Ecclesiæ catholicæ administrationẽ. Sexta. Propter Angelicã vitæ sanctitatem, qua debẽt excellere; quod argumentum fuse persequitur diuus Gregorius lib. 1. Epistolarum in dictione 9. cap. 24. vbi inter alia. *Omni cura,* inquit, *vigilandum est, vt rector cogitatione sit mũdus, operatione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, præ cunctis contẽplatione suspensus, singulis cõpassione proximus, bene agentibus per humilitatẽ socius, contra delinquentiũ vitia per zelũ iustitiæ erectus.* Septima & postrema. Propter promptitudinẽ ac diligentiam in munere suo obeundo, Diuinisq; mãdatis exe- Psal. 90. 11. 4 Baculum cur habeãt omnes Episcopi, præter Romanũ. Qualis prelatus esse debeat ex D. Gregor.

quendis

quendis. Ideirco enim Angeli alati, & dilcalceati pinguntur, quemadmodum docet Dionysius Areopagita libro de cælesti hierarchia cap. 15. alati, inquam, propter velocitatē, discalceati verò, tum ob eandē causam, tum etiam quia, vt ait Dionysius, *Omnis terrenæ labis expertes sunt.*

Dionys. Areopagita. Alati, & discalceati cur pingantur Angeli.

Angeli Ephesi laudes cōmemorantur, in eoque episcopi partes describuntur. Primum expenditur literarum inscriptio, & cur prius laudetur, quam reprehendatur, Deinde illa verba explicantur: *Scio laborem tuum, & patientiam tuam.*

SECTIO II.

1 NOTANDA est primò epistolæ ad Ephesi Angelum quasi inscriptio, quæ huiusmodi est. *Et dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua; qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū.* Quæ inscriptio propterea prǫmittitur, vt nimirum, quemadmodum annotauit Richardus de sancto Victore, fiduciam Christus præbeat peccantibus, ac si dicat; si quis superiorem gradum amiserit, & per negligentiam de pristina perfectione deciderit, non desperet, quia ego septē stellas etiā post cōmissam negligētiā teneo; ideſt, eos qui peccarunt, si pœniteant minimè desero. Etenim hi Episcopi, qui per *stellas* significātur negligenter se gesserant, & tamen eos Christus adhuc in dextera tenebat, & in medio suarū Ecclesiarū ambulabat. Aliter Rupertus eandē inscriptionē expēdit, hoc sensu. Is qui tenet stellas in dextera sua, easdē vigilāter attendit, ne forte pro ipsa claritate veniat alicui pes superbię: vndè & subditur; *Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum*: ac si dicat, qui in medio vestri ambulās singulorum corda & renes inuestigat: etenim candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt; cùm ergo in medio candelabrorum ambulat, lumen singulorum intuetur, quantum luceat, ne forte sine oleo charitatis, sine operibus dilectionis fumiget fides mortua.

Richard. Vict.

Pœnitētes nō deserit Deus.

Rupertus.

Secundò. Notandum est prius laudari episcopum Ephesi, quàm increpetur, vt laudibus quodammodo delinitus patienter increpationem audiat: quo etiā artificio vsus est Apostolus 1. ad Corinthios 11. *Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*: & paulo post: *hoc autem præcipio non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis, &c.* Et 1. ad Corinthios 1. Eos reprehensurus priùs laudauit. *Gratias*, inquit, *ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in CHRISTO IESV, quia in omnibus diuites facti estis in illo, ita vt nihil desit vobis in vlla gratia*: tūc verò subiungit. *Obsecro autem vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; significatum est enim mihi de vobis, quia contentiones sunt inter vos. Vnusquisque dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo.* Quam Pauli in reprehendendo dexteritatem expendens D. Gregorius homilia 11. in Ezechielem, hoc eleganti illustrat exemplo. *Vt peritus*, inquit, *medicus vulnus secandum videns, sed ægrum timidum esse conspiciens diu palpauit, & subito percutit.* Imò obseruat Rupertus in hunc locum artificiosam sermonis dispositionē, nec enim duntaxat priùs laudatur, quàm reprehenditur, sed rursus post reprehensionis admonitionem, & comminationem laudatur illis verbis. *Sed hæc habes quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Itaque Christi reprehensionis amaritudinem, ne nimis offenderet, collaudationis dulcedine circumliniuit, magnum & imitandum magisterium spiritus Dei,

2

1. ad Cor. 11. 2.

Cur laudetur prius, quàm increpetur Ephesi Episcopus.

1. ad Cor. 1. 4.

D. Gregorius.

Rupertus.

Reprehensionis amaritudo laudibus delinienda.

corripere

corripere, dicam, quæ emendatione indigent, sed inter corripiendum, & priùs & posteriùs collaudare si quæ bene dicta sunt, vel acta ab eodem qui in alijs corripitur, quatenus quoad fieri potest teneatur beneuolus, & non refugiat confusus, aut exterritus audire non sustinens peccatoris animus, id quod præstitit Samaritanus ille, qui eius qui incidit in latrones, vulneribus non solùm mordax vinũ, sed etiam lene oleum infudit.

3 Tertiò. Primum quod in Angelo seu episcopo ephesi laudatur, est labor. *Scio*, inquit, *laborem tuum*, quem videlicet sustines in administratione episcopatus, & quia non satis est labores ferre nisi patienter tolerentur, additur. *Et patientiam tuã*. Rectè autem patientia in episcopo cõmendatur, ne videlicet succumbat laboribus ac molestijs, quæ in Ecclesiastica administratione deesse non possunt, vndè animalia illa Ezechielis, quæ Galfridius apud Sistum Senensem libro 2. suæ Bibliothecæ typum fuisse prælatorum existimauit, faciem etiam bouis habebant, ad hoc ipsum significãdũ. Est enim bos laboriosum animal, & laboris patiens. Patientiam citharam appellauit Augustinus in illud Psalm. 42. *Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus Quid est*, inquit Augustinus, *in cithara confiteri, & in psalterio? vtrumque organum manibus pertatur & tangitur sed psalterium de superiori parte habet testudinẽ, illud scilicet tympanum, & concauum lignũ, cui chordæ innitentes resonant; cithara verò idem lignum concauum & sonorum ex inferiori parte habet. Quando igitur ex præceptis Dei aliquid facimus & non patimur, psalteriũ est: faciunt enim ita & Angeli, cùm aliquid autem patimur tribulationum, quia non patimur nisi ex inferiori parte, idest, ex eo quod mortales sumus, cithara est, cantamus, & citharizamus; sic cùm dicebat Apostolus ad Romanos 5. Gloriamur in tribulationibus, citharа sonabat, ex inferiori quidem parte, sed tamen dulciter omnis enim patientia dulcis est Deo, si autem in ipsis tribulationibus defeceris citharam fregisti.* Hæc Augustinus. Non frangebat sane patientiæ citharam Paulus, qui dicebat 1. Corinthios 4. *Maledicimur, & benedicimus, persecutionẽ patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.* Quo loco inprimis aduerte, illud *purgamenta huius mundi* significare, sanctos haberi à malis, & sceleratis hominibus, tanquam fæces, & immundicias huius mundi, quib⁹ videlicet de medio sublatis putant mundum purgari, quasi purgamentis, & fæcibus è domo cùm verritur electis. Deinde emphasim habet illud *omnium peripsema*, est autẽ περίψημα Græcè vel puluis quem calcamus, vel soleæ suppactum corium, vel illud quod in mare iactatur, vt nauis sit incolumis, vel reticulum quo sudantes se abstergunt, quibusdam omnis scoria, alijs omne illud, quod apud nos nauci & nihili est, velut quisquiliæ, vel certè omne ramentum, & quicquid limando deteritur, περιψάω enim radere, & limare significat: denique dici omne illud potest, quod pedibus calcamus: talis igitur cum putaretur à sceleratis, & improbis hominibus Apostolus, patienter eam de se existimationem, & reliquas omnes persecutiones tolerabat, nec in medio laborum positus vnquam patientiæ citharam deposuit, ne dum fregit.

1. Cor. 4. 12.

Sãcti habẽtur à malis tãquã mundi fœces.

Patientia cõmendatur in episcopo.

Galfridius.

Pauli patiẽtia.

August. Psalm. 42. 4.

Citharizat, qui patitur, ex Augustin.

Ad Rom. 5. 3. Citharã frangit, qui tribulationib⁹ desicit.

Zelus Ephesini episcopi laudatur illis verbis. *Et quia non potes sustinere malos.*

SECTIO. III.



LAVDATVR etiam zelus episcopi Ephesini, quo diuinam gloriam quærebat, cũ dicitur. *Et quia non potes sustinere malos* iuxta illud Psal. 68. *Zelus domus tuæ comedit me.* Aduerte autẽ non laudari hîc episcopũ Ephesi, quòd iniurias sibi à prauis hominib⁹ illatas ferre nõ posset, sed quòd eorũ

1

Psalm. 68. 10.

peccata

Subditorũ vitia insectentur prælati. Ezech. 3.8.

peccata non dissimularet, quin potiùs pro ratione officij acerrimè insectaretur, id quod ad prælatorum munus præcipuè pertinet. Vndè ad Ezechielem dictum est capite 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem facibus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam.*

D. Hieronymꝰ

In quem locum D. Hieronymus docet gratiæ esse aliquando impudentiæ improborum hominum resistere, & frontem fronte concutere.

D. Gregor.

Et D. Gregorius homil. 10. super Ezechielem, *Ille*, inquit, *esse veritatis defensor debet, qui quod rectè sensit, loqui nec metuit, nec erubescit.*

3. Reg. 19. 10 14.

Zelum hunc se habere fatebatur Helias, cùm respondit Domino 3. Regum 19. *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactũ Domini filij Israel altaria tua destruxerunt, &c.*

Helię zelus.

effectumque eius zeli demonstrauit, cùm Prophetas Baal interfecit.

3. Reg. 18.

3. Regum 18. Elegantem huius rei figuram habes apud Ezechielem cap. 4. vbi iubetur Propheta sumere sartaginem ferream, & ponere illam instar muri ferrei inter se, & ciuitatem depictam in latere, & obfirmare faciem aduersus ciuitatem, hoc est, vrbem Hierosolymitanam in illo latere depictam, vultu irato, & minaci aspicere, quod exponens diuus Gregorius homil. 12.

Ezech. c. 4.

D. Gregor.

super Ezechielem. Docet per sartaginem in qua cibus frigitur, significari zelum, quo prælati & Doctoris animus frigitur, cùm aliquos videt æterna deserere, & rebus temporalibus delectari. Quo sensu dicebat Paulus 2. ad Corinthios 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Ipse suum cor*, inquit Gregoriꝰ, *quod animarum zelo succenderat, sartaginem fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat.*

Prelatorũ zelus.

2. ad Cor. 11. 29.

Cor Pauli animarum zelo succensum.

2. Petr. 2. 7.

Hùc pertinet illud 2. Petri 2. quod Petrus de Lot sanctissimo dixit, *Iustum Loth oppressum à nefandorũ iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit; aspectu enim & auditu iustus erat*: Quibus postremis verbis, quantum Lot Sodomitarum sceleribus præ diuini honoris zelo, cruciaretur, explicauit Apostolus, significat e[illegible] oculorum, auriumque [illegible]e præstaret, ab omnique turpitudine abhorreret, grauiter diseruciatum fuisse, quod viuens inter scelestos illos, nefariosque viros cogeretur quotidie videre & audire nefanda illa facinora, quæ per summam impudentiam contra Deum committebantur. hoc enim est, *aspectu, & auditu* iustum esse: quod adhuc magis explicatur, cum subiungitur, *Habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.*

Lot sanctitas & zelus.

Quantum verò hic zelus, quo sanctę mentes friguntur, Deo sit gratus, ostendi potest ex 6. capite Leuitici, vbi similia in sartagine oleo conspersa frigitur, & offertur calida in odorẽ suauissimum Domino. Simila enim in sartagine frigitur, cũ mens iusti per zelum sancti amoris crematur, quæ conspergi oleo præcipitur, idest charitati & misericordiæ misceri, quæ in conspectu Dei ardet, & lucet, amat enim vir iustus eundem ipsum, quem insequi videtur, vndè & calida offerri præcipitur; quia si amorem zelus non habet, simila, quæ de sartagine offertur, calorem amisit. Obfirmare autem faciem aduersus ciuitatem, est clementiorem se non ostendere ad eos, qui corrigi negligunt, iuxta illud, Eccles. 7. *Filiæ tibi sunt serua corpus illarũ, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Legendus est etiam D. Ambrosius sermone 18. in Psalm. 118. in illa verba. *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.* Vbi zelum Phinees expendit, de quo dixit Dominus, Numerorum 25. *Phinees filius Eleazari sedauit furorem meum, eo quòd æmulatus est zelum meum: ecce ego do illi testamentum pacis, &c.* Additque ibi diuus Ambrosius eos, qui zelum habent, omnes sibi inimicos putare, qui sunt hostes Dei iuxta illud Psal. 138. *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* Vbi aduerte illud, *Perfecto odio oderam illos*: dupliciter posse exponi, vno mo

2

Sanctorum zelus quàm gratus Deo. Leuit. 6.

Ecclesiastici 7. 26. Seuerè tractãdi, qui correctionem negligunt. D. Ambr. Psalm. 118. 139. Num. 25. 7.

Psal. 138. 21.

do, vt

Odium perfectum, quod.

do vt perfectum odium idē sit, quod capitale, & maximum. Altero, vt illud dicatur odium perfectū, quod vitia, non naturam persequitur: & quod ex zelo aduersus ipsam improbitatē, nō autem ex vltionis & vindictę affectu, & cupiditate oritur. Ad vtrunq; enim sensum referri potest, quod est Hebraicè *Perfectione odij*, posteriorem expositionem sequutus est Theodoret⁹, & D. Augustinus. *Oderam*, inquit, *in eis iniquitates eorum, diligebam conditionem tuā.* Hoc enim est perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas.

Theodoret. Augustinus.

3 D. Gregorius.

Eodem modo exponit D. Gregor. 3. part. Pastoralis curæ, admonit. 23. *Inimicos*, inquit, *Dei perfecto odio odisse est, & quod facti sunt diligere, & quod faciunt, increpare. Itaque tantus Propheta hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra se pro Domino prauorum inimicitias excitauit*: sequitur enim, *& inimici facti sunt mihi. Hinc est quòd tribus Leuitica assumptis gladijs per castrorum media transiens, quia feriēdis noluit peccatoribus parcere, dicta est manus Deo consecrasse. Exodi 32. Hinc per semetipsam veritas dicit Matth. 10. Quid putatis, quia pacem veni mittere in terram? non veni pacem mittere, sed gladium.* Deinde monet omnes Gregorius, *vt eandem pacem dilectione integra intrinsecùs teneant, quā per inuectionem vocis extrinsecùs turbant, quod vtrunque se testatur seruasse Regius vates, cum ait Psalm. 119. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. Ecce loquens impugnabatur, sed tamen impugnatus, erat pacificus, quia nec insanientes cessabat reprehendere, nec reprehensos negligebat amare: idcirco etiā Paulus ait ad Romanos 12. Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: hortaturus enim fideles, vt pacem cum omnibus haberent, præmisit, dicens si fieri potest, & subiunxit, quod ex vobis est. Difficile quippe erat, vt si malè acta corriperent, habere pacē cū omnib⁹ possent, rectè itaq; ait quod ex vobis est: ac si dicat; quia pax exduarū partium cōsensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur, expellitur, integra tamen in vestra, qui corripitis, mente teneatur. Vndè 2. ad Thessalonicens. 3. Si quis nō obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur, & statim subdit: & nolite vt inimicum existimare illum, sed corripite vt fratrem: quasi dicat, pacem cum eo exteriorem solaite, sed interiorem circa illum medullitùs custodite.* Hactenus Gregorius.

Vitia odio habenda, non homines.

Exod. 32. Matth. 10. 34

Psalm. 119. 7.

Amet quos reprehendit prælatus.

Ad Rom. 12. 18.

2. ad Thessal. 3. 14.

*

Tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & quòd prælati subditorum virtutem probare debeant.

SECTIO. IIII.

IN LAVDEM Angeli Ephesini dicitur: *Tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces.* Non satis est Episcopo non posse sustinere apertè malos, sed prætereà debet simulatam nonnullorum sanctitatem tētare, & probare: horum enim malitia, tantò est periculosior, quantò occultior. Itaq, non posse sustinere manifestè malos ad zelum spectat, vt diximus: tentare autem *eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt*, ad cautelam prudentiæ pertinet. Quod verò ad historiam attinet, surrexerunt eo tempore Ephesi pseudoapostoli, quos Ioannes 1. sua Canonica cap. 2. & 4. Antichristos appellat, in quibus erant Ebion, Cherinthus, & Valentinus: quorū vī meminisse Paulus 2. ad Corinth. 11. cùm ait: *Eiusmodi pseudoapostoli operarij subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi.* Hi enim tum doctrinæ, tum sanctitatis simulatiōe sese malitiosè insinuabāt, & Ecclesiæ tum doctrinā, tum sanctitatem furtim sub specioso Apostolorum nomine, destruere moliebantur; hos igī dī Ephesi Episcopus tētasse, & tum doctrina, tum vita mendaces inuenisse.

1. Ioan. 2. & 4.

Ebion, Cherinth⁹, Valētin⁹, pseudoapostoli.

2. ad Cor. 11. 13.

2
Probãdi à prę lato subditi.

Illud hoc loco est obseruandum ad prælati officium pertinere, virtutem suorum probare, vera ne sit an simulata, id quod Dñs conceptis verbis dixit ad Hierem cap. 6. *Probatorem dedi te in populo meo, robustum, & scies, & probabis viam eorum: omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum, vniuersi corrupti sunt: defecit sufflatorium, in igne consumptũ est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorũ non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dñs proiecit illos.* In quem locum aduertendũ est, primò cum Rabbano Mauro, pro eo quod nos habemus *robustum*, esse in Hebræo מבצך Mibtsar, quod nomẽ vel munitum iuxta Aquilam, vel clausum, atq; circundatum iuxta Symmachum, & Septuaginta, instar nimirum vrbis fortissimæ, vt nullas populi pertimescat insidias; vbi imprimis vides Hieremiam appellari *probatorem* populi, quasi alicuius metalli, vtrùm videlicet verum sit, an adulterinum. Deinde significari populi illius malitiam, qui nulla ratiõe purgari potuit: hoc enim indicat illud, *Malitiæ eorum non sunt consumptæ.* In quẽ locum diuus Thom. *Argentum*, inquit, *admisto plumbo in fornace ponitur, & sufflante argentario fæces consumuntur, argentum purgatur, & plumbum minuitur. Isti autem positi in fornace tribulationis, consumptis malis quasi plumbo non sunt correcti, vnde subditur: frustra conflauit conflator.* Pro cuius loci maiori expositione sciendum est, cum metalla sunt adulterata alienæ materiæ permistione, solere eis plumbum misceri, vt in conflatione fæces secernantur: plumbum enim metallum purgat, fæces abeo separans. Vndè pleriq;, in quibus est Hugo Cardinalis allegoricè hunc locum exponentes aiunt, humanitatẽ Christi per plumbum designari, quæ in fornace passionis consumpta est, vt omnes peccatorum fæces à nobis separaret, & tamen iure optimo conqueri potest, quod malitiæ non sunt consumptæ, & quod frustra conflator conflauerit, eo quod pauci purgati fuerint. Qua de re ipse per Esaiam conqueritur cap. 49. *In vacuum laboraui, sine causa consumpsi fortitudinem meam.*

Hierem. 6. 27.

Rabb. Maur.

Varia Hebraici nominis interpretatio.

D. Thom. Iudęorum malitia non consumitur.

Hugo Card.

Humanitas Christi in passione plumbo cõparatur.

Esai. 49. 4.

3
Prelatus subditorũ probator, & conflator.

Sed vt ad institutum reuertamur, illud ex loco Hieremiæ citato exploratum habemus, Episcopum, & prælatum probatorem, & conflatorem appellari subditorum, quia nimirum eos vt metalla in probationis fornace debet tẽtare, num verum sint, probatumq; argentum, an potius adulterinum; etenim interdum accidit, vt qui argentum videbantur, in scoriam toti abeant, sicut isti pseudo apostoli, qui Apostoli videbantur, & non erant, quod etiam reperisse se testatur Dominus in Iudaico populo. Ezechielis 22. *Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti æs & stannum, & ferrum, & plumbum in medium fornacis scoria argenti facti sunt.* De hoc etiam argumento disserit Diuus Gregorius 2. parte. Pastoralis curæ cap. 10. *Nonnulla*, inquit, *prælato sunt subtiliter, & occultè perscrutanda, vt quibusdam signis erumpentibus Rector in subditorum mente, omne quod clausum latet, inueniat. Vndè rectè ad Ezechielem dicitur cap. 8. Fili hominis fode tibi parietem, & ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt: & ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Per Ezechielem*, inquit, *præpositorum ordo significatur: per parietem durities subditorum. Quid ergo est in pariete foramen facere, nisi acutis inquisitionibus duritiem cordis aperire, quasi verò ingreditur, vt abominationes aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus, ita corda subditorum penetrat, vt cuncta ei, quæ illicitè cogitantur, innotescant. In reptilibus cogitationes omnino terrenæ significantur: in animalibus verò iam quidem aliquantulum à terra suspensæ, sed adhuc terrenæ mercedis præmia requirentes: vniuersa verò idola domus Israel depicta erant in pariete, quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, quasi in corde pingitur, quicquid fictis imaginibus quasi deliberando cogitatur.*

Ezech. 22. 18

Populus Iudaicus, scoria.

D. Gregorius.

Ezech. 8. 8.

Subditorum etiam cogitationes innotescant prælato.

✠

De Episcopi Ephesini patientia.

SECTIO V.

COMMENDATur eius patiẽtia, cùm dicitur, *Et patiẽtiã habes*. Primò in persecutionibus propter iustitiã ferendis, vt exponit Rich. de S. Victore. Secundò, in sustinendo labore disputationum contra falsa pseudoapostolorũ dogmata, vt vult Rupertus. Tertiò, vt alij in illis diu expectandis ad pœnitentiã, quę est crebrissima patientiæ in sacris literis acceptio, & huic loco valdę cõsentanea, vt Matth. 18. *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Et ad Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Hoc sensu dicitur Deus in sacris literis patiens, vt Esaiæ 42. *Tacui semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar.* Et Ioelis 2. *Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia.* Et Nahum 1. *Dominus patiens, & magnus fortitudine.* Quo loco *patiens*, est Hebraicè *Erec apaim*, id est, *latus naribus*, Græcè μακρόθυμος, id est, *longanimis*. Chaldaicè, *longè propellens iram*, quibus omnibus verbis significatur diuina patientia. Etenim qui angustis sunt naribus, citius fumos concipiunt ex cordis æstu ascendentes, & cum impetu efflãt, propter meatuum angustias: at verò quo latiora sunt narium foramina, eo plus frigidi aeris concipitur ad refrigerandũ cor, eiusmodiq; homines sunt natura placidiores, atq; adeo patientiores. Hac patientia dicuntur Romani imperium orbis obtinuisse, quemadmodum legimus 1. Machabæorum 8. *Possederunt omnem locum consilio suo, & patientia.* Vbi Græcè quemadmodum iam diximus, pro *patientia* est μακροθυμίᾳ, idest, longanimitate; quod quanuis Glossa interpretetur de tolerantia laborum, qui in bello ferantur, necesse est, possumus tamen per macrothymiam eam longanimitatem intelligere, qua Romani sic ferebant Reges, rebellesque populos, vt eos non statim penitus destruerent, sed ad faciendam vltrò deditionem generosè expectarent. De hac etiam patientia accipi illud potest, quod dicitur Prouerbiorum 14. *Qui patiens est, multa gubernatur sapientia, qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam*: seu, vt habent Septuaginta, *Patiens vir multus in prudentia, at impatiens fortis stultus.* Quo loco pro *patiens*, est Græcè μακρόθυμος, idest, longanimis, pro *impatiens* verò ὀλιγόψυχος, id est, vt ita loquamur, angustanimis. Hebraicè est, *qui breuis est spiritu.* Illud verò quod subiungitur, *exaltat stultitiam suam*, hunc sensum efficit, stultitiam suam manifestam facit, quod enim in sublime tollitur, omnibus fit conspicuum; aut *exaltat stultitiam suã*, id est, magnam ostendit stultitiam. Igitur hoc loco commendatur Episcopus Ephesi, non solum quod patiens laborum fuerit, sed etiam quod longanimis in sustinendis, & expectandis peccatoribus ad pœnitẽtiam, quæ virtus maximè est in quolibet principe, & prælato necessaria, vt patientia sua, & longanimitate subditos eriam feroces & rebelles conetur dissimulando, & expectando emollire, & quodammodo cicurare. Id quod ipsius Dei exemplo, prælatis commendat Diuus Gregorius 2. par. Pastoralis curæ cap. 10. exponens illud Esaiæ 57. *Mentita es, & mei non es recordata: neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns.* In quem locum hæc habet Gregorius. *Dissimulauit ergo culpas, & indicauit, quia & cõtra peccantẽ tacuit, & hoc ipsum tñ quia tacuerit dixit, nonnulla enim vel apertè cognita maturè toleranda sunt, cùm videlicet rerum minimè opportunitas congruit, vt apertè corrigantur: nam sæcla immaturè vulnera deteriùs inferuescunt, sed cum tẽpus subditis ad correptionẽ quæritur sub ipso*

Rich. de S. V.

Rupertus.

Matth. 18. 26. 29.

Ad Rom. 2. 4.

Esai. 42. 14

Ioel. 2. 13

Dei patientia in expectãdis peccatoribus adpœnitentiã.

Nahum 1. 3.

1. Mach. 8. 3.

Patientia imperium orbis obtinuerunt Romani.

Glossa.

Prou. 14. 29.

Commẽdatur Ephesi Episcopus alonganimitate.

D. Gregorius.

Esai. 57. 11.

Subditorum defectus aliqñ maturè tolerãdi.

culparum ponere patientia præsulis exercetur. Vnde bene per Psalmistam dicitur Psalm 128. *Supra dorsum meum fabricauerũt peccatores. In dorso quippe onera sustinemus, supra dorsum igitur suum fabricasse peccatoris conqueritur: ac si apertè dicat, quos corrigere nequeo, quasi super impositum onus porto.*

Psalm. 128. 3.

Commendatur Ephesi Angelus, quod Nicolaitarum facta oderit.

SECTIO VI.

COMMENDATVR postremò episcopus Ephesinus, quod oderit facta Nicolaitarũ, illis verbis: *Sed hoc habes quod odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*: quod vt intelligatur, sciendum est Nicolaum vnum fuisse ex septem illis Diaconis plenis Spiritu sancto, & sapientia, quos Apostoli elegerunt, & consecrarunt, vt pauperum curam haberent, quemadmodum refertur Actorum 6. Hic igitur Nicolaus desciuit ab Ecclesia, & in turpissimas lapsus est hæreses, vt referunt Irenæus lib. 1. aduersus hæreses cap. 27. Tertullianus lib. de Præscriptionibus aduersus hæreticos, D. Hilarius canone 25. in Matthæũ, Epiphanius hæresi 25. & diuus Hieronymus in epistola ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ, *Nicolaum*, inquit, *respice, quem Dominus in Apocalypsi sua damnat sententia, qui tam turpia, & nefanda commentus est, vt Nicolaitarum hæresis ex illa radice nascatur*: cuius mutationis occasionem eam tradit Epiphanius loco citato. Quod videlicet cum ordinatus Diaconus ab vxore, quam pulchram habebat, sese continuisset, postea tamen à concupiscentia superatus ad eam iterum reuertit: propter quod cum reprehenderetur ab Apostolis, turpẽ hæresim excogitauit, necessarium videlicet esse ad salutem libidini operam dare. Alij apud Clemẽtem Alexandrinum lib. 3. Stromatũ aiunt, cum Nicolaus pulchram haberet vxorem, eiq; ab Apostolis fuisset obiecta Zelotypia, in medium adducta muliere permisisse, vt cui vellet nuberet, tunc multos eius factum, ac dictum absolutè interpretantes dixisse, licitum esse impudenter, & effusè fornicari. Quamquam Clemens eo loco innuit Nicolaum culpa vacasse, quod etiam approbat Eusebius Cęsarienſis lib. 3. historiæ Ecclesiasticæ, c. 23. & Theodoretus lib. 3. de fabulis hæreticorum, id quod etiam insinuat D. Ignatius in epistola ad Trallianos, & in epistola ad Philadelphios: imo Nicolaum vt virum probatæ fidei, auctum honore ab Apostolis, Samaritanorumque Episcopum creatum testantur Hippolytus, cuius refertur liber de Septuaginta duob⁹ discipulis, & Dorotheus in Synopsi, vt nimirum, non videatur improbabile Nicolaitarum nomenclaturam, solo speciosо prætextu à Nicolao ortam esse: in quẽ Nicolaitę hęretici originem suam referre conati sint ob aliquã hæreseos notam, quæ propter vxoris Zelotypiam illi per speciem affingi potuerit; quanquam D. Hieronymus loco proximè citato disertè testatur Nicolaum turpia quædam, ac nefanda asseruisse. Verum quicquid sit de Nicolao, illud certum est Nicolaitas hæreticos fuisse insignes. Primum enim negarunt Diuinitatem Christi, quemadmodum auctor est D. Ignatius epist. 9. & Irenæus lib. 3. contra hæreses c. 11. quos videtur notasse Iudas Apostolus cùm ait: *Subintroierunt quidam homines, qui olim præscripti sunt ad hoc iudicium, impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Deinde asseruerunt licitum esse fornicari, vt affirmat D. Ignatius loco citato: addẽs eosdem beatitudinem in voluptate collocasse. Deniq; Irenæus ibidem tradit eos præter fornicandi licentiam, nulla habita distinctione idolothita, vt gentes comedere consueuisse. Cœterum

Act. 6. Nicolai Diaconi lapsus.

Irenęus. Tertullianus.

D. Hilarius. Epiphan. D. Hieronym.

Eiusdẽ lapsus occasio.

Alex. Clem. Euseb. Cęsar.

Theodoret.

D. Ignatius.

Hippolytus.

Dorotheus.

D. Hieronym⁹

Nicolaitæ hęretici insignes

D. Ignatius. Irenæus.

Iudas Apost.

D. Ignatius. D. Irenęus.

Eorundẽ turpis hæresis.

terum Nicolaitæ, vt affirmat Euſebius eodem loco modico tempore durarunt, pertæſiq; falſi Nicolaitarum nominis, pulcherrimo nomine ſe Gnoſticos appellarũt. Tandem more hæreticorum à ſe ipſis diſſidẽtes, nouaq; hæreſum monſtra excogitantes, non tantum Gnoſtici dicebantur, ſed etiã Phibionitæ, Stratiotici, Leuitici, Barbonitæ. Qua de re legendus eſt Epiphanius in ſuo Panario hæreſi 25. D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 5. & ex recentioribus Cæſar Baron. doctus & diligens auctor in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis, anno Chriſti 68. Quod igitur huiuſmodi hæreticos epiſcopus Epheſinus deteſtaretur, cõmendatur hoc loco. Eſt enim epiſcopi proprium cum hęreticis bellum gerere, eosque omnino execrari. Simul etiam indicatur eius caſtitas, cũ Nicolaitarum facta, in quibus præcipua erat turpitudo, execraretur, quæ Deus etiã dicitur odiſſe, eò quòd maximè libidinem deteſtetur.

Nicolaitarum varia nomina.

Epiphan.

D. Auguſt.

Cęſar. Bar.

Epheſini epiſcopi caſtitas.

Quænam ſint illa de quibus Chriſtus cũ Epiſcopo Epheſi expoſtulat, cum dicitur. *Sed habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuã primam reliquiſti.*

SECTIO VII.



1

ÆC eſt ſecunda epiſtolæ pars, quæ reprehenſionem continet illis verbis cõprehenſam. *Sed habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti.* Quanquam *pauca* non habet Græcus contextus, nec legit Arethas, nec verò legendum iam eſt, ſiquidem in editione Vaticana Sixti quinti pontificis maximi iuſſu recognita, atque edita, ea vox expuncta eſt. Quod verò attinet ad literalem ſenſum, plerique exiſtimantes ſermonem hîc eſſe de amiſsione charitatis per lethalẽ culpam, quam tamen nolunt agnoſcere in hoc epiſcopo Epheſino, quem videlicet paulò ante Chriſtus mirificis laudibus extulerat, in quibus illa eſt præcipua, quòd non defeciſſet, aiunt dici hoc loco reliquiſſe *charitatem*, non in ſua ipſius perſona, ſed in ſubditis, ijsque non omnibus, ſed plurimis, quam expoſitionem tuentur Beda, Primaſius, Ambroſius Ansbertus. Cæterum extorta plane eſt, & à contextu literæ non mediocriter abhorrens cum eodem tenore, & orationis nexu laudes, & reprehenſio epiſcopi contineantur, vt vel neutrum, vel vtrunque ad eandem Epheſini Angeli perſonam referendum ſit. Præterea illud, quod in comminatione ſubiungitur, *ſin minus venio tibi citò, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo*, planè indicat cum ipſa epiſcopi perſona ſermonem eſſe, quippe quem, niſi pœnitentiam agat, epiſcopatu amouendum Chriſtus enunciat. Igitur ad perſonam epiſcopi hæc omnia referenda ſunt, tunc verò pro certo ſtatuendum eſt, hunc epiſcopum non amiſiſſe charitatem, ſed de charitatis feruore non nihil remiſiſſe, quod vel ex ipſo contextu videtur perſpicuũ: nec enim dicitur, *quod charitatem reliquerit*, ſed *quod charitatem primam*, & paulò inferiùs prima opera iubetur facere; ex quo argumentatur Richardus de ſancto Victore, hunc epiſcopum in gratia quidem accepta perſtitiſſe, ſed nimis ſecurè vixiſſe, quædamque oſcitanter egiſſe; itaque à culmine perfectionis ad inferiorem virtutis gradum per incuriam delapſum fuiſſe. Eiuſdemque ſententiæ ſunt Arethas, Ioachimus, Lyranus, Pannonius, Hugo Cardinalis, & Dionyſius Carthuſianus: nec verò aliud videtur ſentiẽdum de epiſcopo honoris diuini zelo inflammato, laborisque, & perſecutionũ, in quibus non defeciſſe prædicatur, patientiſsimo, præcipuè verò ſi is Timotheus fuit Pauli diſcipulus,

Beda, Primaſ. Ambr. Ansb. Prima ſententia, quę reijcitur.

Remiſit de charitate Epiſcopus Epheſi, non amiſit.

Richard. Vict.

Arethas.

Ioachim. Lyran. Pannon. Hugo Card. Dion. Carth.

eique

eique chariſsimus, quod non eſſe improbabile ſuperiùs indicauimus.

2

Quę nam fuerit negligẽtia, cuius arguitur epiſcopus. Richardus. Hugo.

Iam illud quæres, quęnam fuerit ea negligentia, cuius arguitur. Richardus generatim loquitur, Hugo Cardinalis exiſtimat in eo poſitam fuiſſe, quod videns parum ſe ſuis concionibus proficere propter perditorum hominũ peruicaciam, concionandi curam ex parte abiecisſet. Denique Arethas in eo peccaſſe arbitratur, quod eleemoſynas minuiſſet, & parum iam cum pauperibus, & indigentibus de ſuis facultatibus inſumeret: itaque cum anteà hic epiſcopus per eleemoſynam efflоruiſſet, iam tunc relicto eleemoſynarum faciendarum ſtudio, quodãmodo aruerat: florem enim appellari eleemoſynam, oſtendit ad literam locus ille ad Philipp. 4. vbi Paulus de Philippenſium eleemoſynis agens, *Gauiſus ſum*, inquit, *in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reflоruiſtis pro me ſentire, ſicut ſentiebatis, occupati autem eratis, non quaſi propter penuriam dico, ego enim didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe, ſcio & humiliari ſcio & abundare vbique, & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati, omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Ex quibus verbis, manifeſtè colligitur illud, *reflоruiſtis*, ad eleemoſynam eſſe referendum: vnde Hieronymus in cõment. ſic locum explanat, *Iterum florem boni operis recepiſtis, qui mei immemores, occupatione, non voluntate a facti fueratis effecti*. Et D. Ambroſius, *Horum*, inquit, *alacritatem propenſiorem factam oñdit, quia in quo negligentiores facti fuerant, adhibita ſolertia opus priſtinum iterarunt, memores facti Apoſtoli ſui, vt fructus ſuos ad eum mitterent, condendos in horreo cæleſti*: ad hunc igitur modũ vult Arethas hunc epiſcopũ, depoſito eleemoſynarũ ſtudio quodãmodo aruiſſe.

Eleemoſyna flos.

Philip. 4. 10.

D. Hieron.

D. Ambroſ.

Areth.

Res eſt eiuſmodi, vt certo definiri non poſsit, quamquam vtriuſque negligentiæ accuſari meritò potuerit. Nam quod attinet ad cõcionandi laborem, præcipuum id eſſe epiſcoporum munus declarat Tridentina Synodus ſeſsione 5. cap. 2. Vbi etiam decernit omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, reliquosq; prælatos Eccleſiarum teneri per ſe ipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad Euangelium prædicandum. Quod miniſterium quam ſublime ſit, Deoq; acceptum, explicauit Paulus ad Romanos 15. cum dixit, *Propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti IESV in gentibus ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in ſpiritu ſancto*. Pro, *ſanctificans*, habetur Græcè ἱερουργοῦντα, ideſt fungentem adminiſtratione ſacrorum: pro quo diuus Auguſt. libello, in quo nonnulla explicat in epiſt. ad Rom. legit *conſecrans*. Significat verò Paulus prædicationem Euangelij eſſe quaſi victimam Deo gratiſsimam, quam concionator tanquã antiſtes ſacrorum Deo litat: aut potius ipſam conuerſionem, quæ per prædicationem fit, eſſe hoſtiam Deo maximè acceptam, quam illi prædicator ſacrificat, vnde ſequitur, *vt fiat oblatio gentiũ accepta, & ſanctificata*. Quid verò ſublimius ac præſtantius, imo & Deo ipſi gratius, quam per Euangelij prędicationem, animasque ad fidem, ſiue ad gratiã conuerſas, illi quodammodo tanquam victimã ſacrificare? Nec verò quod pauci, aut nulli conuertantur, partem hanc deſerere epiſcopus debet, quemadmodum deſeruit Epheſi Angelus, vt interpretatus eſt Hugo, ſicut rectè argumentatur D. Chryſoſtomus concione 1. de Lazaro, ac Diuite. Primò, exemplo fontium; *Aquarum enim*, inquit, *venæ, etiamſi nullus veniat aquatum, manant tamen, & fontes, quauis hauriat nemo, ſcatebras emittunt*. Secundò, ex eo quod Hieremiæ accidit cap. 20. Nam cum deſiſtere cogitaret à vaticinijs inculcandis, eò quod ab omnibus rideretur, tamẽ ad prædicandi munus iterum Deo impellente reuertit, quemadmodum ipſe teſtatur illis verbis, *Factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me; quia iamolim loquor, vociferans iniquitatem, & vaſtitatem clamito, & dixi non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illi⁹* (ideſt Dei,)

Tenentur prælati per ſe ipſos Euangelio prędicare.

Rom. 15. 15.

D. Auguſtin⁹.

Euangelij prędicatio victima Deo gratiſsima.

Non deserenda Euangelij prędicatio, licet pauci conuertantur. Hugo. D. Chryſoſt.

Hierem. 20. 7.

Ad prędicanmunus reuertit Hieremias.

3

Trident. Syn.

Deinde

Deinde subiungit, *& factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq; in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens*, quibus postremis verbis significatur eum ad prædicandum fuisse rursus à Deo cõpulsum, vt eo loco exponit D. Thomas. Tertiò, exẽplo Christi, qui cum certò sciret Iudam pròditorem haud quaquam conuertendum, nunquam eius admonendi culpam neglexit.

D. Thomas.

Quartò, quia etsi nullus conuertatur, boni tamen redduntur meliores. Denique, quia etsi malus ea vice non cõuertatur, poterit tamen postea fortasse conuerti. Quare meritò Paulus 2. ad Timoth. 4. Timotheum ad concionandi munus assiduè exercendũ adhortatur. *Prædica verbum, insta opportunè, importunè*, (id est assiduè) *argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina: erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros prurientes auribus &c.* vbi obiter aduerte illud *prurientes auribus*, non esse iungendum cum *magistros*, sed ita vertendum contextum, ipsi *prurientes auribus coacernabunt sibi magistros* cõuenientes, qui sibi aures prurientes titillent, & scalpant voluptatis, & adulationis lenocinijs: qui sensus patet ex Græco contextu: legimus enim, ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. id est *coacernabunt magistros, ipsi prurientes auribus.*

2. Tim. 4. 3. Timotheũ ad assiduè prædicandum, adhortatur Paulus.

4

Quod verò attinet ad pauperum curam, vsque adeo ea est episcopi propria, vt vel propter leuissimam in eo genere oscitantiam, meritò Ephesi Angelus acerrimè increpari debuerit, qua de re legendus est Syluester Papa primus in Concilio Romano, Canone 4. Gelasius 1. apud Gratianũ 12. quæst. 2. cap. Quatuor concil. Carthag. 4. Canone 15. & 17. & Arelatense, Canone 6. vnde Paulus 1. ad Timotheum 3. & ad Titum 1. docet Episcopum debere esse hospitalem: in cuius rei figuram dicitur 3. Regum 6. Ostia Sancti Sanctorum fuisse delignis oliuarum. Etenim Sancti Sanctorum ostia sunt prælati, per quos tanquam per ostia in cælum ingredimur, quæ debent esse ex lignis oliuarum, id est, ostia misericordiæ, & compassionis, quæ per oliuam designantur, id quod etiam mystice fuit expressum in duobus illis Cherubim, quos Rex Salomõ in templo collocauit, qui etiam erant delignis oliuarum auro tecti, vt habetur 2. Paralipomenon 3. cũ illi alij Cherubim, quos Moyses ex mandato Domini efformauit, ex auro solido fuerint. Exod. 25. Vsque adeò verò prælatus studiosus esse debet eleemosynas largiendi, vt eo ipso quod eius famuli per vrbem discurrunt, si nesciatur, quid quærant, continuò existimari possit, ad eleemosynas pauperibus distribuendas missos esse: quod subtiliter in Christo annotauit Cyrillus Alexandrinus libro nono in Ioannẽ capite 18. expendens illud Ioann. 13. *Quod facis, fac citius, quidam autem putabãt, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festũ, aut egenis, vt aliquid daret*: ex quibus verbis probat Cyrill. Christum hũisse consuetudinem præcipiendi Iudæ, vt eleemosynam pauperibus tribueret: *Quoniã*, inquit, *non intellexerunt verba eius, ad res solitas deferũtur, & quæ facere cõsueuerat, hæc modo iubere, vt fiant, arbitrati sunt.*

Pauperum cura quàm sit Episcopi propria.

Sylvest. Papa.

Gelasius. 1.

Conc. Carth. Conc. Arela.

1. Tim. 3. Tit. 1.

3. Reg. 6.

Prælati debent esse ostia misericordiæ, & cõpassionis.

2. Paral. 3.

Exod. 25.

Cyrillus Alexandr.

Ioann. 13. 29.

Iudę, vt eleemosynam pauperibus tribueret, præcipiebat Christus.

5

Siue igitur Angeli Ephesini oscitantia altera harum fuerit, siue quælibet alia, quæ certò statui non potest, illud hoc loco vniuersè obseruandũ est, Deum ægerrime ferre quamlibet in virtutum progressu incuriam, charitatisque remissionem in ijs præsertim, quorum est ad perfectionis apicem aspirare, siquidem tam acerbè in episcopum Ephesi inuehitur, quòd non nihil de primæ charitatis ardore remisisset: idcirco mystica illa Ezechielis animalia, vt annotauit hoc loco Ioachimus, non reuertebantur, cùm incederent, sed vnumquodq; coram facie sua gradiebatur. Exechielis 1. Et Paulus ad Philippenses 3. *Fratres*, inquit, *ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens me*

Incuriã in virtutum progressu egerrime fert Deus.

Ioachimus.

Ezech. 1. Philip. 3. 13.

ipsum, quotquot perfecti sumus, hoc sentiamus, vbi illis verbis, *quæ retro sunt, obliuiscens,* Sumitur similitudo à cursoribus, qui dũ currunt, nõ respectant nec aduertunt quantũ iam spatij transegerint, sed quantum ad huc superstit. Hunc locum expendens D. Augustinus sermone 15. de verbis Apostoli. *Dixerat,* inquit, *non sum perfectus. Et postea dixit, quotquot perfecti sumus, idest perfecti, & non perfecti, perfecti viatores, nondum perfecti possessores; semper tibi displiceas quod es, si vis peruenire ad id, quod nondum es, nam vbi tibi placuisti, ibi remansisti; si autem dixeris sufficit, & periisti, obliuiscere præterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas, vbi respexeris, propterea enim Christus dixit Lucæ 17. Mementote vxoris Loth.* In cuius rei figuram in illa scala Iacob nullus Angelus quiescens apparuit, sed omnes vel ascendentes, vel descendentes; quia in virtute aut ascenditur, aut descenditur. Vbi enim quis gradum fixit, eo ipso iam descendit: quæ scalæ obseruatio est D. Bernardi epist. 91. ad Abbates Suessione cõgregatos his verbis. *Solus Deus melior idcirco se ipso esse non vult, quia non valet; vidit Iacob in scala Angelos ascendentes, & descendentes, Geneſis 28. nunquid stantem quempiam, siue sedentẽ non est stare omnino in pendulo fragilis scalæ, neque in incerto huius mortalis vitæ quidquã in eodem statu permanet, aut ascendas necesse est, aut descendas, si attentas stare, ruas necesse est, minimè pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi etiã desinis esse bonus.* In hanc sententiam D. Gregorius lib. 1. suę expositionis in primum librum Regum c. 2. affert illud Psalmi 83. *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* Quò etiam pertinet illud Prouerbiorum 4. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Denique ob eam causam dicitur de Ecclesia Canticorum 6. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens.*

D. Augus.

Aspirandũ ad perfectionis apicem.

Luc. 17. 32.

D. Bernard.

Genes. 28.

Haud bon⁹ est qui melior esse negligit.

D. Gregorius.

1. Reg. 2. Psalm. 83. 8.

Prouer. 4. 18.

Cant. 6. 9.

6

Secundò, notandum est verbum illud. *Reliquisti*: nec enim dictum est relictus es à charitate, sed tu charitatem reliquisti, quia videlicet nos sumus, qui Deum primi relinquimus, eodemq; sensu dixit Paulus ad Hebræos 12. *Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei.* Vbi cernis non dici ab Apostolo, *Ne gratia Dei alicui desit,* sed *ne quis desit gratiæ*: Deus enim neminem deserit, nisi qui eum prius deseruerit, id quod probat D. Augustinus sermone 54. de verbis Domini, ex illis verbis Zachariæ 1. *Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Auersus,* inquit, *est Deus, quia tu te auertisti, tu ab illo feciſti casum, non ipse à te fecit occasum: ergo audi dicentem, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, fugientis dorsa persequitur, qui faciem redeuntis illuminat.* Inde est quod sæpe per Prophetas conqueritur, quod peccatores ipsũ dereliquerint, veluti Hierem. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*

Hebr. 12. 15. Deserit Deus neminem, nisi qui prius eum deserit.

D. Augus.

Zach. 1. 3.

Hiere. 2. 13.

7

Postremò est aduertendum, priusquam reprehenderetur episcopus Ephesi, factam fuisse mentionem laborum, quos pertulit; quia in ipsis laboribus hic eius defectus apparuit, in ijs enim planè cognoscitur, & probatur cuiusque ardor. Vndè Iob 33. dicitur. *Tabescet caro illius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur;* quem locum sic exponit D. Gregorius libro 23. Moralium capite 18. *Cum flagellis prementibus omnis exterior voluptas atteritur, internæ fortitudinis ossa nudantur, nemo quippe quantum profecerit, nisi inter aduersa cognoscit. Vndè Psalm. 41 scriptum est. In die mandauit Dominus misericordiam suam; & nocte declarauit, quia videlicet vnusquisque superni doni gratiam in tranquilitate quietis percipit; sed quantum perceperit in aduersitate perturbationis, ostendit.* Tabescat ergo caro, vt nudentur ossa, feriamur paternis perturbationib⁹, vt quantum proficimus agnoscamus.

Iob. 33. 21. Probant virtutem labores.

D. Gregor.

Psalm. 41. 9.

Admonetur episcopus Ephesi. *Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.*

(*)

SECTIO VIII.

1



ERTIA epistolæ pars, quæ tota est parænetica, verbis illis comprehenditur, *Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.*

Rupertus. Sup. Ecclesiæ prælatos non præcipitanda sententia.

Prima obseruatio est Ruperti colligentis ex hoc non debere nos præcipitare sententiam super Ecclesiarum Angelos, ideſt, Episcopos, & quoscunque gradus ecclesiasticos. Non enim dixit, *Quia charitatem tuã primam reliquisti, idcirco venio, & mouebo candelabrum tuum de loco suo*, sed magnum interuallum voci suæ, magnumq; frænum posuit currenti sententiæ dicendo, *Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac*, tunc demum subiungit, *sin autem, &c.* ideſt si præter quàm quòd charitatem tuam primam reliquisti, insuper & cõtemptum apposueris, *tunc verò mouebo candelabrum tuum de loco suo.*

2

Secunda obseruatio est circa illud verbum, *vndè*, cùm dicitur *Memor esto vnde excideris*, quasi enim ex altissimo quodam fastigio excidisse Episcopum Ephesi eo verbo significatur; similem vim agnoscit diuus Ambrosius libro de paradiso cap. 14. in illis verbis Domini ad Adam, *vbi es?* D. Ambrosius. *ideſt, non in quo, sed in quibus es? non ergo interrogatio est, sed increpatio; de quibus, inquit, bonis? de qua beatitudine? de qua gratia, in quam miseriam recidisti?* hæc ille. Primum igitur si huius Angeli, vt vult Hugo, ea fuit incuria, vt à concionandi munere, atque adeo ab scripturæ sacræ studio supersedisset, rectè vndè excideret in memoriam reuocasse præcipitur, quasi è supremo doctrinarum omnium, ipsiusque diuinæ scientiæ, hoc est, Theologiæ vertice decidisset; vere enim diuinarum literarum cognitio vniuersæ contemplationis fastigium est non doctrinæ modò præstantia, sed rerum etiam ipsarum altitudine quamlibet vel perspicacissimam intelligendi aciem longe superans ita, vt quemadmodum diuus Augustinus docet super Genesim ad literam, altitudine superbos irrideat, & profunditate attentos terreat. Imo ipse Augustinus, quem ingeniorum Phœnicem meliori iure Africa, quàm Mirandulanum Principem Italia, dicere potuit, imparem se scripturarum altitudini agnoscens sic scribit ad Volusianum epistola secunda. *Tanta est Christianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem summo studio, meliori ingenio conarer addiscere: in quibus latet altitudo sapientiæ, vt hoc in illis contingat, quod eadem scriptura habet Ecclesiastici 18. Cum consummauerit homo, tunc incipiet*, & lib. 12. confess. cap. 14. *Mira*, inquit, *profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis, sed mira profunditas Deus meus, horror est intendere in eã:* & Ambrosius epistol. 44. ad Constantinum *Mare*, inquit, *est scriptura diuina, & habens in se sensus profundos, altitudinem propheticorum ænigmatum.* Idcirco sponsus cum scripturarum cognitione alicuius mentem imbuit, non tantùm in excelsis montibus versari, sed ipsa etiam inaccessa cæteris scientijs mõtium cacumina transilire dicitur. Hoc enim sensu Origenes homilia tertia super Cantica exponit illud Canticorum secundo. *Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: Vnaquæque*, inquit, *anima si quando eam legis, ac Prophetarum vel ænigmata, vel obscura quæque dicta concludunt, si forte adesse sponsum sentiat, & eminus sonitum vocis eius accipiat, sublenatur statim, & vbi magis ac magis propinquare sensibus eius cœperit, & illuminare; quæ obscura sunt, tunc cùm videt salientem supra montes, & colles altæ scilicet, & excelsæ intelligentiæ sensus sibi suggerentem ita, vt merito dicat. Ecce hic venit saliens in montibus, transiliens colles.*

D. Augustinus.

Augustinus ingeniorum Phœnix.

Eccles. 18. 6.

D. Ambr.

Origenes.

Cant. 2. 8.

Diuinarum literarum altitudo.

3

Gregor. Nazianzenus.

Homo misericors alter Deus ex Nazian.

Iob 29.31.

Excidere à perfectione, quanta iactura.

D. Bernardus.

Egredi à Domino quã sit formidandũ.

Deinde si peccauit in pauperũ cura negligenda, rectè etiã ex sũmo quodã fastigio delapsus corruisse dicitur propter misericordiæ in pauperes præstantiam, & altitudinẽ, de qua legendus est Gregorius Nazianzenus oratione de pauperũ amore, vbi inter alia docet misericordem hominẽ esse veluti alterum Deum, *Fac*, inquit, *calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando: nihil enim tam diuinum homo habet, quàm de alijs bene mereri*, & inferius, *Tibi*, inquit, *pauper relictus est, vt Deo. His enim verbis pudore te fortaße permouebo*. Deniq; satis fuit de culmine perfectionis, quacunque demum de causa id acciderit, ad inferiorem fuisse gradũ delapsum, charitatisque ardorem remisisse, vt vndè exciderit, meminisse cũ magno animi sẽsu debuerit; sic enim pristinum charitatis feruorem veluti amissum suspirabat Iob cap. 29. cũ dicebat, *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris*. Huius iacturæ magnitudinem expendit D. Bernardus sermone 35. super Cantica, in illa verba sponsi ad sponsam, *Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. Dura*, inquit, *& aspera increpatio, quod dixit, egredere, hoc quippe verbum serui audire solent à valde irascentibus, & indignantibus dominis; hoc ergo aspero verbo vtitur sponsus contra dilectam, sub conditione tamen, si se ipsam ignorauerit, nihil quippe validius, efficaciusue ad terrendum potuit in eam intendere, quàm vt egredi minaretur; quod & tu aduertere potes, si bene attendas, vndè, quò egredi inbeatur; vndè enim quò putas, nisi de Spiritu ad carnem, de bonis animi ad secularia desiderij, de interna requie mentis ad mundi strepitum? quæ enim anima semel à Domino didicit, & cœpit intrare ad se ipsam, & in intimis suis Dei præsentiam suspirare, & quærere faciem eius semper, nescio an, vel ipsam gehennã ad tẽpus experiri horribili?, pœnaliusue ducat, quàm post Spiritualis studij huius gustatã semel suauitatem exire denuo ad illecebras, vel potiùs ad molestias carnis*. Vndè Regius vates dicebat Ps. 72. *Mihi autẽ adhærere Deo bonum est. Terribilis igitur, & nimis formidãda cõminatio, egredere, & pasce hædos tuos, quòd est indignã te noueris illa tua familiari, & suaui cælestium rerũ contemplatione: hædos quippe dicit vagos, & petulantes corporis sensus*. Præterea idem innuit verbum illud, *Memor*, tantum enim malum est à gustata priùs cælesti dulcedine, charitatisq; feruore excidere, atque ita à diuina præsentia egredi, atque hædos pascere, vt satis sit præsidij ad recuperandum pristinum statum eam iacturam in memoriam reuocare.

Psal. 72.28.

4

Vndè quò excidat, qui charitatẽ amittit.

Psalm. 129.1.

D. Gregorius.

Augustinus.

Ioan. 1.3.

Denique multò adhuc maiorem vim habet illud, *vndè*, si hoc loco per *primam charitatem*, non charitatis feruorem, sed charitatem ipsam absolute intelligamus, quàm Episcopo Ephesi vel in se, vel in plerisque suorum amiserit, vt rectè meminisse iubeatur *vnde* quo exciderit, hoc est, à summo gratiæ fastigio ad profundissimam peccati foueam: ex ea enim auxilium diuinum implorabat Regius vates, cùm post peccatum suum clamabat Psalmo 129. *De profundis clamaui ad te Domine*: quibus verbis ostendit se in profundissimam quandam foueam per peccatum decidisse: sic enim eum locum exponit diuus Gregorius in explanatione sua supra septem psalmos pœnitentiales, *Attendat*, inquit, *vnusquisque in quo profundo iaceat, & quàm longè à Deo perueršè agens effectus sit, clamet ad eum totis viribus, qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubim, donec de profundi tenebris erutus superno illustretur lumine, & claritate perfruatur cognitionis diuinæ*. Itaque illud, *vndè*, summam distantiam à Deo per peccatum indicat, quæ tanta est, vt maior excogitari non possit, sed vtcumque explicari potest per eam, quæ est ab esse ad non esse, ab ente ad nihilum, hoc enim sensu accipit D. Augustin. libro Soliloquiorũ cap. 5. tom. 9. illud Ioãnis 1. *sine ipso factũ est nihil. Ad nihilũ*, inquit, *deduxerunt me iniqui-*

tates meæ; quia tu es verbum, & ego non eram tecum, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, & ideo sine te factus sum nihil, quia est nihil, quòd ad nihilum ducit; malum itaque nihil est, quia sine verbo factum est. Idem docet libro 14. de Ciuitate Dei cap. 13. *Non sic*, inquit, *defecit homo, vt omnino nihil esset, sed vt inclinatus ad se ipsum minùs esset, quàm erat, relicto itaque Deo esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare.* Eadem doctrina est Origenis homilia 5. in Psalmum 36. in illa verba. *Vidi impium superexaltatum, & elevatum: & transiui, & ecce non erat*, vbi docet peccatorem non computari esse, probatque ex libro Esther cap. 14. cum dicitur, *Non tradas Domine sceptrum tuum ijs, qui non sunt*, ideſt peccatoribus. Concinit diuus Ambrosius in Psalmo 43. eodem sensu intelligens verba illa eiusdem Psalm *Vendidisti populum tuum sine pretio*, seu vt Aquila transtulit. *Tradidisti populum tuum, vt non esset.* Et Symmachus, *Tradidisti populũ tuum sine substãtia: Non sunt*, inquit, *qui repudiantur à Christo.* Vnde sequitur. *Non est illis commutatio, quare? quia non timuerunt Deum.* Eundem sensum habet illud 1. ad Corinthios 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum.* Eodemque spectat illud Amos 6. *Qui lætamini in nihilo*, ideſt, in peccatis.

Origenes. Psalm. 36. 35. Peccator non cõputatur esse, ex Orig.

Esther 14. 11.

D. Ambr.

Psalm. 43. 13. Aquila.

Symmachus.

1. Cor. 13. 1.

Amos 6. 13

De minis, quæ in Episcopũ Ephesi iactantur. *Sin autem veniõ tibi citò, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.*

SECTIO IX.

QVARTA Epistolæ pars cõminationem continet illis verbis. *Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrũ tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris*, sensus literalis est, *Mouebo candelabrum tuum*, ideſt, Ecclesiam tuam *de loco suo*, ideſt de manu tua, & in alterius manu collocabo, hoc est, priuabo te Episcopatu, alterumq; præsulem, qui numeri suo satisfaciat, in tui locum substituã, *nisi pœnitentiam egeris*; nec enim dictum est, destruam, vel extinguam cãdelabrũ, sed *mouebo*, videlicet de manu tua in manum alterius. Sic exponunt Richardus de S. Vict. Rupertus, & Hugo Cardin. alij aliter, sed non ad rem.

Ecclesia candelabrum.

Richard. de S. Victore. Rupertus. Hugo Card.

2

Primò obseruandum est, Deum solere comminari, ne cogatur punire: quę obseruatio est D. Ambrosij libro de Noë & Arca cap. 27. expendentis illum arcum cælestem, quem Deus in signum fœderis in cælo collocauit. *Arcũ*, inquit, *meũ ponam in nubibus.* Gen. 9. *Non sagittam*, inquit Ambrosius, *arcus enim instrumentum iaculandi sagittis est: itaque non ipse arcus vulnerat, sed sagitta, & ideo Dominus in nube arcum magis quàm sagittam ponit: ideſt, non illud quod vulneret, sed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non soleat.* Hinc est illud Psalm. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* In quẽ locum D. Augustinus, *per tribulationes*, inquit, *temporales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni; arcus est extentus, adhuc in cõminatione est, & videte quid sit in arca, nonne sagitta in priora mittenda est, neruus autẽ retro extenditur in contrarium? & quanto plus erit eius extensio retrorsum, tanto maiore impetu illa currit in priora? quid est, quod dixi? quanto magis differtur iudicium, tanto maiore impetu venturum est:* quæ etiam expositio est diui Gregorij libro 19. Moralium capite 28. vbi in eundem sensum affert illud Psalmi 7. *Arcum tetendit, & parauit illum. Arcum suum*, inquit, *Dominus tetendit, quia cunctis peccatoribus per scripturã sacram minas exhibuit.* Propterea autem Deus priùs minatur, quàm puniat, quia inuitus ad punitionẽ venit, id quòd ex eo est perspicuũ, quia virgã, qua percutit, solet per indignationẽ cõterere, sicut pater virgam, qua filiũ flagellauit, solet in ignem proijcere, vt ostendat se inuitũ filium verberasse, imò iam se verberum pœnitere: hoc verò habes

Minatur Deus, ne puniat. D. Ambr.

Genes. 9. 13.

Psalm. 59. 7.

D. Augustin.

Grauitate cõpensatur iudicij tarditas.

D. Gregor.

Psalm. 7. 13.

Paternus Dei animus in puniendo.

Oseę 10. 18. expressum Oseæ 20. vbi Dominus post illatum supplicium sic loquitur. *Arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.* & luculentius adhuc Esaię 10. Esai. 10. 5. *Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, vt diripiat prædam.* Et paulò post eam virgam se fracturum esse pollicetur. *Et erit,* inquit, *cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assyriorum, & super gloriam altitudinis oculorum eius.* Et Ezechielis 21. de Rege Babylonis cõtra Sedechiam dicitur: Ezech. 21. 28. *Mucro, mucrò euagina te ad occidendum, lima te, vt interficias, & fulgeas:* at postquam Deus Rege Assyriorum pro mucrone vsus est, subiungit, *Reuertere ad vaginam tuam, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationẽ meam, in igne furoris mei sufflabo te, ignis eris cibus.* Præterea Exodi 32. sic legimus. *Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.* vbi Hebręi pro *placatus* transferunt *pœnituit*: verbum enim Hebraicum נחם *Nacham*, quod ibi legitur, significat & consolari, & pœnitere. Denique Iudicum 10. postquam filij Israel ad Dominũ conuersi idola proiecerunt, subiungitur, *Doluit Dominus super miseriis eorum.* Exod. 32. 14. Iud. 10. 16.

3

Secundò. Notandus est modus ille loquendi, *Venio tibi*, qui hoc loco vindictam, & punitionem significat. Sed vt res meliùs intelligatur, sciendum est eum loquendi modum in sacris literis & in bonam, & in malam partem sæpe accipi. Etenim in bonam partem accipitur Zachariæ 9. cum dicitur. *Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator.* Et Oseæ 6. *Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ.* In malam verò hoc loco, vbi ad puniendũ venire dicitur Angelo Ephesi. Verùm illud est aduertendum, cũ punitio diuina cedat in bonum nostrum, propterea cùm Deus venit ad puniendum, dici venire nobis, ideſt, in nostram vtilitatem; atque adeò in bonam etiam partẽ nos debere accipere, quòd hîc ab illo puniamur: enim verò quòd punire Dei in hac vita misericordiæ sit, iam supra ostendimus, & confirmari adhuc ampliùs potest ex Psalm. 94. relato à Paulo Hebr. 3. cùm dicitur, *Propter quod infensus fui generationi huic* (sic enim est in Hebræo, & in vulgata editione) pro quo alia litera habet: *Propter quod proximus fui generationi huic*, quem admodũ legit Breuiarium Romanum, & noua translatio Septuaginta nuper correcta iussu Sixti quinti Pontificis maximi, vbi legimus προσώχθισα per iota, ideſt, *proximus fui*, non autem προσωώχθισα per ita, ideſt, *infensus fui*, prioreḿq; lectionem secutus est D. Augustinus, ex cuius lectionis varietate intelligimus Deum tunc esse nobis proximum, & propitium, cùm est infensus, quemadmodum exponit D. Thomas in cap. 3. epistolæ ad Hebr. & dupliciter interpretatur; vno modo, vt sit sensus, *proximus fui* puniendo, nam cum Deus peccata dissimulat, videtur longe abesse: altero sic, *proximus fui* per misericordiam, quia nimirum, hoc ipso quod eos puniebat pœna temporali, maximum misericordiæ signum dedit. Itaque Deum infensum esse in hac vita est proximum esse, ac misericordem. Eodem sensu D. Hieronymus in commentarijs super Ezechielem accipit illud capitis 7. *Non parcet oculus meus, neque miserebor: quasi*, inquit, *clementissimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carriosa vulnera adurere cauterio, non parcit, vt parcat, non miseretur, vt magis misereatur,* Iuxta illud Amos 3. *Quoniam vos cognoui de vniuersis finibus terræ, idcirco vlciscar super vos omnia peccata vestra.* Denique illud Geneſis 6. *Dixitque Deus, non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*, enarrans D. Hieronymus in traditionibus Hebraicis, *In Hebræo*, inquit, *scriptum est, non iudicabit spiritus meus homine istos in sempiternum, quia caro*

Pſal. 94. 10.

Breuiariũ Romanum.

D. Augustin⁹.

D. Thomas. Hebr. 3.

Miſericordię Dei eſt, quod hîc peccata vindicet.

D. Hieron.

Ezech. 7. 4.

Zach. 9. 9.

Oseę 6. 4.

Amos. 3. 2.

Geneſ. 6. 3.

D. Hieron.

Nobis, ideſt, in bonum noſtrũ venit Deus, etiſi cum adpuniendũ in hac vita venit.

sunt: ideſt non ad æternos eos ſeruabo cruciatus, ſed hîc eis rependam quod merentur, quia fragilis naturæ ſunt. Ergo, inquit Hieronymus, *non ſeueritatem, vt in noſtris codicibus legitur, ſed clementiam Dei ſonat, dũ peccator hic pro ſcelere viſitatur.* Aduertendũ tamen eſt ex D. Gregorio libro 9. Moralium cap. 33. Deum duobus modis hominẽ in hac vita punire; aut enim per mala præſentia irrogare iam tormenta ſequentia incipit, aut tormenta ſequentia flagellis præſentibus extinguit; niſi enim delictis exigentibus iuſtus iudex, & nunc, & poſtmodum quoſdam percuteret, de iniquis pſalmiſta non diceret Pſalmo. 108. *Operiantur ſicut diploide, confuſione ſua Diploidem* quippe duplum veſtimentum dicimus, *confuſione* ergo *ſicut diploide* induti ſunt, qui iuxta reatus ſui meritum, & temporali, & æterna animaduerſione feriuntur. Etenim ſolos illos pœna à ſupplicio liberat, quos immutat. Rurſus ſi nequàquam quoſdam pœna præſens à ſupplicio æterno deſenderet, Paulus minimè dixiſſet 1. ad Corinthios 11. *Cum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.*

D. Gregorius.

Alijs præſens punitio eſt futurę initium, alijs remediũ.

Pſal. 108. 29.

1. ad Cor. 11. 32.

4

Tertio. Notandum eſt. Græcè eſſe, *venio tibi ταχυ*, ideſt, citò, quòd vltimum verbum non habet vulgatus, id quod mirum prima facie videri poterit, cum Deus tarde, & lente ſoleat ad puniendum venire: propterea enim illa Ezechielis animalia de quibus agitur cap. 1. pedem bouis, quod eſt tardiſsimum animal, habere dicuntur, vt nimirum ſignificarent Deum ad quatuor Monarchiarum, quæ per ea animalia oſtendebantur, conuerſionem, & ſupplicia, tardiſsimè deſcendere: ſed omnia mirificè concinunt. Etenim eandem ob cauſam Chriſtus hoc loco dicit ſe vẽturum citò, quia quanuis ad ſupplicium inferendum multùm tardet, ſemper tamen, quæ eius eſt clementia, citò ſe venire exiſtimat, & ad puniendum properare; itaque etſi vere tardat, ſi noſtra demerita ſpectentur, nihiloninus ſi naturæ eius, ac miſericordiæ habeatur ratio, quàm citiſsimè venire cenſeri poteſt: vndè ipſemet conqueritur, quòd vel longiſsima tempora expectationi peccatorum præſcripta velociter decurrant Deuteronomij 32. *Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore; iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora.* Et Ezechielis 22. ſic cum Hieruſalem expoſtulat *Appropinquare feciſti dies tuos, & adauxiſti tempus annorũ tuorum*, ideſt, vt interpretatur Hieronymus, *Appropinquare feciſti tempus, quòd tibi differebatur, vt ageres pœnitentiam.* Cæterum quò ille magis tardat, eò magis timendus eſt, interim enim colligit in vnum omnia improborum hominum ſcelera, vt poſtea in vniuerſa acriùs animaduertat, quemadmodum eleganter ſignificauit Oſeas cap. 13. *Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditum peccatum eius*: quibus verbis ſignificatur Deum quaſi in faſcem peccata omnia, quæ admittimus, colligere, vt ſuo tempore in ignem vniuerſa conijciat. Id quod alia ſimilitudine declarauit Iob capite 14 dicens. *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea.* Quem locũ expendens D. Gregorius lib. 12. Moralium cap. 12. *Signantur*, inquit, *quaſi in ſacculo delicta noſtra, quia hoc quod nos exterius agimus, niſi pœnitentia interueniente diluamus, in ſecreto iudiciorum Dei ſub quadam occultatione ſeruatur, vt quandoq; de ſigillo ſecreti exeat ad publicum iudicij*: vndè etiã per Moyſen dicitur Deuteronomij 32. *Nonne hæc condita, ſeu cõgregata ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?* Statimq; ſubditur: *Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore.* Addit & aliam diuus Gregorius eius loci expoſitionem, quæ obiter annotanda eſt: *Vel certè*, inquit, *peccata noſtra ſignantur in ſaculo cum mala, quæ fecimus, ſolicito corde penſamus: quid namque eſt cor hominis, niſi ſaculus Dei, vbi dum ſtudioſe cõſpicimus per quanta deliquimus, peccata noſtra quaſi in ſaculo, Dei ſignata portamus? an non peccatũ ſuum Dauid ſignatũ tenebat Pſal. 50. Iniquitatem meã ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper, ideſt coram me.*

Lẽte venit Deus ad pœnas ſumendum.

Ezech. 1.

Et tamẽ ſe properare dicit, doletq.

Deut. 32. 35

Ezech. 22. 4.

Hieronymus.

Quo ſerius, eo acrius Deꝰ vindicat.

Oſeas 13. 12.

Iob. 14. 17.

D. Greg.

Deut. 32. 34

D. Greg.

Cor hominis Dei ſaculus.

Pſalm. 50. 5.

5

Eos, qui suo desunt officio, Deus gradu deijcit.

Postremò. Obseruanda sunt illa verba: *Mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Etenim solet Deus quos ad aliquem honoris gradum euexerat, si officio suo desint, ab eo deturbare, mortem videlicet eis iusto iudicio suo inferendo, aut certè res ita componendo, vt eis rerum multarum, quæ incidunt, congressione id tãdem eueniat, vt honore, dignitateq; spolientur, alijq; in eorum locum substituantur. In cuius rei figuram, & significationẽ Christus ingressus in templum per semetipsum quasi flagello de funiculis facto de domo Dei prauos negotiatores eiecit, & cathedras vendentium columbas euertit Ioan. 2. Quia, vt ait D. Gregorius homil. 17. in Euangelia, *Subditorum quidem culpas per pastores percutit: sed pastorum vitia per semetipsum ferit.* Cathedra autem vendentium columbas tunc euertitur, quando ij, qui spiritualem gratiam venvndant, vel ante humanos, vel ante Dei oculos sacerdotio priuantur. Atque hoc contigit Heli sacerdoti, quem Dominus sacerdotio priuauit, vt habes 1. Reg. 2. *Hæc dicit Dominus, quia magis honorasti filios tuos, quam me: propterea loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, nunc autem absit hoc à me, præcidam brachium tuum, & videbis æmulum tuum in templo, &c.* vbi per *æmulum* intelligendus est Sadoc, qui æmulus extitit domus Heli. Is enim abiecto à Salomone Abiathar, qui ab Heli trahebat originem, sacerdotium suscepit; sic enim dicitur 3. Regum 2. *Eiecit Salomon Abiathar, vt non esset Sacerdos Domini, vt impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli.* De Sobna etiam optimate ita vaticinatur Esaias cap. 22. *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam, & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.* Fuit autem Sobna præpositꝰ templi, vt eodem capite dicitur, idest, aut sũmus sacerdos, vt aiunt aliqui Hebræorum, aut Thesaurarius & custos vasorum templi, vt alij existimant: sed primi videntur probabilius sentire de sententia Lyrani in eum locum, quia Eliachim filius Helciæ fuit in locum eius substitutus tempore Ezechiæ, vt affirmat Rabbi Salomon, & Scriptura satis innuit cap. citato, & 4. Reg. 19.

Ioann. 2. D. Gregor.

Pastores per se ipsum ferit.

1. Reg. 2. 30.

3. Reg. 2. 27.

Esaię 22. 18.

Lyran.

Rabbi Salomon.

4. Reg. 19.

6

Notanda est autem similitudo *pilæ*, quam sic exponit Lyranus. *Quasi pilã*, inquit, *mittet te*, quæ nimirum à ludentibus de manu ad manum proijcitur, quam etiam metaphoram agnoscit in illis verbis Prouerbiorum 8. *Ludens in orbe terrarum*: quemadmodum iam ad initium horum commentariorum diximus. Quod verò attinet ad *gallum gallinaceum*, quanuis ex interpretibus Lyranus nescio quo deflexerit, alij multũ se torqueant, non desint etiã, qui ingenue fateantur se plane quid significet, non intelligere: tamen illud & facile, & planum videtur significari ea similitudine facilitatem, qua Deus poterat Sobnam sacerdotio priuare, simulq; eius arrogantiam indicari, vt sit sensus, siquidem ô Sobna galli instar cristam superbię erigis, tam facile asportari te faciam extra Hierusalem, & in captiuitatẽ abduci, quam facilè portari solet à rustico gallus gallinaceus in forum vendendus.

Improbos, vt pilam intorquet.

Prouerb. 8. 31

Quam facile Deo sit superbis cristam deprimere.

7

Quoniam verò hunc locum plerique ex difficilioribus apud Esaiam esse existimant, fatenturq; ingenuè se planè non intelligere, quid sibi velit hoc loco, *gallus gallinaceus*, quin audẽt præterea diuum Hieronymum reprehendere, quod *gallum gallinaceum* verterit, cùm nomen Gheuer, quod in Hebræo respondet, non *gallum*, sed virũ significet, non erit abs re, siquidẽ in hunc locum incidimus, aduertere quanquam nomen Gheuer plerunq; pro viro vsurpetur à radice Gabar, quæ propriè significat prævalere, robustum esse, & superare, tamen interdum pro gallo accipi, eo quòd huiusmodi animal generosos habeat spiritus, & virilem in pugnando for-

Defenditur certa loc. Esaiæ vulgata editio.

titudi em

Plinius.

Num. 33.35.

Rabbi Salom.

Prou. 30.29.

Iob 38.36.

R. Moyses.

1.Reg. 15.
Iob. 12.18.

citudinem, militares in vigilando excubias, & regiũ principatũ, imperiũq; æmuletur: *Imperiũ enim*, vt ait Plinius libro 10. cap. 20. *ſtilo generi, & regnum, in quacunque ſit domo, exercet, graditur ardua ceruice, criſtũ celſus, cœlum ſola volucrum aſpicit crebrò, terrori eſt etiam leoni ferarum generoſiſſimo*: quibus potiſſimum de cauſis Hebræi ei Gheuer, hoc eſt, viri nomenclationẽ tribuerunt: quẽadmodum docet Lexicon Complutenſe à viris Hebraicæ linguę peritiſſimis compoſitum, & multò ante Thargum Hieroſolymitanum docuerat: etenim vbi Num. 33. legitur Hebraicè, *Profecti ſunt de Aſiõgaber*, ita reddidit, *profecti ſunt ab arce galli*: in eadẽq; ſententia eſt R. Salomon, ſiquidem locum Eſaiæ citatũ ſic expoſuit, Tranſportatione galli, qui tranſit (ſeu potius trãsfertur) à loco in locum, tũc videlicet, cum tota aliqua familia trãſit ab vna domo in alteram: fatisq; eſſe deberet adhoc ipſum confirmãdum autoritas D. Hieronymi, qui gallum gallinaceum eo loco tranſtulit, ſiquidem is non ſolùm rerum cognitione, & ſcripturæ ſacræ intelligentia, ſed linguæ etiam Hebrææ peritia omnes Hebræorum Rabbinos lõgè antecelluit. Denique conſentit ſeries ipſa cõtextus, & prophetæ inſtitutum, erat enim Sobna, de quo ſermo eſt, inſtar galli arrogans, & ſuperbus, criſtam quodammodo præ animi elatione erigens, faſtuq; & ambitione tumidus, ſepulcrum ſibi ſublime extruxerat, quare par fuit, vt qui gallum elatione referebat, ſimili quoque ſupplicio puniretur, itaq; inſtar galli de loco in locum, ideſt, de domo ſua in exilium tranſportandus diceretur. Atque ex his iam apparet, quanto iure diuus Hieronymus *gallũ gallinaceum* eo loco apud Eſaiam tranſtulerit, & quid cauſæ fuerit, cur Hebræi nomen Gheuer, hoc eſt, viri gallo tribuerint, propter generoſos ſcilicet, & penè viriles huius animalis ſpiritus: ea enim etiam fuit cauſa, cur duobus alijs quoque nominibus in ſacris literis cenſeatur, quæ eandem virilem æmulationem referunt: vnum eſt Zarzir per Zaijn vtroque loco, veluti Prouerb. 30. cum dicitur, *Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, quod incedit feliciter: leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum: gallus ſuccinctus lumbos*: quo loco zarzir gallum intellexere Septuaginta interpretes, D. Hieronymus, Chaldęus, & antiquiores Hebræi, quibus potiùs fides habenda eſt, quàm recentioribus, qui canem gallicum, vel leporarium, ſiue etiam leopardum reddiderunt. Appellatur autem zarzir, ideſt, expeditus, & quodammodo præcinctus ad rem quamuis facilè, ac promptè aggrediendam, à radice zaraz, quæ ſignificat accingere, vel præcingere. Alterum nomen eſt Cecui diſsyllabum per ſim, caf, vaf, & iod, & habetur Iob 38. *Qui dedit gallo intelligentiam*, id eſt, vim æſtimatricem à radice ſacha, quæ ſignificat videre, & cogitare, quẽ locum ſic interpretatur R. Moyſes, *Qui dedit gallo intelligentiam, vt media nocte ſurgere doceret hominem ad laudandum Deum*. Hæc igitur ſunt nomina, quib⁹ gallus Hebraicè appellatur, quæ omnia, vt cernis, virilem quandam naturam, & generoſitatem ſonant, vt iam mirum videri non debeat, gheuer, hoc eſt, viri appellationem fuiſſe ei ab Hebræis tributam, nec in dubium vocari, num rectè eum locum Eſaiæ D. Hieronymus tranſtulerit. Sed vt ad inſtitutum reuertamur.

Idem contigit Sauli regi, cui regnum Deus eripuit, quod eius mandatum in Amalechitarum vaſtatione violauerit, Dauidique paſtori, eiuſq; poſteris conceſſit: quemadmodum dicitur 1. Reg. 15. vñ Iob 12. dicitur, *Baltheũ Regis diſſoluit, & præcingit fune renes eorũ, ducit Sacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat*, ideſt, in Dei poteſtate eſt Reges regiis inſignibus exuere, & ſeruos facere: quẽadmodum etiã Dan. c. 2. denunciauit, cùm dixit: *Ipſe mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque cõſtituit*.

Quid

Quid significet illa sentẽtia: *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

SECTIO X.

1 Monita, quę à Deo dantur vni, ad omnes pertinere.

VT EXPLORAtum esset, quæ Episcopo Ephesi dicta sunt, ad reliquos omnes Ecclesiarũ Prælatos pertinere: idcirco postquam Ioannes explicauit, quæ Christus in eo desiderabat, in vniuersum pronunciauit, *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Eademq; de causa, *Ecclesiis*, dixit numero multitudinis, vt annotauit Rupertus. Nomine verò *Spiritus* vel Spiritus sancti persona, à quo dona, & gratiæ in Ecclesiam redundant, intelligenda est, aut certè tota Trinitas, de qua dicitur Ioannis 4. *Spiritus est Deus.* Addit Arethas posse per spiritum intelligi ipsum Christum, quatenus Deus est. Denique obseruat Rupertus singulis septem Ecclesiis dici, *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis*, propter septẽ spiritus, idest, septẽ spiritus sancti dona, atque hoc loco loqui spiritum timoris.

Rupertus. Quid hîc spiritus nomine intelligendum.

Ioann. 4. 24.

Arethas.

Rupertꝰ.

2 Duplex auriũ genus ad diuina verba.

Illud dumtaxat hoc loco expositione indiget, cur dictum sit, *Qui habet aurem, audiat*, his enim verbis videtur indicari esse aliquos, qui aurem non habent. Sciendum est igitur duplices aures haberi in sacris literis, vnas exteriores, interiores alteras, quę significant interiorem intelligentiam, & obedientiam. Et quidem pro exterioribus sufficiat illud Exodi 24. *Legit in auribus populi*, idest, audiente populo. De interioribus locutꝰ est Christus, cùm dixit Matth. 13. *Qui habet aures audiendi, audiat*, quemadmodum notauit D. Gregorius homilia 15. in Euangelia, & diuus Augustinus homil. 28. super illud Psalmi 49. *Deus manifestè veniet. Qui habet*, inquit, *aures audiendi, id est, obediendi, audiat*. Aduertit autẽ diuus Hieronymus in primum caput Ioelis super illa verba, *Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ*, vbicunque iunguntur hęc duo verba, *audire*, & *auribus percipere*, priùs ad interiores mentis aures, posteriùs ad exteriores referendum esse: quod probat ex Esaiæ 1. cùm dicitur, *Audite cæli, & auribus percipe terra*, vbi existimat significari sacratius quiddam esse *audire*, quam *auribus percipere*, cum illud *cælo*, hoc *terræ* tribuatur. Affert deinde illud Genes. 4. quod Lamech dixit vxoribus, *Audite verba mea vxores Lamech, quia occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Sciebat*, inquit Hieronym. *obscura esse quæ loquebatur, & idcirco vxores suas, non ad simplicẽ verborum sonum. Sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam prouocabat.* Ex quo colligit Hieronymus per senes, qui *audire* iubentur, intelligendos esse spirituales viros, per terram autem habitantes, qui *auribus percipere* admonentur, terrenos. Nec verò minoris faciẽda est hęc Hieronymi obseruatio, quòd Ruffino nõ placeat: cùm locus ille ex Psalmo 48. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem*, quo ipse aduersus Hieronymi obseruationem vtitur, quòd omnes promiscuè, & ad audiẽdũ & ad auribꝰ percipiendũ, inuitentur, idẽ discrimẽ possit admittere: potuit enim Dauid vtraque aures ab hominibus etiam terrenis postulare, quemadmodum interpretatur D. Augustinus in commentariis eiusdem Psalmi, quanuis in eo dissentiat à D. Hieronymo, quòd existimet *audire* in sacris literis ad exteriores aures, *auribus* verò *percipere* ad interiores pertinere. De interioribus etiam auribus intelligendum est illud Psalmi 49. *Inclinabo ad parabolam aurem meam.* & illud Psalmi 44. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Quo etiam sensu diuus Augustinus libro 20. de Ciuitate Dei cap. 6. accipit illud Ioannis 5. *Amen Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.*

Exod. 24. 7.

Matth. 13. 9.

D. Gregor. D. Augustꝰ

Ioel. 1. 2. Diserimen inter audire, & auribus percipere.

Esai. 1. 2.

Genes. 4. 23.

D. Hieron.

Audiunt spirituales viri, auribus percipiũt terreni, iuxta Hieronym.

Ruffinus. Psalm. 48. 2.

D. Augustꝰ E cõtrario sentit Augustꝰ

Psalm. 49. 5. Psalm. 44. 11.

D. Augustꝰ

Ioann. 5. 19.

vinent. *Qui audierint*, inquit, *ideſt, qui obedierint, qui crediderint, ideſt, vſque in finem perſeuerauerint*. Et ſermone 28. ſupra illud Pſ. 49. *Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit*; interpretatur locum illum Ezechielis 3. in eandem ſententiam; *Populus autem ille non vult audire te, quia non vult audire me*. Hinc eſt illud Eſaiæ 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum*: quæ intelligenda ſunt tum de permiſsione, tum etiam de ſubtractione ſpecialium quorundam auxiliorũ efficacium; ſufficientia enim auxilia nunquam à Deo denegantur. Deniq; de huiuſmodi auxilijs loquitur Chriſtus per Regium vatẽ Pſ. 39. *Sacrificium, & oblationem noluiſti, aures autẽ perfeciſti mihi*: ſeu vt eſt in Hebræo, *aures autẽ fodiſti mihi*, quod exponens Paraphraſtes Chaldaicus tranſtulit; *aures ad auſcultanda præcepta tua formaſti mihi*: alluditur autẽ ad locũ Exodi. 21. vbi Deus de ſeruo Hebræorũ ſic ſtatuit; *Si emeris ſeruũ Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis, Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo Dominũ meum, & vxorẽ ac liberos, non egrediar liber, offerat eum Dominus Dijs*, ideſt iudicibus, *& applicabitur ad oſtium, & poſtes, perforabitq; aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum*: quæ lex repetitur Deuteronomij 15. eamq; expendens Theodoretus in quæſtionibus ſuper Exod. quæſt. 45. docet hanc perforationẽ auris ſignificaſſe ſeruum illum memorem debere eſſe in poſterum obedientiæ Domino præſtandæ; quòd autem applicabatur ad oſtium, illud indicaſſe, de inceps ne foras quidem egredi ſibi licere iniuſſu Domini. Ergo, vt ad inſtitutum reuertamur, internas aures intellexit Chriſtus, cùm dixit, *aures autem perfeciſti mihi*, ſeu *perforaſti mihi*, ad ſignificandam ſummam obedientiã, quam quatenus homo præſtabat Patri: quòd enim ipſe ſit, qui loquatur, conceptis verbis docuit paulus ad Hebræos 10. *Ingrediens mundum dicit, Hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autẽ aptaſti mihi*, vbi ſecutꝰ eſt translationẽ Septuaginta. Congruit autem hæc internarum aurium acceptio naturæ ipſi, quæ in corde geminas aures collocauit, quemadmodum docent Anatomici, & Galenus libro 6. de vſu partium cap. 15. quas ait ita nominatas, quia vtrinque cordi, ſicut animalis capiti aures, adiacent. Ioannes igitur, hoc loco aurem cordis intellexit, cũ dixit, *Qui habet aurem, audiat*: quia enim non omnes huiuſmodi aures habent, conditionem illam appoſuit, *qui habet. &c.*

Pſal. 49. 2.

Ezech. 3. 7.

Eſai. 6. 10.

Pſalm. 39. 7. Exponitur illud, Aures autem perfeciſti mihi.

Paraphraſt.

Exod. 21. 2.

Deut. 15.

Theodoret.

Hebr. 10. 5.

Cordis noſtri aures.

Galenus.

Literarum ad Angelũ Epheſi ſubſcriptio explicatur. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.

Primùmque variæ expoſitiones commemorantur

SECTIO XI.

SVBSCRIPTIO literarum, quæ ad Angelum Epheſi dãtur, ita habet. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei*: Volunt Richardus de ſancto Victore, & Arethas, hoc nimirum eſſe, quod is qui habet aurem audire iubetur, & id quod Spiritus dicit Eccleſijs, Chriſtum ſcilicet vincẽti daturũ edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo Dei ſui, quod ideo dicit, vt omnes exhortentur ad ſtrenue pro virtute contra vitia præliandum propoſito ei, qui vicerit, honorificentiſſimo præmio. Quodnam verò ſit hoc lignum vitæ, & quinam iſte paradiſus, iam explicandum eſt.

Prima igitur expoſitio eſt Richardi de S. Vict. & Bedæ, per lignum vitæ intelligentiũ Chriſtũ, qui in Eccleſię paradiſo ōnibus proponitur fruẽd.

1 Richard. de S. Victore. Arethi

2 Richard. Vict. Beda.

Est igitur sensus, qui Dæmonem vicerit, edet de ligno, quod est in paradiso, quia multitudine dulcedinis Christi, quæ est in Ecclesia cibabitur, & satiabitur: modò quidem participando eius gratiæ, postea verò eo per visionem beatificam perfruendo. Eadem expositio est Ruperti, quam tamen paulò aliter proponit: & per spiritum hic loquentem spiritum timoris intelligens addit in spiritu timoris vincere, esse corripiêri acquiescere, & pœnitentiam agere, & prima opera facere, inducitque Christum hæc dicentem, quemadmodum & Arethas, docetque dixisse, *Dei mei*, ratione humanitatis, secundum quã Patrem, vt Deum suum agnoscebat iuxta illud Ioannis 20. *Ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, Quoniam igitur*, inquit Rupertus, *primis hominibus, quia corripienti Deo non acquieuerunt, sed peccatum suum excusarunt, lignum vitæ interdictum fuit, Genesis 3. rectè modò pœnitenti aditus ad lignum vitæ repromittitur, quod est ipse Christus, cuius & in cælesti paradiso visione, & in præsenti Ecclesia corpore sanctæ reficiuntur animæ.* Denique expendit verbum illud, *Dabo*, *Sæpe enim*, inquit, *qui nondum vicit, id est, nondum egit pœnitentiam, edit de hoc ligno vitæ manducans videlicet corpus, & bibens sanguinem Domini: verum non illi dat CHRISTVS, sed ipse rapit, atque adeo, iudicium sibi manducat, & bibit.* 1. *ad Corinthios* 11. Itaque vides Rupertum hunc esum ligni vitæ, tum ad visionem beatificam, tum ad Eucharistiæ communionem referre: quæ posterior expositio est etiã Paschasij Abbatis libro de corpore, & sanguine Christi cap. 7. & refertur tom. 4. Bibliothecæ sanctorum Patrum. Secunda est Arethæ intelligentis per lignum vitæ æternam fœlicitatem absolutè, quàm Deus ijs, qui vicerint, idest, prauas animi appetitiones compresserint, elargitur. Tertia est Primasij, lignum vitæ crucem interpretantis, quæ in Ecclesiæ paradiso est, fructum autem huius ligni Christũ ipsum accipientis, qui in cruce tanquam fructus in vitæ arbore pependit, & qui in spirituali Ecclesiæ paradiso vitale alimentum, cælestisque panis præbet fidelibus sacramentum, de quo legimus Prouerbiorum 3. *Sapientia lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* Prou. 3. 18.

Ioan. 20. 18.

Pœnitenti ad id adit⁹ repromittitur.

Eucharistiam indigne sumere, sacrilega rapina.

1. Cor. 11. 29.

Paschasius.

Arethas.

Lignum vitæ, æterna felicitas.

Primasius.

Crux lignum vitæ, fructus eius Christus.

Nõnullæ obseruationes circa præcedentem sententiam.

SECTIO XII.

1

ÆTERVM hæc sunt minutius cõcidenda. Igitur Angelus ille similis filio hominis, qui Ioãni loquebatur, personam Christi repræsentat, atque adeo verba hæc ex ipsius Christi ore accipienda sunt; quæ autem Christus Ecclesiæ dicit, dicitur spiritus dicere, idest, vel ipse Christus quatenus Deus iuxta expositionem Arethæ, vel tota Trinitas, vel Spiritus sanctus, qui quanquam non solet spiritus absolutè appellari sed vel Spiritus sanctus, vel Spiritus paracletus, vel Spiritus Domini, tamen sine vlla adiectione Spiritus vocatur Ioanni 7. cum dicitur. *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*, id quod in die Pentecostes potissimum completum est. Hoc igitur supposito.

Quid hîc spiritus nomine significetur.

Ioann. 7. 39.

2

Sit prima obseruario circa verbum illud, *vincenti*, quod supponit pugnam, ac certamen, eoque commendatur fidelibus maxima in certando industria, cum sciant sibi esse cum multis, ijsque fortissimis hostibus dimicandum: quemadmodum docuit Paulus 2. ad Corinthios 10. *In carne ambulantes non secundum carnem militamus*: et ad Ephesios 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Id quod idem Apostolus opere præstabat, vt ipsemet testatur 1. ad Cor. 9.

Vt certum supponitur pugnandum esse fidelibus.

2. Cor. 10. 3.

Ephes. 6. 12.

1. Cor. 9. 27.

Sit

Origenes.

Sic pugno non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, &c. In quem sensum Origenes homilia 11. super Exodum, expendens pugnam populi Israeliticicum Amalech, eiusq; cum Moyses manus elauabat, victoriã, sic ait. *Nobis etiam pugna est aduersus Amalech, hoc est, aduersus principes, & potestates, & rectores tenebrarum harum: eleua & tu manus ad Deum, imple mandatum Apostoli, Sine intermissione orate* 1. *ad Thessalonicenses* 5. *& tunc fiet quod scriptum est Numerorum* 22. *Quia sicut vitulus ablingit in campis herbam virentem, ita ablinget populus hic populum, qui super terram est, per quod, vt à maioribus accepimus, indicatur populum Dei non tam manu, & armis, quam voce, & lingua pugnare, ideſt, orationem ad Deum fundẽdo.* Cui expositioni Origenis accinit illud Pauli ad Ro. 15. *Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deũ*: quo loco pro eo, quod nos habemus *adiuuetis*, est Græcè συναγωνίσασθαι, quod verbum significat propriè simul certare, seu adiuuare certantem, etiam certando, atque adeo indicatur sanctos oratione pugnare, & orare nihil esse aliud, quàm quoddam spirituale certamen, quo fideles magis, quàm corporalibus armis dimicant, victoriáq; de hostibus consequũtur, quẽadmodum idem Origenes annotauit lib. 10. in epist. ad Ro. ἀγωνίσασθαι, inquit, *dixit Apostolus, ostendens quasi agonem haberet, certamenq; orationis, aduersantibus sibi sine dubio illis, de quibus dicebat, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestib⁹.* Quo etiam modò explicandum est illud Canticorum 7. *Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum?* quem locũ enarrans Theodoretus in cõmentar. suis super Cantica, eleganter obseruauit ea verba videri in speciem inter se pugnare: quid enim *castris* cum *choris*, quippe cum *chori* pacatis, & lætis rebus, *castra* autem bellicis, & turbulentis cõueniant? Cæterùm mysterio non vacare, quia nimirũ sponsa multis ex sanctis constata, cũ propter fortitudinẽ, atq; excelsum animi robur, armaq; militaria *castris* est similis: tũ etiã *chor⁹* existit diuinas laudes in ore gerens (per quas videlicet de suis hostibus triũphat:) neq; verò dictũ est, *castra chororũ*, sed *choros castrorũ*, vt significetur Ecclesiæ de suis hostibus victoria, quam laudes Diuinæ cõsequũtur. Itaq; ex *castris chori* fiunt, cũ enim in castris vicerint virtutis milites, pæana canentes reuertuntur, & choros ducẽtes victoriæ præconiũ laudibus celebrant. Hæc Theodoret. Possumus etiã eundem locũ aliter interpretari, vt nimirũ dictũ sit, *choros castrorũ*, propter lætitiam, qua exultãt ij, qui ad fidẽ cõuertuntur iuxta illud Psal. 125. *In conuertẽdo Dominus captiuitatẽ Sion, facti sumus sicut consolati; tunc repletũ est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione*: additũ verò sit *choris* bellũ, seu *castra*, quia ad fidẽ conuersis continuò est cõtra carnis illecebras, Dæmonisq; insidias dimicandũ. Quare Ecclesia nec solis *castris*, nec solis *choris*, sed *choris castrorũ* optimo iure similis dicitur. Et quidẽ choros depinxit Regius vates Ps. 117. cum dixit, *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. Constituite diem solemnem in condensis vsque ad cornu altaris.* Castra verò descripsit Paulus 2. ad Corinthios 10. illis verbis, *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo destructionem munitionum, &c.* & alijs locis supra citatis. In cuius rei figuram postquam populus Hebræorum rubrum iam mare transijsset, alij choros ducebant, alij verò accincti armis, cùm finitimis hostibus bellum gerebant, Exodi 15. quo videtur spectasse Esaias cap. 30. cum dixit, *In tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.* Fuit etiam illustrissimus Christiani bellatoris typus Iacob Patriarcha, qui vel in ipso matris vtero iam cum Esau luctabatur, Geneseos 25. Qua de re legendus est Philo Iudæos lib. 2. allegoriarum sacræ legis, & libro de somnijs.

1. Thessalou. 5. 17.

Num. 22.

Rom. 15. 30.

Psalm. 125. 1.

Psal. 117. 15.

Origenes.

2. Cor. 10. 7.

Cant. 7. 1.

Exodi 15.

Esai. 30. 32.

Oratione nobis vincendi hostes.

3

Ad gloriam adipiscendam non satis est dimicare, sed oportet vincere. 2. Tim. 2. 5.

Secundò. Obseruandum est non omnibus dimicantibus præmiũ promitti, sed vincentibus: propterea enim non dictum est certanti, sed *vincenti*: eandemq; vim habet illud 2. ad Timotheum 2. *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*: certare enim legitimè, est certare secundum leges agonis à Deo latas, hoc est, diuinis præceptis parendo: quare fieri non potest, quin vincat, qui legitimè certauerit. De huiusmodi enim milite legitimè certante accipiendum est illud Prouerbiorum 21. *Vir obediens l quetur victorias*, quia nimirum, vt interpretatur D. Hieronymus in commentarijs eiusdem loci, dum quis per obedientiam desideria sua vincere satagit, per iustitiam iudicis postea victoriæ palmam percipit; quam expositionem totidem verbis (vt solet) Beda in suos commentarios Prouerbiorũ transtulit. Scio textum Hebræum aliter habere, nimirum, *Testis mendax peribit, vir audiens in finem loquetur*, hoc sensu; vir qui testatur quæ audiuit, ac certò nouit, nec ex suo, quæ dicit, fingit capite, sicut facere consueuit teltis mẽdax, is semper loquetur, idest, non afficietur pudore, nec ei imponetur silentium, sicut testi mendaci; iuxtà quàm interpretationem pulchra est membrorum eius sententiæ antithesis. Cæterùm satis est quod nobis faueat Septuaginta interpretum versio: ad quam etiam non admodum inuita accedet Hebræa translatio, si ita interpretemur; vir audiens, hoc est, obediens præceptis Diuinis, in finem loquetur, idest, non silebit præ pudore, sed iactabundus de suo certamine verba facie, quippe qui superior euaserit. Deinde aduerte, dictũ non esse *ei qui vicit* in præterito, sed vincenti, quia non satis est semel vicisse, aut etiam sæpiùs, nisi semper vincat; cùm enim bellum ipsum continuum sit iuxta illud Iob 7. *Militia est vita hominis super terram*, nunquam abcedendum est ab arena, sed in armis continuò stándum, atque adeo semper vincendum. Id quod videtur fuisse expressum in titulo Psalmi 4. & aliorum, qui inscribuntur, *in finem*, pro quò in Hebræo est לַמְנַצֵּחַ *Lamnatseach*, idest, victoria, seu ad victorem, Quam dictionem Septuaginta vbicunque repererunt, εἰς τὸ τέλος, idest, *in finem*, seu in perpetuum transtulerunt: vt significarent victoriarum, de quibus in eis psalmis agitur, præconia non conuenire nisi in eum, qui perpetuò, & vsque in finem vicerit. In cuius rei figuram Iosue in oppugnanda vrbe Hai non contraxit manum, quam in sublime porrexerat tenens clypeum ex præcepto Domini, donec interficerentur omnes habitatores Hai, vt refertur Iosue 8. quia videlicet nunquam deponendus est clypeus, donec omnes animæ nostræ hostes omnino profligentur: quod non nisi in extremo vitæ halitu potest contingere. Denique absolutè dicitur, *vincenti*, nec hostis exprimitur, quem vincere debeamus, vt intelligamus omnia omnino esse vincenda; nec aliquem debere esse hostem, cũ quò habeamus inducias, sed omnibus bellum capitale indicendum.

Prou. 21. 28. Legitimè certatur per obedientiam mandatorum Dei. D. Hieron.

Beda.

Iosue 8. Clypeus non abijciendus, antequam in extremo vitę habitu hostes omnino profligentur.

In bello continuo vincendum semper, & vsque in finem. Iob 7. 1.

4

Tertia obseruatio est circa illud verbum, *Dabo*, Cur enim vincẽti præmium non reddi quasi debitum, sed dari dicitur, quasi gratis? Pro cuius rei expositione sciendum est gloriã in sacris literis interdum gratiam, interdum iustitiam appellari: gratiam quidem Psalmo 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus*; iustitiam verò 2. ad Timotheum 4. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex*. Vbi vides Paulum omnia iustitiæ nomina aggregasse, *iustitiæ, reddet, iustus, iudex*. Ratio huius rei est, quia ea ipsa gratia, per quam gloriam promeremur gratis primùm infunditur absque vllo nostro merito, sub quod prima, gratia non cadit: quam rationem fusè persequitur D. Augustinus epistola 105. quæ est ad Sixtum Præsbiterum;

Psal. 102. 4.

2. Tim. 4. 7. Beatitudo ętetna, & gratia est ex diuina misericordia, & corona iustitię ex nostris meritis.

Cum

D. Augustin*.

Cum Deus, inquit, *coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quam munera sua: nec enim frustra Deo tantatur, misericordia eius præueniet me.* Psalm. 58. *& misericordia eius subsequetur me.* Psalm. 22. *Vnde & ipsa vita æterna, quæ meritis præcedentibus redditur, tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur: audi Apostolum ad Rom. 6. Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Non dixit, Stipendium autem iustitiæ vita æterna, sed gratia Dei vita æterna: etenim si accepturus es vitam æternam, iustitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, Ioannis 1. ideſt, non solũ gratiã qua nunc iustè in laboribus vsque in finem viuimus, sed etiam gratiam pro hac gratia, vt in requie postea sine fine viuamus.* Hæc Augustinus.

Psalm. 58. 11. Psal. 22. 6.

Rom. 6. 23

Ioann. 1. 16

5 Gloria significatur, eius nomine, quia expugna esurientibus, sitientibusque datur.

Quartò. Obseruandum est verbũ illud, *Edere*, cur enim vincẽti non palma, non laurus, non corona, sed esus in præmium promittitur? quanquam enim hoc loco per esum ligni vitæ, visio beatifica intelligitur, vt Paulò post dicemus, illud tamen mysterio non vacat, quòd non coronę, sed esus nomine explicatur: cui dubitationi respondet Hugo Cardinalis optimo iure id factum esse, quia enim qui vincit, pugnat, pugnans vero solet esurire, & sitire, rectè ei promitti refectionem & saturitatem, iuxta illud Matthæi 5. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Quam ob causam, non solum hoc loco, sed multis aliis visio beatifica esui, & potui comparatur, veluti Psal. 35. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Luc. cap. 12. *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Et Lucæ 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mẽsam meam in regno meo.* Quæ verba non quamlibet comestionem significant, sed lautum, & opiparum conuiuium, cui gloria propter suauitatis abundantiam confertur. Vndè & beatis non calix, sed torrens ipse voluptatis hauriendus propinari dicitur Psalmo 35. citato.

Hugo Card.

Matth. 5. 6.

Psalm. 35. 9.

Luc. 12. 37.

Luc. 22. 29.

Visio beatifica, opiparum conuiuium.

Quid per lignum vitæ hoc loco accipiendum sit. Primumque tres expositiones cõmemorantur.

SECTIO XIII.

NOTANDVM est, cùm dicitur *Lignum vitæ*, alludi ad lignum vitæ, quod erat in paradiso terrestri. Gen. 2. Fuit autem ea arbor lignum vitæ, seu arbor vitæ appellata, quòd vim haberet vitę prorogandæ. Vtrum verò haberet vim prorogandi vitam in omne tempus, hominemque ab interitu vendicandi, an verò dũtaxat vitę diuturnitatem conferendi, cõtrouersum est. Priorem partem affirmant D. Augustinus lib. 13. de Ciuitate cap. 20. & cap. 23. vbi sic ait: *De ligno vitæ propterea gustabatur, ne mors eis vndecunq; surreperet, vel senectute confecti decursis temporum spatiis interirent.* Rupertus lib. 3. de Trinitate cap. 30. D. Chrysostom. homilia 18. in Genesim, Auctor quæstionum veteris, & noui testamẽti (qui falso creditur fuisse Augustinus) q. 19. Strabus in Genesim, Abulensis super 13. caput Genesis, quęst. 175. & D. Thom. 1. par. quæst. 93. art. 4. quẽ perperam in contrariam trahunt sententiam. Etenim conceptis verbis, eo loco docet D. Thomas esum ligni vitę repetitum habuisse vim hominẽ à morte in perpetuum vendicandi: non tamen semel susceptum ad id sufficere potuisse. Atque hæc sententia planè amplectenda est, cùm sit Patribus, & sacris literis magis consentanea. Sic enim legimus Genesis 3. *Nunc ergo nefortè mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternũ*: ex quibus verbis non obscurè

1

D. Auguſt. Lignum vitę prorogaſſet vitam in ęternũ, perfectiſsime reſtaurãdo humidũ natiuũ. Rupertus. D. Chryſoſt. Auctor quæſt. veter. ac noui teſtam. ſtrabus Abulenſ.

D. Thomas.

Geneſ. 3. 22.

videtur

videtur colligi fructum vitæ habuisse vim à morte in perpetuum præseruandi, atque adeo restituendi natiuum humorem, quem radicalem appellant, ea puritate, & perfectione, quæ in ipso hominis ortu inerat. Posteriorem partem sequuntur Scotus, & Durandus in 2. distinct. 19. & Caietanus in commentariis primæ partis, quæstione citata, eamque sequitur Benedictus Pereira vbi supra.

Scotus. Durandus, Caietan⁹. Benedictus Pereira.

2

Christ⁹, arbor vitę.

1

Cæterum quanuis Ioannes hoc loco alludat ad lignum vitæ, quòd erat in Paradiso terrestri, non illud tamen intelligit, sed aliud quoddam lignum vitæ mysticum per illud expressum. Primò igitur intellexit ipsum Christum, quemadmodum & diuus Gregorius libro 12. Moralium cap. 4. accepit illud Prouerbiorum 3. *Lignum vitæ est Sapientia eis, qui apprehendunt eam.* Quem locum interpretatur de Sapiẽtia incarnata, cùm diuo Hieronymo in 6. cap. Esaiæ. Sic etiam Eucherius libro 1. in Genesim cap. 13. lignum vitæ, quod erat in Paradiso terrestri, docet typum Christi fuisse. Denique ipse Christus se lignum appellauit Lucæ 23. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?*

D. Gregorius. Prouerb. 3. 18

D. Hieronym. Eucher.

Lucæ 23. 31.

3

Secundò. Per lignum vitæ hoc loco possumus intelligere visionẽ beatificam, quæ in cælesti Paradiso beatis tribuitur: tanta est autem huius fructus suauitas, vt rectè de triũphante Ecclesia dici possit illud Canticorum 4. *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cũ nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum, cum vniuersis lignis Libani, & cum omnibus primis vnguentis*, quo loco emissiones significant ipsa germina, & propagines, quæ in illo cælesti paradiso nascuntur. Igitur emissiones tuæ sunt veluti paradisus quidam malorum punicorum, quia hæc poma multa continent grana pulcherrima, sub vna, eademque corona regali (est enim malum punicum coronatum pomum.) Etenim omnes beati, quãuis inæqualiter, eãdem tamen gloriæ, seu visionis beatificæ coronam accipient, ita vt illa beatorum multitudo sit veluti quidam paradisus, & amœnissimum topiarium malorum punicorum. Per cyprum, & nardum intelliguntur suauissimi odoris vnguenta, quæ ex huiusmodi arbusculis conficiuntur. Crocus autem flos est aurei coloris, vim habens exhilarandi cor, per quem amor beatificus, & delectatio inde prouenies intelligitur.

Cantic. 4. 13. Gloria beatorum, lignũ vitę, & hortus amęnissimus omnium fructuum, & florum.

Tertio. Per lignũ vitæ significatur ipsa crux Domini, vt vult Primasius, cuius fructus est Christus: quod autẽ crux lignum appelletur ex multis testamenti veteris figuris est perspicuum. Primum enim hoc sensu D. Ambrosius sermone 23. & libro de iis, qui initiãtur sacris mysteriis, cap. 3. interpretatur lignum illud, quod in aquas à Moyse missum earum amaritudinem abstulit, quemadmodum refertur Exodi 15. *Aquam*, inquit, *amaram, legem esse arbitror veteris testamenti, quæ lex priusquam cruce temperaretur Domini, erat immitis.* Eadem figura vtitur Origenes homilia 8. super Hieremiam, Cyrillus Alexandrinus libro 8. in Ioannem cap. 17. & D. Hieronymus ad Fabiolã, de quadraginta duabus mansionibus, mansione 5. Secundò idem expressit lignum illud, in quo serpens æneus suspensus fuit, & populo ad aspiciendum propositus, Numerorum 21. vt Christus ipse docuit Ioannis 3. & expendit Tertullianus vbi supra, his verbis: *Post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno impositum pendentis habitu, in spectaculum Israeli salutare Moyses proposuit eo tempore, quo à Serpentibus post idolatriam exterminabantur, nisi quod Dominicam crucem intentabat, qua serpens Diabolus publicabatur, & læso cuique ab eiusmodi colubris, idest, Angelis eius ad Christi crucis sacramenta intento salus efficiebatur?* Tertio Origenes homilia 8. super librum Iosue expendit quomodo Iosue præcepit suspẽdi Regem Hai in patibulo vsq; ad vesperam. Iosue 8. Quo loco,

4

Primasius.

Crux Domini vitę arbor, & lignũ salutare.

D. Ambr. Aquã amarã, idest, legẽ dulcorat.

Origenes. Cyrill. Alex.

D. Hieronym⁹

Numer. 21. Tertullianus.

Sanat percussos à serpẽte.

Origen.

Iosue 8.

pro,

Septuaginta. Origenes. Crucis virtus duplex.

pro *In patibulo*, quod est Hebraicè, Septuaginta transtulerunt *In ligno gemino*. *Quid mihi prodest*, inquit Origenes, *si sciam, quòd in gemino ligno Rex Hai suspensus est: si autem sciam duplicem esse virtutẽ crucis, in qua & Christus in carne suspenditur, & Diabolus cum suo exercitu triumphatur, ex intelligentia sacramenti anima mea ædificabitur.*

4 Hie. 11.19.

Quartò. De hoc etiam ligno est sermo Hieremiæ 11. cùm dicitur à Iudęis: *Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius nõ memoretur amplius*, quod lignum Tertullianus libro aduersus Iudæos cap. 10. de cruce, quæ missa fuit *in panem*, ideſt, corpus Christi, interpretatur: quemadmodum & D. Hieronymus in commentariis super Hieremiam, & D. Cregorius libro 12. Moralium cap. 3. eundemque locum affert Origenes homilia 8. super Hieremiã, ac de cruce exponit: tametsi panem non corpus Christi, sed eius doctrinam accipiat: *Quia*, inquit, *docente Christo voluerunt quidam scandalum ponere doctrinæ eius, crucifigentes eum dixerũt, Venite mittamus lignum in panem eius: cum enim verbo Christi, & doctrinæ coniungitur crucifixio, lignum in panem mittitur, & illi quidem insidiantes dicunt, Venite mittamus lignum in panem eius. Ego verò admirabile quiddam inferam: lignum missum in panem eius panem fecit meliorem, antequã enim mitteretur lignum in panem eius, quando tantummodo panis erat, & non erat lignum, non exierat in vniuersam terram sonus eius: postea verò quàm sumpsit fortitudinem per lignum, tunc in vniuersum orbem passionis eius disseminatus est sermo. Ego quippe aio legem non intellectam amaram aquam esse, cum autem venerit lignum Christi, & sermo saluatoris in eam descenderit, tunc dulcoratur, & fit suauissimi saporis, intellecta pariter, & lecta lex Moysis. Perperam etiam dicũt, Venite mittamus lignum in panem eius, & eradicemus eum de terra viuentium, sic eum interfecerunt quasi nomen eius penitus eradicarent: sed audi quid dicat Christus Ioannis 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ergo mors Christi spica frumenti facta est septuplum, & multò ampliùs restituens, quã fuerat seminatum.* Hæc Origenes. Addit Lyranus hoc lignum fuisse Taxum, quod in ea regione est letiferum, & venenatum, sensumq; esse, conatos fuisse Iudęos Hieremiam Prophetam veneno interimere, panem, quo vescebatur, toxico, seu veneno imbuendo: quod egregiè quadrat in crucẽ, quam veluti maledictum, & venenatum lignum, hoc est, maximè probrosum in corpus, & doctrinã Christi Iudæi mittere decreuerunt, quò nomen eius penitus abolerent, quod tamen eis minimè successit, cum lignum vitæ euaserit, vt hoc loco ait Ioannes.

Ex eo ligno orta gloria nominis Christi, nequicquam contra nitentibus Iudęis.

Ioann. 12.24.

Lyran.

5 Cant. 7.8. Crux, palma, cuius fructus claritas resurrectionis, & ascensionis.

Postremò. De cruce etiam à plerisque accipitur illud Canticorum 7. *Ascendam ad palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut odor malorum*: quæ verba Græci Patres sponsæ sponsum alloquenti tribuunt. Verum Rupertus in Cantica Christo accommodat hoc sensu, Exaltabor in crucem victricem, & moriendo operabor velociter salutẽ omniũ: quo eodẽ modo interpretatus est Beda: *Aptè*, inquit, *Palmæ nomine victoriosissima potest crucis arbor designari, quod autem ait sponsus: Ascendam in palmam, & apprehẽdam fructus eius, illi æuo congruit, quando Salomon hæc scribebat, cum se Dominus crebris Prophetarum vocibus promitteret ad redemptionem generis humani in carne venturum; cum se ascensurũ dicit, posteriores sunt gloriæ, quæ crucis sequebantur ascensum, hoc est, caritas Resurrectionis, & Ascensionis eius ad cælos, Aduentus Spiritus sancti, & salus mundi credentis. Rectè autem subijcitur, Et erunt vbera tua sicut botri vineæ: quia nimirũ primi Ecclesiæ doctores i. Apostoli sicut botri vineæ fuerunt, ideſt, Spiritualium charismatũ gratia referti.* Legendus est Cyrill. Alexandr. lib. 8. in Ioann. cap. 17. vbi plures alias affert crucis figuras, ex quibus omnibus exploratum relinquitur crucem Christi lignum fuisse salutare, quod

Rupertus.

Beda.

Apostoli, vbera Ecclesiæ, & botri vineæ.

Cyrill. Alex.

vitam

vitam mortalibus attulit: atque adeò rectè lignum vitæ appellari: de cuius fructu loquitur Ioel cap. 2. cùm ait: *Lignum attulit fructum suum*, ideſt, interpretante Hieronymo, lignum crucis affert fructum suum, & Spiritus sancti dona dulciſsima suam cunctis tribuent largitatem.

Ioel. 2. 22.

Hieronym.

Eiusdem ligni vitæ de sacramento Eucharistiæ interpretatio.

SECTIO XIIII.

1 Sacramentum Euchar. Paschasius.

QVARTAM expoſitionem affert Paſchaſius Abbas libro de corpore, & ſanguine Chriſti cap. 7. (& refertur tomo 4. Bibliothecę ſanctorum Patrum) vbi hanc comeſtionem de ligno vitæ interpretatur communionē ſacramenti Euchariſtiæ, in quo verè comedim⁹ lignum vitæ, ideſt, corpus Chriſti, qui lignum eſt vitæ, vt ſupra diximus. Rectè autem, Edere, ad Euchariſtiam refertur, quę non ſolùm nomine fructus ligni vitæ, ſed panis etiam viuifici, quod idem eſt, appellatione cenſetur in ſacris literis. Primùm Pſal. 22. *Parasti in conſpectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me*: quem locum de Euchariſtia intellexerunt D. Cyprianus epiſtola 63. ad Cæcilium, diuus Ambroſius libro de Helia, & ieiunio cap. 1. & lib. 5. de Sacramentis cap. 3. Paſchaſius Abbas libro de corpore, & ſanguine Domini cap. 10. Theodoretus in commentariis eiuſdem Pſalmi, & diuus Chryſoſtomus ibid. *Qui ſunt*, inquit, *qui nos tribulant? Suggeſtiones inimici, cupiditates, delectationes, ſeculi honores: ſed cum venimus ad menſam potentis, tribulationes efficiuntur conſolationes: & ex menſa præparata proficimus aduerſus eos, qui tribulant nos.* Secundò Prouerbiorum 23. *Quando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam.* Alia tranſlatio habet: *Quando ſederis ad mensam potentis*, vt intelligamus in Euchariſtiæ myſterio Deum maximè potentiæ ſuæ magnitudinem declaraſſe: etenim de menſa Euchariſtica locum intellexit diuus Chryſoſtomus paulò ante citatus. Tertiò Pſalm. 21. *Apud te laus mea in Eccleſia magna: edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, viuent corda eorum in ſeculum ſeculi*: quę omnia ad Euchariſtiā pertinere docet Euſebius Cæſarienſis libro 10. Demonſtrationis Euangelicæ cap. 8. quemadmodum, & quod ſequitur eodem Pſalmo. *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ; in conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram*: quæ omnia adorationem myſterij, & gratiarum actionem ſignificant: ex eoq; loco magnum contra Hæreticos conficitur argumentū pro vera Chriſti præſentia in ſacramento, cum panem ipſum, quem manducant pingues terrę, ſimul etiam adorant; quis enim vnquam panem communem manducans, eundem adorauit? & tamen Regius vates ait, *Manducauerunt, & adorauerunt*: cui concinit illud pſal. 2. *Apprehendite diſciplinam*: pro quo alij vertunt ex Hebræo *Oſculamini filium*: alij *Adorate panem*: quod nonniſi de Chriſto, qui in ſacramento Euchariſtię panis eſt viuus, intelligi poteſt. Quartò Eſaię 65. *Ecce ſeruientes mihi comedent, vos autem eſurietis: ecce ſeruientes mihi bibent, vos autem ſitietis*: quem locū de Euchariſtiæ ſacramento acceperunt Cyrillus Alexandrinus in commentariis ſuper Eſaiam, diuus Ambroſius libro de Paradiſo cap. 9. & libro de Helia, & eiiunio cap. 10. Diuus Cyprianus libro 1. teſtimoniorum contra Iudęos cap. 22. & diuus Hieronymus ſuper Eſaiam.

Quintò Oſeæ 14. *Ero quasi ros Iſrael, germinabit ſicut lilium, & erumpet radix eius, vt Libani. Ibunt rami eius & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani, viuent frumento*: ſeu vt eſt apud Septuaginta, *Roborabuntur frumento*; quę omnia de

Pſal. 22. 5. Euchariſtia, fructus ligni vitalis, & panis viuificus. D. Cyprian. D. Ambr.

Paſchaſ. Theodoretus.

D. Chryſoſt.

Prou. 23. 1.

In Euchariſtiæ myſterio, magnitudo diuinę potentię.

D. Chryſoſt. Pſal. 21. 27.

Euſebius Cęſ. ibidem.

Præſentia Chriſti in Sacramento.

Pſalm. 2. 11.

Eſaj. 42. 14

Cyril. Alex. D. Ambroſius.

D. Cypr.

D. Hier.

2 Oſeę 14. 6.

Cyrill. Alex.

Fructus virtutum ex Eucharistia.

Eucharistia interpretatur Cyrill. Alexandrin. in commentariis super Oseam. *Germinabunt*, inquit, *sicut lilium*, id est, *vacabunt à solicitudine huius seculi, lilium enim nullo labore arationis, nullo studio agriculturæ mira pulchritudine induitur. Erũpet radix eius, vt Libani*, id est, erunt ita firmi, & stabiles in fide cũ humilitate, vt est arbor Libani humilis, & quæ alte radices agit; *ibunt rami eius*, quod dilatationem Ecclesiæ significat. *Erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani*, id est, vt thuris, quia semper virescẽt fructibus virtutum suauissimis, qui hoc cælesti pane vescentur. Vbi notandum est panem hunc vitam spiritualem conferre: quod etiam loco citato Regius vates significauit cum dixit, *viuent corda eorum*. Quod verò hic locus de Eucharistia intelligẽdus sit ad literã, manifeste ostendit translatio Septuaginta, apud quos teste D. Hieronymo sic legitur, *frumento inebriabuntur*. Docte enim Origenes lib. 4. περὶ ἀρχῶν, id est de principijs, annotauit summa Dei prouidentia factum esse, vt essent in lege, & Prophetis quędam aynata, id est, impossibilia, ne si ipsius legis, aut Prophetiæ vtilitas, & consequẽtia ex se appareret, cõtinuò existimaremus nihil aliud ibi esse intelligendum, prẽter id, quod in prõptu esset. Quis ergo ignoret non posse panem inebriãre? quare cũ audimus, *inebriabuntur frumento*, docemur mysticum esse panem intelligendũ, qui in ijsdem mysteriis cum mystico vino consecratur, in quo mystica, & spiritualis latet ebrietas, quæ digne cõmunicantibus confertur. Eandem ob causam dictum est Zachariæ 9. *Quid bonum eius est, & quod pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* cum enim commune vinum ad libidinem incitet, iuxta illud Apostoli ad Ephesios 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*, planum est sermonem esse de vino quodam mystico, atque adeo de calice Eucharistico: quemadmodum intellexerunt diuus Hieronymus, & Lyranus in commentarijs super Zachariam. Et Paschasius Abbas libro de corpore, & sanguine Domini cap. 21.

D. Hier.

Origenes.

Panis mysticꝰ spiritualiter inebriat.

Zachar. 9. 17.

Ephes. 5. 18.

D. Hieronym. Lyran.

Paschas.

Sexto Deut. 15. *Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberũ, & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, sed dabis viaticum de gregibus, de area, & torcular tuo; quam legẽ interpretans Cyrill. Alex. lib. 7. De adoratione in Spiritu. Vides*, inquit, *vim mysterij Christi in his splendescere, liberauit enim nos gratis, postquam verò liberos nos fecit, appossuit se ipsum viaticum, concedens, vt viuificam benedictionem participaremus carnẽ, inquã suam, & sanguinẽ*. Septimo Esai. 33. *Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatẽ, qui proijcit auari itiex calũnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat iudiciũ sanguinis, pane cibabitur, & aqua eius fidelis*. Quo loco per panẽ, Eucharisticũ panem intellexit Iustin. Martyr in dialogo cũ Tripho ne aduersus Judæos, & Cyrillus Alexandrinus in commentariis super Esaiam Octauo Prouerbiorum 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam*. De Eucharistia interpretatur diuus Cyprianus libro Epistolarum Epistola 3. & diuus Augustinus lib. 17. de ciuitate Dei cap. 20. Nono, & postremo. De hoc sacramento loquitur Regius vates Psalm. 33. quemadmodum diuus Augustinus concione 1. in eum Psalmum ex eiusdem tituli, & inscriptione confirmat, quę huiusmodi est. *Psalmus Dauid cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt*; nec mirum tibi videatur, quod coram Abimelech Dauid vultum dicatur immutasse, quod legas eum Regem dictũ fuisse Achis 1. regum 21. Etenim Abimelech nomen erat commune Regum Palæstinæ, sicut Ptolomæus, & Pharao Regum Ægypti, quemadmodum Gandauensis Episcopus, & Genebrardus affirmãt. Sic ergo August. Psalmi inscriptionem ad Eucharistiã refert.

Deut. 15. 12. Est viaticum, quod nos liberati accipimꝰ, vt olim seruus hebr. manu missus.

Cyril. Alex.

Esai. 33. 15.

Iustin. Martyr.

Cyrill. Alex.

Prouerb. 9. 1.

D. Cyprian.

D. August.

Psal. 33.

August.

Mutauit,

Caro Christi data hominibus ad manducandum.

Mutauit, inquit, *Christus vultum suũ, quia quasi furor, & insania videbatur dare carnem suam hominibus manducandam. Vndè Iudæi dicebant: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et aliqui ex discipulis, Durus est sermo iste, & quis potest eum audire?* Ioannis 6. *Ideo quasi insanus putatus est Dauid, sed Regi tantũ Achis insanire videbatur, idest, stultis, & ignorantibus, idcirco dimisit eos, & abijt, fugit enim à corde eorum intellectus, ne eum posſent comprehendere.* In eo igitur Psalmo Eucharistia edulio suauissimo, ac dulcissimo confertur, cum dicitur, *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus*, vt Augustinus ibidem interpretatur. quo etiam testimonio vtitur contra Andream volanum Polonum hæreticum Turrianus noster priore tractatu de Sacramento Eucharistiæ cap. 3. Ex his perspicuum est rectè per fructũ ligni vitæ Eucharistiã posse accipi, quippe quæ alimentum sit animarum saluberrimum, ac viuificum, vt adductis testimonijs testatum fecimus.

Ioan. 6. 52.

Psalm. 33. 9.

Turrianus.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De Angelo Smyrnæ.

Quid literæ ad Smyrnæ Angelum contineant.

SECTIO. I.

1

SECVNDÆ literæ dãtur ad Episcopum Smyrnensem: quibus primũ laudatur, deinde animatur ad patientiã contra omnes aduersariorum impetus, qui ei prænunciantur. Postremo corona vitę eidẽ promittitur. Porrò Smyrna vrbs est non ignobilis à Theseo thessalo in memoriam vxoris suæ, quæ Smyrna dicebatur, condita, inde præcipuè nitens, quod Poetarum Principi Homero patria extitit: quanquam vt docent Plutarchus in Homero, & Gellius libro 3. noctiũ Atticarum cap. 12. alij eũ Athenien-sem, alij Colophonium, alii Ægyptium, alii denique aliunde oriundũ fecerunt, imo septem vrbes, quarũ vna fuit Smyrna eum sibi ciuẽ arrogare contenderunt, vt ex illis Græcis carminibus constat.

Smyrnę vrbs, Homeri patria.

Plutarch. Gell.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου,
σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν, χίος, ἄργος, ἀθῆναι:

Quæ sic latinè reddi possunt.

Septem vrbes certant de Stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophõ, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.

Et M.T. in oratione pro Archia poeta. *Homerum*, inquit, *Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant; itaque etiam delubrũ eius in oppido dedicauerunt; per multi alij præterea pugnant inter se, atque contendunt.* Obseruant autẽ hoc loco fere omnes interpretes in Epheſi Episcopo Apostolorum tempora comprehendi, in Smyrnensi verò martyrũ, iuxta Smyrnæ etymon, quæ myrrha interpretatur. Etenim, cũ quotidie sancti pro fide mortẽ oppetebãt, crudelissimisq; cruciatibus torquebãtur, dicere iure optimo poterat Ecclesia: *Manus meæ distillauerunt myrrhã, & digiti mei pleni myrrha probatissi-*

M. Tullius.

Cant. 5,5. In Smyrnensi Episcopo Martyrum tempora comprehenduntur.

Cant. 4. 3. Martyriũ myrrha.

ma. Cant. 5. Rectè enim martyriũ myrrhæ comparatur, quia licet amarum sit propter mortis perpessionem, tamen à corruptione liberat, & immortalitatem confert, quam ob causam Martyrum genæ similes dicũtur corticì mali punici. Canticorum 4. *Sicut fragmen mali punici genæ tuæ*. Qui locus de martyribus à plerisque intelligitur, quia nimirùm cortex mali punici durus quidem est, & insuauis, sed pulcherrimorum granorum purpuream continet multitudinem, quæ fructus illos suauissimos, qui sub martyrij amaritudine delitescunt, significant iuxta illud 2. ad Corinth. 4. *Momentaneum hoc, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Eleganter in hanc sententiam Beda locum ex canticis citatum sic interpretatur; *malum punicum, quia roseì coloris est, passionis Dominicæ mysterium innuit: quia ergo sancta Ecclesia non erubescit crucem Christi, sed gaudet in contumelijs, & passionibus pro Christo, crucisque vexillum gestare solet in facie, meritò genas instar mali punici habere dicitur; nec vacat mysterio, quod non integro malo, sed eius comparatur fragmini; in fracto enim malo punico & pars ruboris, qui patebat videtur, & pars candoris, qui intus latuerat, aperitur: habet ergo ruborem mali punici sponsa in genis, cum sacramentum Dominicæ crucis fateatur verbis: ostendit & candorem fracti eiusdem mali punici, cum pulsata pressuris castitatem puri cordis probat factis, & quid intus gratiæ crux Redemptoris contineat, manifestum facit: Item ostendit colorem puniceum in genis, eũ prima, & eminentiora eius membra, idest martyres sanguinẽ & vitam pro Christi nomine profundunt: addit & candidũ, cũ ijdem inter patiendũ, vel impleta iam passione miraculis coruscant. Nec prætereundum, quod malũ punicum magnam granorum copiã vno foris cortice includit, vnde & malũ granatũ dicitur, quæ quidem integro adhuc malo videri nequeunt, sed fracto apparẽt quàm sint innumera: sic enim sancta Ecclesia, quò amplius eam frangi aduersis contigerit, eò clariùs referat, quot virtutũ grana vnius fidei teginine complectatur*. Hæc ille.

Genę Ecclesię propter martyres dicuntur fragmen mali punici. Beda.

Literarum ad Smyrnæ Angelum inscriptio expẽditur.

Hæc dicit primus, & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit.

SECTIO II

INSCRIPTIO illis verbis comprehenditur. *Hæc dicit primus, & nouissimus, qui fuit mortuꝰ, & viuit*, Græcè ἔζησεν, idest vixit, hoc est, post mortẽ resurrexit. Huiusmodi inscriptione animatur Smyrnẽsis Episcopus ad labores, quorũ magnam syluã, multamq; materiam Synagoga Satanæ suppeditabat, forti, & inuicto animo perferendos; tres autem ad hoc persuadendũ rationes continet inscriptio. Prima ducitur ex Christi magnitudine, & potentia, qui possit ijs, qui propter fidẽ, ac virtutẽ vitę se discrimini obijciunt, opitulari, imo & vitã, si eam amittere contigerit, restituere, hoc sensu, ne animũ despondeas, si in capitis discrimen pro nomine meo adducaris, imo neè si mortẽ ipsam inimici intentent, & afferant; ego enim sum primus, & nouissimus, idest Alpha, & Omega omniũ rerũ, atq; adeò omnia, quæ sunt, & erũt, potestatis amplitudine coercens, vimq; habens omnia pericula propũlsandi, quod vel ex eo potes intelligere, quòd ego ipse mortuus fui, & resurrexi. In hũc sensũ interpretantur hunc locum Rich. de S. Vict. & Beba, qui illud, *Primus, & nouissimus* sic exponit, idest, qui omnia creauit, & omnia moriendo instaurauit. *Apta*, inquit, *præfatio patientiam suasuro*. Secunda ratio desumitur ex Christi optimo exemplo, vt volunt Arethas, & Rupertus, qui illud, *Primus, & nouissimus*, non principium, & finem interpretantur, sed ad humanitatem, & passionem referunt, quasi

I

Potens Christus liberare petelitantes propter se.

Richardus. Beda.

Exemplũ Christi in perferendo vrget nos.

Christus in hunc modum loquatur; verum quidem est te propter fidē,& iustitiam pati; sed quantum est hoc, si ad illum respicias, qui cum esset apud Deum primus,ideſt,pretiosissimus, omnique honore dignissimus, apud homines tamē nouissimus fuit, ideſt , vilissimus , & abiectissimus iuxta illud Esaiæ 53. *Vidimus eum despectum,& nouissimum virorum.* Tertia ratio depromitur ex bonis, quæ patientem virum,mortisq; pro iustitia contemptorem consequuntur, illisq; verbis comprehenditur,*Qui fuit mortuus, & viuit*,quibus innuitur eū, qui Christi vestigijs insistens laborum patientissimus fuerit, mortemq; ipsam pro Christi nomine oppetierit, tandem ab ipso fore sempiternæ vitæ restituendum: quemadmodū Christus postquam mortem obijt, se ipsū ad immortalē vitam reuocauit.Hanc etiam rationem tangit hoc loco Rupertus.

Esai. 53.3.

Bona,quæ consequuntur pātientiam.

Rupertus.

2 Protectio Dei erga tribulatos pro iustitia.

Quod ad primam rationem attinet,maximos ea fidelibus animos addit, quam idcirco Deus per Regium vatem identidem repetere consueuit,veluti Psalm.90. cum ait, *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*,ideſt, vt exponit Theodoretus, *non modò à grauioribus reb⁹ liberabò, verum etiam illustrem efficiam.* Ab eadem radice Hebraica אוֹן Auan,à qua deducitur אָוֶן Auen,quod laborem,fatigationē,& luctū significat, vt Amos 5.*Bethel erit leuen*, ideſt, in labore, vel afflictione; deducitur etiam אוֹן, ideſt fortitudo,& robur,vt Iob 18.*arctabuntur gressus* אוֹנוֹ *Ono*, ideſt *roboris ei⁹*. Et Genesis 49. *Ruben principium* אוֹנִי *Oni*, ideſt, *fortitudinis meæ*, quemadmodum reddit Targum, pro quo Hieronymus transtulit *doloris mei*. Et Oseæ 12.de Iacob dicitur בְּאוֹנוֹ *Beono*, ideſt *in fortitudine sua directus est cum Angelo*. Ratio huius rei est, quod eadem radix sit fortitudinis, & roboris, quæ est laboris,& afflictionis, quia nimirum Deus in ipso labore vires auget, roburq; ad vincendum præbet.

Psalm. 90.5.

Amos 5. 5.

Iob 18.7.

Genes.49.3.

Oseę 12.3.

Vbi labor, & afflictio pro lege Dei, ibi fortitudo à Deo.

Hinc etiam factum est, vt Beniamin postremus Iacob ex Rachele filius dictus sit à matre *Benoni*, ideſt *filius doloris mei*,quod eum extremo mortis dolore peperisset Genesis 35.quod nomē, vt patet ex dictis, interpretari etiam possumus,*filius fortitudinis meæ*,id quod fortasse Iacob significare voluit, cum eum Beniamin, ideſt filium dexteræ nuncupauit: tum quia filij doloris, ideſt qui multa propter virtutem patiuntur, filij sunt fortitudinis Dei, quippe cum in eis iuuandis vim suā, & potentiam declaret: tum etiam quia eos postea Deus ad dexterā suā collocabit,qui dū viuunt,ad eius sinistrā esse propter vitę incōmoda ab imperitis existimātur.Huc etiā pertinet illud Esaię 43. *Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te; cùm ambulaueris in igne, non combureris,& flamma non ardebit in te: quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel.* Quem locū videtur explicasse Clem. Alex. lib.1.Pædagogi cap. 9. vbi affert illud Ezechielis 34. *Ero pastor ipsorum, & ero prope ipsos, sicut tunica prope corpus ipsorum*; sic enim ipse legit,quibus verbis significatur maxima quædam protectio diuina, quæ explicari potest similitudine illa,quam D. Athanasius libro de incarnatione verbi ducit ex Amiantho lapide,ex quo adhuc lento telæ confectæ,si in ignem conijciantur,non cōburuntur; cui simile quoddam lini genus cōmemorat Plin. lib. 14. cap. 1. vbi docet certo quodam lini genere inuolui solita Regum cadauera,vt eorum cineres à reliquis secerni possent.Huius igitur generis tunicam se fore Deus pollicetur ijs, qui pro eius nomine in ignem tribulationum coniecti fuerint, vt nimirum ab eo lędi nequaquam possint. Hanc eandem Dei prouidentiam, & curam de ijs, qui propter ipsum patiuntur, expendit Theodoretus in quæstionibus in Genesim quæst.82. in scala illa Iacob,de qua agitur Genesis 28. *Prouidentia*, inquit, *diuina manifestius declaratur in rebus, quæ videntur aduersæ; idcirco*

Genes.35.

Esai. 43.2.

Clem.Alex. Ezech.34. Deus quasi tunica patientium.

D.Athan.

Plinius. Telæ cōfectæ ex Amiantho lapide,l,quodam lini genere non ardēt.

Theodor.

Dei prouidentia erga Iacob.

Iacob fugit, & solus peregrinatur, vt locupletissimus rediens experiatur, quanta sit Dei omnium prouidentia, & alios doceat hanc Dei solicitudinem: id, quod apparitione sua confestim Deus declarauit, ostendens ei scalã ad cælum vsque pertingentem, & sanctos Angelos ascendentes, & descendentes: ipse verò Dominus sursum consistens confirmabat eũ, ac metum expellebat, quorum vnumquodque poterat securum reddere Patriarcham: docetur enim nihil negligenter à Deo administrari, sed ipsum omnia dispensare sanctorum Angelorum ministerio. Deinde dicitur, Ecce tecum sum custodiens te in õni via, qua ambulaueris, & reducam te in terram hanc, quia non te derelinquam. Ecce vides miram in Iacob fugientem Esau, domo profugum, timentem omnia, Dei optimi prouidẽtiam, Deumque ipsum scalæ inniten tem paratum se ostendere ad ei in laboribus omnibus, & casibus opitulandum.

3

Secunda quoque ratio maximè ad patientiam commendãdam pertinet, si quis consideret Christum, qui naturâ primus erat omnium, factum fuisse omnium nouissimum, vt prædixit Esaias cap. 53. *Vidimus eum despectum, & nouissimum virorum*: quo loco aduerte, pro eo, quod nos habem⁹ nouissimũ virorum, esse Hebraicè וחדל אישים, quod plerunq; transferunt, *Et cessauit à viris*, seu *desijt à viris*, alij *cessatorem virorum*: & est sensus Christum vsque adeò se humiliasse, vt ferè capacitatem hominis per humilitatem exhauserit ita, vt cum maiori humilitate iam humana natura stare non posset, sed omnino desinere, cessareq; deberet: potest & ita accipi, vt dicatur Christus *Cessator virorum*, hoc est, à quo tractando, & in societatem, consuetudinemq; admittendo homines cessarent, indignum eum sua consuetudine existimantes. Cum igitur se Christus nouissimum virorum effecerit, & vsque adeò despectus fuerit, omni ignominiæ, ac despicatui sponte obnoxius, qui omni honore, & gloria erat dignissimus, maxima hinc ratio ducitur ad commendandam in iniuriis, & contumeliis ferendis patientiam; qua etiam vsus est Paulus ad Hebræos 12. cùm ait, *Recogitate eũ, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes:* quis enim in laboribus vnquam deficiet, si ob oculos sibi proponat passionem Christi? Atque exẽplo hoc se animabat sponsa, cum dicebat Canticorum 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In quem locum Beda. *Christus*, inquit, *tanquam myrrhæ fasciculus tunc inter vbera sponsæ commoratur, cum Ecclesia mortem sui Redemptoris, sine intermissione intimo corde meditatur. Inter vbera enim cordis esse locum quis nescit?* Hæc nimirum sunt illa vnguenta suauissima, in quorum odorem cursuras adolescentulas testatur sponsa Canticorum 1. cum ait. *Trahe me post te; curremus in odorem vnguentorum tuorũ.* Horum exemplorum Christi cogitationem, arma Christianorum appellat Petrus 1. sua Canonica cap. 4. illis verbis, *Christo igitur passo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini*, Græcè τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, idest, eandẽ cogitationẽ velut arma induite, seu cõgruenter huic cogitationi armamini, vt subaudiatur κατὰ, hoc est, secũdum, seu iuxta eandem cogitationẽ. Porrò notandum est verbum illud, *armamini*, nec enim dictum est induimini, aut exornamini, sed *armamini*; quòd verbum sonat impugnationẽ, & prælium, vt significetur fortitudo passionis Christi, cuius meditatione si armemur, possumus hostes omnes confidenter aggredi. Quam eandem ob causam Christus ipse cruci affixus clypeo comparatur, imo & illo Iosue clypeo fuit expressus, quem is ex præcepto Domini leuauit in sublimè in prælio, quòd cum habitatorib⁹ vrbis Haic omittebatur, vt ad eius conspectum exercitus præliaretur confidentiùs; quemadmodum refertur Iosue 8. Est autem sententia Hebræorum, quam sequitur Lyranus in cõmentarijs eius capitis, fuisse positũ

Hebrę. 12.3.

Cant. 1.13.

Beda.

Meditatio passionis, vnguentum trahens post se.

Cant. 1.4.

1.Petr. 4. 1.

Passio Christi arma, & fortitudo Christianorum.

Iosue 8.

Esai. 53. 3.

Humilitas Christi.

clypeum

clypeum illum in hasta aliqua oblonga, quò posset ab omnib⁹ cerni, quod sanè manifestè expressit Christum in cruce exaltatum, tanquam clypeum fuisse omnibus ad intuendum propositum, vt ad eius cõspectum Christiani milites animos sumãt ad strenuè, & vtiliter dimicandum. Quo videtur allusisse Esaias cap. 5. cum dixit. *Leuabit signum in nationibus, & sibilabit ad eum de finibus terræ: Ecce festinus velociter veniet, non est deficiens, nec laborans in eo, nec soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius.* Quod quanquam ad literam intelligẽdum est de Assyriis, alijsque gentibus, quas De⁹ quasi erecto signo euocauit ad Iudæorum euersionem: rectè tamen signũ illud erectum Christum possumus interpretari, quo in cruce exaltato omnes euocati sunt ad bellum cum animi hostibus gerendum, & ad prælium ita animati, vt nullus dici possit deficiens, aut laborans nulliusque cingulũ præ timore soluatur. Recte autem dicitur, & *sibilabit*, quia ad minimum Christi nutum, & vnicum in cruce pendentis sibilum ex vniuersis mundi partibus quamplurimi strenui mĩlites sub eo præliaturi conuolarunt. Eandem ob causam appellatur Christus in cruce, Turris fortitudinis Psal. 60. *Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Vnde*, inquit Augustinus in eum locum, *factus est Christus spes nostra, nisi quia passus est, & resurrexit: nos enim non noueramus, nisi nasci hominem, & mori: resurgere hominem, & viuere in æternum non noueramus: suscepit quod nouerat, & demonstrauit quod non nouerat, ideo factus est spes nostra in tribulationibus.* Sequitur, *Turris fortitudinis à facie inimici. Angitur cor meum, laboro inter tentationes, & scandala, is est mihi turris fortitudinis: quo cum fugero, non solùm vitabo tela inimici, sed etiã in illum, quæ voluero, ipse iaculabor: caues ne feriaris à Diabolo, fuge ad turrim. Quomodo autem fugies? ante te est turris, recordare Christum, & intra in turrim, quicquid poteris cogita, quia prior ipse passus est, & cogita quo fine passus est, vt nimirum moreretur, & resurgeret: talem & tu finem spera, qualis in illo præcessit, & introisti in turrim.* Quibus verbis Augustinus locum hunc Ioannis videtur illustrasse, cùm dicitur, *Qui fuit mortuus & viuit.* Quo pertinet illud Iacobi 5. *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator.* vbi quamquam nonnulli verba illa, *Et finem Domini vidistis*, ad eundem Iob referant, accipiantq; de felicitate, quæ tanquam finis, eius calamitates consecuta est, vt *finem Domini*, idem sit ac finem, quẽ Dominus eius calamitatibus imposuit, rectius tamen Beda & alij, *Finem Domini*, de passione, & resurrectione Domini interpretantur, vt sit sensus. *Vidistis finem Domini*, idest, quàm felici clausula, & fine eius passio fuerit terminata: debetis igitur vos similem habere in laboribus fiduciam, eosque expectatione futuræ felicitatis, & gloriæ patienter, & animosè tolerare.

Denique illud pro tertia ratione sufficiat, quod dicitur Canticorum 6. *Descendi in hortum nucum, vt videre poma conuallium*: quæ verba licet alij sponso, alij sponsæ tribuunt, idem tamen sensus efficitur, videlicet Ecclesiam horto nucum comparari, quòd exterius quidem laborum sentit amaritudinem, corticisque duritie, & asperitate cingitur: cæterum suæ patientię fructum dulcissimum intus continet. Sic Theodoretus hunc locum interpretatur. *Per hortum*, inquit, *nucis præsentem vitam intelligimus, quæ cum amara sit, & ærumnis, laboribusque referta, reconditum tamen habet virtutis fructum. Etenim nucis fructus cum extrinsecus corticem priorem amarum habeat, alterum autem asperum, ac durum, intus tamen veluti in penu nucleum continet reconditum, qui sine labore extrahi non potest: talis est hæc præsens vita, cùm enim dolorum, & molestiarum acerbitate referta sit, habet illa quidem labores, non tamen infrugiferos. Vnde Paulus ad Colossenses 3. Vita*, inquit, *vestra abscondita est cum Christo in Deo*: quibus verbis vult Theodoretus illud significari, in ipsis

Esai. 5. 26.

Psalm. 60. 4.

Christus cruci fixus turris fortitudinis.

Iacobi 5. 11.

Tribulationũ Iob felix clausula.

4 Cant. 6. 10.

Ecclesia exterius amaritudinem sentit interius suauitatem.

Theod.

Colos. 3. 3.

Theod.

laboribus

laboribus, quos pro Christo patimur, tanquàm sub duro & amaro nucis cortice vitam nostram veluti nucleũ suauissimũ absconditum contineri-

Literæ Christi ad Angelum Smyrnæ explicantur.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es, & blasphemaris ab iis, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Sathanæ.

SECTIO III.

1

ITERARVM inscriptione explicata literæ iam ipsæ resignandæ sunt, & quid contineant diligenter observandum. Primum igitur sic incipiunt. *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es.* Græcè additur, *Opera tua*: & est sensus: Scio opera tua bona esse, noui etiam, quòd multa propter me, & Ecclesiã tuam pateris, & quod bonorum tuorum temporalium iacturã ea de causa feceris: sed tamen dives es bonorum spiritualium opibus, quas pluris debes æstimare, quam terrenas. Sic exponunt Augustinus, seu potius Ticonius, Beda, Arethas, Richardus, Rupertus, Primasius, & ferè reliqui. Alij paupertatem hoc loco intelligũt omnis humani auxilij destitutionem, opumque ipsarum penuriam potius, quam amissionem, vel spoliationem, vt innuatur tenuem fuisse eum Episcopatum: quæ expositio etiam quadrat. Non desunt etiam qui per paupertatem, paupertatem spiritus accipiant, iuxta illud Matthæi 5. *Beati pauperes spiritu*: quo fit, vt triplex sit hoc loco paupertatis acceptio. Vna pro paupertate spiritus: altera pro penuria rerum tẽporalium, humanorũq; præsidiorum: tertia denique pro amissione, aut spoliatione temporalium diuitiarum: quæ duæ posteriores expositiones magis placent. Cõmendatur igitur Smyrnensis Episcopus, quod cũ multis prematur hinc inde difficultatibus, ad quas superandas paucissima habeat opum, humanorumque præsidiorum adiumenta, animum tamen non despondeat, omnem suam spem in Deo collocans: ad quod præterea animatur cùm dicitur, *Sed dives es*: vt intelligat se vna Dei confidentia, & morum probitate diuitem, ac potẽtem esse, virtutumq; opibus, ac præsidiis abundare, quæ sola debet in veris diuitiis ponere.

Illud hoc loco notandum est, pauperem Episcopum appellari diuitẽ, cum virtute excellit, quia nimirum veræ diuitiæ non in hisce temporalibus opibus, sed in virtutum præsidiis positæ sunt. Itaque bonus Episcopus, & quilibet alius virtutis studiosus, & si pauper sit quo ad vulgi opinionem, ditissimus tamen corã Deo est existimandus: cuius rei egregia ratio traditur ab Hugone Cardinale; quia videlicet iustus peregrinus est dum hic agit, & instar peregrini pauperem vitam ducit, sed in patria tamen sua, quę cælum est, multas habet repositas diuitias; sicuti pauper censeri non debet is mercator, qui maximis in patria opibus circumfluit, quanquam extra patriam egenus videatur. Qua de re legendus est diuus Augustin. lib. 1. de Ciuitate capite 10. vbi inter alia, *Sancti*, inquit, *amiserunt omnia, quæ habebant: nunquid fidem? nunquid pietatem? nunquid interioris hominis bona, qui est ante Deum dives? hæ sunt opes Christianorum.* Consulendus est etiam Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædag. cap. 6. vbi ostendit solum Christianũ diuitem esse, & inter alia. *Non satis*, inquit, *animaduertimus, quis sit is solus dives, qui, quæ sunt longè pretiosissima, possidet: magni autem pretij sunt, non gẽma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo*

2

sed

Bona spiritualia, diuitię.

Ticonius. Beda. Areth. Richard. Rup. Primas.

Matth. 5. 3. Triplex acceptio paupertatis.

Hugo Card. Virtute prędi tus, etiam si pauper, coram Deo ditissimꝰ.

D. Augustinꝰ.

Clem. Alex.

sed virtus. Probatur etiam ex multis scripturæ testimoniis. Primum ex 1.ad Timotheum 6.vbi Paulus sic ait, *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia*. Disputat verò eo loco Apostolus aduersus quosdam cõcionatores, qui præcipuè quæstus causa concionabantur, docetque contentos esse debere, si necessarius victus suppetat(id enim significat verbum illud, *Cum sufficientia*) intelligentes ipsa pietate, hoc est zelo, quo gloriæ diuinæ, animarumque saluti student, eoque fine proposito sese ad prædicandum accingunt, magnum quæstum, & veras diuitias contineri. Secundo. In hunc sensum affert D. Hilarius in cõmentariis super Psalm. 64. illud eiusdem Psalmi: *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam*. Quem locum ille non de terræ elemento cum communi expositione accipit, sed de humano corde, eo quod hæc terra, qua vtimur non locupletatur, sed ipsa potius homines fructuum suorum vbertate locupletat. *Visitauit ergo*, inquit, *Deus terram, idest, humanum genus, eaque terra à Deo visitata multiplicatis gratiarum muneribus ditescit, iuxta illud Apostoli 1.ad Corinthios 1. In omnibus diuites facti estis in illo*. Tertio, 2.ad Cor.8. *Altissima paupertas eorum abundauit, in diuitias simplicitatis eorum, quia secundum virtutem (testimoniũ illis reddo) & supra virtutẽ voluntarij fuerunt*. Quo loco aduerte, *altissimam*, idem esse, atque profundissimam, est enim Græcè ἡ κατὰ βάθους πτωχεία: loquitur vero de Macedonibus, quorum paupertas cum esset profundissima, ideſt, exhaustissima, tamen illi suprà virtutem eleemosynam tribuerunt, quicquid in fundo arcæ habebant, liberaliter impertientes: cum enim dicitur *altissima*, id est, profũdissima paupertas, sumitur metaphora à vase, vel arca ad fũdũ vsq, exhausta: exaggerauit autem Paulus eorum beneficentiam, cùm dixit, *Altissima eorum paupertas abundauit*: quo modo enim potest abũdare, quod est exhaustũ, & inane? Est igitur duplex sensus vnus est, *Altissima*, seu profundissima eorũ paupertas abũdauit, id est, fuit beneficentissima, *in diuitias simplicitatis eorum*, ideſt, propter ditissimũ simplicis animi affectum, promptissimumque ad eleemosynam largiendam. Alter, qui ad præsens institutum facit; Cũ, inquit, essent extremæ paupertatis, tamen ita erant ad largiendum prompti, vt ex scriniis ferè iam exhaustis, quicquid supererat, expromerẽt, vñ factũ est, vt quo pauperiores sunt redditi, eo magis ditescerent simplicitate, animi cãdore, & reliquis omnium virtutum opibus, quibus dũtaxat verę opes, ac diuitiæ continentur. Quartò De his diuitiis loquitur Paulus 2.ad Corinthios 8. cùm ait: *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives, vt illius inopia vos diuites essetis*. In quem locum Beda sic infert: *Omnes ergo diuites boni fideles: nemo se contemnat, pauper in cella, dives in conscientia, securior dormit in terra, quàm auro dives in purpura*. Quinto, Diuus Ambrosius libro de Tobia cap.18. expẽdit illud Psalmi 36. *Tota die miseretur & commodat*, seu iuxta Septuaginta, *fœnerat*: quemadmodum ipse Ambrosius legit: *Vndè*, inquit, *huic iusto, quòd tota die fœnerat? ergo dives iustus est, & quanto iustior vnusquisque fuerit, tanto ditior, sed quid fœnerat? Audi Petrum Actorum 3. Aurum & argentum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Domini Iesu Nazareni surge, & ambula*. ô optanda paupertas, ô ditior inopia. Rectius diuus Augustinus id refert ad eleemosynam, quam elargiendo sumus veri fœneratores, plus nimirum, quàm damus, recepturi, iuxta illud Prouerbiorum 19. *Fœneratur Domino, qui miseratur pauperis. Vidè*, inquit Augustinus, *quam late crescat fœnus tuum, da temporalia accipe æterna: da terram, accipe cælum*. Sextò, Idem luculente probatur ex 1.Pet.3. *Quarũ* (ideſt mulierũ) *non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in*

1.Tim.6.6.

D.Hilarius.

Psalm.44.10.

1.Cor.1.5. 2.ad Cor.8.2.

2.Cor.8.9.

Beda.

Psalm.36.26.

D.Ambrosius. Eleemosyna.

Act.3.6.

Prou.19.17.

D.Augustin.

1.Petr.3.3.

D. Ambros.

Opulétus, qui in conspectu Dei appellatur dives.

Genes. 5.

4. Reg. 2.

2. Cor. 6. 10.

Matth. 6. 29.

Psal. 118. 14.

2

Iudas in Canon. 8.

conspectu Dei locuples; quem locum eleganter tractat D. Ambrosius in hanc sententiã Epistola 10. quæ est ad Simplicianum. *Vere*, inquit, *dives est, qui in conspectu Dei potest dives videri, in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est; itaque solum illum Deus diuitem nouit, qui sit dives æternitati, qui non opum, sed virtutum fructus recondat. Nemo est dives, qui quod habet secum, hinc auferre non potest, quod enim hic relinquitur, non nostrũ sed alienũ est. Dives Enoch fuit, qui quod habuit secũ trãstulit Gen. 5. dives Helias, qui virtutũ suarũ thesauros curru igneo sublimis sedibus ætereis inuexit, & tamen iste non mediocres diuitias hæredi reliquit, quas ipse non amitteret.* 4. Reg. 2. Septimo idem docuit Paulꝰ 2. ad Cor. 6. cùm dixit. *Sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquã nihil habentes, & omnia possidentes.* Idest vt interpretatur D. Thomas. In exterioribus nihil habentes, quia õnia propter Christum reliquerunt: sed in spiritualibus omnia possidentes per interiorẽ magnitudinem cordis, quia cũ Christo viuunt, & non sibi, omnia, quæ Christi sunt, reputant sua, cùm igitur Christo omnia sint subiecta, verè omnia possident. Deniq; has diuitias recõdere monet Christus, cùm ait Matthæi 6. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* De quibus etiam rectè potuit dicere Regius vates Psal. 118. *In via testimoniorũ tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.*

Secundò. Dicitur Episcopo Smyrnensi ad exaggerandam tribulationem quam patienter ferebat. *Blasphemaris ab ijs, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt*, idest, iniuria lacesseris, & execrandus existimaris, ac diceris ab ijs, qui se veros esse religionis cultores mentiuntur. Proprium est autem hæreticorum, blasphemos, & iniurios esse in principes, ac prælatos, quemadmodum docet Iudas Apostolus in sua epistola canonica, *Similiter*, inquit, *& hi carnem quidem maculant, dominationẽ autem spernunt, maiestatem autem blasphemant*: vbi Græcè maiestatẽ, est δόξας idest, *glorias*. & haud dubie per dominationem, & maiestatem, prælatos ipsos, ac principes intelligit positis abstractis pro concretis, hoc est, dominatione pro ipsis dominis, & maiestate, siue glorijs, vt græcè est, pro gloriosis, & publica dignitate fulgentibus, vnde rectè græca scolia δόξας *ecclesiasticas dignitates* interpretatur: eodemq; sensu accipiunt illud 2. Pet. 2. *Dominationem contemnunt audaces, sibi placentes, sectas non metuũt introducere, blasphemantes*, nec enim in græcis exemplaribus, quæ modo extant, verbo *introducere*, aliquid respondet in græco contextu: itaq; græci legũt, *Sectas non metuunt blasphemantes*: & cum pro *sectis* habeatur græcè idem nomen, quod Iudas vsurpauit, videlicet δόξας, idcirco similiter hoc loco ecclesiasticas dignitates interpretantur, vt sit sensus eiusmodi homines audaces, & sibi placentes blasphemare prælatos: sed retinenda tñ est editio vulgata, vt δόξας hoc loco pro sectis accipiamus, siquidem δόξα græcè non solum gloriã, sed etiam opinionem significat. Porrò notandum est βλασφημεῖν Blasphemare, verbum esse Græcum, quod significat conuitiari, execrari, maledicere: vnde Blasphemia est conuitium, execratio, maledictio: & secundum D. Thomam 2. 2. quæstion. 13. art. 1. importat quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis; præcipuè verò diuinæ, videlicet vel negando aliquid Deo, quod ei conuenit, vel quod ei non conuenit, tribuendo, quod dupliciter potest contingere, vno modo secundũ solam opinionẽ intellectus: altero coniuncta ei quadã affectus detestatione, quo vtroq; modo se blasphemũ appellauit Paulus 1. ad Tim 1. cũ dixit, *Prius fui blasphemus, & persecutor.*

Igitur blasphematur Episcopꝰ Smyrnensis, quia nõnulli, sanctitatẽ simulabant, eũ execrabantur, eiusq; honori, ac virtuti cũ quadam animi detestatione derogabãt: hac enim significatione dicitur blasphemia non solum de

2. Petr. 2. 10.

D. Thom.

1. Tim. 1. 13.

Blasphemari.

Deo, sed de quacunque alia re, quam detestari dicimur, vt est perspicuum ex epistola Iudæ, cùm dicitur de Michaele Archangelo, quòd disputans cum Dæmone de Moysi corpore: *Non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet tibi Dominus*, id est, noluit eum execrari, & maledicere. Et ibidē de Hæreticis, *Quæcunque quidem ignorant, blasphemant.* Illud maiorem habet difficultatem quod sequitur, *Qui se dicunt esse Iudæos, & non sunt*: quod per se suā sectionem desiderat.

Iudę. 9.

Ibid. 10.

Quid Iudæorū nomen hoc loco significet.

SECTIO IIII.

1 Tria Iudęorū nomina.

SCIENDVM est prō illustriori huius rei cognitione Iudæos triplici potissimum nomine censeri. Primùm enim dicuntur Israelitæ à Iacob Patriarcha, à quo omnes originem traxere: is enim cum Iacob anteà diceretur, mutato nomine dictus est Israel, Genesis 32. de cuius nominis etymologia variè sentiūt Patres. Etenim Philo libro de Abraham, & libro de Hebræorum nominum interpretatione, Origenes homilia 15. in Genesim, Eusebius Cæsarienſis libro 5. demonstrationis Euangelicæ cap. 11. diuus Chrysostomus homilia 58. in Genesim & homilia 15. in Matthæum D. Hilarius in Psal. 52. super illa verba: *Exultabit Iacob, & lætabitur Israel*, & in Psalm. 120. super illa verba, *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel*, diuus Ambrosius libro 2. de Iacob, & vita beata cap. 1. D. Augustinus lib. 16. de ciuitate Dei cap. 39. & libro 1. contra Maximinū hæreticum Arianorum Episcopum, in fine tomi sexti, & alij existimant nomen Israel, quod Iacob ab Angelo impositum fuit, idem esse, ac vir videns Deum. Eam tamen opinionem reiicit diuus Hieronymus in quæstionibus Hebraicis his verbis. *Illud quod in libro nominum interpretatur Israel, vir videns Deum omnium pene sermone detritum, non tam verè, quam violenter mihi interpretatum videtur: eo enim loco Israel per has literas scribitur, י iod, ש, sin, ר res, א, aleph, ל, lamed, quibus literis scriptum Israel interpretatur Princeps Dei, siue directus à radice* שרה *sarach, id est, Principatum habere, seu dominari.* Vnde est illud Esaiæ nono המשרה *Hamisrah*, ideſt, *Principatus super humerum eius*, vel *si mauis, à radice* שור *sur*, vel שרה *Sara, id est, Principem esse, quod verbum est Oseæ 12. vbi pro eo quod nos habemus, & inualuit ad Angelum, est Hebraicè* וישר *vaiasar, ideſt, & princeps fuit. At verò vir videns Deum ita scribitur, vt vir ex tribus literis scribatur, Aleph, Iod, Sin, vt maneat* איש, *Videns verò ex aliis tribus, res, aleph, he, vt sit rahe, à radice* ראה *raah, ideſt, videre. Porrò* אל *el, ex duabus aleph, & lamed. Quanuis igitur grandis auctoritatis sint, & eloquentiæ, & ipsorum vmbra nos opprimat, qui Israel virum videntem Deum transtulerunt, nos magis scripturæ, & Angeli, vel Dei, qui ipsum Israel vocauit, auctoritate ducimur, quàm cuiuslibet eloquentiæ secularis.* Hæc Hieronymus. Cuius sententia planè vera est, & amplectēda: quæ etiā manifestè probatur ex Genesis 32. vbi Angelus, qui luctatus fuerat cum Iacob, reddens nominis etymon dixit, *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si cōtra Deū fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis.* Et Paraphr. Chaldaic. sic locū transtulit, *Israel erit nomen tuū, quoniā Princeps fuisti cū Deo.* Deniq; idē est perspicuū ex Oseæ 12. vbi dixim⁹ haberi *vaiasar*, ideſt, *& princeps fuit.* Quare si Hieronymus nōnullis in locis, veluti Oseę 8. Ioelis 3. Amos 4. & aliis, Israel vidēs Deū interpretatur, id non ex sua sñia, sed ex cōi, & vulgari, quæ tūc ad institutū facere sibi videbatur, dixisse censendus est: cum sententiam suam loco illo citato diserte tradiderit, resque ipsa perspicuè â nobis demonstrata sit, vt

Genes. 32.

Philo.

Origenes. Eusebius Cęs.

D. Chrysost. Etymologia Israelitarum.

D. Hilarius. Psalm. 52. 7.

Psal. 120. 4.

D. Ambrosi⁹.

D. Augustin⁹.

D. Hieronym.

Esai. 9. 6.

Oseę 12. 4. Israel non interpretādum, Vir videns Deum. sed princeps Dei.

Genes. 32.

Paraphrastes Chaldaicus.

Oseę 12. 6.

demirari

demirari satis non possim, quòd Ieo à Castro vir aliòqui doctissimus, in libro. 3. sui apologetici pugnaciter contendat Israel non principem Dei sed virũ videntẽ Deũ interpretari oportere, quibusdã D. Hieron. testimonijs persuasum, in quibus non animaduertit D. Hieronym. non suam, sed vulgarem opinionem, vt sæpe solet, & ipsemet multis in locis confitetur, secutũ fuisse, nec de interpretatione nominis Israel ibi ex professo disputasse, vt fecerat loco illo à nobis superiùs citato.

2 Secundò dicuntur Hebræi, de cuius appellationis origene maior est controuersia. Prima sententia est eorum, qui arbitrantur dictos esse Hebræos ab Abraham gentis auctore, quasi Abrahæos: quam sententiam non putauit improbabilẽ D. Augustinus lib. 2. retractationũ cap. 16. imo eam tenuerat lib. 1. de Consensu Euangelistarum cap. 24. sed eam retractauit loco retractationum citato, & meritò, quia nullo modo est probabilis; tum quia ipse Abraham dictus est etiam Hebræus, vt est perspicuum ex Genesis 14. vbi dicitur. *Et vnus, qui euaserat nunciauit Abram Hebræo*: tum etiam quia Abram scribitur initio per Aleph א, Hebræus autem per ע ain. Secunda sententia est Ioannis Reuchlini libro 3. de verbo mirifico cap. 13. Theodoreti quæstione 60. in Genesim & citatur ab Eugub. in suis annotationibus in Genesim super cap. 14. & Burgensis additione 2. ad 21. cap. Marthæi, quã etiã veriorem arbitratur Franciscus Ribeira in primum caput Ionæ num. 44. dici Hebræos ab Abraham, qui appellatus fuit Hebræus, ideſt, transitor, seu traiector: sic enim illi Hebræum nomen hoc loco interpretantur à radice עבר, ideſt, transiuit. Eandem verò sic proponit, & exponit Burgensis: Inter Mesopotamiam, & terram promissionis interfluit Euphrates fluuius, qui magnus est, & vnus ex illis quatuor, qui è paradiso voluptatis oriuntur, vnde in constituendis terminis terræ promissionis absolutè appellatur fluuius, Exodi vigesimo tertio cum dicitur, *Ponam terminos à deserto vsque ad fluuium, &cæt.* Vbi per fluuium Euphrates intelligitur, qui ex parte Mesopotamiæ finit terram promissionis: quia igitur Abraham, qui priùs cum Thare patre suo egressus ex Vr Chaldæorum habitauerat in Haran vrbe Mesopotamiæ Genesis vndecimo, ad terram Chanaam se contulit transito Euphrate fluuio, ibique altare Dómino ædificauit, vocabatur à Chananæis Hebræus, ideſt, transfluuialis, sicut illi, qui ad nos veniunt è regionibus vltra montanis, vltramontani à nobis appellantur. Etenim Heber pèr, ain, in principio transfluuialem significat à radice עבר Ghabar, ideſt, transiuit. Adducit autem Burgensis illud Genesis 14. *Venit vnus de ijs, qui euaserant & nunciauit Abraham Hebræo*, ideſt, vt ille interpretatur, transfluuiali; quæ expositio confirmari etiam potest ex eo, quod Septuaginta sic eum locum reddiderunt, τῷ Ἀβρὰμ τῷ περάτῃ, seu vt Aquila transtulit, περαίτῃ, ideſt, transitori. Deinde illa nituntur ratione, quod multæ aliæ gentes ab Heber traxere originem, quæ Hebrçorum appellationem sortitæ non sunt, sed soli illi, qui ab Heber per Abraham descenderunt. Denique illud obijciunt, quod nec Abraham, nec vllus ex posteris Heber dictus est Hebræus, donec Abraham fluuium transijsset.

3 Tertia sententia, quę nobis videtur multò probabilior, est D. Augustini locis citatis, diui Hieronymi in traditionibus Hebraicis in Genesim, Iosephi lib. 1. Antiquitatũ c. 14. Rabani Mauri lib. 2. in Genesim cap. 11. Eugubini in annotationib. super 14. caput Genesis, Achatij apud eundem Eugubinum loco citato; Lyrani in cap. 10. Genesis, & omnium fere recentiorum Hebræorum, videlicet Iudęos dictos fuisse Hebræos ab Heber filio Sale, cuius fit mẽtio Genesis 10. & 11.

Exodi 23. 31.

D. Augustinus.

Genes. 14. 13.

Ioan. Reuchil. Theodoret.

Ribeira.

Neque ab Abraham, quasi à transitore, l, trãsfluuiali.

Burgens.

D. August. D. Hieron.

Iosephus. Rabani, Mauri, Eugub.

Achatius. Lyran.

Sed ab Heber filio Sale.

D. August. Genes. 10. 21.

& 11. quasi Hebræos. Eam probat 1. diuus Augustinus ex illis verbis Geneſis 10. *De Sem quoque nati ſunt patre omnium filiorum Heber*: quibus verbis ſignificatur maximam, & ampliſsimã fuiſſe poſteritatem Heber 2. Concinit nominum orthographia, etenim tam Heber, quam Hebræi, per ain initio ſcribuntur. Tertio. Argumentatur Eugubinus Hebræos ab Heber, non ab Habar, ideſt, tranſiuit dictos eſſe ex ipſo nomine, ſiquidem nomina gentilitia apud Hebræos per iod in vltima proferuntur, veluti יְהוּדִי Ieudi. Iudæus; Israeli, Israelita; Amelachi, Amelachita: quam eandẽ formam habet eo loco Geneſis Hibri, ideſt, Hebræus, vt quemadmodũ Israeli ab israel dicitur, ita ab Heber dicatur Hibri; nã ſi ab Habar duceretur vt Hibri traiectorẽ ſignficet, potiùs Hober dicẽdũ eſſet, vel Habar, per Camets quod fit in nominib⁹ appellatiuis. *Nunquã*, inquit Eugubinus, *appellatiua nomina eã formã ſequũtur; teſtiq; eſt Chaldaica editio*; quæ vt Gentile nomen interpretatur, ſcilicet Hibri. Quarto (quod argumentum rationem etiam huius appellationis continet) Accedit, quòd poſt diluuium, cùm adhuc viueret Heber, linguarũ confuſio facta eſt, veraq; Abrahami, & poſterorũ lingua in domo Heber remanſit, cũq; totiùs familiæ caput eſſet Heber, ab eo & lingua, & natio nomen accepit: & cum in domo Abrahã integra, ac ſyncera permanſiſſet, ij ſoli Hebræi eaq;, lingua Hebræa vocari meruit? Cæteri verò, qui ab Heber deſcẽderunt, nõ ſunt Hebræi vocati, quia eã linguæ puritatẽ non ſeruauerũt: qua ratione diluitur argumentum, quo Theodoret. & Paulus Burgẽſis ſe cõfeciſſe exiſtimarunt non dictos eſſe Hebræos ab Heber, à quo nimirum multæ aliæ gentes traxerunt originẽ, quæ tamen ea nomenclatura caruerunt. Quod verò attinet ad translationem Septuaginta, qui περάτην, ideſt, tranſitorem reddiderunt, reſpondet loco citato Achatius Abraham quidem dictum eſſe Hebræum, non quaſi traiectorem, ſed quia ab Heber ducebat originem; Cæterum Septuaginta περάτην tranſtuliſſe, vt vim nominis, quod etiam ab Habar, ideſt, tranſiuit deduci poterat, Græcè exprimerent. Denique quanuis Hebræorum nomenclatura, non reperiatur mandata literis, niſi poſtquam Abraham Euphratem fluuium transmiſit, quid, quæſo vetat multo ante Hebræorum appellationem viguiſſe.

Eugub.

Inter poſteros Heber, filij tãtum Abrahę dicuntur Hebręi, quia conſeruarunt paternę linguæ puritatem.

Achatius.

4

Tertio appellantur Iudęi, quod nomen non habuerunt, niſi poſtquã decem tribus diuiſæ ſunt à duabus tempore Roboam filij Salomonis, vt auctor eſt D. Hieronymus in caput quintum Eſaiæ ſuper illa verba, *Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt*. Vbi docet hoc differre Israel, & Iudam, quod omnis populus prius appellabatur Israel; at poſtea regnante Dauid ſuper tribum Iudam, & Roboam filio Salomonis ſuper duas tribus Iudam, & Beniamin, ij, qui erant in Samaria, hoc eſt, decem tribus vocabãtur Israel; ij verò quibus imperabãt de genere Dauid, appellabantur Iuda. Quod idem docet Galatinus lib. 9. Arcanorum cap. 7. Porrò Ioſeph. lib. 11. antiquitatum cap. 5. docet Iudęorum appelationẽ cœpiſſe ex die, qua duce Nehemia ex Babylone profecti ſunt, à tribu nimirum Iuda, quæ prior ad illa loca peruenerat, vnde & ipſi, & prouincia à tali appellatione vocitantur.

D. Hieronym⁹

Iudęi, ideſt, cõfitentes, ita dicuntur à Tribu iuda.

Galatinus. Ioſeph.

5

Sciendum eſt autem יָדָה Iadah Hebraicè idem eſſe, quod confiteri, gratias agere, & laudare: ex qua radice fit Iehudah, vnde Geneſis 29 dicitur *Concepit adhuc Lia, peperitque filium, & dixit, Vice hac confitebor Domino, & idcirco vocauit nomen eius Iehudah*, ideſt, Iudam; à quo tanquam à regiæ tribus Principe dicti ſunt Iehudim, ideſt Iudæi Eſter 18. multisq; alijs in locis: quare Iehudim ſiue Iudæi ex vi nominis idem ſunt, quod confitentes, & laudantes Deum, & Iudah, idem quod confeſſio, vt habet diuus Hie-

Geneſ. 29. 2.

Eſter 18.

ronymus

ronymus in primum caput Aggæi: quo sensu potest illud exponi, quod dicitur Esaiæ 26. *In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostra Sion; Saluator ponetur in ea murus, & ante murale*, vt videlicet idem sit in terra Iuda, atque in terra confessionis, atque adeo vaticinium non ad terram Palæstinæ, sed ad Ecclesiam vniuersam Christum Dominum cõfitentẽ referatur: in quam sententiã explicari possũt multa alia scripturæ testimonia, quæ de Ecclesia vniuersa nomine terræ Iuda palã loquuntur.

6 Ex his iam perspicuum relinquitur, quid Iudęorum nomine hoc loco accipiendum sit: cum enim Iehudim, siue Iudæi idem sit, atque confitentes, inde factum est, vt Christiani legem seruantes Iudæi appellentur, vt ad Romanos 2. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera.* In quem locum Origenes lib. 2. in epistolam ad Romanos, & homilia 5. super Leuiticum, & Cyrillus Alexand. lib. 5. in Leuiticum aiunt Apostolum docere duplicẽ esse Iudæum, vnum visibilem, alterum inuisibilem: vnum sequentem literam occidentem, alterum spiritum viuificantem. Sed multò luculentiùs idem docet diuus Augustinus epist. 200. quę est ad Aselicum Episcopum, vbi eum qui Christianus est, Iudæum, & Israelitam intelligi debere, probat ex eodem Pauli testimonio. *Quis est, inquit, iste in abscondito Iudæus, non in carnis circumcisione, sed cordis: non litera, sed spiritu, nisi Christianus? sic itaque sumus Iudæi non carnaliter, sed spiritualiter: quemadmodum etiam sumus filij Abrahæ, non secundum carnem, sed secundum spiritum fidei: scimus enim nos fuisse promissos, quando ei dixit Deus* Genes. 17. *Patrem multarum gentium posui te: quemadmodum interpretatur Paulus* ad Rom. 4. *Vt firma sit, inquit promissio omni semini, nõ ei, qui ex lege est solum, sed ei, qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum; sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te.* Et ad Galat. 3. *Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiã.* Intelligite ergo, quoniam, qui ex fide hi sunt filij Abrahæ: prouidens autẽ scriptura, quia ex fide iustificat gẽtes Deus, prænunciauit Abrahæ: *Quia benedicentur in te omnes gẽtes*: & paulò post, *Omnes vos vnum estis in Christo: si autem vos estis Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes.* Ex quibus testimoniis argumentatur: Primò D. Augustinus, secundum Apostolum inveniri Iudæos (illos videlicet, qui Christiani non sunt.) Qui cùm secũdum carnem ab Abrahamo trahant originem, filij tamen Abrahæ non sint, cum enim infert Apostolus; Intelligite ergo, quoniam qui ex fide, hi sunt filij Abrahę; plane significat eos, qui ex fide non sunt, non esse filios Abrahæ. Deinde colligit eos, qui credunt in Christum, esse Abrahæ filios, quanuis secundum carnem ab eo non descendant, atque adeo esse vere Iudæos secundum spiritũ. quod idem liquido constat ex illis verbis ad Romanos 9. *Non omnes, qui ex Israel, ij sunt Israelitæ, neq; qui sunt semen Abrahæ, omnes filij.* Et ad Galatas 6. *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei*; Quo etiã testimonio vtitur Augustinus loco citato. Cum ergo Smyrnę Angelus dicitur blasphemari ab ijs, qui se dicunt esse Iudęos, & non sunt, est sermo de illis, qui se Christi fidem profiteri mentiebantur: potestq; extendi ad eos, qui fidem quidem Christi tenebant, sed operibus, quæ fidei cõgruerent, non vacabant, atque adeo non erant veri Iudæi, idest veri Christi; & religionis cultores. Ex quibus etiam illud necessario colligitur, Iudæos; qui Christum non recipiunt, nequaquam vèros esse Iudęos secundum spiritum, sed perfidos, & Iudaicę legis, quæ ad Messiam recipiendũ, & colendum spectabat, violatores, seu vt hoc loco dicitur, Synagogam Sathanæ quam ob causam Christus Dominus Iudæis dicebat Ioannis 5.

Galatas 3. 6.

D. August.

Rom. 9. 7

Galat. 6. 16.

Rom. 2. 28.

Origenes.

Cyrill. Alex.

D. August.

Christiani propter Christi confessionem, filij Abrahę & veri Iudei secundum spiritum.

Genes. 17. 4.

Rom. 4. 16.

Perfidi Iudei, Synagoga Sathanę, canes, mali operarij. & concisi, non circuncisi.

Ioann. 5. 45.

Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit; si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? De his dicit Apostolus ad Philippenses 3. *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem: nos enim sumus circumcisio, qui Spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.* Vbi contra quosdam impios Iudæos disputat Apostolus, eosque tribus notat appellationibus. Primùm enim appellat canes, quia aduersum Euangelij prædicationem oblatrare non cessant. Deinde malos operarios, quia operabãtur quidem, sed turpi quæstui seruiebant. Deniq; concisionem pércontemptum appellat, non circunciſionem, quia de carnali præputij concisione gloriabantur, cum tamen corde non essent circuncisi: neque in Christum credebant, in cuius fide, atque amore vera mentis circuncisio posita est.

Philip. 3.2.

Mißurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

SECTIO V.



IN reliqua Epistolæ parte duo prçcipuè continẽtur. Primùm enim prædicitur Episcopo Smyrnẽsi imminens Eccleſiç persecutio, vt sese ad illam animosè excipiendam paret, cùm dicitur, *Ecce mißurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini*: vbi illud est obseruandum: Dçmonem hoc loco appellari administrum diuinæ iustitiæ, & prouidẽtiç in inferendis laboribus & calamitatibus: est enim propriũ ministrorum iustitiæ, mittere in carcerem: quamobrem diuus Hieronymus in Psalmum 107. appellat Dæmonẽ quçstionarium Domini, idque deducit ex verbis Apostoli 1. ad Timoth. 1. vbi Paulus sic ait: *Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.* Ergo *Diabolus*, inquit Hieronymus, *quasi quæstionarius Domini est, qui enim non rectè ambulãt, traduntur Diabolo, vt eb ipso cruciati ad Deũ conuertantur.* Verùm hoc loco non est quæstionarius Domini ad cruciandũ bonos propter aliqua crimina, sed ad patientiç exercitationem, probationem virtutis, & meritorum segetem, quemadmodum significatur, cũ dicitur, *Vt tentemini.* Deinde magnifica pollicitatione Smyrnç Angelus ad perseuerãtiam excitatur illis verbis, *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Vbi per coronam vitæ æternæ fœlicitas accipienda est, quæ non nisi fideli, id est, perseueranti vsque ad mortem promittitur iuxta illud Matthæi 10. *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*, & Ecclesiastici 4. *vsque ad mortem certa pro iustitia.* Non vacat autem mysterio, quòd æterna fœlicitas non solum corona, sed vitæ corona nuncupatur: quod paulo fusius iam explicãdum est. Et quidem, quod attinet ad coronæ appellationem, nõ solum hoc loco, sed multis etiam aliis gloria corona dicitur: veluti Psal. 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* Et 2. ad Timoth. 2. *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.* Et cap. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Et 1. Pet. 5. *Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilẽ gloriæ coronam*: cuius appellationis ratio multiplex est. Prima est diui Augustini lib. vnico de agone Christiano: quia nimirum datur certantibus, iuxta illud Pauli paulò ante citatum: *Nõ coronabitur nisi qui legitimè certauerit.* In cuius rei figurã voluit Hebrços Deus ad terram promissionis armatos procedere, & in morem castrorum tributim dispositos sub vexillis esse militaribus, & castrametari, vt habes Numerorum 2. & 10. Eandem ob causam Ecclesia palmç similis dicitur, quæ nonnisi victoribus conceditur. Canticorum 7. *Statura tua assimilata est palmæ*: quam similitudinem tripliciter

Hieronym.

Perseuerãtia.

Matt. 10. 22.

Beatitudo, cur corona.

Psalm. 102.

2. Tim. 2. Item 4. 1. Pet. 5.

D. August.

Dæmon, administer diuinæ iustitiæ.

1. Timoth. 1. 20.

1. Quia datur legitimè certãtibus, ideoque Ecclesia dicitur palma.

Cant. 7.

exponit

Beda.

exponit Beda in commentariis Canticorum. Primum, quia palma, cùm ei põdus imponitur, non succumbit, sed potiùs in morem fornicis sese erigit. *Sic enim statura*, inquit, *Ecclesiæ rectitudo est bonæ operationis, quæ ad terrenam concupiscentiam incuruari despiciens, totam se ad cælestia promerenda sustollit*: quam rectitudinem monet Apostolus, cùm

1.Cor.16. ait 1.ad Corinthios 16. *State in fide, viriliter agite.* Deinde quia palma in inferioribus aspera videtur, in summo autem pulchritudinem, & fructus suauitatem ostendit: sic nanque Ecclesia, & quælibet fidelis anima asperos in terra portat pro Domino labores, sed mercedem à Deo gratissimam se accipere sperat in cælo: aspera est palma iuxta terram, quia passionem patiuntur propter iustitiam electi: pulchra est, & dulcis in summo, quia gaudent in pressuris, & exultant scientes, quod merces eorum copiosa est in cælis. Denique quia palma manus victricis ornamentum est, sed & apud antiquos quicunque in certamine vicissent, palma coronabantur. Statura ergo sponsę assimilatur palmæ, cùm erecta in amorem supernorum, meditatur interim in acie cõsistens brauium illud, quo victrix finito agone donanda est: vndè Apocalypsis 7. dicitur, *Et palmæ in manibus eorũ*: imo Ezechielis 41. docet Propheta vidisse se in templi illius mystici parietibus cælatas palmas, & Cherubim. *Fabrefacta* inquit, *Cherubim, & palmæ, & palma inter Cherub & Cherub: duasque facies habebat Cherub: faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum in circuitu: de terra vsque ad superiora portæ Cherubim, & palmæ cælatæ erant in pariete tẽpli.* Quem locum sic exponit D. Hieronymus. Palmę cælantur, in quibus signum victoriæ est, quæ erant inter Cherub, & Cherub, vt vnus Cherub, duarum palmarum lateribus vallaretur, qui Cherub nõ quatuor, sed duas habebat facies, hominis scilicet & leonis, quorum primum ad rationem pertinet, secundum ad fortitudinem: quod vero huiusmodi ornatus fuerit per omnem domum, illud significat, omnes qui in Christi Ecclesia sunt, salutarem debere habere cognitionem rerum diuinarum, & victoriam de hostibus reportare, ad quod quia prudentia, & magnitudo animi requirun tur, duplicem Cherub habebat faciẽ hominis, ac leonis.

Apoc.7.

Ezech.41.

Palmę in templo.

D. Hieron.

2

Secundo propter circulum, perfectissimũ & capacissimũ.

Secunda ratio desumitur à figura, quæ rotunda est, atque adeò perfectissima, & capacissima, fineque omnino carens: sic enim æterna felicitas perfectissima est: gaudia omnia complectitur: finem nunquam est habitura: quam ob causam eam fuisse expressam per arcam fœderis rectè possumus intelligere: ea nanq; habebat coronã aureã per circuitũ, vt refertur Exod. 25. Sic enim gloria, arca est bonorum omnium thesauros, ac diuitias continens, coronamq; habet per circuitum, quia suo ambitu omnem durationem complectitur: quo sensu diuus Hieronymus interpretatur illud Psalmi 64. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Quia nimirum*, inquit Hieronymus, *sanctos præmiis, & temetipsum eorum agminibus coronabis, circulum autem & semper in se currentia anni tempora coronam vocauit.* Hęc ille.

Exod.25.

D. Hieron.

3

Tertia ratio est, quia est pretiosissima instar coronæ omnium gemmarum genere exornatæ: quæ ratio desumitur ex illis verbis Psal. 20. *Posuisti in capite eius coronam de lapide prętioso.* Duodecim vero huius coronæ gemmę pulcherrimæ colligũtur ex sacris literis. Prima est sanitas sine ægritudine. Esai. 25. *Præcipitabit Dominus mortem in sempiternum.* & 1.ad Corinth. 15. *Absorta est mors in victoria.* Secunda, plenitudo sine defectu. Esai. 25. *Non esurient, neque sitient amplius.* Tertia, refectio sine fastidio. Ecclesiastici 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* Quarta, Scientia sine ignorantia. 1.ad Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum, in ænigmate: tunc autem facie ad faciem.* Quinta, Gaudium sine

Psalm.20.

Tertio quia ex gemmis duodecim. Esai.25. 1.Cor.15.

Esai.25.

Ecclesiast.24.

1.Cor.13.

Psalm. 35. sine tristitia Psal. 35. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos*: nam modo comedimus agnum cũ lactucis agrestibus, Exod. 12. Sexta, Pax sine perturbatione. Exodi 12. Psal. 147. Psal. 147. *Qui posuit fines tuos pacem.* Et Psal. 36. *Delectabũtur in multitudine pacis.* Septima, Securitas sine timore. Psal. 90. Psalm. 90. *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & Dæmonio meridiano.* Octaua, Adimpletio omnium desideriorum. Psal. 102. Psalm. 102. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Nona, Lætitia de iustitia Dei, & pœna malorum. Psal. 57. Psalm. 57. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Decima, Gaudium de congregatione; & societate iustorum. Quod fuit typicè expressum in illo conuiuio, quod fecit Ioseph omnibus fratribus suis simul cõgregatis. Genes. 43. Genes. 43. Vndecima, Gaudium de consideratione bonorũ, quæ quisque fecit. In hanc enim sententiam potest quoque exponi illud Apocal. 14. Apoc. 14. *Opera illorum sequuntur illos.* Duodecima, & postrema, Gaudium de cõsideratione malorum, à quibus Deus vnumquenque beatum liberauit. Psal. 88. Psalm. 88. *Misericordias Domini in æternum cantabo.* His duodecim gaudiis, quasi duodecim gemmis pretiosissimis gloriæ corona exornabitur.

4

Quod verò attinet ad secundum, cur corona vitæ appelletur, duplex potest afferri ratio. Prior est, vt alludatur ad vitam, quam sancti propter Deum neglexerunt, strenuè mortem pro eius honore oppetentes. Quam rationem innuit Richardus de S. Victore, expressèq; affert Ioachimus. *Corona, inquit, vitæ promittitur, quia ij, qui donant vitam Deo, cum triumpho pretiosæ mortis perueniunt ad veram vitam: quoniam vt eam seruare possent in regno, eam in exilio perdiderunt iuxta illud Ioannis 12. Qui amat animam suam perdet eam; & qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Significatur igitur Sãctos pro Christo non amisisse vitam moriendo, sed eam pro meliori commutasse: imo illa postea tanquam corona, quã amisisse videbantur, coronari. Posterior ratio est, vt fiat allusio ad flores; ex quibus gloriæ corona contexitur, & significetur sempiternæ gloriæ duratio; quo sensu appellatur corona vitæ, quia semper viuent, hoc est nunquam languescent, aut demorientur flores, ex quibus cõficitur. Quo proculdubio videtur alludisse Petrus 1. sua epistola cap. 5. cùm eam appellauit immarcescibilem: quam eandem ob causam status beatorum comparatur verno tempori, quo tempore campus omni florum genere vestitur, & arbores in gemmas erumpũt, iuxta illud Canticorum 2. *Iam hyems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra.* Huiusmodi igitur corona fideli, ideſt, perseueranti vsque ad mortem promittitur; id quod etiam aliter sequentibus verbis explicatur, cùm dicitur: *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda*; vbi per mortem secundam intelligitur æterna damnatio, quæ mors secunda dicitur, tum comparatione mortis corporalis, qua anima à corpore separatur: tum comparatione culpæ, quæ mors prima est, & causa huius mortis secũdæ. De mortis generibus legendus est diuus Ambrosius libro de bono mortis capite secundo, & sequẽtibus.

Gloria, cur vitæ corona.

Richardus.

Ioan. 12.

1. Pet. 5.

Cant. 2.

A Eterna damnatio, mors secunda.

COMMENTARIVM TERTIVM EXEGETICVM.

De Angelo Pergami.

Hæc dicit, qui habet rõphæã vtraque parte acutam: Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidẽ meam, & in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi Satanas habitat.

SECTIO I.

1 Pergamus.

TERTIA Epistola scribitur ad Episcopum Pergami. Fuit autem Pergamum siue Pergamus, insignis vrbs in Asia minori, ita dicta, quòd in edita rupe sita esset, loca enim editiora olim Pergama dicebantur in eo verò maxime gloriatur hæc vrbs, quod patria fuit Galeni medici clarissimi. Literæ partim laudationem, partim reprehnsionem continent, prius verò laudatio ponitur, quam reprehensio ob eam causam, quam in literis Ephesini Angeli reddidim⁹.

Quatuor causę, romphææ vtraque parte acutę.

Quod attinet ad inscriptionem, ea est huiusmodi. *Hæc dicit, qui habet romphæam vtraque parte acutam*. Cuius inscriptionis ratio multiplex est. Prima redditur à Richardo de sancto victore, vt nimirùm intelligat hic Episcopus Christum non solum posse eum, si ad meliorem frugem redire voluerit, tam in corpore, quàm in spiritu adiuuare (hoc enim significat *romphea vtraque parte acuta*) sed etiam posse tam corpus, quàm animam mittere in gehennam, quod est ancipiti gladio ferire. Secunda ratio est Ruperti fieri mentionem ancipitis romphææ, vt indicetur faciendam esse diuisionem inter sanam doctrinam, & prauam Balaam, siue Nicolaitarum dogmata, contra quos sermo dirigitur, idque summo studio curandum esse à Pergami Angelo. Tertia est Bedæ, significari videlicet iudiciariam CHRISTI potestatem qua bonis prędmia, supplicia improbis, distribuet: vt ita Pergamenos partim animet, partim etiam deterreat. Quarta est Ioachimi, moneri hac inscripaione Episcopum Pergami, vt magistrum suum imitetur, studeatque ancipitem verbi Dei *romphæam* aduersus hæreticos distringere, atque vibrare.

Rich. de S. V. Rupert⁹. Beda. Ioachim.

2

Secundo. Laudatur, quod *habitans vbi sedes est Satanæ*, tamen nomen Dei, fidemque retineat, hoc est bonus inter malos sit; sic enim hunc locum exponit diuus Gregorius lib. 1. Moralium capite 1. super illa verba. *Vir erat in terra Hus nomine Iob*, & libro vigesimo Moralium capite 29. expendens verba illa Iob capite 30. *Frater fui Draconum, & socius struthionum*. Per *Dracones* intelligit diuus Gregorius malos homines: per *struthiones* hypocritas: quib⁹ in locis docet diuus Gregorius non valde laudabile esse bonum esse cum bonis, sed bonũ esse cum malis: eam enim ob causam, D. Petrus 2. sua epistola capite 2. summis laudibus extulit Loth, quòd bon⁹

Gregor. 2. Petr. 2.

inter reprobos sit repertus, dum ait. 2. Petr. 2. 7. *Iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit, aspectu enim & auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant.* Propterea etiam Paulus discipulis, Philip. 2. 15. dixit ad Philippenses 2. *In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.* Et sancta Ecclesia sponsi voce laudatur, cum ei dicitur Canticorum 2. Cant. 2. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Etenim, vt ait Hugo Cardinalis in commentariis eius loci, Hugo Card. *Anima inter aculeos carnalium concupiscentiarum integra, inter pungentes solicitudines illæsa, inter malignantes bona, inter dissidentes pacifica, quid aliud est, quàm lilium inter spinas?*

3 Tertiò. Notanda sunt illa verba. *Habitat vbi sedes est Satanæ*, seu vt græcè legimus, *vbi thronus est Satanæ*, ex quo rectè colligitur corda malorum esse veluti thronum, in quo Satanas tanquam rex sedet, & colitur: quemadmodum è contrario cor iusti est thronus quidam regalis, in quo Deus ipse residet, & adoratur: quod non obscurè expressum fuit in regio illo throno, quem sibi ex ebore fecit Rex Salomon, 3. Reg. 10. quemadmodum refertur. 3. Regum 10. Ebur enim propter candorem significat animæ puritatem, quæ auro ideſt charitate vestitur: quemadmodũ etiam Salomon ebur illud auro vestiuit Deo etiã illa Cherubim, quę erant super propitiatorium, extendebant alas suas, eisque expansis veluti sellam, thronum ve parabant, in quo ipse dominus sederet: quò ad literam allusit Regius vates, Psalm. 98. 1 cum dixit Psalm. 98. *Qui sedet super Cherubim*, quo fit vt eadem *Cherubim* iustos homines, in quibus est cælestis scientiæ plenitudo, ad viuum expresserint: quemadmodum docet D. Augustinus in commentariis eiusdem D. August. loci. *Sit*, inquit, *in te plenitudo scientiæ, & eris tu quoque sedes Dei; sed forte dicturus es, & quando in me erit plenitudo scientiæ? quis potest ad tantum culmen peruenire? Noli turbari*, Rom. 13. *ait enim Apostolus ad Romanos 13. Plenitudo legis est charitas: interroga cor tuum, si est ibi charitas, ibi est plenitudo legis, tam in te habitat Deus, sedes Dei factus es; irascantur populi, quid facient irascentes populi, ei, qui factus est sedes Dei?*

Quarto aduerte שטן Satan Hebraicè idem esse quod aduersarium, à verbo שטן Satan, quod est aduersari, detrahere, calumniari, idem enim verbum est Psalm. 37. cum dicitur. *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi; quoniam sequebar bonitatem.* Et Psalmo 108. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum.* Et iterũ. *Induantur, qui detrahunt mihi, pudore.* Et Zachariæ 3. *Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei*: vbi pro aduersaretur ei, est Hebraicè לשטנו lesitno, ac si diceres, stabat aduersarius, vt aduersaretur ei, Et 3. Reg. 5. *Nunc autem requiem dedit Deus mihi per circuitũ, & non est Satan, neq; occursus malus*, ideſt, non est audersarius: quo fit vt optime quadret hęc appellatio in Dæmonẽ, qui nos calumniatur, nobisq; aduersatur. Septuaginta pro *Satan* Diabolum transferunt, quod nomen idẽ Græcè significat, quod *Satan* Hebraicè. Dicitur etiã teste D. Hieronymo in comment. super vigesimum septimũ caput Esaiæ. Belial, ideſt Apostata, præuaricator, & absq; iugo. Vndè Apostolus. 2. ad Corinth. 6. *Quæ est*, inquit, *cõmunicatio Christi ad Belial?* & vbicunq;. Septuaginta trasferunt. *filios pestilentiæ*, seu *iniquitatis*, in Hebræo legimus. *filios Belial.* Vndè est illud Psalmi 88. *Filius iniquitatis non apponet nocere ei.* Hebraicè *filius Belial.* Appellatur etiã leuiathã, ideſt, magnus cetus. De quo quod capiẽdus sit à Christo narratur Iob 40. ibi enim pro cete o *leuiathan*, Hebraicè ponitur: statimq; subditur, *Hoc est principium plasmatis Domini, quod factum est, vt illudatur ab Angelis eius*, sic enim Septuaginta transtulerunt, & D. Hieronym in eũ locum. *Ab ijs*, inquit, *illuditur, quoniam per gratiam sancti Spiritus, & meritum sanctitatis eis subditur, & inuocato nomine Christi effugatur: quemadmodũ prædictũ fuit ab Esaia cap. 11. Delectabitur infans ab vbere*

4 Psalm. 37. 21. Psal. 108. 20. Zachar. 3. 1. 3. Reg. 5. 4. D. Hier. 2. Cor. 6. 15. Psal. 88. 23. D. Hieron.

super foramine aspidis, & in cauernam regulj qui ab actatus fuerit, mittet manum suam. Cui concinit illud Psalm. 103. *Draco iste quem formasti ad illudendū ei.* In quem locum Hebręi suo more fabulantur, Deū à principio mundi duos cetos immensæ magnitudinis, marem vnū, alterum fœminam procreasse, quia tamen præuidit si per generationem multiplicarentur impeditum iri nauigationem, fœminam occidisse, & sale conditam reseruasse, vt iustis post resurrectionem lautissimum ex eius carnibus conuiuium appararet, interimq; cùm masculo, qui superfuit, tribus horis quotidie animi gratia colludere, & ita locum Psalmi citatum interpretantur, ridiculè, vt cetus mari, ita & ipsi sacræ Scripturæ illudentes. Locus enim ad literam de ceto intelligitur, quem Deus procreauit in mari, vt in eo quasi luderet, ac de reliquis minoribus piscibus propter suam magnitudinem quasi tyrannico more triumpharet, eos nimirum deuorando. Cæterum Patres per *cetum*, siue *leuiathan*, eo loco Dæmonē intelligunt, quem Deus formauit *ad illudendum*, ideſt, vt illuderet hominibus, vt exponit Hieronymus: seu *ad illudendum ei*, ideſt, vt illuderetur ei ab hominibus, præcipuè post passionem Christi, quemadmodum interpretantur diuus Augustinus, Theodoretus, auctor Anonymus, Genebrardus, & alij.

Psal. 103.26.

Hieronym.

D. August. Theodoret. Anonym. Genebrard.

5 Quis Antipas, & quando passus martyriū.

Denique in hac priore epistolæ parte commemoratur mors Antipæ martyris, qui propter fidem in ea vrbe passus fuerat, quæ potissimum refertur ad exaggerandam magis Pergamensium malitiam, in quorū multis Sathanas sedem suam collocauerat, atque adeo ad commendandam fidem Episcopi Pergamensis, qui in ea persecutione virum se præbuit, simulq; ad eum animandum, vt Antipam conetur imitari. Fuit autem Antipas sub Domitiano Imperatore propter fidem in bouem æneum candentē coniectus, quemadmodum refert Cęsar Baron. in suo Martyrologio 11. Aprilis ex Gręcis monologijs. Metaphraste, Lyppomano, & aliis.

Cęsar Baron.

Habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

SECTIO II.

1 Increpatio Episcopi Pergamensis.

IAVDIBVS præmissis Episcopi Pergamensis, vt æquis auribus reprehensionem acciperet, sequitur iam obiurgatio illis verbis comprehēsa. *Sed habeo aduersum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere, & fornicari; ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum*: quæ totidem verbis Gręcè habetur, nisi quod verbū *idolothyta* additur verbo, *edere*. Pro literali expositione sciendum est primo, cū Balac Rex Moabitarum Hebręorum arma formidaret, auxilium à Balaam Ariolo postulasse, qui cùm intelligeret populum non nisi à Deo propter peccata destitutum vinci posse, dedit Regi consilium, vt selectissimas puellas prope exercitum Hebræorū mitteret, quę Hebræos iuuenes verbis ad libidinem allicerent; tunc verò illis ad venerē incitatis sui copiā non permitterent, nisi prius de idololothytis manducarent, idolaq; sua quæ simul portabant, venerarentur, quæ omnia fruendarum puellarum studio fecerunt, quemadmodum refertur Num. 25. imo vt narrat Ioseph. lib. 4. antiquitatū c. 5. nōnulli nobiles Hebræorū aliquas ex illis duxerunt vxores. Quod autē Balaā id cōsilij dederit, licet non cōmemoretur Num. 25.

Actus Balac & Balaam contra populū Dei.

Venerē sequitur idololatria.

Ioseph.

aperte tamen colligitur ex cap. 31. eiusdem libri cum dicitur, *Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & prævaricari eos fecerunt?* Quia igitur Nicolaitę, vt superius diximus in ea hæresi fuerunt, vt affirmarent non solum non esse malum fornicari, sed ad salutem plane necessarium: propterea dicuntur hoc loco habere doctrinam Balaam, qui fornicationem consuluit.

2 Scandalū seu offendiculum occasio ruinę.

Secundò, aduertendum est, scandalum nomen esse Græcum, ita dictum à ruina, quod nimirum occasio sit cadendi. Hebraicè autem מוקש moches, à radice יקש iachas, quæ significat irretire, illaqueare, offendere. vnde est illud Psalmi 139. *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Et 1. Regū 18. *Dabo eam illi* (Michol Dauidi) *vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum.* Et Psalm. 49. *Aduersus filium matris tuæ ponebat scandalum.* Et Psalm. 124 *Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Vbi Hebraicè pro *venantium*, est יוקשים iocheschim, id est, illaqueantium. Locus est controuersus Prouerbiorum 20. quem doctrinæ causa libet hîc enodare: ex Hebręo sic legimus, *Ruina* (Hebraicè Moches) *est homini deuorare sanctos, & post vota retractare*: quanquam septuaginta aliter transtulerunt: quidam pro *deuorare* legunt *deuotare*, vt sit duplex sensus. Vnus, Ruina est homini promittere se sanctos persecuturum, & iuxta vota emissa eos deinde male tractare: quemadmodum videtur legisse, & intellexisse Beda in commentarijs eiusdem loci. Alter, quem tradit Lyranus, Ruina est homini votum facere sanctis, & postea votum reuocare. Verum rectius alij legunt *deuorare*. Dictio enim Hebræa plane significat deglutire. Est autem Hebraice sic ad verbum, *ruina*, seu *laqueus est homini deglutire sanctum, vel sanctificationem, & post vota quærere*; & est etiam secundum hanc lectionē, quæ verior est, duplex expositio. Vna, Ruina est homini deuorare rem Deo cō-

Psalm. 139. 6.
1. Reg. 18. 21.
Psalm. 49. 20.
Psalm. 124. 1.
Prou. 20. 25.
Beda.
Lyran.

secratam, vel debitam, & postea per hypocrisim quærere vota, quib⁹ Deꝰ placetur, cum nimirum eiusmodi vota improbi hominis, accepta Deo nō sint. Altera Caietani; laqueus est homini deuorare rem sacram, vt primogenita & alia debita sacerdotibus ex lege, & etiam laqueus est post vota emissa, inquirere an vota obligent, aut modum quærere non implendi votum, vt hoc vnico versu duplex sacrilegij genus comprehendatur, quæ expositio probabilis admodum est. Reprehenditur igitur hoc loco pergami Angelꝰ propter Nicolaitas, quod scandalum alijs facerent, docentes licitam esse libidinem; quam ob causam Balaamo comparantur, qui docebat Balac mittere scandalū coram filijs Israel. Ex quo colligitur, quantum malum sit scandalum, siquidem Episcopus Pergami eo reprehenditur, quod scandalum dantes Nicolaitas ferat. Huius peccati magnitudinem exaggerat Paulus 1. ad Cor. 8. Cum aduersus idolothyta manducantes, & ita scandalum præbentes infirmis, sic arguit. *Si quis viderit eum qui habet scientiam in idolio* (idest templo idolorum) *recumbentem, nonnè conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandū idolothyta, & peribit infirmus in tua conscientia frater propter quem Christus mortuus est, sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis*: in quem locum D. Chrysostomus primum obseruat verba illa, *propter quem Christus mortuus est*, quia videlicet qui scandalum præbet, destruit opus Christi, quod ipse sua passione perfecit. Deinde verbū illud, *percutientes*, *Non dixit*, inquit, *scandalizantes, sed percutientes: Etenim omni plaga grauius est scandalum, cum sæpe numero mortē afferat.* Vnde ipse Paulus 1. c. 9. sequēte, postquam multis probauit deberi ab auditoribus concionatori victum, subiunxit se iuri illi voluisse cedere dicens, *Sed non vsi sumus hac potestate sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Non dixit euersionem,*

Grauitas scandali.
1. Cor. 8. 10.
D. Chrysost.
Scandalizans destruit opus Christi.
1. Cor. 9. 12.

inquit

3 Prælati officium, exterminare concubinarios & libidinosos.

inquit Chrysostomus, *sed offendiculum, neque simpliciter sed aliquod offendiculum.*

Tertiò, reprehenditur quod non omnino ex suo Episcopatu libidinosos homines exterminaret: hoc enim nomine censentur hoc loco Nicolaitæ tanquam æmuli, & imitatores Balaam, quippe qui docebant vagam venerem licitam esse. Pertinet igitur maxime ad prælati officium libidinem, quoad eius fieri, poterit, exterminare, & concubinarios ex suę diœceseos finibus longe pellere, iuxta ea quæ sanxit Tridentina Synodus sessione 24. cap. 8. Sic enim Sara quę typum gessit Ecclesiæ, cum vidisset filium Agar Ægyptiæ, hoc est, Ismaelem ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham, *Eijce ancillam & filiũ eius*: quod cum durè accepisset Abraham, audiuit à Domino; *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla; omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius*, Genesis 21. ludum verò istum Ismaelis cum Isaac, propter quem iubetur cum matre domo eijci, multi ad libidinem referunt: quod, vt melius intelligatur sciendum est verbum Hebrai cum צחק thachac, quod ibi legitur, multa significare. Primum enim significat ludere. Secundò idololatriam committere: De vtraque enim significatione potest accipi illud Exod. 32. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*; Hebraice לצחק letsachec, id est, vel ad ludendum, vel ad idololatrandum certè Paul[9] de idololatria intellexit 1. ad Cor. 10. *Neque idololatræ efficiamini, sicut quidã ex ipsis sicut scriptum est sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Tertiò illudere, vt Genesis 39. *Venit ad me seruus Hebræus, quem introduxisti vt illuderet mihi.* Quartò, ridere Genesis 18. *Dixi Sara, non risi.* Hebraicè תצחקי tsachaci. Quintò, occidere 2. Regum 2. *Surgant pueri & ludant*, id est, occidant se inuicem digladiando. Sextò, denique venerem exercere Genesis 26. *Prospiciens Abimelech Palæsthinorum Rex per fenestram, vidit Isaac iocantem cum Rebecca vxore sua*, id est, debitum vxori reddentem, vnde statim accersito eo ait, perspicuum est quod vxor tua sit. Hic multiplex orta est propositi loci expositio. Prima est Eugubini in annotationibus in Genesim interpretantis ludentem, seu ridentem; vbi etiam Lyranum reprehendit, quod in aliam expositionem deflexerit. Secundam & tertiam affert D. Hieronymus de sententia Hebræorum in traditionib[9] Hebraicis: *Siue*, inquit, *quod idola ludere fecerit, iuxta illud quod scriptum est, Exod. 32. Et surrexerunt ludere: siue quod aduersum Isaac, Ismael quasi maioris ætatis, ioco sibi, & ludo primogenita vendicaret; quod quidem Sara audiens, non tulit, & hoc ex ipsius approbatur sermone dicentis, eijce ancillã, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Quam vtranq; expositionem affert & probat Rupertus libro 6. in Genesim cap. 20. Quarta est Achatij apud Lypomanum in catena sua super Genesim: Ismaelẽ tentasse caute occidere Isaac, vt ad ipsum hæreditas deueniret, cui videtur concinere illud ad Galat. 4. *Quemadmodum ij qui secundum carnem natus erat*, ideſt Ismael, *persequebatur eum, qui secundum spiritum*, id est Isaac. Quinta, est Caietani legentis facientem irridere, vt sit sensus, Ismaelem suasisse pueris æqualibus Isaac, vt ipsum irriderent, atque despicerent. Sexta est Pauli Burgensis in additione sua ad vigesimum primum caput Geneſis, quod nimirum Ismael videns tantũ festum celebrari ab Abrahã, in ablactatione Isaac fratris sui iunioris, factum irriserit, innuens, frustra ea omnia fieri, cum ipse tanquam primogenitus in bona paterna deberet succedere. Septima, denique est aliorũ, ludum hunc ad lasciuiam, & libidinem referentium (quam expositionẽ tangit Lyranus) quasi Ismael abuti voluisset Isaac, aut certè eum genus alicuod libidinis edoceret, quemadmodum docet Glossa interlinealis. Ex quibus expositionibus illæ videntur probabiliores, quæ lusum istum vel

Conc. Trid.

Ludus Ismaelis cum Isaac. Genes. 21. 10. 12.

Exod. 32. 6.

Genes. 39. 17.

Genes. 18. 15.

2. Reg. 2. 14.

Genes. 26. 8.

Eugub.

D. Hieronym[9]

Rupertus.

Achat.

Galat. 4. 29.

Caiet.

Burgens.

Ludere. i. idolatrare, vel lasciuire.

Persecutio magna, allicere ad peccandū. Ad Galat. 4. 29.

ad idololatriā, vel ad turpitudinem referunt. De vtraque autem possum⁹ accipere illud Pauli ad Galatas 4. vbi iusum hunc persecutionē appellat; quæ enim maior persecutio esse potest, quam ad peccandum allicere.

4

Debet igitur Episcop⁹, quem Abraham exprimit, instructus Dei, & Ecclesiæ præceptis, cuius typus est Sara, ancillam, & filium eius domo pellere, idest, libidinem, eiusq; occasionem, quæ peccati quasi parens est è sua diœcesi exterminare, cum non satis est admonitio, nec vllo modo ferre Nicolaitarum sobolem, cum videat tam acerbe hoc loco Pergamensem Episcopū eam ob causam reprehendi: imo idcirco etiam Pontificem Heli capitis dedisse pœnas, vt refertur 1. Regum 4. Quod filios qui populum à sacrificio auocabant, & cum fœminis ad ostium tabernaculi deuotionis causa excubantibus turpem consuetudinem habebant, leuiter obiurgasset, vt habes 1. Regum 2. inquem locum Beda, *Iuxta literā, inquit, non negligenter intuendū quod corripuit quidem filios Heli sed quia iustam correptionem spernentes abijcere super se dit, vna cum ipsis disperijt, quid ergo nostri similes merentur, qui emendare non audent, & quod cunctus populus clamitat nescire se simulant.*

Carnis peccata omnino ableganda.

1. Reg. 2. Beda.

5

Multo aliter se gessit Paulus cum illo, qui cum sua nouerca turpiter viuebat, eum enim Sathanæ tradidit Apostolus, quem admodum ipse testatur 1. ad Corinth. 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat: Ego quidem absens corpore præsens autem spiritu iam iudicaui vt præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi tradere huius modi hominem Sathanæ in interitum carnis vt spiritus salu⁹ fiat;* cuius modi autem fuerit hæc Sathanæ traditio, non vno modo explicari solet. Primo sunt, qui excōmunicationem interpretantur, aientes eum hominem fuisse excommunicatum ab Apostolo, atq; adeo separatum à communione fidelium; quę

2. Cor. 5.

Libidinosus traditur Sathanę.

exposítio est, D. Augustini, sermone 68. de verbis Apostoli, & refertur 11. quæst. 3. cap. Omnes, D. Chriysostomi Homilia 15. in primam epistolam ad Corinthios, D. Ambrosij ibidem (quâ uis eius non censeantur esse commētarij in epistolas Pauli.) D. Thomæ in commentariis eius loci, eamq; innuit ibidem Theodoretus. Secundò, Alij sentiunt illum hominem iubente Paulo fuisse arreptum à Dæmone, Apostolosq; habuisse potestatem Dæmonia in rebelles homines immittē di, sicut & illa è corporibus pellendi: ita diuus Hieronymus in eum locū, & Claudius Guilliandus in commentariis super primam epistolam ad Corinthios, & innuit etiam Theodoretus ibidem. Tertiò, Alij ægritudinem interpretātur ministerio Dęmonis illatam, quemadmodum exponit diuus Ambrosius libro 1. de pœnitētia cap. 13. vbi docet, hanc traditionem fuisse similem illi, qua permissa est potestas Dæmoni in Iob, cap. 2. tunc addit, *magna potestas, magna gratia, quæ imperat Diabolo, vt se ipse destruat: se enim destruit, cùm hominem, quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortiorem efficit, quia dum carnem debilitat, mentem corroborat: illuditur ergo Diabolus, vt se ipse morsu suo vulneret, & contra se armet, quem debilitandum putauit: sic & sanctum Iob magis armauit postquam vulnerauit, qui diaboli quidem morsum pertulit, sed venena non sensit: quam ob causam dictum est Iob 40. Educes draconem in hamo, illudes eum sicut auē, ligabis eum sicut passerem, puer imponet super eum manum.* Eodem modo locum intellexit diuus Chrysostomus homilia 15. in priorem epistolam ad Corinthios: qui etiam exemplo Iob vtitur & subiungit, *Non dixit, dare huiusmodi Satanæ, sed tradere, aperiens ei pœnitentiæ ianuas, & tanquam pædagogo huiusmodi tradens.* Caietanus etiam de vexatione corporali locum accipit, quæ mortē, non tamen repentinam afferret. Denique de vexatione corporali faciēda per Dæmonem, quæ tamen excōmunicationem consequeretur, in-

D. Augusti. D. Chrysost. D. Ambr. D. Thomę. Theodoret. D. Hieronym. Claudius. D. Ambrosi⁹. Dęmon vexando corpus, sępe affert salutem animę. Iob 40. 20. & 24. D. Chrysost. Caiet.

terpretatur

Hugo Card. terpretatur Hugo Cardinalis. Quod enim Dæmon ad hominem excommunicatum accedat, docet Antherus Papa ad Episcopos Hispaniæ, & refertur 11. quæst. 3. cap. Absit. *Inobediens*, inquit, *spirituali animaduersione truncatur, & electus ab Ecclesia rabido Dæmonum ore discerpitur.* Et diuus Augustinus serm. 68. de verbis Apostoli locum Pauli citatum interpretatur in eundē sensum: *Omnis*, inquit, *Christianus, qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur*: & habetur eadem causa, & quæstione, cap. Omnis: idem habes ibidem, cap. Audi, ex diuo Hieronymo.

Antherus PP.

D. Augusti.

D. Hieron.

Quartò. Inuehitur Christus in Pergami Angelū, non eo præcipuè quod ferat in suo Episcopatu libidinosos homines, sed quod ferat libidinem docentes, eiusmodi enim erant Nicolaitæ, qui libidinem licitam esse prædicabant, quam ob causam discipuli Balaam appellantur, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel. Itaque cum ægerrime Deus ferat genus omne perditorum hominum, longe iniquiori animo ferre solet scelerum artifices, ac magistros: quamobrem maximè reprehenduntur illi Iudæi qui Hierosolymis erexerunt Gymnasium, in quo Gentiliū leges ac mores docerentur, quemadmodum dicitur 1. Machabæorum 1. *In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos mala: & bonus visus est sermo in oculis eorum, & ædificauerunt Gymnasium in Hierosolymis, secundum leges nationum*: idest, vt interpretatur Lyranus, scholam, in qua docerentur, & addiscerentur leges, & statuta Gentilium. Non desunt etiam, qui hoc Gymnasium de prostibulo puerorum accipiant, quemadmodum testatur Hugo Cardinalis in eum locum. Cui expositioni concinit illud quod dicitur 2. Mach. 4. nimirum Iasonem fratrem Oniæ summum Sacerdotium ambientem promisisse Antiocho talenta trecēta sexaginta, & ex alijs redditibus talenta octoginta, & alia præterea centum quinquaginta, si sibi faceret potestatem cōstituendi Hierosolymis Gymnasium & Ephebiam, id est, lupanar, seu prostibulum Epheborum, hoc est adolescentium: quod cum Rex annuisset & obtinuisset principatum, statim ad Gentilē ritum contribules suos cœpit transferre. Quanquā hoc loco Lyranus duo docet Iasonem postulasse. Primum, vt poſset Gymnasium secundum leges nationum extruere, cuius facta est mentio, 1. Machabæorum 1. Deinde Ephebiam, seu prostibulum elegantium puerorum, quod additur 2. Machabæorum 4. quę sententia est admodum probabilis.

Docentes libidinem, Nicolaitæ.

Scelerum magistros odit Deus.

1. Mach. 1. 11

Lyran.

Hugo Card.

2. Mach. 4. 8.

Luxuria.

Subscriptio literarum ad Pergami Angelum explicatur.

Vincenti dabo manna absconditū, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

Apoc. 2. 17.

SECTIO III.

SVBSCRIPTIONIS loco in literis, quæ ad ad Episcopum Pergami dantur, illa ponitur præclara sentētia: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Et quidē quod attinet ad manna absconditum, Prima expositio est D. Augustini, seu Ticonij, Bedę, Ruperti, Arethæ, Primasij, Ansberti, Hugonis Cardinalis, & aliorum, Per *manna absconditum*, sacramentum

1

D. Augusti. Ticon. Beda. Rupert. Arethas. Primas. Ansb. Hugo Card.

mentum Eucharistię intelligentium. Notarunt verò Beda, & Rupertus, illud, *Vincenti*, referendũ esse ad castitatẽ, cuius aduersarij erãt Nicolaitæ, vt significetur vnam ex dispositionibus præcipuis quæ ad communionem afferendæ sunt, esse mentis, & corporis puritatem. *Vincenti*, inquit Rupertus, *dabo manna absconditum, nam in isto gradu vincere est doctrinam Balaam, ideſt, fornicationes, primum in semetipso per virtutem continentiæ: Deinde in aliis per scientiã destruere; qui autem hoc modo vincit, ille sacramentum corporis & sanguinis Domini dignè percipit, sicut è contrario, ille qui vincere negligit accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi manducat & bibit*, 1. ad Corinth. 11. Rectè ergo dicitur, *Vincenti dabo manna absconditum*, id est, munditiem corporis & cordis custodienti, dabo panem verum, cuius figura fuit manna, quod filij Israel manducauerunt. Dicitur autem *manna absconditum*, quia in hoc sacramẽto aliud oculis cernitur, aliud fide creditur. Verum de hac expositione inferiùs fusè disseremus. Secunda expositio est Richardi de S. Victore. Per *manna absconditum* intelligentis Diuinitatis arcana, quę beatis in cælesti gloria aperiuntur, & modo promittuntur vincentibus. Ait verò Richardus, *Arcana Diuinitatis dici quidem manna, propter suauitatem ac dulcedinem, qua beati Deum intuentes perfruuntur*: iuxta illud Psalmi 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine*. Absconditũ verò manna appellari, quoad præsentem statum, in quo, *nemo Deum vidit vnquam*, Ioannis 1. & Exodi 33. *Non videbit me homo & viuet*; id quod etiam Regius vates loco paulò ante citato declarauit subiungens; *Quam absconditi timentibus te*: ideſt, tanquam thesaurũ pretiosissimum reconditam, ac repositam habes suo tempore timentibus te impertiendam. Eandem expositionem affert etiam Hugo Cardinalis illud præterea adiungens, cùm dicitur *manna absconditum*, alludi ad manna illud, quod (vt refertur Exodi 16.) repositũ fuit ex præcepto Domini in arca fœderis in vase quodam, seu vrna aurea inclusum, quemadmodum explicauit Paulus ad Hebr. 9. Quia quemedmodum manna illud materiale abditum erat in arca fœderis, ita gloriæ dulcedo, dum in hac vita agimus, absconditа est mortalibus. Tertia expositio est aliorum: Per *manna absconditum*, Christum ipsum absolutè intelligentium, qui fuit absconditus, primò in sacrificiis Abel, Noe, Abrahæ, & reliquorum Patrum, secundò, in legis figuris, ac cæremoniis, tertio, in carne, sub qua diuinitatem gerebat occultatam: quarto, in Sacramento Eucharistiæ. Quarta expositio est diui Bernardi libro de conuersione ad clericos cap. 21. vbi *manna absconditum* interpretatur dulcedinẽ, quę in rerum cælestium contemplatione percipitur: quo etiam sensu accipit *nomen nouum quod nemo scit, nisi qui accipit. Quia*, inquit, *non illud eruditio, sed vnctio docet, nec scientia, sed conscientia comprehendit*.

Quod verò attinet *ad calculum candidum*. Primò diuus Augustinus, seu Ticonius, & Beda, illud ad Baptismũ referunt, vbi datur calculus cãdidus, ideſt, corpus ipsum abluitur, & anima gratia, virtutumq; opibus exornatur. *In quo calculo*, inquit Augustinus, *nomen nouum scriptum est, id est, notitia filij Dei, quod nemo scit, nisi qui accipit, nimirum ex diuina reuelatione*, (vbi vides Augustinũ illud, *accipit*, non ad *calculum*, sed ad notitiam referre.) Beda verò *nomen nouum*, ad filiorum Dei appellationem spectare existimat, vt nimirum *filij Dei nominemur & simus*, 1. Ioannis 3. Secundò, Richardus idem, per *calculũ*, atq; per *manna* significari arbitratur, ipsam videlicet gloriæ possessionem, quam docet appellari *calculum* propter stabilitatem æternitatis: *Candidum* verò propter immortalitatis candorem. *Nomen* denique *nouum*, scriptum in calculo, diuinam ait esse notitiam, quæ ex diuinæ naturæ conspectu nascitur, quam perspicuum est neminẽ habere posse, nisi qui Deum viderit:

Castitas, dispositio ad Eucharistiam.

1. Cor. 11. 29.

Richar. de S. Vict.

Arcana diuinitatis, mãna absconditum.

Psalm. 30. 20.

Ioann. 1. 18.

Exod. 33. 20.

Exod. 16. 32.

Ad Hebr. 9. 4.

Christus manna absconditum.

D. Bernard. Contemplationis dulcedo.

2

D. Augustin⁹. Ticon. Beda. Calculus candidus, gratia baptismi vel glorię possessio.

1. Ioann. 3. 1. Richardus.

Nomen nouũ, notitia diuina, vel appellatio beatorum.

huius

huius expositionis etiam meminit Hugo Cardinalis, illud adiungens, nomen nouum esse nouam quandam appellationem, qua beati in cælo Iesuani, seu Iesuitæ, hoc est, saluati vocari debeant. Tertio Rupertus, cum per, *manna absconditum*, animæ gloriã intellexerit, per *calculum candidum* gloriam accipit corporis, quia nimirum glorioſa corpora instar calculi solida erunt; & corruptionis expertia, & instar calculi candidi mirũ in modũ fulgentia; *nomen* verò *nouum* eam vult esse nobilem appellationem, qua beati tunc demum perfecti filij Dei, & nominabuntur, & erunt: cuius nomenclaturæ dignitatem, ac præstantantiã ijdem dumtaxat plane intelligent. Eandem etiam expositionem tradit, Hugo Cardinalis, qui prẽterea vult omnes quatuor dotes glorioſi corporis hac similitudine comprehẽdi; significariq; per duritiẽ calculi, dotem impaſsibilitatis; per candorẽ, claritatem; per nouum nomen ſcriptum in calculo, obedientiam, & ſubiectionẽ corporis ad animam, quæ duas reliquas dotes complectitur. Nam quia ad imperiũ animę corpus promptiſſimè, & citiſsime mouebitur, indicatur dos agilitatis, quia verò quò anima iuſſerit, continuo omnia peruadens ſe trãsferet, dos ſubtilitatis exprimitur.

Hugo Card.

Rupert.

Hugo Card.

Similitudo glorioſi corporis cum calculo.

3

Ambr. Ansb. Calculus, ſeu Carbunculus ſignificat Chriſtum.

Quarto Ambroſius Ansbertus, *calculum candidum* carbunculum interpretans vult eo Chriſtum ſignificari, qui carbunculi inſtar in tenebris lucet, mundumq; vniuerſum doctrinæ & gratiæ ſuæ ſplẽdore colluſtrauit. Igitur *Vincenti*, inquit, *dabo calculum candidum*, ideſt me ipſum, & per adoptionis gratiam conſortem, & cohæredẽ meum in regno Patris efficiam. Deinde *nomen nouum*, Chriſtiani appellationem interpretatur; iuxta illud Eſaiæ 62. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit*: quod nomen quanquam cõmune ſit etiam reprobis; rectè tamen dicitur, quod nemo ſcit niſi, qui accipit, quia noſſe Chriſtino men, cum obſeruatione mandatorũ coniunctũ eſt, iuxta illud Ioannis 2. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Vnde & Paulus* de quibuſdam dicit ad Titum 1. *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant*. Quare accipere, inquit, ad gratiam diuinæ prædeſtinationis refertur. Eandem expoſitionem, tam de calculo, quã de nomine, tradit Ioachimus, qui addit, *ſcire igitur quantæ dignitatis eſt vocari à Chriſto Chriſtianũ, nemo ſcit, niſi cui ſcire datũ eſt; quod proprium eſt eorum, qui vicerunt concupiſcentiam, & occultũ aduerſariũ proſtrauerunt*. Quinto Primaſ. *Calculum candidum* pro gẽma pretioſa accipiens docet eſſe adoptionẽ in filium Dei, quæ fide, & charitate continetur quam adoptionem Chriſtianorũ nobilis, & noua appellatio cõſequitur. Eam verò ait, ſicut hoc loco calculus candidus, id eſt gẽma pretioſa dicitur; ita à Chriſto margaritã fuiſſe appellatam, quam prudens ille negotiator inueniẽs omnium bonorum ſuorum venditione emiſſe, & comparaſſe dicitur, Matth. 13. Sexto, Alij in quibus eſt Ambroſius Ansbertus, aiunt, poſſe etiam per hunc calculum charitatem intelligi, quæ candorem habet, & ignem, candorem quidem, quia veſtis eſt, ignem quia amor eſt. Quam ob cauſam Apocalypſis 15. dicitur de ſanctis prædicatoribus; *Exierunt de templo veſtiti lapide mundo, & candido*. Igitur datur vincẽtibus calculus candidus, ideſt, vt diligant Deum, & proximum: datur etiã in calculo nomen nouum, vt nimirũ ipſam dilectionẽ adimpleant in mandato nouo, iuxta illud Ioãnis 13. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, quod nemo ſcit niſi qui accipit*; quia charitatis virtutem ignorat quisquis eam in mandato nouo non ſeruat. Deniq; alij, in quibus eſt Hugo Cardinalis, *Calculum candidum* Chriſtum Dominum in Euchariſtiæ Sacramento interpretantur. Hæc ſunt quę ſparſim tradunt interpretes: quid verò nos ſentiamus, ex ſequentibus planum fiet.

Ioan. 1. 4.

Ad Tit. 1. 16.

Ioachimus.

Primaſ.

Gemma pretioſa. adoptio filiorum Dei.

Matth. 13. 46.

Ambr. Ansb.

Apoc. 15. 6.

Charitas implens mandata, calculus cãdidus cum nomine nouo.

Ioan. 13. 34.

Hugo. Card.

Eſai. 62. 2.

Quam aptè Christus in sacramento manna absconditum appelletur.

SECTIO IIII.

1 Christus in Eucharistia, manna absconditũ.

EX omnibus expositionibus, quas de manna cõmemorauimus, illa & cõmunior est, & excellentior, quæ per *manna absconditum* Christum intelligit, qui modo in Sacramento Eucharistiæ fidelibus occulto modo per communionem datur: postea clarè per visionem beatificam ijsdem iam victoribus cõmunicandus; quam propterea fusius operæ pretium duximus explicare. Manna igitur figuram Eucharistici panis fuisse, Christus ipse docuit Ioannis 6. Ioan. 6. 31. vbi de Eucharistiæ Sacramento à se instituendo differens ait, *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.* Quò etiam alluſit Paulus cum dixit. 1. ad Corinthios 10. *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes eandem escam spiritualem manducauerunt.* Quò loco Apostolus cum manna escam spiritualem appellauit, plane significauit typum fuisse alterius veri manna: Sic enim argumentatur Tertullianus libro 5. contra Marcionem, ex illo loco Pauli ad Romanos septimo. *Scimus autem quoniam lex spiritualis est, cùm Paulus*, inquit, *legem spiritualem dicit, confirmat vtique eam figuram esse & prophetiam rerum futurarum.*

1. Cor. 10. 4.

Tertull.

Ad Roman. 7. 14.

2

Iam illud quæres, in quonam manna illud materiale Christum in Sacramento adumbrauerit? Primũ igitur, viso manna, dixerunt Hebræi, Mãhu? id est, quid est hoc? vnde & nomen sumpsit: quę admiratio multo magis quadrat in panem Eucharisticũ propter ea miracula, quæ eo conficiendo continentur. Quanquam Cyrill. Alexandrinus libro 3. in Ioannem, cap. 34. docet fuisse expressum, & significatum, Iudæos non cognituros esse Christum, imo eum per contemptũ reiecturos, dicentes, Quid est hoc? Adde neq; credituros mysterij Eucharistiæ maiestatem. Secundo: Dicebatur manna, panis Angelorum, vt est perspicuum ex Psalm. 77. *Pluit illis manna ad manducandum, panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo.* Sic verò dicebatur, quia cõficiebatur ministerio Angelorum, & populo de cælo mittebatur; atque huc alludens Christus Dominus agens de Sacramẽto Eucharistiæ dixit Ioãnis 6. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*: ministerio autem Angelorum, id est, sacerdotum conficitur; nec iam ipsi Angeli effectores, sed adoratores sunt, quẽadmodum docet Sanctus Nilus monachus, D. Chrysostomi discipulus, qui scribens ad Anastasium Episcopum de ipso diuo Chrysostomo, sic ait: *Sæpe vidit in Ecclesia Angelos, sed maximè tempore sacrificij missæ: Itaque admiratione, & lætitia plenus amicis multum spiritualibus seorsum narrabat; quemadmodum cum sacerdos oblationem sanctam facere inciperet, plurimi Angeli è cælo delapsi splendidissimis stolis induti, nudo pede, aspectu intento, vultu demisso circunstantes altare magna reuerentia, & quiete, ac silentio, vsque ad mysterij consummationem assistunt. Deinde discurrentes huc, atque illuc per totam Ecclesiam Episcopos, & presbyteros, qui corpus, & sanguinem distribuunt, adiuuant, & corroborant.* Tunc addit. *Hæc scribo, vt intelligentes quanti tremoris sit diuina Missa, nec ipsi remissi timorem Dei negligatis, nec illos alios loqui, aut mussitare tempore oblationis; neque immuere audacter, aut à statu grauitatis dimoueri; nec huc, atque illuc circunspicere, aut ignaue & dissperse vagari permittatis.* Hactenus Nilus. De quo testimonio legendus est Turrianus, posteriori suo tractatu de Eucharistia capite 2. quo etiam pertinet illud Pauli 1. ad Corinthios vndecimo. Cũ præcipit mulieribus orare in Ecclesia operto capite propter Angelos.

Iudæi incredulitas circa mysterium Eucharistię.

Psal. 77. 24.

Ioan. 6. 15. Panis Angelorum.

S. Nil. D. Chrysost.

Angeli assistũt sacrificio Missę.

Turrian.

1. Cor. 11.

Manhu. i. quid est hoc? de Eucharistia.

Cyrill. Alex.

Aliam

Aliam quoque rationem, cur panis viuificus dicatur panis Angelorum, tradit Dionysius Areopagita, libro de cœlesti hierarchia cap. 1. *Quia*, inquit, *participatio Christi quæ nobis συμβολικῶς*, ideſt in Sacramento Eucharistiæ *traditur*, *Angelis datur ὑπερκοσμίως*, ideſt, ſuper naturam huius mundi, videlicet ſine Symbolis.

Dionyſ. Areopagita.

2

Tertio. Manna de nocte inuiſibiliter deſcendebat de cælo Numerorũ 11. vbi per noctem fidei ſtatus intelligitur, quæ cum id quod credit non videat, certo tamen credit Chriſtum inuiſibiliter ſeſe in Sacramento præſentem exhibere. Quarto. Deſcẽdebat tantum circa caſtra Hebræorum, Exod. 16. & Numerorum 11. quia videlicet huius Sacramenti conſeruatio ſolum in Eccleſia reperitur: hoc eſt, ſolum fit à legitimis ſacerdotibus ac rite conſecratis. Quinto. Datum fuit Hebrçis dum per deſertum iter facerent, defecitque vbi primum ingreſſi ſunt in terrã promiſſionis. Sic enim Sacramentum Euchariſtiæ ſolum in deſerto huius vitæ communicatur fidelibus, vbi enim in terram promiſſionis, hoc eſt in cæleſtem patriam ingrediuntur, manifeſto iam Chriſti conſpectu perfruuntur, id, quod etiã eo expreſſum fuit, quod mãna in Sabbato non deſcendebat: Etenim in Sabbato illo ſempiternæ quietis (id enim Sabbatum Hebraicè ſignificat) iam non ſub ſpeciebus ſacramentalibus, ſed facie ad faciem Chriſtum intuebimur. Sexto. Mirum eſt, quod manna illud ſoli expoſitum liquefiebat, & tamen ignem ſuſtinere poterat; coquebatur enim, atque adeo durum ac ſolidũ reddebatur. Vtrumque habes Exodi 16. & Numerorum 11. Ita manna Euchariſticum amoris ignem, rationeſq; ab eo, ac fide profectas optimè ſuſtinet. At curioſitatis humanę importunitatem, quæ ad ſolem, hoc eſt, euidentiam rationis, naturaleſq; tantum lumen, profundiſsimum & abditiſsimum myſterium exigit, ferre non poteſt.

Manna de nocte ſtat⁹ fidei.

Exodi 16. Num. 11.

Septimo. Manna illud ſapiebat id, quod quiſque cuperet. Quemadmodum dicitur Sapientiæ 16. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, omne delectamentum in ſe habente; & omnis ſaporis ſuauitatem ſubſtantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur*: quod quãquam abſolutè accipiunt Hebræi, vt auctor eſt D. Hieronymus in illa verba Pſalmi 147. *Et adipe frumenti ſatiat te*. Probabilius tamen eſt, id miraculum iuſtis dumtaxat contigiſſe: cæteris verò retinuiſſe manna ſuum illum inſitum ſaporem, qui erat ſicut panis oleati, quemadmodum dicitur Numerorum 11. illis verbis. *Circumibat populus, & colligens illud frãgebat mola, ſiue trahebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati*. Additur verò Exodi 16. *Guſtusque eius, quaſi ſimilæ cum melle*. Quod autem ſaporum illa mutatio ſolis iuſtis contingeret, loco ſapientiæ paulo ante citato, expreſſum videtur, cum dicitur. *Dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebas, deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, &c.* Ex his enim verbis id ipſum probat Abulenſis quæſt. 5. in caput 9. Exodi, & quæſtine 13. in decimum ſextum caput Exodi, & quęſtione 16. ſuper caput vndecimum Numerorum. Et Lyranus in 16. caput Sapientiæ; Quo loco in huius rei confirmationem affert illud, quod plerique Hebræorum dicebãt Numerorum 21. *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſsimo*: Quibus verbis fatebantur improbi ſibi manna, non quicquid volebant, ſapuiſſe. Eandem ſententiam tuetur Finus Adrianus libro octauo, flagelli contra Iudęos capite 17. Cæſarius Arelatenſis, Epiſcopus homilia 5. de Paſcha, & refertur tomo ſeptimo Bibliothecæ ſanctorum Patrum. Denique idem affirmat diuus Gregorius libro 6. Moralium capite 9. *manna*, inquit, *omne delectamentum, atque omnis ſaporis ſuauitatẽ in ſe habuit, quod videlicet in ore ſpiritaliũ iuxta voluntatẽ edentiũ ſaporẽ*

3

Sapient. 16. 20.

D. Hier. Pſal. 147. 14. Omnium ſaporũ ſuauitas ex manna, ſolis inſtis.

Num. 11. 8.

Exod. 16. 32.

Abul.

Lyran.

Num. 21. 6.

Finus Adrian.

Cæſar. Arelat.

D. Gregor.

Suauitas Eucharistię.

dedit: Id quod quanuis Gregor. ad verbum Dei referat, aptius tamen quadrat in Sacramentum Eucharistię, cuius multiplicem dulcedinem, non nisi iusti sentiunt, quod eleganter Cæsarius loco citato his verbis exposuit. *Illud legis manna cælitus illapsum per multimodas suauitates naturæ meritum & generis sui excedebat intuitum; & cum creaturam suam dispensatio largitoris multiplici diuersitate condiret, præbebat gustus, quod ignorabat aspectus; iuxta proripientis desiderium, escæ illius nouitas, & dignitas nascebatur. Quod igitur illic auiditas faciebat, hic fides faciat, quod si in corpore cibus sapiat, in pectore Deus credulitate proficiat.* Legendus est Paschasius Abbas libro de corpore & sanguine Domini cap. 10.

Cęsarius.

Paschas.

4

Octauo Mirum etiam est quod dicitur, Exod. 16. *Collegerunt alius magis, alius minus, & mensi sunt ad mensuram Gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt.* Quod miraculum Abulensis, quæstione septima in decimum sextum cap. Exodi sic intelligit: vt quãuis re ipsa alii plus de manna quam alij colligerent, prout quisque magis vel minus indigebat: tamen cùm veniebatur ad mensuram, quę publicè erat proposita, omnes reperirẽt vnũ tantum Gomor, quæ erat quantitas pro singulis definita, illis enim, qui plus collegerant, condesabatur manna diuinitus: ijs verò, qui minus, rarefiebat. Fiebat etiam diuinitus, vt id quod quisque colligebat, ipsi sufficeret. Quod ad mysterium Eucharistiæ refert Rupertus libro 3. in Exodum cap. 17. *Hoc*, inquit, *pro virtute cibi, & spiritualis potus, ideſt, corporis & sanguinis Christi sciendum, & firmiter tenendum est, quòd non pro quantitate portionis, quam quisque ore percipit secundum visibilem speciem panis, & vini, alius plus, alius minus consequitur de gratia viuificantis Spiritus: sicut enim Adam, cuius nos iniquitatem portamus, non pro quantitate morsus sui, siue pomi, quod momordit, sententiam & damnationem iustã accepit, tantumque illi valuit pomum vnum momordisse, quantum si quicquid pomorum in arbore illa fuit, deuorasset: sic è contrario, vnusquisque nostrum, non pro quantitate portiunculæ viuifici panis, quæ illi frangitur, quã ore sumit, aut dentibus terit, gratiam & vitam accipit.* In eundem sensum hanc etiam figuram tractat Cæsar. Arelat. Episcopus loco citato. Quia *benedictio*, inquit, *huius sacramenti scit distribui nescit distributione consumi.* Idęq; docet Guitmundus Archiepiscopus Auersanus, libro 1. de corporis & sanguinis Christi veritate in Eucharistia. Denique hoc ipsum miraculum in semine coriandri, cui manna simile dicitur Exodi 16, potest etiam eleganter obseruari. Etenim Philo Iudæus libro 2. allegoriarum sacræ legis docet ex rei rusticę peritis, coriandri semen, etiãsi minutissimè concidatur, singulas tamen portiunculas & micas germinare, non secus quam coriandrum integrum: quod Philo quidem verbo Dei accommodat, quod vel minima sui particula prodest audientibus, fructumq; virtutis producit: sed bene quadrat in Eucharistiæ mysterium, in quo tantundem virtutis continẽt singulæ particulæ diuisæ hostię, quãtum hostia integra.

Exod. 16. 17.

Abul.

Eadem mensura omnibus.

Rupertus.

Alius plus, alius minus cõsequitur gratiæ.

Cęsarius Arel.

Guitmund.

Exod. 16.

Philo Iud.

5

Nono. Simul cum manna descendebat ros, quemadmodum dicitur Exodi 16. *Mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorum, cumq; operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram.* Et Numerorum 11. *Cumq; descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man.* Rabbi Salomon locum Exodi citatum sic intelligit, vt primo caderet pruina super terrã deinde manna desuper; tum ros aliquãtulum concretus, ita vt manna esset intermedium ac repositum inter duo veluti stramina pruinæ, & roris, quò purum, & immune à sordibus colligeretur à populo: nã quod prius descẽderet pruina, & super eam manna, colligit Rabbi Salomon ex illis verbis, Numerorum 11. *Cumque descenderet ros super castra, descendebat pariter, &*

Exod. 16.

Num. 11. 9.

Rabbi Salom

Ros descendebat ante manna.

Man:

Man: pro quo est Hebraicè, Descēdebat super eū manna. Quod autē rursus super māna ros descenderet, ostē dit ex illis verbis Exod.16. Quæ Hebraicè sic habēt, *Mane quoq; fuit operimē tum roris*. Quæ ille interpretatur de rore paululum concreto, qui esset ipsius manna operimentum, & quo, oriente sole, liquefacto maneret manna discoopertum: hoc enim sensu accipit verba consequentia. *Et ecce in solitudine minutum discoopertum*, ideſt māna, quod erat minutum instar granorū coriandri, apparebat liquefacto rore discoopertum. Hanc Rabbi Salomonis sentiam refert & sequitur Lyranus in 16. cap. Exodi eam etiam cōmemorat, & ex parte approbat Abulensis in commentarijs eius loci, & quæstione decima octaua super vndecimum caput Numerorum. Priore autem loco eum ponit ordinem in descensu māna, vt prius Deus mitteret ventum, qui superficiem terræ purgaret; deinde descenderet pruina, tum verò manna: idque ait colligi ex illis verbis Numerorum 11. *Cum descenderet ros, descendebat pariter & Man*. In eo autem dissentit à Rabbi Salomone, Lyrano, & alijs Hebræis, quod non admittat illud roris operimentum, quod ipsi addunt super manna. Vides igitur antè quam manna descenderet, mitti solitam pruinam, vt manna purum reciperetur, in quo expressa est ea puritas, quam nostrū manna viuificum in accedentibus requirit, præcipuè verò castitas, quæ per pruinam candidissimam optimè intelligitur. Deinde cum descenderet manna descēdebat pariter & ros: quia descendente manna Eucharistico, & communicato fidelibus, descendit simul ros diuinę gratiæ, quæ longe copiosius in hoc sacramento, quā in cæteris tribuitur.

Exod. 16.

Rabbi Salom. Lyran.

Abulens.

Num. 11.9.

Puritas ante Eucharistiam.

6 Exod. 16.31.

Decimo. Dicitur Exodi 16. saporē manna fuisse *quasi similæ cū melle*, quod egregie consentit cum pane Eucharistico, de quo Ambrosius lib.5. de sacramentis cap.3. & Paschasius Abbas libro de corpore & sanguine Domini cap.10. intelligunt illud Canticorum 5. *Veni in hortum meum soror mea sponsa, misci mirrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi*. Quo loco aduertendum est Septuaginta transtulisse, *comedi panem meū cum melle meo*: quo fit vt recte hunc locū ad Christum plerique referant hoc sensu, vsque adeo, inquit Christus, mihi iucundū fuit pro hominibus mortem oppetere, vt sacramentum instituerim, in quo hanc mortis, & passionis meæ recordationem fideles assidua cōmemoratione replicarent præcipiendo nimirum illis, vt de hoc pane comederent, ac de vino biberent, & spirituali dulcedine, quæ melli cōparatur, perfunderentur. Vndecimo manna singulis diebus colligebatur, præterquam in Sabbato. Quod expendens Theodoretus in quæstionibus super Exodum: eam reddit rationem, quæst.31. voluisse Deum docere illum populum quandam vitæ rationem à curis liberam, vnde quia aliqui diffidentes in posterum diem seruauerunt; eam ob causam manna computruit, & vermibus scatens repertum est. Quod enim id non manna vitio accideret, fidem facit Sabbatum, in quo integrum seruabatur: cur verò Sabbato non pluerēt; aliā affert Theodoretus rationem quæst. 32. Quia videlicet cum Deus Hebræis lege præcepisset quiescere die Sabbati; voluit quoque ipse suo exemplo eos ad præceptum seruandum incitare. Verum vt ad mysteria veniam: manna singulis diebus colligebatur præterquam in Sabbato, in typum panis Eucharistici, qui sæpe dum hanc vitam agimus sumendus est: Nam cū Sabbatum illud sempiternum aduenerit, iam non sub velamine specierum, sed facie ad faciem Christo cōmunicabimus.

Cant.5.1.

Dulcedo sacræ synaxis.

Frequenter accedendū ad sacram mensam.

7

Atque hanc ob causam, panis iste quotidianus appellatur in oratione

D. Ambros. Paschas.

Panis quotidianus super substantialis. Matth. 6.

dominica, Lucæ 11. Sic enim ibi vertit Latinus interpres, cum Matth. 6. transtulisset *supersubstantialem*. De Eucharistia enim panem quotidianum

Tertull.

interpretantur Tertullianus libro de

D. Cyprian.

oratione Dominica, diuus Cyprianꝰ in expositione orationis Dominicæ, & libro 4. epistolarum, epist. 6. diuus

D. Hieronymꝰ

Hieronymus contra Pelagianos, D.

D. Augustꝰ

Augustinus libro 2. de sermone Domini in monte cap. 12.

Chromat.

Chromatius in Matthæum cap. 6.

Chrysol.

Petrus Chrysologus serm. 68.

Rabban.

Rabbanus lib. 1. de institutione sacerdotum cap. 3. & D.

D. Ambr.

Ambrosius libro 5. de Sacramentis, cap. 4. vbi inter alia, *Si quotidianus*, inquit, *est panis, cur post annum illum sumis? sic vive, vt quotidie merearis accipere.* Sed aduertendum est, pro quotidianum, haberi Græcè ἐπιούσιον, quam dictionem; primo quidam interpretantur supersubstantialem, vt dicatur, iste panis supersubstantialis, ideſt, omnes creaturas longe superans: quæ expositio est Ioannis Cassiani collatione

Ioan. Cassian.

9. cap. 21. ἐπιούσιον, inquit, *dicitur, quia super omnes substantias est, omnesque creaturas magnificentia, & sanctitatis eius sublimitas excedit.* Eandemq; tradit diuus Am

D. Ambrosiꝰ.

brosius libro 5. de Sacramētis cap. 20 Secundò, Alij ἐπιούσιον, substātialem interpretantur, ideſt, ad substantiam hominis pertinentem, vt nimirum deducatur à Græco nomine οὐσία, quod substantiam significat. Quam expositionem probabiliorē arbitratur Episcopus Gādauensis cap. 41.

Episcop. Candau.

suę concordiæ Euangelicę: quo etiam

D. Basil.

modo videtur intellexisse diuus Basilius in quæstionibus compendio explicatis, quæst. 252. & Theophylactus

Theophyl.

in sextum caput Matthæi. Eamque

D. Ambr.

etiam affert diuus Ambrosius loco paulo ante citato. ἐπιούσιον, inquit, *dicitur, quia animæ nostræ substantiam fulcit.*

D. Hieronym.

Tertiò, D. Hieronymus in Matthæū. præcipuum, seu eximium interpretatur: *In Græco*, inquit, *habetur* ἐπιούσιον, *quod verbum Septuaginta interpretes* περιούσιον *frequentissimè transferunt, consideravimus ergo in Hebræo, & vbicūq; Septuaginta interpretes* Periusion *expressérunt, nos inuenimus*, Segullah, *quod Symmachus* ἐξαίρετον, *ideſt, præcipuū, seu eximium transtulit, licet quodam in loco peculiari interpretatus sit.* Hæc ille. Et quidem περιούσιον sumi pro acceptabili, & peculiari, perspicuum est ex Paulo ad Tit. 2. *Et mundaret sibi populum acceptabilem*: Græcè περιούσιον, id quod videtur desumpsisse Paulus ex Deut. 7. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris*, vbi Septuaginta transtulerunt περιούσιον, significat etiā possessionem, Psal. 134 *Elegit Dominus in possessionem sibi*: Septuaginta, & Theodotio transtulerunt περιποίασιν· Aquila, & quinta editio περιούσιον: certumq; est illud quod ait Hieronymus, Symmachum pro eo quod in Hebræo est סְגֻלָּה & apud Septuaginta περιούσιον, reddidisse ἐξαίρετον, hoc est, eximium & egregium. Quæ translationum varietas ortum habet ex varia significatione præpositionis περί, quæ interdum significat circum, interdum etiam eminētiam, vndè qui transtulerunt, acceptabilē, peculiarem, possessionē sumūt οὐσιάν, pro facultatibus & substantia, & περί, pro circū, vt περιούσιον idem sit, atq; quod est in nostris facultatibꝰ, & possessionibꝰ & circū nostra bona, quasi peculiare, & propriū qui vero transferunt eximiū & egregiū sumunt οὐσίαν pro substantia, & περί pro eminentia, vt περιούσιον idem sit, atque id, quod reliquis omnibus substantiis excellit, id quod verisimum est de pane Eucharistico. Quartò diuus Ambrosius lib. 5. de Sacramētis cap. 4. docet latinum interpretem transtulisse quotidianum, ex eo quod Græci aduenientem diem appellent ἐπιούσιον, seu ἐπιοῦσα ἡμέρα, iuxta quam nominis interpretationem, quę optime exponit vulgati interpretis Lucę 11. versionē, dicendum est, nomen Epiusion, non deduci à nomine Vsia, nec à verbo εἰμί, ideſt, sum, sed à verbo ἔρχομαι, quod significat ire, vnde ἔπειμι, ideſt, aduenio, vt panis epiusios, idem sit quod panis quotidianus, quasi quotidie ad-

Symmach.

Ad Tit. 2. 14.

Deut. 7. 6.

Psalm. 134. 4.

D. Ambros.

ueniens

D. Hieron.

ueniens: in quem sensum diuus Hieronymus loco citato testatur in Euangelio, quod dicitur secundum Hebræos, se pro pane substantiali reperisse mahar, ideſt, crastinum: & eandē ob causam Seuerus Alexandrinus Patriarcha libro de ritibus baptismi, & Synaxeos apud Syros receptis (vt testatur ibidem diuus Hieronymus,) panem indigentiæ nuncupauit. quę omnes interpretationes, & literæ, & mysterio consentaneæ sunt, sed vltima ad similitudinem manna, quam prosequimur, maximè pertinet.

Seuer. Alex.

8

Quod verò Messias deberet esse manna, quo fideles alerentur, vel ipsi Rabbini Hebræorum, qui Christum præcesserunt, confitentur: nam in primis Rabbi Cahana in commentariis super Genesim, in illa verba capitis 49. quæ ille sic legit: *Ligans ad vitem ciuitatem suam, lauabit in vino vestem suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Hæc*, inquit, *verba, Ligans ad vitem ciuitatem, ostendunt sacrificium futurum ex vino, in quo vino transmutabitur in substantiā sanguinis Messiæ: quod autem sequitur, Rubicundiores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores: illud significat, quod in sacrificio, quod etiam ex pane conficietur, non obstante quod album sit velut lac, conuertetur substantia in substantiam corporis Messiæ, eritq; in ipso sacrificio substantia sanguinis Messiæ rubra vt vinum.* Secundò Rabbi Moyses in Psalmum 135: super illa verba. *Qui dat escam, seu panem, omni carni: quoniā in æternum misericordia eius, hoc est*, inquit, *quod dicitur Psalm. 33. Gustate & videte quoniam bonus est Deus, quia nimirum panis, quem dat omnibus, ipse est Rex Messias, & caro eius*; & hoc quod dicitur *Gustate & videte quoniam bonus est Deus, & erit hoc mirabile magnum.* Tertio Psal 32. vbi nos legimus, *Erit firmamentum in terra in summis montium*, habet veritas Hebræa, *Erit placenta frumenti, vel fructum frumenti in terra in capite montium.* In quem locum Rabbi Salomon: *Magistri*, inquit, *bonæ memoriæ exposuerunt hoc esse genus placentarum in diebus Messiæ.* Quod autem Messias ipse futurus esset hæc placenta frumenti, exposuit Rabbi Berachias nomine Rabbi Isaac his verbis. *Sicut Redemptor primus, ideſt Moyses, fecit descendere manna, Exodi 16. ita redemptor vltimus, ideſt, Messias, erit placenta frumenti in terra.* Imo Rabbi Ionathas in sua paraphrasi chaldaica sic locum eundem transtulit; *Erit sacrificium panis in terra in capite montium Ecclesiæ*: Quanuis enim nos modo in chaldaica paraphrasi ita legamus, *Erit substantificus panis in terra in capite montium*: Testatur tamen Galatinus libro 10. Arcanorum cap. 4. eum paraphrastem non esse Ionathā Ben, seu filiū Vsielis, sed Rabbi AKilam, seu Rabbi Ioseph: ipsum enim Rabbi Ionatham locum plane transtulisse sicuti diximus, nec eius interpretationem in psalterium, quanuis rarissima sit, negandam esse, cum passim citetur ab Hebræis, & Besempher Kibucim, ideſt in libro Collectionū crebro illius fiat mentio, in quo libro eiusmodi Chaldæa trāslatio Rabbi Ionathæ commemoratur. De hoc testimonio legendus est Adrian. Fin. libro 8. Flagelli contra Iudæos in tertia Iudæorum oppositione capite 4. Quarto. In expositione libri Geneſis, quæ est Rabbi Moysis Hadarsan, super illud capitis 39. *Ioseph ductus est in Ægyptum*, inter alia sic habetur: *Hoc est, quod scriptum est Oseæ 11. In funiculis Adam traham eos in vinculo charitatis, & ero eis sicut eleuatores iugi super maxillas eorū, & inclinabo ad eum cibum, vel comestionem. Hi sunt Israel, quos Dominus trahit in vinculis dilectionis, sicut dictum est Malachiæ 1. Dilexi vos, dicit Dominus, & ero eis sicut eleuatores iugi, quia exaltaui tribulationes eorum super eos, & inclinabo ad eum cibum, bonum videlicet ac suauem, de quo dictum est, Ps. 72. Et erit placenta frumenti in terra:* Hactenus traditio. Cum igitur ostensum sit ex Rabbi Ionathæ paraphrasi Messiam futurum fuisse hanc placentam frumenti, & sacrificium panis in capite montiū Ecclesiæ ideſt sacerdotum, plane efficitur Messiam ipsum futurum fuisse hunc cibum suauissimum, de quo iuxta traditionem Rabbi

Messias mãna, quo aluntur fideles.

Rabbi Moys.

Psalm. 33. 9.

Psalm. 32.

Rabbi Salom.

Messias, placẽta & cibus suauissimus.

Rabbi Berach.

Exod. 16.

Rabbi Ionathas.

Galat.

Adr. Fin.

Rabbi Moys.

Oseę 11. 4.

Malach. 1. 2.

Psalm. 72.

Moysis

Rabbi Moyſ. Oſeas.

Moyſis, Oſeas vaticinatur, vt meritò per ſuauiſsimum manna explicari debuerit.

Christum recte calculum candidū appellari.

SECTIO V.

1



LLA etiam calculi cādidi expoſitio magis excellit, quæ calculum candidum ad Chriſtum refert. Ea verò vt reddatur illuſtrior, ſciendum eſt, Chriſtum Dominum lapidem creberrime appellari in ſacris literis, velut Eſaiæ 8. *Et erit vobis in ſanctificationē, in lapidem autem offenſionis, & petram ſcandali duabus domibus Iſrael, & in laqueum, & in ruinam habitantibus Hieruſalem*: quem locum de Chriſto ad literam eſſe intelligendū perſpicuum eſt ex 1. Petri 2. & ex Pauli ad Rom. 9. Deinde Pſalm. 117. *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*: quod Chriſtus ipſe de ſe interpretatus eſt, Matthæi. 21. & affert Petrus loco citato. Præterea Zachariæ .3. *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt; Ecce ego cælabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Quem locum de Chriſto intelligit D. Hieronymus in commentariis ſuper Zachariam: Et illud, *Cælabo ſculpturam eius*, ad Chriſti vulnera docet pertinere hoc ſenſu. Iſtum lapidem clauis crucis, & lācea militis faciam vulnerari; vbi obiter aduerte, Chriſti vulnera pulcherrimis comparari cælaturis, quę eum, & pulcherrimum, & pretioſiſsimum demonſtrant.

Eſaiæ 8. 18. Chriſtus lapis offenſionis.

1. Petr. 2. Ad Rom. 9. Pſal. 117. 22.

Matth. 21. Zachar. 3. 9.

D. Hieron.

Vulnera Chriſti cęlaturæ.

2

Amos 7.

Nec vero lapis dumtaxat communi nomine dicitur, ſed lapis pretioſus: veluti Amos 7. vbi Adamas appellatur, nam vbi nos legimus, *Ecce Dominus ſtabat ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij*, Septuaginta tranſtulerunt, *Ecce vir ſtabat ſuper murū adamantinum, & in manu eius adamas*: in quem locum diuus Hieronymus multa diſſerit, de adamantis natura, & inter alia docet duriſsimum eſſe, & indomabile, paruum, & indecorum, atque in electri ſimilitudinem venena deprehendere, & maleficis reſiſtere artibus: tunc addit, *Talis eſt Dominus, & ſaluator, qui ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, ad Philippenſes 2.* De *quo Eſaias ſcribit cap. 53. Non eſt ſpecies ei, neque decor. Hic ſtat ſuper murum adamantinum, id eſt, ſuper ſanctos, & Apoſtolos ſuos, quibus dedit, vt & ipſi adamantes vocarentur, & à nullo ſuperati dicerent; Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an guſtia, &c. ad Rom. 8. Et iterum: Certus ſum quod neque mors, neque vita neque Angeli, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto.* Aduertit etiā diuus Hieronymus, adamantem licet indomitū, tamen hirci ſanguine poſſe frangi, in quo docet difficultatem exprimi conſeruandæ caſtitatis, quia nimirum præſtantiſsimi quique ſancti, etſi fortiſsimi ſint, & adamantini, ſæpe tamen mortiferæ libidinis calore diſſoluantur: *Hæc enim* (inquit) *ſanguinis hircorum, & ipſius hirci dicitur eſſe natura, vt ſit ad libidinem calidiſſimus, & quod ignis edomare nequeat, ſolus illius diſſoluat cruor.* Quia vero Chriſtus adamas erat indomabilis, propterea dicitur ab Hieremia c. 50. Malleum vniuerſæ terrę non ſolum confregiſſe, ſed etiā penitus contriuiſſe; id quod admirabundus dixit Propheta: *Quomodo*, inquit, *confractus & contritus eſt malleus vniuerſæ terræ!* quem locum expendēs Origenes homilia 3. ſuper Hierem. *In proditione*, inquit, *Saluatoris malleus Zabulon, id eſt, Diabolus, malleator Iudas fuit, ſed Chriſtus confregit malleum in deſerto, cum tentatus Dæmonem proſtrauit, contriuit autē penitus in paſſione. Similiterque cōfringitur à nobis cum venimus ad Eccleſiam per fidem, conteritur autē cum per opera proficimus, iuxta illud Apoſt. ad Rom. 16. Deus autem conterat Satan ſub pedibus veſtris.* Hæc Orig. Mitto alia pretioſorū lapidū nomina, quę Chriſto in ſacris literis tribuūtur vt ad calculi appellationē veniamus.

D. Hieron.

Chriſtus Adamas.

Ad Philipp. 2. Eſaias 53.

Apoſtoli, Adamantes.

Roman. 8. 35. 38.

D. Hieron.

Caſtitas difficilis.

Hierem. 50. 23.

Origenes.

Dæmon, victus à Chriſto.

Rom. 16.

Notandum

3 D. Hieronym.

Notandum est igitur, vbi nos legimus *calculum* habere Græcè ψῆφον, & quidem D. Hieronymus in Epist. ad Damasum, quæ incipit *Septuaginta*, calculum hoc loco, carbunculum gemmam pretiosam interpretatur tractans enim locum illum Esaiæ 6. qui secundum Septuaginta sic habet. *Et missus est ad me vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari*, seu vt Symachus, Aquila, & Theodotio transtulerunt, *& in manu eius calculus*: Hæc habet Hieronymus. *In Hebræo pro carbone calculus legitur, quo mihi videtur sermo diuinus significari; sicut enim calculus genus est lapidis durissimi, rotundi, & omni puritate leuissimi: ita sermo Dei, qui neque hæreticorum, neque omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, calculus dicitur, quem etiam in Apocalyp. Dominus pollicetur vincentibus: videntur autem mihi, & septuaginta in eo quod ἄνθρακα transtulerunt, idem sensisse, quod cæteri; ἄνθραξ enim, quem nos carbunculum interpretamur, genus est lapidis fulgidi, atque nitentis, quem etiam in duodecim lapidibus inuenimus.* Vbi vides Hieronymum calculum hunc, quo de agimus interpretari carbunculū: iuxta quā expositionē, merito Chrīus carbunculo cōparatur propter amorem ardentissimū quo erga homines carbunculi instar exarsit. Verū quia hoc loco non ἄνθραξ idest Carbunculus, sed ψῆφος idest calculus legitur, rectius politum ac nitentem lapidē oportet intelligere, similem videlicet ijs, quos Dauid de torrente limpidissimos tulisse dī, quare alia nobis huius appellationis ratio afferēda est.

Esai. 6.

Carbo de altari, carbunculº.

Symach. Aquila. Theodotio.

Calculus, sermo diuinus.

Christus propter amorem similis carbunculo.

4

Sciendum est igī Græcos olim sententias, ac suffragia calculis colligere consueuisse vnde sua decreta, & suffragia psephismata appellabant, vt patet ex M. Tullio in orat. pro L. Flacc. quia videlicet ψῆφοις, idest calculis suffragia ferebant, candidis quidē absolutionē, nigris verò damnationem significantibus: vnde factū est vt calculum pro suffragio, ac sententia vsurparent; vnde etiam mos obtinuit apud Romanos, vt calculis rationes subducerent, ex quo ortum habuit illa locutio (ad calculum reuocare) idest, exacte aliquid supputare; id autem non solum calculus latinum nomen, sed ψῆφος etiam Græcū quo hic vtitur Ioannes significat, vt testatur Budæus in cōmentarijs linguæ Græcæ. Tertio. Etiam familiare Romanis erat in suffragijs honorum ferendis, Magistratuum nomina calculis inscribere, & in vrnā cōijcere, vt habes apud Liu. lib. 2. dec. 3. Denique fausti dies candido notabantur lapillo, infausti atro. Vnde est illud Persij Satyr. 2. *Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. Qui tibi labentes apponit candidus annos.* Est igitur Christus calculus candidus. Primum, quia quantum est ex se calculus est absolutionis, & vitæ: quemadmodum docet Paulus ad Romanos 8. *Nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo*, quam ob causam Paulus Christum appellat spem nostram 1. ad Tim. 1. *Paulus Apostolus IESV Christi secundū imperium Dei saluatoris nostri & Christi IESV spei nostræ*, idest Christi IESV, qui est spes nostra: idem autē est esse spem nostram, atque esse ex se calculum candidum, idest calculum absolutionis & vitæ. Efficitur autem ater calculus, idest, damnationis ijs, qui eum culpa sua, vel recipere, vel sequi renuūt. Deinde est calculus supputatorius, quia per Christi opera tanquam per calculos Deus rationes subducit omnium hominum, vt nimirum eos quos Christi imitatores repererit, gloriæ præmijs, quos verò contēptores, gehennæ supplicijs sempiternis afficiat: quo etiam sensu accipiendum est illud Pauli ad Hebræos 12. *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem.* Vbi pro, *recogitate* habetur Græcè ἀναλογίσασθαι, quod verbū significat supputare, siue rationes subducere, quā ob causam supputādi peritos appellare solet Plato λογιστικούς. Cōmēdat igī Apostolus, vt passionē Chri, eiusq; merita quasi calculis diligentissimè supputemº, cū in eis saluris nr̄æ

Budæus.

Christus, calculus absolutionis, & vitę.

Rom. 8.

1. ad Tim. 1.

Calculus supputationis.

Hebr. 12. 3.

pretiũ, q̃ Deo soluimus, sit cõstitutũ. Tertiò Christus quibus honorũ fert suffragia, eorũ nomina in se ipso veluti in calculo inscribit, & ita cœlorum creat magistratus. Denique dies gratiæ, quibus reconciliati sum⁹ Deo, meliore lapillo, idest Christo ipso signati sunt; quippe qui eiusmodi reconciliationẽ aduẽtu suo perfecerit.

5 Iesus, nouum nomen.

Quod verò attinet ad nomen nouũ, quod in hoc calculo inciſum est, id plane est nomen IESV, seu Saluatoris, quod optimo iure nouum dicitur, quoniam, vt contendit Galatinus libro 3. Arcanorum cap. 18. nusquam vlli præterquã Chro Domino id nomẽ fuit impositũ. Etenim IESVS Naue, IESVS Syrach, & IESVS Iosedech (de quibus poterat esse cõtrouersia) non Iesuah, ideſt IESVS, vocati sunt: sed Iehosuah, ideſt Dñus saluabit, In cuius rei confirmationem affert illud Esaiæ 62. *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Dñi nominauit.* Itaq; concludit tres illos non fuisse dictos saluatores, sed expectantes Deũ, qui saluaret. Sed vtrũ hæc Galatini obseruatio vera sit, ad caput duodecimũ expẽdemus. De nomine etiã IESV, eundẽ locum Esaiæ interpretantur Gregor. Nazianz. oratione de amore pauperũ; Euseb. Cæs. libro. 2. demonstrationis Euangelicæ cap. 49. & Cyrill. Alex. lib. 5. de Trinitate: quanuis in cõmentarijs Esaiæ in aliã deflexerit expositionẽ. Aduertendum est autẽ ad verbũ sic esse transferendũ ex Hebræo: *Nomen nouum, quod os Dñi perforabit*: Solent enim Hebræi excauandi, seu perforãdi verbũ ad eam notationẽ, seu exarationẽ nominum significandã trãsferre, quæ in lapide, aut ære incidi solent: qua translatione indicatur Christũ Dñum illustrissimũ IESV nomen vulnerũ suorũ perforationib⁹ meruisse; sic enim in hoc calculo candido tantum nomen incidi oportuit: quemadmodũ dixit Apostolus ad Philippenses 2. *Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen.* Rectè autem subiũgitur: *Quod nemo scit nisi qui accipit.* Quia nominis IESV virtutẽ, & maiestatẽ, nemo perfectè intelligit: nisi qui ei⁹ per fidẽ, & gratiam est particeps. De quo qui plura desiderat, legat Georgium Venetũ in sua Harmonia Cantico 2. tono 6. cap. 7. & 8.

Gregor. Naz. Euseb. Cæs.

Cyrill. Alex.

Nomen IESV clauis inciſũ.

Philipp. 2. 9.

Georg. Venet.

Calculi candidi de Eucharistia interpretatio.

SECTIO VI.



1

AM superi⁹ inexpositione contextus ex nonnullorũ sententia docuimus, calculum candidũ inter alia Eucharistiam, seu corpus Christi in Sacramento significare: cuius interpretationis ratio paulò fusiùs tradenda est. Primum igitur iuxta Diuum Hieronymum in epistola ad Damasum, quæ incipit *Septuaginta*: vbi hunc calculum carbũculum interpretatur, rectè ea similitudo in corpus Christi, prout est in Sacramento conuenit: reperiri enim carbunculum candidum testatur Plinius libro 37. cap. 7. Cum igitur carbunculus ex genere sit gemmarum ardentium, significatur ignea vis amoris, quam Christus in hoc Sacramento instituendo declarauit, ad quod eam ob causam referri potest illud Canticorum 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*: vbi cernis Christum carbunculum candidum, simulq; ardẽtem appellari: quo etiam sensu possumus accipere calculũ illũ, de quo agitur Esai. 6. Quẽ Seraph tulit forcipe de altari, in quo innuitur altare Eucharisticũ: eoq; os Esaiæ tetigit, ac mũdauit: in quo sanctitas, quã cõfert Eucharistia digne cõmunicãtibus, exprimitur. Et quidem hũc Esaię carbonẽ accensum, seu carbunculũ, quẽadmodũ Septuag. trãstulerunt, vt superius diximus, quanquã Cyrill. Alexandr. de incarnatione lib. 8. & lib. 1. in Esaiã intelligat de Christo, quem in ore per fidei confessionem accipimus, prophetiarum, & cæ-

D. Hieron.

Christus in Eucharistia, Carbunculus candidus.

Plinius.

Cant. 5. 10.

Esai. 6.

Cyrill. Alex.

remoniarum

remoniarũ legalium, quæ ipsum adũbrarunt, veritate & typo, quasi forcipe; tamen Theodoretus de Eucharistiæ communione interpretatur.

Theodoret.

2

Secundò. Possumus per calculum candidum, quẽ plerique pretiosam gẽmam in genere interpretantur, margaritam, seu vnionẽ intelligere, quo nomine Christum censeri docet Origenes in cap. 13. Matthæi, super illud *Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta autem vna pretiosa, &c.* Nec immerito calculũ candidũ margaritam accipim⁹, quia vt ait Plin. lib. 9. cap. 35. Vnionũ præstantia in orbe, læuore, pondere, & cãdore posita est: quod si fas est diuina humanis illustrare, quemadmodũ fertur Regina Ægypti Cleopatra vna cœna centies centena millia sestertiũm, idest ducẽta quinquaginta millia aureorũ absumpsisse magnificentiæ ostendendæ causa, epoto videlicet corã Antonio vnione pretiosissimo, qui tanti æstimabatur, vt cõmemorat Plinius loco paulo ante citato; ita Christus se ipsum infiniti pretij vnionem in cœna Eucharistica, quæ ei⁹ est magnificentia regalis, omnibus edendũ, sacerdotibus etiam hauriendũ proponit; hoc enim significat cũ ait. *Dabo ei calculũ candidũ.* Accedit qud vnionis appellatio Christo in Sacramento iure optimo tribuitur: dictæ enim sunt margaritæ vniones, vt ibidẽ ait Plin. quod nullę duę reperiãtur indiscretę seu similes; sic enim hic vnio de quo agim⁹ nullũ aliũ habet simile: imo ea potissimũ de causa vnionis appellationẽ in sacramento sibi vẽdicat; tũ ꝙ ad vnionẽ inter fideles conciliandã, hoc sacramentũ instituerit, quã vel ipsa sacramenti ratio significat, nã vt ait D. August. tractatu 26. in Ioannẽ; propterea Christus hoc sacramentũ in ijs rebus instituit, quæ ad vnũ aliquid rediguntur, siquidem ex multis granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinũ cõfluit; Tũ propter vnionẽ illã mirificam, quã per sui cõmunionẽ in sacramento nobiscũ efficit: propter quã concorporei eius appellamur ab Apostolo ad Ephes. 3. cũ ait, *Gentes esse cohæredes, & cõcorporales, & cõparticipes promissionis in Christo*: quẽ locũ de cõmunione Eucharistię intelexit Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioan. cap. 16. & in libris Allegoriarũ quos scripsit in Pentateuchũ, & Glaphyra appellauit in Genes. cap. de Adã. *Concorporales*, inquit *facti sumus ei per mysticã benedictionẽ*: hoc est per cõmunionẽ corporis Chri in sacramento de qua vnione loquens Dionys. Areop. libro de Ecclesiastica Hierarch. cap. de cõmunione, appellat eã ἕνωσιν κατ' ἄκρον, idest vnionẽ summam: & D. Cypr. in sermone de cœna Dñi, vnitatem, quæ progreditur vsq; ad societatẽ germanissimã: ex quib⁹ iã cernis quã apte Chr⁹ in sacramẽto vnioni cõparetur.

Plin.

Christus in Sacramento margarita, et vnio pretij infiniti.

Plin.

Eucharistia, vnionem admirabilem efficit.

Ephes. 3. 6.

Cyril. Alex.

Glaphy.

Dionys⁹ Areopag.

D. Cypr.

Postremo, quia iuxta Bedæ expositionẽ, Calculus hic non nisi castitatis cultoribus promittitur: sic enĩ Beda vult illud, *Vincenti*, ad castitatẽ referendũ, ob ea, quæ de Nicolaitarũ libidine præcesserant. Quare non immerito hunc calculũ smaragdũ pretiosã gẽmam interpretari possumus, de qua illud refertur admirabile vsu, & experimento cõpertũ, quod nimirũ vsq; adeo libidini aduersetur, vt omnino frangatur, si quis eam secũ habeat in patrãda re venerea: quemadmodũ refert Pierius in suis Hieroglyph. libro 41. cap. de Smaragdo, & experimento ipso cõprobatũ est, etenim vt refertur in Lusitanis annalibus, in cõceptione Ioan. 2. Regis Lusitaniæ, Isabellæ matri smaragdus sũmi pretij, quem anulo incluſũ gestabat, fract⁹ dicitur, quẽadmodũ Rex Alfonsus hoc nomine Quint⁹ ipsius Ioãnis pater confirmauit, in quo vides ad viũ expressam eã mentis, & corporis puritatẽ, quæ ad cõmunicandũ requiritur: viriditas etiã smaragdi oculis gratissima spem glorię significat, quę præcipuè hoc sacramento cõtinetur; cum sit à Chro institutũ, non modo in monumentũ, & pignus amoris sed in gloriæ etiam arrhabonẽ certissimũ.

3

Beda.

Smaragd⁹, insigne castitatis.

COMMENTARIVM QVARTVM EXEGETICVM.

De Angelo Thyatiræ.

Quid literæ contineant, deque earum inscriptione.

Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.

SECTIO I.

1 QVARTA Epistola scribitur ad Angelũ Thyatiræ, commendationem, vituperationẽ, cõminationẽ, denique promissionem continens ijs, qui Iezabelem secuti non fuerint. Nonnulli hæretici ex eo Apocalypsis auctoritatem negant, quod Ioannis tempore Thyatiræ Ecclesia nondum fuerit, ad quam tamen scribit. Verum quicquid sit de Ecclesiæ Thyatirensis fundatione, illud satis esse debet, quod eiusmodi hæreticis respondet Epiphanius libro 2. aduersus hæreses. Hæresi 51. Docet enim Ioannem potuisse spiritu prophetico ad eam, quæ postea ibi futura erat, Ecclesiam scribere, eique denũciare, quomodo decipienda erat à falsis Phrygastarum prophetissis. Quod verò attinet ad literarum inscriptionem, ea est huiusmodi. *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco,* cuius inscriptionis ratio multiplex est.

Error hæreticorum refellitur.

Epiphan.

2 Richar. de S. Vict.

Prima ratio est Richardi de sancto Victore: quia Thyatiræ quidam Christiani fœminarũ, & nonnunquã Dæmonum libidini seruiebant, aliosquẽ exemplo suo ad eadem scelera patranda incitabant. Rectè dicitur Christus habere oculos sicut flãmam ignis, vt nimirum nefarij illi homines intelligerent Christum, omnia, quæcumque ab eis gerebantur, intueri. Dicitur etiam habere pedes aurichalco similes, vt moneantur perditis suis moribus nuntium remittere, & electos, ac probos viros, qui per Christi pedes significantur, imitari.

Christi oculi, tanquam ignis ad impios intuendos.

Secũda est Ruperti, qui docet per pedes similes aurichalco fortitudinem commendari huic Angelo, aurichalcum enim in camino ignis longa decoctione, & diuturna tunsione ad auri similitudinem perducitur: de qua etiam fortitudine loquitur Dominus apud Esaiam cap. 40. *Qui confidunt in Domino mutabunt fortitudinem;* Quem locum tractans D. Gregorius libro 7. Moralium cap. 8. obseruat non dictũ esse, *sument,* sed *mutabunt,* vt palam esset duplicem esse fortitudinẽ, vnam impiorum, quæ deponenda est, & mutanda: aliam iustorũ, quæ est inchoanda, & assumenda. *An non,* inquit, *etiã reprobi fortes sunt, qui ad præsentis vitæ concupiscentiam tot laboribus currunt? Vnde bene per Hieremiam Threnorum 3. Ex humani generis voce dicitur, inebriauit me absynthio, etenim ebrius, quod patitur, nescit; absynthio ergo ebrius est, qui præ amore presentis seculi à sensu rationis alienus, dum quicquid pro mũdo sustinet, leue putat, laboris amaritudinem, quam tolerat, ignorat.* Commendatur igitur huic Angelo, vt veram conetur habere fortitudinem, & instar aurichalci, laboribus quasi igne & tunsi-

Rupert⁹.

Fortitudo aurichalcum.

Esai. 40. 31.

D. Gregor.

Thren. 3. 15.

Mundanus ab Synthio ebri⁹.

onibus

onibus ad auri perueniat ſplendorẽ, nec zelum deponat, quo in delinquẽtes pro ratione officij debet animaduertere. Quod verò attinet ad flammantes oculos, eòdem docet Rupertus ſpectare; vbi enim Chriſtus in paſsionis fornace aurichalcum per gloriam ſui corporis euaſit, in cælum aſcendit, & inde quaſi flammeis oculis in terram aſpiciens, miſit ſepti formem ſpiritum, quo non ſolũ Apoſtolos, ſed etiam Apoſtolorum imitatores inflammauit, & fortes, ac bono zelo feruentes effecit. Tertia eſt Ioachimi, qui vult cõmendari huic Epiſcopo vitam contemplatiuam in oculis, actiuam in pedibus. Etenim oculi tanquam flamma ignis manifeſte contemplationem exprimunt, quæ non ſolum per cognitionem lucere, ſed per charitatem etiam ardere debet: ſed quoniam quandiu in hac mortali vita agimus, neceſſe eſt interdum ad operationem deſcendere, mox ſubiungitur: *& pedes eius ſimiles aurichalco*, oculorum enim libertas in ſtatione eſt, pedum in motione; quia tamen actiua non eo modo, quo contemplatiua perſpicua eſt, & lucida, propterea oculi flammei dicuntur; pedes aurichalco ſimiles, eſt enim aurichalcum minus lucidum quam ignis. Quarta ratio afferri poteſt per oculos ſimiles flammæ ignis commendari Epiſcopis cognitionẽ eorum, quæ in ſuo Epiſcopatu gerun tur, & in gubernando vigilantiam cũ charitate coniunctam: per pedes vero ſimiles aurichalco indefeſſam in rectis moribus conſtituendis ſolicitudinem, quæ ſunt duæ partes Prælatorum potiſsimæ, & in Thyatirenſi Epiſcopo id temporis, quo morum diſciplina per luxum, & libidinem diffluebat, perneceſſariæ. Quam etiam ob cauſam myſtica illa Ezechielis animalia, quæ optimi cuiuſq; Epiſcopi imaginem per typum referebant, quorum fit mentio Ezechielis 1. oculos habebant flammantes, pedes vituli, ideſt, rotundos, cruraque flexibilia in omnem partem, quia nimirum debet Prælatus paratiſsimus eſſe ad exequendum quicquid flammantibus vigilantiæ oculis, vel conſtituendum, vel reſtituendum ſenſerit.

Rupertus.

Ioachim.

Vita actiua, & contemplatiua.

Prælati vigilãtia, charitas, & ſolicitudo.

Ezech. 1.

Quid per Iezabelem ſignificetur hoc loco; cum dicitur.

Permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit propheten, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari, & manducare de Idolothytis. Apoc. 2. 20.

SECTIO II.

IAVDATIONE de more præmiſſa cõqueritur Dominꝰ de Thyatiræ Angelo, quod permittat mulierem Iezabelem, quæ ſe propheten mentiebatur, docere, fideles ſeducere, fornicari, & manducare de idolothytis: comminaturque ſe miſſurum eam in lectũ, eosque, qui mœchantur cũ ea acerrimè puniturum, filioſq; eius interfecturum, niſi pœnitentiam egerint. Igitur, vt planum fiat, quid per Iezabelem, hoc loco accipiendũ ſit, illud eſt neceſſario præmittendum; Iezabelem vxorem fuiſſe Achab regis Israel impijſsimam, & proiectæ audaciæ fœminam, vt eſt perſpicuum ex 3. Regum 19. & 21. & Ioſepho lib. 8. antiquitatum cap. 13. fuit ea filia Iethabàal regis Tyri, ac Sidonis, ex quo factum eſt, vt gentis ſuę ſuperſtitiones, & impietatem retinens, templũ Deo Tyri, quem Baal appellabant, extruxerit, ſacerdotes Baal quamplurimos, falſoſq; prophetas conſtituerit, qui ſuo Deo miniſtrarent, virum ſuum eâdem impietate, ac ſupetſtitione imbuerit; Heliam prophetã ſanctiſsimũ, quod ipſius impietatẽ ferre non poſſet, falſoſq; Baal prophetas occidiſſet,

I

Suppliciũ improborum, niſi reſipiſcant.

3. Reg. 19. & 20. Ioſeph.

occidisset, persecuta fuerit, vitam, vineamque Naboth nobili, & probo viro per summam crudelitatem, & iniustitiam eripuerit; denique multa alia indigna, ac nefaria admiserit. Quorum omnium Deus meritas pœnas tandem deposcens, eius rei conficiendæ curam commisit Iehu, qui Achab in regno successit, qui eam è fenestra deturbari præcepit, vbi à canibus dilacerata, sicut prædictum fuerat ab Helia 3. Reg. 21. non solum suæ impietatis memoriam, sed diuinæ etiam seueritatis exemplum posteris reliquit. Quo fit vt cum Iezabel impiissima fuerit, & audacissima fœmina, iure optimo similium fœminarum, omnisq; turpitudinis, & impietatis Symbolum esse possit.

Iezabel vt impietatis, sic etiam diuinę seueritatis exemplum & symbolum. 3. Reg. 21.

2

Primũ igitur non desunt, qui hanc fœminam existiment vxorem fuisse huius Episcopi, Iezabelem nomine appellatã, aut certe ita dictam, quod Iezabelem illam alteram, cuius paulo ante meminimus, scelerum improbitate referret: quam opinionem referunt Richardus de sancto Vict. Lyranus, & Hugo Cardinalis. Secundò Beda, Rupertus, & Primasius, conijciunt mulierem aliquã in ea Ecclesia eiusmodi scelerum, & errorum, artificẽ, ac magistram. Tertiò Epiphanius libro 2. aduersus hæreses. Hæresi 51. existimat per Iesabelem intelligendas esse quasdam fœminas, quę Thyatiræ insurrexerunt, prophetiæ spiritum sibi arrogantes; Priscillam nimirum. Maximillam, & Quintillam; quę tamen etsi post Ioannis obitum extiterunt, eas tamen Ioannes prophetico spiritu futuras præsensit, & fugiendas denunciarit. Quartò Areth. vult sermonem adhuc esse de Nicolaitis, qui propter libidinem, & impietatẽ Iezabelis nomine exprimantur. Postremo D. Augustinus, seu Ticonius, Beda, Primasius, Rupertus, Ioachimus, & alij, præter suam illam de certa aliqua fœmina coniecturam, affirmant Iezabelis nomine intelligendos esse hæreticos effœminatos, & libidini seruientes, qui propterea mulieris nomine censeantur: eiusmodi enim nomen merentur libidinosi homines, & luxui dediti: vnde est illud Homericum Iliados 7. O Achæides, non enim Achęi, quod Maro imitatus dixit, O vere Phrygiæ, neq, enim Phryges ite per alta dyndima. Et paulo post, sinite arma viris, & cedite ferro. Sed vt ad nostra veniam; eò etiã nomine significantur in sacris literis Esaiæ 6. *Dabo pueros principes eorum, & effœminati* (aliâs mulieres) *dominabuntur eis.* Et eodẽ cap. pro eo quod est, *eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decalua-bit Dominus verticem filiarum Sion, &cæt.* Quo loco in vniuersum non solum fœminæ Hebræorum, sed etiam viri effœminati intelligendi sunt. Idẽ habes Nahum 3. *Ecce populus tuus quasi mulieres in te.* E contrario viri appellãtur, qui fortes ac strenuos in omnibus se prębent. Vnde Dauid ad Abner ait 1. Regum 16. *Nunquid non vir es tu?* Præcipuè verò ij qui luxum aspernantur, & virtutem colunt: quo sensu potest accipi illud Psalmi primi. *Beatus vir, qui non abijt, &c.* Hanc fœminarum & virorum acceptionem mystice expressam fuisse in facto illo Pharaonis cum obstetricibus Ægyptijs præcepit, vt Hebræarum mulierum mares filios occiderent, fœminas tantum reseruarent Exodi 1. Existimauit Origenes homilia 2. super Exodum, vbi inter alia: *Cum videris,* inquit, *homines in delicijs viuere, & libidini seruire, scias in ijs regem Ægypti, idest Dæmonem, fœminas reseruare: si verò aliquem videas amare continentiam, luxuriam fugere, & virtutem colere; istum intelligas quasi virum necare cupere Pharaonem: odit enim eiusmodi Pharao, viuere eos in Ægypto non sinit: inde est quod in hoc mundo serui Dei despectui habentur, quia odit huiusmodi mares Pharao, qui fœminas tantum amat.* Atque hęc postrema Iezabelis expositio nobis magis probatur, cum sit communior, & consuetudini Ioannis in hoc opere congruentior

Homer. Libidinosi, & effœminati, fœminę, nó viri. Maro. Esai. 6. 4. Nahum 3. 13. Dauid. 1. Reg. 16. Respuentes luxum, viri. Psalm. 1. 1. Exod. 1. Origenes. Dęmon odit continẽtes, amat luxui deditos.

Richard. de S. Vict. Lyran. Hugo Card. Beda. Rupert. Primas.

Epipha.

Arethas.

D. August. Ticon. Beda. Primasius. Rupert. Ioachim.

entior: sic enim scribens ad Angelũ Pergami, per tenentes doctrinam Balaam, Nicolaitas intellexit: vt consequens videatur sicut eo loco Balaã, ita etiam hic Iezabelem mysticè, ac per typum accepisse.

4 Quod verò attinet ad fornicationem, de quo crimine Iezabel insimulatur; duplicem communiter intelligunt hoc loco interpretes, cuius Iezabel magistra fuerit, vnam communẽ, alteram mysticam, quæ est peccatum quodcunque lethale, sed præcipuè hæresis, & idololatria: reperiri enim etiã hoc fornicationis genus perspicuum est ex sacris literis, veluti Hieremiæ 3. *Fornicata est cum amatoribus multis*, & iterum *mœchata es cum lapide, & cũ ligno*. Et Psalm. 72. *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te*. Et Ezechielis 16. *Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis*. Denique Exodi 34. *Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cũ fornicati fuerint cum Dijs suis, & adorauerint simulacra eorum, vocet te quispiam*. Ratio verò est, quia Deus per fidem spiritualem quoddam cum quauis anima matrimonium contrahit, iuxta illud Oseæ 2. *Sponsabo te mihi in fide*; ex quo efficitur, vt qui fidem, aut eius confessionem deserit, non fornicationẽ modo simplicem, sed adulterium admittat; quam rationem multis persequitur D. Hieronymus, Hieremiæ capite 3. Ezechielis 16. & Nahum 3.

Hæresis & idololatria, fornicatio.

Hierem. 3. 1.

Psalm. 72. 27.

Ezech. 6. 15.

Exod. 34. 15.

Anima per fidẽ sponsa Dei, per hæresim adultera.

Oseę 2. 19.

D. Hieron.

Quid significet illa commination, *Ecce ego mittam eam in lectum.*

SECTIO III.

1 IEZABELI illi mysticæ, quam paulo ante explicauimus, comminatur Dominus, eã se, quia non vult pœnitentiam agere, missurum esse in lectum: quæ commination, quia non nihil habet obscuritatis, paulo explicatius tradenda est. Pro cuius rei explicatione, supponendum est, lectum in sacris literis, & in bonam, & in malam partem accipi solere. In bonam quidem Canticorum 3. *Lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, propter timores nocturnos*, vbi lectus cũ pro multis alijs, tum præcipuè pro quieta sanctorum conuersatione sumitur; quemadmodum interpretatur Beda, ad eam verò quietem conseruandam opus, inquit, *est, vt Christi milites ensem habeant super femur suum, motum videlicet carnalium voluptatum spiritualis verbi districtione comprimendo; propter timores nocturnos*, idest, ne eos insidiæ tentatoris antiqui, si securos inermesq; repererint, sternant. In malã autẽ Psal. 6. *Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lacrymis meis stratũ meũ rigabo*. In quẽ locũ D. Augustinus. *Lectꝰ*, inquit, *est voluptas corporis, & omnis delectatio secularis*, quã delectationem lacrymis lauat, qui se se ab illa conatur extrahere. Rigabo, autem, quod sequitur, amplius aliquid est, quàm lauabo: potest enim aliquid in superficie lauari; rigatio autem ad interiora pertinet, & significat fletum vsque ad cordis intima. Lectus igitur hoc loco in malã accipitur, vt perspicuum est ex Iezabelis impudentia, in quam huiusmodi minæ iactantur. Iuxta quam lecti acceptionem. Prima expositio est Bedæ, Ruperti, Richardi de sancto Victore, lectum hunc infernum interpretantium; in quo lecto hæretici, quos ipsi nomine Iezabelis intelligunt, nõ quidem requiescant, sed excrucientur; nisi enim lecti vocabulo æternum gehennæ supplicium designaretur, nunquam antiquo hosti figurata locutione per Esaiam diceretur cap. 14. *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes*. Ad quem etiam lectum alludit idem vates cap. 33. cũ sic peccatores alloquitur; *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante: quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?*

Cant. 1. 7

Beda.

Lectus quieta sanctorum cõuersatio.

Psalm. 6. 7.

D. Augustꝰ.

Lectus pro voluptate.

Beda.
Rupertus.
Richardus.

Infernus.

Esai. 14. 11

2

Primas. Ansb.

Securitas & impunitas impij quasi derelicti à Deo.

Secunda est Primasij, & Ansberti, qui securitatem, & impunitatem hæreticis, quasi à Deo derelictis, lecti nomine significatam volunt. *Ponitur*, inquit Ansbertus, *hæc meretrix in lecto, non vt quiescat, sed vt febri lāguescat, & in phrenēsim incurrat, quatenus ea iam dicat, vel agat, quæ alij audire, & videre erubescant*, in hanc enim deceptoriam securitatem tunc reprobi incidunt, cum peccantes experti non fuerint præsentis iræ vindictam, & pœnitentiam eò vsque negligunt, donec eis repentinus superueniat interitus, iuxta illud Prou. 1. *Auersio parvulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos*. Ab hoc lecto nos Paulus exsuscitat, cùm ad Ephesios 5. *Surge*, inquit, *qui dormis, & exurge à mortuis*. Quod autem hoc maximi supplicij loco ducendum sit, præter quam quod iam aliâs fusè docuimus; confirmari etiam potest ex illa comminatione diuina, quæ habetur Ezechielis 16. *Israel, iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te*: & Psal. 80. *Non audiuit populus meus vocem meā, Israel non intendit mihi: & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis*. Ad Roman. 1. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt*. De eodem lecto interpretatur D. Ambrosius lib. 1. de Cain cap. 4. illud Prouerb. 7. vbi meretrix ita loquens inducitur, *Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo: veni inebriemur vberibus: non est enim vir meus in domo sua, abijt via longissima*. Quo loco diuus Ambrosius per huiusmodi fœminam, secularem voluptatem intelligit, cum impunitate coniunctam, quæ nimirum vitā sine solicitudine promittit, sine monitore sermones, molem somnum; inexplebilem cupiditatem: addimus nos absentiam viri, propter quam sibi eam securitatem pollicetur, esse impunitatē, qua Dē peccata dissimulās sinit peccatores impune volitare.

Prouer. 1. 32.

Ephes. 5. 14.

Ezech. 16. 42.

Psalm. 80. 12.

Rom. 1. 28.

D. Ambr.

Prou. 7. 16.

Voluptas cōiuncta cum impunitate.

D. Ambrosiꝰ.

3

E contrario puniri hîc à Deo, singulare quoddam diuinæ clementiæ beneficium existimandum est; hac enim ratione Dominus Hierusalem consolatur Esaiæ 40. *Consolamini consolamini popule meus, dicit Deus vester: loquimini ad cor Hierusalem, & aduocate eā, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro peccatis suis*. Quo loco *recipere duplicia pro peccatis*, seu vt habent Septuaginta, *recipere duplicia peccata sua*, est propter peccata multis pœnis affici, quemadmodum interpretatur diuus Ambrosius sermone 19. in Psalm. 118. super illa verba, *Prævenī in maturitate*, seu *in immaturitate*, vt constat ex textu Græco. *Quam cito*, inquit Ambrosius, *dixit plenitudinem deiectionis* (est enim apud Septuaginta, completa est humilitas, seu deiectio eius,) *solutionem esse peccati, & repetiuit causam consolationis*, videlicet eò maius esse reconciliationis insigne, quo numerosior fuerit pœna, quā culpa: id quod euidentius expressit idē propheta cap. 28: cum dixit, *Tribulationem super tribulationem, Spem super spem*, sic enim septuaginta reddiderunt, quod vulgatus trāstulit, *manda remanda, expecta, reexpecta*. Itaque cernis iuxta translationem septuaginta eo ipso, quod tribulatio ad tribulationē adiungitur, spem supra spem inijci, & tunc demum posse peccatorem spem gloriæ concipere, cum à Deo propter scelera castigatur.

Puniri hîc à Deo, singulare beneficium. Esai. 40. 1.

D. Ambros. Psalm. 118. 147.

Tribulatio super tribulationem, spes sup spem.

4

Iob 6. 9.

D. Gregor.

Quod beneficij genus agnoscens Iob sic dicebat cap. 6. *Qui cœpit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me?* In quem locum diuus Gregorius libro 7. Moralium cap. 7. *Cum conditor*, inquit, *amorem suum erga nos per verbera non exercet, quasi ad feriēda nostra vitia manum ligatam tenet: an non affectus sui manū ligauerat, cum peccanti populo dicebat: Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te. Ezechielis 16. Soluere ergo manum suam dicitur, cum exercet affectum. Idcirco Regius vates postulat, Proba me Domine, & tenta me. Ps. 25. & alio in loco: Ego in flagella paratus sum, Psal. 37. quia enim sancti viri corruptionis suæ vulnus sine putredine*

Ezech. 16. 42.

Psalm. 25. 2.

non

Iob 6.10.

non esse considerant, libenter se sub manu medici ad sectiones parant, vt aperto vulnere virus peccati exeat. Id, quod idem Iob luculentius significauit subiungens: Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, electi quippe cum perpetrasse se illicita nouerunt, & tamen perscrutantes inueniunt, quod nulla pro illis aduersa perpessi sunt in immensæ formidinis terrore tabescunt, ne in æternum se gratia deseruerit, quos in præsenti vita mali sui retributio nulla castigat, & propterea feriri paterna correptione desiderant, & dolorem vulneris medicamenta salutis petãt.

Iob 6.10.

Rectè igitur ait Iob. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat; ac si apertius diceret, qui ideo hic quibusdam parcit, vt eos in perpetuum feriat, ideo me hic feriat, vt non parcendo in perpetuum parcat. Hactenus Gregorius.

5

Impunitas ex vno scelere aliud nectit.

Merito itaque de Iezabele supplicij loco dicitur; *mittam eam in lectum*, vt nimirum impune in hac vita peccans, & in suis peccatis, quasi in mollissimo lecto quiescens, ex vno scelere aliud nectat, & ita ad æternam damnationem sibi viam muniat: derelictus enim peccator à Deo, dimissusq; vt ait Regius vates, *secundum desideria cordis sui in adinuentionibus suis* eat necesse est, quippe cum verissimum sit illud, quod de impijs legitur Iob 6. *Inuolutæ sunt semitæ greßuum eorum.* Etenim, vt ibidem docet Gregorius, quemadmodum id, quod inuoluitur in semetipsum replicatur, ita impij quasi extra se tẽsi ad semetipsos per circuitũ redeunt multiplicatione vitiorum. Id quod Esai. cap. 34. Sub Iudæa nomine eleganter explicauit, cũ dixit: *Erit cubile draconũ, & pascua struthionũ, & occurrent Dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterũ*: tunc enim pilosus, vt interpretatur Gregor. loco citato, alter ad alterũ clamat, cũ perpetrata nequitia, ad aliam perpetrandam prouocat; & quasi quadam cogitationis commissa iam culpa, cúlpam adhuc, quæ cõmittatur, inuitat.

Iob 6.18. Gregor.

Esai. 34.14.

Gregor.

6

Arethas. Pannon.

Tertia & postrema expositio est Arethæ, & Pannon. sic interpretantium, *mittam eam in lectũ*, ideſt, ægritudine feriã, vt quæ modo in peccatorum suorum lecto, explendo corporis voluptatem requiescit, decumbat in lecto per ægritudinem & afflictionem, vt inde transeat ad lectum duriorem æternæ damnationis. Ex quo plane efficitur, Deum sæpe perditos homines ægritudinibus, laboribusq; diuexare non vt corrigantur, sed vt iam nunc facinorum suorum pœnas luant, quas æternæ consequantur: atque hæc est duplex illa contritio de qua loquitur Hieremias cap. 17. *Duplici contritione contere eos*, & duplex illa cõfusio, cuius meminit Regius vates Ps. 108. *Induantur sicut diploide confusione sua.* Est enim diplois vestimentũ duplũ, quo fit vt impij confusione, ideſt, afflictione sua, tanquã diploide induantur, cum & temporali, & æterna animaduersione feriuntur. De huiusmodi flagellis loquitur Dominus per Hieremiam cap. 30. cum ait; *Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli*; Etenim vt eo loco exponit Hugo Cardinalis, quos Dominus vel ad emendationẽ, vel ad probationem flagellat, non tanquam inimicos, sed potius tanquam amicos arguere dicitur iuxta illud Apocalypsis 3. *Ego quos amo arguo, & castigo*; cùm verò reprobos iam in hac vita percutere incipit, non amici, sed inimici plaga percutere censetur.

ægritudo, pœnaue temporalis, sæpe initium sempiternę.

Hier. 17.18.

Psal. 108.29.

Hier. 30.14.

Hugo Card. Quidã flagellantur, vt amici, alij vt inimici.

Apoc. 3.19.

7

Ezech. 30.21.

Id quod etiã sub nomine Pharaonis Dñus ipse significauit Ezech. 30. cũ dixit, *Brachium Pharaonis regis Ægypti confregi, & ecce non est inuolutũ, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & farciretur linteolis, & recepto robore posset tenere gladiũ*, ideſt, pœna quã ei inflixi, initiũ erit sempiternæ: idcirco enim vulnera eius nolui obligare, quia sempiterna sunt futura, de quo supplicij genere est sermo, Deuter. 32. cum dicitur, *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima.* Atque idcirco Iob dicebat cap. 10. *Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare.* Ideſt, Deum quantum potero obtestabor, vt hic tantum me affligat: sciebat enim interdum præsentẽ afDeut. 32.22.

Iob 10.1.

flictionē esse æternæ damnationis initiū; quemadmodū cōtigit Antiocho regi impijssimo, quem Deus inuisibili,& insanabili plaga percussit, videlicet viscerum dolore, ita vt de eius corpore vermes scaturirent, & ipsæ carnes in doloribus effluerent,vsque adeo vt grauissimo eius fœtore totus exercitus grauaretur,quod enim hoc 2.Machab. 9. supplicium prænuntium esset sempiterni,perspicuum est ex eo, quod dicitur 2.Machabęorum 9. *Orabat sceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.*

Quidnam sit, altitudinem Satanæ cognoscere.

Quicunque non habent doctrinam hanc,qui non cognouerunt altitudinem Satanæ, quemadmodum dicunt.

SECTIO IIII.

1

VBIVNGITVR post commination̄e Iezabeli, eiusq; amatoribus factam, promissio ad eos pertinens, qui nefarijs Iezabelis factis,& consilijs non acquieuerunt, quæ sic habet. *Quicunq; non habent doctrinā hanc, qui non cognouerunt altitubinē Satanæ,quem admodum dicunt,non mittam ſuper vos aliud pondus.* Vbi duo explicationem desiderant. Vnum est, quid sit non cognoscere altitudinem Satanæ. Alterū, quid pondus significet. Quod attinet ad primum,sciendum est cognoscere in sacris literis sæpenumero idem esse,quod approbare, veluti Psalmo 1. *Nouit Dominus viam iuſtorum.* Et Psal. 36. *Nouit Dñus dies immaculatorum.* Et Prouerb. 4. *Vias, quæ à dextris ſunt nouit Dominus: peruerſæ verò ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt.* Et Amos 3. *Tantum modo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.* In de etiam est quod sanctorū nomina scire Deus dicitur,& oues suas vocare nominatim. Ioan. 10. Imo ad hoc ipsum significandum præcepit Exod. 28. Inscribi in duodecim gēmis pretiosissimis,quæ erant in rationali,duodecim nomina,iuxta numerum tribuum: præterea in duobus lapidibus Onychinis, qui in vtroq; sūmi Sacerdotis humero gestabantur, eadē duodecim nomina insculpi, sena in quo libet lapide, vt nimirū intelligerent Deū,cuius Pontifex ille maxim⁹ refe rebat imaginē,sanctos suos non solū in humeris per auxiliū, sed in pectore etiā per amorē gestare,eorūq; cōtinuo recordari,quorū in pectore,atq, adeo ãte oculos nomina præferebat.

Exod. 28.

Sanctos suos gestat Deus in humeris p auxilium & in pectore per amorem.

2

E contrario reprobos Deus dicitur nescire, scientia videlicet approbationis,vt 1.ad Corinth. 14. *Qui ignorat, ignorabitur.* Ex quo loco argumentatur Hieronymus super Amos 3. Deum non omnes cognoscere, sed eos qui eius cognitione sunt digni. Vnde est illud Lucæ 13. *Recedite à me operarij iniquitatis,neſcio vos.* Et Matthæi 25. fatuis virginibus dicitur, *Amen dico vobis, neſcio vos.* Imo vsque adeo Deus reprobos perhibetur ignorare, vt ne nomi num quidem eorum memoriam habere dicatur,quemadmodum Christus ipse testatur sub Dauidis persona, cùm ait Psal. 15. *Non congregabo conuenticula eorū, nec memor ero nominū eorū per labia mea.* Cum ergo hoc loco dicitur; *Non cognouerunt altitudinem Satanæ,* est sensus non approbauerūt altitudinē Satanæ,quemadmodū exponit Beda, Rich. de S. Vict. Rupert. Primas. Ioachimus, & communiter interpretes.

Nescire pro re probare. 1.Cor. 14.38. Amos 3.

Luc. 13.27. Matth. 25.11.

Psalm. 15.4.

Non cognouerunt.i. non approbauerunt. Beda. Richard. de S. Vict. Rupert. Primas. Ioachim.

3

Quid autem sit altitudo Satanæ, iam explicandum est. Et quidem interpretes cōmuniter,altitudinem Satanæ,superbiam Satanæ interpretantur iuxta illud Esaię 14. *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer,qui dicebas in corde tuo; in cælū conſcendam,ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meū,ſedebo in monte teſtamenti,in lateribus Aquilonis; aſcendam ſuper altitudinē nubiū,ſimilis ero altiſſimo.* Et Iob 41. *Omne ſublime videt, & ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Rupert. altitudinē quidē Satanæ pro superbia etiā accipit, sed

Esai. 14.12.

Altitudo Satanæ.i. superbia. Iob 41,15.

Rupertus.

illā tamen

Cognoscere, p approbare.

Psalm. 1.6.

Psalm. 36.18.

Prouerb. 4.27

Amos 3.2.

Ioann. 10.

Dæmon etiam modò vult esse similis altissimo.

tamen superbiam putat esse intelligendam, qua Satan etiam nunc contendit similis esse altissimo, exigens videlicet sibi in idolis sacrificia. Quã superbiam cognouerunt, id est approbauerunt Thyatiræ illi, qui idolothyta manducabant: & quia hæc altitudo non est vera, sed simulata, propterea ait subiungi (quemadmodum dicunt,) id est, quemadmodum ab imperitis appellatur, & existimatur. Est quidem hæc communis interpretatio, quæ nobis tamen non probatur. Græcè enim, pro altitudinem, seu altitudines, legimus βάθη id est, profunditates: nec enim βάθος vllo modò significat sublimitatem; quare existimamus altitudinem, hoc loco non sublimitatem, sed profunditatem significare, eo sensu, quo puteum altũ, & mare altum appellamus; imo & quo mentem altam dixit Poeta, *manet alta mente repostum iudicium Paridis.*

Satanę altitudo, profunditas.

4

Iuxta quam expositionem adhuc explicandum superest, quæ nam sint istæ Satanæ profunditates. Et quidem diuus Hieronymus super caput tertium epistolæ ad Ephesios, profunditatem ad inferos refert, expendens enim illa verba Pauli, *Vt possitis cõprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum*, Græcè βάθος sic ait, *latitudo mundi est ab Oriente, ad Occidentem: longitudo à meridie ad septentrionem.* (loquitur Hieronym. more Philosophorum. Nam apud Astrologos longitudo ab oriente ad occidentem sumitur; latitudo autem per distantiam ab Æquatore versus polos:) *Profundum in abyssis & in inferno: altitudoque super cælestia erigitur: quæ omnia in cruce Domini intelligi possunt; Ascendens quippe in altum captiuam duxit captiuitatem, & descendit ad inferiora terræ, & post altitudinem & profundum, in omnem terram exiuit prædicatio crucis; atque ita, & altitudinem, & profundum, & longitudinem, & latitudinem tenet.* Hæc Hieronymus. Sic etiam sumuntur profunda, Prouerbiorum 9. Vbi libidinosa mulier sic transeuntes alloquitur; *Qui est paruulus, declinet ad me, aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior, & ignorauit*, (Paruulus, seu insipiens) *quod ibi sunt Gigantes*, id est Dæmones, *& in profundis inferni conuiuæ eius*; id est quotquot ad huius meretricis mensam accedunt esse inferorum pœnis obnoxios.

D. Hieron.

Crucis longitudo &c.

Prouerb. 9. 17

Igitur iuxta hanc profundorum, seu altitudinum acceptionem, non cognoscere profunditates Satanæ est non pepigisse fœdus cum inferno iuxta illud Esaiæ 28. vbi impij sic loquuntur, *Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Quo loco est aduertendum nomen Hebraicũ חזה Chozeh, pro quo nos habemus pactũ significare cõmeatũ, seu prouisionẽ: vt vocant, quod est multorũ simul conuiuentiũ, aut simul nauigare volẽtium, id quod non faciunt, nisi fœderati, & amicitia coniuncti; hoc sensu; cum inferno fecimus prouisionem, seu commeatum, quasi simul nauigaturi, & ad eundem inferorum portũ appulsuri. E contrario igitur, non cognoscere altitudines, seu profunditates Satanæ, est minimè cum inferno, ipsoq; Satana fœderari, & societatem inire.

5

Esai. 28. 15. Profũditas Satanę significat pactum cũ inferis.

Secũdò. Alij in quibus est Gagnæus, qui has altitudines etiã non sublimitates, sed profunditates interpretãtur, per altitudinẽ Satanæ intelligũt immensũ pelagus flagitiorũ, iuxta illud Prouerb. 18. *Impius cum in profundũ venerit peccatorũ, contemnit, sed sequitur eum ignominia, & opprobrium*: quia nimirũ, vt exponit D. Chrysost. homilia 40. in Matthæũ, sicut infirmus dum mediocriter habet, & sperat se posse curari, abstinet à noxijs cibis; si autẽ se desperatũ intellexerit, curã sui negligit: Ita homo dũ mediocriter peccat, & salutẽ sperat, quantũ potest à malo se tẽperat: si autẽ grauiter peccando cœperit desperare, iã nihil dubitat cõmittere. Tertiò & Postremò. Possumus per profunditates Satanæ, subtiles eius ac multiplices dolos intelligere

6

Gagn. Secũdo immẽsum pelagꝰ vitiorum.

Prouerb. 18.

D. Chrysost.

Tertiò Satanę laqueos, & insidias.

quos iusti cognoscunt, idest, non approbant, iuxta ea quæ superiùs diximus; quia enim Satan vafer, subdolusq; est, furtimq; ac sensim se se in hominum animos insinuat, vt citius te in laqueos eius interdum induas, quàm fraudem deprehenderis, rectè eius astutiæ profunditates appellari possunt, quas difficile interdum perspicimus, de quibus eleganter differit D. Gregorius homilia duodecima super Ezechielem. D. Gregorius.

Quid pondus hoc loco significet, cùm dicitur.

Non mittam super vos aliud pondus.

SECTIO V.

1 QVOD verò attinet ad posteriorem sententię partem, in qua Deus pollicetur, se ijs qui non cognouerũt altitudinem Satanæ, non esse aliud pondus immissurum. Prima expositio est Primasij, Richardi de sancto Victore, Ansberti, Pannonij, Hugonis Cardinalis, & aliorum, *Pondus* hoc ad legem veterem referentium, propter nonnullos, qui eo tempore surrexerunt ex circuncisione fideles, qui putabant necessarium esse ad salutem, legalia simul cum lege noua obseruare, vt sensus sit; nolo vobis pondus legis veteris imponere, sed tenete eam doctrinam, quam habetis, quæ dumtaxat ad salutẽ necessaria est. Quod autem lex vetus pondus dicatur perspicuum est ex Actorum 15. *Visum est Spiritui sancto & nobis nihil imponere vobis vltra oneris, quàm hæc necessaria, &cæt.* Et ad Hebr. 12. *Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen:* Nam hoc loco *Pondus* nonnulli de veteri lege interpretantur, quemadmodum etiam diuus Thomas in commentarijs super Matthæum ad Iudæos præcipuè dictũ esse existimat illud Matthæi 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis:* nec solum põdus & onus, sed iugum etiam importabile dicitur à Petro Actorum 15. in primo illo cõcilio œcumenico Hierosolymis celebrato, cui Petrus tanquam Pontifex Maximus præfuit. *Quid tentatis,* inquit, *Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; Patres nostri, neq; nos portare potuimus?* Imo, & iugum seruitutis appellatur à Paulo ad Galatas. 5. *State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* Primas. Rich. Ansbert. Pan. Hugo Card. Lex vetus, põdus & iugum seruitutis. Act. 15. 28. Hebr. 12. 1. D. Thom. Matth. 11. 28. Act. 15. 10. Galat. 5. 1.

2 Fuit autem lex vetus, pondus. Primum propter præceptorum multitudinem. Etenim quemadmodum docet Abulensis quęstione 1. super vigesimum septimum caput Deuteronomij, & quæstione 24. in primum caput Ruth, & Lyranus ibidem, & Paulus Ricius Rabbinus Hebrçorum conuersus ad fidem, in libro suo de Mosaicæ sanctionis, seu Pentateuchi edictis, cuius meminit Cõradus Gesnerus in sua vniuersali Bibliotheca; omnia in vniuersum pręcepta legis veteris, tam affirmatiua, quam negatiua, erant tredecim supra sexcenta, quanquam Rabbi Moyses Ægyptius qui dicitur dux neutrorum, seu dubiorum, libro 3. tractatu peculiari de præceptis legis affrimet pręcepta affirmatiua fuisse octodecim super ducenta: negatiua vero trecenta sexaginta quinque iuxta numerum dierũ totius anni; quæ omnia ibi figillatim enumerat, atque adeo facit omnia in vniuersum præcepta legalia quingẽta octoginta tria; verũ omittit multa, quæ alij rectius in numero mãdatorum ponunt. Secundò. Propter difficultatem ipsorum præceptorum, incibo, in tactu, in sacrificijs, in cœremonijs, in iudicijs, quæ modo infinitũ esset oratione cõplecti. Tertiò. Quia cum tam multa essent præcepta, & tam ardua, tamen sacramenta, & sacrificia, non conferebant gratiam ex opere operato, quæ difficultatem tẽperaret, neque lex tota vim habebat 2 Primo propter multitudinem pręceptorum, quæ erãt 713. Abul. Lyran. Paul. Rici. Cõrrad. Gesn. R. Moyses. Secundo propter difficultatem in obseruando. Tertio propter egena sacramenta.

iustificandi

iustificandi, quemadmodum multis in locis docent sacræ literæ: veluti ad Hebr. 9. *Munera, & hostiæ, quæ offeruntur, non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem*, vbi illud *iuxta conscientiam* significat legem veterem non habuisse vim conferendi gratiã, qua conscientia, siue anima mundaretur. Et capite 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos ijsdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere.* Et ad Galatas 3. *Si enim data esset lex, quæ posset iustificare, ex lege esset iustitia*, atq; hanc ob causam, appellatur lex vetus, *infirma, & egena elementa*, ad Galatas 4.

Hebr. 9. 9.

Galat. 3. 22.

Galat. 4. 2.

3

E cõtrario. Lex Christi, non onus simpliciter, sed onus leue, nec simpliciter iugum, sed iugum suaue appellatur à Christo, Matth. 11. *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Primum propter amorem, quo redundat lex Christi. Solet enim amor omnia reddere quam facillima, imo vel ipsos labores mira suauitate perfundere; id quod prædictum fuit ab Esaia capite 10. illis verbis, *Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei.* Vbi per oleum suauitas amoris intelligitur, quo aspersa sunt omnia præcepta legis nouæ. Itaque Christus fuit ille cælestis vnguentarius, cuius fit mentio Ecclesiastici 38. *In his curãs mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones & cõficiet sanitatis.* Vnde Gregorius Nissenus in dictum illud Euangelij, *Quatenus feciſtis vni ex minimis istis, mihi feciſtis*, Matthæi 25. *Iumentum*, inquit, *Christi efficiamur, dilectionis loris nos alligantes, iugum enim eiusmodi commodum est, non atterit collum subeuntis sed polit, ac leue reddit.* Id quod etiam docet D. Augustinus libro de natura, & gratia, contra Pelagianos cap. 69. *Omnia*, inquit, *fiunt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, iuxta illud 1. Ioannis 5. Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt: quare cui grauia sunt, consideret non potuisse diuinitus dici, grauia non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus, cui grauia non sunt; petat igitur, quo destituitur, vt impleat quod iubetur.* In cuius rei confirmationem affert illud quod dicitur, Deuteronomij 30. & ad Christi legẽ accommodauit Apostolus ad Rom. 10. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo*: vbi pro *corde tuo*, transtulerunt Septuaginta, *In manibus tuis*: quia nimirum, vt ibidem expendit August. in corde ipso sunt spirituales manus: Si quis enim in corde affectũ habeat, & amorem, eo ipso iam manus habet, quibus facile possit per opera legem Christi obseruare.

Matth. 11. 29. Lex gratiæ iugum suaue, & onus leue.

Esai. 10. 20. Charitas legẽ reddit facilẽ.

Eccles. 38. 7.

Gregor. Niss.

Matth. 25.

D. August.

Ioann. 5.

Deut. 30.

Rom. 10. In corde spirituales manus.

Augustin.

4

Secundo dicitur lex Christi iugũ suaue, quia ipse exemplo suo nobiscum iugum portat, atq; adeo multum de pondere minuit quippe cum grauiorem partem collo sustineat, quam opem iam olim petebat Ecclesia Sapientiæ 9. *Mitte sapientiam de cœlis sanctis tuis, vt mecum sit, & mecum laboret* vbi illud, *mecum laboret*, societatem in portando iugum significat. Atq; eòdẽ existimo alluisse Sophoniam capite 3. cùm dixit ex Dñi persona: *Tunc reddam populis labiũ electũ, vt inuocent ões nomen Domini, & seruient ei humero vno*: id circo enim videtur dixisse, *humero vno*, (præter communem illam de concordia fidelium expositionem) quia reliquam iugi, seu laboris partem sustinebat ex altera parte sustinere; iuxta illud Geneseos 49. quod in persona Isachar de Christo Iacob prænunciauit, *Supposuit humerum suum ad portandum.*

Exemplũ Chri

Sapient. 9. 10.

Soph. 3. 9.

Genes. 49. 15.

5

Tertiò. Propter abundantiam gratiæ, quæ ad legem seruandam confertur, quam ob causam omnia se posse gloriatur Apostolus ad Philipenses 4. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Id quod etiam significauit 1. ad Corin. 15. cum dixit, *abundantiùs omnibus laboraui, non ego sed gratia Dei mecum.* Elegantem huius rei typum habes 1. Paralipome non

Gratiæ abundantia. Philipp. 4. 13.

1. Cor. 15.

Paralip. 15.

pomenon 15. vbi deleuitis qui arcam portabant de domo obededom in locum, quem Rex Dauid Hierosolymis constituerat, dicitur. *Cumq; adiuuisset Deus leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini immolabantur septem tauri, & septem arietes.*. Inquem locum Doctores Hebræi, vt testatur ibidem Lyranus aiunt, diuina virtute factum fuisse: vt arca se ipsam portaret nullumq; pondus leuitæ sentirent, eamq; ob causam in gratiarum actionem pro tam singulari beneficio factam fuisse illã taurorum, & arietum immolationem. Quis verò dubitet arcã illã typũ fuisse legis gratiæ, quam qui portant, minimè pondus sentiunt: quoniam Deo portantes adiuuat multo maioribus auxiliorum gratiæ præsidiis, quam olim siue in lege naturæ, siue in scripta concederentur.

Lyran.

Auxilium gratię adseruandam legem.

6

D. August. Ticon.

Secunda expositio, Quæ viderur magis textui consentanea est diui Augustini, seu Ticonij, & aliorum, põdus hoc ad laborem & tribulationem spectare existimantium: vt sit sensus. *Nõ mittam super vos aliud pondus*, id est, Non implicabo vos nouis tribulationibus, eo quod non fueritis impiæ Iezabelis sectatores. Quod enim in sacris literis tribulatio pondus, seu onus appelletur, exploratum est ex diuinis vatibus, qui cum impẽdentia Hebræorum genti, vel alteri cuipiam populo mala comminãtur, titulum oneris suis vaticiniis præfigere cõsueuerũt. Sic enim Nahum dixit, *Onus Niniue*: Abacuch, *Onus quod vidit Abacuch Propheta*. Malachias, *Onus verbi Domini ad Israel*. Quę obseruatio est diui Hieronymi, libro 5. in Esaiam cap. 13. Et in prologo super Nahum, & Abacuch: Simulque eam reddit huius appellationis rationem, quod tribulatio instar ponderis premat eos, quibus immittitur. Aduertit autem diuus Hieronymus in prologo commentariorum super Abacuch, pro pondere, seu onere, Simmachum, & Theodotionẽ transtulisse λῆμμα, id est, assumptionem, pro quo Hebraicè est מַשָּׂא, ducitur à simili radice, quę leuare, seu assumere significat. quam ob causam Septuaginta etiam assumptionẽ reddiderunt, ponentes assumptionẽ pro re assumpta, id est, pro onere, quod assumitur vt ceruicibus imponatur: quo eodẽ verbo vsus est Regius vates, cùm dixit Psalmo 137. *Sicut onus graue grauatæ sunt super me*. Itaque secundũ diuum Hieronymum, onus appellatur assumptio, quia assumitur, vt ceruicibus imponatur.

Nahum c. 1. Abac. c. 1. Malach. c. 1.

D. Hieronym.

Pond⁹, Hebraicè assumptio.

Psalm. 137. 5.

7

Labor, & afflictio, eleuat ad gloriam.

Verum alia quoque ratio afferri potest, cur Septuaginta, & alij, põdus assumptionem transtulerunt: quia nimirum ex laboribus, & afflictionibus plerunque homines solent proficere vt ad gloriam assumantur. Itaque ipsa laborum immissio, & veluti oneratio, ac depressio quasi assumptio quędam, & eleuatio ad gloriam est. Hanc enim ob causam, vel ipsius crucis brachia, quibus Christus affixus fuit, alæ, seu pennæ dicuntur, quibus ipse ad gloriam sui corporis, & nominis celebritatem euolauit. Psalm. 90. *Scapulis suis obumbrauit tibi, & sub pẽnis eius sperabis*. Quem locum de Christo in cruce interpretatur diuus Hieronymus, & Hugo Cardinalis; quo eodem sensu accipiendum est illud Malachiæ 4. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius*: vbi radij solis per metaphoram pennæ appellãtur: tum quod solem, pennarum instar, circundãt, tum quòd illis quasi pennis vniuersam terram obeat; & ad crucis cornua referendũ est, iuxta prædictam Hieronymi expositionem: tum quia Christus crucis brachiis quasi radiis sol fulgentissimus enituit, tum quia illis, tanquam alis, se ad gloriam sui corporis euexit.

Psalm. 90. 4.

D. Hieron.

Malach. 4. 2.

Brachia crucis, alę seu pennę.

8

Hanc laborum pręstantiam & dignitatem agnoscens Iob, dicebat cap. 31. *Librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum, quasi coronam mihi*: qui locus dupliciter exponi potest, vno modo vt significetur, Iobum de sua ipsius innocẽtia

Iob 31. 10.

confidentem

confidentem optare, vt iudex aliquis qui de sua causa criminosè iudicaret, librum scriberet, vniuersa vitæ suæ facta complectentem; quia nimirum sic sperabat fore, vt omnes vitæ suæ seriem glorioſam, rerumq; optime gestarum gloriam cognoscerent, & ipse de libro illo quasi de facinorum suorum monumentis, & quadam veluti corona gloriaretur. Altero vt velit Iob, in librum referri labores omnes, qui ex diuino consilio sunt pro toto vitæ suæ decursu definiti, videlicet memorię causa, ne vel vnus prętermittatur, quem ipse non ferat, atque ita totum librum patiẽdo percurrat, & absoluat: id enim significat, cum optat, vt humeris suis imponatur, intelligens in iis omnibus ferendis illustrissimam gloriæ coronam, ad quam per eos assumi debeat, esse constitutam: quod subsequentia verba significant, *& circundem illum quasi coronam mihi.* Denique obseruandum est illam prę cipue tribulationem dici onus, quæ in peccatorum pœnam infertur, iuxta illud ad Galatas 6. *Vnusquisque onus suum portabit.* Quo sensu accipienda sunt illa onera, quæ suorum vaticiniorum initiis Prophetæ Hebræis comminabantur, vt supra diximus, & eodem pacto accipitur pondus hoc loco.

Tolerantia laborũ, illustrissima corona.

Galat. 6. 3.

Literarum ad Episcopum Thyatiræ subscriptio explicatur.

Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur.

SECTIO VI.

SVBSCRIPTIOnis loco ponitur illa sententia: *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à Patre meo, & dabo illi stellam matutinam.* Beda, Primasius, Ansbertus, & alij dicũt consequi ecclesiam istam promissionem per ipsum Christum, cui dictum est, Psal. 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Quæ expositio nobis placet; tum quia hæc promissio bonis tantum, id est, vincentibus fit, at Ecclesia vniuersa, vt malos etiam cõplectitur, hoc habet, vt per Christum imperium habeat in gentes: tum etiam quia in ipso contextu distingui tur potestas Christi à potestate, quæ hic probis fidelib⁹ promittitur, cum subiungitur; *sicut, & ego accepi à Patre meo.* Alij ad tropologiam confugiunt vt habere imperium super gentes, sit prauis sensuum animiq; appetitionibus, quas gentes sequuntur, dominari: exquo, inquiunt, fiet vt cum virtus ipsa mira sua pulchritudine, vel in ipsis aduersarijs admirabiles sui amores excitet, gẽtes fidelium exemplo ad fidem conuersæ sub Christi Domini potestatem, ac ditionem subijciantur: id quod si facere per repugnandi libidinem, & pertinaciam renuerint potissimumq; hæretici, tanquam vas figuli confringentur, hoc est omnino destruentur, pœnasq; dabunt suæ rebellionis apud inferos sempiternas. Verum hęc expositio quod attinet ad priorem partem, quatenus hunc in gentes dominatum ad prauarum appetitionum depressionem refert, tropologia nobis potius videtur quã literalis sensus.

1

Beda. Primasius. Ansbert.

Psal. 2. 8.

Potestas super gentes promissa Ecclesię

Itaq; illud existimamus, duos esse sensus literales huius loci, vnum, vt promittatur Ecclesiæ vniuersę, etiam in rebus temporalibus felicitas, quod

2

Felicitas et potentia Ecclesiæ in subijciendis gentibus continendis q; in officio.

nimirum gẽtes multas sibi subijciat, imperium in subditos secure exerceat, tantaque sit potentia, vt rebelles possit facile coërcere, hæreticorũ impetus comprimere: denique aduersariorum vires frangere, nulliusq; potentiam formidare. Alterum, quẽ etiam plerique afferunt, vt iis qui vicerit, ideſt Iezabeli, eiusq; sectatoribus, videlicet tum prauis hominib⁹, tum hæreticis sese strenuè, & animosè oppoſuerint; promittatur fore, vt ob eorum probitatem, aduersusq; Iezabelem animi magnitudinem, in alto dignitatis gradu collocentur, prælatiq; aliorum efficiantur: itaque ad eum locum euehantur, ex quo alios virga ferrea, ideſt, inflexibili, & æquissima regant, legumq; sanctitate deuinciant: rebelles autem, ac petulantes imperio compescant, & disciplinę seueritate in officio contineant; aut si nolint, pro ratione muneris in eos animaduertant, quæ potestas similis dicitur illi potestati, quã pater Christo concesſit, vnde subiungitur, *Sicut ego accepi à patre meo.* Atque ex hoc ijdẽ doctores colligunt gubernandi curam, nonnisi viro probo æquitatis amatori, fortiq; etiam & magnanimo committendam esse, hæc enim omnia verbum illud, *Qui vicerit*, complectitur: id est qui vitia per probitatẽ & difficultates, quæ in gubernando incidunt, per animi magnitudinem superauerit.

Qui resistunt prauis hominibus, digni loco altiori.

Cura gubernãdi, quibus cõmittenda.

3

Illud fortasse quæras. Quomodo Christus recturus gentes in virga ferrea, & tanquam vas figuli fracturus prænuncietur, Psalm. 2. ad quem hoc loco alluditur. Ratio verò dubitandi est, quia indignum videtur Christi benignitate (vt in commentariis eius psalmi argumentatur Hilarius) gentes, quas in suam hæreditatem, & possessionem accepit à Patre, vt ibidem dicitur, ferreo admixtrare imperio, & tanquam vas figuli conterere? Respondeo, Quanuis locum illum nonnulli de supplicio interpretentur, in quibus sunt diuus Hieronymus in commentarijs eius Psalmi & D. Gregori⁹ in explanatione quarti Psalm. pœnitentialis super illa verba, *Respexit in orationem humilium*, vbi virgam ferream, & confractionem istam de æterna damnatione intelligit: præcipue tamen in bonam partem accipiendum esse, ita vt virga ferrea pro virga inflexibili, ideſt iustissima posita sit, quemadmodum explicatur Psal. 44. cum dicitur, *Virga directionis, seu æquitatis, virga regni tui.* Cõfractio verò instar vasis figuli restauratione significat: vt quemadmodum vas ex molli luto effictum, nisi ad normam cadat, iterum frangitur vt melius efformetur: sic Messias debuerit gentes destructa vana earum superstitione ad fidei, morumq; elegantiam traducere: sic enim intellexerunt hunc locum diuus Hilarius, diuus Augustinus, Theodoretus, Beda, Euthymius, in Psal. 2. & diuus Chrysostomus homilia 4. ad baptizandos, tomo 5.

Psalm. 2.

Hilar.

D. Hieronym.

D. Gregor.

Psalm. 44. 7.

Virga ferrea pro æquitate, et confractio vasis figuli p restauratione, præcipue accipienda.

D. Hilarius. D. August. Theod. Beda.

4

D. Chrysost.

Quo loco simul aduertit Chrysostomus cum destructio, & euersio significatur, non per vas figuli, sed per vas fictile exprimi solere. Etenim Hieremiæ 19. cum extrema Hierosolymorum euersio prænuntiatur, iubetur Propheta vas fictile in totius populi conspectu confringere. Id, quod non accidit, cum salutis spes promitebatur: tunc enim iussus est idẽ Propheta ad domum figuli se conferre. Hieremiæ 18. vbi non vas fictile iam decoctum, sed argillam adhuc recentem conspexit; quæ eo præsente fuit in aliud vas multò elegantius efformata. Vnde subiũgitur: *Nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere domus Israel*: ex quibus concludit Chrysostomus, cum Christus gentes confracturus dicitur tanquam vas figuli, in bonam partem accipiendum esse, de cõuersione videlicet gentium ad fidem, & pulcherrimis gratiarum ornamentis, quæ accepturæ erant, vbi superstitionem & impietatem deposuissent, eaque ratione confractæ in vasa honoris pulcherrima euasissent.

Hierem. 19.

Atque hæc de priori parte sententiæ dicta sint; iam de posteriori dicendum.

Quænam sit illa stella Matutina, quam Christus perseuerantibus vsque in finem pollicetur.

Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi Stellam matutinam.

SECTIO VII.

1

ERAT eiusmodi posterior pars magnificę illius pollicitationis. *Qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam.* Prima expositio est Bedæ, Ruperti, Primasij, Christū per hanc stellam matutinam intelligentium: quia nocte huius seculi transacta, lucem & vitam sanctis æternam pollicetur, sicut lucifer, seu stella matutina cito futurum solem denunciat; quo etiā sensu Christus ipse de se ait, Apocalypsis 22. *Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida, & matutina.* Sic enim cū locum interpretatur diuus Gregorius libro 19. Moralium cap. 30. super illa verba capitis tregesimi octaui. *Nunquid producis luciferum in tempore suo: Christus*, inquit, *natus ex Virgine veluti Lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, æternū nobis mane nunciauit, & præterea, qui viuus apparens post mortem, matutina nobis stella factus est, quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis præbuit, quæ lux sequatur, indicauit.* Vnde recte per Ioannē dicit, *Ego sum stella splendida, & matutina*, Apoc. 22. Eodem alluſit Apostolus ad Romanos 13. cum dixit. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Etenim Christus aduenies, non solum fulgētissimum gratiæ diem tanquam lucifer futurum significauit, sed etiam instar solis effecit: quam ob causam apud Esaiam, cap. 62. splendor ipse, & lampas lucidissima appellatur illis verbis: *Donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.* Eodem mysterio Psalmus 21. inscribitur *pro susceptione, vel assumptione matutina*, seu vt alij transferunt *pro cerua auroræ*, seu *cerua matutina* sic enim Felix: alij vero Hebræorum *stellam matutinam* vertūt. Quæ omnes trāslationes ad humanitatem Christi ad auroram resurgentis pertinent, de quibus videndus est Titelmanus in suis in Psalmos annotationibus ex Hebræo, & Chaldæo.

Beda. Rupert. Ansber. Panon.

Apoc. 22. 16.

D. Gregor.

Stella matutina, Christus in resurrectione idemq; lucifer & sol propter diem gratię.

Apoc. 22. 16.

Rom. 13. 12.

Esai. 62. 1.

Titelman.

2

Secunda est Richardi de sancto Victore, *Stellam matutinam*, interpretātis gratiam iustificātem, vel gloriam animę dumtaxat, quę *stella* quædā dicatur propter contemplationis splendorem, *matutina* autem propter inchoationem beatitudinis: quæ *stella matutina* mutabitur in solem meridianum, quando anima glorificabitur in resurgēte corpore, iuxta illud Matthæi 13. *fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum.* Tertia est Ioachimi, qui ait, *stellam matutinam* cū sit prima diei lux, solisq; claritatē præcurrat, significare donum scientiæ, per quod nunc inuisibilia ex parte cognoscimus, tūc vero facie ad faciem intelligemus eū tes de claritate in claritatem, ita vt ea, quā nunc habemus, contemplatio proficere debeat in diem. Quartam affert Primasius, posse nimirum per *stellam matutinam* corporum resurrectionem accipi, qua aduenīente, mū danæ noctis tenebræ fugabūtur *stella* enim *matutina* sicut noctis finem, ita diei præbet initium. Concinit huic expositioni titulus Psalmi vigesimi primi, qui inscribitur, *pro susceptione matutina*, eo quod in eo Christus cōmemorata prius sua passione postulet à Patre *susceptionem matutinam*, idest, corporis sui resurrectionem matutino tempore, vt possit eius encomia toti mundo denunciare.

Richar. Victorinus. Secūdo gratia iustificans vel gloria animę.

Matth. 13.

Ioachim. Tertio donum scientię.

Quarto resurrectio corporū Primasius.

5 Quinta intelligentia sacræ scripturę. Psalm. 24. 14.

Quinta est aliorum. *Stellam matutinam* intelligentiam sacræ scripturæ interpretantium, quam Dominus fidelibus concedit iuxta illud Psalmi vigesimi quarti. *Firmamentum est Dominus timentibus eum testamentum ipsius, vt manifestetur illis.* Id quod testatur Petrus 2 epistola capite 1. Vbi intelligẽ tiam scripturæ luciferum appellat illis verbis. *Cui*, ideſt sermoni prophetico, *benefacitis attendentes, donec: lucifer oriatur in cordibus vestris.* Quo loco *lucifer*, non solum gratiam aut gloriam significat; sed etiam intelligentiam sacræ scripturæ, diuinorumq; mysteriorum cognitionem, quę ijs promittitur, qui in scripturis intelligendis operam posuerint. Rectè autem hoc loco huiusmodi præmium Christus pollicetur ijs, qui cũ Iezabele, ideſt, hæreticis, de scripturæ sacrę intelligentia decertarunt, eorumq; errores diuinarum literarum testimonijs repulerunt. Omnes hæ expositiones probabiles sunt, & textui consentaneæ : Sed primum locum obtinet, quæ Christum: Secundum, quæ sempiternam gloriam: Tertium, quæ gratiam: Quartum, quæ intelligẽtiam scripturæ: Quintum, quę gloriam corporis interpretatur.

2. Petr. 1. 19.

(*)

CAPVT III.

CAPVT III.

¶ *Hoc tertio capite dantur literæ ad reliquos tres Episcopos qui supersunt.* Sardensem, *videlicet:* Philadelphiensem, *& Laodicenum.*



T ANGELO Ecclesiæ Sardis, scribe: Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es. esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris: & serua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniã ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimẽtis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit: Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertũ, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & sciant quia ego dilexi te: quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalẽ, quę descẽdit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui habet aurẽ audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis. Et Angelo Laodiceæ

Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei: Scio opera tua, quod neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis: Dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Ego quos amo, arguo, & castigo. Aemulare ergo, & pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut, & ego vici, & consedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De Angelo Ecclesiæ Sardis.

Quid literæ ad Angelum Ecclesiæ Sardis contineant deq; earum inscriptione.

Hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septē Stellas.

SECTIO I.

1

NOTA HÆC epistola plena est reprehensionis, admonitionis, & cōminationis, nec vllā laudationis partem continet; quantum ex contextu colligitur, hic Episcopus hypocrisis vitio laborabat, cùmque virtutem simularet, bonus apparebat coram hominibus; sed coram Deo qui cor, & animum intuetur, solam præ se ferebat speciem probitatis, veræ sanctitatis omnino expers, vt videtur perspicuum ex illis verbis. *Nomen habes, quod viuas, & mortuus es.* Et iterum *Non inuenio opera tua plena coram Deo meo.* Simul etiam socordiæ, & oscitantię insimulatur, quod sineret in suo Episcopatu hęresim, vitiaq; alia serpere: quā ob causam ei commendatur vigilantia, cum dicitur. *Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant.* Denique acerrima comminatione deterretur, cùm audit: *Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniā ad te.*

Hypocrisis.

Vigilantia. Episcopi.

2

Ex his iam intelliges rationē inscriptionis literarum, quę huiusmodi est. *Hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas.* Prima ratio est Richardi de sancto Victore. *Quasi,* inquit, *diceret, tu qui coram hominibus per hypocrisim bonum facis, sed in occulto malus existis, dum me audis septem Spiritus habere, animaduerte me per sapientiam, non solum manifesta, sed etiam occulta opera, imo & intimas cogitationes intueri. Dum etiam audis me habere septē Stellas; intellige me ad te & tui similes puniendos, maximè potentem esse, vtpote ipsum Stellarum conditorem:* Iuxta quam expositionem, per *septem Spiritus,* Septē Spiritus sancti dona intelligenda sunt, quæ super Christum requieuerunt: quemadmodum prædixit Esaias cap. 11. E quibus vnum est intellectus. Alterum scientia, aliud Sapientiæ, propter quæ Christus in intimas etiam cogitationes mentis intuetur. Secūda est aliorum hoc sensu. Qui habet *septem Spiritus Dei,* ideſt, qui dat omnē vitam spiritualem, & internam, quæ necessaria est hypocritis, qui intus mortui sūt: propterea enim dicitur. *Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Et qui habet septem stellas,* ideſt, à quo est omnis illuminatio, & famæ, ac nominis celebritas, quam solam cupit hypocrita iuxta illud Iob 41, quod de Satan dicitur. *Omne sublime videt.* Et Prouerbior. 30. *Generatio huius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altū surrectæ.* Tertia ratio, cur Christus hypocritę Episcopo dicat se habere *septē Spiritus Dei. & septem stellas,* ea est. Vt intelligat nō promitti *stellas,* ideſt gloriam, nisi *Spiritum,* hoc est, veram sanctitatem habentibus.

Richard. de S. Vict.

Hypocrisis latet homines, non Deum.

Esai. 11.

Solus Christus autor vitę spiritualis, & famę.

Hipocrita, auręq; popularis animal. Iob 41. 25. Prouerb. 30. 13.

Gloria quibus detur.

3

Illud hoc loco est aduertendum, de duobus vitijs reprehendi Sardensem Episcopum, de hypocrisi ni-

mirum,

mirum, & de negligentia in moribus Ecclesiæ corrigendis; vt est perspicuum ex illis verbis. *Esto vigilans, & cõfirma cætera, quæ moritura erant.* Vnum autem ex alio consequitur. Qui enim hypocrita est, cùm eum Christi charitas non vrgeat, de aliorum quoque sanctitate minime est solicitus. Id, quod eleganti struthionis similitudine expressum habes Iob 39. cùm dicitur, *Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris, quando derelinquit ova sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea, obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui frustra laborauit, nullo timore cogente; priuauit enim eam Dominus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.* Quem locum expendens diuus Gregorius libro 31. Moralium cap. 6 & sequentibus. Primum docet struthionem typum hypocritæ esse, quia videlicet alas quasi ad volandum specie tenus erigit, sed tamen nunquam se à terra volando suspendit; sic enim hypocritę alas per figuram sanctitatis extẽdunt, sed curarum secularium pondere prægrauati, nullatenus à terra subleuantur, quare penna struthionis ad pennas herodij & accipitris similitudinem coloris habet, virtutis autem veram effigiem non habet.

Iob 39. 16.

Hipocryta struthioni cõparatur ex Gregorio.

4

Deinde obseruat hypocritam etiã instar struthionis oua negligere, solet enim struthio oua, quæ parit negligere, & in puluere, atque in arena derelinquere, cuius vehementi calore pulli postea excludũtur, nec enim nisi in locis calidissimis struthio nascitur; sic etiam hypocritæ, quia charitatis ardore non calent, de torpore prolis editę, id est, de ouorum suorũ frigore nequaquam dolent. Itaq; negligunt, quod pes oua cõculcet, id est, quod filij sui prauorum operum exẽplis peruertantur: hunc pedem Paulus discipulis, quasi ouis, quę posuerat, metuebat, cùm diceret ad Philippenses 3. *Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi.* Et iterum, *Videte canes, videte malos operarios.* Et 2 ad Thessalonicenses 3. *Denunciamus vobis fratres in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Quæ hypocritarum conditio magis adhuc illis verbis exprimitur, *Duratur ad filios quasi non sint sui*, quã mollia è contrario viscera gestabat Paulus, cũ dicebat ad Philippenses 1. *Testis mihi est Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus CHRISTI IESV.* Imo vsque adeo lætabatur de cõuersione profectuq; fidelium, vt per gloriam eorum iuraret tanquam per rẽ sibi charissimam: hunc enim sensum habet illud. *Quotidie morior per vestram gloriam fratres, quam habeo in CHRISTO IESV*: vbi de communi & vera sententia illud *per*, iurantis est, patetque ex græco contextu, in quo legimus *νὴ*, quæ particula iurantis est: iurat verò Paulus per gloriam seu gloriationem vt græcè est, quam sperabat habituros fideles in patria, sic enim nõnulli interpretantur, quam rem, quia charissimam habebat, idcirco per eã iurabat: si verò legamus, *per gloriam nostram*, vt plerique græci codices habent, iurat Paulus per suam ipsius gloriam, quam ex conuersione fidelium comparabat, tanquam per rẽ sacram, & sibi iucundissimam: quod eodem spectant, mitto alias huius loci expositiones, quæ ad rem prȩsentẽ non faciunt.

2. Thessal. 3. 6

Viscera Pauli in Philippens. quàm mollia.

Philip. 1. 8.

Philippẽsium conuersio Pauli gloria.

1. Cor. 15. 31

Struthionis pulli quo pacto excludantur.

Philipp. 3. 18.

Quid significet illa sententia.

Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.

SECTIO II.



INTER alia de quibus Christus conqueritur cũ Sardensi Angelo, illud est prȩcipuum, quod non inueniat eius *opera plena* corã *Deo*, seu vt Græcè est. πεπληρωμένα, id

1

est,

est, *impleta*, quod peculiarē expositionem desiderat. Sciendum est igitur illud appellari *plenum*, quod habet totam perfectionem suæ naturæ conuenientem; quo sensu Genesis 41. Septem illæ spicæ, quas vidit Pharao fertilitatem septem annorum portendentes, appellantur plenæ, atque formosæ, sicut è contrario vacuū, & inane dicitur, quod eam non habet: quo sensu terra in principio mundi, dum non erat vestita floribus, consita arboribus, referta animalibus, *inanis & vacua* dicitur, Genesis 1. pro quo Hebraicè est תהו ובהו quod propriè *inane, & vacuum* significat, quod videlicet finem illum, cuius gratia conditū est, non assequitur. Ex quo iam multa intelliges, quæ in sacris literis dicuntur habere, aut non habere plenitudinem: primū enim is qui illud vitæ spatium sibi à natura definitum attingit, neq; casu, aut euētu fortuito aut ex Dei iudicio ante illud è vita tollitur, dī obire diem suū *plenus dierum*: quemadmodū Genes. 25. de Isaac, dicitur: *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumptusq; ætate mortuus est, & appositus populo suo senex, & plenus dierum.*

Genes. 41.

Genes. 1. 2.

Genes. 25. 17. Plenus dierū.

2

Ad idem confirmandum D. Athanasius in Apologia de fuga sua affert illud quod dixit eliphaz amicus Iob cap. 5. *Venies (si iustus fueris) in sepulchrum vt seges matura, suo tempore demessa, & vt manipulus areæ in tempore collectus*, seu vt nos habemus; *ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Vbi obiter aduerte iustum virum appellari *aceruum tritici*, quia post laborum triturā, *plenus dierum* in Dei horreum congregabitur: quemadmodum dicitur, Matth. 3. & eleganter expendit D. Gregorius lib. 6. Moralium capite 29. *Recte*, inquit, *dicitur: sicut infertur aceruus tritici in tempore suo frumentum enim in segete sole tāgitur, ventis concutitur, atq; ad areā deductum triturationis pondere premitur, vt à palearum connexione soluatur. Deniq; relictis paleis ad horreum ducitur. Sic enim anima iusti in hac vita à superno lumine illustratur, tentationibus exercetur cælesti disciplinæ suppositā, dum correctionis flagella percipit, à societate, carnalium mundior recedit, & relictis paleis ad horreum ducitur, quia foris remanentibus reprobis, ad supernæ mansionis gaudia æterna subleuatur. Dum enim post afflictionem iusti præmia patriæ cælestis inueniunt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur.* Hactenus Gregorius. E contrario de immatura morte impiorum dixit Ecclesiasticus cap 19. *Tollentur immaturæ animæ impiorum.* Et Regius vates Psal. 54. *Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Vnde est illud Ecclesiastici 7. *Ne impie agas multum, & noli esse stultus ne moriaris in tempore non tuo.*

D. Athan.

Iob 5. 26.

Vir iustus, tritici aceruus.

Matth. 3.

D. Gregor.

Tempore non suo peccatores pereunt.

Eccles. 19. 3.

Psalm. 54. 24.

Ecclesiast. 7. 18.

3

Secundo tēpora omnia ante quā Christus adueniisset, vacua erant, & inania, quia cùm vniuersa vnius Christi causa condita fuissent, dum is non aduenisset, merito vacua dicebantur; quò procul dubio alluſit Apostolus ad Galatas 4. cum dixit. *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* Et ad Ephes. 1. *secundum beneplacitū eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo.* Sicut enim autumnus dicitur tēpus plenitudinis, quia in eo colliguntur, quæ in hyeme seminantur, & in vere germinauerant; sic ea, quæ tempore Patriarcharum seminata fuerant, & sub lege pullulauerant, in aduentu Saluatoris collecta sunt.

Tempora ante Christi aduentū, vacua & inania.

Ad Gal. 4. 4.

Ephes. 1. 10.

4

Tertio, lex vetus, quæ tota ad Messiam, vel promittendum, vel deliniandum referebatur iuxta illud ad Romanos 10. *Finis legis Christus*, vacua fuit: & inanis, atq; adeo ad gratiam conferendam ex opere operato minime efficax, quo sensu Paulus legalia appellauit, *infirma, & egena elementa*, ad Galatas 4. In cuius rei typum altare holocausti non erat solidum, sed inane, & vacuum; quemadmodum dicitur Exodi 27. *Non solidum*, inquit Dñus, *sed inane, & vacuum, intrinsecus facies illud.* Idemque repetitur Exodi 38. Quia nimirum sacrificia legalia, imo & vniuersa lex *inanis* intus erat, & *vacua*:

Lex vetus, inanis & vacua.

Ad Rom. 10. 4.

Ad Gal. 4. 9.

Exodi 27. 8.

Exod. 38.

Atque

quam ob causam per cucurbitam illam Ionæ fuit expressa; solent enim cucurbitæ vacuæ intus esse: nam vbi nos legimus Ionæ 4. *Præparauit Dominus Deus hederam*, Septuaginta transtulerunt, *præcepit Dominus cucurbitæ*, fuisse autem illam cucurbitam typum legis veteris, affirmat D. Hieronymus in vigesimum sextũ caput Matthæi. Et D. Augustinus epistola 49. ad Deogratias: atque idcirco Christus dixit Matthęi 5. se venisse non vt legẽ solueret, sed vt adimpleret.

Ionę 4. 6. Cucurbita, typus legis veteris.

D. Hieronym.

D. August.

Matth. 5.

5

Id quod duplici similitudine exposuit Cyrillus Alexandrinus in dialogo de adoratione, & cultu in spiritu & veritate ad Palladium. Prior est. *Qui in tabulis*, inquit, *& picturis artificiũ suum ostentant, non statim quando pingere incipiunt, absolutam & ex omni parte perfectam speciem pingendo exprimunt. sed adumbrant prius & coloribus obscurioribus effigiant: deinde verò congruis coloribus illustrãt.* Posterior. *Fabri ærarij statuam effecturi, primum obscuram speciem in cera faciunt; deinde illi igne liquefactum æs infundunt, & ita opus suum producunt, vt nouam speciem ac pulchritudinem habeat, adiectis ad vmbram coloribus varijs, & apparet quidem, dum æs ceram liquefacit, abolere prima lineamenta, res autem ipsa non sic habet: vere enim dicere possunt, & faber ærarius, & pictor, non destruimus vmbras, nec omnino inutiles figuras fecimus, sed potius impleuimus, nam quod in vmbris & figuris tantum obscure deformiterque videbatur, id ad meliorem pulchrioremque formam productum fuit.* Itaque implere sumitur pro perficere, vt vult Cyrillus, quemadmodum etiam exposuit diu⁹ Hieronymus in commentarijs super Matthæum iuxta illud ad Roman. 10. *Perfectio legis Christus.* Vnde Paulus ad Roman. 3. *Legem*, inquit, *destruimus per fidem? Absit imo magis legem stabilimus.* Sic etiam D. Augustinus lib. 17. contra Faustum Manichęum cap. 6. *Plenitudo*, inquit, *legis charitas, vt ait Apostolus ad Romanos 16. Istam charitatem Dominus exhibere & donare dignatus est, mittendo fidelib⁹ suis Spiritum sanctum: lex enim per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est Ioannis 1. Igitur lex cum impleta est, gratia & veritas facta est: gratia pertinet ad charitatis plenitudinem; veritas ad prophetiarum impletionem; & quia vtrumq; per Christum, ideo non venit soluere legem aut Prophetas, sed adimplere.* Hæc Augustin.

Cyrill. Alex.

D. Hieron.

Ad Rom. 10. 13.

D. August.

Per charitatis plenitudinem veritatemque prophetiarum implet Christus legem.

6

Quarto. Fides tunc plena dicitur cum est coniuncta cum operibus, si enim operib⁹ careat, vacua est, quippe quæ caret perfectione sua, ad quã suapte natura aspirat; quod disertis verbis dixit Apostolus ad Hebræos 10 *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.* In quem locum D. Thomas docet, fidem duobus modis fieri plenã. Vno quo ad materiam, cùm videlicet creduntur omnia, quæ ad credendũ proponuntur: altero quo ad formã, cum nimirum fides est formata per charitatem iuxta illud ad Roman. 13. *Plenitudo legis est dilectio.* Eodem sensu de suę vocationis gratia ad fidem, & Apostolatum dixit Paulus 1. ad Cor. 15. *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui:* vbi vocationem suam plenam vocauit, quia *abundantius omnibus laborauerat.* Quinto. Tunc aliquis dicitur suum ministerium adimplere, cùm muneri suo, vel minima in parte nunquam deest, alioqui erit in eo ministerium inane & vacuum. Quò alluſit Paulus 2. ad Tim. 4. Dum dixit, *ministerium tuum imple.*

Fides cũ operibus plena.

Ad Hebr. 10. 22.

D. Thom.

Ad Rom. 13. 10.

1. Cor. 15. 10.

Gratia Dei in Paulo cur nõ vacua.

2. Timot. 4. 5.

7

Ex his iam intelliges cur opera Sardensis Episcopi non inueniantur plena: etenim cum ille, vt initio diximus, hypocrisis vitio laboraret, carebant eius opera recta finis intẽtione; quippe cum ad inanem gloriam referrẽtur: atq; adeo erant plane vacua, & inania, quia nihil merebantur eam ob causam D. Gregorius libro 8. Moralium cap. 28. ait hypocritam comparari fœno tectorum Psal. 128. cum dicitur, *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Fœnum*, inquit, *tectorum in alto nascitur, sed nequaquam radice solidatur; sic etiam hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur, quod nimirum fœnũ*

Sardensis Episcopi opera cur non plena

Opera sine recta intentione vacua.

D. Gregor.

Psalm. 128. 6

ante quam euellatur, areſcit: quia cum hypocrita ſine intentione rectæ cogitationis bona ſtuduit agere, ea amittens indicat ſe ſine radice floruiſſe. Accedit, quòd hic Epiſcopus ex charitate deciderat, quemadmodum in hunc locum docet D. Auguſtinus, ſeu Tyconius, & verba illa planè ſignificant, *nomen habes, quòd viuas & mortuus es*: quo fit vt eius opera, cum charitate, in qua operum plenitudo poſita eſt, omnino carerent, vacua, & inania iure optimo dicantur. Notandū verò eſt illud, quod ſubiūgitur, *coram Deo meo*. Opera enim huius Epiſcopi plena quidē coram hominibus videbantur, ſed tamen coram Deo, qui intimam operantis intentionem penitus inſpicit, plenitudinem non habebant. Vndè Paulus 1. ad Corinthios 10. *Qui gloriatur*, inquit, *in Dño glorietur: non enim qui ſeipſum cōmēdat, ille probatus eſt, ſed quē Deus cōmēdat.*

D. Auguſt.

Abſque charitate, nihil plenum.

2. Cor. 10. 18.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De Angelo Philadelphiæ.

Quid literæ contineant, deq; earum inſcriptione.

Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauē Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

I

Quod vero attinet ad inſcriptionem, ea eſt huiuſmodi: *Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* Cuius inſcriptionis ratio prima affertur à Richardo de ſancto Victore: quia enim hic Epiſcopus ad prædicādum animatur, proponitur ei Chriſtus, tanquam ſanctus, qui bonitate, atque adeò eorum, qui conuertuntur, ſanctitate gaudet; & tanquam verus, in implendis promiſsionibus, & habēs clauem ſcientiæ, & intelligentiæ ſcripturarum; vt nimirum hic Angelus diuina ſibi ad prædicandi munus obeundum neceſſaria præſidia, & remunerationem laboris polliceatur. Secunda eſt Ruperti, qui iuxta ſuam de ſeptem Spiritus ſancti donis expoſitionem, quę per hos ſeptem Angelos diſtribuit, ſpiritum intellectus huic Epiſcopo promitti exiſtimat, cuius eſt Sacrarū ſcripturarū ſecreta, quibus voluerit, aperire, & quibus voluerit abſcōdere, iuxta illud Matt. 11. *Cōfiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapiētibus, & prudētibus, et reuelaſti ea paruulis,*

Richard. Vict.

Quę exigātur in prędicatore? dotes, pręmōſtrat Chriſtus.

Rupert.

Matth. 11. 25.

SECTIO PRIMA.

Suma literarū.

LITERÆ nihil reprehēſionis cōtinent: quēadmodū neq; illæ, quæ datæ ſunt ad Epiſcopum Smyrnēſem. Primùm igitur laudatur Philadelphiæ Angelus: deinde ei prædicationis gratia promittitur: tum aduerſariorum conuerſio prænūciatur: poſtea promittitur in tribulatione præſidium: denique ad perſeuerandum incitatur.

quia vero Philadelphia amorem fraternum significat, proponit sese Christus in eo imitandum, qui vsq; adeo magnus fuit, vt omnes amore plusquam fraterno dilexerit, vt nimirum eos Philadelphiæ Angelos, ideſt, amoris fraterni nuntios, & prędicatores efficeret, iuxta illud Ioannis 15. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.*

Ioan. 15. 12.

3

Quod vero additur, *verus*, significat eum qui amore fraterno excelluerit, ampliori veritatis cognitione donandum. Id quod adhuc per sequentia luculentiùs exprimitur. *Qui habet*, inquit, *clauem Dauid*, ideſt, omnium Prophetarũ, quorum intelligentiã ijs quibus voluerit poterit vberrime impertiri. Ex omnibus vero Prophetis solus Dauid quasi instar omnium est nominatus, quia ille præ cęteris genere, gestis, regno, vaticinio, mysteria Christi ad viuum expressit. Quæ omnia necessario proponenda fuerunt Philadelphiæ Angelo, vt se se ad prędicandum molestiasq;, ac labores, qui in eo munere sæpe incidunt, subeundos animosè compararet. Tertia, & postrema est Pannonij, dicentis proponi Christum tamquã Sanctum, quia ad sanctos scribitur, vt eum agnoscant verum sanctitatis fontem, & quia ijdem erant veritatis propugnatores, addi, *verum*. Deniq; quia subiungendum erat: *Ecce datur coram tè ostium apertum*, dictum fuisse *qui habet clauẽ Dauid*, quę clauis ad aperienda diuina mysteria quæ in Prophetis clausa continentur, referenda est: verum hæc ex ijs, quæ dicturi sumus planiora fient.

Clauis Dauid ꝑ intelligentia omniũ prophetarum.

1

Christus, sanctitatis fons.

Quænã sit Clauis Dauid, quã habet is, *qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.*

✻ SECTIO II. ✻

COMMVNIS est prima expositio, hãc clauẽ Dauid esse clauẽ scientiæ, qua Scripturæ aperiuntur, de qua dicebat Christus phariſæis: *Væ vobis hypocritæ, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introijstis, & qui introibant, prohibuistis.* Dicitur autem huiusmodi clauis peculiari nomine, *clauis Dauid*, quoniam vt ait Rupertus, & alij, Dauid luculentiùs, quam reliqui Prophetæ, Christi, & Ecclesiæ mysteria cecinit, atq; adeo merito instar omnium Prophetarum censetur, vt qui clauem Dauidis ad aperiendum habuerit, simul illã ad reliquos Prophetas intelligendos habere credendus sit. Atq; hinc colligimus id quod docet Petrus 2. sua Epistola canonica, Scripturam sacram non esse spiritu proprio interpretandam, siquidem Christus eius clauem habet, & quod est cõsequens, eius notitiam vt ait hîc Ioannes, cui vult aperit, & cui vult claudit, nec aliquis cui is aperit, claudere: neq; cum claudit, potest aperire. Eodemq; sensu pleriq; interpretantur librum illum signatum sigillis septem, quem solus Agnus potuit aperire, vt refertur Apocalypsis. 5.

1

Clauis Dauid, quid hîc.

Rupert.

Dauid instar omnium Prophetarum.

Sacra scriptura, liber signatus.

Apoc. 5.

Contra quam impudenter garriunt nostri temporis hæretici, qui sibi Scripturæ sacræ intelligentiam arrogare; imo de eius vero sensu controuersias ad quemuis è lipporum grege rabulam tanquam ad iudicem, ac censorem per summam contradicendi libidinem deferre præsumunt, contempto Hieronymi, Augustini, reliquorumq; Ecclesiæ luminũ, imo, & vniuersæ Ecclesię iudicio, illud prętexentes, scripturam Sacram facillimam esse, & apertissimam, nec videre Regium vatem à Deo intellectũ ad eã intelligendã postulasse Ps. 118.

2

Arrogantia hæreticorum circa intelligẽtiam scripturarum.

Psal. 118. 34.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuã. Et iterum. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Et rursum. *Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas.* Quæ verba expendens D. Hieron. in epist. ad Paulinum de instit. monach. *Si tantus*, inquit, *Propheta tenebras ignorantiæ cõfitetur, qua nos putas paruulos, ac pene lactẽtes in scitiæ nocte circundari?* de quo argumento legendi sunt Irenæus lib. 2. aduersus hæreses c. 47. Orig. lib. 7. contra Cels. Ruffinus lib. 11. hist. cap. 9. D. Hieron. in epist. ad Paulinum de studio scripturæ, & in epist. ad Algasiam, quæst. 8. D. August. lib. 2. de doctrina Christ. cap. 6. & epist. 3. D. Greg. homilia 6. in Ezechielem, D. Chrysost. homil. 40. in Ioannem, super illud: *Scrutamini scripturas.* Quo loco Chrysostomus in hunc sensum obseruat verbum illud *Scrutamini. Non dixit*, inquit, *legite, sed scrutamini: quia oportet profundius effodere, vt quæ alte delitescunt, inuenire possimus: non enim rẽm in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quæ tanquam Thesaurus profunde reconditur*: locus verò ille Deuteron. 13. quo hæretici abvtuntur, *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non super te est, neque procul positum, neque in cælo situm, neque trans mare.* Non de facilitate intelligendi scripturas, sed implendi cum Dei gratia præcepta accipiendus est: vt indicetur præcepta Dei non esse impossibilia. Sic enim exponit Tertullianus libro 4. contra Marcionem, D. Augustinus libro de perfectione iustitiæ, responsione penult. Origenes, Ambrosius, Chrysostomus in cap. 10. epistolæ ad Romanos.

Secũda expositio est Bedæ, qui per *clauem* intelligit potestatem regiam, quæ Dauidis dicitur, quia Christus in regali Dauidis prosapia, atque adeò ex tribu Iuda traxit originem: quo etiam modo locutus est Esaias cap. 22. cum dixit ex Patris persona, *Dabo clauem domus Dauid super humerum eius.* Rectè autem potestas Christi regia, *super humerum eius* posita dicitur, quia non ad splendorem dumtaxat, sed multo magis ad laborẽ eam habuit. Subiungitur autem, *Qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit*: quia potestati Christi omnia sunt subiecta, & nemo potest resistere: iuxta quam expositionem notandum est optimo iure regiam potestatem per *clauem* significari, cùm ad Regem pertineat regnum, quomodo voluerit, per legum æquitatem constituere, aperiendo nimirum, & claudendo, idest, præcipiẽdo quædam, quædam vetando, priuilegia bene de Republica meritis concedendo, nefarios homines pœnis ac suppliciis à sceleribus cohibendo: probos autem præmiis & honoribus indies amplificando. Denique ipse habet claues regni, quia ex regis cuiusque, vel æqua, vel iniqua administratione pendet omnino regni, vel salus, vel euersio.

Psal. 118. 34. Scriptura difficilis ad intelligendum,

Hieronym.

Irenæus. Origenes. Ruffinus. D. Hieron.

Augustinus.

D. Gregor.

D. Chrysost.

Deut. 13. 13.

Tertull. D. Augustin.

Origenes. D. Ambr. D. Chrysost.

3

Beda. Regia Christi potestas significata per clauem Dauid.

Esaiæ 22. 22.

4

Reges vel aurigæ regnorum. Zach. 6.

D. Hieron.

Reges quasi fluuij.

Felicitas vel infelicitas regionum ex regibus.

Ecclesiastes 10. 16.

Sapient. 6. 26.

Id quod sacræ literæ, alia quoque similitudine significant, cùm regna quadrigis comparant Zachar. 6. vbi quatuor mundi imperia, quatuor quadrigis exprimuntur, quia nimirum reges sunt, veluti aurigæ, qui suorum regnorum habenas, vel ad salutem, vel ad pernicrem moderantur: imo & Diuus Hieronymus in commentariis super Abacuch, in illa verba capitis tertij, *Fluuios scindes terræ*, existimat eo loco Reges ad literam, *Fluuios terræ* nominari, vt sit sensus, Reges terræ aduersus populum tuũ dimicantes diuides, atq; dispergens. Ratio verò ea est, quia fluuij terras quas abluũt, aut opportunis irrigationibus fœcundant, aut intempestiuis inundationibus euertunt. Quam ob causam in sacris literis, regionum felicitas, aut infelicitas ad Regum bonitatem, aut malitiam referuntur. Vt Ecclesiastici 10. *Væ tibi terra cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt*, id est, *gulæ, & luxui vacant: Beata terra cuius Rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendũ, & non ad luxuriandum.* Et Sapientiæ 6. *Rex sapiens stabilimentum populi est.*

5

Ambros. Ansbert. Christus, clauis Dauid.

Tertia expositio est Ambrosij Ansberti. Per *clauem* hanc Christum ipsũ intelligentis; quæ potest ex eo confirmari, quod in contextu non dicitur, quæ *aperit*, & quæ *claudit* sed *qui aperit, & qui claudit*. Itaq; Christus, & est ostium, Ioannis 10. *Ego sum ostium*, &

Ioan. 10. 9.

clauis, & clauiger ipse, qui aperit. Verum aduerte non ita esse clauem ad aperiendum, & claudendum, vt nostrum liberum concursum respuat; etenim nos etiam dicimur aperire, & ille pulsare, iuxta illud, quod hoc eodem capite paulo inferius explicabimus: *Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam intrabo ad illum.* Aperit igitur Christus intellectum ad credendum, voluntatem ad diligendum, aperit paradisũ probis, claudit nefarijs. Quarta expositio est de cruce, qua Christus tanquam claui paradisum claudit, & aperit, sic enim eam appellat D. Chry-

Crux, clauis Dauid.

sostomus, tomo 2. homi. de diuinitate, qua de re iam aliàs diximus. Quinta est de pœnitentia, quæ etiam cœlũ aperit. Vtriusq; meminit Hugo Cardinalis in hunc locum.

D. Chrysost.

Hugo Card.

6

Ex omnibus hisce expositionibus illa videtur germanior, quæ clauẽ ad intelligentiam, & scientiam scripturarum refert, vt videtur perspicuum ex illis verbis, quæ sequuntur. *Ecce dedi coram te ostium apertum, quia modicam habes virtutem.* Quod *ostium* communis interpretum expositio, de scripturarum intelligentia, & munere prædicationis intelligit. Verum dubitabis, cur ea ostij aperiendi ratio tradatur. *Quia*, inquit, *modicam habes virtutem*. Respondeo sensum esse, quia, inquit, ex te parum potes, atque adeo nisi ego ostium aperuero, id tuis viribus præstare minime poteris: nec enim locũ intelligendum esse de exiguo in virtutibus progressu palam est, ex eo quod Græcè non legimus ἀρετὴν, id est, virtutem, sed δύναμιν, id est potẽtiam. Accedit quod mox subiungitur; *Et seruasti nomen meum, & non negasti nomen meum*, quibus verbis significatur hunc episcopum morum sanctitate excelluisse.

Prima interpretatio omnium optima.

Ioachimi Abbatis, de Philadelphiæ Angelo vaticinium.

SECTIO III.



IOACHIMVS Abbas Florensis Cœnobij, ordinis Sancti Benedicti, ex Calabria oriundus, vir fuit diuinarum literarum cognitione non mediocriter instructus quippecùm Hieremiam, Esaiam, Danielem, & Apocalypsim Ioannis suis commentarijs illustrauẽrit, multaq; alia ediderit ingenij sui, & eruditionis monumenta. Floruit tempore Lucij tertij, Vrbani tertii, Gregorii octaui, & Clemẽtis tertij, summorum Põtificum ante quadringentos annos. Is prophetiæ spiritum habuisse, suo tempore fuit existimatus, quemadmodum testatur frater Syluester Meucius de Castellione Aretino, Augustinianæ familiæ in epistola quã de Ioachimi operibus conscripsit ad Ægidium Prçsbyterum cardinalem, quæ eisdem operibus præfigitur. D. Antonin. 1. par. Chronicon. titulo 17. cap. 1. §. 12. Sixtus Senensis, lib. 4. suæ Bibliothecæ, & Gulielmus Parisiensis in libro de virtutibus. Dicitur q; templum sancti Marci Venetijs celeberrimum lapidib⁹ strauisse, atque exornasse glyphicis, mysticisq; notis, ænigmaticisq; figuris rerum in Italia vicissitudines, ciuilium bellorum turbines, alienissimaq; illa tempora, in quæ ad hodiernum vsque diem incidit, & in posterum etiam incidet, continentibus. Itaque ei Clemens tertius Pontificatus sui anno primo præcepit, vt Apocalypsis interpretationem quam de mãdato Lucij, & Vrbani, fuerat auspicatus, ad finem tandem perduceret, sibiq; offerret, vt constat ex literis Clementis ad

1

Ioachimus Abbas vnde oriũdus.

Quo tempore floruerit. Silu. Meu.

D. Anton. Sixtus Sen. Guilielm.

eundem, quę ad initium commentariorum Ioachimi in Apocalypsim circunferuntur.

2

Et quanuis Concilium Lateranẽse sub Innocentio tertio, vt refertur de summa Trinitate, & fide catholica cap. Damasus cuius etiam meminit D. Antonin. tertia parte Chronicon. cap. 1. §. 7. damnet libellum, seu tractatum, quẽ Ioachimus edidit de vnitate, seu essentia Trinitatis aduersus Petrum Lombardum Magistrũ sententiarum, hæreticamq; pronuntiet Ioachimi sententiam, quatenus affirmabat, non dari essentiam vnam cõmunem tribus personis, existimans si præter personas concederetur vna essentia, quæ esset Pater, Filius, & Spiritus sanctus, inuehi quaternitatem in Diuinis. Quanuis, inquam, Concil. Lateranense sententiã hanc damnet, vt hæreticam, vt re vera est, simul tamen ibidem docet Ioachimum hæreticum non fuisse, cùm omnia sua scripta Apostolicę sedis arbitrio dijudicãda, & corrigenda commisisset peculiari ea de re epistola, quam propria manu subscripsit. Idẽq; repetit Glossa in cap. Damnamus citatum de humana Trinitate & fide catholica. Extat etiam in Bibliotheca Vaticana, epistola Honorij tertij Romani Pontificis ad Episcopum Lucanẽsem aduersus Ioachimi obtrectatores, quam breuitatis gratia hoc loco describendam non putauimus, quare satis mirari non possum cur Alphonsus à Castro libro secundo aduersus hæreses, titulo Apostoli, tam male de Ioachimo senserit, vt eum leuitatis insimulare, scriptaq; eius omnia carpere non dubitet, eo quod dixerit Apostolos non secundum spiritualem intelligentiam, sed tantum secũdum literam Euangelium prædicasse, potuit enim vt homo in quibusdam labi. Et quidem quod ad rem præsentem attinet, illud non mediocriter facit ad existimationem Ioachimi, quod ad Ioannis Apocalypsim suis commentarijs illustrandam, trium summorũ Pontificum, vt diximus autoritate fuerit, & exhortationibus incitatus. Quæ omnia eò commemorauimus vt virum sua ætate celebratissimum ab hæresis nota cum Concilio Lateranensi cuius hac de re declaratio multo amplior refertur à Francisco Pegna, in commentarijs super Directorium Inquisitorum, Fratris Nicolai Vlumerici, prima parte, capite secũdo, commentario primo, simulq; ab aduersariorum calumnijs, vindicaremus.

D. Anton.

Lateranense damnat hęresis Ioachimi dictum, non personam.

3

Denicq; vt esset exploratum quo loco habendæ sint Ioachimi, quæ in hoc opere sæpe incidunt, rerum futurarum pręsensiones, in quibus celebris est illa sub Philadelphiæ Angelo, quo nouum quendam ordinem in Ecclesia futurum signatum fuisse prędixit his verbis, *Oportet Ecclesiam concipere nouum quendam spiritualem intellectum, siue etiam promissionis filios, & prolẽ præcæteris spiritualẽ, hoc est ipsũ ordinem, quem designat Iesus, qui videlicet ordo præ multis alijs præcesserunt eum, amabilis, & præclarus, infra limitem quidem secundi status initiandus est hoc est in tempore sexto, si tamen vsq; ad hunc non est in aliquibus initiatus: quod tamen mihi ad huc non constat, quia initia semper obscura, & contemptibilia sunt, multiplicandus vero, & dilatandus in tertio illo statu seculi, qui in tempore nouissimo futurus est.* Et inferius. *Qui quidẽ*, inquit, *ordo à sexto tempore secundi status acceptus est suum initium, sed in tempore magis tertij consequuturus est augmentum: magna sunt nimis hæc mysteria, & diligenti scrutatione pensanda.* Hæc Ioachimus.

Nouum ordinem sub Philadelphię Angelo signatum, futurum prędicit Ioachimus.

4

Quæ vt intelligas aduerte eum tres status Ecclesiæ constituere. Primum ab Abrahamo, siue à Iacob vsq; ad Ioannem Baptistam. secundũ à Ioanne Baptista vsq; ad tempus plenitudinis Gentium, vt loquitur in Introductorio in Apocalypsim, capite quinto: aut conuersionis Israel; aut vsq; ad sua circiter tempora, vt loquitur ibidem capite decimo septimo. Itaq; finẽ secundi status non plane definit. Tertium denicq; inde vsq; ad finem

Tres status Ecclesię vt diuidat Ioachimus.

mundi

mundi. Sextum vero tempus, vel ſex tam ætatem ſecundum aliam ſuam diuiſionem facit à Chriſto vsq; ad finē mundi, in qua duo poſteriores ſtatus includuntur.

4 Ioachimi vaticinium ad Societatem pertinere putant ali qui.

Sed vt ad eius vaticinium reuertamur, non deſunt qui illud ad Societatem IESV pertinere arbitrentur, cùm videant hunc ordinem quemadmodum prædixerat Ioachim⁹ deſignare nomine ſuo Ieſum, quam ego quidem ſententiam admodum piam, nec à Ioachimi, vel ſenſu, vel conſuetudine ab horrentem exiſtimo: ſolet enim ille in ſuis elucubrationibus ſtatim ſe ad Eccleſiæ ſtatum varietatemq; in Religioſorum familijs deſcribendā conferre. Sic namq; duos illos in Eccleſia illuſtriſsimos ordines Dominicanum, & Franciſcanum, ceu in cœlo duo fulgentiſsima ſidera, mox futuros prænūtiauit, imo iam in terris agere eorum fundatores qui breui iacerent tam præclari ædificij fundamenta, quam prædictionem euentus ipſe comprobauit. Eete nim tribus annis poſt ſanctus Dominicus multo clariſsimum Eccleſiæ lumen eximium Prædicatorum ordinem fundauit: & eodem tempore D. Franciſcus Minorum ordinem re ipſa tamen maximum erexit, qui duo Patriarchæ ſantiſsimi Lateranenſem Baſilicam ſuis humeris ſuſtinere perviſum Romano Pontifici videbantur, vt eo Symbolo perſpectum eſſet Eccleſiæ fabricam duobus hiſce heroibus, tanquam duabus columnis firmiſsimis magna exparte ſuſtentatū iri. Aliorum igitur erit in Philadelphiæ Angelo qui ab amore fraterno deducitur arctiſsimum illud amoris vinculum intelligere, quo ſe fratres noſtri ob eiuſdem inſtituti communionem, vbiq; gentium, non ſine omnium admiratione cōplectuntur. Aliorum erit magnificam literarum inſcriptionem, qua Chriſtus huic Angelo ſe ſanctum, & verum nominat, Societati noſtræ accommodare, religionemq; pro ſanctitate, & veritate non modo inter catholicos, ſed etiā inter hæreticos, & infideles ad vltima vsq; ſola terrarum depugnātem ea inſcriptione officij admonitam agnoſcere. Aliorum erit intelligere ei à Dauidis clauem habente, oſtium ad Gentium conuerſionem ſingulari beneficio vbiq; terrarum aperiri, cum videant huiuſmodi ordinem breuiſsimo temporis à ſua fundatione decurſu ad extremas orbis prouincias portentoſa celeritate penetraſſe atq; in eis illuſtriſsimum Crucis vexillum ſumma Eccleſię gratulatione ſuſtuliſſe. Deniq; cætera quæ Philadelphiæ Angelo dicuntur, ad mentē Ioachimi de eo ordine interpretari.

Dominicanorum, & Franciſcanorum familię à Ioachimo prenuntiantur.

Noſtrum autem erit, vel ob eas præcipue laudes, quas in nobis minime agnoſcimus eiuſmodi expoſitionem habere ſuſpectam: quare nos modo nihil de vaticinij hui⁹ ſiue veritate, ſiue expoſitione definimus, idemq; iudicium ferendum putamus de alio quodam vaticinio, quod a ſancto Vicencio ordinis Prædicatorum editum legimus ad calcem eius libelli, quem de vita ſpirituali cōſcripſit: ſimili enim pietate viri grauiſsimi illud ad Societatem noſtram referendum putarunt, maiori ſcilicet de nobis opinione concepta, quam nos ipſi vtpote omnium minimi, conuenire nobis arbitremur. Scribit igitur his verbis Vincentius. *Tria ſunt à nobis ſingulariter, & quaſi aſſiduè meditanda. Primum, Chriſtus crucifixus, incarnatus. Secundum, ſtatus Apoſtolorum, & fratrum præteritorum noſtri ordinis, & hoc cum deſiderio vt illis conformemur. Tertium, ſtatus virorum Euangelicorum futurus, & hoc debes die noctuq; meditari, ſcilicet ſtatum pauperrimorum, ſimpliciſsimorum, & manſuetorum, humilium: abiectorum, charitate ardentiſsima ſibi coniunctorum, nihil cogitantium, aut loquentium, nec ſaporantium niſi ſolum Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, nec de hoc mundo curantium, ſuiq; oblitorum, ſupernam Dei, & beatorum gloriam contemplantium, & ad eam medullitus ſuſpirantium, & ob ipſius amorem ſemper mortem ſperan-*

5

tium, & ad instar Pauli dicentium. Cupio dissolui & esse cum Christo, & innumerabiles ac inæstimabiles thesauros diuitiarum cælestiũ, & super dulces & melliſluos riuos diuitiarũ, ſuauitatum, ac iucunditatum, & ſuper omnia mirabiliter expanſos, & ſuper infuſos. Et per conuerſationes imaginari debes eos ipſos, vt cantantes canticum Angelicum cum iubilo citharizantium in citharis cordis ſui, hæc imaginatio ducet te pluſquam credi poteſt in quoddam impatiens deſiderium aduentus illorum temporum. Hactenus Vincentius.

5 Sũt ſanè hęc ita magna & præclara, vt ob eorum magnitudinem ſummæ ſit arrogantiæ velle quempiam eorũ partem vel minimam ſibi aſſumere, magnaq; præter modum fuerit illorum pietas, qui tam præclarum vaticinium poſſe in noſtram Societatem cadere, ſibi in animum induxerunt. Cæterùm, vt aiebant, cum viderẽt Societatis noſtræ viros ex ſui inſtituti ratione in id potiſsimum incũbere, vt Euangelicam fidem, doctrinamq; vbique gentium diſſeminent, atque ad omnes orbis prouincias eius rei gratia obeundas peculiari ſolennis voti ceremonia ſe Pontifici Maximo Chriſti Domini in terris vicario obligare, nimirum putabant, eos eſſe viros illos Euangelicos, quos Vincentius diuino inſtinctu afflatus, futuros in Eccleſia prædixerat, eademq; pietate pauperrimos eos arbitrabantur, qui ſiue in collegiis agerẽt, quanquã in commune bona poſsiderent, ita tamen priuatim viuerent, ac ſi nihil in communibus bonis haberent: ſiue autem in profeſsis domibus degerẽt, nihil omnino non ſolùm propriè, ſed in commune quidem habere poſſeſsionum poſſent, nec vllo modo ſe ex collegiorum reditibus etiam eleemoſynæ nomine iuuarent, ac peculiari voto ſe ſe aſtringerent, vt ſi quid circa paupertatem immutandũ aliquando foret, ad ſeueritatem potius, quàm laxitatem penderent. Pariq́ue ratione cum ij viri quos diximꝰ plus iuſto noſtrarum rerum ſtudioſi perſpicerent, quanta cura Societas in proximorum ſalutem incumberet, quãto ſtudio omnium etiam infimæ ſortis hominum tum animę, tũ corporis bonum procuraret, quanto animi ardore nulla pericula religionis cauſa ſubterfugeret, quanta alacritate littora, freta, maria tranſmitteret, atque ad vltimas, ac longiſſimè diſsitas barbararũ gẽtium prouincias penetraret, regnaq́ue à mundi vſque ferè initio Euangelicis nuntiis occluſa aperiret, immaniumq; nationum aures Euangelicæ tubæ ſalutari ſonitu compleret, easq́ue efferatas licet, & more ferarum degẽtes, ad Chriſtianam manſuetudinem pietatemq́ue condoceſactas traduceret; putabãt hos eſſe viros, qui nihil præter IESVM Chriſtum, & hunc crucifixum ſaperent, intelligerent, cogitarent. Cum etiam voluerent animo quàm arcto amoris vinculo Societatis homines inuicem deuincti eſſent quàm ſingulari ſeſe amore complecterentur, & quanuis genere, linguis, terris diſsiderent, corde tamen ac voluntatibus eſſent coniunctiſsimi, ſuſpicati ſunt eos eſſe, quos vir ſanctus dixerat ardentiſsima inuicẽ charitate exarſuros, quam eandẽ ob cauſam Ioachimus, vt ſuperius diximus, in Philadelphiæ Angelo, qui amorẽ ſonat fraternum, de multorum ſententia, eandem Societatem noſtram adumbratam fuiſſe exiſtimauit. Denique ne ſingula perſequar, cum ijdẽ ſecum reputarent, quam breui temporis ſpatio minima noſtra Societas orbem peruaſerit, & in omnibus ferè non Chriſtiani tantum, ſed infidelis etiam orbis prouinciis ſedes fixerit, non immeritò credendum putarunt eos eſſe homines quos Vincẽtius mirabiliter expanſos appellaſſet.

Quibus ducti cauſis uiri graues Vincentij vaticinium ad noſtram Societatem retulerint.

6 Atq; hęc quidẽ pro ſua in nos pietate, & propenſione ſibi perſuaſerũt viri & literis & dignitate grauiſsimi, quos nominare hoc loco non eſt neceſſe, quæ tamen nos ob eorum magnitudinem minimè in nobis agnoſcimus, & ad alium quempiam potius

ordinem

ordinem, quàm nostrum, referenda esse existimam⁹, quippe qui minimos nos omnium, & inutiles seruos esse fateamur: nec vero eò præcedentia vaticinia commemorauimus, quasi aliquam eorum partem nobis arrogandam putemus, sed vt hac piorum virorum de nobis concepta opinione, inflammati dicam, an confusi? ministerium nostrum implere, studeremus, atque ad reliquorum ordinum, quibus multum in omni genere tribuimus, sanctitatem, & in Domini vinea laborem, studium, vigilantiam, quo ad eius fieri poterit, imitandam incitaremur.

Explicatur illa sententia: *Ecce venio citò. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

SECTIO IIII.

1 Beda.

Patientibus præsto adest Deus.

Rupert.

Richar. Vict.

VNC locum sic Beda interpretatur, *Ne tolerando deficias, citò auxiliabor*; sic enim accipit illa verba, *Ecce venio citò*; *nefortè te deficiente, alius tibi propositam accipiat mercedē*. Itaque ne hic Episcopus animū despondeat in laboribus, pollicetur Christus se citò vēturū, idest, citò opē laturum, aut quod videtur textui cōgruentius, opera remuneraturū: quæ etiā est Ruperti expositio, & Richardi de sancto Victore, vt indicetur Episcopum citò moriturum. Illud autem, *Tene quod habes*, significat cælestis vitæ conuersationem, qua gloriam promeremur: cùm verò dicitur, *ne alius accipiat coronam tuam*, arbitrantur plerique alludi ad consuetudinem quandam; quæ tūc vigebat apud Philadelphios, proponi enim solebat cursoribus corona danda illi, qui cæteros cursu vincerer, vt sit sensus: Si Dei & mandatorum obseruatio, atq; adeò glorię consecutio in ipsa laborum tolerantia, quasi in quodam cursorum stadio posita est: Da igitur operam vt cæteros præcurras, ne alius laudem tibi, coronamque præripiat. Quod quomodo intelligendū sit paulo inferiùs explicabimus.

2 Primasius. Beda. Ansber. D. August.

Primum. Ex hac sententia colligunt Primasius, Beda, Ansbertus in hunc locum, & diuus Augustinus libro de correptione & gratia cap. 13. certum esse ac definitum prędestinatorum numerum, qui nec minui possit, nec augeri; propterea enim sic istum Episcopum Dominus ait propriam posse coronam amittere, vt alius eam percipere debeat, nec tamē alium posse succedere in eius locum, si ille vsque ad finem perseuerauerit. Idemq; significasse Ioannem Baptistam, Matthæi 3. cùm dixit; *Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ, & nolite dicere apud vos metipsos, Patrem habemus Abrahā, potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, docet diuus Augustinus loco citato, *Vt ostendat*, inquit, *sic istos esse amputādos, si non fecerint fructum, vt non desit numerus qui promissus est Abrahæ*. Id quod diuus Thomas 1. par. q. 23. art. 7. intelligit de numero certo, non solum formaliter, sed etiā materialiter; idest, nō solū quòd tot saluari debeant, sed etiā quòd certi ac designati. Pro quo aduerte in sacris literis numerum prædestinatorum appellari fasciculum: veluti 1. Regum 25. cum Abigail dixit Dauidi, *Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & persequens animam tuam, erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuentiū apud Dominum Deum tuum: Porro inimicorum tuorum anima rotabitur in impetu, & circulo fundæ*. Vbi per *fasciculum viuentium*, numerum prædestinatorum intelligit Glossa ordinaria, quæ sumpta est ex Eucherio libro suo primo in libros Regum cap. 26.

Prędestinatorū numer⁹, nec potest minui, nec augeri.

Matth. 3. 8.

D. August.

D. Thom.

Fasciculus viuentium, prædestinati.

1. Reg. 25. 29.

Glossa.

3 Primo propter tribulationes quibus astringuntur.

Ratio vero prima huius similitudinis ea traditur ab Eucherio, quia nimirum fasciculus astringitur, vt conseruetur; sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, vt iis

admoniti

admoniti per manus redemptoris in perpetuũ conseruẽtur: quia vero reprobi, quò laxiores in vita sunt, eò lõgiùs à diuinæ visionis gloria proijciũtur. Idcirco lipidi fundę cõparantur: quò vĩ alluſisse Regius vates Ps. 87. *Ipsi verò de manu tua repulsi sunt.*

Primò propter tribulationes, quibus cõstringuntur.

Psal. 87. 6.

Secundò propter charitatẽ.

Secunda quæ est eiusdem. Quia sicut fasciculus vinculo quodã & nexu colligatur, ita sanctorum cœtus eadẽ fide, eadem spe, eodẽ charitatis vinculo constringitur, & vno, eodemq; diuino præsidio undique cingitur. Tertia, quia sicut fasciculus florum in manu ad oblectationem gestatur, ita electos omnes Deus in manu sua gestat; & virtutum odore, qui ex illis affiatur, cõtinuò delectatur, iuxta illud Sapientię 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt.* Quanuis ibi sit propriè sermo de protectiõe, qua Deus sanctos tuetur: vndè subditur; *Non tanget illos tormentum mortis.* Quarta, quæ ad præsens facit institutum, quia sicut fasciculus nonnisi ex certis iisq; lectissimis floribus conficitur, ita prædestinatorum numerus ex certis iisque charitatis virtutumq; cæterarum odore, ac suauitate redolentibus existit.

Sapient. 3. 1.

Tertiò propter odorem.

4

Deinde quæres, quomodo verum sit, quod dicitur, *Ne alius accipiat coronã tuam*, cum prædestinatio certissima sit, & infallibilis. Cui dubitationi respondendum putauit D. Thomas 1. p. quęst. 23. art. 6. vbi concludit, coronã dici alicuius dupliciter. Vno modo ex prędestinatione diuina: quo pacto nullus coronam suam amittit. Alio modo ex merito gratiæ: qua ratione quilibet coronam suã potest per lethale peccatum amittere: & alius illã amissam accipere, quatenus locò eius subrogatur, iuxtà illud Iob 33. *Cõteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis*: sic enim in locum Angelorum, qui ceciderunt, substituti sunt homines; & in locum Iudæorum Gentiles. Itaque D. Thomas, coronã hanc non ad prædestinationem ipsam, sed ad præsentem iustitiam pertinere existimat.

D. Thomas.

Corona quomodo amitti, vel non amitti possit.

Iob. 33. 4.

Cæterum rectiùs D. Augustinus libro de correptione, & gratia cap. 13. de prædestinationis corona locum plane interpretatur; tunc obiectioni respondet, dictum esse huic Angelo & omnibus prædestinatis, *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*; ne altum sapiãt, sed cum timore, & tremore salutem suam operentur. *Quis enim*, inquit, *ex multitudine fidelium, quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat, quia id occultari opus est in hoc loco, vbi sic cauẽda est elatio: vt etiã per Sathanæ Angelum ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus 2. ad Corinthios 12.* Quam Augustini responsionem ita possumus luculentiùs tradere, quia nimirum diuina prædestinatio, nullam prædestinato necessitatem affert, atque adeò integrum illi est ex æquo benè, vel malè agere: ac si prædestinatus non fuisset, verissimè potest, si libertas eius spectetur, coronã amittere, quẽadmodum & reprobus eadem ratione potest illam consequi; quò spectãs Petrus 2. suæ epistola cap. 1. dixit. *Satagite fratres vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis.* Quanquã ex hypothesi quod alter sit prædestinatus, alter reprobus, hoc est in sensu composito, vt loquuntur Theologi, implicet prædestinatum coronam amittere, reprobumq; eius loco succedere.

D. August. 5

Cum timore & tremore procuranda salus.

2. Pet. 1. 10

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & scribã super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei Hierusalem nouæ, quæ descendit de cælis à Deo meo, & nomen meũ nouũ.

SECTIO V.



VBSCRIPTIONIS loco in literis ad Philadelphiæ Angelum, ista ponitur sentẽtia: *Qui vicerit, faciam illum*

I

columnam in templo Dei mei. Quibus verbis significatur Ecclesiam templum Dei esse, sanctosque eius templi columnas: quorum vtrunque maiorem explicationem desiderat. Igitur Ecclesiam templum Dei esse multis in locis docent sacræ literæ, veluti 1. ad Timotheum 3. *Vt scias quomodo oporteat in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viuentis.* Et Psalm. 44. *Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.* Quem locum Diuus Augustinus de Ecclesia interpretatur Zachariæ 6. *Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabitur templum Domino.* Quo loco nomine *Orientis*, Rex Messias intelligitur, qui templum Ecclesiæ erat fundaturus. Esaiæ 6. *Plena erat omnis domus maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant replebant templum.* Atq; hoc est illud templum, quod per visionem ostensum Ezechieli fuit cap. 40. typum enim Ecclesiæ fuisse docet D. Hieron. & D. Gregor. super Ezechielem, & omnes ferè Patres, nec posse referri ad templū à Salomone ædificatum, vt nugantur Hebræi, ex eo est perspicuum, quòd in eo flumē & arbores, quæ singulis mensibus fructum ferebant, reperiuntur, præterquàm quod vel ipsa templi fabrica præter modum noua, & admirabilis, minimè quadret in templum Salomonis, vt ex vtriusque comparatione manifestum est.

1. Tim. 3. 15.

Psalm. 44. 16.

D. Augustſ.

Zachar. 6. 12.

Christus Ecclesiæ fundator.

Isai. 6. 1.

Ezech. 40.

D. Hieron. D. Gregor. Templum Ezechieli, oftensum, typus Ecclesiæ.

2

Huius igitur templi columnæ sunt Apostoli, & præstantissimi quique sancti, quemadmodum dixit Paulus ad Galatas 2. *Cum cognouisset gratiam quæ data est mihi, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis.* Et Psal. 74. *Ego confirmaui columnas eius.* In quem locum D. Augustinus: *Quid*, inquit, *essent istæ columnæ, nisi à Deo firmarentur, quia terræmotu quodam etiam ipsæ columnæ nutauerunt in passione Domini. Ergo illæ columnæ, quæ in passione Domini nutauerunt, resurrectione firmatæ sunt.* Et Hieremiæ 1. *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum.* Atq; has columnas expressserunt illæ, quæ Salomonis ferculum fulciebant, Canticorum 3. *ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas*; sic enim eum locū interpretatur Beda, in eiusdemq; rei typum, Mosaicum illud tabernaculum, quod Ecclesiam etiā expressit, sexaginta erat columnis vndiq; circumseptum, quę de lignis Settim fuisse dicuntur, vestitæ laminis argenteis, capitibus argenteis, & basibus æneis; quia nimirum sancti instar æris inuictam in rebus aduersis patientiam habere debent, cælestium q̄ rerum obseruatione, & prædicatione, veluti argenteis laminis vestiri, seq; præceptis diuinis tanquam argenteo capiti supponere. Denique timore Dei tanquam basi ænea stabiliri.

Ad Galat. 2. 9.

Apostoli, & sancti præstantissimi, Ecclesiastici templi columnæ.

Psalm. 74. 4.

Augustinus.

Hier. 1. 18.

Cant. 3. 10.

Beda.

Tabernaculū Mosaicū quot habuerit colūnas.

His positis, Prima expositio est Richardi de sancto Victore, *Faciam*, inquit, *illum columnam in templo Dei mei, id est, efficiam vt instar columnæ sit in se firmus per fidem, rectus per æquitatem, exactus per intentionem, sublimis per contemplationē. Et præterea alios sustentet verbo consolationis, suffragio orationis, exemplo actionis.* Secunda est Primasij, & Bedæ, qui docent columnam in fabricis & fortitudini congruere, & decori. Sic in Ecclesia Rectores, & eminere munere dignitatis, & portare alios officio charitatis: quamuis Beda existimet hunc columnarum decorem ad futurum gloriæ statum esse referendum, cum sancti veluti illæ duæ columnæ ante vestibulum templi Salomonis, quæ nihil sustinebant, triumphantem Ecclesiam decorabunt.

3

Richard. Vict.

Primasius. Beda.

Sancti, Ecclesiæ triumphantis decor.

Mihi duplex videturi huius promissionis expositio. Vna est, vel ad statum vitæ præsentis pertineat, promittaturq; vincenti in prælio, quod aduersus vitia, errores q; cōmittitur donec perseuerātiæ, quo munitæ instas columnæ minimè loci dimoueri possis, habeatq; in se fortitudinē ac firmitatē, qua imbecilliores præ-

4

Vincenti donum perseuerantiæ promittitur.

terea

terea valeat sustinere. Altera, vt ad futuræ gloriæ statum referatur, in quo Beati sunt veluti quædam columnæ firmissimæ, nulli iam mutationi subiecti, quæ inuicta in vtroq; statu fortitudo illis etiam verbis indicatur. *Et foras non egredietur amplius*, id est, nulla vis eiusmodi columnam è templo Domini poterit extrahere. Quod verò subiungitur: *Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, Hierusalem nouæ, quæ descendit de cælis à Deo meo, & nomen meum nouum*, adhuc pertinet ad similitudinem columnarum, in quibus Regum ac Principum, qui eas erigebant, nomina incidi solebãt: scribitur autẽ nomen Dei super sanctos, qui hîc per gratiam, tunc verò per visionem beatificam, filij Dei per adoptionem vocabuntur: quod quia super naturam est, non in illis, sed supra illos scribi dicitur. Scribi etiam *nomen ciuitatis Hierusalem* est perpetuò cælestis illius ciuitatis ciues appellari. Dicitur autem Hierusalem noua descendisse de cælo, quia vt rectè ait Ansbertus, *Multitudo electorũ cum Christo in vtero virginis prædestinata descendit*: nomen etiam Christi nouum in eisdẽ sanctis scribetur, hoc est manifestum erit, columnas illas in cælo à Christo per passionem & mortem, qua nomẽ IESV sibi promeruit, tanquam in victorię suæ monumentum erectas fuisse, illicq; sanctorum omnium gloriam esse acceptã referendã: in cuius rei typum Psalmus 16. inscribitur apud Septuag. interpretes συλογραφία, idest, columnæ descriptio, vt indicetur Christum per suam resurrectionem, quodammodo columnam gloriæ, & victorię suæ monumentũ erexisse, cui merito potuisset inscribere. Nõ plus ultra. Accedit quòd vt supra ex Hugone Cardinale diximus Beati post resurrectionem à Iesu Iesuitæ, & à Christo Christiani appellabuntur. Deniq; vt stabilitas prædestinationis, & gloriæ designetur, hæc omnia in sanctis, quasi in columnis firmissimis incidenda denunciantur.

Beati nulli mutationi obnoxij.

Nomen Dei cur super Sanctos non in sanctis scribatur.

Ansbertus.

Sancti in cœlo monumentum victorię Christi.

Explicatur titulus Ps. 16.

Beati post resurrectionẽ Iesuitę, & Christiani appellabuntur.

Duæ illæ columnæ, quas Salomon ante vestibulum templi collocauit, describuntur, simulque Bedæ sententia explicatur.

SECTIO VI.

Quoniam Beda, vt paulo ante diximus, existimat, cum hîc dicitur, *faciam illum columnam in templo Dei mei*, non solum promitti victoribus, vt modò Ecclesiam instar columnarum sustineant: sed etiã postea in cœlesti patria emineant, & decori atq; ornamento triumphanti Ecclesiæ sint: quẽadmodum duę illę maximæ, ac pulcherrimæ columnæ quas Rex Salomon eleganti opere perfectas ante sui templi porticum collocauit, varium earum opus, & artificium describendum putauimus, quo magnifica hæc Christi promissio illustrior redderetur.

Igitur de earum colũnarum opere agitur 3. Reg. 7. & 2. Paralip. 3. & 4. quod erat huiusmodi. Primò, Colũnę erãt fusiles ex ęre. Secũdò. Quælibet à basi vsq; ad capitellũ habebat altitudinẽ 35. cubitorũ. Tertio, Vniuscuiusq; ambit⁹ erat 12. cubitorũ. Quarto. Erant striatę, idest, strijs, seu canaliculis quibusdã, & quasi sulcis secundũ scapi ipsius longitudinẽ excauatæ atq; distinctæ. Quintò. Mirũ erat capitellorũ opus, atq; artificiũ, tam admirabili varietate, & elegantia perfectũ, vt difficile admodũ possit, cuiusmodi fuerit, cogitatione cõprehẽdi. Etenim erant superposita vtrique colũnæ capitella fusilia, liliata, altitudine quinq; cubitorum, intus inania, factaq; ad modũ retis, & catenarũ, hoc est instar retis ex omni parte perforata subtilibus foraminibus, quæ ex multiplicibus ipsius æris cõplicationibus, & voluminibus efficiebãtur, ita vt in quolibet capitello esset septena versuũ, seu cõplicationũ retiacula

I 3. Reg. 7. & 2. Paralip. 3. & 4.

Columnarum longitudo, ambitus, & opus.

Capitellorum altitudo, & elegantia.

In quolibet capitello quot malogranata, & qui ordo eorum.

Sextò, In ſuperiori parte capitelli erat vnus circulus aliquanto craſsior, ſimiliterq; alius in inferiori extremitate: eratq; vterque circulus quaſi labium capitelli. Igitur in ſuperiori circulo erant ducẽta malogranata ænea pendentia, centũ videlicet ſupra circulum, centumq; alia infra circulum; & quoniam hæc malogranata ſibi inuicem reſpondebãt, ſuperiora nimirum inferioribus, fiebat, vt quælibet duo malogranata ſuperiùs, & inferiùs efficerent ſuum ordinem: atque adeo ducẽta malogranata centũ ordines. Rurſùs in inferiori extremitate capitelli erant alia ducenta malogranata, centum videlicet ſupra circulũ, centumq; alia infra circulũ: quæ etiã ſuos centum ordines conſtituebant; ex quo fiebat, vt vniuerſa malogranata vtriuſque circuli ducentos ordines efficerent; quemadmodum dicitur 3. Regum 7. Septimò. Vnumquodq; capitellum deſinebat in florem lilij, atque hæc eſt ſecundum Latinos capitellorum deſcriptio.

3. Reg. 7.

2 Rabbi Salom.

Capitellorum deſcriptio iuxta Hebræos.

Hebræi autem, & præcipuè Rabbi Salomon docent huiuſmodi capitella fuiſſe rotunda inſtar magnarum ſphærarum, ſeu pomellorum, quæ tamen in ſuperiori parte eſſent acutiora, deſinentia in lilium: tunc aiũt, in parte latiori fuiſſe exteriùs duos circuitus malogranatorum, vnum ſupra alium: & in quolibet centum malogranata, atque adeo in quolibet capitello fuiſſe ducenta tantum malogranata, & centum tantùm ordines, in quo diſſentiunt à Latinis doctoribus, qui in quolibet capitello ponunt ducentos ordines, & quadraginta malogranata, quem numerum Hebræi non in quolibet capitello, ſed in vtroque ſimul conſtituunt. Addit Salomon à pede floris lilij, in quod capitellum deſinebat, deſcendiſſe opus per modum retis, & catenarum, vſq; ad inferiora malogranata, illaque tegens, quaſi eſſet rete ſuperpoſitum malogranatis, & ipſa per foramina retis apparerent, opusq; illud retiaculi à ſuperiori parte, vſque ad inferiorẽ diuiſum octo lineis, ſeptem portiones efficientibus, veluti ſiquis diuideret vnum pomum per ſeptem partes, quarum quælibet à capite vſque ad pedem deſcenderet, & quælibet eſſet trigona, atque ita exponit illud quod in textu dicitur, *Septena verſuum retiacula.*

3

Octauo. Eiuſmodi columnæ nihil ſuſtinebant, ſed ante veſtibulum tẽpli collocatæ, ad ornamentum & pulchritudinem, vna ad dexteram, ad ſiniſtram altera, decem cubitorum ſpatio à ſe inuicem diſiunctę, magnitudine ſua, & firmitate ſtabilitatem regni Dauidis, & Salomonis per Meſsiã in ęternum duraturi repræſentabãt. Poſtremò. Columnam dexteram appellauit Salomon, יכין Iachin, ideſt, firmitatem: ſiniſtrã verò בעז Booz, ideſt robur, ad ſtabilitatem Dauidici throni, vt paulo ante diximus, exprimendam. Atque hæc de columnarũ deſcriptione. Nunc ad myſteria, & Bedæ ſententiam veniamus.

Duę columnę ante porticum templi quid repręſentarent.

4

Primum igitur, Sancti columnæ ſunt æneæ propter firmitatem in bonis operibus, erectæ per intentionẽ, altæ per contemplationem, ſtriatæ, ſeu excauatæ per mortificationem, qua prauas appetitiones coërcent, & ſeſe per carnis macerationem extenuant, quæ excauatio etiam poteſt ad humilitatem referri. Secũdò. Duo capitella, duo ſunt teſtamenta, quorũ meditatiõi, & obſeruationi Doctores ſancti & animo ſubduntur, & corpore. Tertiò. Species catenarum, ſimilitudo retis in capitellis, varietas eſt virtutum ſpiritualium in ſanctis, vel multiplex contextio catenarum, & retis expanſio electorum varietatem ſignificat; qui cum ſanctorum Doctorum verbis auſcultando, & obediendo adhęrent, quaſi columnarũ capitibus ſuperpoſitæ catenulæ miraculum ſuæ connexionis cunctis aſpectantibus præbent.

Varietas virtutum ſpiritualium in ſanctis.

5

Quartò. Per malogranata ijdem etiam ſancti exprimuntur, quorum

quisq;

quisque veluti plurima vno cortice grana complectens, multa cogitationum, & virtutum insignia firma fidei & operum curat vallare custodia, vel certè mirabilis retiaculorum connexio manifestam fidelium cõcordiam demonstrat, malorum verò granatorum positio internas animi virtutes, quæ ab aliis videri non possunt. Quintò. Nõ vacat mysterio, quod capitella in florẽ lilij desinebant. Quid enim per lilium nisi æterna felicitas, & immortalitatis floribus redolens amœnitas designatur; in quam Sancti omnes tandem desinunt, eamdemq; cùm alijs prædicant, quasi in summo ostentant, & promerendam proponunt. Deniq; aptè vocabulo simili ambæ columnæ censebãtur, cùm vna *Iachin*, idest firmitas: Altera *Booz*, idest robur dicerentur vt duplicem debere esse firmitatem in sanctis, fidei nimirum, & operum, monstraretur. Lege si placet vberiorem harum columarum allegoriam apud Bedam, tomo 8. lib. de templo Salomonis cap. 18.

Firma virtutũ custodia in sãctis.

Felicitas æterna per columnarũ lilia designata.

COMMENTARIVM TERTIVM EXEGETICVM.

De Angelo Laodiceæ.

Cur Christus optauerit hũc Episcopum frigidum potius esse, quàm tepidum.

Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus; vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiam te euomere ex ore meo.

SECTIO I.

I

IS LITERIS quæ postremę sũt earum septẽ, quæ ad septem Asiæ minoris Episcopos mittũtur, Laodicęę Angelus reprehenditur, quod tepidus esset, id quod vsq; adeo Christus detestatur, vt subiungat: *Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Quod non caret difficultate, cùm enim tepidum minus distet à calido, quàm frigidum, mirũ est quomodo Christus expetierit, vt hic Episcopus frigidus potius esset, quàm tepidus.

Tepiditatem in spiritualib⁹ quàm detestetur Christus.

2

Quod vt meliùs explicari possit, sciendum est pro eo quod nos habemus calidus, haberi Græcè ζεσὸς, idest feruens: vnde plerique occasionem acceperunt existimandi, tepidum appellari hunc Episcopum, non quòd crimen aliquod lethale admisisset, sed quòd de charitatis feruore aliquantulum remisisset. Sic enim existimarunt diuus Augustinus, seu potius Tyconius, Rupertus, Primasius, Ansbertus, Gagnæus in hunc locũ Ioannis. Cassianus collat. 4. cap. 12. & diuus Gregorius 3. par. Pastoralis

D. August. Tycon. Rupertus, Primasius. Ansbertus. Gagneus. Cassianus. D. Gregor.

curæ

curæ admonitione 35. Qui aduertit, duplicem esse tepidum. Vnum qui à frigore pergit in calorem: alterum, qui à calore ad frigus regreditur. Atque hoc loco posteriorem accipiendum esse eumque ex eo vocari deteriorem frigido, *Quoniam*, vt ait, *frigus ante teporem sub spe est, tepor autem post frigus in desperationem*, ideſt, qui adhuc in peccatis est, conuersionis fiduciam non amittit: qui verò post conuersionem tepuit, simul spem, quæ est de peccatore subtraxit. Itaque D. Gregorius rem ad periculũ refert, quod maius in tepido, quàm in frigido agnoscit. D. Augustinus, seu Tyconius, & Primasius suspicantur notari tepiditatem quorundam fidelium opibus affluentium, qui in eleemosynis erogandis, charitatisq; operibus exercendis sese per oscitantiam gerebãt, in quo hominum genere maximum volunt esse salutis periculum.

Duplex tepidꝰ in spiritualibꝰ & vter eorum deterior ex Greg.

Diuitum periculum ni erogent eleemosynas.

3

Ex hac sua expositione colligunt hi Doctores, quantum periculum sit in eo, qui charitatis feruorem remittit, iuxta illud Hieremiæ 48. *Maledictus qui facit opus Dei negligenter*: quemadmodum transtulerunt Septuaginta, Hebraicè enim est *fraudulenter*. Ratio verò periculi ea est, quia hominis natura post originalis peccati labem, vbi per negligentiam torpet, facilè ad frigus peccati relabitur: quemadmodum eleganti similitudine docet D. Paulus ad Hebræos 2. cùm ait: *Abundantiùs oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus*: quibus verbis comparauit Apostolus hominem vasi fictili, desumpsitq; metaphoram à vasis rimas habentibus, quæ sic effluunt, vt tandem pereffluant, & nihil omnino liquoris retineant, seu vt alij volunt ab aqua fluminum præterfluente. Significat igitur Apostolus incumbendũ maximè esse in virtutum studium: quoniam si semel rimam aliquã habere cæperimus, toti quàm citissimè pereffluemus, vniuersq; virtutes, tãquam aqua ex fracto vase dilabentur. In eandem sententiam D. Bernardus epist. 91. ad Abbates Suessione congregatos expendit in illa scala Iacob, Genes. 28. Omnes Angelos, vel ascendere, vel descẽdere, nullumq; vel stantẽ, vel sedẽtẽ reperiri: quia nimirũ imperfectionis scala: *Si attentes*, inquit, *stare ruas necesse est, & minimè bonus est qui melior esse non vult: nam vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus.*

Hierem. 48. 10. De charitatis feruore remittere, quantum periculum.

Hebr. 2. 1.

Bernard.

Genes. 28. 5.

In perfectionis scala, ruet qui attentat stare.

Ad quam etiam scalam videtur allusisse D. Hieronymus in epistola ad Demetriadem, de Virginitate, si eius est, cum ait: *Vbi cœperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi iam reuerti est.* Et idcirco docet Apostolum oblitum priora, ad vlteriora se extendisse, ad Philippenses 3. Quod idem periculum nobis ante oculos proposuit Christus Dominus, cùm dixit Lucæ 17. *Mementote vxoris Loth*, quæ vt interpretatur Ambrosius in commentariis eiusdem loci, *Quia respexit retro, perdidit naturæ suæ munus: retro enim Satanas, retro Sodoma.* Quem etiam locũ tractans Rupertus lib. 6. in Genesim cap. 12. sic scribit. *Postquam Christus dixit, Qui est in agro, non redeat retro, continuo subiunxit, Mementote vxoris Loth, vt nos scilicet tanquam sale condiret, ne negligentes essemus, nec enim in qualemcunque statuam, sed in statuam salis versa est, vt exẽplum fieret, & condimentum, vnde alij salirentur, ideſt cuius meminisse proficeret ad sapientiam: petra enim salis languentibus animalibus palatum sapidum reddit, & edendi auiditas reparatur.* Hactenus Rupertus. Quisque igitur priora cum Paulo obliuiscens, & ad vlteriora se extendens, dicat cum Regio vate, Psal. 76. *Nunc cœpi*: nimirum vt interpretatur D. Thomas in caput sextum epistolæ ad Hebræos, quo ad existimationem, vt nimirum existimet se adhuc non cœpisse, quãuis alij censeant esse aposiopesim, siue reticentiam, vt sit sensus *Nũc cœpi*, scilicet respirare: *hæc mutatio dexteræ excelsi*, id est, sic suam illeiram in misericordiam commutat: aut aliter, *Nunc cœpi* intelligere, quod hæc sit mutatio dexterę excelsi: ideſt

4

D. Hieronym.

Phelip. 3. 13.

Luc. 17. 32. Ambrosius.

Rupertꝰ.

Vxor Loth in salis statuam quorsũ versa.

Psalm. 76.

D. Thom.

Psalmistæ locus variè, & pulchrè elucidatur.

ideſt

idest mea mala à Deo proficisci. Vnde Theodoretus, *Mutationem*, inquit, *dexteræ pœnam vocauit, vtpote quæ soleat bona submiſtrare.*

5 Laodicensem Episcopum lethali crimine implicatum fuisse probabilius est. Richar. Vict. Oecumenius. Beda. Aretha. Ioachimus. D. Thom. D. Gregor. D. Ambros. Origenes.

Verùm longè probabilius est, hunc Episcopum à charitate excidisse, fuisseq; lethali crimine implicatum, quæ sententia est Richardi de S. Victore, Oecumenij, Bedæ, Arethæ, Ioachimi, Pannonij hunc in locum, D. Thomæ quæstione 3. de malo articulo 13. ad primum D. Gregorij libro 34. Moralium capite 2. D. Ambrosij sermone 2. in Psalmum 118. Origenes homilia 1. in Psalmum 38. & fere omnium recentiorum. videturq; perspicuum ex ipso cõtextu in quo appellatur, *Miser, miserabilis, pauper, cæcus, & nudus*, quę nullo modo in hominem iustum conueniunt, quẽadmodum vel ipse D. Gregorius loco paulò ante citato exponit his verbis, *Diuitem se asserit, qui per arrogantiam exaltatur, sed pauper, cæcus, & nudus arguitur. Pauper, quia virtutũ diuitias non habet; cæcus, quia veę paupertatę, quã patitur, videt; Nudus quia primã stolã amisit, sed peius est quia nec se perdidisse cognoscit.* Deinde cum suadetur emere *aurum ignitũ*, idest charitatem, vt postea explicabimus, eo ipso significatur, illâ caruisse.

D. Gregorius.

6 Respondetur propositæ difficultati. Prima respon.

Hoc ita constituto triplex ad propositam difficultatem responsio est. Prima est D. Thomæ quæstione illa tertia de Malo, D. Ambrosij sermone in Psal. 118. Richardi de sancto Victore, Bedæ, Arethæ, per *frigidũ* intelligentium, infidelem, quî aliquam habet, propter ignorantiam, in qua versatur, peccatorum excusationem: per *tepidum* vero fidelem, qui deterior frigido existimatur, quia eodem peccati genere grauiùs peccat, quàm infidelis, propter notitiam veritatis, & ampliora à Deo accepta beneficia, iuxta illud ad Hebræos 10. *Quantò putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Et 2. Petri 2. *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti*; quam eandem ob causam dicitur Threnorum 4. *Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento.* Quanuis Rabbi Salomon, & alij, iniquitatem hîc accipiãt pro iniquitatis pœna, & supplicio, quod maius dicitur Hebręis illatum, quia diu passi sunt obsidionem, & captiuitatem, cum tamen Sodoma in momento, idest, breuissimo tempore fuerit euersa, quod felicitatis loco olim habitum iam ante probauimus ex Iob 21. vbi in impiorum felicitatibus illa numerantur; *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt*: idest non longa ægritudine tabescunt, sed citò moriuntur. Verum de peccatis est sermo, Ezechielis 16. cum dicitur, *Iustificata est Sodoma soror tua ex te*, idest, comparatione tui Sodomorum peccata nulla censentur.

Thren. 4. 6.

Rab. Salom.

Iob. 21. 13.

Ezechi. 16. 56

7 Secunda.

Secunda, quæ consentanea est D. Gregorio libro 34. Moralium capite 2. est huiusmodi, vt calidus sit is, qui charitatem habet: frigidus qui cùm in lethali sit crimine, suam tamen culpam agnoscit, tepidus autem, qui cùm gratia careat, per hypocrisim se probum simulat, & de exterioribus operibus, quibus tantùm vacat, ita gloriatur, vt ea sibi putet ad salutem sufficere, in eisq; veram sanctitatem collocatam existimet, qui licet profligati sint ac perditi, suum tamen agnoscunt periculum, etiamsi vt interim libidini seruiant, conuersionem suam in aliud tempus reijciunt. Tertia est Ioachimi. *Calidus*, inquit, *est, qui gaudet in Domino per misericordiam eius, frigidus, qui tristatur in se pro peccatis suis. Tepidus autem, qui nec tristis per pœnitentiam nec lætus est ad obsequium Dei: quare tamquam is, qui non est aptus saluti, tollitur de memoria Domini, quod est dolori de libro vitæ, et si aliquando intus fuit per vocationem gratiæ, foras tamen ejicitur propter inertiam vitæ.*

Hypocrita.

Tertia. Ioach. Abb.

Ad Heb. 10. 28.

2. Petri 2. 21.

8 Calor charitatis, frigus peccati symbolum.

Vt tamen hęc illustriora reddãtur sciendum est calorem charitatis, frigus autem peccati esse Symbolum.

Inde enim est, quod Auster, qui est ventus calidus in bonam partem: Aquilo autem, qui est frigidus in malã accipiantur in sacris literis. Vtrunq; probat D. Augustinus epistola 120. quæ est ad Honoratum de gratia noui testamenti, ex illis verbis Cantic. 4. *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Vbi *Surge Aquilo*, idem est, atque discede & abi Aquilo, quo discedẽte Theman, ideſt, Auster ad perflandum hortum prouocatur, id est, vt interpretatur loco citato Augustinus. *Spiritus gratiæ flans de meridie, vbi Spiritus cubat.* Cantic. 1. veluti à parte feruida, & luminosa, vt fluant, & latè spargantur odores arborum, & florum suauissimi; & quidẽ quod ad Austrum attinet in partem bonam accipitur, Abacuch 3. cùm dicitur, *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan.* Quem locum D. Hieronymus Hebræum quendam testatur, sic se audiente interpretatum *ab Austro*, ideſt à Bethlehem, quę ad Austrũ sita est. Etenim Iudæa respectu cæterarum partium terræ promissionis ad Austrũ est, & ipsa Bethlehem cõparatione Hierusalem est Australis. Eandem expositionem afferũt Theodoretus, & Theophylactus, Euthymius, & Ioannes Maxentius libro 1. Dialogorum contra Nestorianos, & refertur 5. tomo Bibliothecæ Sanctorum Patrum.

Quod verò sequitur. *Et sanctus de monte Pharan*, vt hoc obiter dicamus, Septuaginta sic transtulerunt; *& sanctus de monte vmbroso, & condenso.* Quo loco D. Hieronymus per *montem vmbrosum & condensum*, Patrem æternum intelligit, plenum virtutibus, omniq; sapientia, & cuncta maiestate sua protegentem. Rupertus, altitudinẽ diuinorum iudiciorum, & incomprehensibilitatem diuinę sapientiæ, quæ per montem vmbrosum, & condensum eò exprimitur, quòd nemora obscura esse soleant, & propter flexuosos viarum anfractus, erroribus aptissima, quò fit vt hac ratione significetur Incarnationis mysterium, de quo Propheta ait, incõprehensibile esse creatis mẽtibus, in quo facile sit labi & errare, nisi fides facẽ præferat. Nõ incongruè etiam B. Virginem possumus accipere, quę mons appellatur vmbrosus, eo quod illi virtus altissimi obumbrauit: & condensus, propter virtutum multitudinem. In bonam etiam partem licèt mysticè accepit D. Gregor. illud Iob 39. *Nũquid per sapientiam tuam plumescit accipiter extẽdens alas suas ad Austrum. Quid est*, inquit Greg. *accipitrem in Austro plumescere, nisi quod vnusquisque sanctorum tactu sancti Spiritus concaluescit, & vsum vetustæ conuersationis abijciens, noui hominis formam sumit, quemadmodum Paulus admonet ad Coloss. 3. Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Et ad Ephes. 4. licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem.* Hùc etiam pertinet illud Psalmi 125. *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro*: id est, conuerte nos quàm citissimè sicut siccatus torrens flante Austro, niuibusq; ab eo liquefactis iterum conuertitur, id est, rapidissimè incipit fluere. Alij per Austrum hoc loco, non ventum, sed regionem interpretantur, vt sit sensus, reductionem Hebræorum ex captiuitate, sic fore omnibus gratissimam, sicut est torrens aliquis in terra Australi, ideſt, sicca & arida, cui expositioni concinit Paraphrastes Chaldaicus, qui ita transtulit: *Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut conuertitur terra, ideſt, lætiorem faciem sumit, quando abundãt aquarum fluenta tempore siccitatis.*

Quod verò attinet ad Aquilonem, in malam partem accipitur Hierem. 1. cum Prophetę dicenti se ollam videre succensam, faciemq; eius à facie Aquilonis: Dominus ita respondet, *Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes cognationes regnorum Aquilonis.* Quibus verbis captiuitas Babylonica prænuntiatur. Indè est quod Lucifer ad Aquilonẽ sibi sedem deligit, Esai. 14. *Sedebo in monte testamenti, in lateribus*

Aquilonis

Incarnationis mysterium incomprehensibile.

B. Virgo mons vmbrosus.

Iob. 39. 29.

Psal. 125. 4.

Auster, & ventum significat, & regionem.

Paraph. Chal.

10

Hierem. 1. 14.

Lucifer sedem ad Aquilonem cur delegerit.

Esai. 14. 13.

D. Augustin.

Cant. 4. 16.

Cant. 1.

Abac. 3. 3

D. Hieronym.

Bethlehẽ Australis comparatione Hierusalem.

Theodoret. Theophy. Euthym. Ioan. Maxen.

9

D. Hieron.

Pater æternus mons vmbrosus.

Rupert.

Aquilonis : vt nimirum torporis frigore gentium corda cõstringeret : quẽadmodum exponit D. Gregorius super illa verba Iob 26. *Qui extendit Aquilonem super vacuum.* Cum hæc ita sint nullus frigidus, id est, ad Aquilonem habitans, legitur in sacris literis Deũ ad nauseam, & vomitum prouocare, nisi tepidus, iuxta priorem quidem sententiam, propter maius periculũ, quemadmodum expositum ; iuxta posteriorem verò, quam multo veriorẽ diximus, propter tres illas ratiões, quas superiùs cõmemorauim⁹.

D. Gregorius. Iob 26. 6

II Postremò ea similitudinis elegantia explicanda superest, quę illis verbis comprehenditur, *Incipiam te euomere ex ore meo.* Primò igitur notandum est: vomitũ fieri, si tepidæ aquæ multum bibatur. Cum enim medici crudo cibo stomachum ægroti exonerare cupiunt, multum illi aquæ tepidæ potandum præbẽt, quæ nauseam pariat, & ad vomitum prouocet. Significat igitur Dominus tepidum hominem cõtinuò tepiditate sua sibi quasi aquam tepidam propinare; quæ ad eundem euomendum prouocet, ideſt procul à sua consuetudine, & familiaritate repellendum. Secundò. Id quod est consequens, significatur, tepidos esse cibum crudum, is enim euomi cõsueuit, eo quòd propter defectum caloris, qui symbolum est dilectionis, vt diximus, coqui non valeat, quemadmodum electi instar cibi in stomacho per charitatis calorẽ decocti membra Christi, efficiũtur.

Tepidus instar aquæ tepidę ad vomitũ prouocat Deũ.

12 Tertiò. Significatur, quædam Dei erga tepidum hominem execratio: etenim in vomitu totum corpus cõturbatur, ipsęq; vomitus cum quodã horrore naturæ contingit. Quarè cùm Deus aliquem reijcit, & à se repellit, vomere dicitur, præcipuè quia Deus ipse, quæ eius est bonitas, in homine à se reijciendo, quodammodo conturbatur, & dolet. Quartò. Dicitur Deus, tepidum ex ore, non ex stomacho euomere, vt intelligas ei vsq; adeò tepidum displicere, vt eum omnino deglutire non possit: sed in ore tanquam displicentẽ cibum, & à quo stomachus abhorret, retineat. Quid autem sit ex ore euomere, explicauit Ansbertus, ideſt, Deum, vel ipso exhortationis verbo interdum, indignos iudicare, quos in melius cõmutandos non esse prænoscit. Quintò. Non dictum est, *Euomam te ex ore meo*, sed *Incipiam te euomere*, quia neminem Deus planè in hac vita euomit: neminẽ enim ita deserit, vt necessarijs ad salutem destituat auxilijs, sed incipit tamen vomere, quia peculiaria quædã non largitur gratiæ adiumenta, & præsidia: vel quemadmodũ annotauit Richardus de sancto Victore, *Quia qui per teporem resoluitur, non subitò à gratia deseritur, vt statim in mala præcipitet, sed primùm minima, deinde maiora contemnẽs gradatim à summis descẽdit, atq; ad ima ruit.*

Dolet cum à se reijcit aliquem, Deus.

Euomere tepidum, ex eremo ex stomacho cur dicatur Deus.

Ansbertus.

Cur item non euomat, sed euomere incipiat.

Richar. Vict.

Quo pacto prima gratia dicatur emi, cum gratis conferatur.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris.

SECTIO II.

I SEQVITVR admonitio post reprehensionẽ Laodiceni Angeli, quæ erat altera literarum pars, illis verbis cõprehẽsa : *Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ, probatũ, vt locuples fias. &c.* Quod ad contextum attinet, vulgatus interpres, *probatum*, trãstulit. Græcè tantùm est πεπυρώμενον ἐκπυρός, id est ignitum ex igne; nisi fortasse legit πεπειρόμενον, quod probatum significat : & quia in nõnullis codicibus legit, πεπυρώμενον, & in aliis πεπειρόμενον, vtrunque coniungens, transtulit, *Ignitum, probatum.* Quòd verò ad sententiam pertinet,

notandum est inprimis *suadendi* verbum, quo vsus est Dominus, non *imperandi*, vt hac facilitate magis hũc Episcopum permoueret: quam loquendi formulam sæpe deberent vsurpare Prælati, tum ad conciliandos, tum etiam ad permouendos animos subditorum: id quod præstitit Paulus scribens ad Philemonem: *Propter quod*, inquit, *multã fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sim talis vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo.* Quibus verbis, significat Apostolus cum duplici iure potuisset id Philemoni imperare, videlicet & quia Paulus, & quia senex, maluisse tamen obsecrare, & charitatis potiùs, quàm autoritatis rationem habere. Nec verò, vt aliqui putarunt, legendum est, *cum talis sis vt Paulus senex*, vt indicetur Philemonẽ fuisse eiusdem ætatis, & senectutis, qua erat Paulus: etenim manifestũ est ex græco cõtextu legendum esse *Cum sim talis vt Paulus senex*, vt Apostolus de sua ipsius senectute loquatur, quam potuisse interponere, sic nãq; græcè legimus μᾶλλονπαρακαλῶ τοιοῦτος ὡς παῦλος πρεσβύτης. Sic etiam 2. ad Thessalon. 3. dixit, *Denunciamus, & obsecramus*, vt enim præcipientis autoritatem mitigaret, addidit *obsecramus*: ne verò autoritas contẽneretur, addidit precibus minas: & cap. 2. eiusdem epistolæ sic ait: *Cum posſemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos*: vulgatus legit νήπιοι, ideſt, paruuli, quæ lectio omnino retinenda est: in nonnullis græcis codicibus habetur ἤπιοι, ideſt, mites, lenes, minimè austeri & seueri. Quia hic Episcopus pauper erat: siquidem charitatem, qua veræ opes continentur, non habebat, vt superiùs probauimus, admonetur, vt emat aurum charitatis, quo mirum in modum ditetur: quia etiam nudus erat bonis operibus, siquidem omnia per hypocrisim faciebat; monetur, vt vestimentis albis se se induat, ideſt operibus ex charitate profectis; quia verò cæcus erat; monetur collyrio oculos inungere: & quia propter hęc tria miser erat, ac miserabilis, nihil contra miseriam peculiare dicitur.

Facilitate potius, quàm imperio in gubernando vti, præstat.

2. Thes. 3. 12 6.

Bona opera, vestimenta alba.

2

Ita hunc locum intellexerunt Beda, Richardus de sancto Victore, Rupertus, Ansbertus, Hugo Cardinalis, & alij. Itaque communis expositio est, per *aurum*, intelligi charitatem: per *alba vestimenta* bona opera. Quanquam Primasius in hunc locum, & D. Gregorius libro 4. Moral. cap. 35. per *aurum* sapientiam intelligunt, quemadmodum & Abbas Ioachimus, illud addens, per *ignem* accipiendam esse charitatẽ, ita vt *aurum ignitum*, sit sapientia cum charitate coniũcta: quò etiam pertinet D. Augustini, seu Tyconij expositio. Verùm prior interpretatio est communior, & textui magis consentanea, vt ex ipsa reprehẽsione, cui respondet admonitio, est perspicuum.

Beda. Richar. Vict. Rupert⁹. Ansber. Hugo Card. Primasius. D. Gregor. Abbas Ioachimus. D. Augustin⁹.

3

Sed iam ex hac opinione, quæ communis est, illa suboritur dubitatio, cur Episcopo Laodiceno, qui charitatem amiserat, suadeatur, vt emat charitatis aurum, cum prima gratia, atque adeo prima charitas sub nostrum meritum non cadat, & quod est consequens emi à nobis pretio non possit: Sic enim Paulus argumentatur ad Romanos 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.* Respondemus, vtrumque verum esse, & dari gratis primam gratiam, & simul emi, etenim si respiciamus ad nostra merita, quę nulla sunt, gratis confertur: si autem ad merita Christi, qui nobis vel ipsam primam gratiã de iustitia meruit, verè eam Christus nobis cõferendã emit: Propter primũ dr Apoc. 21. *Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis*: propter secundũ dr 1. ad Cor. 6. *Empti estis pretio magno*. Et c. 7. *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ*. Propter vtrũq; ad Rom. 3 *Iustificati gratis per gratiam ipsius*: &

Ad Rom. 11. 6

Prima gratia quo pacto, & gratis conferri dicatur, & emi.

Apoc. 21. 6. 1. Cor. 6. 20. & c. 7. 23.

Rom. 3. 24.

mox subiungitur, *Per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem, vel propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius.*

4

Isai. 55. 1. Esaiæ locus in speciem cõtrarius conciliatur.

Atq; in hunc sensum concilianda est apud Esaiam, illa in speciẽ contrarietas, cùm ait cap. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac*: quomodo enim si ad emendum homines inuitantur, sine pretio admittuntur, & quî fieri potest, vt gratuita & liberalis donatio, quippe quæ sine pretio & commutatione perficitur, emptio appellari possit, nimirum sine argento nostro gratiam emimus, quæ tamen ex argẽto Christi, idest meritorum eius infinito pretio confertur: itaque cõparatione nostri liberalis est donatio, comparatione Christi vera emptio. Quam expositionem affert D. Ambrosius libro de Ioseph Patriarcha cap. 7. tractans eundẽ locum Esaiæ; *Emite*, inquit, *sine argento, neque enim pretium quæsiuit à nobis, qui pro nobis sanguinis sui pretium soluit.* Eodem modo accipiendus est locus ille alius apud Esaiam 52. *Gratis venundati estis, & sine argento redimemini*; cuius quidem loci historicus sensus is est. Iudæos dici gratis venundatos Babylonijs, quia Babylonij nullo pacto meruerunt, vt ipsis Iudæi captiui à Deo traderentur: quemadmodnm exponit D. Augustinus in quæstionibus super librũ Iudicum, quæstione 17. Id quod etiã dixit Regius vates Psal. 43. *Vendidisti populum tuum sine pretio*: sine argento etiam redemptos, tum quia nullo suo merito Iudæi erepti sunt è seruitute, tum quia eos Cyrus liberos dimisit, nulla ab eis accepta pecunia.

Collatio gratiæ respectu nostri donatio, respectu Christi emptio,

D. Ambrosius.

Esai. 52. 3.

D. August.

Psalm. 43. 13.

5

Gratis se dæmoni vendunt peccatores.

Verùm alij in proposito testimonio illud etiam significari existimãt, perditos homines gratis se Dæmoni vendere, videlicet propter breuissimam voluptatem, & alia peccata, quę nihil censentur, iuxta illud eiusdem Prophetæ cap. 50. *Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & sine argento redempti*, videlicet meritorum suorum. Obseruauit autem diuus Augustinus loco paulò ante citato, non dictum esse, *Et non cum pretio redimemini*, quia verè pretio redimimur, nimirũ Christi sanguine, sed dictum esse, *Sine argento*, in quo Propheta, vt ait, omnem pecuniam comprehendit, vt significaret nullum nobis pretium pecuniarum, aut opum affluentiam, humanave præsidia ad iustificationem sufficere; quia tamen Christus pro nostra liberatione pretium soluit, vsus est Propheta *redimendi* verbo, atque adeò si nostram respiciamus facultatem, sine argento, id est gratis, si Christi merita, infinito pretio redempti, gratiæ consequimur libertatem. Quem Esaiæ locum videtur Petrus illustrasse, prima sua epistola cap. 1. cùm dixit: *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi, & incontaminati.*

Esai. 50. 1

D. Augusti.

Ad iustificationem humana præsidia nõ sufficiunt.

1. Pet. 1. 18.

6

Aliam responsionem affert Gregorius Nazianzenus oratione in sanctum Baptisma, vbi citatum Esaiæ testimonium expendens ex capite quinquagesimo quinto; docet gratis quidem Deum iustificare impium, sed propter incredibilem ad benefaciendum propensionẽ, maximi pretij loco ducere, ipsum amicitiæ, & gratiæ desiderium, ac voluntatem, quæ iustificationem antecedit, itaque non se dare gratis, sed vendere existimare. ô *miram*, inquit, *beneficentiæ celeritatem, ô facilem contrahendi rationem, hoc bonum solo voluntatis pretio emendum tibi proponitur, appetionem ipsam, Deus ingentis pretij loco habet, sitit sitiri, bibere cupientibus potum præbet, cùm à Deo beneficium petitur, beneficio id ducit, promptâ, munificâ, atque prolixâ naturâ est, iucundiùs dat, quàm alij accipiunt.* Eadem expositio est Clementis Alexandrini in Protreptico, siue exhortatoria ad Gẽtes, vbi ait, Sitim tantum exigi pro pretio, cũ dr: *Oẽs sitiẽtes venite ad aquas.*

Dei ad benefaciendum propensio incredibilis.

Peti à se beneficium, beneficio ducit Deus.

Clem. Alex.

Adhortatur, inquit, *ad lauacrum, ad salutẽ, ad illuminationem, propemodum clamans, & dicens: Do tibi ô fili, terram, mare, cœlum, solammodo ô fili Patrem sitias, Deus tibi gratis ostendetur.* Atque in hanc sententiam exponendum est etiam illud Matth. 13. *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; inuenta autem vna pretiosa margarita abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* Quo loco nomine, *margaritæ*, fides in Christum, & gratia per eum consequenda intelligitur. Scio D. Hieronymum, Cyrillum Alexandrinum, & alios in commentarijs super Esaiam aliter interpretari, nimirum sermonem esse de argento, idest, de rerum temporalium affluentia, quæ ad gratiam comparandam minimè est necessaria; ne videlicet pauperes audito emptionis nomine de gratia consequenda diffiderent: verum non respondent obiectioni, cur emi dicatur gratia, cum detur gratis.

Matth. 13.

Gratia, pretiosa margarita.

Charitatem esse aurum ignitum, & probatum.

SECTIO III.

1 CHARITATEM per *aurum ignitum & probatũ* intelligendam esse, cùm communi sententia docuimus, illud iam explicandum superest; cur *aurum ignitum, & probatum* appelletur. Igitur aurum ignitum dicitur ob easdem rationes, propter quas ignis appellatione censetur, veluti ad Roman. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, potum da illi; hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius*: ideſt, amoris erga te ignem in eo excitabis. Sic etiam nonnulli interpretantur illud Ezechielis 10. *Sume tibi ignem de medio rotarum*, id est, ex scripturæ sacræ meditatione charitatem erga Deum & proximum excita, nomine enim *rotarũ*, quæ duæ erant vtrunque testamentum accipiendum volunt, & quoniam testamentum nouum fuit in veteri typicè inclusum, ideo rotã dici esse in medio rotę. Ad charitatem etiam pertinet illud Deuteronomij 33. vbi de Deo loquens Moyses dixit, *In dextera eius ignea lex*, ideſt, in Filio, qui dextera Patris dicitur, erat lex charitatis, quã mundo erat allaturus, iuxta illud Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram*: quæ expositio est consentanea D. Augustino, qui in quæstionibus super Deuteronomium, quæstione 56. contendit illud testimonium ad Christum pertinere; quãuis apud Septuaginta, quorum translationem sequitur, ea verba non habeantur. Caietanus legit ex Hebræo, *A dextera eius ignis, lex eis. Non dicit*, inquit, *quod in manu dextera gestaret ignem, aut legem, sed quod à dextera eius erat, tam ignis, quàm lex: in specie siquidem principis apparebat, ad cuius dexteram à ministris gestabatur lex, gestabatur & ignis, lex quidem ad docendum ac dirigendum, ignis verò ad puniendum, imperfectus enim status veteris testamenti non sinit ignem ad generandum amorem interpretari*: Hæc ille. Verùm præcedens nostra expositio, quæ cum editione vulgata consentit, retinenda est.

Ad Rom. 12. 20.

Ezechie. 10. 2.

Duo testamenta, duę rotæ.

Deuteron. 33. 2.

Luc. 12. 49.

Euangeliũ lex ignea.

Caietanus.

Rectè autem charitas ignis dicitur, quia omnes illæ ignis conditiones, quas Dionysius Areopagita cap. 15. cælestis Hierarchiæ enumerat, Deoq; accõmodat, charitati conueniunt: in quibus illæ sunt præcipuæ. Primùm. Ignis per omnia sine vlla sui admixtione peruàdit, & ab omnibus prorsus excipitur: ita charitas auctore Paulo, *Omnia peruadit, omnia enim credit, omnia sperat, omnia sustinet.* 1. ad Corint. 13. Ad omnes amplitudine sua diffunditur, & ab omnibus hilariter excipitur. Secundò. Ignis cùm lucidissim⁹ sit, nisi tamen admoueatur materia, in qua suam vim exerat, occultus in seipso manet, neque aspectui patet: ita charitas, nonnisi in operibus cernitur. Tertiò. Ignis ea, quibus insederit, in suum traducit officium, &

2 Dionysius Areopagita.

Charitatis conditiones.

1. ad Corinth. 13. 7. Peruadit omnia.

Cernitur in operibus.

omnibus

omnibus ad se accedentibus sui consortium impertit: ita charitas omnium virtutum actus, imò & eos qui natura sua indifferentes appellantur, si eos informet, igneos reddit ac meritorios. Quartò. Superiora semper petit, & in cacumen tendit, celer, sublimis, nullaq; vi, vt inferiora petat, adigi potest, quod bellè in charitatē quadrat. Denique cum omnibus participationem sui locupletissimā præbeat, nunquam tamen ipse minuitur, in quo à charitate vincitur, quæ, cum se communicat, augescit.

Actus indifferentes reddit meritorios.

Dum se comunicat, augescit

3

Quod verò attinet ad auri probationem, dicitur charitas *aurum probatum*, ideſt, fuci fœcisq; nescium, in quo ab hypocrisi distinguitur, quæ non aurum probatum est, sed alchimicū, cùm solam auri speciem referat. Vtrunque significauit Apostolus, cùm dixit 2. ad Corinth. 6. *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in longanimitate, in charitate non ficta.* Quibus verbis Apostolus docuit duplex aurum charitatis reperiri, alterum fictum, adulterinum, & alchimicum; verum & probatum alterum: sed luculentiùs adhuc verum ac germanum charitatis aurum expressit 2. Corint. 8. illis verbis: *Non quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingeniū bonū cōprobans*, vbi *ingenuum* alij legūt: sic enim græcè legim⁹, ἵνα τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον: significat autem γνήσιον, quod verum est, ac germanū, non adulterinum, non fucatum: atq; adeò intelligit Apostolus dilectionē siue charitatem non fictam, sed germanam, hoc est verum, ac germanū charitatis aurum, non fucatum, & adulterinum. Quomodo autem probari aurum soleat docet Plinius libro 33. historiæ naturalis, capite 8. *Auri*, inquit, *argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quem alij heraclium, alij lydium vocant, his coticulis periti, cum è vena, vt lima, rapuerint experimētum, protinùs dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione, non fallente.* Igitur charitatis aurū ad labores ac tētationes tāquam ad lydium lapidem probari nō obscurè significauit Apostolus ad Romanos 5. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Quo loco Paulus exeo quòd vera charitas diffusa sit in cordibus fidelium, argumentatur; *Patientiam* ideſt laborum perpessionem probationem operari, quia nimirum patientia tanquam lapis lydius, non solum venam charitatis indicat, sed scrupulari differentia quantum charitatis insit, perspicuum reddit. Atque hoc est aurum illud mundissimum, & purissimum, quo Salomō dicitur operuisse oraculum, & templum, quemadmodum refertur 3. Regum 6. & 2. Paralipomenon 3. vbi ita legimus: *Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis*, quem locum mysticè exponens Eucherius libro 3. in libros Regum capite 14. *laminæ*, inquit *aureæ, quibus operta est domus, operationes sunt, multifariæ pietatis, claui autem aurei quibus affixæ sunt, præcepta sunt charitatis, siue promissa æternæ claritatis, perquæ in exercitio, studioque virtutum ne deficiamus, donante Christi gratia continemur.*

2. ad Corinth. 6. 4.

2. Cor. 8. 8.

Plinius.

Rom. 5. 3.

Patientia, lapis lydius.

3. Regum 6. 21.

2. Paralip. 3. 5.

Eucherius.

Possumus etiam per *laminas aureas* actus virtutum intelligere, qui vt meritorij sint debent affigi clauis aureis ideſt charitate informari. Aduerte autem actus dilectionis appellari clauos aureos, vt ab actibus timoris discriminentur, qui ferrei claui, tantùm dicuntur. Et quidem de prioribus loquebatur Regius vates cum se per amorem Deo coniungens dicebat. Psal. 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Nec tamen posteriorum immemor erat, imo eos ad carnis petulantiam compescendam postulabat illis verbis. *Confige timore tuo carnes meas* Psal. 118. Hoc auri, & ferri discrimen obseruauit D. Augustinus in illis verbis Psalmi 149. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis*

4

Actus dilectionis, clauiaurei, timoris, ferrei.

Psal. 72. 28.

Verum charitatis aurum non deficit, cū probatur.

Psal. 118. 120

D. August.

ferreis.

ferreis. In quem locum docet eum qui timore ducitur, vinculis ferreis: qui amore, aureis cõstringi. *Ferrea*, inquit *vincula sunt quandiu timent, ament, & aurea erunt.*

5

Verùm hoc aurum vt ad institutum reuertamur debet esse probatũ ad lydium patientiæ lapidem, propterea enim candelabrum illud aureũ quod expræcepto Domini Moyses in tabernaculo collocauit, non fusile erat, sed ductile, ideſt malleorum ictibus fabricatum: quam probationem in igne, in quo etiam aurum probari consueuit, & qui laborum, & tentationum est symbolum, considerauit Petrus cum dixit 1. sua Epistola capite 1. *vt probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur.* Verum autem charitatis aurum non deficit, cum probatur, sed omnem ignem, & persecutionem egregiè sustinet iuxta illud 1. ad Corinth. 13. *charitas omnia suffert*, græcè στέγει: sumpta trãslatione à lignis impositum onus sustinentibus, potissmùm verò à palma, quæ non succumbit oneri, sed potius instar fornicis erigitur. D. Cyprianus tractatu 3. de simplicitate Prælatorũ non legit, *omnia suffert*, sed *omnia diligit*, videtur enim legisse στέγει pro στέγει. Sed vulgata editio retinenda est, *omnia suffert*, eodemque sensu accipiendum est, quod sequitur, *omnia sustinet.*

Charitatis aurum quo pacto probandum.

1. Pet. 1. 7

Verum charitatis aurum non deficit, cũ probatur.

1. Cor. 13. 7.

Quodnam sit illud collyriũ, quo Laodicenus Episcopus oculos inungere iubetur, vt videat.

Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.

SECTIO IIII.

CVPIENS Christus omnibus Laodiceni Angeli malis occurrere, cùm iam illũ paupertatis suæ, & nuditatis admonuisset, atque ad aurum charitatis emendũ, bonorumq; operum indumenta accipienda fuisset adhortatus: tandem cœcitati, qua etiam laborabat, benignè consulens monet vt collyrio, quod est præsentissimum Ophthalmię medicamentum oculos inungat, vt videat. Quidnam verò sit huiusmodi collyrium, non vno modo Doctores interpretantur.

1

Prima expositio est. Per *Collyrium* hoc loco accipiendam esse diuinorũ eloquiorum contemplationem, cum operatione coniunctam. Quam expositionem afferunt, & sequũtur Beda, Richardus de sancto Victore, Pannonius, Primasius, Hugo Cardinalis, & Ambrosius Ansbertus, qui ita hanc admonitionem interpretatur. *Adhibe*, inquit, *diuina præcepta ad mentem cœcam, quatenus virtutum nuditatem, quam pateris, videas, nisi enim quoddam essent collyrium diuina mandata, non diceret* Regius vates *Psal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. cùm itaque superna aspiratione quilibet per singulas scripturarum paginas quid Dominus inserit, legendo, vel audiẽdo, ad mentem reuocat, videt nimirum, vel quantum ex virtutibus kalet, vel certè si nihil habet.* Id quod etiam significauit Dominus Deuteronomij 6. Nam vbi nos habemus, *Ligabis ea*, id est mea mãdata, *quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos.* Alij ita trãsferunt ex Hebræo, *Ligabis ea in manu tua, & erunt quasi Specilla ante oculos tuos.* Etenim verbum טטפת, etiam specilla significat. Rectè autẽ specilla appellantur, quia per ea clarè conspicimus quantũ Deo debeamus, & quãtus sit noster in virtute progressus, quò videtur alluisse Regius vates, cũ dixit Psalm. 118. *Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Atque hanc *collyrij* acceptionẽ videtur superiores Doctores mutuati à D. Greg. primę partis Pastoralis curæ cap. 11. Vbi hunc locum Apocalypsis sic illustrat. *Collyrio*, inquit, *oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri*

Beda.
Richard. Vict.
Pannon.
Primasius.
Hugo Card.
Ansbertus.

Præcepta diuina collyrium, & specilla.

Psalm. 18. 9.

Deuteron. 6. 8

Psal. 118. 6.

D. Gregor.

luminis

luminis claritatem intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lumen videre non ſinitur, quia arrogantia ſapientiæ, vel iuſtitiæ cæcatur: pupilla nanque oculi nigra videt, albuginem tolerans nihil videt, quia videlicet ſenſus humanæ cogitationis ſi peccatorem ſe intelligit, cogitationem intimæ claritatis apprehendit, ſi autem candorem ſibi iuſtitiæ, vel ſapientiæ tribuit, à luce ſupernæ cogitationis ſe excludit, iuxta illud ad Roman. 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

2

Humilitas collyrio comparatur, ex Ruperto.

Secunda expoſitio eſt Ruperti intelligentis per *collyrium* humilitatem, quę ex cognitione propriæ vilitatis oritur. *Collyrio*, inquit, *inunge oculos tuos, vt videas: ideſt, cor tuum vera humilitate purifica: vt per paupertatem tuam videas, verasque diuitias bonitatis Dei cognoſcas.* Atq; adhoc ſignificandum videtur Chriſtus Ioannis 9. cum cæco à natiuitate aſpectum reſtituere voluit, lutum ſuper oculos eius poſuiſſe, quia nimirum ſi lutum, ex quo conditi ſumus vniuerſi ob oculos mentis proponamus, noſtræq; vilitatis memores ſimus ea cogitatione veluti collyrio aſpectum ad diuina contemplanda, noſtraq; omnia in Deum referenda, atque adeo ad diuinam gratiam conſequendam, recuperabimus. Tertia eſt Richardi de ſancto Victore, & Dionyſij Carthuſiani aientium per *collyrium* intelligi amaritudinem pœnitentiæ, quæ per compunctionem clarificat ſenſus cordis, ſicut collyrium per effuſionem lacrymarum oculos carnis.

Ioan. 9.

Pœnitẽtia per collyrium ſignificata.

3

Quartam afferunt alij, eaque eſt. Per *collyrium* memoriam paſsionis Chriſti accipiendam eſſe. Pro cuius maiori expoſitione ſciendum eſt, quemadmodum aduertit Franciſcus Valleſius libro ſuo de ſacra Philoſophia capite 42. ad abſtergendas inueteratas oculorũ albugines, nihil magis à medicis celebrari, quàm fel, præcipuè vero cuiusdam piſcis, qui Callionymus dicitur, ideſt, pulchri nominis. Id quod etiam docet Galenus libro 10. de ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. 12. Plinius libro 32. hiſtoriæ naturalis cap. 7. Et Ælianus lib. 13. cap. 4. ex Ariſtotelis ſententia; ex quo veriſimile arbitratur Valleſius, piſcem illum quem à Tygri flumine Tobias extraxit, Tob. 6. fuiſſe hunc Callionymum, cuius fel præcipuum eſt oculorum medicamentum: quanquam verò hunc Tobię piſcem Beda in ſua allegorica expoſitione libri Tobiæ, interpretatur Dæmonẽ, quem Chriſtus in cruce cepit, traxit, & exenterauit, id eſt, nequitiam eius fidelibus aperuit, & quaſi arcana inſidiarum euiſcerauit: tres etiam eius partes reſeruauit, nimirum, cor, fel, & iecur. Cor quidẽ, quia calliditatem eius ſacræ ſcripturæ monumentis inuoluit. Fel, quia quanto malitiæ furore contra genus humanum ſæuiret, propter cautelæ ſtudium ſcribi voluit. Iecur denique repoſuit, quia malignam conſiliorũ eius aduerſum nos cõcoctionem declarauit, ferunt enim calore iecoris, occulta cibi excoqui. Nihilominus alij eum piſcem Chriſtum myſticè accipiunt, qui ſi Callionymus fuit vt vult Valleſius, rectè ea etiam ratione Chriſtum exprimit, qui pulcherrimo Ieſu nomine appellatur: iuxta quam ſententiam ita myſterium poſſumus exponere.

Plinius.

Aelianus.

Tob. 6.

Beda.

Tobiæ piſcis, qui fuerit.

Valleſius.

Galenus.

Tobiæ piſcis expreſsit Chriſtum.

4

Piſcis, Chriſtus eſt, cor, dilectionis immenſitas, iecur, amoris perfecta decoctio, fel paſsionis amaritudo, in felle illo ſignificata, quod ipſi propinatum fuit, Matth. 27. *Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum*: de quo idẽ multò ante per Regium Vatem fuerat conqueſtus, Pſal. 68. *Dederunt in eſcam meam fel.* Fel ergo, & cor piſcis, ac iecur ſibi cum Tobia reponunt, qui dilectionis, qua Chriſtus dilexit nos, & amaritudinis, quam in paſsione ſuſtinuit, recordantur; iuxta illud Threnorum 3. *Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthij & fellis.* Quo fiet, vt ſicut Tobias ſenior felle piſcis ad oculos adhibito aſpectum recuperauit, ita nos recordatione paſ-

Mat. 27. 34.

Pſal. 68. 22.

Thren. 3. 19.

ſionis

Recordatio passionis Christi illuminat intellectum.

sionis Christi, tanquam collyrio videamus,& gratiã consequamur,quod significauit idem Propheta statim subiungens; *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea,hæc recolens in corde meo, in Deo sperabo.* Et Paulus ad Hebræos 12. *Recogitate,*inquit, *eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis uestris deficientes.* Postrema expositio est aliorum *Collyrij* nomine quamlibet tribulationem accipientium, quæ per amaritudinem sensus spirituales purgat,ad cernenda spiritualia iuxta illud Threnorũ 1. *De excelso misit ignem* (videlicet tribulationis) *& erudiuit me.* Esaiæ 28. *Vexatio dabit intellectum.* Ex his omnibus expositionibus,tres priores videntur literæ magis consentaneæ:tametsi quarta omnibus dignitate antecellat.

Ad Heb. 12.3.

Thren. 1.13. Erudit tribulatio.

Esai. 28.19.

Exponitur illa sententia:

Ecce sto ad ostiũ,& pulso, siquis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illũ,& cœnabo cũ illo, & ipse mecum.

SECTIO V.

I

NT Laodicenus Episcopus spem veniæ concipiat, & faciles sibi ad pœnitẽtiam, & quod est consequens ad diuinam gratiam aditus patere in animum inducat, subiungit Christus ipse,se ad ostium cordis stare, siue per internum appulsum & afflatum, quem Theologi gratiã prẽuenientem, & excitantem appellãt, siue per exteriorem vocationem, cuiusmodi ferè est cõcionatoris adhortatio,consilium, & alia generis eiusdem, quæ ad eandem gratiam excitantem pertinent, quãquam sine interna illa motione non sufficiunt:tũ verò siquis per voluntatis assensum aperuerit,ingredi in eius animũ per iustificantem gratiam,cœnareq; cum illo,per spiritualem conscientiæ iucunditatem,atque dulcedinem, quæ iustificationẽ cõsequitur, estque diuinum quoddam ac cælestẽ pabulũ, quo iustificati mens reficitur, mirũq; in modum recreatur. Denique si in gratia perseuerauerit, cœnaturum quoque se cum illo in cælesti gloria per beatificã visionem, quam ei impertietur. Hæc est germana literalisq; huius loci paraphrasis.

Conscientiæ iucunditas,cœleste pabulum.

Cæterùm, pro illius expositione est in primis obseruandum, cùm dicitur, *Ego sto ad ostium & pulso*, luculentè significari, prius Deum excitare nostrum liberum arbitrium ad opera saluti conducentia, quàm voluntas in illa prodeat. Itaque Deũ non prœueniri à libero arbitrio, sed ipsum præuenire per excitãtem gratiam, voluntatemq; quasi torpẽtem ad opera salutis excitare; atque adeò initium iustificationis non à nobis, sed à Deo esse; id quod facile ex prædictis verbis elicitur. Si enim Deus stat ad ostiũ nostræ libertatis, & pulsat,perspicuum est non priùs ostium per consensum aperiri, quàm Deus ipse pulset: quin pulsationem diuinam præcedere sæpe quidem tempore,sed semper tamen natura: tum vero apertionem consequi voluntatis adiutę quoque diuinitus in ipso actu per gratiam adiuuantem,quemadmodum definit Concilium Tridentinum sessione sexta,capite quinto, & sexto: vbi docet iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum prœueniente gratia sumẽdum esse, disponiq; nos ad ipsam iustitiam dum excitati diuina gratia, & adiuti,fidem ex auditu concipientes liberè mouemur in Deum. Idem definierat Concilium Arausicanum secundum sub Leone primo Pontifice canone 3. de libero arbitrio, & gratia Dei. *Siquis*, inquit, *per inuocationem*

2

Iustificationis initiũ à Deo.

Conc. Trid.

Conc. Arausic.

humanam

humanam gratiam Dei dicit posse conferri; non autem ipsam gratiam facere, vt inuocetur à nobis, contradicit Isaiæ Prophetæ, vel Apostolo idem dicenti, Inuentus sum à non quærentibus, palam apparui iis, qui me non interrogabant. Qua de re legendus est D. Augustinus in libro de bono perseuerantiæ, vbi multis sacrarum literarum testimonijs eam veritatem confirmat, citatis etiam in eandem sententiam D. Cypriano, D. Ambrosio, & Gregorio Nazianzeno, cum quibus reliqui omnes Patres vnanimi consensu conspirarunt.

2 Deindè est aduertendum, cum additur, *si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam*; disertis verbis significari, posse liberum arbitrium à Deo excitatum, non respondere diuinæ vocationi, & ostium minimè aperire, sed occlusum tenere; posse etiam respondere Deo vocanti, & aperire pulsanti, hoc est, posse diuinam illā gratiam præuenientem, & excitātem, quæ hoc loco *pulsationis* nomine comprehenditur, pro sua libertate, vel admittere, vel reijcere, ducta similitudine ab ijs, qui clauso ostio domi recluſi morantur, qui interdum pulsantibus aperiūt, interdum etiam dissimulāt: ad quam similitudinē spectauit sponsa, cum dixit Cant. 5. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo*: vbi *pessuli* nomine, omne illud obstaculū intelligitur, quod voluntatis assensum remoratur. Itaque hoc loco, cum dicitur, *si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam*, perspicuè docemur in nostra esse libertate, Deo vocanti respōdere, aut non respondere, atque eidē pulsanti, aut ostium assentiendo, aperire, aut non assentiendo, vel etiam dissentiendo clausum tenere; idemq; perspicuè ostenditur illis verbis ad Hebræos 12. *Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei*; vbi non dictum est, *ne gratia Dei alicui desit*, quia nimirum Dei gratia præsto adest omnibus, sed *ne quis desit gratiæ*, quia nos sumus, qui gratiam Dei pro nostra libertate repellimus, Deoq; vocanti, & excitanti non respondemus. Quæ veritas definita est à Concilio Tridentino, Sessione 6. capite 5. vbi docet tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, posse hominem eiusmodi inspirationem abijcere: & canone quarto eiusdem Sessionis ita statuit: *Siquis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiuè se habere, Anathema sit.* Conc. Trid.

3 Possem hoc loco multorum Patrum ad hanc veritatem ostendendam commemorare testimonia, sed quoniam non est huius loci longiùs hoc argumentum persequi, satis fuerit proponere vnius tantum Bernardi sententiam, qui mihi sanè videtur omnia, quæ de his gratiæ controuersijs diuinæ literę prodiderunt, ac diuus Augustinus, cæteriq́ue Patres ante ipsum disputarūt, quasi in summā redegisse aureo illo libello, quē de gratia & libero arbitrio conscripsit, vnde præcipuas quasque sententias, quibus ille opus illud aureum, quasi gemmis insperſit, legendas putauimus; quoniam ea omnia quæ hactenus diximus manifestè confirmant. Sic igitur ait Bernardus. *Ita ne oblitus es, quis dixerit, sine me nihil potestis facere: & neque currentis, neque volentis, sed Dei miserentis est. Quid igitur agit, ais, liberùm arbitrium? Breuiter respondeo, saluatur: tolle gratiam, non erit vnde saluetur, opus hoc sine duobus effici non potest, vno à quo fit, altero cui, vel in quo fit: quod ergo à solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest accipientis, quàm absque gratia dantis, & ita gratiæ operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit, hoc est, dum saluatur, consentire enim saluari est: vt liberum arbitrium esset, creans gratia fecit, vt proficiat, saluans gratia facit; vt deficiat, ipsum se*

Liberum arbitrium potest præuenientem & excitantem gratiam, vel admittere, vel reijcere.

Cantic. 5. 6

Hebr. 12. 15

Gratia Dei præsto adest omnibus.

deycit: ex ipso nobis est velle: ex ipsa bonum velle; bonam voluntatem facit, qui liberam fecit, infirmitas voluntatis à se ipsa est, sanitas vero non à se, sed à Domini spiritu. sanatur autem cum renouatur. Decætero, libero arbitrio, nec extra ipsum quæratur damnationis causa, quod iam non damnat nisi propria culpa, nec ab ipso salutis merita, quod sola saluat misericordia, cuius quippe conatus ad bonum, & cassi sunt, si à gratia non adiuuentur, & nulli si non excitentur; proinde non ei à se, sed desursum potius à Patre luminum descendere merita putentur. Itaque non liberi arbitrij sed Domini est salus, imo ipse salus, ipse & via est ad salutem, qui ait Psalm. trigesimo quarto: Salus populi ego sum: qui item perhibet Ioannis decimo quarto. Ego sum via. se fecit viam qui, & salus erat, & vita, vt non glorietur omnis caro. Quid igitur? hoc ergo totum liberi arbitrij opus, hoc solum eius meritum, quod consentit? Est prorsus: non equidem quod vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso sit, cùm nec cogitare (quod minus est, quàm consentire) aliquid à nobis quasi ex nobis sufficientes simus; verba sunt non mea sed Apostoli, qui omne quod boni esse potest, idest cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate attribuit Deo, non suo arbitrio. Si ergo tria hæc, (hoc est bonum cogitare, velle, perficere) operatur in nobis, primum profecto sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit: siquidem immittendo bonam cogitationem, nos præuenit, immutando etiam malam voluntatem, sibi per consensum iungit, ministrando & consensui facultatem, foris per apertum opus nostrum internus opifex innotescit: sane ipsi nos præuenire nequaquam possumus, à Deo ergo sine dubio nostræ fit salutis exordium, nec per nos vtique nec nobiscum, verùm consensus, & opus etsi non ex nobis, non iam tamen sine nobis. Cauendum ergo ne cum hæc inuisibiliter intra nos ac nobiscum actitari sentimus, aut nostræ voluntati attribuamus quæ infirma est, aut Dei necessitati quæ nulla est, sed soli gratiæ, qua plenus est: ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum: sanat, cum immutat affectum, roborat, vt perducat ad actum: seruat, ne sentiat defectum: ita tamen quod à sola gratia cœptum est, pariter ab vtroque perficitur, vt mixtim, non sigillatim simul non vicissim per singulos profectus operentur: non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere individuo, peragunt; totum quidem hoc, & totum illa, sed vt totum in illo, sic totum ex illa. Credimus placere lectori, quòd à sensu Apostoli nusquam recedimus, & quaquauersum euagetur oratio, in eadem penè ipsius verba frequenter recidimus. Quid enim nostra aliud sonat quam illud, ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Quod sane non ideo dicit, quasi quis velle, aut currere possit in vanũ, sed quod is, qui vult, & currit, nõ in se, sed in eo à quo accipit, & velle, & currere debeat gloriari. Deniq; ait, Quid habes quod nõ accepisti? Suæ iustitiæ hominẽ Deꝰ voluit habere consortẽ, vt & coronæ faceret, promeritorem: in eo enim sibi iustitiæ consortem & coronæ statuit promeritorem, cum operum quibus erat illa repromissa corona, habere dignatus est coadiutorem: porrò coadiutorem fecit, cum fecit volentem, hoc est, suæ voluntati consentientem. Itaque voluntas in auxilium, auxilium reputatur in meritum: nec dubium quin à Deo sit & velle, & perficere pro bona voluntate, Deus igitur auctor est meriti, qui & voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati. Hæc Bernardus. Atque hæc breuiter, quo non nihil lucis huic sentẽtiæ afferretur.

CAPVT IIII.

POST HAEC VIDI: ET ecce ostium apertum in cælo, & vox prima, quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens. Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri citò. Post hæc, statim fui in spiritu. Et ecce, sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis, & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis sedilia viginti, quatuor, & super thronos, viginti quatuor seniores sedẽtes circũamicti vestimẽtis albis, & in capitibus suis coronæ aureę. Et de throno procedebãt fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis, tanquam mare vitreum simile crystallo, & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro. Et animal primum, simile leoni. Et secundum animal, simile vitulo: & tertium animal habens faciem velut hominis, & quartum animal, simile aquilę volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum: procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes. Dignus est Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

ARGVMENTVM CAPITIS.

POSTQVAM Ioannes septem minoris Asiæ Episcopos, & in eis vniuersos Ecclesiæ Prælatos ad munus suum ritè obeundũ adhortationibus, ac præceptionibus erudiuit; deinceps se ad vniuersæ Ecclesiæ statum describendum, persecutiones, victorias, palmas, denique omnia, quæ eius vsque ad finem mundi decursum complectuntur, commemoranda per visionum suarum ænigmata conuertit. Cum autem septem sint potissimæ huius operis visiones, vt initio diximus. Secunda hoc capite incipit ad principium vsque octaui pertingens, splendore & maiestate admirabilis. Hoc verò capite solum describitur Dei ipsius, seu Trinitatis maiestas, quæ Apocalypsim Christo, & per Christum Ioanni reuelauit; quemadmodum autem Deus sese per visum Ioãni ostenderit, ex his, quæ mox dicemus, planum fiet.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De secunda visione Ioannis.

Tota huius capitis visio imaginaria describitur.

SECTIO PRIMA.

I

PRIMVM. Ioãnes per visionem imaginariam, vidit ostium apertũ in cælo. Secũdò. Audiuit vocem tanquã tubæ secum loquentis, (vbi quẽadmodũ ex Græco cõtextu patet, illud, *Loquentis*, ad tubam refertur,) in hæc verba: *Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri citò.* Tertio. Ascendit eò in spiritu, ideſt, per visionem imaginariam: uiditque sedem in cælo posità, & quendam in ea sedentem, qui referebat colorem lapidis Iaspidis, & Sardij: vbi est aduertẽdum, non esse sermonem de Iaspide lapide vulgari, sed de Iaspide pretiosa gemma: de qua loquitur Plinius libro 37. cap. 8. vbi docet Iaspidem esse ex gemmis viridibus, reperiri etiam aeri similẽ, & cæruleam circa Thermodoontem amnem, purpuream in Phrygia, cæruleam ex purpurea in Cappadocia. Et cap. 9. eiusdem libri fusè disputat de Iaspidum generibus. Sardius autẽ est ex gemmis ardentibus, vt idem testatur eodem libro cap. 7. Quartò. Sedem, siue thronum circumquaque ambiebat pulcherrima Iris, in qua viridis color, præ cæteris eminebat; quod significatur cùm dicitur, *Similis*

Plinius. Iaspis hîc, gemma pretiosa.

visioni smaragdinæ. Est enim smaragdus viridium gemmarum præstãtissima. Quintò. In circuitu sedis erant sedilia vigintiquatuor, seu vigintiquatuor throni, vt habetur Græcè, in quibus sedebant vigintiquatuor seniores, amicti stolis albis, coronas aureas capitibus gestantes. Sextò. de throno illo, quem Iris ambiebat, fulgura, voces, ac tonitrua personabant, septemq; lãpades ante thronũ ardebãt: *Quæ sunt*, inquit Ioãnes, *septẽ spiritus Dei*: eratq; ante thronum tanquam mare vitreum simile crystallo. Septimò. In medio, & in circuitu throni erant quatuor animalia plena oculis, intus, antè, & retro, & in circuitu. Quorum animalium, primũ erat simile leoni. Secundũ, simile vitulo. Tertium, simile homini. Quartum, simile Aquilæ volanti, habentia singula alas senas, noctu, & interdiu sine intermissione dicentia, Sanctus Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Octauò. Dum animalia sic in throno sedentem laudarent, procidebãt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, adorantesq; proijciebant coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuã erant, & creata sunt. Atque hæc de imaginaria visione Ioannis; nunc ad mysteria veniamus.

Visio, in literali sensu explicatur.

Primumque, quid thronus, quis in throno sedens, & cur lapidi iaspidi, & sardio, similis dicatur.

SECTIO II.

1

DEVM ESSE qui in throno Ioanni apparuit, non Christum Dominum, vt plerique non rectè sentiunt, ex eo est perspicuum, quod capite 5. sequenti Agnus, qui Christum repræsentabat, accepit de manu sedentis in throno, librum illum signatum sigilis septem, quem solus ipse Agnus potuit aperire. Quare is, qui in throno residebat, proculdubio Dei maiestatem referebat, vt benè argumẽtatur Ioachimus: quam etiam sententiam sequũtur Richardus de Sancto Victore, & Glossa ordinaria. Per *thronum* plerique Angelos, alij sanctos accipiunt, vt Arethas. Alij Ecclesiam, vt Ioachimus, Rupertus, & alij juxta quam sententiam eleganter Rupertus obseruauit aperto ostio, sedẽ positã conspici in cælo; quia passo Christo, & per eum aditu in cælum patefacto, regnum Dei ita dispositum est, vt Deus in illo sedeat, Principe huius mundi foras eiecto: quam ob causam Regius vates Psal. 92. cùm dixisset, *Dominus regnauit, decorem indutus est; indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* continuò subiũxit: *Parata sedes tua ex tunc à seculo tu es*: vbi enim indutus Dominus decorem, & fortitudinem regnauit, ideſt, virgineam assumens carnem, & mortem resurgẽdo vincẽs, regnum peccati, mortisq; destruxit, ex tunc sedes eius parata est, ideſt, Ecclesia in cælo posita, confirmatum regnum, & imperium stabilitum. Verùm illa est germanior expositio, quam Glossa sequitur, intelligendum esse per *thronum* authoritatem, & potestatem Dei, Ecclesiæ præsidentis, eamq; summo consilio, & prouidentia administrantis, quemadmodum sæpe sumitur in sacris literis, veluti Esaiæ 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum*. Et Ezechielis 1. *Super firmamentum quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper.*

Quis in throno Ioãni apparuerit.

Ioachimus.

Richard. Vict.

Per thronum quid aliqui intelligant.

Aretha.

Rupert.

Psalm. 92. 1.

Passo Christo, Ecclesiæ regnũ stabilitum est.

Germanior throni expositio.

Esai. 6. 1.

Ezechiel. 1. 26

2

1. ratio. Ambrosius. Ansber. Cur Iaspidi, & sardio similis apparuerit Deus.

Cur vero Deꝰ, similis lapidi iaspidi, & sardio apparuerit, multiplex affertur ratio. Prima est Ambr. Ansb. qui existimat eum, qui sedet in throno, Christum repræsentare, ait per *Iaspidem* virentem gemmam indicari diuinitatem Christi; in cuius nimirum conspectu, & fruitione viror gloriæ immarcescibilis consistit: per *sardium* autem, qui gemma est rubens, humanitatem exprimi, quæ passionis tempore, sanguine rubuit, iuxta illud Esaiæ 63. *Quare rubrum est indumentum tuum.* Verùm quia eum qui in throno residet, non Christum, sed Deum ipsum esse, paulò ante probauimus, hac ratione prætermissa, est secunda D. Augustini, seu potius Tyconij, Bedę, Primasij, & Ruperti; in *iaspide*, qui aquæ colorem refert, diluuium aquę, quod iam præterijt. Per *sardium* ignei coloris, diluuium ignis, quod adhuc expectatur, significari. Addit Rupertus, quoniam inter vtrunque iudicium, per aquam videlicet & ignem diuina misericordia eluxit, tributo ad pœnitentiam tempore, idcirco in circuitu sedis Iridem, quæ signum est pacis, & clementiæ apparere. Tertia est Richardi de sancto Victore, virorem *iaspidis* significare immarcessibilem gloriam; ruborem *sardij* inferorum ignem, atque adeò Deum vtrunque colorem referre: quia electos virore gloriæ demulcet, reprobos autem ignis æterni comminatione deterret. Quarta est Ioachimi, qui Trinitatem in throno illo residentem agnoscens, in *iaspide* Patris personam considerat: in *sardio* Filium, in *smaragdo*, qui paulò post subiungitur; & in Iride Spiritum sanctum. Etenim cum Iaspis sit gemma viridis, in viriditate autem vita arborum, & herbarum posita sit. *Rectè*, inquit, *in Iaspide persona Patris exprimitur, quæ vitæ omnis principium est. In sardio autem, qui colorem refert sanguineum Filius indicatur, qui per assumptam humanitatem in passione rubicundus apparuit. Denique smaragdus qui viriditate præcellit, Spiritum sanctum designat qui per gratiarum suarum dona hominum corda ad spem gloriæ excitat.*

Esai. 63. 2.

Secunda. D. August. Tycon. Beda. Primasius. Rupertꝰ.

Tertia. Richar. Vict.

Quarta. Ioachimus.

Quinta ratio, quæ magis videtur mysterio visionis congruere, illa afferri potest; apparuisse Deum simile viridi iaspidi, & rubenti sardio, quia cum hoc loco Deus Ecclesiæ gubernatorem referat, opus fuit duo illa præsidia, quibus perfecta rerum publicarum administratio continetur, misericordiâ scilicet, ac iustitiâ præ se ferre: rectè enim iaspis propter viridem colorem bonæ spei symbolum, misericordiam; Sardius autem iustitiam propter ardorem exprimit. Sic etiam Ezechielis 1. ad idem significandum Dominus Prophetæ apparuit superiori parte speciem electri, quod paleas ad se attrahit; ignis autem omnia consumentis in parte inferiori similitudinem ostendens. Atque hæc duo in Deo tanquâ mundi Principe agnoscit Regius vates Psal. 88. cùm ait: *Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis.* Vbi vides tam misericordię, quàm iustitiæ mentionem fieri: quemadmodum exponunt D. Augustinus, & diuus Hieronymus.

3

Quinta ratio mysterio congruentior.

Iustus, & misericors apparet Christus, quia Ecclesiæ gubernator. Ezech. 1.

Psalm. 88. 9.

D. August. D. Hier.

Illud obiter obserua dici misericordiam ædificari à Deo, quasi proprium eius opus, appellariq; Deum hoc loco non iustitiæ, sed misericordiæ architectum, quia misericordia proprium Dei opus est, iustitia verò quoad vindictam, & animaduersionē, quodammodo alienum & peregrinū, quemadmodum disertis verbis docet Esaias cap. 28. *Vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* Quem locum Glossa ordinaria sic per interrogationem dispungit, *Irascetur vt faciat opus suum?* quasi dicat, minimè verò est opus suum irasci, & punire, sed alienū & peregrinum, vt statim subiūgitur, eodemq; modo exponit Interlinealis: alij sine interrogatione, sic in eādem sententiam interpretantur, *vt faciat opus suum*, id est, vt faciat quod

4

Misericordiæ, non iustitię architectus Deꝰ.

Esai. 28. 21.

Glossa.

facere

facere instituit, puniendo videlicet Hebræos: *alienum est opus eius*, ideſt non ex animo, ſed quodammodo coactus punit, quod clarius dixit Hieremias, Threnorum 3. *Non ex corde ſuo humiliauit, & abiecit filios hominum.* Simul etiã aduertit D. Hieronymus in eundem locum Pſalmi citati, miſericordiam ſemper à Deo ædificari, nec vnquam deſtrui. Itaque Deus miſericordiæ fabricam, quam molimur, continuo promouet, nec vnquam ab ea manũ amouet: quemadmodum ſignificauit Regius vates, Pſal. 76. illis verbis: *Nũquid miſericordiã ſuã abſcindet à generatione in generationẽ.* Vbi obſeruandũ eſt verbum illud *abſcindet*, quod indicat, Deũ filum miſericordiæ, quod ab æterno texuit, nunquam præſcidiſſe, ſed continuatã beneficiorum ſuorũ ſeriem abſque vlla intermiſsione continuaſſe, & continuaturum in poſterum, cùm tamen iuſtitiam non ſolum ipſe non ædificet, ſed & eius fabricam, quam impij ſuis ſceleribus erigunt ſæpę numero parcendo labefactet, quam ob cauſam eiuſmodi ędificij tã tùm initia, & præparationes deſcripſit Regius Propheta, cum ſubiunxit, *præparabitur veritas tua in eis.* ideſt, vel ipſa punitionis fundamenta, quæ impij ſuis ſceleribus iaciunt, per miſericordiam deſtrues, ita vt promoto miſericordiæ ædificio, vel ipſæ ad puniendum præparationes diruantur.

Thren. 3. 33.

D. Hieron.

Pſal. 76. 9.

Iuſtitię fabricam ab impijs erectam ſępe labefactat Deꝰ

5

Id, quod in noſtro *ſardio* licet videre, is enim vt auctor eſt. Plinius lib. 37. capite 7. oleo hebetatur; ſic enim Dei iuſtitia per miſericordiæ oleum hebetatur, & vincitur; quemadmodũ dicitur Iacobi 2. illis verbis. *Super exaltat autem miſericordia iudicium.* Græci legunt κατακαυχᾶται, ideſt, exultat aduerſus iudiciũ; quãquam aiunt ſumi, pro vincit, exuperat, & obtundit, quia ſcilicet victores victis inſultare ſolent, & aduerſus illos exultare quare ſenſus apud Græcos, ille eſt. Si miſericordia cum iudicio contẽderet, victricem futuram miſericordiã, quia *miſericordiæ Domini ſuper omnia opera eius.*

Plin.

Iacobi 2. 13.

Iuſtitię Dei, victrix miſericordia.

Ad eundem ferè modum dixit Paulus ad Coloſſ. 3. *Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris*: hoc eſt, vt pax in morem victoris, ac triumphantis dicatur exultare: Græcè eſt βραβευέτω, quod quidam ex Græcis, ſic interpretãtur, id eſt, *In certamine, iudicis fungatur officio.* Alij *Brauium ferat*, videlicet aduerſus liuorem, & contentionem, imo & aduerſus mundi pacem, quę paci Chriſti contraria eſt: cui contrarium eſt καταβραβεύειν, quo vſus eſt Apoſtolus ad Coloſſ. 2. *Nemo vos ſeducat*: nam pro *ſeducat*, eſt Græcè καταβραβευέτω hoc eſt, nemo vos fraudet in brauio, & præmio: cum enim aliquis in certamen deſcendens, per agonothetæ iniuſtitiam, brauium & debitam ſibi victoriæ palmam amittit, dicitur καταβραβεύεσθαι, hoc eſt, fraudari brauio, & præmio ſibi debito.

Ad Coll. 3. 15.

Coloſſ. 2. 18.

Sed vt ad priorem locum reuertamur, alij βραβευέτω, ſic interpretãtur, ideſt, præmij loco detur. Habet enim βραβεύω multiplicẽ vim: Theodoretus ſecundam expoſitionem ſequitur. *Pax Chriſti βραβευέτω, in cordibus veſtris, hoc eſt*, inquit, *ſiquis ab aliquo moleſtiam acceperit, habeat in corde pacem, Agonothetæ officio fungentem, & regentem.* Theophylactus eandem, & tertiam tradit. *Pax*, inquit, *Dei palmam ferat in cordibus veſtris: ſæpenumero*, inquit, *iniurias ſumus à quopiam affecti, & geminæ apud nos cogitationes certant: altera ad vindictam, ad longanimitatem altera nos incitans: ſi enim pax Dei in vobis ſteterit, vt iuſtus quiſquam Brabeuta, id eſt, iudex certaminis & arbiter, dederit & victoriæ palmam ei, qui iuſſerit vt ſis longanimis, ceſſabit aduerſarius tuus: ipſa igitur pax Dei, palmam ferat, non ira, non contentio, non humana pax, ea enim ex vltione naſcitur, ſed Dei.* Hæc Theophylactus. Vbi cernis eum duas expoſitiones, hoc eſt, ſecundam, ac tertiam complecti. Nos omnes eas, quas recenſuimus, probamus, ſed interim primam noſtram, quam attulimus vtpote cũ noſtra vulgata editione conſentientem, nec à verbi ipſius Græci proprietate abhorrentem eò appoſuimus, vt

6

Theodoret.

Pax Chriſti, mundi pacem quando vincat

Theoph.

teſtimonium

teſtimonium Iacobi citatum illuſtraremus. Cum igitur in Deo, tanquam in Eccleſiæ Principe, duæ illæ partes præcipuæ, miſericordia, & iuſtitia, in duplici hoc lapide expreſſæ, mirificè eluceant, maximum tamen inter eas diſcrimen cernitur, cùm de miſericordia dixerit Regius vates, *ædificabitur*; de iuſtitia, *præparabitur*.

Diſcrimen inter Dei miſericordiam, & iuſtitiam.

Quid ſit Iris in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ.

SECTIO III.

1

IOACHIMVS PRIMÙM exiſtimat per *iridem* Spiritus ſancti ſignificari perſonam, ſicuti paulò ante in iaſpide Patrē, in ſardio Filiū intellexit. Rationē ſimilitudinis eam affert, quia ſicut iris triplicem colorem refert, viridē, cœruleum, & rubicundum; ita Spiritus ſanctus primùm homini confert gratiam, vt credat: deinde vt operari valeat: poſtremò vt charitate ſit perfectus. Quā ob cauſam ait Spiritum ſanctum, primùm in ſpecie columbæ: deinde per inſufflationem: deniq; in igni fuiſſe conceſſū. Quòd verò *iris* in circuitu ſedis ſit, illud ſignificat, Eccleſiam vndequaque Spiritus ſancti prēſidio muniri, iuxta illud Pſalm. 124. *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui.*

Spiritus ſanctus iridi comparatur, ex Ioachimo.

Spiritus ſancti præſidio munitur Eccleſia. Pſal. 124. 2.

2

Secundò, Richardus de Sancto Victore in *Iride*, cùm ſpeciem arcus habeat, atque adeo belli ſignum præferat, putat ſignificari iudicium: eſſe autem in *circuitu ſedis*, quia tam à dextris quàm à ſiniſtris vniuerſos iudicis cōplectetur ſententia, quia vero ſmagdus partim viret, partim rubet, illud demōſtrat, iuſtos introducendos eſſe ad paſcua virentis gloriæ, malos autem ſempiternis ignibus addicēdos.

Richard. Vict.

Tertiò. Beda per *Iridem* ſanctos intelligit, qui in circuitu throni ſunt, quia Eccleſia vndique ſua interceſſione defendunt. Eſt enim Iris pacis ſymbolū, quę propterea ſimilis ſmaragdo dicitur; quia ſancti quò magis viriditatem futurę glorię expectant, eò magis ad cæteros protegendos animantur.

Beda. Sanctorum interceſsio tuetur Eccleſiam.

3

Quartò. Plerique, per *Iridem* Verbi incarnationem intelligūt, quæ viſioni ſmaragdinæ ſimilis dicitur: quia in incarnatione potiſsimū Dei miſericordia elucet, & ſpes omnis noſtra poſita eſt. Rationem ſimilitudinis eam affert Ansbertus; quia quemadmodum arcus cæleſtis diuini fœderis pignus, tunc apparet cùm radiis ſolis vmbrifera fuerit nubes illuſtrata: ita cum Patris Verbū, quod *candor eſt lucis æternæ*. Sapientiæ 7. & Sol iuſtitiæ, humanam ſuſcipiendo naturam irradiauit, ipſa humanitatis ſuſceptio, reconciliatio facta eſt mundi, quod diſertis verbis cecinit Eſaias cap. 19. cùm dixit: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.* Quo loco per *nubem*, humanitatem intellexerūt D. Auguſtinus tractatu 34. in Ioannem. Euſebius Cæſarienſis libro 1. demonſtrationis Euangelicæ cap. 4. & libro 8. cap. 5. & libro 9. cap. 2. D. Chryſoſtomus homilia 2. ex varijs in Matth. Cyrillus Alexandrinus, & Procopius in cōmentarijs ſuper Eſaiam. Quanuis alij Beatam Virginem interpretentur, in quibus eſt D. Ambroſius in exhortatione ad virgines, & in Inſtitutione virginis. Vtranque vero expoſitionem affert diuus Hieronymus in eundem locum Eſaię.

Ansbertus.

Verbi incarnatio iridi ſimilis.

Sapi. 7. 16.

Eſai. 19. 1

Humanitas Chriſti, nubes.

D. Auguſtin⁹ Euſeb. Cęſar.

D. Chryſoſt.

Cyrill. Alex. Procop.

B. Virgo, nubes. D. Ambroſ⁹.

D. Hieronym.

4

In hanc ſententiam plerique interpretantur illud Eccleſiaſtici 43. *Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo*, vbi Chriſtum per arcum intelligunt, cuius arcus duo cornua, duæ ſunt naturæ, chorda vero earum vnio, ſunt autem eiuſmodi cornua ad terram conuerſa, quemadmodum & in Iride, in ſig-

Eccle. 43. 12.

Chriſtus arcus cæleſtis.

num

num pacis,& fœderis cũ hominibus: quemadmodum etiam Iris triplicem colorem habet, cæruleum, viridem, & rubeum: ita Christus fuit cæruleus, quia cælestis, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth.15. *Secundus homo de cælo cælestis*. Viridis, per innocentiam vitæ, & gratiarum affluentiam. Rubicundus in passione. Cant.5. *Dilectus meus candidus & rubicundus*. Denique sagittę ab hoc arcu emissę non aliæ quàm amoris fuerunt, à quibus nimirum se vulneratam lætabatur sponsa. Cant.2. cũ dicebat: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*. Pro quo Septuaginta transtulerunt, *quia vulnerata amore ego sum*. Hunc ergo arcum iubemur respicere per imitationem; & Deum Patrem benedicere, quia illum mundo concesit.

1,Cor.15.47.

Cant. 5. 10.

Cant.2.5 Sagittę à Chrõ emissę, quę.

5

Iridis literalis expositio.

Maximè omnium literalis expositio ea nobis videtur, significari per Iridem diuinã misericordiã; cum Iris fœderis, & clementiæ symbolum sit, qua vndiq; Dei thron⁹ ambitur, quia vbique, & omnibus eam præstat. Ratio verò huius similitudinis duplex potissimùm afferri potest. Vna quia sicut Iris variorũ colorum, eorumq; pulcherrimorum speciem refert; ita Dei misericordia multiplex est, eaq; pulcherrima. Cæruleum colorẽ licet agnoscere in fide, quę tota cęlestis est, in spe, viridẽ, in charitate, rubicundum, inter medios, in reliquis donis gratiarũ, quæ Deus iustis liberaliter impertit. Altera. Quia sicut Iris gerit speciẽ arcus aduersus cælũ intenti, ita arcus noster, & arma ad Deum promerendũ, & quodãmodo vincendum, cælumq; ipsum expugnandum vna Dei misericordia cõtinentur. Sic enim eam appellauit Iacob Gen. 48. cũm dixit ad Ioseph filiũ: *Do tibi partẽ vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio, & arcu meo*. Vbi per *gladium*, & *arcũ*, Paraphrastes Chaldaicus cùm locũ ita transtulit, *Quã tuli de manu Amorrhæi oratione mea, & deprecatione mea*, proculdubio misericordiã diuinam intellexit, per quam Deus orationem Iacob exaudiuit: quippe cum nostræ deprecationes Dei misericordia innitantur.

Dei misericordia cur iridi comparetur.

Arma nostra, Dei misericordia.

Genc. 48.22.

Paraphr.Cald.

Atque hunc arcum Dauid in cælũ intendit, Psal.50. cùm dixit: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*, &c. Quam eandẽ ob causam *visioni smaragdinæ similis* dicitur, id est, viridi colore præstare: quia tota nostra spes, cuius smaragdus, propter viriditatem, est symbolũ, in Dei misericordia posita est, iuxta illud Psal.12. *Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui*. Et Psal. 41. *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum*. Vbi aduerte comparare se Dauidem oliuæ, cum de spe sua in misericordia Dei differit, quia sicuti oliua semper viret, ita qui in Dei misericordia confidit, quæ smaragdo viridissimæ gẽmæ comparatur, spem habet florentissimam, & semper virentem: vndè alio in loco ait. *Qui confidant in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem*. Psal. 124. Quod iuxta Hebraicam veritatem, sic est intelligendum: qui spem suã in Deo collocat: sicut mons Sion, qui in Hierusalem fixum habet locum, nunquam loco mouebitur, ita ipse nunquam deijcietur. Quanuis alij cum diuo Augustino duplicem sic distinguant sententiam: *Qui confidunt in Domino, erunt sicut mons Sion, & non commouebitur in æternum, quisquis habitat in Hierusalem*. Verùm prior distinctio Hebræo textui est congruẽtior, quam propterea sequutus diuus Hieronymus sic locum transtulit ex Hebræo: *Qui confidunt in Domino, quasi mons Sion immobilis, & in æternum habitabilis*. Accedit quod quemadmodum viridis color, vt ait Glossa, mirum in modum aspectum recreat, & roborat: ita nihil est, quod magis mortaliũ animos cõsoletur, quã Dei misericordia. Vides igitur Dei sedẽ vndiq; misericordiæ symbolo non solum am-

6

Psalm. 50.3.

Smaragd⁹ spei symbolũ.

Psalm.12.5.

Psalm. 51.10.

Sperãs Dauid cur se oliuæ comparet.

Psalm.124.1.

Immobilitas sperantis in Deũ.

D. Hieronym.

Glossa.

Misericordia, throni Dei ornatus.

Ezech. 1

biri, sed etiam exornari: quemadmodum & apud Ezechielem cap. 1. nubem illam ignibus inuolutam, quæ diuinam significabat iustitiam, splendor quidam fulgentissimus per circuitum ambiebat, ac pulchram reddebat: qui splendor symbolum erat diuinę misericordiæ, atque clemētiæ.

Quinam sint viginti quatuor seniores in totidē thronis sedentes.

In circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos, viginti quatuor seniores sedentes, circūamicti vestimētis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.

SECTIO IIII.

1

VIDIT Ioannes in circuitu throni viginti quatuor sedilia, seu thronos, vt habetur Græcè: & in ijs sedentes viginti quatuor seniores. Per eos D. Augustinus, seu Tyconius, Beda, & Primasius; vniuersam Ecclesiam intelligunt, iuxta illud Esaię 24. *Erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalem in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. In duodecim*, inquit Augustinus, *Apostolos, & præpositos; & in alijs duodecim reliquam Ecclesiam intellige.* Primasius eam affert huius numeri rationem, positos nimirum esse *viginti quatuor* pro Ecclesia vniuersa, quasi duodecim tribus duplicarentur propter geminum testamentum; *Nam quia* inquit, *in veteri testamento duodecim tribus fuerunt, & in nouo duodecim Apostoli Ecclesiæ fundatores, recte numerus viginti quatuor seniorum vniuersam Ecclesiam significat.* D. Gregorius in librum primum Reg. cap. 9. locum hunc expendens cōcionatores interpretatur. *Seniores*, inquit *sancti sunt prædicatores maturi sensu, moribus graues, qui thronum Dei iuxta positis sedibus ambiunt: quia qui præ cæteris conditorē diligunt, per altissimam conuersationem ei viciniùs requiescunt.*

D. Augustin⁹. Tycon. Beda. Primasius. Esai. 24. 23.

Per viginti quatuor senio res, vniuersa designatur Ecclesia.

D. Gregor.

Communis tamen expositio, quā sequuntur Glossa, Richardus de S. Victore, Rupertus, Pānonius, Ioachim⁹. & alij, est. Per *viginti quatuor seniores* intelligēdos esse præstātissimos quosq; sanctos, ac præcipuè prælatos, & Doctores vtriusq; testamenti, qui numerus ex duodecim Patriarchis, & ex duodecim Apostolis conficitur, cum enim numerus duodenarius dicat vniuersitatē, in duodecim Patriarchis præstantissimi quiq; sancti veteris testamēti, & in duodecim Apostolis excellentes viri testamēti noui, optimo iure accipiūtur: qui *seniores*, tū propter antiquitatē, tum propter morū, doctrinæq; grauitatē appellantur: quā eandem ob causam in thronis sedēt: quia in fine mundi iudicabunt.

2

Glossa. Richard. Vict. Rup. Pannon. Ioachimus.

Primò est obseruandū. Sedilia, siue thronos in cælo post Christi Dñi in cęlum ascensum apparuisse, quia tunc primùm patuit sanctis in gloriā aditus, eisq; sedilia ad sedendum concessa sunt, in cuius rei typum, & significationē, cum intra Sancta sanctorum, siue tabernaculi Mosaici, siue templi Salomonis, nulla essent sedilia, nihilominus intra Sancta sanctorū eius tēpli, quod describit Ezech. à cap. 40. multa sedilia sunt visa. Sic enim latera illa sexaginta sex per circuitum, quorum fit mentio cap. 41. interpretantur Hugo Cardinalis, Dionys. Carthusianus, & alij. E quibus quadraginta ponunt in ea parte templi, quæ appellatur *Sancta*, reliqua. 26. in ea, quæ *Sancta sanctorum* dicitur. De cuius sententiæ probabilitate superioribus annis dum Ezechielem interpretaremur, fusè disseruimus.

3

Per Christi ascensionem patuit aditus in cęlum.

Ezechiel. 40.

Hugo Card. Dion. Cart.

Illud modò dumtaxat ex Hugonis, & Dionysij expositione colligimus, in Sanctis sanctorum templi Salomonis nulla fuisse sedilia, quia vacua omnino fuissent, cùm eò solus Pontifex

4

semel

semel in anno ingrederetur, vt ait Paulus ad Hebræos 9. Quo simul etiam significabatur nemini eo tempore ad gloriam aditum patuisse, eāq; ob causam supernacanea fuisse sedilia. At vero, quia post passionē Christi liber patet aditus ad sāctaSanctorum cœlestia, id circo in Sanctis Sanctorum eius templi, quod in Ecclesiæ typum à Christo fundatę fuit, Ezechieli ostensum, oportuisse, vt multa sedilia ponerentur, in quibus federēt ij, quibus salus contingeret: atque in ijs excellunt hæc viginti quatuor sedilia, siue throni, in quibus viginti quatuor seniores, idest, Prçlati, Doctores & præstantissimi quique vtriusque testamenti heroes, tamquam reliquorum parentes, fundatores, ac iudices, sublimioris gloriæ, & honoris prçrogatiua eminerent.

Hebr. 9.

Cur sancta Sāctorum Salomonis sedib⁹. vacua, Ezechielis vero templi Sancta visa cum sedilib⁹.

5

Secundò. Aduertendum est, nusquam in sacris literis, Angelos sedentes in cælo apparuisse, sed Deum, & homines, vt ex eo exploratum sit quāto honore post Verbi incarnationem homines, Angelis antecellant, siquidem homines in thronis considentes; Angeli vero perpetuò, vel stantes, vel ministrantes apparent, vt est perspicuū ex capite 6. Esaiæ, vbi ita legimus: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea quæ sub ipso erant replebant templum, Seraphim stabant subter illud.* Et apud Danielem capite 7. *Millia millium ministrabant, & decies centena milliū assistebant ei.* Et Tobiæ 12. *Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum.* Vnde iam colliges cum D. Bernardo sermone secundo de tribus testimonijs, & sermone de sancto Benedicto Abbate, quanta fuerit Luciferi elatio, qui vniuersis Angelis stantibus, ipse solus sedere præsumpserit, cum dixit, Esaię 14. *Super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, Siccine,* inquit Bernardus, *vbi stant omnes, vniuersi ministrant, tu pacis inimici sedebis? quid laborasti vt iam sedeas?* E contrario ad Apostolos dixit Christus, Matthæi 19. *Sedebitis & vos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Et de Ecclesia vniuersa dixit Paulus ad Ephesios 2. *Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos in Christo, (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu.* Ex quo mirum in modū resplendet Dei in homines amor, & beneficentia, qui propter Christum ad tam sublimem eos honoris gradū euexit, vt in nobilissima illa curia, tot principibus, idest, Angelis stantibus, & ministrantibus coram Deo in diuinitatis suæ throno residente, ipsi quoque in thronis pulcherrimis, glorioſi consideant.

Quanto honore post Incarnationem Angelis homines antecellant.

Esai. 6. 1.

Dan. 7. 10.

Tob. 12. 15.

Luciferi elatio, quanta. D. Bern. Esai. 14. 13.

D. Bern

Matt. 19.

Ephes. 2. 4.

Amor Dei in homines.

6

Tertiò, apparuerunt ijdem viginti quatuor seniores *circumamicti vestimentis albis*, quæ Glossa interpretatur virtutes, quibus sancti & teguntur, & albent. Richardus de sancto Victore, munditiam castitatis, & boni operis. Pannonius, castitatem, & sapientiam. Dionysius Carthusianus, castitatem. Rupertus æternam iucunditatem. Alij, gloriam corporis. Nobis tamen, vero similius videtur, aut virtutum ornamenta: aut gloriam animæ accipiendam esse. Cum enim hęc apparitio, Ecclesiæ statum ante illā generalē resurrectionē repręsentet, & per viginti quatuor seniores excellentiū sanctorū multitudo, qui in vtroq; testamento, sanctitate, doctrina, & gubernandi prudētia floruerūt, intelligatur, quorū pauci cum Christo in corporibus glorioſis in cælū ascenderunt, non possumus per vestimēta alba gloriā corporis, sed aut virtutum pulcherrima ornamēta, aut certè gloriā animæ intelligere. Atq, eandem gloriā exprimūt coronæ aureæ, quæ in singulorū capitibus apparuerunt: cur verò gloria *coronæ* similis dicatur, fusè iam superiùs explicauimus: significant etiā Regiā potestatē, verè enim Beati sunt Reges, de qua re, quia iam suo loco diximus, non est cur eadem replicemus.

Glossa.

Richar. Vict.

Pánon.

Diony. Carth. Rupertus.

Per vestimēta alba quid accipiendum.

Beati verè reges.

Quænam sint fulgura illa, voces, ac tonitrua, quæ de throno procedere visa sunt.

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.

SECTIO V.

1



Æc omnia ad statum præsentis Ecclesiæ pertinent. Per *fulgura*, communis expositio, (quæ etiam est D. Augustini, seu Tyconij, Ruperti, Richardi de sancto Victore,) miracula intelligit, quæ Deus per seniores illos, ad mundi conuersionem edidit, & nunc etiam edit, edetque vsque ad finem mundi. Per *voces, ac tonitrua*, Diuini verbi prædicationem, eo tamen discrimine, quòd *voces* exprimunt tẽperatas admonitiones mediocriter auribus insonãtes. *Tonitrua* verò terrificas de futuro iudicio, pœnisq; impiorum comminationes. Præterea etiam sublimes de Christi diuinitate, diuinisq; etiam perfectionibus, ac secretioribus fidei arcanis conciones: quemadmodum exponit Pannonius. Rupertus aduertit, quia Sancti, non à se ipsis, id est, à propria potestate; sed ex virtute diuina edunt miracula; idcirco fulgura, non à sedibus seniorum, sed de throno Dei procedere, cuius solius est vera patrare miracula.

D. August. Tycon. Rupert. Richar Vict.

Pannon. Rupert.

Ex virtute diuina sãcti edũt miracula.

2

Atque hinc primum habes concionatorem Euangelicum pro ratione loci, temporis, atque auditorum, accommodare debere cõcionem: siquidem vti diximus, *voces* hoc loco tum temperatas admonitiones, tum faciliores ad intelligendũ, de moralibusq; rebus tractatiões: *tonitrua* verò tum terrificas comminationes, tum altiorem de sublimibus rebus sermonem significant: quos omnes dicendi modos vsurpare debet concionator Euangelicus: accommodatè ad auditorum conditionem de diuinis rebus disputans, quam concionandi formam seruabat Apostolus vt ipsemet testatur 2. Cor. 5. cùm ait: *Siue enim mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis*: hoc est, si altiora & sublimiora prædicamus: id ad explicandam Dei naturam, cõmẽdandamq; eius gloriã, præstamus: si autem mediocria loquimur, id vestri causa facimus, vt nos vestro captui, capacitatiq; accõmodemus: habes etiam huius rei illustre exemplum in Ioanne Apostolo, qui singulos pro suo captu, & conditione admonebat, vt est perspicuũ ex illis verbis primæ eius epistolæ c. 2. *Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum.* Vndè si aduertis Ioannes accommodatè ad ætates, & conditiones loquitur. Tres enim ætates connumerat, puerorum, iuuenum, senum: & vnicuique quod congruũ est, tribuit. Nam quia pueri per ignorantiam, & inscitiam labuntur, ait quod illis peccata remittuntur, quoniam peccatum ex ignorantia, quod proprium puerorũ est, maiorem aliquam excusationem cõtinet: & quia ijdem pueri interdum per ætatem parentes non agnoscunt, ideo, ijs quodammodo blãditur, laudans quod Patrem cęlestem cognoscãt. Senũ illud est propriũ, quod prisca & antiqua in ore habeãt: cũ igr Patre ętcrno nihil sit antiqui⁹, cũ sit æternus, ideirco eis laudi tribuit, quod nouerint patrẽ illũ, qui ab initio est, hoc est ex æternitate. Denique quia adolescentes & iuuenes valẽt robore, ac de viriũ magnitudine, corporisq; firmitate

Quam concionandi formam seruare debeat concionator Euangelicus.

2. Cor 5. 13

1. Ioan. 2. 12.

Vnumquéque pro suo captu admonebat Ioãnes.

firmitate gloriari solent, iactareq; se, quod victorias consequantur, propterea illos gaudere iubet quod *malignum*, idest dæmonem superarint.

3

Illud deinde notandũ est, pulchrè per *fulgura* significari miracula, cuius similitudinis ratio multiplex est. Prima, quia vt ait Ricardus de sancto Victore: sicut fulgura longè clarèque coruscant, iuxta illud Matt. 24. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem*: sic miraculorum splẽdor, & fulgor latè multorum commemoratione funditur, plurimosque vel ad fidem conuertit, vel iam conuersos in fide confirmat: atque idcirco miracula, splendor, & coruscatio armorum Dei appellantur. Abacuch cap. 3. vbi pro eo quod ex Hebræo transtulit Hieronymus, *In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ*, Septuaginta reddiderunt, *in lumine iacula tua ibunt, in splendore seu coruscatione fulgoris armorum tuorum*. Quem locum in hanc sententiam expendit. Diuus Gregorius libro 30. Moralium capite 3. *Fulgor*, inquit, *armorum est claritas miraculorum, armis nos tuemur, iaculis aduersa destruimus, arma ergo cum iaculis sunt miracula cum prædicatione. Etenim sancti verbis prædicationis, quasi iaculis aduersarios feriunt, miraculis vero quasi armis se tuentur, vt & quantum sint audiendi, sonent per impetum iaculorum, & quantum sint reuerendi, clarescant per arma miraculorum.*

Richar. vict.

Matth. 24. 27

Per fulgura cur significentur miracula

Abacuch. 3. 11.

D. Hieronym.

Miracula armorum Dei coruscatio, ex D. Greg.

4

Secunda. Quia sicut fulgura è nubibus egrediuntur, ita è sanctis prædicatoribus miracula, atq; adeo cùm miracula appellantur fulgura, tacitè innuitur sanctos esse veluti nubes, quo nomine censentur. Esaiæ 5. *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eos imbrem*, & capite 6. *Qui sunt isti qui vt nubes volant*. In hunc sensum D. Augustinus accepit locum illum Psalm. 96. *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, & commota est terra. Misit*, inquit, *Dominus Apostolos, prædicatores, & sanctos veluti nubes, videbantur homines, & contemnebantur: quemadmodum nubes videntur, & contemnũtur, antequam de eis exiliat, quod mireris: erat illi quidem homines infirmi, carnem portantes, sed erat in illis quod fulgoraret, erat quod coruscaret; accedebat Petrus homo piscator, orabat, & surgebat mortuus, forma humana nubes erat, splendor miraculi coruscatio erat: rectè autem adiungit, Vidit, & commota est terra, quia tota terra commota est fulgoribus de illis nubibus erumpentibus.* Eodem sensu D. Gregorius libro 30. Moralium cap. 3. exponit illud 38. *Nunquid mittes fulgura & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus. Fulgura*, inquit, *ex nubibus exeũt, cum mira opera ex sanctis prædicatoribus ostẽduntur, qui idcirco nubes vocari solent, quia & coruscant miraculis, & verbis pluunt: & quia humana corda istis miraculorũ fulgoribus conturbãtur, dicitur Psalm. 17. Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.*

Mitacula è sanctis vt è nubibus fulgura egrediuntur.

Esai. 5. 6.

D. August. Psalm. 96. 4.

D. Gregor. Iob. 38. 35.

Psalm. 17. 15.

5

Tertia. Quia sicut fulgurum coruscationem pluuia consequitur, ita miraculorum splendorem consequitur pœnitentia, compunctio, & lacrymæ peccatorum ante actæ vitæ, errores, & cœcitatem lamentantium: vtrunq; significauit vnum quidem in literali sensu, alterum in mystico Regius vates, cum dixit Psalm 134. *fulgura in pluuiam fecit*. Inquem locum (vt hoc obiter dicamus) eleganter annotauit ad literam D. Augustinus, voluisse Deum, vt post fulgura pluuia sequeretur; quia fulgura sine pluuia terrerent, & nihil vtilitatis afferrent mortalibus, itaque voluisse, vt post fulgurum terrorem, refectio pluuiæ sequeretur: sic enim ille omnes suas comminationes in bonum tandem nostrum, & vtilitatem conuertit, iuxta illud Tobiæ 3. *Post tempestatem trãquillum facit*. Nec minus elegans est D. Hieronymi in eum locum obseruatio, quam reperies in eius commentarijs super tertium caput Marci, *fulgura in pluuiam fecit, vt extinguat misericordia, quod iudicium inurit.*

Miracula, compunctio, & lacrymæ consequuntur.

Psalm. 134. 7.

D. August.

In bonum nostrum cõminationes suas cõuertit Deus.

Tob. 3. 22. D Hieron.

6

Quarta. Cum *fulgura* in sacris literis nonnũquã pro fulminibus vsurpentur, (nec enim dubitandum est, fulmina fuisse illa, quibus Deus Ægyptios oppressit, quæ tamen Exodi 9.

Exod. 9. 2. Regum 22. Psal. 17.

Regum 22. & Psalm. 17. fulgura nuncupantur.) Illud etiam ad miraculorum vim explicandã pertinet, quòd sicut fulmina integro exteriùs manẽte corpore, vniuersa ossa comminuũt & loculis integris pecuniam conflant & manente vagina, ensem liquefaciunt, ita Deus per miraculorũ suorum fulmina infideles, & peccatores sic interdum afficit, vt cum exteriùs similes alijs remaneãt, in carne videlicet ambulantes, non tamen secundum carnem militent, vt dixit Paulus

2. Corint. 10.

2. ad Corinthios 10. sed omnem cordis duritiem intrinsecùs amittant, & diuino amore liquefacti in Deum ferantur. Denique diuitijs, ac secularibus honoribus contemptis, se Deo deuoueant, ita vt à cælesti aliquo fulmine percussi videantur, quod in suis laboribus, qui etiam instar fulminum sunt, videtur Dauid agnouisse, cùm dixit, Psalm. 41. *Dum confringuntur ossa mea, exprobauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.*

Psalm. 41. 11.

7

Secundo. Notandum est Recte etiam per *tonitrua* sublimes, ac terrificas conciones significari, tum propter admirationem, quam altissima fidei mysteria auditorũ mentibus injiciunt; tum propter terrorem, quem ex pœnarum inferni commemoratione peccatoribus incutiunt; quibus potissimum de causis filij Zebedæi Iacobus videlicet, & Ioannes appellati sunt à Christo, *Boanerges*, idest filij tonitrui Marci 3. quod Hebræa phrasi idẽ est quod *tonitrua*: sicut filij iniquitatis p filio iniquo, & filij perditiõis pro perdito filio ponitur. Ratio verò est, quia altissima fidei mysteria, & formidanda malis præparata iudicia admirabili, ac terrifico cõcionis reboatu tonuerũt; præcipue vero Ioannes, qui mox Euãgelij sui initio altissimè intonuit, dicens. *In principio erat verbũ, & verbum, erat apud Deum &c.* Accedit, quod tonante cœlo ceruæ pariunt, cum enim difficillimi sint partus, vt habes Iob 34. audito tonitru præ timore pariunt; quod ad literam sig-

Iacobus, & Ioannes eurBoanerges à Christo dicti.

Marc. 3.

Ioann. 1.

Iob. 34.

nificauit Regius vates Psal. 28. cùm dixit: *Vox Dñi præparãtis ceruos*: vbi *ceruas* legendum videtur ex textu Hebræo: qui habet אילות aialoth, quæ terminatio manifestè fœminea est. Si enim *ceruos* legendum esset, oportuisset dicere אילים aialim. Græcum autem ἔλαφος vtrumque significat, quare alij cum diuo Hieronymo ex Hebræo transferunt, *vox Domini obstetricans*, seu parturire faciens ceruas. vbi per *vocem Domini* tonitruum intelligitur, sic igitur etiam peccatores, qui ceruis propter timorem cõparantur, iuxta illud Prou. 18. *Fugit impius nemine persequente*, quĩ etiã difficilẽ, ceruarum instar spiritualem conuersionis fœtum emittunt, audita terrifica quadam de iudicio, & inferni cruciatibus, cõcione, quasi tonitru audito pariunt, & conuertuntur. Quemadmodum ipsi confitentur Esaiæ 26. *A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis*: quanquam enim in Hebræo illud *A facie tua*, ad præcedentem sententiam pertineat, tamen Septuaginta ad sequentem retulerunt, sic locum trãsferentes *propter timorem Domini in vtero accepimus &c.* Eodemque modo legit D. Augustinus in Psalmum 47. super illa verba, *Ibi dolores vt parturientis.* Et D. Ambrosius libro 2. De interpellatione Iob. capite 4. Hanc etiam peccatorum conuersionem, quæ per miraculorũ, & magnorum auxiliorum vim perficitur, habet typicè expressam in subuersione curruum Pharaonis, de qua est sermo Exodi 14. *Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum, subuertit rotas curruum*: eam enim rotarum & curruum subuersionem simul tonante cælo contigisse docuit Regius vates Psalm. 76. cùm dixit: *Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitrui tui in rota.* Vbi *rota* pro rotis, idest curribus posita est: sic etiã ad terrificum diuinarum comminationum tonitrum rotæ curruum dis-

Psalm. 28. 3.

D. Hieron.

Peccatores ceruis similes ob timorem.

Prouerb. 18. 1

Esai. 26. 18.

D. August. Psalm. 47. 7.

D. Ambros. Diuinarum cõminationum vis ad conuertendos peccatores.

Exod. 14. 24.

Psalm. 76. 17.

sipantur.

sipantur. Ideſt impiorum faſtus & ſuperbia deſtruitur; & in humilem ad ſuaue Euangelij iugum, ſubiectionem commutatur.

Quid ſint ſeptem lampades ardentes ante thronum.

Et ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

SECTIO VI.

1 QVID per ſeptē lampades, quę ante thronum Dei ardebant, intelligendū ſit, Ioānes ipſe explicauit, cùm dixit: *Et ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.* Per hos autem ſeptē ſpiritus, quidam vniuerſitatem Angelorum; plures ſeptem Spiritus ſancti dona accipiunt. Verùm cùm nos iā primo capite dixerimus, per ſeptem hoſce ſpiritus, intelligendos eſſe ſeptem prę cipuos Angelos rebus humanis prę ſidentes, ſicuti intellexerunt Irenæus, & Clemens Alexandrinus, quos hoc loco citat Arethas, illud dumtaxat explicandum ſupereſt, cur lampadibus ante thronum Dei ardētibus comparentur. Illa igitur eſt ratio potiſsima. Quia nimirum ſeptem iſti Angeli fideles in fidei caligine, vitæq; huius tenebris verſantes, per inferiorę s Angelos, & interdum etiam per ſeipſos, tanquam ſplendidiſsimæ lampades illuminant: quam eandem ob cauſam aſtra matutina appellātur, Iob 38. *Vbi eras, cùm me laudarent ſimul aſtra matutina?* Quo loco Patres per *aſtra matutina* Angelos accipiunt, veluti D. Gregorius, & D Hieronymus in commentariis eius loci.

Irenę. Clemēs Alex. Arethas.

Septem prę cipui Angeli cur lampades dicā tur.

Iob. 38.7.

D. Gregor. D. Hieron.

2 Sunt autem hæ lampades continuò *ante thronum Dei*, id eſt, omnibus expoſitæ, vt ex illis quicumq; voluerint, lumen ſibi mutuari poſsint, vndè ad idem ſignificandum, diuerſa tamē ſimilitudine, ex candelabro illo aureo apud Zachariam, capite 4. ſeptem lucernis conſtante, quod Eccleſiam repræſentabat, ſeptem Spiritus ſancti donis illuſtratam, ex duobus roſtris aureis, ideſt, quibuſdam veluti clauis dependebant ſeptem infuſoria, ideſt ſeptem vaſa, in quibus ſeruabatur oleum, quod in lucernas mitteretur, quemadmodum plerique interpretantur, de qua tamen interpretatione in noſtris ſuper Zachariam commentarijs, quid ſentiendum ſit docemus. Quæ infuſoria Arias Montanus in cō mentarijs ſuper Zachariam interpretatur cæleſtes ſpiritus ad diuina beneficia Eccleſię miniſtranda, deputatos, iuxta illud ad Hebr. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Cernis igitur Angelos, non ſolum lāpades eſſe, quæ luceant, ſed etiam vaſa aurea diuinorum beneficiorum, & gratiarum pleniſsima; quas cupiunt fidelium mentibus tanquam lucernis infundere: rectè enim omnia diuina beneficia olei nomine intelliguntur, cum ex Dei miſericordia proficiſcantur. Meritò etiam hæ lampades ardere viſæ ſunt; quia Angeli quantum eſt ex ſe, quos illuminant, accendunt, & Dei amore inflāmant. Vnde, & in ſacris literis ſub ignea potiſsimum ſpecie deſcribuntur, quemadmodū tradit Dionyſius Areopagita in ſua cæleſti Hierarchia cap. 25.

Zach. 4.

Arias Mon.

Hebrę. 1. 14.

Angeli, vaſa gratiarum pleniſsima.

Angeli quos illumināt, Dei amore accendunt.

Dion. Arop.

Quod ſi in gratiam communis opinionis velis per *ſeptem hos ſpiritus* ſeptem Spiritus ſancti dona intelligere, rectè illa etiam lampadibus comparantur, cùm ijs iuſtorum mentes illuſtrentur, beneficio Chriſti Domini, ex quo veluti flore hi pulcherrimi donorum fructus pullularunt, ideirco enim Eſaias, cùm de donorum Spiritus ſancti germinatione ex Chriſto locutus eſt, florem Chriſtum appel-

3

Spiritus ſancti dona mentem illuſtrant.

lauit.

Esai. 11. 2

lauit. Sic enim ait capite 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini*, quia nimirum ex Chriſto tanquam exflore ſeptem hîc dona, non ſolum veluti odores ſuauiſsimi, ſed etiam vt fructus pulcherrimi orta ſunt, & vniuerſam Eccleſiam impleuerunt. Ardentes autem hæ lampades viſæ ſunt, quia Spiritus ſancti dona ſemper charitatem comitantur, atque adeo continuò ardent: ſunt enim hæc dona quemadmodum, & virtutes morales infuſæ, veluti pediſſequæ charitatis, quę eam quaſi Reginam ſemper proſequuntur.

Ex Chriſto vt ex flore pullulant Spiritus ſancti dona.

4

Sed cur *ante thronum*, inquies, *ardent*? quia vt ait Gloſſa, dona Spiritus ſancti ſemper parata ſunt dari ſe diſponẽtibus; quare ſeptẽ hæ lãpades ſemper *ante Dei thronum ardentes*, ſignificant Deũ prõptiſsimũ eſſe, & paratiſsimũ ad cõferendã omnibus gratiã. Quam etiam ob cauſam eadem Spiritus ſancti dona brachia appellantur, quia Deus vniuerſos cupit ãplecti, & quæ propterea è cœlo in terram porrigit, ad complectendos vniuerſos. Sic enim Rupertus libro 2. in Deuteronomium, capite vigeſimo, exponit illud Deuteronomij 33. *Non eſt Deus alius vt Deus rectiſsimi aſcenſor cæli, auxiliator tuus magnificentia eius diſcurrunt nubes, habitaculum eius ſurſum, & ſubter brachia ſempiterna. Quid eſt*, inquit Rupertus, *habitaculum eius ſurſum, & ſubter brachia ſempiterna? niſi quod Chriſtus aſcendit in cœlum, ſedenſque ad dexteram Patris habitat ſurſum, & exinde porrexit huc brachia ſua ſempiterna ideſt ſancti Spiritus ſui dona fortiſsima.* Atq; hæc Dei prõptitudo, ſignificatur Eſaiæ 65. vbi Deus ipſe ita loquitur *Inuenerunt, qui non quærebant me, dixi, ecce ego ecce ego, ad gentem, quæ neſciebat me, & quæ non inuocabat me.* Sanè non aliam ob cauſam Deus inuenitur à non quęrentibus, niſi quia ipſe omnibus ſe offert & omnes vias intercipit, vt ita in eum omnes, vel inſcij, & imprudentes incurrant, nec eo contentus præterea clamat, *Ecce ego ecce ego*. Id quod etiam Chriſtus de ſe ipſo ſignificauit cum dixit Canticorum 2. *Ego flos campi*. Vbi obſeruandum eſt cum Beda in commentarijs eius loci, non ſe appellaſſe *florem horti*, qui non omnibus patet, ſed *campi*, qui eſt omnibus expoſitus, ita vt eum omnes liberè poſsint decerpere, *Quaſi diceret*, inquit Beda, *flos ſum campi, quia per totius orbis latitudinem odoris mei gratiam innoteſcere cupio*: quò videtur alluſiſſe Simeon, cùm Lucæ 2. ita cecinit. *Viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum.*

Deus paratiſsimus ad conferendã gratiã.

Rupert.

Deut. 33. 20.

Esaias 65. 1.

Omnibus ſe offert Deus.

Cantic. 2.

Beda.

Lucę 2.

Quid accipiendum ſit per mare vitreum cum dicitur.

Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile chryſtallo.

SECTIO VII.

1

QVOD attinet ad *mare vitreum ſimile Chryſtallo*; quanquam Ioachimus exiſtimat eſſe ſacram Scripturam, quę *mare vitreum* dicitur, quia in ea poſſunt omnes contemplari ſpecies facierum, vt quales ſint ſe ſinguli cognoſcant: communis tamen expoſitio, quam ſequuntur Rupertus, Auguſtinus, ſeu Tyconius, Beda, Richardus de ſancto Victore, Primaſius, Pãnonius: & Gloſſa, eſt per *mare vitreum* intelligendum eſſe Sacramẽtum Baptiſmi, quod in conſpectu eſt diuini throni, quia omnis qui ad *thronum* Dei cupit accedere, debet per Baptiſmi mare tranſire, & illuminari à ſeptem illarum lampadum clariſi-

Ioachimus.

Rupert. Auguſtinus. Tyconius. Beda. Richar. Vict. Primaſius. Pannon.

Baptismus cum mari comparetur.

mo lumine, quæ etiam *ante thronum* esse memorantur. Iuxta quam expositionem, Baptismus, primùm appellatur *mare*: quia in eo vniuersa iniquitas suffocatur & perimitur: quam ob causam Paulus 1. ad Corinthios 10. Eundem Baptismum cõparauit mari rubro, in quo Ægyptijs submersis Hebræi incolumes in alterum maris littus euaserunt. *Patres*, inquit, *nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trãsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.* Quam eandem similitudinem vsurparunt Tertullianus libro de Baptismo: & Origenes homilia 5. in Exodum, vbi sic ait: *Tu baptizaris in Christo in aqua, & in Spiritu sancto, scias insectari post te Ægyptios, id est, Spirituales nequitias, sed tu descendis in aquam, & euadis incolumis, Ægyptij verò sequentes demerguntur in Abyssum.*

1. Cor. 10.

Tertullianus.

Origines.

2

Quòd verò *vitreum* dicitur, variè exponitur. Prima ratio est Richardi de sancto Victore, quia nimirum in baptismo puritas, & claritas confertur diuinæ cognitionis; quam ob causam Græci Patres, Baptismum, φωτισμὸν, ideſt, illuminationẽ appellarunt: veluti Dionysius Areopagita cap. 2. Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Clemens Alexandrinus libro 1. Pædagogi cap. 6. Gregorius Nazianzenus oratione de baptismo, D. Chrysosthomus homilia ad baptizatos: imò & Paulus Apostolus, cùm dixit ad Hebræos 2. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, &c.* Quo loco *illuminati*, idem est quod baptizati. Secunda est Bedæ, Primasij, Ruperti, similitudinem vitri ad fidẽ referentium, quam in baptismo profitemur; quia videlicet sicut vitrum non aliud intus continet, quàm quod foris perspicitur, ita qui ad baptismum accedit non aliud debet corde credere, & aliud ore confiteri, iuxta illud ad Romanos 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Tertia est Hugonis Cardinalis. Quia sicut vitrum totum solis radijs est peruium, ita anima in Baptismo abluta, Deo tanquam soli peruia est, vt ab eo omni ex parte gratiæ donis illustretur. Denique subiungitur *Simile crystallo*: Primum ad vim sacramenti explicandam: quia enim crystallũ, vt annotauit Beda, de aqua in glaciẽ, de glacie in gemmam pretiosam cõcrescit, rectè baptismi gratiam exprimit, quæ lapis pretiosus est ex baptismi aqua coalescens. Deinde vt exponit Glossa, & Ansbertus, quia sicut in crystalli generatione, glacies hyemali pressa frigore post plurimorum annorum curricula in fortitudinem petræ obduratur, ita electorum fides inter pressuras, ac tribulationes, per incrementa temporum ad firmitatem perducitur. Denique Rupertus refert vitrũ ad præsentem statũ, crystallum ad futurum post resurrectionem, quia nimirum fideles modo vitrei sunt, ideſt, lucidi quidẽ, sed mortalia corpora portantes, at post resurrectionem similes erunt crystallo, id est, solidi, & vita immortali perfruentes; iuxta quam expositionem rectè crystallo comparantur gloriosa corpora, tum propter immortalitatis soliditatem, tum propter claritatis, qua præstabunt, excellentiam.

Richar. vict.

Baptismus illuminat.

Dion. Areo.

Clemens Alc.

Greg. Nazian.

D. Chrysost.

Ad Hebr. 2.

Beda.

Primasius.

Rupert.

Beda.

Ansbertus.

Rupert.

Fideles nunc vitro, post resurrectionem crystallo similes.

Atq; hęc de cõi expositione: non est tñ prætermittẽda quorundã apud Dionysiũ Carthusianũ interpretatio. Per *mare vitreũ simile crystallo*, sacramẽtũ pœnitentiæ intelligentiũ, quæ ita põt explicari, vt pœnitẽtia mare sit, propter abũdantiã lacrymarũ, *vitreũ*, propter cõfessionis perspicuitatem: *simile crystallo*, tũ propter firmitatem propositi non peccandi in posterum, tũ etiã propter splendorẽ gratię, quæ ex eiusmodi lacrymis instar crystalli pretiosæ gẽmæ cõcrescit. Quanuis & illud in vitro obseruari possit, designari in eo maximũ ad peccata reuertendi periculũ, vitreaq; interdũ esse nonnullorũ conuersionẽ, quæ instar vitri oblata occasione frangitur, nisi eiusmodi mare in crystallũ duretur p fidẽ, ac stabilẽ nõ peccãdi dinceps voluntatẽ. Cui expositioni concinit quod D. Greg. lib. 4. Moral. c. 22. &

3

Dion. Carth.

Pœnitentię sacramentum.

D. Gregor.

D. Ambr. libro 1. de interpellatione Iob cap. 5. expendunt super locum illum Psalmi 47. *In Spiritu vehementi conteres naues Tharsis* : vbi per *naues Tharsis* pœnitentes intelligũt, seu potiùs peccatores, qui per mare pœnitentiæ necessariò debent nauigare, si portum salutis tenere cupiunt: quæ naues conteri à Deo dicuntur, propter contritionis dolorem, quem pœnitentes de ante actæ vitę sceleribus concipiunt: quarum nauium nautas docet Eucherius libro vno formularum spiritualium cap. 8. esse cogitationes animum gubernantes.

D. Ambr.

Psalm. 47. 8.

Pœnitẽtes, naues Tharsis.

Eucherius.

4

Quod verò additur *Tharsis*, quanuis Hebraice mare significet, possumus tamen cum Ambrosio loco pau, lò ante citato, ad naues illas referre, quæ à Salomone Rege in Tharsis mittebantur, & indè aurum, argentum, dentes elephantorum, pauones, & simias asportabant. 3. Regum 10. Etenim per aurum & argentũ miræ pœnitentiæ diuitiæ, & thesauri exprimuntur, potissimumque in auro charitas, in argento cęlestis sapientia, quę argenti nomine in sacris literis non semel censetur. In dentibus Elephãtorum, castitatis candor, rectè autem castitas Elephantorum dentibus, id est, ebori comparatur. Primò propter candorem, deinde propter difficultatem, quam continet, vt eam seruare, sit veluti ebur ex Elephantorũ ore accipere. Denique quia quemadmodum ebur diuturnitate temporis rubicundum efficitur, ita castitas diu seruata martyrij ruborem imitatur, quoniam martyrium quoddam est sine sanguine: quam ob causam Nazaræi, qui castos non parum exprimunt, appellantur, Threnorum 4. *Candidiores niue, nitidiores latte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.* De continentibus enim eum locum interpretatur Rabbanus Maurus in cõmentarijs super Hieremiam, nosque illud, *rubicundiores ebore antiquo* ad castitatis meritum referre possumus, quæ antiqui eboris, idest, martyrij rubo-

D. Ambr.

3. Reg. 10.

Sacramenti pęnitẽtię, diuitiæ.

Castitas diu seruata, martyrium.

Thren. 4. 7.

Rabbanus.

rem sanguineum, sine sanguine æmulatur; sed hoc etiam mercium genus pœnitentes in suis nauibus cõuehũt. In pauonibus pulchritudo virtutum significatur. Vndè Deus per Hieremiam capite 12. conqueritur, quod populus Hebræorum virtutum varietate, & pulchritudine minime vestiretur illis verbis *Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nunquid auis tincta per totum? venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.* Quo loco per *auem discolorem*, pauo intelligitur.

Pulchritudo virtutũ in pauone significatur.

Hierem. 12. 9

Mare æneum, quod Salomon in templo fieri, & collocari iussit describitur, & quo modo baptismi typus fuerit, explicatur.

SECTIO VIII.

SIQVIDEM cõmunis expositio, vt paulò ante dixim⁹, *mare* hoc *vitreum* ad Sacramentũ baptismi refert, ac pleriq; interpretes hoc loco allusionẽ fieri existimãt, ad mare illud ęneũ, quod inter alia tẽpli vtensilia Rex Salomon fieri mãdauit, ad similitudinẽ videlicet illius ænei, quod Moyses ex præcepto Dei in tabernaculo posuit. Exodi 30. in eoq; typo pręclara reperiuntur Baptismi symbola, non erit, credo, iniucundũ eius maris descriptionẽ paucis ante oculos proponere, quẽadmodum refertur 3. Reg. 7. & 2. Paralip. 4. Primùm igr, hoc mare erat vas quoddã ęneum rotundũ, quod propter sui magnitudinẽ mare dicebatur, consuetudine Hebræorum, qui quãlibet magnã aquæ congregationẽ consueuerunt mare dicere, factumq; erat hoc vas opere fusorio. Secũdò. Diameter hui⁹ vasis ab vna extremitate labij vsq, ad aliam, erat decẽ cubitorũ: altitudo, siue profũditas à fundo, videlicet vsq; ad labiũ, quinq; cubitorũ, atq; adeo erat totũ mare ve-

I

Exod. 30.

3. Reg. 7. 2. Paralip. 4.

Maris ęnei figura.

Diameter, & profunditas.

luti

luti media sphæra: ita vt si alterũ vas æquale illi superponeretur, efficeretur integra ac pfecta sphęra. Quã ob causam Iosephus lib. 8. antiq. c. 3. ait, habuisse schema. i. figurã hemisphærij: fit etiam vt ambitus huius vasis in ipso labio esset vnius & triginta cubitorum, & fere dimidij cubiti, siquidem peripheria continet ter diametrum, & præterea septimam partem, quam negligens scriptura dixit, resticulam triginta cubitorum peripheriam maris cingere. Tertiò. Crassitudo erat trium vnciarum, quemadmodum dicitur 3. Reg. 7. idest, vnius palmi, quemadmodum repetitur 2. Paralipomenon 4. quod interpretãs Iosephus loco paulò ante citato docet, fuisse quatuor digitorũ. Quartò. Labium maris erat quasi labium calicis, & quasi folium repãdi lilij, idest aliquantulum recuruatum ad partẽ exteriorẽ. Quintò. In inferiori parte, vbi ambitus erat dumtaxat decem cubitorũ, (cum enim esset veluti media sphæra, quò magis descẽdebatur à labio, & magis stringebatur.) erant sculpturę striatę in duobus ordinibus aliquas imagines continẽtes. Sextò. Hoc mare erat locatum supra duodecim boues æneos, quorũ capita & facies foràs prominebant: reliquum verò corpus sustentando mari inseruiens intus latebat, qui boues dispositi erant per gyrum, eorumq; tres ad Aquilonem, tres ad Occidentem, tres ad Meridiem, tres deniq; ad Orientẽ respiciebãt. Postremò. Capiebat tria millia metretarum: continet autem metrẽta saptuaginta duos sextarios, seu duodecim congios. Atque hæc de maris figura, iam ad allegoriam veniamus, quam egregiè tractat Eucherius libro suo tertio in libros Regum cap. 21. 22. & 23.

Iosephus.

Peripheria.

Crassitudo.

3. Regum 7.

2. Paral. 4.

Igitur mare hoc æneum typus fuit Sacramenti baptismi, *fusile*, quia vt ait Rupertus, grandi charitatis igne conflatus, & liquefactus CHRISTVS istam nobis gratiã effudit. Decẽ cubitis à labio vsq; ad labiũ porrigitur propter denariũ præceptorum numerum, quorum obseruatio fidelibus præcipitur. Rotundum erat in circuitu, vt orbis vniuersus lauacro vitæ designaretur esse mundãdus. Quinq; cubitorũ erat altitudo, quia quidquid quinq; sensibus deliquimus, totum hoc nobis Dei gratia per ablutionem viuifici fontis remittit: seu vt vult Rupertus, quia paruulos vix ipsis quinque corporis sensibus functos in hoc mari mergit Ecclesia. Erat veluti media sphæra, quia fides quæ in baptismo recipitur, non sufficit ad perfectionem, vitæ complendam, nisi mandatorum obseruatio accedat in adultis, atque adeò si mediç sphæræ fidei addatur altera media sphæra, quæ ex operibus conficitur, perfecta Christianæ vitæ, imo & cœlestis gloriæ sphæra existet: quò videtur alluisse Paulus, cùm mandatorum obseruationem plenitudinem fidei appellauit dicens ad Hebr. 10. *Accedamus cùm vero corde ad plenitudinem fidei.* Resticula cubitorũ triginta mare ambit, cum Sacramentũ baptismi pijs communire operib⁹ studemus. Sculpturę striatæ, exempla sunt sanctorum per imagines in illis cœlata, quæ necesse est nos intueri, vt videamus quibus operibus sancti Deo placuerunt. Ideo autem duo sunt ordines, vt vtriusque testamenti heroes nobis ad imitandũ ante oculos præponamus. Crassitudo maris triũ est vnciarũ: quia perceptio baptismi, fidei, spei, & charitatis præsidio continetur. Et quoniam baptismus in memoriam Dominicæ passionis, & resurrectionis accipitur, quemadmodum docet Paulus ad Romanos 6. *Quicunque baptizati sumus in Christo IESV, in morte ipsius baptizati sumus: Consepulti enim sumus in illo per Baptismum in mortem, vt quemadmodum surrexit CHRISTVS à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Ideo maris labium quasi labium calicis dicitur, & quasi folium repandi lilij.

Fides sine operibus non sufficit ad perfectionem.

Ad Hebr. 10. 22.

Sanctorum exempla.

Ad Roman. 6. 3.

Maris allegorica expositio.

Dominicæ Passionis gustus.

Per *labium* nanque *calicis*, gustus Dominicæ Passionis exprimitur, quæ per *calicem* significari consueuit: per *folium* autem *repandi lilij*, patefacta claritas resurrectionis indicatur: etenim *lilium*, quod comitante odoris iucundissima gratia, cãdidum foris calicẽ, intus aureum ostendit, aptè gloriam resurrectionis insinuat.

3

Apostoli, & prædicatores cur per boues significati.

Duodecim boues, Apostoli sunt & Euangelistæ, imò omnes diuini verbi ministri, sic enim ab Apostolo appellantur, cum illud Deuteronomij 25. illis accommodat, *Non alligabis os boui trituranti. Nunquid*, inquit, *de bobus cura est Deo? an propter nos vtique dicitur: nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat arare, & qui triturat spei suæ fructũ percipere.* 1. ad Corinth. 9. Hi igitur *boues* mare sibi superimpositum portãtcum iniũctum sibi Euangelij prædicandi officium diligenter implere curant. *Tres ad Aquilonem, tres ad Occidentẽ, tres ad Meridiẽ, & tres ad Orientem respiciũt*, quia in quatuor mundi partibus fidẽ prædicant Trinitatis. *Posteriora boum intrinsecùs latent*, quia qua mercede sancti prædicatores remunerandi sunt, nobis, qui adhuc foris sumus omnino est occultum. Quæ expositio etiam est D. Gregorij 2. par. curæ pastoralis cap. 5. Alteram verò addit Rupertus quia videlicet non debemus respicere, quid aliquando fuerint Apostoli, sed quid per Christi gratiã facti sint. Igitur faciem intueamur, vt per eam & nos illuminemur: *posteriora* illa lateãt vt non imitemur. Denique rectè Baptismus non solum in *mari vitreo*, sed etiam in *æneo* exprimitur, propter fidem, quæ in eo suscipitur, cuius in *ære* fortitudo significatur, in *vitro* autem quod spectillorum est materia, obscura cognitio, iuxta illud Pauli 1. ad Corinthios 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate.*

1. Cor. 9.

D. Gregor.

Rupertus.

1. Cor. 13.

4

Quoniam verò *labium* illud *æneum*, quod Moyses ex præcepto Domini in tabernaculo collocauit, de quo agitur Exodi 30. & 31. Baptismum etiã adumbrauit, illud ad eius naturã explicandam pertinet, quod Moyses illud feciſſe dicitur, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. In quem locum Lyranus, & communiter interpretes aiunt, deuotas mulieres solitas venire orationis causa ad ostium tabernaculi, earumque plurimas ornatui ac mundo muliebri renunciantes, specula sua offerre consueuisse, è quorum capsulis æreis existimant fuisse totum labium confectum, quanuis alij arbitrentur circa labium fuisse affixa specula, vt sacerdotes in illis sese intuẽtes, vultus sui maculas eluerent, ea verò specula à deuotis mulieribus oblata: cuius rei mysterium D. Gregorius homilia 17. in Euangelia, (quanquam illud ad confessionem referat) sic exponit. *Specula*, inquit, *mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sese sanctæ animæ semper aspiciunt, & si quæ in eis sunt foeditatis maculæ, deprehendunt, cogitationum vitia corrigunt, & quasi ex reddita imagine suos vultus componunt.* Quæ Gregorij expositio consentanea est Iacobo Apostolo, qui in Epistola sua canonica, capite 1. Dei præcepta speculis comparauit illis verbis. *Siquis auditor est verbi, & non factor, hic cõparabitur viro considerãti vultum natiuitatis suæ in speculo, consideravit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit.*

Yranus.

D. Gregorius.

Diuina præcepta specula.

Iacob. 1.

5

Aduerte autem, Apostolum subtiliter eum, qui *auditor est verbi, & non factor*, non *fœminæ* se in speculo intuenti (quod magis proprium ad rationem similitudinis videbatur) sed *viro* comparasse, vt rem magis exprimeret: fœmina enim diu & curiosè in contemplanda facie in speculo immoratur: vir autẽ quasi cursim, & per transennã, non vsque adeò de sui compositione curiosus: vt igitur Apostolus, minimè curiosam negligentis hominis contemplationem sui in diuinorum mandatorum speculis exprimeret, eum non fœminæ sed viro se in speculo intuenti comparauit: vndè rectè subiungit: *Et statim oblitus est qualis fuerit*, quoniam

Auditor verbi & non factor, cur viro considerãti se in speculo comparetur.

propter

propter intuendi & cõtemplandi celeritatem non potuit imaginem sui in animo imprimere: atque adeo citò labẽte effigie, statim quàm deformis turpisq; sit, obliuiscitur: sequitur: *Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea*, hoc est, qui in Dei mãdatis sese tanquam in speculis intuebitur, & permanserit in ea: hoc est curiosè se se fuerit intuitus ad ea obseruanda: id quod vel ipsa Græca vox manifestè declarat: etenim pro *perspexerit* est Græcè παρακύψας, cuius ea vis est, capite inclinato & obliquato perspicere intuendi studio. Aliam eius rei expositionem affert Rupert⁹ libro 2. super Leuiticum cap. 3. vbi docet *Specula mulierum* esse exẽpla sanctarum animarum, quæ tanquam pulchræ mulieres Deum amatorem suũ quærentes excubabant in ostio tabernaculi cælestis nondum aperti, quandiu sacerdos magnus Christus non erat vnctus. *Expedit igitur*, inquit Rupertus, *vt ingressuri cæleste tabernaculũ sacerdotes, lauent manus suas ac pedes in his sanctarum animarum Speculis, in fide scilicet & obedientia Abrahæ, cæterorumq; virtutibus limpidissimis, manus inquam suas, ac pedes, idest, opera simul, & cogitationes, quæ tanquam puluis pedibus, ita sensibus mentis adhærent.*

Rupertus.

Sacerdotum munditia.

Quidnam significent quatuor animalia plena oculis intus, ante- & retrò.

SECTIO. IX.

I



N MEDIO, & in circuitu sedis vidit Ioãnes quatuor animalia plena oculis, ante, retro, & intus, senas alas habentia in circuitu, quorum primum erat simile leoni. Secundum simile vitulo. Tertium; habens faciem quasi hominis. Quartum denique simile Aquilæ volanti. Quam animalium visionem eandem esse cum illa, quæ Ezechielis cap. 1. apparuit, nonnihil tamen in quibusdam variatam inferiùs ostendemus.

Ezechi. 1.

2

Lyranus. Petr Aur.

Prima igitur expositio est Lyrani, quam etiã affert frater Petrus Aureolus Cardinalis Minorita, in cõmentarijs super Apocalypsim, designari per hæc quatuor animalia, quatuor sedes Patriarchales, nimirũ Hierosolymitanam primam, quæ leoni similis dicatur, propter constantiam Apostolorum, qui ibi primum Christi resurrectionem constãter prædicarũt. Antiochenam secundam, expressam vitulo, quia colla per obedientiam subdidit Apostolorum iugo Hierosolymis commorantium; in eaq; primum discipuli vocati sunt Christiani. Actorum 11. Tertiam Alexandrinam homini similem, propter viros clarissimos, qui ibi in omni doctrinarum genere floruerunt, veluti Athanasius, Clemens, & Cyrillus Alexandrini, & alij. Quartam denique Constantinopolitanam volante Aquila adumbratam, quia in ea viri contemplatione excellentes extiterunt, veluti D. Ioannes Chrysostomus Constantinopolitanus Episcopus, quanuis patria Anthiochenus, & D. Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus, primum Sasimæ, deinde Nazianzi (quæ fuit eius patria.) Denique Constantinopoleos antistes.

Prima expositio est, intelligi quatuor sedes Patriarchales.

Actorum. 11.

Secunda est aliorum, quos refert hoc loco Arethas, eamq; sequitur D. Ambrosius libro 3. de virginibus ad finẽ, significari quatuor virtutes Cardinales. In leone quidem fortitudinem, in vitulo iustitiam, quia videlicet terram colit, & labore suo beneficia Domini in homines dispensat. In Aquila temperantiam, quæ fertur etsi fames vrgeat, nunquam tamen vesci prẽda, quam ipsa non ceperit. Denique in homine prudentiã. Tertia est Origenis homilia 1. in Ezech. Et Gregorij Nazianzeni, quem citat Xistus Senensis libro 2. suæ Biblio-

3

Arethas.

D. Ambros⁹.

Secunda, quatuor virtutes Cardinales.

Tertia, quatuor animæ affectiones.

thecæ exponẽtium hæc animalia de quatuor animæ uiribus, siue affectionibus, atque in homine, indicari vim rationis. In leone, vim irascibilem. In boue, concupiscibilem. In Aquila, conscientiam, quam spiritum nominat Origenes. Quarta est Galphridi, apud Xistum Senensem loco citato, intelligentis omnes Ecclesiæ Prælatos, quia nimirum Prælatus debet esse leo in vitijs persequendis: bos, in susci piendis laboribus: per compassionem homo: Aquila, per contemplationem.

Galphrid.

Quarta, Ecclesię Prelatos.

3

Anast. Synait. Abulen.

Quinta est Anastasij Synaitæ, libro 4. suorum commentariorum in Hexameron. Abulensis in Proœmium D. Hieronymi super quatuor Euangelia, quam etiam afferunt, & probant Ansbertus, Rupertus, Pānonius, Arethas, & Glossa ordinaria in hunc locum, imo & D. Hieronymus in proœmio in quatuor Euangelia, fuisse nimirum his quatuor animalibus Christum expressum, qui scilicet fuerit in incarnatione homo. In passione, vitulus. In resurrectione, leo. Aquila in ascensione. De qua expositione inferiùs non nihil appingemus. Non desunt etiam qui quatuor præcipuos Latinæ Ecclesiæ Doctores, per hęc quatuor animalia accipiant, velintque in homine designari Gregorium, qui in sacris scripturis ad hominum mores accomodandis, excelluit. In leone Ambrosium propter fortitudinem, & constantiam incredibilem, qua Theodosium imperatorem ab Ecclesiæ cõmunione repulit, propter cædẽ Thessalonicæ factam. In boue Hieronymum, qui in Ecclesiæ campo summoperę laborauit. Denique in Aquila Augustinum propter summam ingenij aciem, qua cæteris antecelluit. Verùm hæc partim mystica sunt, partim à visionis huius mysterio, & ab ipso contextu aliena.

D. Hieron.

Ansbertus. Pannon. Primasius. Arethas. Glossa.

Quinta, Christum Dominũ.

Ecclesię doctores intelligũt alij.

4

D. Augustin⁹.

Communis opinio, quæ omnino amplectenda est, & quam sequuntur D. Augustinus libro 1. de consensu Euangelistarum, capite 6. & in hunc locum D. Hieronymus in proœmio super Euangelium Matthæi, Beda, Primasius, Richardus de sancto Victore, Rupertus, Ansbertus, Pannonius, & alij in hunc locum, est, intelligendos esse quatuor Euangelistas, eorumque nomine vniuersos Diuini verbi præcones, quæ vero animalis facies cui Euangelistæ tribunda sit, non idẽ est Doctorum iudicium; etenim Andreas Cæsarienſis Episcopus apud Xistum Senensem lib. 2. suæ Bibliothecæ, leonẽm Ioãni tribuit, vitulum Lucæ, Aquilam Marco, hominem Matthæo. Eandemque distributionem alijs tribuit D. Augustinus libro 1. de consensu Euãgelistarum cap. 6. Verùm hac opinione vt improbabili prætermissa, magna est dissensio inter Hieronymum, & Augustinum: quoniam D. Augustinus loco proxime citato quẽ hîc sequitur Primasius, leonem Matthęo tribuit, hominem Marco, vitulum Lucæ, Ioanni Aquilam: quæ animalium distributio eò placuit Augustino, quod Matthęus regiam Christi personam maximè commendauit, nã & Magos commemorat ad Christum regem quęrendum, & adorandũ ex Oriente adueniſſe, ipsumque Herodem Regem, Christum ad huc infantem formidasse, quarè optimo iure leonem, qui Symbolum est potestatis regiæ, iuxta illud Apocalypsis 5. *Vicit leo de tribu Iuda*. Matthæo tribuendum. Marcum verò qui neque stirpem Regiam, neque Sacerdotalem, vel cognationem, vel consecrationem narrare voluit, sed totus in eis versatur, quæ homo Christus gesſit in terris, meritò per hominem significari. In Luca, & Ioanne consentit cum Hieronymo. Illud autem rectè aduertit Augustinus tria ex his animalibus, quæ cæteris, præter Ioannem tribuuntur, terrestria esse, & in terra gradi; quia nimirum Matthęus, Marcus, & Lucas ea præcipuè tractauerunt, quæ Christus in carne gesſit, at vero Aquilam Ioãni tribui, quia super nubila infirmitatis humanę quasi Aquila volat,

D. Hieron. Beda. Primasius. Richard. Vict. Ruper. Pannon.

Comunis opinio Euangelistas intelligit.

Andreas Cæs.

Quam animalis faciem cuique Euangelistę tribuat Augustinus.

Apocal. 5. 5.

Cur Ioanni, aquilæ, cęteris Euãgelistis terrestriũ animalium facies tribuatur.

& lucem

& lucem incommutabilis veritatis acutissimis oculis intuetur. Id quod etiam hoc loco significatur, cum ex his quatuor animalibus, quæ tamen omnia senis alis constabant, sola Aquila volans apparuit, quemadmodum illis verbis exprimitur. *Quartum simile Aquilæ volanti*, quia videlicet Ioannes sic cæteros Euangelistas, Euangelij sublimitate superauit, vt inter eos quantumcunque alati sint, solus volasse videatur. Atque hæc quidem fuit Augustini sententia.

5

Animalium facies quo pacto distribuat Hieronymus.

Cæterùm D. Hieronymus in proœmio super Euangelium Matthæi, aliter animalia distribuit. *Prima*, inquit, *hominis facies Matthæum significat, quia quasi de homine exorsus est præscribere: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Secunda Leonis, Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur cap. 1. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, Lucam. Quia à Zacharia sacerdote sumpsit initium. Quarta Aquilæ, Ioannem, quia sumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinãs de verbo Dei disputat.* Atque hæc Hieronymi sententia omnino amplectẽda est: tum quia communis est Doctorum, tum maximè quia Ecclesiæ vsu, & consuetudine approbata, quæ in imaginibus & picturis Euangelistas cum eiusmodi symbolis pingi, & coli iubet. Itaque vides D. Hieronymum à principijs librorum accommodationem animalium deprõpsisse, quod immeritò reprehẽdit loco citato Augustinus: cum ea in re morem scripturæ sequutus fuerit Hieronymus, plꝰ enim est integrum librum à prima voce à qua incipit nominari: quod tñ in toto Pentateucho videmus obseruatum. Etenim liber Geneseos appellatur Hebraicè Bereshith, idest, in principio. Liber Exodi Veelleseemoth, idest, Hæc sunt nomina. Liber Leuitici, Vaijera, idest, Et vocauit. Liber Numerorum, Vaiedabber, idest, Et loquutus est. Denique liber Deuteronomij Ellehaddebarim, idest, Hæc sunt verba: quia nimirum eiusmodi libri sic incipiunt.

Sententia Hieronymi præfertur.

6

Pergamus igitur explicare, quomodo animalium situs, conditiones, & figuræ in Euangelistas conueniant. Primùm. Quaternarius eorum numerus per quatuor animalia fuit expressus, quemadmodum, & per quatuor illas columnas delignis sethim deauratas, habentes capita aurea, & bases argenteas, è quibus pendebat velum de hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byssо retorta opere plumario, & pulchra varietate contexto, quod in Mosaico tabernaculo Sancta sanctorum à Sanctis diuidebat. Exodi 26. Sic enim Euangelistæ capita habebant aurea per charitatem, bases argenteas per cælestem sapientiam, qua tanquam basi innitũtur. Velum etiam sustinent, quo Sancta sanctorũ occultantur: quia nimirum ipsi diuina mysteria pro ratione temporis, locorum, personarum aperiunt, & occultant. Eosdem quatuor illi circuli aurei, qui in quatuor angulis mẽsæ propositionis ponebantur, figurabant, Exodi 25. quemadmodum vult Rupertus libro 4. in Exodum cap. 7. quoniam ipsi propositionis mensam, idest, humanitatem Christi, in qua nobis Pater salutarem gratię cibum, ac mysteriorum suorum fercula suauissima proposuit, tanquam aurei circuli ambiebant, vt in omnes mundi partes eorum prædicatione, & scriptione portaretur. Fuerunt etiam quatuor illi scyphi, qui erant in hastili candelabri, quatuor item sphærulę aureæ in eodem collocatæ. Cum enim candelabrum Ecclesiam, hastile Christũ figurasset, rectè scyphis & sphærulis aureis Euangelistæ comparãtur: quia in ijs quasi in scyphis Christus nobis diuina mysteria propinauit, & in ijs tanquam in sphæris cælestes motus ostenduntur. Fuerunt quatuor illi apud Zachariam fabriferrarij, scilicet vt quidam putauerũt, quos refert D. Hieronymus, Zachariæ 1. quia videlicet Ecclesiæ arma contra Hæreticorum

Euangelistarũ numerum quę nam exprimãt in sacris.

Exod. 26.

Exod. 25.

Rupertus.

Humanitas Christi mensa propositionis.

Euangelistæ, scyphi, & sphærulę aureæ.

D. Hieronym. Zacha. 1. Arma aduersus hęreticos fabricarũt Euãgelistę.

ticorum petulantiam, & Gentilium superstitiones fabricarunt.

7

Quatuor Euāgelistę, triumphalis quadriga Christi.

Fuit illa apud Abacuch capite 3. triūphalis quadriga, de qua loquens Propheta cum Christo, ait, *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ salutio.* Hi enim per omnia sola terrarūChristum veluti triumphantem glorioſè portauerunt. Quę expositio est D. Augustini libro 18. de ciuitate Dei capite 32. cui concinit cuiusdā priſci autoris interpretatio, cuius meminit D. Hieronymus super sextum caput Zachariæ. Is enim quatuor illas quadrigas, quæ Zachariæ 6. commemorantur, in quarum prima equi rufi apparuerunt, in secunda nigri, in tertia albi, in quarta varij, ad quatuor Euangelistas retulit. *Legi*, inquit Hieronymus, *in cuiusdam volumine quatuor has quadrigas quatuor esse Euangelia, & equos Apostolos, per diuersitatem colorum diuersas gratias possidentes, quorum alij rufi sint in martyrio, alij obscuri, & nigri propter difficilem, & obscuram mysteriorum fidei prædicationem, alij albi gratia virginali; alij varij, habentes nimirum gratiam curationum, diuersarumque virtutum; quæ quatuor quadrigæ missæ sunt ad quatuor ventos cœli, ideſt, ad vniuersum orbem terrarum, quem sua prædicatione, & doctrina peragrarunt.* Addit vero D. Hieronymus in commentarijs super tertium caput Abacuch, eosdem Euangelistas, & diuini verbi præcones, expressos fuisse in equis illis, & quadrigis igneis, quæ in circuitu Elisæi apparuerunt 4. Regum 6. in quibus, vt eo loco obseruauit Hieronymus, cum tot essent, nullus ascensor apparuit, quia nimirum Dominus erat eorum ascensor, rector, & auriga quod rectè ad Euangelistas, & Apostolos referri potest, in quibus Dominus insidens tanquam ascensor & auriga vniuersū orbem victor ac triumphator lustrauit. Secundo. Erant in medio, & in circuitu sedis, cum tamen viginti quatuor seniores in circuitu tantùm throni, non item in medio esse dicantur, quia nimirum ad Euangelicam scripturam viginti quatuor

4. Regum. 6. 4 D. Hieron.

D. Augusti.

D Hieron.

seniores, ideſt, omnes sancti, & prælati, tanquam ad medium debent intendere, vt indè sibi ad bene, perfectèque viuendum documenta depromant: vel etiam, quia Euangelistę in medio diuini throni didiscerunt quæ postea literis mandarūt, simul etiam sunt in circuitu: tum quia ipsi quoq; quæ docuerunt, opere præstiterunt: tum etiam quia Dei solium aduersus hæreticos, atque ethnicos sua prædicatione, & scriptione tueantur.

Cur in medio, & in circuitu sedis fuerint animalia.

8

Tertio. *Plena sunt oculis, intus, ante & retro.* Cuius mysterij multiplex affertur ratio. Prima, propter perfectam mysteriorum fidei cognitionem: videlicet, *ante*, per scientiam futurorum; *retro*, per scientiam præteritorum; *intus*, per mundam ac rectam cogitationum discretionem. Quę expositio est D. Augustini, seu Tyconij, Bedę, & Richardi de sancto victore. Secūda est Primasij, & Ansberti, videlicet, *ante, & retro* habere oculos, quia veteris, & noui testamenti vniuersa sacramenta contineant, fides enim, quæ gemino testamento profertur, omnium temporum aspectu complectur, atque ex his vtriusque testamenti concordia sumitur, cùm posteriora prioribus, ideſt noua veteribus, ijsdem probantur oculis, quę pariter refulgere, & inter se plena fidei veritate concinere demostrantur. Tertia Ruperti: ante, & retro plena sunt oculis, vt sciant Euangelistę, & concionatores vndè veniant, & quò vadant; quoniā de nihilo veniūt, quod eis proficit ad humilitatis custodiam, & hoc oculis retro aspiciunt: vadunt autem ad reuelationem glorię filiorum Dei, quod eis proficit ad fortitudinem, & hoc ante se prospiciūt: vel aliter, habent oculos *retro*, videndo quales ex se fuerint, & *ante*, cogitando quales facti sunt per gratiam, *intus* autem per diuinarum rerum contemplationem. Quarta. Hæc oculorum multitudo circunspectionem significat, quæ summa in concionatore requiritur, qua non solum quæ dicit,

Euangelistarū perfecta cognitio.

D. Augusti. Beda. Richar Vict. Primasius. Ansbertus.

Concordia vtriusque testamenti.

Concionatoris circunspectio.

sed

sed quomodo, & apud quos dicit, debet diligenter, & accuratè expendere, quam circũspectionem Christus discipulis ad prædicandum profecturis salis nomine commendauit. Marci 9. *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.*

Marc. 9.

9

Postrema, quæ non solùm ad concionatores, sed ad vniuersos etiã pertinet. Plena sunt oculis animalia vndequaq;, vt significetur vigilantia, quę maxima in homine reqr̃, quia videlicet vndiq; ab hostibus per tentationẽ cingimur, quare op⁹ etiã est, vt cincti oculis incedamus. Illud verò maximè est obseruandũ, nec boui laborẽ suũ, nec leoni fortitudinẽ, nec aquilę volatũ, nec homini rationẽ satis esse ad propulsanda pericula, sed opus præterea esse vt oculorũ multitudine ambiantur, quia nec labor, nec fortitudo, nec vlla ingenij acies, nec naturale lumen rationis sufficit, si desit in rebus agendis vigilãtia, & circunspectio prudentiæ, id quod in ijsdem animalibus cũ Ezech. c. 1. apparuerunt, fuit elegãter expressum, cũ enim singula quatuor facies haberẽt, hominis, aquilæ, vituli, leonis, & vnicuique faciei suus pes responderet, omnes tũ pedes habebant plantã quasi vituli, quia nimirum omnes, siue gratiæ, siue naturæ, vires egent prudentia: & discretione, eaq; tanquã pede rectè gradiuntur. Etenim per pedẽ bouis, qui ungulam habet discretam, seu diuisam, discretionẽ Patres intelligunt; quam candẽ ob causam, eam conditionẽ Deus in animalibus mundis terrestribus desiderat. Leuit. 11. *Omnẽ quod habet diuisam vngulã, & ruminat, in pecoribus comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed eam non diuidit, sicut camelus, non comedetis illud. Chærogrillus* (idest, ericius, aut cuniculus, vtrumq; enim Hebraicũ nomẽ Saphan significat,) *qui ruminat, vngulãq; non diuidit immundus est: lepus quoq;, nam & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit, & sus qui cum vngulam diuidat non ruminat, horum carnibus non vescemini.*

Quanta opus sit vigilantia ad euitanda pericula in spiritualibus.

Ezech. 1.

Leuit. 11. 3.

10

Præterea illud obserua. Hæc animalia, cum essent in medio & circuitu throni, adhuc tamen ibi indiguisse oculis, quia quantumcunq; aliquis gratia apud Deum valeat, nunquam se securum debet existimare, vt curam sui abijciat: atque in hunc sensum exponit D. Augustinus illud Psal. 85. *Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum*: & illud Psalmi 2. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Quomodo*, inquit Augustinus, *iucunditas, si timor? quia modo iucunditas debet esse cum timore, quia nondum est plena securitas?* Audi quid Dominus dicat Hieremiæ 22. *Viuo ego dicit Dominus; quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dexteræ meæ, inde euellam eum*, id est, quamuis ita eum diligam, vt eo tanquam annulo manum exornem, aut ita apud me gratia valeat, vt eo tanquam sigillo literas omnes obsignem (inseruiebant enim annulli pro sigillis,) tamen si curam sui abiecerit, & negligens efficiatur indè euellam eum. (quod verbum sonat eiusmodi annulum fuisse maximè in digito strictum, & summam gratiam declarat.) idest, abijciam eũ, neq; iam amplius eo tanquam annulo exornabor: neque vtar tanquam sigillo. Imo eo vigilantiora debent esse animalia, quo propinquiora sunt diuino throno, quoniam plures sunt hostes, qui felicitati, quæ cum securitate coniuncta esse solet, insidiantur, quemadmodum obseruauit diuus Hieronymus super illa verba Psalmi 90. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Plures*, inquit, *sunt qui insidiantur dextræ, quàm sinistræ: propterea à latere mille cadent, & à dextris decem millia: vbi enim maior pugna, maior victoria.* Vndè Dauid, cum securum se arbitraretur in prosperis, vt ipsemet confitetur illis verbis, Psalm. 29. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum, Domine in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem*; id est, gratia tua rebus meis præclaris dedisti firmitatem, & gloriam; tamen paulo post ob eam ipsam confidentiam, & securitatẽ paulum

Timeat, quantumcunque gratiosꝰ Deo.

D. Augustin. Psalm. 85. 11. Psalm. 2. 11.

D. Augustinꝰ. Hiere. 22. 24.

Felicitati plures hostes insidiantur.

D. Hieronym. Psalm. 90. 7.

Psalm. 29. 7.

lulum dimissus à Deo statim concidit vndè subiungit, *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*

II

Esai. 6.

Beda. ‖ Richar. Vict. Pannon. Primasius. Ansbertus. Hugo Card. Nicol. Zege. Glossa. Euangelistarũ perfecta cognitio.

Quartò. Singula eorum habebant alas senas in circuitu; totidemq; Seraphim illa habebant, quæ vidit Esaias capite 6. Cum verò per *alas* significetur cognitio, qua mens ad superiora conscendit, meritò atbitrantur Beda Richar. de sancto Vict. Pannon. Ansber. Hugo Car. Nicolaus Zegerus, & Glossa. Per *alas senas* perfectam, & cumulatam Euangelistarum scientiam exprimi, quæ suo modo in viris Euãgelicis necessaria est, numeratur enim senarius numerus imperfectis numeris; quanquam Richar. de sãcto Vict. hunc senarum alarum numerum per sex cognitionũ genera ita partiatur; vt prima ala sit cognitio legis naturę. Secũda, cognitio legis veteris. Tertia, lectio prophetarum. Quarta, lectio sapientiæ Euangelicæ. Quinta, lectio institutionis Apostolicæ, & Sacrorũ Conciliorũ. Sexta deniq; lectio Doctorum, & interpretum Scripturæ sacræ; quibus omnibus perfectio, & plenitudo scientiæ continetur. Non sũt propterea contemnendę aliæ, quoq; expositiões, veluti senas vnũquodq; animal alas habere, quod viri Euangelici ea quæ in sex mundi ætatibus partim peracta sunt, partim peragẽda supersunt, sua cognitione, & prędicatione cõprehendant, vt vult Ansbertus: vel quod vniuersa Dei opera quę sex diebus sunt perfecta contemplentur, vt alij quidã interpretantur vel quod senæ in quatuor animalib⁹ alæ efficiunt viginti quatuor, quę totidem veteris testamenti libris respõdent: quibus Euangelistarum fulcitur auctoritas: quã etiam expositionẽ affert Beda; vel ad significandã velocitatẽ ministerij, vt ait Aret. vel deniq; vt existimat Ioachimus ad significandas sex virtutes præcipuas, quibus Euangelistæ, ideſt concionatores debent excellere, putat enim huiusmodi alas sic fuisse in animalibus dispositas, quemadmodũ erãt in Seraphim apud Esaiã, vt nimirũ duabus pedes, duabus facie velarent, & abscõderent, alijsq; duabus volarent, aitq; duas alas, quibus velant pedes, esse pœnitentiam, & misericordiã, quibus confusio nuditatis nostræ, ideſt peccatorũ, contegitur, iuxta illud Ps. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Nam de pœnitentia dixit Petrus Actorũ 3. *Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata uestra.* De misericordia autem Christus Matthęi 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Duas vero alas quibus facies tegitur, esse humilitatem, & patientiam, quibus sancti viri solent iustitiam suam, quæ per faciem designatur, occultare, ne per arrogantiam efferantur. Deniq; duas, quibus volãt esse fidem, & spem, quibus sancta animalia in sublime feruntur.

Psalm. 31. 1.

Actor. 3. 19.

Matt. 5. 7.

Sancti iustitiã suã occultant.

Quinto. *Non habebant requiem die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est:* quia continuò, & sine intermissione, & tã in prosperis, quàm in aduersis (vtrũq; enim significãt illa verba, *Die, ac nocte.*) Trinitatem personarũ, & vnitatẽ essentiæ prædicãt, & venerãtur. Cum enim ter, *Sanctus* repetitur, Trinitas significatur personarum. Cum verò dr, *Dñs Deus omnipotens*, essentiæ vnitas exprimitur: qua etiã acclamatione vtebantur Seraphim illa apud Esai. c. 6. cùm dicebãt alter ad alterum, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus exercituum*: verba illa, *qui est, & qui erat*, æternitatẽ significãt, vt iã aliâs diximꝰ. Quod vero additur, *& qui vẽturꝰ est*, ad humanitatem spectat redẽptoris, qui in fine mundi venturus est ad iudicandum, exquo simul admonẽtur concionatores, sæpe in sermonibus extremi iudicij, & rationis Deo reddendę mentionem facere. Postremò. Cùm animalia gloriam Deo exhiberent, procidebãt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & ante eum coronas mittebant, quas capitibus gestabant, quod iam est paulò fusiùs explicandum.

12

In prosperis, & aduersis à nobis prędicãdus Deus.

Esai. 6. 3.

In concionib⁹ extremi iudicij sæpe mẽtio facienda.

Beda.

Aretbas.

Ioachimus.

Quid sit viginti quatuor seniores procidere ante sedentem in throno, & mittere coronas suas ante thronum.

Procidebant viginti quatuor seniores ante sedẽtem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebãt coronas suas ante thronum.

SECTIO X.

1



LLVSTRE & magnificũ est, quod Ioannes adiũgit, *Cum darẽt*, inquit *animalia, gloriam & honorẽ, & benedictionem sedenti super thronũ, viuenti in secula seculorũ, procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorauerunt viuentẽ in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronũ, dicentes, Dignus es Dñe Deus noster accipere gloriã & honorẽ, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatẽ tuam erant, & creata sunt.* Id quod congruenter ijs, quæ paulò ante de quatuor animalib⁹ dicta sunt illud significat Ecclesiã vniuersam, quã *viginti quatuor seniores*, tanquã præcipua eius mẽbra repræsentant, *quatuor animalibus*, hoc est Euangelistis, & reliquis cõcionatoribus diuina mysteria, atq; iudicia cõmemorantibus, Deum humili ac supplici modo venerari, quod est procidere ante sedentẽ in throno: coronasq; suas ad eius pedes abijcere, eaq; testificatione declarare Deum bonorũ omnium auctorẽ esse, & omnem suũ siue naturę, siue gratię, siue gloriæ splendorẽ, imo & vniuersas victorias, quas de suis hostib⁹ glorioſè consequitur, coronasque ipsas, hoc est, præmia, quibus ob eiusmodi victorias triũphosq; in suis fidelibus coronatur, Deo à quo est, *Omne datum optimum, & omne donũ perfectum*, & qui in ipsis fidelibus præcipuè per suam gratiam dimicat, & vincit, accepta esse referenda: vñ meritò seniores exclamant, *Dignus es Dñe Deus noster accipere gloriã & honorem, & virtutẽ, quia tu creasti omnia, & propter voluntatẽ tuã erant, & creata sunt*: hoc est, Dignus es cuius magnitudo ab omnibus vbiq, celebretur, dignus cui omnes honorẽ, cultũ & veneratiõnẽ tribuant: dign⁹ etiã qui accipias virtutem, Græcè δύναμιν, hoc est, potentimã & fortitudinem, idest qui accipias ab omnibus fortitudinis tuæ, atq; potentiæ confessionẽ, testimoniumq; clarissimũ. Ita hoc loco intelligendũ arbitramur, *Accipere virtutem siue potentiã*, non verò sicut quidam alij putauerunt, positũ esse *Accipere virtutem*, pro virtutem ostendere sese de hostibus suis vindicãdo. Cum enim his verbis vigintiquatuor seniores ob ea, quæ iam facta conspexerãt, in præsentẽ gratiarum actionẽ prorumpant, nondũ autem vindictã de hostibus sumptã vidissent, par est credere eos, non ad potẽtiam, quã Deus in suos aduersarios ostensurus adhuc erat spectasse, sed potiùs ad fortitudinem, quã in prædicatione Euangelij, gentiumq; ad fidẽ conuersione iã exprõpserat, illa gratiarũ actione respexisse. Accedit quod ille tã humilis & supplex viginti quatuor seniorum habitus, illa ad pedes sedentis in throno prouolutio, illa coronarum antè thronũ abiectio, nõ vt aptè cũ vindictæ postulatiõe conuenire, sed potiùs cũ cõfessiõe magnitudinis, bonitatis, fortitudinis, atq; potentię, propter hęc enim Ecclesia supplici quadã veneratione Deũ omnia posse, omniũq; bonorũ auctorem esse confitetur.

Accipere virtutẽ quid hîc.

Omnia nostra bona Deo referenda.

Deniq; nostrã expositionẽ confirmat ratio, quã vigintiquatuor seniores suæ huius cõfessionis adiungunt, *Quia tu*, inquiũt, *creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt*: quibus verbis nulla hostium, de quibus vindicta sumenda esset, mẽtio, nulla crimina, nullum iusti furoris argumentum, sed diuinæ potentię, & magnitudinis cõmemoratio continetur.

2

Quia tu, inquiunt, *creasti omnia*, quasi dicant, consentaneum sanè est, vt vniuersa tibi cultum & honorem, & tuæ potentiæ confessionem exhibeant. siquidem tu illa procreasti, & quia voluisti, sunt omnia: nisi enim illa procreare voluisses, nullo pacto essēt: per voluntatem igitur, & potentiam tuam sunt, quia nisi potentiam illam procreandi, quam ex æternitate habuisti, in tempore expromere voluisses, illa esse nequaquā poterant: quare & potentiæ tuæ debent, quod esse potuerint, & voluntari quod sint. Cū dicitur, *Propter voluntatem tuam erant*, illud *erant*, non æternitatem rerum à Deo effectarū significat, sed procreationem, cōseruationemq; in tēpore. Itaque *erant*, pro *fuerunt*, positum est, vt sit sensus, per voluntatem tuam in tempore ex nihilo extiterunt: nam Græcum ἦσαν, quod legisse videtur interpres, non solum imperfecti, sed etiam perfecti temporis Græcorum consuetudine significationem habet: in nonnullis tamen codicibus, pro ἦσαν, ἐισι idest sunt, legitur.

Ob creationis beneficiū Deo agēdę gratię.

3 Potest quoq; *erant*, siue *fuerūt*, ad cōseruationē referri, vt ob duplex beneficiū creationis videlicet & conseruationis agantur gratiæ: & sit sensus, quia tu creasti omnia. & per voluntatem tuam erant, hoc est, à te procreata sunt omnia, & per voluntatem tuā, hoc est, quia ita pro tua bonitate & munificentia voluisti, postquam à te procreata sunt, fuerunt, hoc est, perdurarunt, naturamq; suam deinceps retinuerunt, hoc est, non solum à te condita, sed etiam conseruata tuo beneficio fuerunt: quæ est Arethæ sententia, cuius hæc est in hunc locum paraphrasis, σοὶ δέσποτα παρὰ πάντων ἐποφείλεται δόξα, ὡς κτίσῃ καὶ δημιουργῷ, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι προσαγωγεῖ καὶ συντηρητῇ τε καὶ συνοχεῖ: hoc est, tibi Domine ab omnibus debetur gloria tanquā conditori, atque effectori, qui ex non esse, ad esse eduxisti, eaq; conseruas, & contines. Ambrosius Ansbertus verbum *erant*, ad diuinum decretum refert, quo Deus ex æternitate constituerat ea creare; quod autem subiungitur, *Et creata sunt*, ad ipsammet creationem in tempore exercitam: *Mirādum*, inquit, *est quod de his, quæ creata sunt, Domino dicunt, propter voluntatem tuam erant, & creata sunt: si enim creata sunt, quomodo antequam crearentur erāt? si verò antequam crearentur erant, quomodo creata sunt? sed sciendum est, quod erant in prædestinationis arte priusquam formarentur in opere, & creata sunt, quando in suis quæque naturis secundum præscriptos in Dei sapientia terminos etiam uisibilia extiterunt.* Sed prior expositio est communior, magisq; germana.

Item ob conseruationem.

Quod in superiori sententia præcipuè obseruandum videtur est, illa coronarum ante thronum abiectio, neque enim viginti quatuor seniores satis habuerūt ante sedentē in throno venerabūdos pronosq; accidere, nisi etiam coronas illas aureas, quas capitibus gestabant, è capitibus detractas ante thronū abijcerent. Atq; in primis Arethas cum Andræa Cæsarienſi, ex his coronis argumentatur sanctos non solum victores, sed etiā reges appellari: sic enim ait, ἔσι καὶ βασιλείας ὁ στέφανος σύμβολον. βάλλοντες δὴ ἐνώπιον τοῦ στέφανος τὸ θρόνε τί ἂν ἄλλο, ἢ τὴν ὄντως καὶ ἀληθῆ βασιλείαν, καὶ τὴν καθ' ἁπάντων νίκην τῷ ἐπὶ πάντων ἀνατιθέασι θεῷ: hoc est, Est etiam corona Regni symbolū abijcientes igitur coronas ante thronum, quid quæso aliud, quam certum verumq; regnum, & contra omnes victoriam per omnia Deo accepta referunt. Itaq; duo vult Arethas, vnū est, sanctos verè Reges esse, alterum eos suum istud regnum Deo acceptū referre, cum coronas ante thronum supplices, venerabundiq; abijciebāt. Nos de regno sanctorum aliàs in hoc opere commodiùs, nunc de ista coronarum ante Dei thronū humili proiectione dicamus.

Arethas. Andr. Cęsa.

Sanctī, & victores, & verè Reges.

4

Sit igr nra obseruatio, debere omnes Reges ac principes, exēplo horū

5

viginti

viginti quatuor seniorũ coronas suas quãtũcunq; sint aureę, hoc est, dignitatem magnitudinem, potentiam, splendorem atq; opes ante Dei thronum venerabundos abijcere : quod tunc fit cùm hęc omnia, non solum Dei munere & beneficio, habere cõfitentur, illiq; tanquam omnium bonorum auctori largitoriq́ue accepta referunt. Sed præterea in Dei cultũ & venerationem conferũt, atque præ Dei amore, eiusq; sanctissimæ voluntatis obseruatione omnino aspernãtur, quod enim quæso aliud est coronas aureas ante Dei thronum mittere, quã Dei in throno considentis pedibus calcandas subijcere, hoc est diuino cultui, & venerationi consecrare, & si opus ita fuerit, pro Dei sanctissimis legibus retinendis, præceptisq; obseruandis, pro nihilo ducere. Id credimus significatum fuisse 4. Reg. 11. cum Ioiada Pontifex in Ioas filio Ochoziæ Rege declarando, coronandoq; regalem capiti eius coronã imposuit, & deinde librum legis dedit in manum, vt intelligeret potestatẽ, regalem debere diuinę legi seruãdæ, retinendęq; seruire : principemq́ue debere legem Dei *manu*, hoc est, opere ipso, & obseruatione tenere : pro eaq; retinenda potestatem suam, quę *manu* etiam exprimitur, quandocunq; opus fuerit, expromere: ita accipiẽda sunt verba illa, *Posuit super eum diadema & testimonium* : quo loco per *testimonium*, liber Deuteronomij, in quo lex continebatur, de communi sententia intelligitur, qui in manum Regis quando vngebatur tradi à Leuitis consueuerat : eratq; vna ex prę-cipuis ceremonijs, quæ in ungendis, renuntiandisq; regibus apud Iudæos seruabantur: quanquam enim 4. lib. Regum citato, tantum dicitur, *Posuit super eum diadema & testimonium*, nec explicatur, quomodo *testimonium* fuerit Regi applicatum, tamen 2. lib. Paralipomenon cap. 23. disertè describitur, fuisse ei librum legis in manus traditum illis verbis, *Dederunt in manu eius tenendam legẽ.* Porrò hęc ceremonia ortum habuit ex diuina lege, quã Deus Deuter. 17. sanciuerat: *Cum* inquit, *ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & dixeris, Constituam super me Regem eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum: postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnib⁹ diebus vitæ suæ, vt discat timere Dñm Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt.*

Opes, & coronas suas diuino cultui cõsecrent reges.

4. Reg. 11. 12. 2. Para. 23. 11.

Deut. 17. 14.

Quia igitur Leuitæ exẽplar Deuteronomij à Rege transcriptum, ipsi tradere lege Domini tenebantur, id præcipuè faciendum putarunt, eo ipso tempore, quo Rex vngebatur, tũc enim vt eam legem implerent, librũ Deuteronomij in Regis manu tradebant. Cernis igitur in Regibus Hebræorum vngendis illud obseruari solitum, vt corona regalis capiti eius imponeretur, liber verò legis in eiusdem manu traderetur, vt intelligeret, se eò præcipuè Regem constitui, vt regiam dignitatem, atque potentiam ad legem Dei, tum à se, tum ab omnibus sibi subiectis populis obseruandam conferret, quod nihil est aliud, quàm regalem coronam ante Dei thronum mittere, atque Dei pedibus ad illius in omnibus rebus famulatum obsequiumq;, si ita necesse sit, etiam calcandam prompta & alacri voluntate subijcere. Tantum verò abest, vt Reges si ita coronas suas ante Dei thronum mittant earum splendorẽ imminuant, vt potiùs magis amplificent, regnoruq; suorum propagationẽ, & diuturnitatem Dei ope & præsidio consequantur : quẽ-admodum Deus ipsis eodem capite Deuteronomij pollicetur, subiungẽs; *Vt longo tempore regnet ipse & filij eius super Israel.* Et magnificis verbis repetitur Sapientiæ 6. vbi ita sapiens vniuersos Reges alloquitur: *Cura disciplinæ, dilectio est, & dilectio custodia legum illius est, custoditio autem legum, consummatio incor-*

6

Quorsum lex in manu traderetur regi Hebræorum cum creabatur.

Prorogat imperium diuinę legis obseruatio.

Sap. 6.

ruptionis

ruptionis est : incorruptio autem facit esse proximum Deo: si ergo delectamini sedibus & sceptris ô Reges populi, diligite sapientiam vt in perpetuum regnetis, diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis : quo loco illa verba *Vt in perpetuũ regnetis*, nõ solũ ad cęleste regnum, quod in omnem æternitatem probi & sancti Reges possidebunt, referenda sunt, sed ad regnum etiam terrenum, quod in posteris eiusmodi Regum, si & ipsi parentum sanctitatem æmulari studeãt, perpetuum & stabile permanebit, quare qui regalibus thronis, sceptrisq; delectantur, si diu regnare cupiunt, imperiumq; ad posteros diuturna successione transmittere, coronas suas ac sceptra ad Dei pedes cũ viginti quatuor senioribus abijciãt.

7

Nec verò tantum corona regalis, Deo subiecta esse debet, sed etiã tiara pontificia, vt vtraque corona & sacerdotalis, & regia, ante Dei thronũ abiecta, diuinis legibus, & imperio seruiat. Cuius rei significandæ causa præceptum est à Domino, vt super tiaram pontificiam aurea lamina poneretur, in qua hæc inscriptio insculpta esset קדש ליהוה ideſt, Sanctum Domino: sic nanque legimus Exodi 28. *Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris, SANCTVM DOMINO, ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram imminens fronti Pontificis: erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus*. Itaque nomen Dei tetragrammaton super caput & tiaram Pontificis eminebat, vt omnes Pontifices intelligerent, Pontificiam potestatẽ, auctoritatemq; Deo esse in omnibus subiectam, debereq; se vel ipso habitu formaq; ostendere, se Dei nomẽ in capite gestare, in frontęq; præferre, atque ad eius voluntatem & sanctiones, omnia sua studia, & gubernãdi rationem conformare: hoc enim est, cum viginti quatuor senioribus, in quibus ipsi præcipuè comprehenduntur, coronas suas ante Dei thronum abijcere.

Regalis, & Põtificia corona Deo subijcienda.

Exodi 28. 36.

Caterum dubitabis vtrum in lamina ista aurea, insculpta essent duo illa verba, SANCTVM DOMINO, an duntaxat nomen ipsum ineffabile IEHOVAH, Iosephus lib. 3. Antiq. cap. 8. solius nominis IEHOVAH, mentionem facit: *Pileo*, inquit, *quali cæteri sacerdotes Pontifex vtebatur, super quem extabat alius consutilis ex hyacintho variatus, hunc aurea corona triplici ordine circundabat, in qua spectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud Græcos dicitur Hyoseyamus: eiusmodi corona ab occipitio circum tempora vtraque procedebat, nã frontem isti calyculi non ambiebant, sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen habebat incisum.* Similiter diuus Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali, de solo nomini Dei loquitur. *Octaua*, inquit. *est lamina aurea, id est* ציץ זהב *in qua scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor literis*, יוד, הא, ואו, הא, *quod apud illos ineffabile nuncupatur: hæc super pileolum lineum & commune omnium sacerdotum, in pontifice plus additur, vt in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque Pontificis pulchritudinem Dei vocabulum coronet, & protegat.*

8

In aurea Pontificis lamina quid insculptum.

D. Hieronym.

9

Alij aliter sentiunt, idque videtur editio vulgata, magis sonare siquidẽ habet, *Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes SANCTVM DOMINO, seu SANCTVM IEHOVAH, nisi quis dicat, SANCTVM IEHOVAH*, positũ esse pro sancto nomine Iehouah, vt sit sensus sculpes in ea sanctum nomen Iehouah: quanquam ea interpretatio accommodatior videretur, si dictũ fuisset SANCTVM DOMINI, ideſt, sanctũ nomen Iehouah, nõ uero vt nos habemus SANCTVM DOMINO: quod aliud quiddam sonat. Verum quicquid sit, semper idem mysterium redditur: nam si solũ nomen IEHOVAH in lamina illa sculptum erat, illud ostẽditur vniuersum illum apparatum Põtificium, tiaramq; ipsam Pontificis capiti impositam, debere nomini Dei esse subiectam, eiusq; imperio, audito tãtum vel ipso nomine,

Deo, vel ipso nomine audito, obedire debet Pontifex.

obedire

obedire, atque pro tanti nominis sanctitate, & veneratione nullum laborē, aut discrimen formidare. Si autem duo illa verba incisa erāt, illud innuitur, totam dignitatem auctoritatēq; Pontificiam Deo ipsi consecratā sanctamq; fore, vel potiùs, quoniam *sanctum* eo loco substātiuè vsurpatur, & pro sanctitate ponitur, tiarā dignitatēmq; Pontificiam debere diuinæ sanctitati & cultui deseruire. Porrò aduerte eandem illam laminam auream appellari Ecclesiastici 45. coronam auream, cùm dicitur, *Coronam auream super mytram eius, expressam signo sanctitatis*; Et diadema Sapientiæ 18. illis verbis: *Magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat*: nec absre corona & diadema dicitur, quoniam erat instar semicirculi ab aure ad aurem, super frontem protensa, vndè coronæ & diadematis speciem referebat. Atq; hęc coronæ, ac diadematis appellatio cum viginti quatuor seniorū coronis, quæ ante thronum Dei mittuntur, magis consentire: luculentiùsq; sic apparet, debere quoque Pontificem coronam suam ad Dei pedes abijcere. Huius enim officij admonetur cum iubetur magnificentia Dei, hoc est magnificū & ineffabile Dei nomen in diademate gestarē, & coronam suā expressam signo sanctitatis præferre, hoc est Dei sanctitate & nomine quasi sigillo impressam, & obsignatam. Sic enim accipienda est Greca sententia, ἐκτυπωμα σφραγίδος ἁγιάσματος, hoc est, si verbum verbo reddas, ex-expresionem sigilli sanctitatis: vt videlicet Pontifici ipsum Dei nomen, & sanctitas pro sigillo quodammodo sit, coronaq; ipsius Pontificia, ita sit Dei nomine & sanctitate obsignata, vt nulli alteri rei quàm diuinæ voluntati adimplendę inseruiat, sicut res sigillatæ ei tantum cuius sigillum impressum gerunt, aut non nisi de eius mandato & præscripto vsui esse consueuerunt. Ex his iam cernis, tam reges, quàm Pontificias coronas esse ante Dei thronum abijciendas, omnesq; Reges ac Principes, Pontifices etiam, & reliquos, qui excelsum aliquem & sublimen dignitatis obtinent locum, exemplo istorum viginti quatuor seniorum debere potentiam omnem suam, dignitatem, splendorem, Deo subijcere, & cum opus fuerit eiusdem Dei pedibus calcanda prębere, & tunc demum se verè Reges, Principes, magnosq; esse ducere cum ante Dei thronum supplices venerabundiq; acciderint, totosq; sese eius cultui, & veneration consecrarint.

Lamina aurea, Pōtificis corona etiam dicebatur.

Solus Deivoluntati inseruiat dignitas Pontificia.

Quomodo Christum hæc eadem animalia figurauerint.

✻ SECTIO XI. ✻

CHRISTVM Dominū in eisdem quatuor animalibus expressum fuisse affirmāt Primasius, Rupertus, Arethas, Pannonius, & Glossa ordinaria in hunc locū, & D. Hieron. in procemio in quatuor Euangelia. Anastasius Synaita lib. 4. suorum cōmentariorum in Hexameron, & alij. Quia nimirum Christus in incarnatione homo fuerit, in passione vitulus, in resurrectione leo, aquila in ascensione. Vel aliter, quia per hominem designatur eius humanitas, per vitulum sacerdotium, per leonem regnum, per aquilam diuinitas, quæ vtraque expositio est D. Hieronymi loco paulò ante citato. Et quidem quod Christus per incarnationē homo fuerit manifestum est, similiter quod per passionem vitulus, cū vitulus sit iuxta legē immolatitium animal. Quam ob causam dixit Paulus 1. ad Corinth. 5. *Pascha nostrū immolatus est Christus.* Quod etiam in ascensione aquila fuerit, altissimus demonstrat aquilæ volatus, quem Christus longè sua ascensione superauit, cum teste Apostolo ad Ephesios. 4. super omnes cælos ascenderit.

I

Primasius. Rupert. Arethas. Pannon. Glossa. D Hieron. Anast. Synaît.

Quatuor animalia Christū variè adūbrāt.

1. Corint. 5. 7.

2

Christus in resurrectione quomodo leo.

Apocal. 5.5.

D. Ambr.

Abacuch. 3.6.

D. Hieron. Theodoret. Theophy.

Plinius. 8.

Christi fortitudo in resurrectione in Sampsone expressa.

D. Aug.

Origenes

illud tantum aliquis, quærat, quomodo in resurrectione leo fuerit, respondemus. Primam rationem esse, quod infinitam diuinitatis suę potentiam ostenderit, cùm se ipsum à mortuis suscitauit, vt recte dictum sit Apocalypsis 5. *vicit leo de tribu Iuda*. Secunda ratio desumitur ex eo quod refert D. Ambrosius lib. 6. Hexameron capite 3. leonis voci tantum naturaliter inesse terrorem, vt multa animãtium, quæ per sceleritatem posset impetum eius euadere, rugientis eius sonitu, quasi vi attonita, atque icta deficiant: ita enim Christus post resurrectionem, per Apostolorum prædicationem, instar leonis rugiens gentes nulla ui, sed solo rugitu victas tenuit, atque ad sui cultum, & adorationem pertraxit, quod ad literam decinit Abacuch capite 3. cum dixit, *Aspexit, & dissoluit gentes*, seu vt Septuaginta trãstulerunt; *Aspexit, & distabuerunt gentes*, sic enim legit D. Hieronymus Theodoretus, Theophylactus, ideſt ἐτάκη non autem distare facit, ideſt, ἐξήκανεν vt habent codices Complutensis, & Regius. Tertia ratio deprompti potest ex eo quod refert Plinius libro 8. historię naturalis capite 16. leoni tunc præcipuam generositatem aduenire, cum colla armosque vestiunt iubæ: Ita enim Christi maiestas præcipuè per resurrectionem splenduit, nam tunc immortalitatis vestibus indutus, quasi leo subas per colla, armosque sparsit, generosum se leonem de tribu Iuda, & hostibus terrificum ostentans: quod typicè in Sampsone fuit expressum, cum ei renatis crinibus fuit fortitudo restituta. Vnde Augustinus sermone 108. de tempore. *Capilli*, inquit *reduuiui caput Sampsonis iterum vestierunt, quia Iudæi nec resurgentem Christum cognoscere voluerunt*. Quarta ratio duci potest, ex eo quod de catulo leonis memoriæ proditum est, cum primùm nascitur, tribus integris diebus ac noctibus dormire; Deinde verò patris rugitu suscitari; quod etiam refert Origenes homilia 17. in caput 49. Genesis. Atque in hunc sensum de Christo interpretatur illam Iudæ benedictionem, quæ eodem capite commemoratur, *Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna quis suscitabit eum?* vbi docet Christum instar catuli leonis tribus diebus ac noctibus in sepulchro, quasi dormiuisse, & die tertio fuisse à Patre suscitatum.

3

D. Athan.

D. Ambr.

D. Augustin.

D. Bernard.

D. Gregor.

Psalm. 101.6.

Christus Pelecano comparatur, Ex Greg.

D. Aug.

Tertul.

Lactan.

Origenes.

Ruffin.

D. Cypr.

Eundem locum de Christi resurrectione intellexerunt D. Athanasius in quęstionibus ad Antiochum, (si eius sunt) quæstione 103. D. Ambrosius in benedictionibus Patriarcharũ D. Augustinus libro 26. de ciuitate Dei capite 41. D. Bernardus homilia super Missus est. Et D. Gregorius in sua explanatione super septem Psalmos pœnitentiales, super illa verba, quarti Psalmi pœnitentialis, qui est inter Psalmos 101. *Similis factus sum pelicano: vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto*, vbi Gregorius. Simile quiddam narrat de pelecano. *Ferunt* inquit, *Philosophi, quod pelecanus filios suos statim vt nati sunt, interficit, postea verò per triduũ multo dolore se afficit, eisque quodammodo naturæ affectum ostendit, postea verò mater se ipsam vulnerat, eosque sanguine suo resuscitat. Quis vero Pater noster, & mater nisi mediator Dei, & hominum, qui occidit in nobis omnem iniquitatem, vt meliorem inueniamus resurrectionem.* Hactenus Gregorius. Idem refert de Pelecano D. Augustinus in Psalmum 101. vbi eam ob causam loquentem facit Christum illis verbis. *Similis factus sum pelicano*: atque ad vtramque, siue de leone, siue de pelecano sententiam referri potest illud Oseæ 6. *Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos*. Qui locus (quicquid alij dicant,) de resurrectione Christi intelligendus est; quemadmodum interpretati sunt Tertullianus libro aduersus Iudæos, Lactãtius libro 4. Diuinarum institutionũ, capite 19. Origenes homilia 5. in Exodum. Ruffinus in expositione Symboli, D. Cyprianus libro 2. Testimoniorum

nisorum aduersus Iudæos cap. 24. D. Augustinus libro 18. de ciuitate Dei cap. 28. Gregorius Nyssenus libro de cognitione Dei, D. Hieronymus, & Theodoretus in eum locum. Denique præter alios Dorotheus martyr in Synopsi, vbi addit eum locum Oseæ fuisse indicatum à Paulo 1. ad Cor. 15. cùm dixit, *Surrexit tertio die secundũ scripturas.*

D. August. Greg. Nyssen. D. Hieronym. Theodoret. Dorot.

1. Cor. 15.

4

Non desunt etiam qui similitudinem leonis ad ipsam mortem Christi referant, idq; velint significatum eodem loco Geneseos supra citato, cuius similitudinis multiplicem afferunt rationem. Prima redditur ab Anastasio Synaita libro 4. suorum commentariorum in Hexameron, (& habetur in appendice Bibliothecæ Sanctorum Patrum) quia videlicet quemadmodum dé leone dicitur, quod non dormiat, id quod ex eo ortũ habuit, quia dormit apertis oculis. Ita Christus in sepulchro apertum habuit diuinitatis oculum, separata enim anima à corpore, vtrunque tamen mansit vnitum hypostaticè Verbo. Aliam non min⁹ elegantem affert Anastasius quęstione illa 103. ad Anthiocum; *Quia quemadmodum*, inquit, *leo etiam cum dormit terribilis est, sic mors Dominica terrori fuit, tum morti, tum diabolo.* Tertia est D. Gregorij in quartum Psalmum pœnitentialem. *Vt leo*, inquit, *requiescens accubuit, quia mortem sponte subiuit.*

Christus etiã moriendo, leo.

Anast. Synai.

Mors Christi morti, & diabolo terrifica.

D. Gregor.

5

Quartam denique excogitauit Caietanus super caput 49. Geneseos. Christum nimirum accubuisse vt leonem, quia securus accubuit, nihil videlicet sibi timens; quæ ratio ex eo potest illustrari, quod leo tela dicatur spernere, & illa in eo nobilior animi significatio emineat, quod quamlibet magna canum, & venantium vrgente vi contemptim incedit, quod mirificè in Christum conuenit, qui vndique à venatoribus circumventus, quasi præda nihil vel in ipsa morte sibi timuit, quò pertinet illud Psalmi vigesimi primi, *Circundederunt me canes multi*: imò eius hostes nihil ipsi nocuisse, sed sibi ipsis. idem apud Regium vatem alibi significauit, cùm dixit, *Circundederunt me sicut apes*: qua similitudine quanuis Euthymius, & alij existiment significatam fuisse vehementiam, & promptitudinem Iudæorum aduersus Christum, apes enim sauo mellis inuento summa prõptitudine, ac vehementia illum circundant, ac mellis succum exugunt. Nihilominus Haimo, & Magister sententiarum arbitrantur indicatam ea similitudine fuisse Iudæorum propter mortem Christi, euersionem, quẽadmodum enim apes infixo aculeo sese euiscerant & moriuntur: ita Iudæi occiso Christo, perierunt. Sed non est prætermittenda hoc loco expositio diui Augustini *Mel*, inquit, *apes operantur in fauis, nescientes igitur persecutores fecerunt eum nobis in passione dulciorem.*

Christus instar leonis nihil sibi timuit in morte.

Pſalm. 21. 13.

Euthim.

Haimo. Magister. Sentent.

Vtrum eadem animalia Ioãni hoc loco, & Ezechieli, capite primo fuerint ostensa.

SECTIO XII.

DIVERSAM fuisse vtranque animaliũ visionem existimauit Clarius Isidor⁹ Brixian⁹ in suis scholijs super Ezechielem cap. 1. potestq; ea sentẽtia confirmari. Primùm, quia vnumquodque animalium Ezechielis quatuor habebat facies, Ioannis autẽ animalia singula singulas. Deinde quia animalia Ezechielis quaternis alis cõstabãt, Ioannis senis. Adhęc, quia animalia Ioãnis dũtur plena oculis, antè, retrò, & intùs, quod Ezech. c. 1. de suis non dixit. Postremò, quia apud Ezechielẽ, primũ animal habet faciẽ hominis. Secundũ, leonis. Tertiũ, bouis. Quartũ, aquilæ: cum longè alium ordinẽ seruent animalia Ioãnis. Primũ enim locũ obtinet leo, secundũ vitulus, tertiũ homo, aquila postremum.

I

Isidor. Clar.

Quot alis constarent Ezechielis, & Ioannis animalia.

2 Eadem animalia Ezech. & Ioanni ostensa

Cæterum communis sententia, quę vel eo ipso magis nobis probari debet, est, eadem animalia tam Ezechieli, quam Ioanni, per visum apparuisse, sic enim sentiunt D. Hieronymus proœmio in Matthęum D. Thomas, Rupertus, Richardus de sancto Victore, Ansbertus, Hugo Cardinalis Dionysius Carthusianus in hunc locum, Glossa ordinaria in primum caput Ezechielis, Abulensis tomo 1. in Matthæum in 3. prologo super quatuor Euangelia. Prima ratio prioris sententiæ facile soluitur, eo animaduerso, quanuis Ezechielis animalia quatuor facies haberent, vnam tamen in singulis fuisse præcipuam, à qua denominationē sumebant, quod Ezechiel ipse significauit, cum in animalibus nominandis singulas facies, singulis tribuit: quam eandem ob causam eæ soli Ioanni apparuerunt, vel si quaternæ in singulis etiam illi fuerunt ostensæ, præcipuarum sibi dumtaxat rationem habendam existimauit, quippe quæ solę ad eius institutum pertinerent. Ad secundam, respōdemus, additas esse in visione Ioannis binas alas singulis animalibus, mysterij causa, ad maiorem videlicet rerum diuinarum cognitionem, quæ per alas exprimitur, vt supra diximus declarandam, quæ noui testamenti Patribus tributa fuit. Ad Tertiam dicimus etiam Ezechielis animalia plena oculis fuisse, quemadmodum idem testatur cap. 10. vbi iterum visionem commemorat. Ad quartam denique dicendum est, mysterij etiam causa animalium ordinem fuisse mutatum, quia vt vult Ansbertus, mundus in Christum credidit, non quia natus fuit vt homo; non quia passus vt vitulus; sed quia resurrexit vt leo, iuxta illud Pauli 1. ad Corinthios 15. *Si Christus non resurrexit inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est, & fides vestra*: Indè est quod Ioannes, qui propter prædicationem resurrectionis vidit conuersionem mundi futuram, primo loco faciem leonis posuit: quia quanuis primus sit in ordine homo, sed primus est in virtute leo: quod videtur indicasse Paulus cum dixit 2. ad Corinthios 5. *Et si nouerамus Christū secundum carnem, sed iam nunc non nouimus*, ac si diceret; non iam in homine, & vitulo, moriturum Christum credimus, sed post mortem surrexisse leonem hostibus quidem terribilem, sed cum suis in æternum regnaturum confitemur.

D. Hierony. D. Thom. Rupert. Richard. Vict. Ansbertus. Hugo Card. Diony. Carth. Glossa. Abul.

In singulis Ezech. animalibus vna fuit præcipua facies.

Quorsum plures alas haberent Ioannis, quàm Ezech. animalia.

Item eorundē animalium ordo quo mysterio mutatus.

Ansbertus.

1. Cor. 15. 14

2. Cor. 5.

CAPVT. V.



T VIDI in dextera ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem. Et vidi Angelum fortem, & prędicantem voce magna, Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat, neque in cælo, neque in terra, neq; ſubtus terrā aperire librum, neque reſpicere illum. Et ego flebam multum, quoniā nemo dignus inuentus eſt aperire librum, nec videre eum. Et vnus de ſenioribus dicit mihi: Ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptē ſignacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnū ſtantem, tanquam occiſum, habentē cornua ſeptem, & oculos ſeptē, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſsi in omnē terram. Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librū. Et cum aperuiſſet librū, quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt corā agno, habentes ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorū, quæ ſunt oratióes ſanctorum: & cantabant canticū nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librū, & aperire ſignacula eius: quoniā occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natiōe: & feciſti nos Deo noſtro regnū, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terrā. Et vidi, & audiui vocē Angelorum multorū in circuitu throni, & animaliū, & ſeniorum, & erat numerus eorū millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorē, & gloriam, & benedictionē. Et omnem creaturā, quæ in cælo eſt, & ſuper terrā, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quę in eo: omnes audiui dicētes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſeculorum. & quatuor animalia dicebant: Amen. Et vigintiquatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorū.

ARGVMENTVM.

PERSEQVITVR *Ioannes narrationem secundæ visionis cœptã superiori capite, aitq; vidisse se in dextera sedentis in throno, idest Dei, vt supra explicauimus, librum scriptum intus & foris, septem sigillis signatum, tunc verò Angelum quendam fortem voce magna clamasse, quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Neminem autem siue in terra, siue in cælum inuentum, qui intueri in librum posset, ne dum eum aperire; quam ob causam cùm Ioannes vbertim fleret, apparuisse in medio throni quatuor animalium, & viginti quatuor seniorum, Agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem & oculos septẽ, qui acceptum de dextera sedentis in throno librum aperuit: cumque eum aperuisset, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores habentes singulos citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, cecidisse coram Agno, & in eius laudem canticum nouum decantasse, quod idem præstiterũt multa Angelorum millia, quæ omnia singulatim sunt à nobis enucleanda.*

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De secunda visione Ioannis.

Quis nam sit iste liber scriptus intus & foris, & signatum sigillis septem?

Et vidi in dextera sedentis supra thronũ, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.

SECTIO PRIMA.

EXPOSITIO prima, & cõmunior, est librum hunc sacram esse scripturam: sic enim interpretatur Origenes homilia 12. super Exodum, & homilia 14. super Ezechielem, Diuus Hilarius in prologo in Psalmos, Eusebius Cæsariensis lib. 8. demonstrat. Euangelicæ cap 2. D. Hieronymus in cap. 22. Esaiæ, Beda, Primasius, Rupertus, Richardus de sancto Victore, Ansbertus, Pannonius, Hugo Cardinalis, & Ioachimus. Tunc verò aiunt, huiusmodi librum esse in dextera Dei, non autem in sinistra; quia bonum spirituale, quod in sacra scriptura continetur, malis, qui sunt ad sinistram, abscõditur, bonis verò, qui sunt ad dexteram, aperitur. Sic enim etiam Deuteronomij 33. *Apparuit Dominus habens in dextera igneam legem*, id est, charitatem, quam solis iustis impertitur: cùm verò de sinistra Dei dicatur,

D. Hilarius. Euseb. Cæsar.

D. Hieron. Beda. Rupertus. Richar. vict. Pannon. Hugo. Card. Ioachimus.

Liber hic cur in dextera Dei

Deut. 33.

I

Origenes.

Prouer-

Prouerbiorum 3. *In sinistra eius diuitiæ, & gloria*, rectè ex eo infert Rupertus, quantum dextera præcedit sinistræ, tantum Scripturam sacram diuitijs omnibus, & mundi gloriæ antecellere.

Prou. 3. 16.

2

Scriptus est intus, & foris, primò propter duplex testamentum, quorum testamentorum, vetus foris scriptum fuit, nouum intus per mysterium latuit, quemadmodum exponunt Beda, & Ansbertus, vel è contrario vt vult Richardus de sancto Victore, scriptus intus propter vetus testamentum, vbi scientia de mysterio incarnationis occulta latuit; foris per nouum vbi manifesta patet.

Beda. Ansbertus. Richar. Vict.

Scientia mysterij Incarnationis latuit in veteri instrumento.

Secundò propter duplicem sensũ videlicet literalem, ac mysticum, vt exponit Rupertus, Pānonius, & Ioachimus. Tertiò. Secundum Richardũ & Ioachimum, *scriptus est intus* ad spiritualium, & perfectorum exercitationem, foris autẽ ad simpliciũ, & imperfectorum eruditionem. Quartò. Vt etiam interpretatur Ioachimus, quia foris loquitur instituẽdo corpora, intus autem animas informando in fide.

Rupertus. Pannon. Ioachimus.

3

Signatus est autem sigillis septem, ideſt omnibus obscuritatum generibus, eo quod numerus septenarius vniuersitatem significet. Primum sigillum vt ait Hugo Cardinalis, est sententiarum profunditas. Secũdum, sensuum multiplicitas. Tertium, figurarum varietas. Quartum, rerum ipsarum incomprehensibilitas. Quintum, mysteriorum obscuritas. Sextum, tropologiarum suauitas. Septimum denique, infallibilis veritas absque euidentia eorum, quæ in scripturis continentur: atque propter hanc scripturæ sacræ difficultatem dicitur apud Esaiam 29. *Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicent lege istum, & respondebit non possum, signatus est enim.*

Septem sigillorum mysteriũ, ex Hug. Card.

Esai. 29. 11.

4

Fuit autem opus Scripturam sacrã esse tam multis difficultatibus inuolutam. Primò, quemadmodum docet D. Hieronymus libro 7. commentar. in Esaiam cap. 18. vt ad eius intelligẽtiam prouocemur: solemus enim curiosius inuestigare quæ obscuriùs dicta sunt. Secundò, ex Theophylacto Lucę 8. propter infideles ne altissima fidei mysteria, quæ non intelligunt, irrideant: quam rationem accepit à Dionysio Areopagita cap. 2. cælestis Hierarchiæ, & à D. Hieronymo in cõmentarijs super Naum cap. 3. Ob id etiam Clemens Alexandrinus libro 5. stromatum, refert Ægyptios consueuisse in valuis templorum Shpynges collocare, in symbolum obscuritatis, vt docerent diuina non passim vulganda. Quam etiam ob causam Pythagoras varijs symbolis arcana Philosophiæ & moralia dogmata contexit, quorum nonnulla refert Plutarchus libro de institutione puerorum: imo & D. Hieronymus in Apologia aduersus Ruffinum, vbi multa commemorat, simulq; interpretatur Pythagoræ symbola, cuiusmodi est illud, *Coronã minimè carpendam*, ideſt, leges vrbium conseruandas: & illud, *Cor non comedendũ*, ideſt, mœrorẽ de animo eximendũ: & *Hirũdinẽ in domo non recipiendã*: ideſt, garrulos, & verbosos homines sub eodem tecto nõ habẽdos, & alia similia.

D. Hieronym.

Saeram scripturam difficultatibus inuolui, cur oportuerit. Theophyl.

Clem. Alex.

Diuina nõ passim vulgãda.

Pythag.

Plutarch.

D. Hieronym. Ruffin.

Tria Pythagoræ symbola.

5

Tertiò, ex D. Gregorio homilia 10. super Ezechielẽ, vt multipliciter possit exponi: quo sensu dixit Hieronymus libro de virginitate ad Eustoch. *Scripturam sacram esse margaritum, quod potest ex omni parte perforari*: quæ ratio etiã affertur à D. Augustino epistola 59. & in præfatione 2. Psal. 18. Quartò, ex Dionysio Areopagita cap. 1. de cælesti Hierarchia: *Quia non aliter*, inquit, *fas erat infirmitati nostræ lucere diuinum radiũ, nisi sacrorum varietate velaminum opertum, & vestitum ijs, quæ nobis familiaria sunt.* Hanc scripturæ difficultatem nõ obscurè indicauit Christus cum dixit Ioannis 5. *Scrutamini scripturas.* Scrutari enim dicimur, quod valde absconditum, & altè defossum latet, ex quo satis euincitur incredibilis hæreticorũ insania, aientium scripturam sacram facillimam esse, ac sui ipsius interpre-

D. Gregor.

Scriptura Sacra margaritũ ex Hieronym.

D. Augustin⁹.

Diony. Areo.

Ioann. 5. 39. Hæreticorũ insania circa Scripturam sacrã, euincitur.

tem

tem, neque doctore indigere, cum librum hunc septem signatum sigillis, nullus præter agnum inuentus fuerit, siue in cęlo, siue in terra, qui potuerit aperire.

6

Areth. Petri Aureo.

Secunda expositio est Arethæ, & Petri Aureoli Cardinalis ex ordine Seraphico. Librum hunc esse diuinę sapientiæ arcanum, quod quia nobis omnino est occultum, septem sigillis signatum dicitur; quia verò eorum mysteriorum reuelationem per Christum accepimus, iuxta illud Ioānis 1. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris ipse enarrauit*: id circo Agnus dicitur de dextera sedentis in throno librum accepisse, & sigilla resignasse. Et quidem diuinæ sapientiæ arcanum rectè signato libro comparatur, cum in eo sint omnia veluti obsignata, & recōdita: quēadmodum dicitur Deuteron. 32. *Nōne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Quanquam hunc locum D. Gregorius libro 12. Moral. cap. 11. de peccatis intelligit, qui in secreto iudiciorum Dei suo tempore punięda reseruantur: vnde subiungitur: *Mea est vltio, & ego retribuam*. Quod etiam dicitur Iob 14. *Signasti quasi in sacculo delicta mea*; idest, omnium delictorum meorū memoriam conseruasti, vt in ea suo tempore animaduerteres. Atque ad hos thesauros videtur allusisse Paulus cùm dixit ad Rom. 2. *Secundum duritiē suam, & impœnitens cor thesaurizant sibi irā*.

Diuinū arcanū, liber signatus.

Ioann. 1. 18.

Deut. 32. 34.

D. Gregor.

Peccata suo tē pore punięda, reseruat Deꝰ.

Iob. 14. 17.

Rom. 2. 5.

7

Eadem diuinorum arcanorum incōprehensibilitas significatur Ezech. 1. cùm dicitur, *Similitudo super caput animalium firmamenti, quasi aspectus Crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper*. In quem locum D. Hieronymus, docet firmamentū sustinens Dei thronum capitibus animalium imminere, nihil esse aliud, quàm diuina mysteria secreta admodum esse, & incomprehensibilia, captumq; omnem & intelligēdi vim longe superantia. Idēq; fuit expressum Exod. 24. cum Moyses ascendens in montem, vt cum Deo loqueretur, dicitur ingressus in medium nebulę, quæ symbolum est obscuritatis, & caliginis, in qua perfectissimi etiam viri versantur, id quod etiā Iob testatur c. 26. cum ait: *Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam*. Quem locum expendens diuus Gregorius libro 17. Moraliū cap. 18. *In vultu*, inquit, *solet cognitio demōstrari, tenet ergo vultū, qui maiestatis suæ potentiā mortalibus abscondit*: quam eandem ob causam dicitur super solium suum nebulam expandere, iuxta illud Psalm. 17. *Qui posuit tenebras latibulum suum*. Tertia expositio est aliorum. Per hunc librum intelligentium Christum, cuius septem sigilla, septem sunt nostræ redēptionis mysteria, in ceremonijs & figuris legalibus abscondita, quemadmodum docet D. Hilarius præfatione sua in Psalmos. Primùm est, Incarnatio. Secundum, Natiuitas. Tertium, Passio. Quartum, Resurrectio. Quintum, Ascensio. Sextum, Missio Spiritus sancti. Septimum, Aduentus ad iudicium.

D Hieron.

Captū nostrū superant diuina mysteria.

Exod. 24. 18.

Iob. 26. 9.

D. Gregorius.

Vultū abscōdere, quid?

Psal. 17. 12.

Christus liber signatus.

D. Hila.

8

Quod autē Christus liber sit, probari potest ex illis verbis Psalm. 138. *Et in libro tuo omnes scribentur*. Etenim de Christo qui de se loquens, dicat se esse librum, in quo omnes prædestinati scribuntur, eum locum intellexerunt Haymo, Magister sentētiarum, & alij. Vndè ipse Christus de se tanquam de libro loquens ait Esaiæ 49. *In manibus meis descripsi te*. Hic liber fuit apertus, & extensus in cruce, vt omnes in eo maximarum virtutum exempla perlegerent, vimq; illam amoris, quo Deꝰ mortales fuit prosequutus, intelligerent: scriptus erat intus & foris: intus quidem per amorem & dolorem: foris autem per vulnera: quia verò foris labores tantùm, quos pro nobis ferebat, videbamus: opùs fuit lancea latus eius aperiri, vt magnitudinem amoris, à quo exteriora illa signa oriebantur, cerneremus.

Psal. 138. 15.

Christus liber prædestinatorum.

Haym. Magist.

Christū vidēdo, discimus. Esai. 49, 15.

9

Eodemq; pertinet illud Esaiæ 30. *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum*, quia enim Christus & præceptor erat simul, & liber, ipsemet in seipso tanquam in libro dabat omnis probitatis

Esai. 30. 21.

documenta; Quia vero satis erat ad illum, vel tacentem respicere, ad hanc cælestem doctrinam capessendam, id circo dicitur; *Erunt oculi tui videntes*, non autem erunt aures tuæ audiētes, quia nimirum hic liber totus clarissimis virtutū omnium exēplis, quasi maioribus notis, scriptus erat, vt etiā ab ijs, qui longè erant, optimè legi possent. Sed vide quid sequatur. *Et aures tuæ audient verbum monentis post tergum.* In quo indicatur, nec tanta amoris signa satis fuisse ad hominem molliendum, quin potiùs neglexisse, & terga dedisse tāto præceptori, simulq; significari maximum Christi in homines amorem, qui ab illis derelictus, non cessat tamen post tergum sequi, & illis verbis clamare Cant. 6. *Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te.* In quem locum idem Hugo obseruauit quater repeti, *Reuertere*, propter quatuor affectiones, Gaudium, scilicet, tristitiam, timorem, & spem: quibus vt ad creaturas conuertimur: ita ad Deum reuerti prouocamur.

Christū vidēdo, discimus.

Clamat post peccatores Christus. Cant. 6. 12.

Hugo.

10

Verùm vt ad institutum reuertamur, de Christo plerique interpretātur librum illum, de quo Dominus ad Abacuch cap. 2. ita loquitur: *Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eum*: seu vt Septuaginta transtulerunt, *vt persequatur qui legit ea*: quo loco præcipit Deus Prophetæ, vt scribat librum maiusculis characteribus, illumq; in tabulis explicet, vt qui legerit non hæreat, sed facilè percurrat scripturam, & persequatur, id est, continuet absq; vlla cunctatione, qui liber super tabulas explicatus, Christus est in cruce extensus maiusculis literis conscriptus, id est, quàm maximis & clarissimis virtutum exemplis, vt nemo in eis perlegendis possit hærere, sed si velit facilè lectionem persequatur, & inde sibi viuendi normam possit accipere. Quem sensum reddidisse videtur Paraphrastes Chaldaicus; cum ita transtulit: *Scribe Prophetiā & explana eam in libro legis, vt festinet ad Sapientiam assequendam quicunque legerit in ea.* vbi per *librum legis*, Christus accipiendus est, qui cum Patre loquens, Psal. 39. ait: *Et legem tuam in medio cordis mei.* Eodē sensu exponi potest illud Esa. 8. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis*: vbi ad literam *Stylus hominis* significat stylum perspicuū, & vulgarem, qui ab omnibus possit intelligi.

Abacuch. 2. 2.

Christus in Cruce, liber lectu facilis.

Pſal. 39. 9. Esai. 8. 1.

11

Stylo hominis scribere, quid?

Igitur in Christo Pater stylo hominis conscripsit virtutum omnium exēplaria, vt à quouis clarè perspici possent ad imitandum, simulq; illud indicatur Deum ante incarnationem, non stylo hominis, sed Angeli scribere consueuisse, quia difficile admodum intelligi poterat, & nō nisi à subtilioribus, & perfectioribus, perfectū vitæ genus, humilitate, patientia, inimicorum dilectione, alijsq; similibus contineri. At post incarnationem eādem doctrinam in Christo, stylo hominis, id est, grandibus notis, clarissimisq;, & illustrissimis earundem virtutum exemplis conscriptam fuisse, vt à quouis, vel rudi, & imperito percipi possit, & ante oculos ad imitandum proponi. Denique Christum librum fuisse in cruce præcipuè explicatum, disertis verbis docuit Paulus ad Galatas 3. cùm dixit, ô *insensati Galatæ, quis vos fascinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos* IESVS *Christus præscriptus est, & in vobis crucifixus?* Quo loco, qui legunt *proscriptus*, veluti Ambrosius, & alij, illud significari arbitrantur, vsque adeò Galatas dementatos fuisse vt existimarent, Christum proscriptione damnatum, & tanquam iniquum aliquem meritò crucifixum, & D. Hieronymus qui etiam legit *proscriptus*, hoc sensu, *ante quorū oculos Christus proscriptus est*, id est, quibus per meam prędicationem ita manifesta est passio eius, vt ipsum ante oculos pendere putaretis, proscriptus inquam est, id est sententiam damnationis accepit. Et quidem apud Romanos erat genus quoddam damnationis quod προγραφὴν, ideſt proscriptionem appellabant. Alij tamen in bonam partem

Post incarnationem scripsit Deus stylo hominis.

Gal. 3. 1.

Christus liber in Cruce explicatus.

D. Ambrosi⁹.

Galatæ dementati circa Christi passionem.

D. Hieronym.

sic

sic locum accipiunt, ante quorum fidei oculos Christus crucifix⁹ est, quasi liber depictus, ac descriptus illustrissimis amoris documẽtis, atque hi non *proscriptus* legunt, sed *præscriptus*, id est, ante scriptus, seu depictus, quemadmodũ legũt D. Chrysostomus, Theophylactus, & alij. Id enim significat verbum Græcum προεγράφη, soletq; tum ad picturam, tum ad scripturam referri, vt sit sensus Christum cruci affixum fuisse, veluti librum apertum & explicatũ ante oculos fidelium propositum, in quo peccati turpitudinẽ, propterquam abolendam necesse fuit Christum pati, gratiæ splendorem, virtutum pulchritudinem, Dei bonitatẽ, sapientiam, potentiam, & incredibilẽ in homines amorem facilè possint perlegere.

D. Chrysost. Theophy.

12

Rectè quidem hęc omnia dicũtur, sed ad visionem Ioannis minùs accõmodatè: quid enim attinet iuxta hãc tertiam expositionem, Christum interpretari librum illum, quem Ideni Christus de manu Dei accepit, alioqui quid inter librum, & accipientem librum interesset? Non video etiam cur iuxta primam vniuersa scriptura, & multo minùs iuxta secundam, diuinæ sapientiæ arcana in vniuersum nomine huius libri accipiantur, cùm nõ omnia, quæ diuinę literæ complectuntur, ad propositum & mysterium visionis Ioanni ostensę pertinerent.

13

Apocalypsis, liber signat⁹.

Quarè existimamus librum hunc nullum esse alium, quàm hunc ipsum librum Apocalypsis, seu Apocalypsis mysteria, per visionem in libro illo imaginario obsignata, & inclusa; quorum explicationem solus agnus tradere potuit. In quam sententiam eò libentiùs adducor, quò aptiùs video libri mysterium cum Apocalypsi cõuenire: septem enim libri sigilla, sunt septem visiones præcipuę, quas initio diximus toto hoc opere comprehendi: tunc apertis sigillis narrat Ioannes sequentibus capitibus, illa se vidisse admiranda, quæ deinceps commemorat, vt nemini iam dubiũ esse debeat, librum illum, cuius signaculis resignatis, visiones hoc opere commemoratæ apparuerunt, hunc ipsum esse Apocalypsis librum, qui eas continet, cuius enim alterius libri, quàm Apocalypseos esse possũt Apocalypsis mysteria? Deinde cùm Ioannes in spiritu cælum ascendere iussus fuisset, vt ei ostenderentur, quæ citò fieri oportet, ostẽsus autem ei sit liber primùm signatus, deinde apertus, in quo ea tãtum vidit, quæ ipse hoc opere cõmemorat, quem alium quæso librum ei ostensum & apertum existimare oporteat, quàm hanc eandem Apocalypsim eiusmodi mysteria continentem: atque hanc de hoc libro sentẽtiam sequitur Pannonius super illa verba: *Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum.* Hinc etiam difficultatem huius libri licet intelligere, cum dicatur septem signatus sigillis, idest, septem obscurissimas visiones complectens, quæ propter summam difficultatem sigilla appellantur: simul etiam indicatur libri præstantia, neque enim vilia, sed pretiosa tam multis sigillis claudi, & obsignari solent.

Pannon.

Apocalypsis prẽstantia.

Explicatio illius sententiæ: *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.*

SECTIO II.

I

ILENTEM Ioannem, quod nullus neque in terra, neq; in cęlo, neq; subtus terram, id est, neque Angelus, neque homo, neque dæmon, librum illum quem viderat, posset respicere, nedum aperire, unus è viginti quatuor senioribus his verbis animauit, *Ne fleueris, Ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius*: quibus Ioanni spẽ iniecit fore, vt Christ⁹

qui omnia omnino tanquam leo vincit, atque propter diuinæ potentiæ magnitudinem omnia potest, etiam librum illum resignaret, & ita mysteria in eo comprehensa vulgarentur. In qua sententia duo expositionem desiderant. Vnum est, cur Christus leoni comparetur: alterum, cur appelletur radix Dauid.

2

Quod igitur ad primum attinet; Christum Dominum in sacris literis leonem appellari perspicuum est, potissimum ex Genesis 49. vbi Iacob ad Messiam respiciens ex Iuda nascituru̇m, sic Iudam filium benedicendo alloquitur. *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo.* Quem locum de Messia, vel ipsi Iudæorum Rabbini interpretãtur. Atq; hac de re legendus est Abulensis in suis Paradoxis, Paradoxo 2. Eius autẽ similitudinis possũt multæ afferri rationes. Prima ducitur ex fortitudine, quam eandem ob causam Messias tauro & Rhinoceroti comparatur Deut. 33. cùm dicitur, *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua illius cornua Rhinocerotis, in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* quod testimonium expendens D. Augustinus super Deuteron. quæstione vltima, docet non esse legendum, *primogenitus tauri*, sed *cùm sit primogenitus, pulchritudo eius pulchritudo tauri est*, nimirum propter crucis cornua, de quibus dicitur Abacuch cap. 3. *Cornua in manibus eius*: vbi obiter aduerte, pulchritudinem Christi in cruce eleganter pulchritudinem tauri appellari; quia videlicet tota eius in cruce pulchritudo fortitudo fuit, cùm mortem, ac dæmonem passione sua destruxerit, & peccati regnum extinxerit. Itaque propter summam fortitudinem, qua dæmonem vicit, appellatur leo, diciturque instar leonis vicisse: cuius victoriæ magnitudinem explicauit Paulus ad Colossenses 2. cùm dixit, *Expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm triumphans illos in semetipso*: vbi est diligenter obseruandum verbum *traduxit*, pro quo Græcè est ἐδειγμάτισεν, hoc est ad verbum *exemplauit*: & est sensus Christum dæmones ita profligasse, vt eos in triumpho duxerit humiliatos, vinctisque post terga manibus, in exemplum omnium mundi Regum ac principum, vt conspectis dæmonibus tanta potentia subactis & compressis, & à pristinæ fortunæ felicitate in eum statum seruitutis, miseriæq; redactis, discerent in eis Christi arma formidare, timentes nimirum ne similis sibi casus eueniret: hanc enim vim habet verbum Græcum ἐδειγμάτισεν, quasi dicas in exemplum proposuit. Simile quiddam habes Numer. 25. vbi Deus propter fornicationem populi cum fœminis Moabiticis iussit suspendi cunctos principes populi contra solem in patibulis. *Tolle*, inquit, *cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel*: Quo loco pro eo quod nos habemus *suspende*, transtulerunt Septuaginta interpretes παραδειγμάτισον, id est, exempla, seu propone in exemplum, vt conspectis principibus suspensis, cæteri timeant. Et vt hoc obiter dicamus, eodem plane modo exponendum est traducendi verbum Matthæi capite primo, cùm dicitur, *Ioseph autẽm cum esset vir iustus, & nollet eam* (id est virginem) *traducere*: est enim sensus *& nollet eam*, exemplare, seu exemplum facere, hoc est infamare: est enim Græcè idem verbum, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγμάτισαι. Hæc sit igitur prima ratio, cur CHRISTVS dicitur instar leonis vicisse dæmones, eorumquè regnum euertisse ob eximiam scilicet, & verè leoninam fortitudinem.

Gen. 49. 9.

Num. 25. 4.

Abul. Christus cur leoni comparetur, multiplex affertur ratio. Prima.

Deut. 33. 17.

D. August.

Abach. 3. 4.

Christi pulchritudo in cruce, quę?

Coloss. 2. 15.

3 Secunda.

Secunda ratio depromitur à Principatu: Est enim leo terrestrium animalium princeps, quemadmodum & CHRISTVS prędestinatorum omnium, quam ob causam annotauit Eusebius Cæsariensis libro 8. demonstrationis Euangelicę c. 2. Quanuis in sacris literis multi nomi-

Euseb. Cęsar.

nentur sancti, tamen solùm Messiæ sanctum sanctorum, imo sanctum, & iustum per excellentiam nominari: veluti Danielis 9. *Et vngatur sanctus sanctorum*. Et Hierem. 23. *Hoc est nomē, quod vocabunt eum Dominus iustus noster*. Vndè quemadmodum cætera animalia leoni tanquam principi famulantur, ita omnes gentes Christum, tanquam Regem susciptunt, & venerantur. Tertia est, quia leo, cùm terrori sit omnibus, neminem ipse timet: quæ ratio est D. Hilarij in Psalmum 131. vbi tractans locum Geneseos citatum. *Leo*, inquit, *terrori est feris omnibus, & hic solùm per confidentiam & securitatem dormit intrepidus, terror omnium vigilans est*, quod maximè pertinet ad Christum, cuius intrepidæ, & præpotentis naturæ securitatem, nulla externi terroris timiditas inquietat, quod præcipuè docet Hilarius morti Christi conuenire: tùc enim dormiens Christus leonis intrepidè dormientis similitudinem habuit.

Quarta desumitur à vigilantia, cuius leo symbolum est, eò quòd solus ex animalibus recuruos vngues habentibus, simulatq; natus est, cernit; qua quidem in re longe superior leone Christus fuit, qui non dico in ortu, sed vel in ipso sui conceptus momento diuinam vidit essentiam, quemadmodum multa Scripturæ testimonia non obscurè significant, veluti Ioānis 1. *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu Patris*, (id est, qui videt diuinam essentiam quatenus homo) *ipse enarrauit*, nam sicut per humanitatem enarrauit, etiam per humanitatem debuit esse in sinu Patris. Quæ expositio colligitur ex Cyrillo Alexandrino libro 1. in Ioannem cap. 22. Diuo Augustino tractatu 3. in Ioannem, & D. Chrysostomo homilia 14. in Ioannem. Propterea Ioannis 3. Christus ipse de se dicit, *Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur*. Et paulò inferiùs. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo*. Quo loco est aduertendum verbum illud, *Ascendit*, esse præteriti temporis, vt patet ex Græco contextu, quo fit vt Christus dicat se iam tunc ascendisse in cælum secundum humanitatem: cum autem eo tempore nondum ascendisset per corporalem ascensionem, relinquitur loqui eum de ascensione in cælum per visionem beatificam. Ioannis etiam 12. ait. *Vbi ego sum illic, & minister meus erit*, id est, fruetur visiõe beatifica, sicut ego modo fruor. Quod autem hoc in primo conceptionis articulo contigerit, non leuiter probari potest ex illis verbis Psalmi vigesimi primi, *In te proiectus sum ex vtero*, quæ de CHRISTO interpretatur Eusebius Cæsariensis libro decimo demonstrationis Euangelicæ cap. vltimo: vbi introducit CHRISTVM ita Patrem alloquentem: *Ex vtero te Deum meum iam videbam*. Et Psalm. 65. *Beatus quem elegisti, & assumpsisti*. Quem locum de Christi humanitate intellexit diuus Augustinus indicans in ipsamet assumptione fuisse CHRISTVM beatum. Idemque habet libro 83. quæstionum, quæstione sexagesima quinta, & libro quarto de consensu Euangelistarum cap. vltimo: vbi cum asseruisset nullum mortalium posse in hac vita videre Deum subiunxit, *Qua maximè proprietate distat à cæteris homo, cuius susceptione verbum caro factum est*: idemq; conceptis verbis affirmat Richardus de sancto Victore libro secundo de Emmanuele cap. 22.

Quod attinet ad secundum. Non vacat mysterio quod sequitur, *Radix Dauid*. Quomodo enim CHRISTVS radix Dauid esse potuit, qui ex Dauide tãquam ex radice traxit originem, ex quo videtur Dauidem potiùs radicem CHRISTI, quam Christum radicem Dauidis appellari debuisse, eam enim ob causam dicitur Esaiæ 11. *Egredietur virga de radice Iesse*, id est, Messias ex Iesse, siue Isai patre Dauidis, tanquam ex radice orietur. Eadem difficultas est in illis verbis Esaiæ eodē cap. cùm dicitur. *In die illa radix*

Iesse

Messias per excellentiam Sanctus. Dan. 9.24. Hierem. 23.6.

Tertia.

D. Hilar.

Psalm. 131.

4 Quarta.

Christus in sui conceptus momento vidit diuinam essentiam.

Ioan. 1.18.

Cyril. Alex. D. Augustin⁹.

D. Chrys. Ioan. 3.11.

Beatifica visione, priusquã corpore, ascendit in cælum Christus. Ioan. 12.26.

Psalm. 21.11.

Psalm. 65.5.

D. August.

Richar. Vict.

5

Esai. 11.1.

Ieſſe, qui ſtat in ſignũ populorum ipſum gentes deprecabuntur, vbi vides Meſsiam appellari *radicem Ieſſe*, cum paulò ante Ieſſe radix Meſſiæ dictus fuerit. Cui dubitationi reſpondent Rupertus, & Pannonius Chriſtum Dominum ſpectatum ratione humanitatis, non eſſe radicem Dauidis, ſed potiùs Dauidem eius radicem. Cæterùm appellari radicem Dauidis, vt eius diuinitas indicetur, ſecundum quam radix Dauidis, & omnium omnino fuit. *Magnificum*, inquit Rupertus, *& mirabile eſt eius eſſe radicem, de cuius ſtirpe deſcendit. Itaque ſecundum diuinitatem dictus eſt radix Dauid, quia ſicut radix vitem aut palmitem, ita Patrem ſuæ carnis Dauidem portat Chriſtus ſecundum diuinitatem: vnde etenim Dauid, & tota gens illa in ſacris literis vinea Domini dici conſueuit, niſi quia per fidem venturo inhærebat Chriſto, qui dicit Ioannis 15. Ego ſum vitis, & vos palmites.* Aliam rationem afferunt Arethas, & Ansbertus, appellari Meſsiam radicem Dauidis, non Dauid ex ipſo, ſed quia ipſe ex Dauide ortum habuerit, vt nimirum indicetur Dauidem eſſe quaſi ſemen, ex quo Meſsias prodijt tanquam radix, ex quo deinde futura Eccleſiæ virgulta germinarent, atque adeò dicatur radix Dauidis, id eſt, ortus ex Dauide, tanquam ex ſemine. Eodemq; ſenſu intelligi poteſt illud Eſaiæ 11. *Ecce radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum.* Obſeruauit autem diuus Hieronymus ſuper illa verba Eſaię eodem capite: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, Beatam virginem, quã ibi per virgam intelligit, & Chriſtum, quem per florem interpretatur, dici de radice Ieſſe aſcendere: cum neque virgæ neque flores ex arborum radice ſoleant immediatè erumpere; vt oſtenderetur multò poſt tempore Babylonicæ captiuitatis, nullo de ſtirpe Dauidis antiqui regni gloriam poſſidente, quaſi de trunco Mariam, & de Maria CHRISTVM fuiſſe exortum.

Chriſtus quomodo radix Dauid. Rupert. Pannon.

Ioan. 15. 1.

Eſai. 11. 10. D Hieron.

Cur flos Chriſtus de radice, non de virga dicatur aſcendere.

Aduertendum eſt primò, appellationem *radicis* rectè in CHRISTVM conuenire. Quemadmodum appellatur Eſaiæ 53. *Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.* Et capite 11. *In die illa radix Ieſſe.* Et ad Romanos 11. *Si radix ſancta, & rami.* Et ad Coloſſenſes 2. *Sicut ergo accepiſtis* IESVM CHRISTVM *Dominum, in ipſo ambulate radicati, & ſuperædificati in ipſo*; cuius appellationis ratio ea eſt. Quia ſicut ex radice tota arbor alitur, & efflorescit: ita ex Chriſto omnes gratiam, & alia dona recipiunt. Quemadmodum dicitur Ioannis 1. *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia*, id eſt, omnes ſigillatim gratias. Quam eandem ob cauſam, virgæ, & flori comparatur Eſaiæ 11. Vtrunque enim Hebræi de Meſsia interpretantur, teſte D. Hieronymo in eum locum, quia nimirum ex frondibus flores, & fructus enaſcuntur. Per florem autem, & ex flore, vt exponit Tertullianus libro de carne Chriſti capite vigeſimo primo, Omnes fructus oriũtur. Quanquã Origenes homilia nona ſuper Numeros, aliam tradit rationem vtriuſque ſimilitudinis, obſeruans in primis non otioſum eſſe, quod eo loco Eſaiæ, virga quidem exire, flos autem dicitur aſcendere. *Quamuis enim*, inquit, *vnus ſit CHRISTVS per ſubſtantiam, ſingulis tamen diuerſus efficitur: prout indiget is, in quo operatur: qui enim ſegnior eſt, & negligentior, fit ei CHRISTVS virga, & in virga non aſcendere, ſed exire dicitur, quia exeundum eſt ei, qui iners, & ſegnis eſt de eo ſtatu, in quo non rectè conſiſtit, & tranſeundum ad alium tanquam virga compulſo, id eſt ſeueritate doctrinæ rigidioris admonito. Qui verò iuſtus eſt, & ſicut palma floret, in hoc aſcendere CHRISTVS dicitur, tanquam flos. Itaque qui verberibus indiget, exit ad eum virga, qui autem proficit ad iuſtitiam, aſcendit in florem, donec afferat fructus Spiritus, quos enumerat Paulus ad Galatas 5. cùm ait. Fructus autem Spiritus eſt Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, Caſtitas.*

Eſai. 53. 2.

Rom. 11. 16.

Ad Coloſſ. 2. 6

Omnis gratia ex Chriſto.

Ioan. 1. 16.

Eſai. 11. D. Hieron.

Tertul.

Origenes.

Chriſtus negligentibus virgã, proficientibus flos.

Gal. 5. 11.

7

Secundo est aduertendum. Hanc radicē conatos fuisse euellere Iudæos, vt ipsimet sese inuicem adhortātur. Hieremiæ 11. *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Verùm quia hæc radix nimis alte defixa erat, propter diuinitatem in Christo corporaliter habitantem, vt ait Apostolus: Nequaquam eum auellere, sed abscindere tantum occidendo potuerunt, quemadmodum dixit Esaias cap. 53. *Abscisus est de terra viuentium.* Vbi *abscisus*, dixit, non *euulsus*, aut eradicatus, quia rursus per resurrectionem eiusmodi radix glorioſa erumpens, mirum in modum germinauit, vt ipse apud Regium vatem gloriatur, cum ait Psalm. 27. *Refloruit caro mea.* Qui locus ad Christi resurrectionem planè pertinet: id quod illustriùs expresit Dñs per Ezechielem 17. *Sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius, tenerum distringam: & plantabo super montem excelsum, & eminentem, in monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit:* quod enim hic surculus, qui in monte sublimi Israel plantari promittitur, sit ipse Rex Messias in monte Calvariç crucifixus, Septuaginta interpretes disertis verbis expressērunt, cùm illam sententiam, *In monte sublimi Israel plantabo illud*, ita transtulerunt κρεμάσω αὐτὸν ἐν ὄρει μετεώρῳ ἰσραήλ, idest, In monte sublimi Israel suspendam illum. Quemadmodum expendit Theodoretus in suis commentarijs super Ezechielem. Eandem ex Christo mortuo germinationem prænunciauit Esaias cap. 53. vbi postquā Christi passionem, & mortem multis verbis cōmemorasset, quasi exponens illū per mortem plantatum in fructus vberrimos pullulasse, subiunxit: *Generationē eius quis enarrabit?* idest, quis poterit enumerare innumerabilem sobolem, quæ ex eo orietur? verbum enim Hebraicum דור, dor, significat sobolem, & multorum propagationem: quemadmodum perspicuum est ex Ecclesiaste cap. 1. *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat.* Et Psalmo 9. *Dixit enim in corde suo, non mouebor à generatione in generationem.* Et ex multis alijs locis, vbi idem verbum ponitur: quam eandem sobolem ex Christo orituram habes apud Esaiam eodem cap. cùm dicitur, *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti:* Etenim sicut virgultum abscissum magis crescit, ita Christus abscissus per mortem, iterum per resurrectionem pullulauit, sicut radix quoad aspectum quidem oculorū latet sub terra defixa, sed tamen foras virtutē suam exerit, ita Verbum latuit quidē in carne, prçcipuè verò in cruce. Quā ob causam Esaiæ 40. appellatur Deus absconditus, sed vim tamen eximiam ostendit in debellādis aëreis potestatibus, & hominibus ad gloriam prouehendis. Denique eandē ob causam appellatur Christus germen Esaiæ 4. *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis.* Et Genesis 49. in benedictione Iudæ, iuxta translationem Septuaginta, *Ex germine fili mi ascendisti.* Quanquam D. Ambrosius libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 4. locum hunc ad incarnationem refert. *Ex germine*, inquit, *ascendit, eò quòd tanquam frutex in aluo virginis germinauit, & vt flos boni odoris ad redemptionem mundi maternis visceribus in splendore nouæ lucis emissus ascendit, iuxta Esaiæ vaticinium cap. 11. Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.*

Hierē. 11. 19.

Christus cur abscisus non auulsus dicatur de terra viuentium.

Esai. 53. 8.

Psalm. 27. 7.

Refloruit per resurrectionē Christus.

Ezech. 17. 22.

Theodoret.

Esai. 53. 8.

Ecclesi. 1. 4

Psalm. 9. 11.

Esai. 53. 1.

Christus cur germen.

Esai. 4. 2.

Genes. 49. 9.

D. Ambr.

Esai. 11. 1.

Quis sit ille agnus stans tanquam occisus, habens cornua septem, & oculos septem.

Et primum, cur Christus Agnus dicatur?

SECTIO III.

1 COMMEMORAT Ioannes vidisse se in medio throni, & quatuor animalium, & viginti quatuor seniorum, agnum quendam stantem, tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septē, qui de dextera sedentis in throno librum illum accepit, de quo superiùs disseruimus, quem agnū Christum Dominum esse nemini dubium esse debet. Illud explicandum superest, cur appelletur agnus, cur stet, cur tanquam occisus appareat, cur deniq; habeat cornua septem, & oculos septem?

2 Igitur vt à primo ordiamur, sciendum est Christum in sacris literis, nō solùm leonem propter ea, quę paulo antè diximus, sed etiam Agnum propter multa alia appellari. Primùm, quia veluti Agnus fuit pro hominum salute in cruce immolatus, quæ ratio est Origenis homilia 24. super Numeros. Imo, & Ioannis Baptistæ cùm dixit, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*; nimirum immolatus in cruce. Quam etiam ob causam fuit olim expressus in iugi illo sacrificio legis veteris, in quo Deus præcepit, vt sibi quotidie duo agni immolarentur. Numerorū 28. *Offeretis agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: vnum offeretis mane, & alterum ad vesperam.* Quo loco est obseruandum, quamquā in lege veteri multa animalium genera, siue terrestria, siue volatilia litari consueuerint, nihilominùs iuge sacrificium, ex solis agnis præceptum fuisse, quod videlicet expressiùs Christi sacrificium repræsentaret. Itaque cætera omnia sacrificia ad hoc sacrificium iuge quasi adiungebantur, quia hoc solùm quotidianum erat, quo significabatur, licet omnes sancti, qui pro Christo passi sunt, prosint ad salutē fideliū, id tñ nō habere nisi quatenus Christi sacrificio adiunguntur. Eandē ob causam fuit Christus expressus in Agno illo cuius sanguine præcepti sunt liniri postes, & superliminaria domorum filiorū Israel. Exod. 12. Quemadmodū præter alios explicauit D. Gregorius homilia 22. super Euangelia. *Quis, inquit, sit sanguis Agni, non iam audiendo, sed bibendo didicimus, qui sanguis super vtrūque postē ponitur, quādo non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur; nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit, vt imitari passionem illius nō dum velit, in vno tantum poste sanguinem posuit. Quid vero est illum ponere in superliminaribus domorum? Mens nostra domus est, cuius domus superliminare est ipsa intentio, quæ præeminet actioni, qui igitur intentionem cogitationis suæ ad imitationem Dominicæ passionis dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit.*

Exod. 12.

D. Gregor.

3 Secunda ratio. Cur Christus Agno comparatur, desumitur ab admirabili mansuetudine, quam in passione præsertim exhibuit, quam suspiciens Esaias capite 53. dixit, *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescet.* Quam etiam expendit Petrus prima sua epistola capite 2. *Cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.* Verùm quod mirum sane videri debet, ob hanc ipsam mansuetudinem principatū dicitur hic agnus obtinuisse; quemadmodum cecinit Esaias cap. 16. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti, ad montem filiæ Sion.* In quem locū Rabbi Ioseph, & ferè reliqui Hebræorum dicunt, Moabitas consueuisse tributum mittere ad Regem Israel centum millia agnorum, mortuo autem Achab amplius ea non misisse, vt refertur 4. Regum 3. Itaque confirmatum Israelem nunc dicere *Mittite agnos dominatori terræ*, (sic enim legūt ex Hebræo,) idest Ezechiæ. De petra deserti, quæ vna est ex vrbibus Moab. Verùm suo modo nugantur Hebræi, locus enim de Christo intelligitur, vt exponit D.

Christi māsuetudo in passione.

Esai. 53. 6.

Petr. 2. 23.

Esai. 16. 1.

Rabbi Ioseph.

4. Reg. 3.

Christ⁹ cur dicatur agnus.

Origenes. Baptista.

Num. 28. 9.

Prosunt saluti fidelium Sancti, Christi sacrificio adiuncti.

D. Hieron.

Hieronymus in commentarijs super Esaiam, qui ait transferri posse ex Hebræo *Dominatori terræ, & Dominatorem terræ*, vt sit sensus hunc Agnum, qui vel ipse est dominator terrę, vel immolatur dominatori terræ, venturum esse expetra deserti, quæ erat ciuitas Moabitarum, vbi nata fuit Ruth, ex qua Christus descendit, licet per petram deserti D. Hieronymus ipsam Ruth interpretetur, quę propter infidelitatem petra quædam Gētilitatis fuerit: plerique totā regionem Moab, quòd sit in Arabia Petrea.

Per petram deserti quid intelligendum.

4

Denique alij Beatam Virginem, quæ petra est refugij omnium mortalium. Quod vero Rabbi Ioseph, & Hebræorum sententia defendi non possit ex eo est perspicuum, quòd nulla erat ratio, cur Ezechias dominator terræ appellaretur, cum duabus tantum tribubus imperaret. Accedit quòd nunquam Regi Ezechiæ illi agni debiti, aut soluti fuerunt: Nec vero Osee vltimus Rex Israel potest vllo modo intelligi, quippe qui huius vaticinij tempore, aut regnum iam amiserat, aut certe in eo erat statu, vt appellari dominator terræ non potuerit; neque vllus Princeps cogi ad ei pendendum tributum. Facit prętera quod Septuaginta interpretes, *Dominatorem* non *Dominatori* transtulerūt. Verum de hoc vaticinio in nostra Victoria fusiùs, illud tātum hoc loco admonentes, rectè Christum, cùm Agnus dicitur, dominatorem terræ appellari: quia mansuetudine, & amore, vniuersum mundum sibi subiecit, quemadmodum ei gratulatur Regius vates Psalm. 44. *Intende prosperè procede & regna, propter mansuetudinem*: quam etiam ob causam hoc ipso loco Apocalypsis, cùm in specie agni Christus apparuisset, vnus ex uiginti quatuor senioribus clamauit; *vicit leo de tribu Iuda*, tūc uimirum leonis fortitudinem, & victoriam in Christo, agnoscens, cum agni mansuetudinem in eo spectauit. Tertia ratio ducitur ab innocentia: quemadmodum docet Gregorius Nazianzenus oratione in sanctū Pascha.

Deipara refugium mortalium.

Hebræorum sententia refellitur.

Mansuetudine subiecit mundum Christus.

Psalm. 44. 5.

Greg. Naz.

5

Quarta, & postrema, ex eo quod Christi meritis tanquam agni vellere induimur, quæ ratio est eiusdem Nazianzeni loco citato, D. Epiphanij libro 3. contra hæreses, & Diui Hieronymi super cap. 53. Esaiæ. *Non solum*, inquit, *sanguine suo nos redemit, sed etiam lanis operuit, vt infidelitate algentes sua veste calefaceret*, iuxta illud ad Galat. 3. *Quot quot in Christo baptizati estis, Christum induistis*. Et ad Romanos 13. *Induimini Dominum Iesum Christum*. Atque hoc quidem vellus, quo Agnus iste cęlestis nos induit, vere aureum est; vt eius obtinendi gratia multo plura subire debeamus pericula, quàm fuerint illa, quibus Iason, & celeberrimi illi argonautæ ad fabulosum illud vellus aureum quærendum, se difficillimæ nauigationi obiecerunt.

D. Epiph. D. Hieronym. Christi meritis vt agni vellere induimur.

Galat. 3. 27.

Rom. 13. 14.

Cur Agnus apparuerit stans, & tanquam occisus.

SECTIO IIII.

QVOD ad secū dū attinet subiungit Ioannes, eiusmodi Agnum stātem apparuisse: cuius rei multiplex affertur ratio. Prima est Glossæ, quia nimirum resurrexit ad vitam immortalem. Secunda est Richardi de sancto Victore, apparuisse stantem, quasi paratum ad perficiendum opus redēptionis. Tertia Panonij, apparuisse stātem tāquam ad iudicandum, iuxta illud Esaiæ 3. *Dominus stat ad iudicandum populos*. Quarta Ansberti, Hugonis Cardinalis, & aliorum ad opitulandum: quæ ratio est etiam D. Gregorij homilia 9. super Euangelia; quo loco reddens rationem cur beatus Stephanus Actorum

1

Glossa.

Richard. Vict.

Christi alacritas ad redemptionis opus.

Pannon.

Esai. 3. 13.

Ansbertus. Hugo Card.

D. Gregorius.

corum 7. vidit Christū non sedentem seu stātem, *Sedere*, inquit, *iudicantis est, stare pugnantis, vel adiuuantis*: quia igitur redemptor noster assumptus in cœlum omnia iudicat, propterea eum Marcus sedere describit capite vltimo: Stephanus verò in labore certaminis positus, stārem videt, quem adiutorem habuit, quia vt in terra persecutorum infidelitatē vinceret, pro illo de cælo Christi gratia pugnauit. Quinta, & postrema est D. Augustini libro quęstionum ex nouo testamento, quæstione octogesimā octaua, si eius est illud opus, stare Christum ante thronum Dei, quasi aduocatum pro hominibus. *In veteri*, inquit *testamento Esaias Christum vidit sedentem capite 6. at in nouo Stephanus stātem, Actorum 7. Quomodò*, inquit, *post triumphos videtur stare quasi subiectus, & antequā vinceret, sedere quasi Dominus? Sed profecto visus est quasi rex corripiens plebem, atque adeo se ostendit sedentem, quia in pace erat causa diuinitatis: Stephano autem vt stans appareret, fecit calumnia Iudæorum. In Stephano enim Saluatoris causa vim patiebatur; ideo sedente iudice Deo stans apparuit, quasi qui causam diceret, & quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat, omnis enim, qui causam dicit, stet necesse est.* Hæc Augustinus.

2 Quod attinet ad tertium, ait Ioannes eūdem agnum apparuisse tanquā occisum: quo testimonio abusi sunt complures hæretici ad probandum Christum Dominum non fuisse verè mortuum, siquidem non occisus, sed tanquam occisus à Ioāne dicitur: quæ hæresis ex varijs capitibus ortum habuit, quidam eò inficiabantur Christū verè mortuum, quia impiè existimabant eum nō habuisse verum corpus, sed phantasticum & apparens: in quo errore fuerunt Manichęi, Priscillianistæ, & alij: aduersus quem errorem disputat Tertullianus in libro de carne Christi, & libro de præscriptionibus hæreticorum, Iustinus martyr in secundo Apologetico pro Christianis, Diuus Epiphanius hæresi 41. 42. & 66. D. Augustinus libro de hæresibus, hæresi 22. & Leo Papa epist 93. cap. 4. & 17. Alij ex eo, quia credebāt habuisse corpus cæleste, atque impassibile, vt Valentinus, auctore Tertulliano libro de Præscriptionibus hæreticorum, & diuus Augustinus hæresi 11. In quo etiam errore fuerunt Gnostici apud Irenæum libro 1. capite 5. Alij denique quia putarunt habuisse corpus diuinum consubstantiale diuinitati, vt Apollinaris, vt auctor est Iustinus Martyr loco citato, quibus omnibus erroribus prętermissis, quorum videlicet confutatio ad alium locum pertinet, illud interim annotare sufficiat particulas tanquam, quasi, & similes in sacris literis nō semper similitudinem, sed sæpe rei ipsius significare veritatem: veluti 2. ad Corinthios 3. *Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eādem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquàm à Domini spiritu.* Ideſt, quemadmodum decet Domini spiritum operari, siue vt interpretatur Hieronymus spiritu Domini operante. Et ad Ephesios 5. *Vt filij lucis ambulate*, ideſt, vt filios lucis decet. Psalm. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati*, ideſt, cum nos Dominus reduxit ex captiuitate, incredibilem animo lętitiam, & consolationem accepimus. Denique Ioannis 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre*, ideſt, ea fulgentem gloria, qualem Dei filium habere conueniebat; quemadmodum exponit D. Chrysostomus homilia 11. in Ioannem his verbis: *Verbum (quasi) hoc loco non similitudinis est, sed confirmationis, & definitionis certissimæ, quasi dicat, vidimus gloriam, qualem deceat, & credibile sit habere vnigenitum, & dilectissimum omnium Regis filium, vt vulgò etiam cùm regium comitatum volumus describere, consueuimus dicere, incedebat quasi rex.* Non recte igitur argumentantur hæretici ex particūla, quasi, seu tanquam, ad veritatem mortis Christi inficiandam, sed neque hoc loco, *Quasi occisum*, pro *Occisum*, posuit Ioannes, cùm hæc post ascensionem Christi in cœlū contigerint, sed

illud

Pagnus ad opt. [illegible] Christ

Marc. c. vlt.

D. Augst.

Esai. 6. 1. Actorum. 7. Christus aduocatus noster apud Patrem.

Tertull.

D. Epiphan. D. Augustin⁹.

Leo Papa.

Tertullianus.

D. Augst.

Irenęus.

Iust. Mart.

Ad Cor. 2. 3.

D. Hieron. Ephes. 5. 8.

Psalm. 125. 1.

Ioan. 1. 14.

D. Chrys.

illud significare voluit, vidisse se Agnum illum cum signis præteritę occisionis, si quidem Christus cum quinq; vulnerum cicatricibus resurrexit, & cum ijsdem in cœlum ascendit: qua de re fuse iam in cõmentarijs primi capitis diximus.

Christus cicatrices vulnerũ seruat in cœlo

Cur Agnus apparuerit habens cornua septem, & oculos septem.

SECTIO V.

I

ADDITVR postremo, *Habentem cornua septem, & oculos septem.* Mirabilis proculdubio Agnus, qui septẽ tem cornua, totidẽq; oculos habeat. In septem cornibus eminentia potestatis; in septem oculis multiplex per septem spiritus sancti dona illuminatio, & prouidentia, qua Ecclesiam administrat, accipienda est: est namque numerus septenarius, vniuersitatis, & perfectionis symbolum. Et quidem quod attinet ad cornua, (de oculis enim iam suo loco egimus,) sciendum est, cornu in sacris literis, pro regno, & regali potestate sępe vsurpari, veluti Zach. 1. vbi quatuor mundi imperia, quatuor cornua appellãtur. Et Psal. 131. *Illuc producam cornu Dauid.* Et 1. Reg 2. *Sublimabit cornu Christi sui*, vbi est sermo ad literam de regno Messiæ, quemadmodum, & Psalm. 91. *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Merito autem Regnũ Messiæ cornu vnicornis simile dicitur. Primo propter firmitatem: Est enim cornu vnicornis durissimum. Deinde propter splendorem, quia pulcherrimum. Tertio, propter vtilitatẽ, quia est aduersus venena præsentissimum. Denique quia vnicum in quolibet horum animalium, Christi monarchiam significat. Nec solum pro regno cornu accipitur, sed pro-

Potestas Christi in administranda Ecclesia.

Zachar. 1. 13.

Psal. 131. 7

1. Reg. 2. 10.

Psal. 61. 11.

quacunque etiam excellentia, & sublimitate, tam in bonam, quam in malam partem. Veluti Psal. 74. *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti*: & iterum, *Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu.* Et Psalm. 88. *In nomine tuo exaltabitur cornu nostrum.* Deniq; pro robore & fortitudine Psalmo 17. *Protector meus, & cornu salutis meæ.* Et Psal. 21. *Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam*: id est à viribus, & potentia superborum, qui vnicornes appellantur, quod cõsortium, & societatem in honore omnino respuant: sic enim interpretatur D. Augustinus in priore expositione eius Psalmi. *A sublimitatibus*, inquit, *superborum se singulariter erigentium, consortesq; non ferentium saluam fac humilitatem meam.* Quo etiam modo eundem locum intellexit diuus Gregorius libro 31. Moralium cap. 13. quãuis eum ad Christum referat, & Iudæos qui eum persequebantur. *Tot*, inquit, *in illa gente vnicornes extiterunt, quotquot de legis operibus singulari, & fatua elatione confisi sunt.* Itaq; hoc loco cornua non solum pro eminentia potestatis & regno, sed etiam pro fortitudine sumuntur: septem autem cornua pro summa fortitudine, eò quòd numerus septenarius dicat vniuersitatem & perfectionem.

Psal. 74. 14.

Psal. 88. 18.

Psal. 17. 3.

Psal. 21. 22.

D. Augustin.

D. Gregor.

His igitur cornibus noster agnus armatus, dicitur gẽtes ventilasse Deuteronomij 33. *Cornua Rhinocerotis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes.* Quem locum expendens Tertullianus libro aduersus Iudæos titul. Quod Patriarchæ ostendunt figuram crucis. *Christus* inquit, *significabatur, cuius cornua essent æstimata, hac enim virtute crucis vniuersas gentes nunc ventilat per fidem, auferens à terra in cælum, & tunc ventilabit per iudicium.*

2

Deut. 33. 17.

Tertullianus.

Aduerte autem hoc loco, rectè agnum septem cornua tunc ostentare, cùm tanquam occisus apparet: quia nimirum vim suam, & fortitudinem præcipuè in morte, & cruce exercuit: quemadmodum cecinit Abacuch. c. 3. vbi cùm præmisisset, *cornua in manibus*

3

Christus fortitudinem præcipue in morte exercuit.

Abacuch. 3. 4.

eius, qui locus ad crucis cornua pertinet, statim subiunxit, *ibi abscondita est fortitudo eius*. Non est tamen prætereundum, quod in eum locum annotauit Hieronymus, iuxta translationem Septuaginta, quæ sic habet. *Cornua in manibus eius, & posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ, nimirum*, inquit Hieronymus, *id circo Deus Pater operuit cœlos gloria, & terram repleuit laude, & cornua, ideſt, regnum posuit in manu filij sui, vt faceret dilectum suum ab hominibus diligi, & diligi non leuiter, sed vehementer, & fortiter*. Itaque iuxta Hieronymi sententiam omnia, quæ Deus fecit in cælo, & quæ per Christum gessit in terris, ad vnum amorem referũtur, vt tam multis allecti beneficijs vnigenitum Dei filium, ipsumque Deum, non vulgari, sed vehementi, & forti quodam amore diligeremus. Propterea enim dictum est; *Dilectionem robustam fortitudinis suæ*. Possumus etiam ita interpretari Patrem in Christo posuisse dilectionem robustam fortitudinis suæ: quia dando filium suum, ostendit se mirum in modum in amorem mortalium exarsisse omnisque fortitudinis suæ neruos cõtendisse: denique ad vltimum, vt aiunt, potentiæ quodammodo peruenisse, ad homines sui amore inflamandos.

D. Hieron.

Omnia, quę Deus et Christus fecit, ad vnum amorem referuntur.

Quid sit viginti quatuor seniores habere singulos citharas, & cantare canticum nouum.

Cum aperuisset librum, animalia & viginti quatuor seniores, ceciderunt coram Agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & cãtabant cãticũ nouũ.

SECTIO VI.

I

LVM AGNVS librũ aperuisset, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, & cœperunt cantare canticum nouum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, &c. Obseruauit autem Rupertus non vacare mysterio, quòd postquàm Agnus librum aperuit, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores coram illo ceciderunt: *quia*, vt ait, *antequàm Agnus librum aperuisset, ideſt antequàm per passionem suam adimpleſſet veritatem scripturarum, præter paucissimos, hoc est, præter tres Magos ab Oriente venientes, & præter illum illuminatum à natiuitate cœcum fere nullus inuenitur procidendo adorasse Agnum; sed postquàm librum aperuit, ideſt per mortem, & passionẽ suam obedientiã consummauit omne genu curuatur, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorum, ad Philip. 2. Nec vere solùm genu flectitur, sed plena adoratio procidendo perficitur, iuxta illud Psalmi. 71. Coram illo procident Æthyopes, & inimici eius terram lingent. Ideſt, qui ante inimici eius erant, in signum perfectæ adorationis terrã ipsam lambẽt.* Quod ad contextum attinet Primasij verbũ, *aureas*, quod post phialas addit, ad citharas quoq; referẽdũ existimat, vt nimirum etiã citharæ aureæ fuerint. Ansbertus verò innuit etiã quatuor animalia habuisse citharas, quòd si accidit, mirũ certè fuit, leonẽ, vitulum, & aquilã citharã pulsasse, summamq; Christi gratiã declarat, quæ ferocia ingenia, & suapte natura barbara, atq; ad fidei disciplinã parũ idonea ita condocefecit, atq; erudiuit, vt cũ viginti quatuor senioribus possẽt ipsa quoq; citharam in manu sumere, Deiq; laudes decãtare. Simile ferè prodigiũ cõmemoratur Esai. 11. cũ puer paruulus, hoc est Messias instar pastoris recturus dẽ gregem quendam ex agnis, hædis, vitulis, ouibus, lupis, pardis, leonibusq; constantẽ, tãta seruata

Rupert.

Ante passionẽ pauci post illã Christum innumeri adorarũt

Ad Phil. 2. 10.

Psal. 71. 29.

Primasius.

Ansbertus.

Esai. 11. 6.

Inter tã disimilia animalia cõcordia, vt lupus cum agno habitet, & cũ hædo accubet pardus, vitulusquè leo, atque ouis simul cõmorẽtur: quia nimirum Messias homines natura efferatos, & potentiæ magnitudine superbientes deberet reddere mansuetos, atque ad humilem, & facilem cum abiectis hominibus consuetudinem traducere: denique per Euangelij prædicationem cicurare, & illos æquè, atq; inopes, & infirmos eodem doctrinæ, fidei, Sacramentorumq; pastu in eadem Ecclesiæ caula inclusos alere, legibusque suis ad Euangelij humilitatem, & mansuetudinem erudire.

2 Richar. Vict.

Igitur Richardus de sancto Victore, per citharas, quæ manibus pulsatę suauiter sonant, putat significari bona opera Sanctorum, quæ suis effectibus quasi quibusdam sonis proximos ad rerum diuinarum contemplationem, & amorem excitant, & inuitant.

Bona Sanctorum opera nos excitant.

Pannon.

Pannonius spiritualem quandam harmoniam ex puritate morum, & virtutum inter se concinentium coniunctione resultãtem, quæ in sanctorum animis perpetuo sonant Dei laudem.

Beda. Primasius. Rupertus. Ansbertus. Hugo Card. Glos. ordin.

Communis expositio, quam sequũtur Beda, Primasius, Rupertus, Ansbert⁹, Hugo Cardinalis, & Glossa ordinaria est, per eiusmodi citharas mortificationem carnis intelligi, cuius sententiæ rationes paulò post afferemus. Nobis tamen videtur probabiliùs per citharas in vniuersum diuinarum laudum commemorationem intelligendam esse, quas viginti quatuor seniores duobus potissimum modis denunciant, mortificatione videlicet passionum (iuxta communiorem expositionem) ex qua virtutum resultat concentus; & diuini verbi prædicatione. Et quidem quod attinet ad mortificationem recte ea citharæ comparatur. Primùm, quia ut in cithara chordæ, ita mẽbra per mortificationem tenduntur. Deinde quia vt annotauit Ansbertus, sicut in cithara aliæ chordę fortiùs, aliæ leniꝰ tenduntur, sed tamen disimiliter tẽsæ non disimilem concentum efficiunt: Ita diuersa in Christi corpore membra passiones eius alia pleniùs, alia minùs imitantur: sed tamen dissimiliter patientes vnam concordem Dei laudem resonant. Tertiò, quoniam, vt expendit D. Gregorius lib. 3. Moralium cap. 3. chorda in cithara, si minùs tenditur, non sonat; si ampliùs, raucum sonat. Vnde Paulus, fideliũ animas velut in cithara chordas tensas, alias ampliùs tendendo extenuat, alias à tensione sua laxando, conseruat: alijs enim dicit ad Romanos 13. *Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs.* Et ad Colossenses 3. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Et tamen Timotheo dicit: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* 1. ad Timotheum 5. Itaque iuxta D. Gregoriũ, mortificatio cithara dicitur, quia debet esse per prudentiam temperata.

Carnis mortificatio citharę comparatur.

Ansbertus.

D. Gregor.

ad Rom. 13. 13

Ad Colos. 3. 5.

1. ad Tim. 5. 23

D. Gregor. Mortificatio prudentia temperetur.

Quarta, ex D. Augustino, super illa verba Psalmi 42. *Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.* Quia sicut cithara ex inferiori parte sonat, ita mortificatio ad inferiores animæ vires carnisq; rebellionem comprimendam præcipuè pertinet. Huius citharæ chordæ sunt omnia membra, quæ omnia per mortificationem extendi debent, iuxta illud Pauli ad Roman. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Quod autem huius citharæ sonus Deo sit gratissimus, ostendit D. Greg. lib. 10. Moral. cap. 21. ex illis verbis Psal. 117 *Constituite diem solennem in confrequentationibus* (vulgatus transtulit, *in condensis,*) *vsque ad cornu altaris. Solemẽ,* inquit, *Domino diem in cõfrequentationibus constituit, quisquis se assiduè in eius desiderio affligit, qui nimirum solennitatis dies vsque ad altaris cornua tendi præcipitur, quia tandiu necesse est, vt quisque se affligat, quousq; ad supernæ sacrificij altitudinem, ideſt ad æterna gaudia pertingat.*

AdRom. 6. 13

D. Gregor.

Psal. 117. 27.

Quod ad prædicationem attinet

3

diuini

Prędicatio verbi Dei, citharæ

Esai. 16. 11.

D. Hieron.

Concionator virtutibus prę stare debet.

Esai. 22. 23. D. Hieronym.

diuini Verbi, quam etiam nomine citharæ intelligendam diximus, luculentè id testatur Esaias, cum de se tanquam de concionatore loquens, ait, capite 16. *Venter meus ad Moab quasi citharа sonabit.* Inquem locum D. Hieronymus eleganter adnotauit, concionatoreni debere omni virtutum genere præstare. *Quomodo,* inquit, *cithara non emittit sonum compositum, si vel vna chorda rupta fuerit; sic spiritalis venter Prophetæ, si vna in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulce resonare.* Eandem etiam ob causam prædicatores instrumēta musica appellantur, Esaiæ 22. quemadmodum interpretatur D. Hieronymus, cùm dicitur, *figam illum* (ideſt Christum) *paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui, & suspendent super eum omnem gloriam domus Patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas parvulum à vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorum.* Qui locus de Christo intelligitur, is enim tanquam paxillus in Ecclesia fixus est, exquo omnis gloria Patris eius pendet, Deiquè sapientia, & iustitia, vt idem Hieronymus exponit, ex eoque pendent omnia vasa musicorum, ideſt prædicatores, qui Dei laudes vbique resonant, atque hi præcipue dicuntur cantare canticum nouū, ideſt, redemptionis beneficiū, quod Agnus per sui immolationem in omnes contulit, identidem commemorare, ipsique Agno de hominum salute parta, ac Dei honore per suam mortē restituto gratulari, quod canticum uouum dicitur, quia licet tanti beneficij promissio fuerit antiquissima, collatio ipsa, & exhibitio ad legem gratiæ pertinuit, quare nouum beneficium nouo cantico celebrari oportuit: quanquam, & canticum nouum pro extraordinario sumi potest; vt quemadmodum redemptionis beneficium extraordinarium fuit, ita extraordinario quodam cantico, & laude, à viginti quatuor senioribus, & quatuor animalibus, id est prestantissimis quibusque sanctis, & egregijs concionatoribus, atque adeo ab Ecclesia vniuersa prędicandum, & extollendum denuncietur, de quo cantico loquutus est Esaias cùm dixit capite 42. *Cantate Domino canticum nouum.* Quē locum ad redemptionem per Christum atque ad noui testamenti gratiā refert præter alios Clemens Alexandrinus in exhortatoria ad Gentes, quo loco multis ostendit Christum fuisse nouum quendam citharædum, qui tum per se, tum per suos concionatores, omnia ad se concentus suauitate traxit, commemoransque illam Græcorum fabulam, qua Orpheus, & alij solo cantu dicuntur feras reddidisse mansuetas, syluasque, & rupes attraxisse, docet id per solum Christum verè fuisse perfectum his verbis. *Solus ipse feras mansuefecit, volucres quidem, ideſt eos qui ex se ipsis sunt leues: serpentes, id est, deceptores: leones, eos qui ad iram sunt concitati: sues, eos qui sunt voluptati dediti; lupos, eos qui sunt rapaces: lapides etiam, & ligna ad se traxit, ideſt eos qui lapides, & ligna adorabant, & qui instar lapidum insipientes erant, iuxta illud Matthæi 3. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ ideſt ex Gentilibus, qui lapidibus crediderunt. Has ergo omnes immanissimas feras, & tales lapides ipse cælesti tantu in mansuetos homines transformauit, vide quantum potuerit nouum canticum homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.* Hactenus Clemens.

Esai. 42. 10.

Clem. Alex.

Christus nouus citharedus omnia ad se suo concentu trahens.

Matt. 3. 9.

Quid significent phialæ aureæ plenę odoramentorū.

SECTIO VII.

DVO sunt in hac sententia, quę expositionē desiderant. Vnum est, quid per has phialas aureas intelligendū sit. Alterū, quænā sint ea odoramenta quorū plenę esse memorātur. Sed quoniā Ioānes hanc posteriorem partē explicauit, cū subiunxit, *Plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorū,* illud nobis explicādū supereſt, cur orationes sāctorū odoramēta appellātur.

2

Beda. Rupert. Richar. Vict. Hugo. Card. Dionys. Cart. Glos. interl. Ansbertus.

Quod igitur ad primum attinet, Beda, Rupertus, Richardus de sancto Victore, Hugo Cardinalis, Dionysius Carthusianus, & Glossa interlinealis, phialas aureas corda sanctorum latitudine charitatis patentia interpretantur. Alij vt Ansbertus, ipsam charitatem phialarum nomine accipiũt, quæ plena est odoramentorum, id est orationum, quia non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis orat, hoc enim est esse plenam. Denique Pannonius sanctos pios in phialis designari existimat. *Sicut enim*, inquit, *phialæ in parte infima angustiores sunt, in suprema verò latiores; ita sancti in parte inferiori, idest in carne, se se coangustant, & comprimunt, ne terrena concupiscant: In superiori autem, id est, secundum Spiritum, se pro viribus dilatant, appetendo cœlestia, iuxta illud Psalmi 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.* Aureæ autẽ sunt huiusmodi phialæ, quia sancti sunt charitate pretiosi, qui nimirum sunt illa vasa aurea in domo Dei, de quibus loquitur Apostolus 2. ad Timotheum 2. Denique plenæ sunt odoramentorum, idest orationum, quia Sanctorum est, gratias Deo agere pro collatis in omnes mortales beneficijs, & pro eorundem salute continuo preces ad Deum fundere. Ex his omnibus expositionib⁹ illa est germanior, quæ phialas corda Sanctorum interpretatur, nõ solum quia communior, sed quia textui congruentior, cum enim viginti quatuor seniores Sancti ipsi sint, phialasque manibus teneant, alienum planè est rursus phialas Sanctos interpretari, vt sancti se ipsos tenere manibus dicantur: & quanquam ad charitatem possemus accommodare phialam, quia tamen rectiùs charitas per aurum phialæ intelligitur, multò videtur cõuenientiùs vt phialas aureas corda sanctorum charitate fulgentia, & pretiosa interpretemur.

Pannon.

Psal. 118. 32.

2. ad Timoth. 2

3

Quod verò ad secundum attinet, non vacat sanè mysterio, quòd orationes sanctorum odoramenta appellentur, cuius appellationis ratio multiplex afferri potest. Prima, quia oratio instar odoris sursum ascendit: iuxta illud Ecclesiastici 35. *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat.* Et Psalm. 140. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Secunda, quia sicut odores boni faciunt ne loca graueolentia offendant, quam ob causam in eiusmodi locis odoramenta solent adhiberi, ita orationes iustorum pro peccatoribus orãtium, efficiunt ne impiorum scelera sic Deũ afficiant, vt eos quam primùm euertat, sed potiùs eis parcat meliorem q̃ animum inijciat. Tertia ratio, quia sicut flores quò magis manu premuntur, eò magis olent, & aromata in ignem coniecta suauissimè redolent: Ita orationes sanctorum eò sunt feruentiores, quò illi magis laboribus premuntur, & in ignem tribulationis tanquam aromata inijciuntur: aut si malis, quò ipsi magis se se per carnis afflictionem, & macerationem, quasi premunt, in cuius rei typum thymiama illud sacrum ex aromatibus compositum, de quo agitur Exod. 30. ita fieri iuberur, vt aromata in tenuissimum puluerem contusa, ac redacta prius sint, videlicet stacte, Onyx, Galbanum, & Thus lucidissimum. Est autem stacte pinguedo recẽtis myrrhę, cum exigua aqua tusæ, & organo expressę (quæ omnia carnis maceration em, & castigationem indicant,) indeq̃ vnguentum efficitur, quod stacte nominatur, galbanum verò succus est nascentis in Syria ferulæ, quod nonnulli Metopiũ vocant. Onychen vult Lyranus in commentarijs super trigesimum caput Exodi, esse ostreolam paruam valde redolentem magnitudine vnguis humani, vnde & nomen sumpsit. Eandem ob causam virgula illa fumi de qua agitur Canticorum 3. *Ex aromatibus myrrhæ & vniuersi pulueris pigmentarij ascendebat*, id est, ex carnis mortificatione, per quam prauæ animi appetitiones, ita tunduntur, vt in tenuissimum puluerem redigantur,

Oratio iusti instar odoris ascendit. Eccles. 35. 21

Psal. 140. 2.

Mitigat iram Dei in peccatores.

Exod. 30. 34.

Exod. 30.

Cant. 3. 6.

idest,

ideſt, minimum ſenſum, & appulſum paſsionum: ſic enim eum locum interpretatur D.Gregorius homilia 22. in Ezechielem. *Fumus*, inquit, *ex aromatibus compunctio eſt orationis concepta ex virtutibus amoris: quæ tamen oratio fumi virgula dicitur, quia dum ſola cæleſtia poſtulat, ſecreta progreditur, vt ad terrena petenda minimè reflectatur. Non virga autem, ſed virgula dicitur, quia interdum in compunctionis ardore tantæ ſublimitatis eſt vis amoris, vt hanc nec ipſe animus poſsit comprehendere: ſubiungitur, myrrhæ & thuris: quia thus in ſacrificium incenditur, myrrha verò corpora mortua condiuntur, ne vermibus corrumpãtur, quare myrrhæ & thuris ſacrificium offerunt, qui & carnem affligunt, ne eis corruptionis vitia dominentur, & redolentem in conſpectu Domini amoris ſui hoſtiam incendunt.* Hæc D.Gregorius. Aduertendum eſt etiam ignẽ, quo thymiamata in altari aureo incẽdebantur, deferri conſueuiſſe ex altari holocauſti, in quo perpetuò ignis erat, Leuit. 6. Quia videlicet orationum feruor ex perfecta mortificatione oritur, à qua nunquam ceſſandum eſt propter continuam carnis rebellionem; id enim ſignificat, nunquam in altari holocauſti defuiſſe ignem. Quare qui orationi vacare ſtudet, non incumbens mortificationi, perinde eſt, ac ſi ſine igne aromata velit incendere. vnde Canticorum 5. dicitur. *Demeßui myrrham meam cum aromatibus meis.* Quia nimirum vtrunque iungendum eſt, mortificationis videlicet myrrha, & orationis aromata. Et Canticorum 4. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*; quæ verba ſunt ſponſi, & eſt ſenſus: viſitabo eos qui in arduis mortificationis operibus, tanquam in montibus occupantur, & eos, qui in dulcedine oratiõis, tanquã in collibus conquieſcunt. vbi cernis mortificationem per montem, orationem verò per collem ſignificari: tum propter rationem, quam modo indicauimus, quia ſcilicet mortificatio inſtar accliuis montis, ardua eſt atque difficilis, non ita verò oratio, ſed inſtar amœni ac florẽtis collis, plus ſuauitatis quam difficultatis cõtinet; tum etiam quia oratio quaſi collis ex monte mortificationis porrigitur; ſolent enim montes in colles deſinere. Quarta ratio, cur orationes odoramentis comparantur, ea eſt; quia ſicut odores ſunt gratiſsimi: ita orationes iuſtorum gratiſſimæ ſunt Deo, & Angelis. Quam ob cauſam Angeli non ceſſant eiuſmodi odores è terra in cælũ quaſi aromata deferre, vt videlicet earum afflatu ſuauiſsimo in cælo ſe recreent, Deumq; eiuſmodi thure venerentur, hoc enim myſterium Raphael Angelus Tobię declarauit, cùm dixit. *Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino.* Quo pertinet illud, quod de Noe ſacrificio Gen. 8. refertur. *Odoratusq; eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Et illud quod ſæpe in Leuitico dicitur: *Oblatio eſt ſuauiſsimi odoris Domino.* Poſtremò obſeruandum eſt, viginti quatuor ſeniores non ſolum citharas, ſed phialas etiam habuiſſe aureas plenas odoramentorum, quia non eſt ſatis exteriùs Dei laudes decantare, niſi etiam cor ipſum interiùs plenum ſit odoramentorum, ideſt, orationum ſeruentium ſuauiſsimiq; odoris. Non deſunt verò, quamplurimi in Eccleſia, qui cum habeant pulcherrimas citharas, easq; numeroſè pulſent, id eſt, Dei laudes non ſolum modulatè concinant, ſed aliis etiam eleganter prædicent: phialis tamen aureis plenis odoramentorum carent, ideſt interna cordis deuotione, quę potiſſima eſt ſpiritualis citharędi conditio.

D.Greg.

Leuit. 6.12.

Orationis feruor ex mortificatione oritur.

Cant.5.1.

Cantic.4.6.

Tob. 12.12.

Gen. 8.21.

Non ſatis eſt exteriùs Dei laudes cãtare.

CAPVT VI.



T VIDI QVOD APERVISset Agnus vnum de septē sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus dicens, tanquam vocem tonitrui: Veni, & vide. Et vidi: Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens: Veni, & vide. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentem: Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum, & oleum ne læseris. Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum: & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimoniū quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsque quo Domine, sanctus, & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorū, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis, & stellę

de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno mouetur: & cœlum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulę de locis suis motæ sunt: & reges terrę, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium: & dicunt mõtibus & petris:

Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus irę ipsorum, & quis poterit stare?

ARGVMENTVM.

PERSEQVITVR *Ioannes visionem secundam, commemorans quomodò Agnus septem illa libri sigilla resignauerit, & quid nam illis apertis apparuerit. Atque hoc capite sex sigilla resignata cõmemorantur, quibus apertis admiranda quædam, quæ latebant in libro, visa sunt Etenim aperto primo sigillo apparuit equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, data que est ei corona. Aperto secundo, exiuit equus rufus, & ei qui insidebat equo, datus est gladius magnus. Aperto tertio, apparuit equus niger, & qui sedebat super eum, habebat statera in manu sua. Aperto quarto, visus est equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. Aperto quinto, apparuerunt subtùs altare animæ interfectorum propter verbum Dei. Aperto sexto, factus est terræmotus quidam magnus, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna sicut sanguis, & stellæ de cælo in terram ciderunt, quamplurimaquè alia visu mirabilia apparuerunt quæ posteà sigillatim explicabimus. Atque hæc sunt quæ per imaginariam visionem hoc capite, à Ioanne commemorantur.*

COMMENTARIVM TERTIVM EXEGETICVM.

In quo Ecclesiæ persecutiones sub diuersis Imperatoribus Romanis commemorantur, eorumque numerus, atque ordo, quem in Imperio tenuerunt vsque ad Iulianum describitur.

Primam Ecclesia persecutionem patitur sub Domitio Nerone.

SECTIO PRIMA.

1 VONIAM hæc visio, aliéq; huiꝰ operis statũ Ecclesiæ vniuersæ sub diuersis Imperatoribꝰ Romanis, variásq; sub eisdẽ persecutiones complectuntur, quæ nisi bene perspectæ exploratæq; sint, non possunt ea, quæ dicturi sumus, satis intelligi, quòd tum nostræ, tũ aliorum interpretum expositiones, quas in medium afferemus, sæpius in Romanorum, tùm Augustorum, tùm Cæsarum tempora, rerumq; ab ijs gestarum commemorationem incurrant, operæpretium duximus omnes Ecclesiæ persecutiones sub Imperatoribus Cæsaribusq; Romanis vsque ad Iulianum Apostatam sub aspectum subijcere, simulq; omnium vsque ad id tẽporis siue Augustorum, siue Cæsarum numerum, ordinemq; quem in imperio tenuerunt accuratè describere: ne harum rerum siuè ignoratio, siuè confusio curiosi lectoris cursum in hisce nostris commentarijs perlegẽdis remoretur.

Primus igitur Romanorum imperator fuit C. Iulius Cæsar, qui sibi armorum vi Romanum imperium subiecit: Is, vt auctor est Suetonius Tranquillus, ad Rubiconem flumen iacta, vt ipse dixit, alea, ad Romani imperij fastigium, per imperandi libidinem potissimùm aspirans occasionem belli prætexens, quòd neque ei prorogaretur imperiũ in prouincia, nec absenti potestas à Senatu fieret ad petendũ consulatum, cœpit rem bello, armisq; gerere, traiectoq; excercitu, Piceno, Vmbria, Hetruriaq; occupatis Romam iter conuertit, appellatisq; de Republica Patribus validissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erãt, inuasit, professus ante inter suos ire se primùm ad exercitũ sine duce, inde ad ducem sine exercitu reuersurum. Hinc repetita Vrbe, in Macedoniam transgressus, Pompeium per quatuor pene mẽses maximis obsessum operibus, ad extremùm Pharsalico prælio fudit, & fugientem Alexandriam persecutus, vt occisum deprehendit. Cum Ptolomæo rege bellum sanè difficillimũ gessit, victorq; regnum Ægypti Cleopatræ, fratriq; eius minori permisit. Ab Alexandria in Syriam, à Syria in Pontum transijt, vbi Pharnacem Mithridatis magni filium, tunc occasione temporum bellantem, multipliciq; secũdarum rerũ successu præferocem, exultantemq;

2 Iulij Cæsaris Imperium & gesta. Suetonius.

intra quintum, quàm adfuerat diem, quatuor, quib⁹ in cõſpectũ venit, horis, vna acie profligauit. Dehinc Scipionẽ, ac Iubã in Africa, Põpeij liberos deuicit in Hiſpania, quibus omnibus bellis cõfectis quinquies triũpha uit. Primũ, ac nobiliſsimũ triumphũ egit Gallicũ, ſequentem Alexãdrinũ, deinde Ponticũ, huic proximũ Africanũ, nouiſsimũ Hiſpanienſem, diuerſo quemq; apparatu, & inſtrumento. In Gallico aſcendit Capitolium ad lumina 40. elephantis dextera, atque ſiniſtra lychnuchos geſtãtibus: in Pontico inter põpæ fercula trium verboborum prætulit titulũ, *Veni, vidi, vici.* Cæterùm cùm ageret inſolentiùs, dominationeq; abuteretur, iure cæſus à pleriſq; exiſtimatur. Non. n. honores modo nimios recepit, veluti cõtinuũ cõſulatũ, perpetuã dictaturam, prẽfecturamq; morũ, inſuper prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ, ſtatuam inter Reges, ſuggeſtũ in orcheſtra, ſed & ampliora etiã humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedẽ auream in curia, & pro tribunali, thenſam, & ferculũ circenſi põpa, templa, aras, ſimulachra iuxta Deos, puluinar, flaminẽ, lupercos, appellationẽ menſis è ſuo nomine. Honores pro ſuo arbitratu conceſsit, pridie Kal. Ianuarias repentina conſulis morte ceſſantem honorẽ in paucas horas petenti dedit, eãdemq; licentia ſpreto patriæ more magiſtratus in plures annos ordinauit, decem viris prætorijs conſularia ornamenta tribuit; ciuitate donatos, & quoſdã è ſemibarbaris Gallorũ recepit in curiã; monetæ, publicisq; vectigalibus peculiares ſeruos præfecit; trium legionũ, quas Alexandriæ reliquerat, imperium Ruſioni liberti ſui filio ſuo exoleto demandauit: ſed inde præcipuã ſibi conflauit inuidiã, quòd adeuntes ſe cũ plurimis, honorificentiſsimisq; decretis vniuerſos Patres conſcriptos ſedens pro æde Veneris excepit. Itaque conſpiratum eſt in eum à ſexaginta amplius ſenatoribus, equitibusq; Romanis C. Calsio, Marcoq;, & Decio Brutis, & multis Principibus, edictoq; ſenatu in Põpeij curiam tribus, & viginti vulneribus confoſſus occubuit ſexto, & quinquageſimo ætatis anno, quadraginta duob⁹ annis ante fœlicẽ Chriſti ortum.

Nullum reliquit legitimum filium, nec filiam, quia Iulia, quæ Pompeio nupſerat, multò antè diẽ obierat; quã ob cauſam adoptauit Octauium Cæſarem Octauij filiũ, dictum poſtea Octauianum Auguſtũ, nepotem Iuliæ ſororis ipſius Cæſaris. Quamquã verò poſt mortem Cæſaris fuit Reipublicæ adminiſtratio diſtributa per Octauianũ, Marcum Antonium, & Lepidũ, quæ gubernandi ratio dicta eſt Triũuiratus, & quinque annis perdurauit, eo tamen finito ſolus Octauianus fuit imperator electus à militibus, appellatusq; Cæſar Octauianus, vt adoptiui patris, ideſt, Iulij Cæſaris, & naturalis, ideſt, Octauij memoriã ſeruaret. Fuit hic imperator feliciſsimus tùm ob alia, tùm vel maximè, quòd eius tẽpore natus eſt Chriſtus Dominus. Docet autem Euſebius in Chronicis ortũ Chriſti incidiſſe in annũ 42. imperij Octauiani Auguſti, numerãs videlicet annos imperij Auguſti à nece Iulij Cęſaris, quẽadmodum & reliqui ferè ſcriptores, veluti Ioſephus lib. 18. antiq. c. 3. Epiphan. hęreſi 51. Beda lib. de ſex ætaribus, Paulus Oroſius lib. 1. cap. 1. & Eccleſia Romana in ſuo Martyrologio die vigeſimaquinta Decembris: quanquam natum fuiſſe Chriſtum anno quadrageſimo primo imperij Auguſti affiment Irenæus libro 3. aduerſus hæreſes cap. 25. Tertullianus libro de præſcription. aduerſus Iudæos, & Diuus Hieronymus ſuper caput ſecundum Eſaiæ, & ſuper nonum Danielis, quia videlicet imperium Auguſti numerant ab anno, qui necem Cæſaris fuit conſequutus, ſed hæc minutius concidere alterius loci eſt. Domini appellationem Auguſtus vt maledictũ, & opprobriũ ſẽper exhorruit; cùm ſpectante eo ludos pro

3

Octauiani Auguſti ſecundi Imperatoris geſta.

Euſebius.

Ioſephus. Ephiphanius. Beda. Paul. Oroſi⁹.

Irenęus. Tertullianus.

D. Hieron.

Augustus appellationē domini exhorruit.

nunciatum esset à mimo, o dominum æquum, & bonū, & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes cōprobassēt, statim vultu, manuque indecoras adulationes repressit, & in sequēti die grauissimè edicto corripuit, dominumque se posthac appellari ne à liberis quidē, ac nepotib⁹ suis vel serio, vel ioco passus est, atq; huiusmodi blā ditias etiam inter ipsos prohibuit.

4

Propter eximia in Rempublicam merita fuit populo gratissimus: equites Romani natalē eius sponte biduo semper celebrarunt: omnes ordines in lacū Curtij quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebnat, calendis Ianuarij etiā absenti in capitolio strenam: reuertentem ex prouincia non solum faustis nominibus, sed etiā modulatis carminibus, prosequebantur. Ei patris patrię vniuersi repētino, maximoq; cōsensu appellationem dederūt, prima plebs legatione Antiū missa, deinde, quia non recipiebat ineūti Romæ spectacula frequens, & laureata; mox in curia Senatus neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis. Quod bonum, inquit, faustumq; sit tibi, domuique tuæ Cæsar Auguste, senatus te consentiens cū populo Romano cōsalutat patriępatrē. Peregrinarum ceremoniarum eas, quæ veteres, receptęque erant, reuerentissime coluit, cęteras cōtemptui habuit, Iudęis vsque adeo infensus, vt Caium nepotem, quòd Iudęam prætervehēs apud Hierosolymam non supplicasset, collaudaret, vt narrat Suetonius Tranquillus in Octauio cap. 93. Cęterùm postea mutata sententia Iudaicarum rerum propugnator fuit acerrimus: etenim, vt auctor est Philo Iudæus in sua legatione ad Caium, passus est trans Tiberim bonam vrbis partem teneri à Iudęis, quos sciebat habere suas proseuchas, in quibus cœtus facerēt præsertim sabbatis; sciebat eos collectas primitiarū mittere Hierosolymam, & certos homines, qui pro ipsis offerrēt victimas, eos tamen nec vrbe iussit excedere, nec multauit iure ciuium, quandoquidem ne in Palæstina quidē extinctā volebat eorū religionē, & Rēp. nec circa proseuchas quicquā nouauit, nec cœt⁹ in quib⁹ leges discerētur, fieri uetuit; itaq; *Tā sanctè*, inquit Philo, *nostra sacra habuit, vt penè omnium eius domesticorum dona extēt in tęplo nostro, in quo mādauit quotidianas mactari victimas suis sumptib⁹, quæ sacra hodięq; peraguntur, durabūtque perpetuò, virtutū imperatoris monumentum.* Hęc Philo. Refert quoq; Macrob. lib. 2. Satur. c. 4. cùm audisset inter eos, quos in Syria Herodes rex Iudæorū à bimatu, & infra iussit interfici, filiū quoq; eius occisum, lepidè iocatū dixisse melius esse Herodis porcū esse, quàm filiū. Eum edicto præcepisse, vt vniuersus orbis describeretur, narrat Luc. c. 2. cuius descriptionis causas cōmemorat Suidas in Histor. verbo ἀπογραφὴ, Sigonius de iure antiq. Ital. lib. 3. c. 21. & alij. Imperauit annis plusquā 56. tametsi hac de re nōnulla est apud scriptores dissensio, sed vno ad summū, aut altero anno variant. Epiph. in Ancorato ei annos 56. & menses præterea sex, Iosephus verò lib. 18. antiq. c. 3. annos 57. alij 58. tribuunt. Excessit è vita anno Christi 16.

Phila.

Macrobius.

Luc. 2. Suidas. Sigonius.

Epiphanius. Iosephus.

Suetonius.

Philo Iudęus.

Augusti clementia erga Iudæos.

5

Tertius imperator fuit Tiberius Nero ex Patricia gente Claudia Appio Claudio gētis principe, priuignus Augusti, filius nimirū Liuiæ eius vxoris: cùm enim Liuia nupsit Augusto, iam ex Tyberio Nerone marito susceperat hunc Tiberium Neronē eiusdem cum patre nominis; atque hunc Tiberium Augustus adoptauerat, generūq; fecerat ætatis Christi anno VI. Cùm electus fuit imperator, agebat annum 55. in eius gratiā Herodes Tetrarcha vrbē condidit ad lacum Genezareth, Tiberiadēq; appellauit, vt narrat Iosephus lib. 18. Antiq. c. 3. Imperij Tiberij anno 15. cœpit Ioānes Baptista prędicare baptismū pœnitētię, quēad modū habes Luc. 3. āno autē eius 18. passus est Chrīus. Narrat verò Suet. in Tib. cap. 36. eū externas ceremonias,

Tiberius Nero tertius imperator, & ab eo gesta.

Ægyp-

Ægyptios, Iudaicosq; ritus cõpescuisse, coactis, qui superstitione ea tenebãtur, religiosas vestes cũ omni instrumẽto comburere: Iudęorum iuuentutẽ per speciem sacramenti in grauioris cœli prouincias distribuisse, reliquos gentis eiusdem, vel similia sectantes vrbe submouisse sub pœna perpetuæ seruitutis, nisi obtemperassent; expulisse quoque Mathematicos, sed deprecantibus, artemque se deposituros promittentibus veniam dedisse. Verùm postea, vt refert Philo in legatione sua ad Caium Iudęorum res in meliorem statum restituit. Retulisse Tiberium ad senatum de diuinitate Christi, fauisseque Christianis affirmant Tertullianus in Apolog. capite 5. & 21. & Eusebius Cœsar. lib. 2. historiæ Ecclesiast. cap. 2. *Tiberius*, inquit Tertullianus, *cuius tempore nomen Christianum in sæculum introiuit, nunciatum sibi ex Syria Palæstinæ, quæ illic veritatem illi⁹ diuinitatis reuelauerant, detulit ad senatum cum prærogatiua suffragij sui: senatus, quia non ipse probauerat, respuit; Cæsar autem in sententia mãsit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consulite cõmentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectã tum maximè Romæ orientem Cæsariano gladio ferociße: sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriemur: qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi aliquid bonum grande à Nerone dãnatum.* Hæc Tertul.

Nero in Iudęos sæuit.

Philo.

Tertullianus. Euseb. Cęsar.

6

Sciendum Liuiam Augustam vxorem Augusti, antequam ei nuberet, suscepisse ex altero viro Tiberium Neronem, qui ei in imperium succesßit, de quo paulò ante diximus, & Drusum Neronem; qui Drusus reliquit duos filios ex Antonia Octauię sororis Augusti filia susceptos, videlicet Claudium, qui etiam fuit Imperator, & Germanicũ egregijs corporis, animique dotibus à natura locupletatũ, vsq; adeò non tantùm suis, sed hostib⁹ etiã charũ, vt in eius obitu non defuerint Reguli, qui mœroris causa barbã posuerint, & vxorum capita raserint, & Megistanus Parthorũ Rex exercitatione venandi, & cõuictu abstinuerit, quod apud Parthos iustitij instar est, vt testatur Tranquil. in C. Caligula c. 5. Huius igitur Germanici fuit filius C. Caligula 4. Romanorum Imperator, quẽ Tiberius adoptauerat, imperijq; hæredem declarauerat; Caligulę cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur, qui certo calceamenti genere, quod caliga dicebatur, vtebantur. Cum electus fuit imperator, agebat annum 55. vsq; adeo ferocis, & impotentis naturę fuit, vt Tiberius aliquoties prædicaret exitio suo, omniumq; Caium viuere, & se natricẽ (serpentis id genus est,) populũ Romanum Phaëtontem orbi terrarũ educare: quod verisimum sane fuit ob incredibilem huius imperatoris cum insigni libidine coniũctam sæuitiam, vt meritò Seneca lib. de Consol. ad Albinum dixerit, eum rerum naturam edidisse, vt ostenderet quid summa vitia in sũma forruna possent. Vixit annis 29. imperauit triennio, & decẽ mensibus: obijt à Cassio Chærea tribuno, Sabino Cornelio, alijsque coniuratis interfectus. Is Agrippã Aristobulo Herodis filio natum, qui Romæ in carcere vinctus tenebatur, non tantũ soluit, sed Regẽ etiã Iudæorum creauit, vt auctor est Ioseph. lib. 18. Antiquit. cap. 8.

Tranquil.

C. Caligula 4. imperator.

Seneca.

Ioſephus.

7

Quintus fuit Claudius Tiberius Germanici pris Caligulę, vt supra diximus, frater, atq; adeo Caligulę patruus: 50. iã anno cepit imperiũ, miro fortunæ lusu, vt refert Trãquil. exclusus inter cæteros ab insidiatoribus Caij in diætam, cui nomen est Hermeneum, recesserat: neque multò post rumore cędis exterritus, prorepsit ad solariũ proximum, atq; interprætenta foribus vela se abdit; latentem discurrens forte gregarius miles animaduersis pedibus è studio sciscitãdi, quis nã esset, agnouit: extractũq;, & præ metu ad genua sibi accidentem imperatorem salutauit; hinc ad alios commilitones fluctuantes, & adhuc frementes perduxit: ab his lecticæ impositus, & quia serui diffugerãt, vicissim

Claudius Tiberius 5. imperator. Tranquillus.

succollantibus, in castra delatus est, tristis, ac trepidus miserante obuia turba quasi ad pœnam insons raperetur, receptus intra vallum inter excubias militum pernoctauit, aliquantò minore spe, quàm fiducia, nam consules cum senatu, & cohortibus vrbanis forum, capitoliũque occuparunt asserturi communem libertatem, accitusque & ipse per Trib. plebis in curiam ad suadẽda, quæ viderẽtur, vi se, & necessitate teneri respõdit. Postero verò die Senatu segniore in exequẽdis conatibus per tædiũ, ac dissentionem diuersa censentium, & multitudine, quæ circunstabat, vnum rectorem iam, & nominatim exposcente, armatos pro concione iurare in nomen suum passus est: itaque imperator fuit declaratus. Excessit sexagesimo quarto ętatis anno, imperij quartodecimo: veneno occisum conuenit, vbi autem, & per quem dato, variant scriptores; quidam tradunt epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem prægustatorem; alij domestico conuiuio per Agrippinam vxorem, quæ boletum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat. Is nouo imperij sui anno Iudęos publico edicto Roma expulit, vt refert Suetonius in Claudio cap. 25. & Paulus Orosius lib. 7. cap. 6. cuius etiam expulsionis facit mentionem Lucas Act. 18. Sub eodẽ imperatore fames fuit illa toto orbe grauissima, cuius meminit Lucas Act. 11. *In his*, inquit, *diebus superuenerunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgẽs vnus ex eis nomine Agabus significabat per Spiritum sanctum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.*

Suetonius.
Paul. Oros.
Act. 18.
Act. 11. 27.

8 Domitius Nero sextus imperator.

Sextus Domitius Nero Claudius, filius Agrippinę vxoris Claudij, eiusq; ex fratre Germanico neptis, quem Neronem Agrippina ex priore marito Domitio susceperat, & ad ipsius preces Claudius adoptauerat: vnde vtriusque parentis nomenclaturam suscipiens Domitius Nero Claudius dictus est, de genitura eius statim multa, & formidolosa multis coniectantibus; præsagio fuit etiam Domitij patris vox inter gratulationes amicorũ, negantis quicquam ex se, & Agrippina nisi detestabile, & malo publico nasci potuisse. Decimoseptimo ætatis anno orsus imperium à demonstratione pietatis Claudium apparatissimo funere elatum laudauit, & consecrauit: memoriæ Domitij patris honores maximos habuit, & matri summam omnium rerum publicarũ, priuatarũq; permisit: primo etiam imperij die signum excubanti tribuno dedit, optimã matrem: atque vt certiorem adhuc indolem ostenderet, ex Augusti præscripto imperaturum se professus, neque liberalitatis, neque clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ vllam occasionem omisit: grauiora vectigalia aut aboleuit, aut minuit: cum de supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admoneretur, *Quam vellem*, inquit, *nescire literas*: omnes ordines subinde ac memoriter salutauit, agenti Senatui gratias respondit, *Cùm meruero*: inde quidam prodidere, vt refert Sextus Aurelius, Traianũ solitum dicere procul distare cunctos principes à Neronis quinquennio; petulantiam, libidinem, auaritiam, crudelitatem sensim quidem primò, & occultè velut iuuenili errore exercuit, sed vt tunc quoque dubiũ nemini foret, naturæ illa vitia, non ætatis esse: paulatim verò inualescentibus vitijs iocularia, & latebras omisit, nullaq; dissimulandi cura ad maiora palàm erupit. Nam quod ad libidinẽ spectat, eò processit, vt Sporum puerum exectum etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus sit, & cũ dote, & flammeo per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro vxore habuerit, vnde cuiusdam non insecitus iocus extitit, bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset vxorem: Itaque neque suæ, neque aliorũ pudicitię parcens, ad extremum indigna, quæ à nobis commemorentur,

Sextus Aurel.

planeq;

planeque pudenda admisisse videre est apud varios scriptores, qui Romanorum Imperatorum annales contexuerunt. Nec sanè minora sunt, quæ de eius sæuitia, & crudelitate memorantur. Britanicum Claudij filium veneno sustulit, matrem Agrippinam occidi præcepit, aiuntq; ad visendum interfectæ cadauer accurrisse, attrectasse, alia vituperasse, alia laudasse, strictq; interim obortæ bibisse: parricidio matris iunxit amitę necem; nullus adhibitus delectus, aut modus interimendi quoscunque voluisset; sed nec populo, aut mœnibus patriæ pepercit, dicente quodam in sermone communi ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, idest, me mortuo terra igni misceatur, imo, inquit, ἐμοῦ ζῶντος, me viuente: planèq; ita fecit, nã quasi offensus deformitate veterum ædificiorũ, & angustijs, flexurisq; vicorũ, incendit vrbem tam palàm, vt plerique consulares cubiculares eius cum stupa, tedaq; in prædiis suis deprehensos non attigerint: per sex dies, septẽq; noctes clade sæuitum est, ad monumentorum, bustorumq; diuersoria plebe compulsa: tunc præter immensum numerum insularũ domus priscorum Ducũ arserunt, hostilibus adhuc spolijs adornatę, Deorumque ædes à Regibus, ac deinde Punicis, & Gallicis bellis votę, dedicatæque, & quicquid visendum, atq; memorabile ex antiquitate durauerat. Et quod magis adhuc monstri huius efferatã naturam declarat, incendium hoc è turri Mecœnatiana perspectans, lætusq; flammæ, vt aiebat, pulchritudine ἅλωσιν Ilij scenico habitu decantauit.

Domitius Nero Vrbem incendit.

9

Hæc eò perstrinxerim, vt videant fidei nostræ aduersarij, cuiusmodi nã is princeps fuerit, qui primus edicto publico Christianorum religionem persequẽdam, fidelesq; vt sacrilegos, ac nefarios omnibus tormentis cruciandos, trucidandosq; esse putauerit, quod non præteriuit Tertullianus in Apolog. ad Senatum, populumq; Romanum. *Consulite*, inquit, *commentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tùm maximè Romæ orientem Cæsariano gladio ferociisse: sed tali dedicatore damnationis nostræ ita gloriemur; qui enim scit illum, intelligere potest non nisi aliquod bonum grande à Nerone damnatum.* Hęc Tertulianus. Itaq; prima Ecclesiæ persecutio mota est à Nerone, vt est communis sententia, & disertè tradit Tertullianus in Scorpiaco cap. 14. prætexuit verò huic persecutioni vrbis incendium, cùm tamen, vt ex Suetonio retulimus, ipse certissimus eius auctor extitisset, sed vt inuidiam in se conflatam, & opinionem à se immissi Vulcani amoueret, Christianos subdidit reos, inquit Tacitus lib. 15. eosque exquisitissimis affecit supplicijs, pereuntibusque addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut inflammandi, atq; vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur; denique Apostolorum Principes Petrum, & Paulum duo clarissima orbis lumina è medio sustulit, Petrum quidem actum in crucem, Paulum verò gladio truncatum, decimotertio imperij sui anno ad finem, & ferè iam appetente anno decimoquarto; vndè plerique id decimoquarto anno contigisse asserunt, veluti D. Hieronymus libro de viris illustribus in Petro, & Paulo ex Eusebio in Chronicis: quare non rectè Epiphanius hęres. 27. scripsit eos passos martyrium fuisse duodecimo imperij Neronis anno. Non multo autem tempore persecutio sub Nerone durauit. Cùm enim Nero persequi Christianos cœpisset anno imperij sui 11. vt est cõmunis sententia, ipse autem quatuordecim tantum annis imperauerit, efficitur, vt tribus annis duntaxat ea Christianorũ persecutio perdurauerit. Obijt porrò trigesimosecundo ætatis anno, spontanea morte, cùm fuisset hostis iudicatus à Senatu, adigens ipse iugulo ferrũ, Epaphrodito à libellis iuuante.

Prima Ecclesię persecutio à Nerone mota

Tertullianus.

Tacitus.

D. Hieronym. Eusebius. Epiphan.

Tertullianus.

Secundam sub Domitiano Ecclesia persecutionem patitur.

SECTIO II.

1

DESCRIPSIMVS Romanorum imperatorum seriem, atq, ordinē vsque ad Domitium Neronē, qui primus, vt ait Tertullianus, Cęsariano gladio in Christianos ferociuit. Iā de reliquis imperatoribus breuiter quoque differendum vsq; ad eum imperatorem, qui secundum aduersus Ecclesiam bellū nefariū suscepit, eoq; ordine deinceps de imperatoribus Romanis cōscribemus, donec omnes Ecclesiæ ab illis excitatas persecutiones breuiter perstringamus, quarum nonnullam cognitionem, vtpotè ad ea, quæ deinceps dicturi sumus, planè necessariam, omnino prætermittendam esse non duximus. Igitur progenies Cæsarum in Nerone defecit, cui Sergius Galba successit septimus ordine imperator, nullo gradu contingens Cæsarum domum, sed haud dubiè nobilissimus ex illustrissima Sulpitiorum familia, magnaque, & vetere prosapia, vt qui statuarum titulis, pronepotē se Q. Catuli Capitolini sēper adscripserit, imperator verò etiā stēmata in atrio proposuerit, quò paternā originē ad Iouē, maternam ad Pasiphaen Minois vxorem referret: per omnes dignitatis gradus ad proconsulatum Hispaniæ euectus, iam grandis natu imperium septimestre maiori ab initio fauore, quàm successu tenuit, ob auaritiam, & sæuitiam cunctis inuisus, vniuersisq; ordinibus offensus 73. ætatis anno opera M Syluij Othonis iugulatur.

Tertullianus.

Sergius Galba septimus ordine imperator.

2

Octauus fuit Otho Syluius familia vetere, ac nobili, atque ex principib⁹ Hetruriæ; Neronis imperatoris tempore missus est legatus in Lusitaniam, quam prouinciam per decem annos singulari moderatione, abstinentiaq; administrauit: interfecto Galba imperium obtinuit, sed cum ciuile bellum aduersus Vitellij Duces execraretur, arripuit duos pugiones, & explorata vtriusque acie, cùm alterum puluillo subdidisset, foribus adapertis arctissimo somno quieuit, & circa lucem demum expergefactus, vno se ictu traiecit infra læuam papillam, irrumpētibusq; ad primum gemitum modò celans, modò detegens plagam exanimatus est, & celeriter funeratus trigesimo octauo ætatis anno, & nonagesimo quinto imperij die.

Otho Syluius imperator octauus.

3

Nonus Aulus Vitellius, missus à Galba in inferiorem Germaniam, vix dum mense transacto subitò à militibus à cubiculo raptus ita, vt erat in veste domestica, imperator est consalutatus ob eximia liberalitatis, & comitatis, quæ exhibuerat, documenta. Consentiente deinde etiam superioris prouinciæ exercitu, qui priùs à Galba ad senatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab vniuersis cupidè recepit, Augusti distulit; Cęsaris in perpetuum recusauit; ac subindè cæde Galbæ nunciata imperium confirmatum. Fuit præter modum gulæ, ac uentri deditus, insigni crudelitate: octauo imperij mense desciuerunt ab eo exercitus Mæsiarū, atq; Pannoniæ, ex transmarinis etiam Iudaicus, atque Syriacus. Eo tempore Vespasianus in Oriente principatum arripuit, à cuius militibus certamine sub muris vrbis habito superatus in palatium ferri se passus est, vbi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus etiam ijs, qui simul erant, zona se aureorum plena circundedit, confugitq; in cellulam ianitoris, sed à militibus extractus, religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forū tractus, inter magna rerum, verborumq; ludibria per totum viæ sacræ spatiū, reducta coma à capite, ceu noxij solent, atque etiam mento mucrone

Aulus Vitellius nonus imperator.

gladij

gladij subiecto, vt viscendam ptęberet faciem, neuè submitteret, quibusdam stercore, & cœno incessentibus, tandē minutissimis ictib⁹ excarnificatus, & cōfectus vnco tractus in Tiberim.

4 Vespasianus imperator decimus.

Decimus Flauius Vespasianus Augustus ex gēte Flauia obscura, ac sine vllis maiorum imaginibus, viuēte ad hucVitellio electus ab exercitu. Cum enim sub id tēpus Iudæi rebellassent, cæsoque præfecto legatum insuper Syrię consularem suppetias ferentē rapta aquila fugassent, ad eum motum comprimendum Vespasianus potissimum delectus est à Nerone ad huc viuente; vt primùm prouinciam attigit, proximas quasque ciuitates ad se conuertit, correcta statim castrorū disciplina, vno quoquè, & altero prælio tam constanter inito, vt in oppugnatione castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit. Instabant sui, vt se se imperatorem nominaret, sed abstinuit; externorum, & ignotorum fortuitus fauor accessit: duo enim millia Mæsiani exercitus è tribus legionibus missa auxilia Othoni, postquàm iter ingressi victum eū esse, sibique mortem conscisse acceperunt, consilium inierunt eligendi, creandique imperatoris, neque enim se deteriores esse dictitabant aut Hispanienſi exercitu, qui Galbam, aut prętoriano, qui Othonē, aut Germanico, qui Vitelliū fecissent: propositis itaq; nominibus legatorum consularium, quot vbique tunc erant, cum cæteris alij aliunde alia de causa improbarēt, & quidam è legione tertia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Męsiam fuerat, Vespasianum miris laudibus efferrent, assensere cuncti, nomenque eius vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Diuulgato facto Tiberius Alexāder præfectus Ægypti primus in verba VesPasiani legiones adegit: Iudaicus deinde exercitus iurauit: plurimum contulit epistolæ siue veræ, siue falsę iactatum exemplar defuncti Othonis ad Vespasianū extrema obtestatione vltionem mandātis, optātisque vt Reipub. subueniret: simul rumor disipatus, destinasse Vitellium victorem, permutare hyberna legionum, & Germanicas transferre in Orientem ad securiorem, molliioremque militiam. Tum aduenere literæ fusas apud Cremonam Vitellij copias, ipsumque in vrbe interemptum nunciantes: Itaq; receptus, ac declaratus imperator in vrbē reuertit: per decem annos, quibus imperium rexit, singulari studio, ac prouidentia rem administrauit, princeps vsque adeo inimicitiarum oblitus, vt Vitellij hostis sui filiū splendidissime dotauerit: tanta clementia, vt nullius vnquā cœde fuerit lætatus, quin & iustis supplicijs interdum illacrymauerit: sola est, in qua merito culpari possit, pecuniæ cupiditas: creditus est rapacissimum quemq; ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quò locupletiores damnaret, quibus idcirco pro spongijs vti dicebatur, quòd ijs, & siccosma defaceret, & humentes exprimeret: & tamen cum is esset, (quod mirum sane videri debet) erat in omne hominumgenus liberalissimus. De cladib⁹, quibus affecit Iudęos legendus est Ioseph. lib. 3. de bello Iudaico. Obijt sexagesimo nono ætatis anno, cæptoque iam septuagesimo, imperij verò decimo.

Vespasian⁹ iniuriarum oblitus.

Clemētia Vespasiani.

Iosephus.

5 Titus imperator vndecim⁹.

Vndecimus Titus Vespasiani filiꝰ, cognomento Vespasianus ob patris memoriam; amor, ac deliciæ generis humani appellatus propter eximias animi, & corporis dotes; erat enim egregia forma, & cui non minus auctoritatis inesset, quam gratiæ: accedebant singularis clementia, liberalitas, honorificentia, contemptusquè pecuniæ; quadam die recordatus vesperi nihil se cuiquam præstitisse, *Amici*, inquit *perdidimus diē*; illud obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret, quin & admonentibus domesticis quasi plura, quam posset pręstare, polliceretur; respondit non oportere quenquam à sermone Principis tristem discedere. Viuente adhuc pa-

tre missus in Iudæam, vt bellum à se intermissum instauraret; Hierosolymam grauissima cinxit obsidione, tãdemque cepit, quemadmodum fusè narrant Iosephus lib. 6. & 7. de bello Iudaico: qua de victoria illustrissimum Romæ triumphum egit vectus eadem cum patre quadriga; in cuius monumentum extat adhuc Romæ ad radices montis Palatini arcus triumphalis, quẽ sæpe vidimus: quænam verò ex templo spolia in triumpho ducta fuerint, videre est apud Iosephũ lib. 7. de bello Iudaico cap. 24. quid verò de Arca fœderis sentiendum, diximus in nostris super Aggæum Prophetam commentarijs. Imperauit duobus annis, ac tribus fere mensibus: obijt altero, & quadragesimo ætatis anno: cum lecticâ trãsferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cælum, multumq; conquestus, eripi sibi vitam immerenti.

Iosephus.

De victoria Iudeorũ Romę Titus triũphũ egit.

Iosepha.

6

Domitianꝰ Imperator duodecimus.

Duodecimus Flauius Domitianus filius item Vespasiani, frater Titi. Pubertatis, ac primæ adolescentiæ tempus tanta inopia, & infamia gessisse fertur, vt nullum vas argenteum in vsu haberet. Habitabat vnà cum patre, sellamque eius, ac fratris, quoties prodirent, lecticâ sequebatur: iudaicum vtriusque triumphum equo albo comitatus est: inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quàm muscas captare, ac stylo pręacuto configere; vt cuidam interroganti, esset ne quis intùs cum Cæsare? non absurdè responsum sit à Vibio Crispo, *Ne musca quidem*: sagittas tanta arte direxit, vt non nnnquam in pueri procul stantis, præbentisque pro scopo dispansam dextræ manus palmam ita certò còllimaret, vt omnes per interualla digitorum innocuè cuaderent. Quãquam verò principio ab omni cæde abhorruit, postea tamẽ apparuit id non naturæ, sed arcificij fuisse; nam leuissimis de causis homines etiam nobilissimos trucidabat, cò processit amentiæ, vt se Deum nominaret: nam cùm procuratorũ suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: *Dominus, & Deus noster sic fieri iubet*: vndè institutum posthac, vt ne scripto quidem, ac sermone cuiusquam aliter appellaretur. Itaque facta conspiratione contrucidatus occubuit anno ætatis quadragesimoquinto, imperij quintodecimo: eius cæde senatus adeò lætatus est, vt repleta certatim curia sibi non temperauerit, quin mortuum contumeliosissimo, atq; acerbissimo acclamationum genere laceraret scalas etiam inferri, clypeosq; eius, & imagines palam detrahi, & ibidem ad solum allidi iuberet, nouissimè eradendos vbique titulos, omnemq; memoriam abolendam decerneret. Quid mirum igitur, si tam insigni crudelitate, & impietate imperator secundâ aduersus Ecclesiam persecutionem cõmouerit? cuius initium in 9. anno eius imperij ponẽdũ est, vt tradit eruditissimꝰ, omnisq; memoriæ scriptor, Carddinalisq; meritissimus Cæs. Earo. 1. suorũ Annal. Eccles. anno Chri 92. Sed eo tẽpore nõ tã sæua fuit persecutio, quemadmodum 14. anno imperij, ex quo tempore D. Hieron. lib. de viris illustr. persecutionem Domitiani cœptam esse docet: & Euseb. etiam propè finem eius imperij hanc persecutionem constituit. Domitianꝰ fuit, qui Ioannem nostrũ Ephesi commorantem Romã vinctum à Proconsule Asiæ mitti imperauit, Romæque in feruentis olei doliũ cõiecit, nihilq; diuinitus ab oleo patientem, quin & vegetiorem exeuntem in Pathmos insulam relegauit, vbi ei Apocalypsis mysteria ostensa fuerunt: quemadmodum tradunt Tertullianus lib. de prę-script. cap. 36. & D. Hieronymus de viris illustribus in Ioanne: Cletum Romanum Pontificem religionis etiã causa interfecit: Antipam, cuius meminit Ioannes c. 2. huius operis, Pergami Martyrẽ fecit, multosq; alios illustrissimos heroes martyrio coronauit.

In dirigendis sagittis excelluit Domitianus.

Domitianus se Deũ nominauit.

Baronius.

D. Hieron.

Euseb. Quo tempore secunda Ecclesiæ persecutio incœperit.

Euangelista in Pathmos relegatur. Tertullianus.

Apoc. 2.

Tertia Ecclesiæ persecutio sub Traiano.

SECTIO III.

1 Decim⁹ tertiꝰ imperator Nerua.

DECIMVS tertiꝰ ordine imperator, qui Romanũ imperiũ tenuit, fuit Nerua Coeceius: is post Domitiani cædem Romæ declaratur imperator. Statim initio imperij rescidit acta Domitiani, absoluẽs omnes, qui religionis causa rei sub Domitiano fuerãt, exulesq; in patriã reducẽs; in quibus & nostrũ Ioannẽ relegatũ à Domitiano in Pathmum insulã reuocauit: imò, vt refert Dion Cassius, edicto vetuit, ne liceret aut impietatis, aut Iudaicæ sectæ quẽpiam deinceps insimulari, & ijs, quos Domitianus, dũ imperaret, bonis, atq; fortunis iniustè spoliauerat, restitui præcepit, quę in aula reperta fuissent. In curia illud iurauit suo iussu neminem senatorũ occisum iri, quod sacramentum inuiolatum seruauit etiã insidijs peritus, dignus sanè imperator, qui diutiùs imperasset. Obijt ãno ætatis quinto, & sexagesimo, postquã vnum tantùm annum, & aliquot menses imperasset. Cum ob senectã amissa reuerentia omnibus contemptui quodãmodò esset, in Capitolium ascẽdens, & *quod felix, faustumque S. P. Q. R. & mihi ipsi sit* præfatus M. Vlpium Traianum adoptauit, moxq; in curia Cæsarem designauit, ad quem imperij iura, atque insignia hoc versu misit in Germaniam, cui præerat:

Telis Phœbe tuis lacrymas vlciscere nostras.

In quo sanè bonitas Neruę, & in Rẽp. studium singulare resplenduit: cùm enim nulla ei intercederet cum Traiano cognatio, publicam tamen vtilitatem societati sanguinis anteposuit, neque eò deterritus, quòd Traianus genere esset Hispanus, nec ex Italia oriundus.

Ab exilio reuocatur Ioannes.

Decimus quartus Traianus Nerua quadragesimum secundum agebat annum, cùm cœpit imperare: cognomẽ Neruæ in memoriam adoptiui patris assumpsit, imperauitq; annis decẽ, & nouem, sex mensibus, diebus quindecim: natione Hispanus, ex vrbe Italica oriundus: ex Germania, vbi tunc erat statim post obitum Neruæ inter alia edicta illud etiam misit ad senatum nunquam suo iussu bonum virum occisum iri, aut ignominia notandum, quod non tantùm iureiurando confirmauit, sed toto imperij tempore inuiolatum seruauit. Naturâ magnificus, & appetens gloriæ: talis, tantusq; imperator non tantùm rerum præclarè in bello gestarum magnitudine, sed etiam naturæ insita bonitate, vt in acclamationibus principibus exhiberi solitis, ijs Augusti felicitatem, & Traiani bonitatem adprecarentur. Et quidem omnis memoriæ Princeps Traianus fuisset, nisi leges æquissimas, quas ad bonam imperij administrationem sanxerat, superstitioso Deorum cultu fœdasset, & in Christianos grauissima, & acerbissima persecutione, quæ tertia fuit in ordine, desæuisset: quæ persecutio cępta est anno Christi centesimo. Clementem Romanum Pontificem Dijs sacrificare recusantem relegauit in Pontum cum plurimis alijs Christianis, vbi postea martyrio coronatus est anno tertio Traiani. Deinde rescribens Traianus ad literas Plinij iunioris, qui Bythiniam administrabat, in quibus, quam deberet inire rationem cum Christianis, interrogabat, mãdauit, ne conquirerẽtur Christiani, sed delati, & redarguti punirentur: contra quod mandatum eleganter scribit Tertullianus in Apologetico, vbi inter alia, *ô sententiam*, inquit, *necęssitate confusam, negat inquirendos vt innocentes, & mandat puniri vt nocentes, parcit, & sæuit, dissimulat, & animaduertit: quid temetipsum censura circumuenis? si damnas, cur non & inquiris? si non inquiris, cur non & absoluis?*

2 Decim⁹ quartꝰ Traianus Nerua.

Quo tempore 3. persecutio cępta.

Tertullianus.

Lationibus vestigãdis per vniuersas prouincias militaris statio sortitur: in reos maiestatis, & publicos hostes omnis homo miles est: ad socios, ad conscios inquisitio vsq; extenditur: solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio, quàm oblatio: dãnatis ergo oblatũ, quem nemo voluit requisitum, qui putò iam non meruit ideo pœnã, quia nocens est, sed quia non requirendus inuentus. Hæc ille. Simeonẽ fratrẽ Dñi dictũ, filium Cleophæ Hierosolymitanũ Episcopum in crucem egit; vt refert Euseb. in Chronicis. & lib. 3. hist. cap. 26. ex Hegesippo. Ignatiũ Antiochenũ Episcopũ Leonibus dilaniandum obiecit, vt refert Euseb. libro. 3. hist. c. 10. Onesimũ Pauli discipulũ Ephesiorum Antistẽ lapidib⁹ obruit. Anacletum papã interfecit. Traiani quoque tẽpore sanctus Mantius vnus ex septuaginta Christi discipulis, & primus Eborensis vrbis in Lusitania Episcopus in eadẽ vrbe illustrissimi martyrij palmã fuit consecutus, vt referunt Resend. in libello de Eboræ antiq. c. 9. & Amb. Moralius lib. 9. Chronic. Hisp. ex quo maxima Eboræ etiã in Christiana religione antiquitas liquidò colligitur. Fuit eius corpus nõ longè ab eadem vrbe sepultũ, sed in excidio Hispaniæ ad Asturias delatũ, & in oppido Villæ Nouæ, quod ircircò D. Mantij appellatur, in cœnobio ordinis S. Benedicti in diœcesi Palentina à Telo Menesio in eiusdẽ honorẽ erecto collocatũ. Posteà anno 1591. Theotonius à Bragantia Iametis 4. Bragantiæ Ducis filius, Eborensis Archiepiscopus, vt in sua Ecclesia Dei, & sanctorum cultus, pietas, & religio augeretur, aliquid reliquiarum ex tanto thesauro Eborensibus suis iure debito, quanta maxima potuit contentione, decerpere procurauit: tandemq; fauente Philippo II. Hispaniarũ Rege, à supradicti cœnobij Abbate, ipsoq; conuentu vnum crus S. Mantij dono accepit, in vrbemq; maxima omnium ordinũ frequẽtia, atq; lætitia cum ingenti põpa, apparatuq; inuexit, & crystallina theca inclusum, auroq; elegãter exornatum in maximo tẽplo collocauit.

Simeon frater Domini in crucem agitur.

Eusebius.

Leonib⁹ Ignatius obijcitur.

Eusebius.

Onesimi, & Anacleti mors

Diui Mantij martyrium.

Primus Eboræ Episcopus.

Resendius.

Ambr. Moral.

Verùm, vt ad Ecclesiç sub Traiano persecutionem reuertamur, cum is Persis debellatis Antiochiam reuertisset, narrat Niceph. lib. 3. c. 23. multos Christianorum peremisse, in ijs & quinque virgines fidẽ palam profitentes igni cremasse, ac per summã crudelitatẽ earũ ossibus cõbustis, cineribusq; æri permistis ænea vasa fieri mãdasse, dicasseq; publico lauacro à se magnificentissimè cõstructo. Verùm sanctitatẽ virginũ, reiq; ipsius atrocitatẽ De⁹ insigni miraculo declarauit: etenim quicunq; eò lauatum ingrediebantur, inquit Nicephorus, vbi primùm calidas aquas attigissent, caligine simul, & vertigine correpti cum impetu inde procurrebant, concidebãtq;: causa autẽ ei⁹ mali cognita Traianus, vt alia ex ære puro vasa balneo pararentur, mãdat, priora autẽ illa in fornacibus conflata in quinq; trãsformat statuas, easq; virginũ cõbustarũ forma, & habitu pro balneo collocat. Atq; hæc breuiter de tertia persecutione sub Traiano, quã tñ ipse ad finẽ imperij sui repressit, vt auctor est Suidas in histor. verb. Traianus imperator. *Tiberianus*, inquit, *qui primæ Palæstinorũ genti præerat, ad Traianũ retulit, se non parẽ esse Christianis occidendis, qui vltrò supplicia appeterent, vndè Traianus omnibus præfectis suis mandauit, ne eos supplicijs afficerent.*

3

Nicephorus.

Insigni miraculo virginum sanctitas declaratur.

Suidas.

Peruetus, & celebris quæstio est de anima Traiani, etenim D. Greg. papã eã suis precibus ex inferorũ pœnis liberasse refert D. Ioã. Damasc. in orat. de mortuis, vbi ait hoc ipsum totum Orientẽ, Occidentẽq; testari, eandẽq; historiam Græci hñt in suo Euchologio c. 96. de mort. Idẽ affirmãt Pet. Dam. in libro Vaticanæ bibliothecæ, vbi ait Gregorio, eõ quòd id petere præsumpsisset, illã à Deo inflictã pœnitentiã, vt perpetuò stomachi dolore laboraret: Ioãnes Diaconus lib. 2. vitæ beati Gregorij cap. 44. eandẽq; historiã admittit D. Th. in 1. Sentẽtia-

4

Quæstio de anima Traiani.

D. Ioan. Dam.

Petr. Damian.

Cur beat⁹ Gregorius stomacho laborauerit.

Ioann. Diac.

D. Thomas.

rum

rum distinct.43.quæst.2. & in 4. dist. 45. & Abulens in 4.lib.Reg.quæst.57. quam sententiam pugnacissimè tuetur quidã Alfonsus Ciaconius in sua de hac re Apologia, vbi cõtendit Traiani animam in cælo nunc esse beatã, in cuiusq; confirmationem affert testimonia sanctæ Brigittę, & S. Mechthildis, quibus ait id reuelatum fuisse diuinitus. Cæterum non sine probabilitate ea de Traiani anima historia plerisque doctis viris habetur suspecta, existimantibus eam orationẽ non esse Damasceni, sed illi ab auctore falsò ascriptam, in quibus est Melchior Canus libro.11. de locis Theologicis cap.2. Nec verò in huiusmodi rebus priuatæ reuelationes multum habẽt momenti: etenim in reuelatione, quæ dicitur facta Mechthildi, coniungitur Traianus cum Origine, cum tamen in prato spirituali, quod citatur à septima Synodo, & à Ioanne diacono lib. 2. vitę B. Greg. c.46. cõmemoreturalia reuelatio, qua Origenes visus est apud inferos simul cũ Ario, & Nestorio.

Abulensis.

Alf. Ciacon.

Canus.

7. Synodus. Ioan. diac.

Quarta Ecclesiæ persecutio sub Aelio Adriano cõmemoratur.

SECTIO IIII.

QVANQVAM alij in Ecclesiæ persecutionibus cõmemorandis diuersum ordinẽ sequantur, nos tamen quartam sub hoc imperatore Ecclesię persecutionem ponimus, id quod quãto iure fecerimus, ex ijs, quæ dicemus, intelliges. Decimus quintus igitur Romanorum imperator fuit Ælius Adrianus, quem nunquam viuens Traianus adoptauit, quanquam erat illi popularis, sub eo educatus, & affinis etiam, vtpotè cui nupserat sororis Traiani filia. Cum Traianus sine liberis excessisset, Cæsarem eum, & imperatorem Tatianus eius municeps, & Cæsaris procurator per factionem declarauit. supra modum ambitiosus, vt ait Dion Cassius, vtpotè qui cætera omnia etiã minima tractauerit, ne à quoquã vllo in genere vinceretur. Pinxit venustissimè, atq; etiã effigies è cera, & cretaformauit. Iactabat præterea se nihil eorũ ignorare, quę aut in pace, aũt in bello, siue ad Regem, siue ad priuatum pertinerent. Non ægrè ferebat admoneri, & corrigi vel ab humili persona. Transeuntem mulier rogauit, vt se audiret, cui cùm ille respondisset, *Otium mihi non est*: illa deinde clamans ait, *Noli ergo imperare*; tum eam conuersus audiuit. Hierosolymã vrbem pridem euersam rursus habitari iussit, atque è suo nomine Æliã Capitolinam appellauit. Ioui item ex aduerso templi ædem excitauit. Bellum hinc graue, & diuturnum natum est: indignabantur enim Iudæi peregrinos secum in vrbe habitare, & illud multò adhuc ferebãt grauiùs externa sacra in ciuitate fieri, & exter norum Deorum imagines collocari. Itaq; cùm tumultuarentur, & in bellũ ruerent, Adrianus pręcipuos Romanorum duces aduersus eos misit, primumq; Iulium Seuerum in Iudæam ex Britannia euocauit, qui diuisos ad ortus, carptim, vtquosq; poterat, com prehendens, tandem penitus oppressit. Arces eorum quinquaginta celeberrimæ dirutæ sunt: vici ad nongentos, & octoginta quinque sane frequẽtes, & nominatissimi direpti, & mox igne consumpti: viri in excursionibus, & plælijs ad quinquaginta millia cæsi: fame, morbis, & igne ingens multitudo absumpta. Sic ferè omnis Iudæa euersa, & Iudæi ab Hierosolymis ablegati, prohibitiq; ne ultra ad eam vrbẽ reuerterẽtur, quod nõnulli prędictũ volunt ab Esaia illis verbis c.33. *Cernent terram de longe*. Huius imperatoris tempore floruit celebris ille Similis, qui deposita præfectura, quam inuitus acceperat, in agro septem annos (quod fuit reliquum vitæ) in otio, & quiete exegit, atque hæc moriẽs sepulchro inscribi iussit:

Dion Cass.

Iudęorũ euersio imperante Aelio.

Esai. 33. 17.

Decimus quintus imperator Aelius Adrianus.

Simlis hîc iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit: septem tamen duntaxat annis vixit. Adrianus sæpe sibi mortẽ conscisscere tentauit, sed nemo nec venenum, nec gladium porrigebat: sæpe & minis,& pollicitationibus plures permouere agressus est, sed irrita omnia: demum consilio medicorũ abstinuit cibo,& potu,atque ita obijt dicens illud in populo vulgatum; *Turba medicorum interfecit Regem.* Vixit annos duos, & sexaginta, menses quinque, dies sex: imperauit annos viginti,menses vndecim. Sub hoc ipso imperatore facimus quartam Ecclesiæ persecutionem, vt etiam scribit Seuerus lib.2.historiæ.

Seuerus. 2

Et quidem negari haud quaquã potest Adrianum in Christianos sæuijsse vel in ipso initio imperij: nam religionis causa Eustachium,dictum alio nomine Placidum,rerum in bello gestarum gloria celeberrimum, & coniugem Theopistam leonibus obijci imperauit, qui cum diuinitus cõpressi illis minimè nocerent,ira efferuescens vt alter Phalaris bouem æneum efformari præcepit,in quem coniecti glorioso,& illustri martyrio vitam finierunt. Sub eo etiam Euaristus papa,Faustinus præsbyter, & Iouita diaconus, Alexander papa cum socijs Euentio, ac Theodulo presbyteris sub Aureliano iudice illustri martyrio coronantur: imo & eius tempore, vt rectè ait Cæsar Baron.tomo 2. Annalium anno Christi 124. cõtigit sub Arrio Antonino in Asia proconsule illud, quod cõmemorat Tertullianus ad Scapulam cap. vlt. *Arrius*, inquit, *Antoninus in Asia cùm persequeretur instanter,omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt: cùm ille paucis duci iussis reliquis ait,* ὦ δειλοὶ εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε: hoc est, *ô miseri si perire cupitis, præcipitia, aut restes habetis.* Fuit autem vsque adeò sæua sub hoc imperatore persecutio, vt ad fidelium damnationem nulla iudicij dispositio seruaretur, sed Christiani à quocunque delati statim absque vlla alia inquisitione ad cædem raperẽtur. Id quod ægrè ferens vnus ex imperatoris præsidibus Serenius Granianus ad imperatorem de ea iniquitate iudiciorum scribendum putauit, vt auctor est Eusebius Cæsar. in Chronicis, *Serenius*, inquit, *Granianus legatus vir apprimè nobilis literas ad imperatorem mittit iniquissimum esse dicens clamoribus vulgi innocentissimum hominum sanguinem concedi,& sine vllo crimine nominis tantùm,& sectæ reos fieri: quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano proconsuli Asiæ scripsit sinè obiectu criminum Christianos non condemnandos. Cuius epistolæ vsque ad nostram memoriam durat exemplũ.* Hęc ille. Ex his perspicuum relinquitur iure optimo quartam Ecclesiæ persecutionem sub hoc esse imperatore constituendam.

Placidi,& Theopistę martyrium.

Euaristus, & Alexander papę martyrio coronantur.

Cęs.Baron.

Tertullianus.

Christiani nulla seruata iudicij dispositione ad cędẽ rapiuntur.

Euseb. Cęs.

Quinta Ecclesiæ persecutio sub M. Aurelio Antonino, & Lucio Aurelio Vero Commodo.

SECTIO V.

AELIVS Hadrianus æuo,morbisque ingraueſcentibus Lucium Ceionium Commodum, qui & Ælius Verus dictus est,adoptauit, atque suum in imperio successorem declarauit:datum populo cõgiarium eius adoptionis causa:tantùmq; apud Hadrianum principẽ valuit,vt præter adoptionis affectum solus omnia,quæ cuperet,etiam per literas impetraret. Sed adeo affectæ fuit valetudinis, vt Hadrianum statim adoptionis pœnituerit,sæpeq; de illo dixerit, *Ostendent terris hũc tantum fata, neq; vltra Esse sinent*: quos versus cum aliquãdo in hortulo spatians cantitaret,& vnus ex præsentibus adderet,

Nimium vobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissẽt,

Hadrianus dixisse fertur, *Hos versus vita non capit Veri*, illud addens,

Manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores, animamq; nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Itaque eo obeunte Hadrianus Antoninum adoptauit Pium cognomine appellatum addita illa conditione, vt ipse quoque sibi adoptaret Marcum Antoninũ fratris vxoris suæ filiũ, & Lucium Verũ Ælij Veri, qui ab Hadriano fuerat adoptatus, filiũ, qui postea Verus Antoninus est dictus. Igr mortuo Hadriano quàm primùm M. Antoninus Pius imperium obtinuit decimus sextus ordine Imperator, numeràturque inter optimos principes; qui obijt anno ętatis septuagesimo, mortique proximo M. Antonino, quẽ adoptauerat, imperium, & filiam suam faustinam quã ipsi locauerat, commendauit, fortunamq; auream, quę in cubiculo principum poni solebat, trãsferri ad eum iussit.

M. Antoninus Pius 16. imperator.

2 Itaque successit in imperium M. Antoninus, qui communi appellatione dicitur Marcus Aurelius, seu M. Aurelius Antoninus Verus cognomẽto Philosophus, decimus septimus Romanorum Imperator. Is propinquum suum Lucium Annium Verum ad imperij partem nouo benevolentiæ genere asciuit, quem Lucium Aurelũ Verum Cõmodum appellauit, Cæsaremque Augustum dixit, atque ex eo cæperunt pariter Rempub. gerere; *Tunc primùm*, inquit Iulius Capitolinus, *Romanum imperium duos Augustos habere cœpit*. Fuit hic Marcus Aurelius Philosophiæ vsque adeò studiosus, vt annum duodecimum ingressus habitũ Philosophorum sumpserit, & deinceps tolerantiam, siquidem studebat, in pallio humi cubabat, & vix matre impellente in strato pellibus lectulo accubabat: quod Philosophiæ studiũ nec ad imperiũ euectus remisit: etenim ad domum Appollonij magistri iam imperator discendi causa ventitabat: audiuit & Sextum Cheronensem Plutarchi nepotem, & alios complures. Tantum autem honoris magistris suis detulit, vt eorum imagines haberet in larario, ac sepulchra eorum aditu hostijs, floribusq; semper honoraret: illud Platonis semper in ore habuit, florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent, aut imperatores philosopharẽtur. Educatus est in Hadriani imperatoris gremio, qui eum non Verũ, sed Verissimum nominabat. Erat famæ suæ curiosissimus, & diligenter requirens quæ quisque de se diceret, emendans quę bene reprehensa viderentur. Ait Iulius Capitolinus eum fulmen de cœlo precibus contra hostium machinamenta extorsisse suis pluuia impetrata, cùm siti laborarent: verùm id miraculi precibus vnius legionis Christianorum, quam in exercitu habebat, quæ propter miraculum fulminatrix appellata est, effectum fuisse certissimum est.

Aurelij imperatoris in Philosopia perdiscenda sedulitas maxima.

Quãti fecerit magistros.

Id verò quẽadmodum acciderit, narrant Tertullianus in libro ad Scapulam cap. 4. & in Apologetico pro Christianis cap. 5. Eusebius in Chronicis, Paulus Orosius lib. 7. hist. cap. 9. & ex Gentilibus Dio Cassius in vita M. Aurelij: imo ipsemet imperator testatum reliquit in literis, quas ea de re ad senatum conscripsit, quæ ex latinis græcæ factæ repertæ sunt in bibliotheca Vaticana in fine vetustissimi codicis operum Iustini Philosophi, & martyris, eamq; epistolam iterum translatam affert ad verbum Onuphrius Panuinus libro. 2. suorum commentariorum in Fastos, quos ipse composuit: & quoniam res fuit celeberrima, pauca ex ijs literis hîc appingere sufficiat- *Deos*, inquit Marcus Aurelius, *votis susceptis rogaui, sed cùm ab eis negligerer, eos, qui apud nos Christiani dicuntur, accersiui, cumque se humi proiecissent, non solùm precati sunt pro me, sed etiam pro toto hoc exercitu, vt famis, ac sitis, qua vrgebamur, remedium aliquod afferretur: quinque enim diebus aquam non sumpseramus: simul autem atque se humi abiecerũt, statim de cælo pluuia delapsa est in nos quidẽ frigidissima,*

3 Tertullianus.

Eusebius. Paul. Orosius. Dio Cassius.

Iustin. Mart.

Onuphr. Pan.

in Ro-

in Romanorum verò hostes grādo ignis specie, ac similitudine, & fulmina, eorumque oratio-nibus statim præstò Deus fuit, qui neque vinci, nec expugnari potest. Hęc ille. Quo miraculo commotus imperator finem persecutioni aduersus Christianos imposuit; imò omnem, qui Christianum religionis causa accusasset, viuum exuri præcepit, vt ijsdem literis continetur. Obijt imperij anno decimo octauo, ætatis sexagēsimo primo. Hæc de Marco Aurelio; nunc de Lucio Vero simul cum eo imperante, quanuis antē Marcum obierit, pauca dicenda, & tum de Ecclesiæ per vtrumque persecutione non nulla breuiter delibanda. Quāquam verò priùs Lucius, quā Marcus obierit, tamen priùs de Marco dicendum nobis fuit, quoniam priùs, quàm Lucius imperauit. Igitur Lucius Verus Antoninus, vt ait Iulius Capitolinus, neque inter bonos, neque inter malos principes ponitur, quem constat nec inhorruisse vitijs, nec abundasse virtutibus, vixisse deinde non in libero principatu, sed sub Marco in simili, ac pari maiestatis imperio. Notissimum eius fertur tale conuiuium, in quo primùm duodecim dicuntur accubuisse, cùm esset celeberrimum dictum illud de numero conuiuarum, *Septem conuiuium, nouem verò conuitium.* Non longe ab Altino subito in vehiculo morbo, quem ἀποπλέξν vocant, correptus, depositus è vehiculo detracto sanguine Altinum perductus, cum triduo mutus vixisset, apud Altinum perijt: vixit annis quadraginta duobus, imperauit annis nouem: quanuis Iulius Capitolinus, & Aurelius Victor eum vndecim annis imperasse affirment, post cuius obitum Marcus Aurelius solus imperium administrauit.

Iulius Capit.

Iul. Capit. Aurel. Victor.

4

Nunc de Ecclesiæ sub his duobus imperatoribus persecutione quinta in ordine iuxta nostram sententiam, & Seueri lib. 2. sacræ historię hęc pauca accipe. De ea ita loquitur Eusebius lib. 5. cap. 1. *In Soteris* inquit, *locum Eleutherus duodecimus ab Apostolis successit: ad decimum septimum annum imperij Antonini Veri grauis, & acerba in nonnullis terræ partibus persecutionis procella ex temerario populi impetu per singulas vrbes excitata contra nos ingraueścere cœpit:* ex quibus verbis colligit Cardinalis Baronius tomo 2. Annalium anno Christi 164. hanc persecutionem non ex aliquo publico edicto, aut lege, quam hi imperatores aduersus Christianos promulgarint, quemadmodum testatur Tertullianus in Apologetico cap. 5. sed ex temerario populi impetu ortū habuisse, quem Proconsules in prouincijs suis edictis inflammarunt. Cœterùm postea imperatorem legem tulisse, vt omnes dijs sacrificarent; qui verò recusarent, damnarentur, patet ex antiquis actis plurimorum Martyrum, imò, vt refert Eusebius lib. 4. c. 1. cum Marcum Aurelium præses Galliarum consuluisset, quid de Attalo, & alijs Christianis, quos in carcerem incluserat, fieri vellet? respondit Aurelius, vt qui confiterentur Christum, acerbissimis cruciatibus torquerentur, qui negarent, liberi dimitterentur. Vñ Iustinus Philosophus, & martyr non tantùm ad senatum, sed etiam ad hos duos imperatores secundam scripsit pro Christianis Apologiam, vt auctor est Eusebius lib. 4. cap. 15. eam ob causam martyrij palmam sub ijsdem imperatoribus consecutus, non verò sub Hadriano, vt preperam in Epiphanio hęresi 46. irrepsit, cùm Iustinus ad Antoninum Pium Hadriani successorem Apologiam pro Christianis scripserit. Eodemque tēpore martyrium subijt Polycarpus cum multis alijs, longe illustrissimus Smyrnensis Antistes, cuius martyrium fusè commemorat Eusebius lib. 4. cap. 14. Subiere quoque martyrium Geruasius, & Protasius tēpore belli Marcomannici, vt putat Baron. tomo 2. Annal. anno Christi 171. Felicitas cum septem filijs Ianuario, Felice, Philippo, Syluano, Alexandro, Vitale, & Martiale, qui ante ipsi⁹ oculos interfecti sunt, quam idcirco

Seuerus.

Eusebius.

Baronius.

Tertullianus.

Eusebius.

Iustin⁹ martyr quo tempore martyriū subierit.

Eusebius.

Polycarpus martyrium tulit.

Eusebius.

Baronius.

D. Gre-

D. Gregorius homilia 5. in Euangelia pluſquam martyrem appellat. Soter Papa, alijque innumerabiles admirabili conſtantia, & inuicta animi magnitudine pro Chriſti fide ſanguinem, & vitam profuderunt, donec obijt Marcus Aurelius Antoninus in expeditione Marcomanica ex morbo morte voluntaria ex cibi abſtinentia, anno ætatis quinquageſimo nono, poſtquàm decem, & nouem annis imperaſſet, quibus fere totis hæc immanis perſecutio perdurauit.

Sextam mouet aduerſus Eccleſiam perſecutionem Septimius Seuerus.

SECTIO VI.

1 Commodus Antoninus 18 imperator.

ARCO Aurelio Antonino Cõmodus Antoninus XVIII. ordine imperator vnicus eius filius hæreditario iure in imperiũ ſucceſsit, annũ agẽs fere decimum nonum. Fuit libidine, crudelitate, impietate incredibili: accepit duas ſtatuas in Herculis habitu, eique immolatum eſt vt Deo. Tanta impudentia, vt cum muliebri veſte in amphitheatro, vel theatro ſedens publicè non ſemel biberit, & omnia, quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè, quæ lenonicè faciebat, actis vrbis indi iuberet. Eius nefarijs in omni genere flagitijs incitati Quintus Æl. Lętus prętectus, & Martia eius concubina coniurationem ad eum occidendum inierunt, dato ei primùm veneno, quod cum minùs operaretur, per athletam, cum quo exerceri ſolebat, eum ſtrangulari curarunt, poſt decimum tertium imperij annum, Acclamationes Senatus poſt mortem Commodi graues fuerunt: *Hoſti patriæ honores detrahantur; parricidæ honores detrahantur; parricida trahatur; hoſtis patriæ, parricida, gladiator in ſpoliaria lanietur; carnifex. ſenatus more maiorum vnco trahatur; ſæuior Domitiano, impurior Nerone, ſic fecit, ſic patitur.* Reliqua apud Ælium Lampridium conſulantur.

Commodum ſubſequitur Publius eluius Pertinax, decimus nonus Romanorum imperator patre Libertino, qui, vt ait Iulius Capitolinus, filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quòd pertinaciter eam rem gereret, impoſuiſſe fertur: ſed probabilius tamẽ videtur, quod ſcribit Sextus Aurelius, eò quòd coactus, repugnanſque ſuſcepit imperium, id cognominis ſortitum. Vir certè, in quo bellè fortuna luſit, vnde & fortunæ pila dictus eſt: nam Libertino patre genitus primùm Grãmaticam eſt profeſſus: deinde præfectus cohortis in Syriam profectus, à præſide Syriæ, quòd ſine diplomatibus curſum vſurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legationem ſuam iter facere coactus eſt. In Mæſia rexit alam, deinde alimentis diuidendis in via Æmilia procurauit: inde claſſem rexit Germanicam, conſul poſtea deſignatus: ſtudio M. Aurelij imperatoris pro conſul Africę factus eſt, in quo proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur, tandem Imperator appellatus à militibus iam ſenio confectus, cùm annos ſexaginta ætatis excederet. Sed ab ijſdem res in priſtinum ſtatum reuocari non ferentibus paulò poſt obtruncatus interijt, poſtquam vixiſſet ſexaginta ſeptem annos, & menſes quatuor, imperaſſet verò diebus octoginta duobus.

2 Publi⁹ Helui⁹ 19. Iul. Capit. Sext. Aurel.

3 Didius Iulian⁹ imperator 20.

Pertinacem excepit Didius Iulianus patria Mediolanenſis, vigeſimus ordine imperator à Prætorianis militibus electus, à quibus is mercatus pecunia imperium dicitur, id quod populus ægerrimè tulit: quam ob cauſam in roſtris, & ante curiam ingentibus eum conuitijs laceſſebat, & vsq; ad lapidationem proceſsit, deſcendẽtique cum militibus, & ſenatu in cu-

riam diras fuit imprecatus. Itaque septimo imperij mense, Septimij Seueri iussu, qui se imperatorem appellauerat, damnatorum more necatur. Vixit annis quinquaginta sex, mensibus quatuor, post quam duobus mensibus, & quinque diebus imperasset.

4 Septimius Seuerus imperator 21.

Interfecto Didio Septimius Seuerus ex Africa oriundus imperiũ obtinuit, cùm quadragesimũ septimũ annũ ageret. Sub eo Ecclesia passa est sextã persecutionẽ grauissimã. A Germanicis legionibus, vbi auditum est Commodum occisum, Iulianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus repugnans imperator est appellatus. Crudelissimus fuit, vt scribit Ælius Spartianus, vt pote qui quamplurimos senatores, aliosque viros nobilissimos indicta causa trucidari præceperit, præter infinitam obscuri loci hominum multitudinem, quos leuissimis de causis vel veris, vel simulatis occidit. Damnabantur plerique, quòd iocati essent, alij quòd tacuissent, alij quòd pleraq; figurata dixissent; multi etiam quasi Chaldæos, aut vates de sua salute consuluissent, vt verè in eum Seueri nomen conueniret, cùm tamen alioqui strenuissim⁹ esset imperator, & belli, domiq; rerũ præclare gestarũ gloria floreret, quocirca de eo senat⁹ ita iudicauit illũ aut nasci non debuisse, aut nõ mori, quòd & nimis crudelis, & nimis vtilis Reip. videretur. Sed præter insitam crudelitatem illud etiam ad Christianos insectãdos impulit, quòd cum ex Gallijs victor Romam fuisset ouans ingressus, soli Christiani officia illa publicæ lætitiæ, quæ cęteri præstabant, vt pote à Christiana temperantia, modestiaque abhorrentia prætermisisse videbantur; hanc enim persecutionis occasionem tradit Tertullianus in Apolog. cap. 35. *Propterea igitur*, inquit, *publici hostes Christiani, quia imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant, quia veræ religionis homines etiam solennia eorum conscientia potiùs, quàm lasciuia celebrant: grande videlicet officium focos, & thoros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, caterua tim cursitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras: siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? hæccine solennes dies principum decent, quæ alios dies non decent? qui obseruant disciplinam de Cæsaris respectu, ij eam propter Cæsarem deserunt? & malorum morum licentia pietas erit? occasio luxuriæ religio deputabitur? O nos meritò damnandos, cur enim vota, & gaudia Cæsarum casti, & sobrij, & probi expungimus? cur die læto non laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? honesta res est solennitate publica exigente induere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris?* Hęc ille. Itaque exorta persecutio grauissime in fideles desęuijt, quam Paulus Orosius lib. 7. capite 17. quintã facit, nos sextam iuxta nostram supputationẽ facim⁹ cum alijs: multi exquisitissimis tormentorum generibus cruciabantur, de quibus eodem libro Tertul. differens, *Crucibus*, inquit, *& stipitibus imponitis Christianos, vnguibus deraditis latera Christianorum, ceruices ponimus ante plumbum, & glutinum, & gomphos, ad bestias impellimur, ignibus vrimur, in metalla damnamur, in insulas relegamur.* Et quoniam sępissimè Christiani ad stipitem alligati viui ignibus cremabantur, id nimirum causæ fuit, cur Christiani Semaxij, & Sarmentitij dicerentur, quoniam ad stipitem dimidij assis reuincti, vt idem auctor est Tertullianus, sarmentorum ambitu exurebantur. Tam grauis denique, & immanis fuit hæc persecutio, vt nõ defuerint, qui Antichristi aduentum eo tempore appropinquare arbitrarentur, quẽ admodum scribit Eusebius lib. 6. capite 77. *Eodem*, inquit, *tempore Iudas alⁱ⁹ scriptor in septuaginta Hebdomadas à Daniele descriptas commentarios edidit, & in illis temporum ordinem ad decimum ãnum imperij Seueri tradidit, qui etiam scriptor, propterea quòd persecutionis tumultus contra nos excitatus multorũ mentes tam graviter perturbaret, Antichristi aduentũ ore omniũ, atq; sermone iactatum iam tum appropinquare arbitratus est.*

Insignis crudelitas Seueri.

Tertullianus.

Aelius Sparti.

Paul. Orosi⁹.

Tertullianus.

Eusebius.

est. Hoc tempore Victor Pontifex Maximus,& Leonides pater Origenis, alijq; innumeri ex Ægypto,& vniuersa Thebaide, multiq; eiusdem Origenis discipuli, imò & nonnullæ fœminæ ex eiusdem schola; Perpetua itē, ac Felicitas,& nobilis scriptor Irenæ⁹ Lugdunēnsis Antistes,alijq; permulti in varijs imperij prouincijs martyriū subierunt. De ipso verò Origene, eiusq; martyrij subeundi inflāmato studio,etiā cū adhuc esset adolescētulus, & pr̄ eius iā in carcere detineretur, hæc scribit Euseb.lib.6.hist.c.2.& 3. quæ prætermittēda nō duximus. *Cum Seuer⁹*, inquit,*iā 10.imperij sui annū ageret, & persecutionis ardor quotidie magis, magisq; incēderetur,& ferè infiniti coronis decorarētur martyrij,tātus amor,tantaq; martyrij cupiditas animū Origenis,cū adhuc valdè tenera esset ætate,occupauit,vt propè se vltrò offerret periculis,& alacri,ac propēso studio in certamē insiliret,irrueretq;:ac iā parū aberat,quin per martyriū vitā deseruisset,nisi mater diuina quadā & cælesti prouidētia,quæ illū ad maximā plurimorū vtilitatē seruabat incolumem, impulsa enixè eius cupiditati ad necē adeò incitatè percurrenti obstitisset:ipsa enim primùm supplex orabat,vt materni erga se amoris misericordiā caperet:vbi autē eum,cum iā intellegeret patrē prehensum carcere custodiri, cupidiùs ad mortē properantē animaduerteret(toto enim impetu, & animi conatu ad martyriū ferebatur) omni eius vestitu clā ablato, & interiores quosdam ædiū recessus abdito,domi eū manere necessariò coegit:ille autē,cùm ardens illa præter ætatem ad martyriū propensio magis,magisq; inflāmaretur adeò,vt quiescere nō posset,ad patrē, vbi aliud nihil agere liceret,literas,quibus eum ad martyriū impelleret,misit,in quibus eū his ferè vocibus adhortatus est:O firma te pater, martyriū fortiter sustine,nec aliud quicquā nostra causa molire.* Hactenus Euseb. Perijt Seuerus Eboraci in Britānia subactis gētibus,quæ Britāniæ videbātur infestę, anno imperij ferè 18.morbo grauissimo extinctus iam senex,vtpotè post annos ętatis 65.menses 9.dies 15.Reliquit filios duos Antoninū Bassianum, & Getam,cui & ipse in honorem Marci Antonini nomen imposuit.

Leonides Origenis pater,& multi alij martyrium subeūt.

Euſebius.

Origenes martyrij cupiditate ardet.

Origenes ad martyrium patrē literis hortatur.

Septima sub Iulio Maximino Ecclesiæ persecutio.

SECTIO VII.

DVOS Liberos reliquit Seuer⁹ Getā, & Bassianum, quorum Bassianus in patrem adhuc viuentem contumax,nec minùs in fratrem Getam impius,quem patre mortuo statim occiderit: itaque Bassianus solus imperiū obtinuit, dictus à patre dum viueret,Antoninus,vt superiùs diximus, & ob vestē talarem è Gallijs aduectā, quam populo Romano donauit,Caracalla cognominatus, vigesimussecundus Romanorū imperator. Fuit Antoninus Bassianus Caracalla spectatæ clementiæ in pueritia,nam siquandò feris obiectos damnatos vidit,aut fleuit,aut auertit oculos,vt refert Ælius Spartianus: egressus pueritiā vultu truculentior,imperator factus etiam effectus crudelior: Alexandri Magni admirator fuit, quē collo in lævum humerū detorto reddere cuperet: sexto demùm imperij anno,cùm carris iter facetet, apud Edessam à milite, qui quasi ad custodiā sequebatur,interfectus est, annū agēs 30.relinquens filiū Antoninū Heliogabalū ex Semea, vel Semiamira cōsobrina occultè stuprata susceptū in imperio successorē. Sed antequam is imperaret, inuasit imperiū Opilius Macrinus prǣfectus prætorij, cōscius necis Antonini,humili natus loco, & animi,atq; oris inuerecundi,seq; nunc Seuerū,nunc Antoninū,cū in odio esset omniū,nuncupauit, vt auctor est Iulius Capitolinus, quāuis senatus eū imperatorē odio Antonini Bassiani libenter acceperit. Asciuit quàmprimùm sibi in imperio socium filium Diadumenū,quē ad benevolentiā cōciliandā Antoninū appellari iussit, quòd sciret ob vestimēta,&congiaria

Antonin⁹ Bassian⁹ 22.Rom. imperator.

Aelius spart.

Opilius Macrinus imperator 23.

Iul. Capit.

data populo, mirificè dilectum à plebe Antoninum: sed profectus contra Parthos, conflictu habito, defectu legionum, quæ ad Varium Heliogabalũ confugerant, interemptus cum filio Diadumeno perijt, postquam menses quatuordecim imperasset.

2 M. Aurelius Antoninus Heliogabalus imperator 24.

Itaque tunc hæreditario iure capesſit imperium Marcus Aurelius Antoninus Varius Heliogabalus quartum decimum ætatis annum agens, Caracallæ, vti diximus, filius, cognominat⁹ Heliogabalus, quòd in Phœnicia sacerdos fuisset Solis, quẽ Phœnices eo nomine appellabant: Antonini nomẽ sumpsit vel in argumentum generis, vel quòd id nomen vsque adeò charum esse cognouerat gentibus, vt etiã parricida Basianus causã eius nominis amarecur. Itaq; priùs dictus est Varius, pôst Heliogabal⁹, postremò, cùm accepit imperium, Antoninus, fuitq; in Romano imperio Antoninorũ vltimus: nam propter inauditam, & ferè increbibilem hominis in omni genere libidinem nullus postea Romanorum imperatorum Antonini cognomentum ausus est accipere, quod alioqui illustrissimum, sanctumq; habitum Heliogabalus proiecta sua, & insigni turpitudine ignominiosum reddiderat: sanè humanę naturæ monstrũ fuisse credi potest, vt ex ijs, quæ Ælius Lampridius, Herodianus, alijq; scriptores memoriæ prodiderunt, liquidò apparet. Nullus enim principum ad hanc diem maiore libidinis flagrauit infamia vsque adeò, vt se in muliebrem sexum exsecari curarit: nullus maiori luxu opes prodegit imperij, nullus vixit impuriùs, omnium religionũ, Deorumq; contẽptor, præter quam patrij numinis Heliogabali: quod eò magis mirandum videtur, quòd cùm quartodecimo anno ætatis inclamarus fuisset imperator, duobus tantum annis imperauit, & decimosexto ætatis anno tumultu militari interfectus perijt: mirum ea ętate oẽs omnino mortales luxu, ac libidine superare potuisse! Eius corpus per vrbis vias more canini cadaueris â militib⁹ tractũ est militari cauillo appellãtibus indomitæ, & rabidæ libidinis catulã: nouissimè cùm angustũ foramen cloacę corpus minimè reciperet, vsq; ad Tiberim deductũ adiecto pondere, ne vnquã emergeret, in fluuiũ proiectũ est, vñ & Tiberinus, Traiectitiusq; est appellatus.

Aelius Lamp. Herodianus.

3 Alexander Seuerus 25. imperator.

Eo interfecto recepit habenas imperij Alexander Seuerus vigesimus quintus ordine imperator meliore orbis fato, ex Mãmêa consobrinus Heliogabalo, ab eoq;, dum viueret, adoptatus, quòd Heliogabalus nullũ haberet filium: Alexandri nomen accepit, quòd in tẽplo dicato apud Arcenam vrbem Alexandro Magno natus esset, cùm casu illuc die festo Alexandri pater cum vxore patriæ solẽnitatis implendæ causa venisset: singulari Princeps clementia ita, vt eius imperium ἀναίμακτον, ideſt, sine sanguine dictũ fuerit: comitate etiã eximia Dñm se appellari voluit, & epistolas ad se quasi ad priuatũ scribi iussit, seruato tantùm nomine imperatoris. Nomẽ Antonini, & Magni delatum sibi à senatu recusauit, quòd onerosum esse diceret tantorũ nominũ maiestati satisfacere, vt fusè refert Ælius Lãpridius. Cæterùm Seueri nomen libẽter accepit, quod illi milites indiderunt ob ingẽtem vigorẽ animi, & admirandam, singularemq; constantiam contra militum insolentiam. Omnibus se blandum, affabilemq; prębebat vsq; adeò, vt amicos non solùm primi, ac secundi loci, sed etiam inferiores ægrotantes viseret; sibi ab omnib⁹ liberè, quę sentiebant, dici cuperet; cùm dictum esset, audiret; cùm audisset, vt res poscebat, emẽdaret: itaque cum ei obijcerent nimiã ciuilitatẽ Mammea mater, & vxor Memmia Sulpitij consularis viri filia, sæpeq; dicerent, molliorem tibi potestatem, & contemptibiliorẽ imperij fecisti, sed securiorẽ, inquit, atq; diuturniorem, sane ob præclaras naturæ dotes, imperatoriasq; virtutes omnis memoriæ princeps

Aelius Lãmp.

censeri

censeri debet, quas singulari in Christianos bene uolentia cumulauit: passus est enim Christianos esse, imo, vt
Lampridius. auctor est Lãpridius, in maiori larario, in quo diuos principes, deosq; gentilico more venerabatur, Christi quoq; habebat effigiem, eiq; templum erigere cogitauit: licet aliquorum prædũ iniustitia, præcipueq; Vlpiani Iurisconsulti opera nõnulli Christiani interfecti legãtur initio imperij Alexandri; quòd adhuc penè puer, vt potè decimũ sextum agens annum à viris grauissimis, quorum consilio administrabat imperiũ, facile eò adduci poterat, vt Christianos prætextu non religionis, sed iustitiæ, alijsq; nominib⁹, quæ Vlpiano Christianorũ hosti infensissimo haud difficile erat obtendere, capite plecteret. Clamabat sæpi⁹ quod à quibusdã Christianis audierat, idq; per præconem, cùm aliquẽ emẽdaret, dici iubebat: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*: quam sententiã vsq; adeò dilexit, vt & in palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. Quanquã verò his omnibus virtutibus abũdaret, milites tamen nimiam eius seueritatẽ, & longè maiorem post Heliogabalum non tulerunt: denique agentem eum cum paucis in Britannia, vt alij volunt, in Gallia, non ex omnium sentẽtia, sed latrocinantium modo quidam milites, & ij præcipuè, qui Heliogabali præmijs effloruerãt, occiderunt, postquam vixisset annis 29. mensibus tribus, diebus septem, ac tredecim annis imperasset: fuisse post obitum ascriptum in Deorum numerũ affirmat D. Chrysost. homilia. 26. in 2. Epistolam ad Corinth.

D. Chrysost.

4 Iulius Maximinus 26. imperator.

Successit vigesimo sexto loco in imperiũ Iulius Maximinus Thrax gente, & sæuitia insignis, qui septimũ aduersus Ecclesiam bellum mouit; in prima pueritia pastor, nonnũquam procer, qui latronibus insidiaretur, & suos ab incursionibus vindicaret, vt ait Iulius Capitolinus; magnitudine corporis fere Gigantea conspicuus, virtute inter omnes milites clarus, forma virili decorus, ferus moribus, asper, superbus; prima stipẽdia illa equestria fuere sub Seuero, cui vt notus esset, hęc fuit causa. Natali Getæ filij minoris Seuerus militares dabat ludos propositis præmijs argenteis, ideſt, armillis, torquibus, & balteolis: hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc latinæ peritus linguæ ab imperatore publicè petijt, vt sibi potestatem faceret contendendi cũ ijs, qui iam non mediocri loco militarẽt: magnitudinẽ corporis Seuerus miratus, primùm eum cũ lixis cõposuit, sed fortissimis quibusq;. Tunc Maximinus sexdecim lixas vno sudore deuicit, sexdecim acceptis præmijs, munusculis non militaribus, iussusq; militare. Tertia forte die cùm processisset Seuerus ad cãpum, in turba exultantẽ more barbarico Maximinũ vidit, iussitq; statim tribuno, vt eũ coërceret, ac Romana disciplina imbueret: ille vbi de se intellexit imperatorẽ locutũ, suspicatus barbarus & notũ se esse principi, & inter multos cõspicuũ, ad pedes imperatoris equitantis accessit: tũ volens Seuerus explorare, quãtus in currẽdo esset, equũ multis circuitionibus admisit, cumq; imperator laborasset, nec ille tamẽ à currẽdo per multa spatia desijsset, ait: Quid vis Threcisce? nunquid delectat luctari post cursum? quantũ libet, inquit, imperator: descendit Seuerus ex equo, & recentissimos quosq;, ac fortissimos milites ei comparari iussit; tum ille more solito septem fortissimos vno sudore vicit: solusq; omnium à Seuero post argentea præmia torque aureo donatus est: iussusq; inter stipatores corporis sui semper in aula consistere. Hinc factus inter milites clarus amari à tribunis, à commilitonibus suspici, impetrare ab imperatore, quod vellet, cùm adhuc adolescens esset, sed tamen longitudine corporis, & vastitate, ac forma, atque oculorum magnitudine, & candore omnes excelleret: tanta corporis magnitudine, vt octo pedum esset, & propè semis; pollice

Iulius Capitolinus.

sita vasto, vt vxoris dextrocherio pro annulo vteretur; calceamentum eius pede maius hominis vestigio, atque mensura; tantis viribus, vt rhedam onustam solus moueret; equo si pugnū dedisset, dentes solueret, si calcem, crura frāgeret; lapides tophicios friaret; arbores teneriores scinderet; alij denique eum Milonem Crotoniatem, alij Herculem, Antæum alij vocabāt. Itaque tribunum legionis quartæ ex tyronibus, quam ipse Seuerus compo suerat, effecit, eumque in hæc verba prouexit: *Veteres milites tibi Maximine idcirco non credidi, quòd veritus sum, ne vitia eorum, quæ sub alijs inoleuerunt, emendare non posses: habes tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem, eos fac militiam addiscere, vt mihi multos Maximinos Reipublicæ optabiles solus efficias.*

5 Occiso itaque Alexādro Maximinus primùm è corpore militari nondum senator sine decreto senatus Augustus ab exercitu est appellatus: respondebat vastitati corporis par crudelitas, ita vt illum alij Cyclopē, alij Busiridem, alij Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem vocitarent: Illum senatus tantùm timuit, vt vota in templis publicè, priuatimque mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne vnquam vrbem Romam videret: audiebat enim alios in crucem sublatos, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris obiectos, alios fustibus elisos, atque hæc sine delectu dignitatis. Non fuit animal in terris crudelius, omnia sic in viribus suis ponens, quasi non posset occidi, seseque ob viriū, corporisque magnitudinem immortalem dicēs. Quarè non mirum, si initio statim imperij Christianos persequendos decreuerit, vt refert Euseb. lib. 6. cap. 21 Euſebius. *Maximinus*, inquit, *propter grauem inuidiā, qua contra Alexandri familiam, in qua complures fideles, & Christiani versabantur flagrabat, acerbam persecutionis tempestatem concitauit, iussitque solos Ecclesiarum præsides tanquàm auctores doctrinæ Euangelicæ necidari.* Hanc persecutionem sextam ordine ponit Orosius lib. 7. cap. 19. & Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 25. sed eam nos septimam constituimus iuxta eam suppositionem, quam cum alijs auctoribus iam superiùs meliorem duximus. Oroſius. D. Auguſt.

6 Hoc tempore Pontianus, & Anterus Romani Antistites martyrio coronantur, alijque innumerabiles, vt par est credere de tam sæuo, immaniq; tyranno, vt in suos quoque vel fictis, vel minimis de causis crudeliter desæuiret, nec nisi multis eorum millibus interfectis quiesceret, vt testatur Iulius Capitolinus: Ignobilitatis inquit, tegendæ causa omnes cōscios generis sui interemit: nonnullos etiam amicos, qui ei sæpe misericordiæ, ac pietatis causa pleraque donauerant. Factionem quandam ipse finxisse perhibetur, vt vim crudelitatis augeret: denique sine iudicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona sustulit, & plus quatuor millibus hominum occisis se satiare non potuit. Illud tamen factum est diuinit⁹, vt ne tantùm crudelitatis monstrum diu perduraret, cessaretque adeò Christianorum persecutio, nec enim triennio ampliùs imperauit. Verùm enim verò, cùm Romani eius crudelitatem ferre non possent, vt auctor est idem Capitolinus, quòd delatores euocaret, accusatorē immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes, quicunque in iudicium veniissent, ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret, nec aliunde nisi malo alieno pecuniam quæreret, deinde sine delicto consulares viros, duces que multos interimeret, alios Scythicis vehiculis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil deniq; prætermitteret, quod ad crudelitatem pertinere videretur, defectionem ab eo pararunt non Romani tantùm, sed quia & in milites sæuiebat, exercitus, qui erat in Africa, subita, & ingenti seditione Gordianum senem virum grauissimum, tunc proconsulem, etiā Iul. Capit. Capitol.

inuitum

inuitum, & reclamantem instanter cum gladijs,& cum omni genere telorum purpuram sumere coegit, atq; imperatorem appellauit, posteaque Maximinum, & filium eiusdem nominis adolescentem longè pulcherrimum, vigesimum agentem annum, quem ipse Augustum nominauerat, in tentorio quiescentem occiderunt conclamãtibus cunctis militari ioco ex pessimo genere ne catulum quidem habendum: eorum capita præfixa contis Aquileiensibus demonstrarunt, missa etiã Romam. Dici vix potest quanta vbique lætitia fuerit, cùm Romam per Italiam Maximini caput ferretur, cunctis ad gaudium publicũ occurrentibus: iam primus is nũcius, qui ex Aquileiensi vrbe Romam missus fuerat, tanto impetu mutatis equis cucurrit, vt quarta die Romam veniret. Obijt sexagenario maior, postquã vti diximus tribus annis imperij clauum tenuisset.

Octaua Ecclesiæ sub Decio imperatore persecutio.

SECTIO VIII.

1 Balbinus,& Pupienus imperatores.

VIVENTE ad huc Maximino Pupien⁹, qui & Maximus militari excellens disciplina,& Clodius Balbinus generis nobilitate clarissimus ex senatus consulto imperatores appellati fuere, sed eos quam primùm milites, vt pote non à se, sed à senatu creatos occiderunt: si militerque duo Gordiani pater, & filius, qui etiam consentiente senatu inuaserant principatum, periere, Gordiano adolescente facto Augusto, qui si Pupienus,& Maximus, duoque Gordiani in imperatorum numerum eodem simul tempore adscribantur, vigesimum octauum locum in Romanis imperatoribus tenet; cuius vt prosapia, totaque de Gordianis historia fiat illustrior, sciendum ex Iulio Capitolino, & Arriano scriptore Græcæ historiæ, Dexippo itẽ Græco auctore, quos laudat idem Capitolinus, non duos, sed tres fuisse Gordianos. Horum senior natus ex patre Metio Marullo, matre vlpia Gordiana originem paternam ex Gracchorum, maternam ex Traiani imperatoris genere duxit. Post nobilem quæsturam, ac prætoram consulatum primum inijt cum Antonino Caracallo, secundum cum Alexandro: post consulatũ proconsul Africæ factus est, sic amatus ab Afris, vt eum alij Scipionem, Catonem alij, multi Mutium, ac Rutiliũ, aut Lęliũ dicerent. Extat honorifica eorum acclamatio, cum enim quadã die factũ imperatorium legeret, atq; à proconsulibus Scipionibus cœpisset, acclamatum est, *Nouo Scipioni, vero Scipioni Gordiano proconsuli.* Iul. Capitol. Arrianus, Dexippus.

Igitur cùm iam orbis terrarũ odio Maximini flagraret, imperator cum filio etiam Gordiano est appellatus iam octogenarius: quorum electio senatui fuit gratissima: res tamen infeliciter cecidit, etenim Gordianus filius à Capeliano Maximini duce cõmisso prælio vincitur,& interficitur. Gordian⁹ verò pater audita filij morte graui perculsus dolore, timensque præterea à Maximini copias, vt hostiũ vincula, ignominiãq; vitaret, laqueo vitam finiuit. Hic exitus duorum Gordianorum fuit, quos ambo senatus & appellauit Augustos,& in Diuos retulit, postquam imperium anno vno,& mensibus sex administrarunt: atque hic Gordianus iunior senis Gordiani filius est secundus eorum Gordianorum, de quibus cœpimus dicere, appellatus sui temporis Priamus. Fuit tertius Gordianus, quem Dexippus apud Capitolinum putat secundi Gordiani filium, alij ex Gordiani senioris filia susceptũ, qui simul cũ Balbieno, & Pupieno, siue Maximo adeptus imperium est, de quo præcipuè hoc loco agere instituimus. Id verò ita ac- 2

Gordianus Imperator vigesimus octauus.

cidit

cidit: post mortem duorum Gordianorum præcedentium trepidus senatus, & Maximinum vehementiùs reformidans Pupienum, siue Maximum, & Clodium Balbinum appellauit Augustos. At milites, & populus tertium Gordianum adhuc paruulum annos agentem vndecim, vt pleriq; aiunt, Iuni⁹ Cordus. tredecim, vt alij, vt Iunius Cordus scribit, sexdecim, petierunt appellari Cæsarem. Itaque raptus ad senatum, tectus indumento imperatorio Cæsar est dictus, & apud matrem educatus: sed occisis Maximinis, cùm etiam Pupienus, & Balbinus seditione militari interepti cecidissent, postquā biēnio imperauerant, tum demū Gordianus adolescēs, qui Cæsar tantùm eatenùs fuerat, summo omnium applausu, & gratulatione fuit appellatus August⁹, solusq; deinceps imperium tenuit: post aliquantum temporis duxit vxorem filiam Misithei doctissimi viri, quem præfectum prætorij statim nominauit, cuiusq; prudentia, atque consilio omnia rectè administrabat, vt ipsemet Gordianus in literis ad socerū confitetur: in quibus inter alia, *Nunc demum*, inquit, *intelligo neque Fœlicem prætorianis cohortibus præponi debuisse, neque Serapammoni quartam legionem credendam fuisse, & ne omnia dinumerem, multa non esse facienda, quæ feci: sed Dijs gratias, quòd te insinuante, qui nihil vendis, didici ea, quæ inclusus scire non poteram. Quid enim facerē? mi pater verum audias velim; miser est imperator, apud quem vera reticentur, qui cùm ipse publicè ambulare non possit, necesse est, vt audiat, & vel audita, vel à plurimis roborata confirmet.*

3 Vita functo Misitheo Marcus Iulius Philippus Arabs humili natus genere, sed superbus prætorij præfectus factus est, Gordianoq; insidiari cœpit aspirans ad principatum; infestos ei milites statim reddidit, per quos etiā rumores sparsit adolescentem esse Gordianum, imparem imperio esse: corruptit postea principes, effectūq;, vt palam Philippus ad imperium posceretur: itaq; iussum est à militibus, vt quasi tutor Gordiani Philippus cū eo pariter imperaret. Suscepto igitur imperio Philippus superbissimè contra Gordianum egit: res eò deducta est, vt Gordianus videns se contemni, & sensim imperio spoliari, petierit, vt æquale saltem cum Philippo haberet imperium, quod minimè impetrauit; dehinc vt loco Cæsaris haberetur, ne id quidem obtinuit; saltem vt præfecti loco esset Philippo, id quoque negatum; vel vltimæ preces, vt eum Philippus pro duce haberet, ac pateretur viuere; pene Philippus consenserat: verùm cum secum ille cogitaret populi Romani, senatus, Africæ, ac Syrię, imo & totius Romani orbis erga adolescentem illum amorem singularē, timens ne pro eo, si viueret, vniuersi decertarent, eò quòd esset genere clarissimus, & nepos, ac filius imperatorum, & bellis grauibus totam Rempublicam liberasset, clamantē ante conspectum ducis iussit, spoliari, & occidi, postquàm sex annis imperasset.

4 Philippus imperator 29. Ita impiè imperium inuasit Philippus gente Arabs, vti diximus, vigesimus nonus Romanorum imperator: qui post Gordiani cædem Romam literas misit, quibus scripsit Gordianū morbo perijsse, seq; à militibus imperatorem appellatum: senatus facilè credens Philippum principem dixit, & Augustum nuncupauit. Is fecit consortem imperij Philippum filium, quem lego ab alijs Gallum Iulium Saturninum vocari; non diu tamen potuit durare imperium crudelitate quæsitum: etenim ipse quinto imperij anno Veronæ ab exercitu interfectus perijt, medio capite supra ordines dentium præciso: filius autē, quem participem imperij fecerat, Romæ à prætorianis obtruncatur, duodecimum ætatis annum agens, adeò seueri, & tristis animi, vt iam tum à quinquenni ætate nullo prorsùs cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit, patremq; ludis secularibus cachinātem petulantiùs,

quamquam

quanquã adhuc tener auersatus fuerit: itaqù ἀγένειος appellatus.

5 Decius imperator 39.

Philippo succesſit Decius trigeſimus ordine imperator, ex inferiori Pannonia oriundus, claris natus parentibus. Hunc Philippus contra Scythas cum ſupplemento copiarum miſit, quem, cùm ad exercitum perueniſſet, milites Illyriciani vnanimi conſpiratione imperatorem fecerunt, renuentem, ac repugnantem ſtrictis enſibus coegerunt: itaque & à ſenatu fuit Auguſtus appellatus. Ab ineunte ætate ſpem optimæ indolis præbuit, in quo virtutes cum ætate creuerunt, ad ampliſsimas dignitates non ambitio, non empta ſuffragia, ſed virtutes perduxere. Inter optimos Principes annumerari poſſet, ſi à Chriſtianorũ ſanguine ſibi temperaſſet: ſub hoc ſeptimam perſecutionem enumerat Oroſius lib. 7. cap. 21. ſed eam nos octauam facimus iuxta eam ſupputationem, quam perſequimur; eam verò mouit, vbi primùm imperium obtinuit, datis ad perſequendos vbique Chriſtianos edictis imperialibus, in quos plùs nimio Philippi etiam odio ſæuijt. Is, vt ait Paulus Oroſius lib. 7. cap. 14. continuò, in quo etiam ſe ob hoc Philippos interfeciſſe docuit, ad perſequẽdos, interficiendosque Chriſtianos ſeptimus poſt Neronem feralia diſperſit edicta, plurimosque Sanctorum ad coronas Chriſti de ſuis cruciatibus miſit. Non te moueat, quòd Oroſius ſeptimam hanc perſecutionem appellet, cùm nos octauam nominemus, quippequi in hoc ab eo diſſentimus ob ea, quæ non ſemel hoc ipſo commentario annotauimus. De ea etiam ita ſcribit Euſebius lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 39. *Philippo*, inquit, *cùm ſeptem annos imperaſſet, ſucceſſit Decius, qui quoniam Philippo erat infenſus, perſecutionem aduerſus Eccleſiam excitauit, in qua fabiano Romæ martyrio conſummato ſucceſſit Cornelius: in Paleſtina verò Alexander Hieroſolymitanus Epiſcopus, cùm rurſus propter Chriſtum Cæſareæ ad præſidis tribunal in confeſsione perduraſſet, vir grandæuus, & honeſta canitie decoratus carcerem experitur: cùm autem poſt ſplendidum, & illuſtre teſtimonium coram tribunali præſidis datum in cuſtodia obdormiuiſſet, Hazabanes illi in Epiſcopatu Hieroſolymitano ſucceſſit. Babyla quoque Antiochiæ, perinde atque Alexandro, poſt confeſsionem in carcere mortuo Eccleſiæ illi præſedit Fabius.* Dionyſius etiam Epiſcopus Alexandrinus (apud eundem Euſebium lib. 6. cap. 41.) ita ſcribit ad Fabium, de quo paulò ante, Antiochenum Antiſtitem. *Perſecutio iſta non cæpit ex imperatorio edicto, ſed illud anno integro præuenit: etenim ad vrbem hanc diuinator quidam, & fictor malorum venit, quiſquis ille fuit, ac multitudinem ethnicorum contra nos monit, & excitauit, atque ad patriam ſuperſtitionem tuendam inflammauit, à quo irritati, & omnem poteſtatem nacti ad impia flagitia perpetranda ſolum cultum Dæmonum, & noſtri occiſionem pietatem eſſe putabant: primum itaque presbyterum quendam nomine Metram comprehenſum impia verba proloqui iubent, non obedientem fuſtibus cædunt, & acutis calamis faciem, & oculos pungunt, ac poſtea in ſuburbium eductum lapidibus obruunt: deinde fidelem mulierem nomine Quintam ad templum idolorum ductam adorare cõpellunt, auerſantem, execrantemque idola pedibus ligatis per totius vrbis plateam lapidibus aſperis ſtratam trahunt, ac ſimul molaribus lapidibus alliſam, flagriſque cæſam ad eundem locum reducunt. Quo facto vno impetu cuncti irruunt in religioſorum domos, & quos quiſque vicinos pios cognouerat, ad eorũ ædes multitudinem ducunt, populanturque, ac diripiũt, pretioſa ſufforantur, viliora diſsiciunt, & igne adhibito in plateis cõburũt. Sed & præclariſsimã tunc virginẽ prouectæ ætatis Apolloniam comprehendunt, dentesque illi cunctos percuſſis maxillis excutiunt, & rogo ante vrbem accenſo viuam ſe combuſturos minantur, niſi vna cum ipſis impia verba pronunciet: illa verò cùm paululùm detrectaſſet, ac moras in ſpeciẽ velut deliberatura traxiſſet, repente in ignem inſilijt, & comburitur. Denique & Serapionem domi ſuæ agentem comprehendunt, verbisque tormentis affligunt, ac cunctis corporis artibus confractis è ſuperiori tabulato præcipitem deijciunt: nulla nobis via, ne publica quidem, nullus etiam angiportus, nec noctu nec*

Oroſius.

Idem.

Euſebius.

Dionys. Epiſ-

Apollonia pro Chriſto in ignem inſilit.

Serapion tormentis affligitur.

per

per diem patet, cunctis passim vociferantibus, nisi quis blasphema verba succinat, hûc repentè trahendum esse, & comburendum; quin & ipsũ edictũ imperatoris affertur, & subsequitur illud à Domino nostro prædictum, horrendũ maximè, nempe vt & electi scandalizentur, si fieri posset. Hęc Dionysius, & alia quâ plurima de huius persecutionis acerbitate, vt apud citatum Eusebij locũ videre licet.

6

Porrò tã uehemens fuit huius persecutionis procella, vt multi fideles, etiam qui fortissimi esse videbantur, magnitudine tempestatis abrepti, atq; ad idololatriæ scopulos allisi naufragiũ miserrimũ fecerint; quem luctuosum casum deplorat D. Cyprianus epistola de lapsis; vbi postquàm quorundam magnificis verbis laudauit constantiam, subiungit. *Has martyrum cælestes coronas, has confessorum glorias spirituales, has stantium fratũ maximas, eximiasq; virtutes mœstitia vna contristat, quòd auulsam nostrorum viscerum partem violentus inimicus populationis suæ strage dejecit: quid hoc loco faciam dilectissimi fratres fluctuans variis mentis æstu? quid, aut quomodo dicam? lacrymis magis, quàm verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. Quis enim sic durus, aut ferreus, quis sic fraternæ charitatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas, & lugubres, ac multo squallore deformes reliquias cõstitutas siccos oculos tenere præualeat, nec erumpente statim fletu priùs gemitus suos lacrymis, quam voce depromat? Doleo fratres, doleo vobiscum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria, & sanitas priuata blãditur, quandò plus pastor in gregis sui vulnere vulneretur: iacxlis illis grassantis inimici mea simul membra percussa sunt, sæuientes gladij per mea viscera transierunt, in prostratis fratribus & me prostrauit affectus.* Hæc ille. Describit eandem persecutionem Nicephorus lib. 5. à cap. 27. *Multi*, inquit, *sacrum pro Christo obiere certamen: in primis tamen Ecclesiarum præsides, & quicunque alios apud nos eloquentia, & sapientia antecellerent, infanda, crudeliaque tormenta tolerantes vitam reliquerunt, sicuti Romæ Fabianus, in Palæstina Hierosolymis Alexander, Antiochiæ Babylas (cuius in Episcopatu Fabi successor fuit) Episcopalem stolam sanguine multo imbuerunt.*

D. Cyprian.

Pastor in grege vulneratur.

Nicephorus.

In huius Decianæ persecutionis tẽpora incidit lapsus ille Origenis in Alexandriæ ciuitate, quem referunt Epiphanius hæresi 64. Eusebius lib. 6. historię Ecclesiasticæ capite 32. Nicephorus lib. 5. cap. 32. & alij. *Multa*, inquit Epiphanius, *sunt fortia facta, quæ pertraditionem referunt veteres de hoc viro, sed non permanserunt ipsi, quæ ad præmium consequendum pertinent, in finem: propter eminentissimã enim sanctitatem eius, ac doctrinam ad multam inuidiam deuenit, & per hæc magis irritabat eos, qui illo tempore principalem pietatem administrabant. Per Diabolicam verò malignitatem excogitarunt malitiæ operatores, quomodò turpitudinẽ viro* (Origeni) *impingerent, & plagam talem decernerent, ita vt in abusum corporis ipsius Æthiopem subornarent, aut sacrificare iuberent: ipse verò non ferens Diabolicæ operationis versutiam proclamauit, vtrisque rebus sibi propositis sacrificare se potius velle; non tamen spontanea mente hoc perfecit, velut magna de hoc fama refert: sed quandoquidem omnino confessus est se facturum hoc esse, iniecto in manum eius thure, ipsum ad aræ rogum adduxerunt, atque sic à confessoribus, & martyribus tunc re cognita reiectus est.* Ita Epiphan. Hæc sunt, quę de lapsu Origenis ab his autoribus commemorantur; quę tamen Cardinalis Baronius tomo 2. Annalium fabulosa, & commentitia esse arbitratur, nõ multùm vehemẽtibus quibusdam coniecturis persuasus ea non ab Epiphanio scripta, sed ab aliquo vitiatore addita: quod mihi de veterũ scriptis iudicium non facile ferendũ videtur, ne eadem facilitate multa alia, quæ ad refellendos hæreticorum errores pertinent, ab aduersarijs negari, & eleuari possint: sanè coniecturas, quibus Baronius innititur, vt sibi fictitia isthæc esse persuadeat, ductas exeo, quòd nõnulli, qui pro Origene eo tempore Apologias cõscripserũt, veluti Rufinus, & Eusebius (eius est enim ea, quæ nomine Pamphili circumferrur

7

Ephiphanius. Eusebius. Nicephorus.

Origenis lapsus

Baronius.

D. Hieronym.

cumscrtur, vt non semel docet D. Hieronymus, præcipuè verò epistola. 65. quæ est ad Pãmachium, & Oceanum, eaſdẽ meritò quiſquiam ea ratione retorſerit, quòd potiùs ij, qui alicuius partes defendendas ſuſcipiunt, nõ facta turpiter, ſed geſta pręclarè in medium afferre ſolent, eaq; omnia præterire, quæ vel leuiſsimã infamiæ labeculã aſpergere, aut notam poſſunt inurere. Quare non video, cur rẽ Epiphanio, Nicephoro, alijſq; auctoribꝰ grauiſsimis teſtatiſsimã in dubium reuocemus. Atq; hęc fuere, quæ præcipuè in Deciana perſecutione perſtringẽda putauimus, quę tamen Deo in infenſiſsimum Eccleſiæ hoſtẽ vindicante non diu durauit: etenim ſecundo imperij anno Decius ad liberandos à Gothis Thracas cum filio, quem iam Cæſarẽ appellauerat, profectus, victor primis cõgreſsibus, poſtea in collocatas ab hoſtibus certo loco inſidias incidẽs, ſuis difficillimè præliantibus, vt refert Sextus Aurelius, inter cõfuſas turbas gurgite paluſtri ſubmerſus perijt, ita vt nec cadauer eius potuerit inueniri: filius verò in prælio occiditur. Vixit ãnis quinquaginta, obijt nondum ſecundo anno imperij finito.

Sextus Aurel.

Nona ſub Valeriano, & Gallieno eius filio Eccleſiæ perſecutio.

SECTIO IX.

1

DECIO perẽpto, eiuſq; exercitu pfligato legio, quę integra Scytharum fide remanſerat, Trebonianum Gallũ ex Patritiorum familia, ducem eo tempore limitis Myſiæ trigeſimum primum ordine imperatorem nominauit; qui ſuperfuerant ad eum quaſi ad reliquiarum Romani exercitus ſeruatorem confugerũt, quo rumore adductus ſenatus Auguſtum appellauit. Percuſsit fœdus cum Scythis non ſine Romani nominis ignominia: *Tunc primùm*, ait Pomponius Lætus, *diuturno, & libero potentatu populus Romanus tributa pependit: tunc primùm Reſp. iugum Scythicæ ſeruitutis accepit; qui tributo pendendo obnoxiam fecerit Romanam vrbem, præter Gallum fuit nemo*: Voluſianum filium conſortem fecit imperij. Infelix, & infauſtum imperium Galli fuit: etenim Scythæ nõ contenti tributo, ſed inſolentiores effecti ingenti exercitu terra, mariq; depopulantur Dardaniã, Thraciam, Theſſaliam, Macedoniam, Hellada, & partem Aſiæ, imo & iam ipſi Italiæ minabantur: repreſsi tamen opera, ac virtute Æmiliani ducis limitis Myſiq non ſine magna ſtrage, ac cęde in ſuas ſolitudines coacti ſunt: eius etiam tempore grauiſsima toto orbe peſtilentia graſſata eſt: habuit ea lues ex Æthiopia ortum, tam grauis, & acerba, vt per annos decem, ac ſecundum alios quindecim terras pene omnes exhauſerit. Tandem Gallus cùm copias contra Æmilianum duceret, ſuperatus, & à ſuis militibus deſertus vnà cum filio cęditur, poſtquam duobus annis imperaſſet.

Trebonianus Gallus 31 imperator.

Pomp. Lętus.

2

Succeſsit trigeſimoſecundo loco Æmilianus ortus in Mauritania obſcuris parentibus, dux limiti Sarmatico in Myſia à Decio præpoſitus, & minimè ſubmotus à Gallo: ſuis militibus non contentis ſtipendio pro concione pollicitus eſt id augere Æmilianus, ſi hoſtes viciſſent: illis præmio accenſis, apertis caſtrorum portis auidum pugnæ militem educit, qui tanto in hoſtes illatus eſt impetu, vt non fugauerit modò, ſed bona ex parte cæciderit, illorumq; regiones abactis prædis penè exhauſerit: reuerſus in Myſiam perſoluit militi præmia Æmilianus; adeò eo ſucceſſu gratus exercitui, vt eum imperatorem appellauerit, ad

Æmilian. 32. imperator.

quẽ oprimendũ cum Gallus, qui adhuc viuebat, cum filio accurreret, ambo primis prælijs cæsi sunt, vti diximus, militibus Gallo adhærentibus. Interea milites, qui in Alpibus erant, Valerianũ imperatorem creant, quo accepto nuncio, quæ est humanarum reũ inconstantria, qui Æmiliani partes sequebantur, ne ciuili bello se implicarent, contẽplantes etiam humilitatẽ generis Æmiliani, & è cõtra insignem Valeriani nobilitatẽ Æmiliano interfecto ad Valerianũ se contulêrunt post trimestrẽ Æmiliani principatũ, anno ætatis eiusdem 40.

3 Licinius Valerianus 33. imperator.

Capessit igitur imperium Publius Cornelius Licinius Valerianus, trigesimus tertius Romanorũ imperator, genere nobilis, tanta ante imperium probitatis opinione, vt cũ in æde castrorũ senatus haberetur, ireturq; per sententias singulorũ, cui deberet censura deferri, absente Valeriano omnes interrupto more dicẽdæ sentẽtiq; vna voce dixerint: Valeriani vita censura est, ille de omnibus iudicare debet, qui est omnibus melior, hunc censorẽ omnes accipimus, hunc imitari volumus. Hoc senatus consultũ cùm Decius, qui adhuc viuebat, & imperabat, accepisset, recitassetq; in conuẽtu summorũ virorum ad Valerianũ cõuersus, Felicem te, inquit, Valeriane senatus sentẽtia, totius orbis humani suscipe curã, quam tibi detulit Romana Resp. quã solus mereris, iudicaturus de moribus nostris: tu æstimabis, qui manere in curia debeãt; tu equestrẽ ordinem in antiquum statum rediges; tu censibus modũ pones; tu vectigalia firmabis, diuides statũ, respublicas recensebis; tibi legũ scribendarum auctoritas dabitur; tibi de ordinibus militum iudicandũ est, tu arma respicies; tu de nostro palatio; tu de iudicibus, tu de præfectis eminentissimis iudicabis; excepto deniq; præfecto vrbis Romæ, exceptis consulibus ordinarijs, & sacrorum Rege, ac maxima virgine Vestalium, si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sentẽtias feres: laborabũt autẽ etiam illi, vt tibi placeant, de quibus non poteris iudicare. Hæc Decius. Ex quibus appareret quãtę auctoritatis, & exillimationis esset Valerianus: quomodo autem fuerit creatus imperator, paulò superiùs diximus. Non tñ par fuit opinioni fortuna, etenim factus imperator bellũ gerens in Mesopotamia cũ Sapore rege Persarũ, cum ductu cuiusdam sui ducis, (incertũ dolo, an casu?) in ea esset loca deductus, vbi nec fortitudo, nec disciplina militaris quicquã valere potuit, infeliciter captus venit in ditionẽ Saporis, apud quem captiuus consenuit: nec enim eum vnquã dimittere Sapor voluit, tametsi fuerit multorũ regum amicorũ literis ad id præstandum solicitatus, quas habes apud Trebellium Pollionẽ in vita Valeriani: quãdiu vixit, vt ait Sextus Aurelius, Sapor incuruati eius cervicibus pedẽ imponẽs equum ascendere consueuerat. Itaq; in hac miserrima seruitute obijt septuagenario maior, decimo quinto imperij anno, sed horũ quindecim octo peregit captiuus. Filius Gallienus, quẽ pater initio statim sui principatus participem imperij fecerat, tantũ abest, vt patrẽ è durissima seruitute liberare contẽderit, vt ea potiùs lætatus inde occasionẽ liberiùs viuendi arripuerit, homo natus abdomini, & uoluptatibus; tanta in gubernando socordia, vt per totũ terrarum orbẽ grauissima bella exorta totũ Romanum imperiũ turbauerint; triginta namq; tyrãni eodẽ tempore sibi Romanorũ imperatorũ nomen arrogarunt, quos omnes annumerat Trebellius Pollio: tanta crudelitate in milites, vt terna, & quaterna millia singulis diebus occideret: sed ita tamen liberalis, & munificus, vt nihil vnquã petenti denegaret. Ægerrimè tulêre Romani Gallienum de patris libertate minimè esse solicitũ, eumq; inultum relinquere, quem externi Reges vtcunque vindicauerãt: id quod ipsi aliquandò quidam scurræ obiecerunt. Nam cùm per iocum

Trebellius. Sextus Aurel.

Gallienus imperator 34.

Trebel. Pol.

Rex

Rex Persarum quasi captiuus cũ suis per pompam duceretur, quidam scurrę miscuerunt se Persis, diligentissime scrutãtes omnia, atque vnius cuiusque vultum mira inhiatione mirantes: à quib⁹ cùm quęreretur, quid illa agerent solertia, responderunt, Patrem Principis quærimus; quod cùm ad Gallienum peruenisset, non mœrore, non pietate commotus est, scurrasque iussit viuos exuri. Tandẽ Gallienus à suis interemptus est anno ætatis quinquagesimo; septem cum patre, solus octo annis imperauit.

4

Sub his imperatoribus passa est Ecclesia nonam generalem persecutionem, quanuis eam octauam constituant D. Hieronymus lib. de viris illust. in Cypriano, D. Augustinus lib. 18. de ciuitate cap. 52. & Paulus Orosius lib. 7. cap. 22. ea potissimum à Valeriano cõmota est. Nec ipso statim imperij initio, quippe cùm, vt auctor est Dionysius Alexãdrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 9. & Nicephorus lib. 7. cap. 10. *Nemo imperatorum, qui eum anteiuerant, tantam beneuolentiam, & comitatem aduersos Christianos declarauit, imo verò, ne illi quidem, qui Christiani erant, eoque nomine palàm appellati, ita hos sunt amplexati, vt ille: qui quidem initio imperii sui quàm familiarissimè, & amicissimè, idque in oculis omnium eosdem excepit, & tota domus eius piis hominibus complebatur, eratque planè Dei Ecclesia.* Hęc ille. Quid verò fuerit causæ, cur postea fideles tam acerba, & graui persecutione fuerit infectatus, amoremque in odium verterit, his verbis declarat. *Doctor quidam, & princeps Magorum Ægypti illum tandem perdito consilio depranauit, & non impulit solùm, vt homines culpa vacuos, ac sanctos Dei, vt pote scelestorum, ac execrabilium incantamentorũ aduersarios, & oppugnatores (satis namque virium, ac potentiæ præsentiæ aspectu, spiritu, & voce solũ ad detestabiliũ Dæmonũ insidias dissipãdas & habent, & semper habuerũt,) acerbè persequeretur, neciq; traderet; verũ etiã, vt impuras ceremonias obiret; prophanas exerceret præstigias, execranda mysteria exequeretur, mactaret pueros misellos, prolem infeliciũ parentũ sacrificaret, tenera infantiũ dissecaret viscera, Dei denique creaturas discinderet, discerperetq;.* Hęc ille.

D. Hieronym. D. Augusti. Orosius. Dionys. Alex. Nicephorus.

Hoc tẽpore prẽter innumeros alios passi sunt Sixtus Papa, & Laurentius Diaconus longè clarissimus, & D. Cyprianus Carthaginẽsis episcopus, doctrina, & sanctitate admirabilis, & trecenti illi martyres apud Carthaginẽ, qui eò quòd optione data à Præside, vt vel in fornacẽ calcariã incensam cõijci, vel thus Ioui incendere eligerent, ipsi vltrò sese in fornacẽ coniecerũt, cũ calceq; permisti exarserunt, massa candida sunt appellati. Porrò hæc sub Valeriano persecutio tribus tantùm annis cum dimidio durauit, quẽadmodũ docet Dion. Alex. apud Eusebium lib. 7. c. 9. accõmodans Valeriano illud, quod de Antichristo dr Apoc. 13. *Datũ est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Cessauit verò cũ captus est à Sapore rege Persarũ, quẽadmodum superiùs commemorauimus: quod accidit 8. eius imperij anno. Quo capto Gallienus solus imperiũ administrauit, & persecutionẽ contra Christianos inhibuit, patrisq; aduersus illos edicta rescidit, aliaq; in eorũ fauorẽ vulgauit, vt affirmat Euseb. lib. 7. c. 14. *Cum Valerianus*, inquit, *apud barbaros seruitutẽ subijsset, filius eius solus imperio potitus, clemẽtiùs, & moderatiùs se gessit in gubernando, & edictis vulgatis persecutionem remisit, relaxauitq;, atq; adeò illos, qui verbo Dei præerãt, quod ipsis in more positum fuisset, liberè exequi per literas mãdauit, quæ sic habẽt. Imperator Cæsar Publius Licinius Gallienus Pius Fortunatus Augustus Dionysio, & Pinnæ, & Demetrio, & cæteris episcopis salutẽ. Meæ munificentiæ beneficiũ per vniuersũ orbẽ diuulgari præcepi, vt qui loca religiosa, quæ spectãt ad Christianos, possidẽt, ab illis statim discedant, & propterea vos literarũ mearũ exẽplari vti poteritis, quo nemo deinceps vobis quidquam faceßet molestiæ: atque istud quidem vt nunc liberè, & pro arbitratu à vobis expleri queat, iam pridẽ à me erat cõcessũ: his de causis Aurelius Cyrenius, qui summam rerũ secundum me administrat, literarũ etiam exẽplar conseruabit.* Hactenus Eusebius.

5

Xistus Papa, Laurentius, & Cyprian⁹ martyriũ subeunt.

Dionys. Alex.

Apoc. 13. 5.

Eusebius.

Decima sub Aureliano Ecclesiæ persecutio.

SECTIO X.

1



CCISO Gallieno Flauius Claudius, iam ipsius Gallieni morientis sententia designatus, ab exercitu appellatur imperator, quem miris in cœlum vsq; effert laudibus Trebellius Pollio, in eoque ait Traiani virtutem, Augusti moderationem, Antonini pietatem mirificè enituisse, tamque absolutum numeris omnibus imperatorem fuisse, vt eius stirpem ad imperiũ summi principes eligerent, emendatior senatus optaret. Vbi primùm factus est Imperator, Aureolũ, qui grauior Rei publicæ fuerat, quod multum Gallieno placebat, conflictu habito à Reipublicæ gubernaculis depulit; tyrannumque missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus iudicauit, imo Aureolum arrogãtem, & fœdus petentem imperator grauis, & seuerus non audiuit, illoq; responso reiecit. Hæc à Gallieno petenda fuerant, qui consentire moribus poterat, & timere: denique iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitæ, ac moribus suis habuit. Tãta animi magnitudine, atq; robore fuit Claudius, vt trecenta viginti millia armatorum gentium barbararum, seu, vt ipsemet in quadam ait epistola, Gothorum, quæ in Romanum imperium inuaserant, ita cõtriuerit, ut vix aliquos ad patrium solum redire permiserit: ob quam victoriam clypeus illi aureus totius senatus iudicio in Romana curia, & in Capitolio ante Iouis templum statua aurea decem pedum, & in rostris columna, palmata statua super fixa, librarum argenti mille quingentarum collocata. Finito bello Gothico grauissimus morbus increbuit, ex quo etiã ipse Claudius diem clausit, cùm biennium non integrum imperasset. Eo vita functo Quintilius frater eiusdem delatũ sibi omnium iudicio suscepit imperium, sed ob breuitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit, nam septima decima die, quòd se grauem, & serium contra milites ostenderat, ac verum principem pollicebatur, à militibus interemptus perijt. Alij aliter eius obitum memorant, quòd scilicet Aureliani imperatoris nuntio exterritus sanguine è venis emisso vitam finierit.

Claudius imperator 35.

Trebellius.

Quintilius imperator 36.

Electus subinde Aurelianus trigesimus septimus Romanorum imperator, mediocri patre genitus, & vt quidam ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris colono inter Daciam, & Macedoniam: à prima ætate nullum vnquã diem, quanuis festum, vacantéue prætermisit, quo non se pilo, & sagittis, cæterisq; armorum officijs exerceret: eius adhuc priuati extant nonnulla præclara facinora, nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præsidiarijs solus atriuit. Refert Theoclius Cæsareorum temporum scriptor Aurelianum manu sua bello Sarmatico vna die quadraginta, & octo interfeciſſe, pluribus autem diuersis diebus vltra nongentos quinquaginta: idem apud Maguntiam tribunus legionis sextæ Gallicanæ Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, vt trecentos ex ijs captos septingentis interẽptis sub corona vendiderit. Militibus ita timori fuit, vt sub eo posteaquam semel cum ingenti seueritate castrẽsia peccata correxit, nemo peccauerit: solus omnium militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemque subitò dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet: quæ res ingentem timorem omnibus iniecit. Libet hoc loco epistolam eius

2

Aurelianus imperator 37.

Theoclius.

militarem

militarem ad vicarium suum datam transcribere doctrinæ causa. Ea fuit huiusmodi. *Si vis tribunus esse, imo si vis viuere, manus militum contine: nemo pullum alienum rapiat; ouem nemo contingat; vuam nullus auferat, segetem nemo deterat; oleum, sal, lignum nemo exigat; annona sua contentus sit; de præda hostis, non de lacrymis prouincialium habeat; stipendium in balteo, non in popina habeat; in hospitijs caste se agat; qui litem fecerit, vapulet.* Multa præclarè gessit in bello, & inter alia Marcomanicum bellum difficillimum cõfecit, & celeberrimam Zenobiam Orientis Reginam vicit, & captiuam tenuit. Ingens strepitus fuit omnium militũ Zenobiã ad pœnam poscentium; sed Aurelianus indignum existimauit mulierem interimi: itaq; occisis plerisq;, quibus auctoribus illa bellum mouerat, triumpho mulierem reseruauit. Tum vehementer irascens, quòd adhuc Tetricus Gallias obtineret, Occidentem perijt, atq; ipso Tetrico exercitum suum prodente, quòd eius scelera ferre non posset, debitas sibi legiões obtinuit: princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis Romã iter flexit, vt de Zenobia, & Tetrico, hoc est, de Oriente, & Occidente triumpharet; cuius triumphi pompam, & apparatũ sanè nobilem describit Flauius Vopiscus Syracusius in vita Aureliani. Currus regij tres fuerunt: in his vnus Odenati argento, auro, gẽmis operosus, atq; distinctus; alter, quem Rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse quoque pari opere fabricatus; tertius, quem sibi Zenobia composuerat sperãs se vrbem Romanam cum eo visuram, quod illam non fefellit, nam cum eo vrbem ingressa est, sed victa, & triumphata: fuit alius currus quatuor ceruis iunctus, qui fuisse dicitur Regis Gothorum, quo, vt multi memoriæ tradiderunt, in Capitolium Aurelianus inuectus est, vt illic cæderet ceruos, quos cum eodem curru captos Ioui vouisse ferebatur. Præcedebant Elephanti viginti, feræ mansuetę Libycæ Palæstinę diuersæ ducentæ, quas statim Aurelianus priuatis donauit, ne fiscum annonis grauaret: tigrides quatuor, camelopardali, alces, cætera talia per ordinem ducta; gladiatorum paria octingenta; præter captiuos gẽtium barbararum Blemyes, Axomitę, Arabes, Eudęmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Persæ, cũ suis quiq; muneribus; Gothi, Alani, Roxolani, Sarmatæ, Franci, Sueui, Vandali, Germani religatis manibus captiui præcesserunt: inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant, principes ciuitatis, & Ægyptij ob rebellionem: ductę sunt & decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat, cum multæ essent interemptæ, quas de Amazonum genere titulus indicabat. Prælati sunt tituli gentiũ nomina continentes. Inter hæc fuit Tetricus chalmyde coccinea, tunica galbina, braccis Gallicis ornatus, adiuncto sibi filio, quem imperatorem in Gallia nuncupauerat: incedebat etiam Zenobia ornata gemmis, catenis aureis, quas alij sustentabant; præferabantur coronæ omnium ciuitatũ aureæ, titulis eminentibus proditæ. Iam populus ipse Romanus, iam vexilla collegiorum, atque castrorum, & cataphractarij milites, & opes regiæ, & omnis exercitus, & senatus etsi aliquãtò tristior, quòd senatores triumphari videbat, multum ornamenti pompæ addiderant. Hanc rerũ gestarum gloriam fœdauit crudelitate Aurelianus; fuit enim princeps crudelis, & sanguinarius, quam ob causam in odium suorum veniens, occisus perijt sexto imperij anno. Quarè non mirum, si homo insignis crudelitatis, & sęuitiæ grauem in Christianos persecutionem mouerit, quam nos decimã ordine constituimus. Et quidem cùm primum in Christianos sæuire decreuit, diuinitus est cohibitus, quemadmodum narrat Eusebius lib. 7. cap. 24. *Aurelianus, inquit, tempore sui imperij progrediente, aliena opinione, & propè contraria de nobis concepta quibusdam iam*

Flauius Vop.

Aureliani triumphus.

Eusebius.

consilijs impulsus fuerat, vt contra nos persecutionem cieret. Crebri de hac re apud omnes sermo ferebatur, sed iam iam prope dixerim Aurelianum, cùm literas contra nos compositas manu subscriberet, diuina vltio subitò occupauit, quæ brachiorum commissuris enervatis illum ab instituto repressit, & omnium oculis clarè, & manifestè spectandum subiecit, quomodò mundi principibus ne minima quidem data sit facultas aliquid contra Christi Ecclesias moliendi, nisi præpotens Dei manus diuino suo, & cælesti iudicio temporibus, quibus Ecclesiam probare decreuit, id fieri disciplinæ, & castigationis causa perfici, & expleri permiserit. Hæc ille. Quanquam verò tunc temporis persequendi Christianos cogitationem deposuerit, posteà tamen tertio saltem imperij anno pro innata crudelitate eos infectatum fuisse reuocari in dubium haud debet, cum affirment D. Augustinus lib. 18. de ciuitate cap. 32. D. Leo serm. 2 de Pentecoste, Seuerus Sulp. lib. 2 sacræ hist. & alij, eiusque tempore legamus plurimos martyres effectos, Symphorianũ dico, Felicẽ Papam, Agapitũ quindecim annorum puerũ, Restitutã virginem, Athenodorum episcopũ, Gregorij Thaumaturgi fratrẽ Germanũ, & alios cõplures, quos enumerat Cardinalis Baronius tomo 2. Annal. ab anno Christi 273. Periit Aurelianus interfectus à suis opera Mnesthei cuiusdam, quem pro notario secretorũ habuerat, anno imperij sexto, vt alij, septimo inchoato.

Aurelianum literas contra Christianos subscribentẽ vltio diuina represit.

D. Augustin. D. Leo. Seuer. Sulp.

Vndecima, eaque grauissima sub Diocletiano, & Maximiano Ecclesiæ persecutio.

SECTIO XI

1 Tacitus 38. imperator.

AVRELIANVM excepit Tacitus trigesimus octauus ordine imperator Interempto Aureliano sex menses durauit interregnum, toto enim eo tempore exercitus, & senatus de imperatore deligendo mutuis inter se officijs certarunt: exercitus ad senatum retulit, senatus contrà electionẽ in exercitũ resudit, sciens non libenter iam milites accipere imperatores, quos senatus appellasset: dumque vltrò, citròque ab exercitu ad senatum, à senatu ad exercitum mittuntur literæ, sextus peractus est mensis, tandem frequentissimo senatu electus est Tacitus, vir Consularis tam senex, qui vnus erat è senatoribus, qui præsentes aderant: nam cum Tacitus, qui erat primæ sententiæ, sententiam (incertum quam) vellet dicere, omnis senatus acclamauit, *Tacite Auguste Dij te seruent, te deligimus, te Principem facimus. Suscipe imperium ex senatus auctoritate.* Plerique scripserunt Tacitum absentem, & in Campania agentem principem nuncupatum, sed res ita habuit. Cùm rumor emersisset illum imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Baiano duobus moratus est mensibus: sed inde deductus huic senatus consulto quasi priuatus interfuit. Gessit propter breuitatem temporis nihil magnum; interẽ-pus est enim insidijs militaribus sexto imperij mense, quanuis alij morbo interijsse scripserint.

2 Florianus 39. imperator.

Successit Florianus Taciti germanus frater, qui post fratris obitum arripuit imperium nulla senatus auctoritate, quasi esset hæreditarium, cùm sciret adiuratum esse in senatu Tacitum, vt cùm mori cœpisset, nõ liberos suos, sed optimum aliquem principem nominaret: itaq; vix duobus mensibus imperium tenuit, occisus Tarsi à militibus, qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat: illi nec Taciti frater obstitit, quominùs orbis totius consensu imperator diceretur, nec generis humilitas, vtpotè qui patrẽ Dalmatici sanguinis, & cum agrestem habuerit, vir pacis, belliq; artibus longè clarissimus; & Valeriani imperatoris iudicio adhuc imberbis, si nomen Probi non habe-

ret,cognomen habere potuisset: factus imperator Gallias petijt, quæ omnes occiso posthumo turbatę fuerant, interfecto Aureliano à Germanis possessæ: tanta autem illic prælia feliciter gesit, vt à barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas ciuitates receperit, quadringenta millia hostium ceciderit. Non prætereunda, cùm de Germanis, & Blemyis triumphauit, venatio, quam in circo dedit, amplissima, ita vt populus cuncta diriperet, quam Flauius Vopiscus cõmemorat. Arbores validæ per milites radicitùs vulsæ connexis latè, longequè trabibus affixę sunt; terra deinde superiecta, totusque circus ad syluæ consitus speciem gratia noui viroris effrõduit; immissi deindè per ordines aditus struthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues ferę, & cętera herbatia animalia, quot vel ali potuerãt, vel inueniri; immissi deinde populares, rapuit quisque, quod voluit. Addidit alia die in Amphitheatro vna missione centum iubatos leones, qui suis rugitibus tonitrua excitabant, qui omnes contificijs interempti sunt: editi deinde centum leopardi Lybici, centum deinde Syriaci, centum leænę, & vrsi simul trecenti.

Venatio a Floriano in circo data.

3 His peractis Probus bellum Persicum parans, cùm per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias obtruncatur anno imperij quinto, vt alij, sexto, & aliquot mensibus, cui sanè inuidit diuturnitatem imperij amans varietatum, & semper inimica fortuna iustitiæ; cuius loco electus Carus à militibus inter bonos magis, quàm inter malos Principes numerãdus. Is per ciuiles, & militares gradus præfectus prætorij à Probo factus tantum sibi apud milites amoris conciliauit, vt interfecto Probo tanto Principe solus dignissimus imperio uideretur. Parthicum bellum, quod Probus parauerat, instaurans duos liberos Carinum, & Numerianum Cæsares appellauit, ita vt Carinum maiorem natu ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret, secum verò Numerianum adolescentem cùm lectissimum, tùm etiam disertissimum duceret. Itaque in Persas profectus capta Seleucia, & Ctesiphonte, dum ad Tygrim fluuium castrametatur, fulmine ictus perijt: imperauit biennio. Eo mortuo Numerianus filius, etsi natu minor capesit imperiũ, sub quo qui martyres effecti leguntur, ad tempus, quo adhuc patre viuente ipse Cæsarem agebat, referendum est: is enim post patris obitum id efficere non potuit, cùm paulò post obierit; nec verò sub patre Caro vllam persecutionem ponimus, quoniam is propensus in Christianos fuit: quę vero aduersus illos gerebãtur, eo inuito accidebant præfectis in aliquibus prouincijs absque vllo imperatoris edicto Christianos diuexantibus. Numerianus igitur cùm nimio fletu oculos dolere cœpisset, dum lecticâ portaretur, factione Arrij Apri soceri sui, qui inuadere conabatur imperium, occisus est: sed cùm per plurimos dies de Imperatoris salute quęreretur, cõcionaretur̃q; Aper idcircò illum videri non posse, quòd oculos inualidos à vento, ac sole subtraheret, fœtore tamen cadaueris re prodita omnes in Aprum inuaserunt, cuius factio latere non potuit, eumque ante signa protraxere: & cũ quæreretur, quis vindex Numeriani iustissimus fieret? quis daretur Reipublicæ bonus Princeps? Diocletianum omnes vno consensu Augustum appellarunt. Is igitur cùm tribunal ascendisset, atque Augustus esset apellatus, & quæreretur quemadmodùm Numerianus esset occisus, educto gladio Aprum præfectum prætorij ostentans percussit, & *Gloriare*, inquit, *Aper, Æneæ magni dextra cadis.* Illud proditum est memoriæ, cùm Diocletianus apud Tũgros in Gallia in caupona moraretur in minoribus adhuc locis militans, & cùm Druide quadam muliere rationem conuictus sui quotidiani faceret, atque illa diceret, *Diocletiane nimiùm auarus, nimiùm parcus es*, ioco, non seriò Dio

Carus Imperator 40.

Numerinus imperator 41.

cletia-

eletianum respondisse: *Tunc ero largus, cùm imperator fuero*: Druidem verò, *Diocletiane noli iocari, nam imperator eris, cùm Aprum occideris*. Carinus filius Cari natu maior, fraterque Numeriani, qui id temporis in Gallia Cæsarianum imperium obtinebat, vbi patrem fulmine absumptum, fratrem à socero interemptum, Diocletianum Augustum appellatum comperit, contra Diocletianum ire parat; cum quo multis prælijs conflixit; sed vltima pugna apud Murtium commissa victus occubuit: igitur Carus, & filij vix triennium omnes in imperio expleuerunt.

Diocletianus imperator 42.

Ita Diocletianus ad imperij Romani fastigium conscendit, ex Dalmatia oriundus, vir obscuro loco natus; nam à pseriſque scribæ filius, à nonnullis Anullini Senatoris libertinus fuisse creditur.

4

Maximianus cõsors imperij creatur.

Is cùm molem imperij grauiorem animaduerteret, quàm vt vnus esse vniuersæ par posset, Maximianũ Herculeum Augustum, & consortem imperij creat, amboque duos sibi Cæsares Galerium Maximianum cognomento Armentariũ, de cuius nomine dissentiunt scriptores: quidam enim appellant Galerium Maximinum, veluti Niceph. lib. 7. c. 17. Baptista Egnatius, & Onuphrius in Fastis, qui id distinctionis causâ fecisse videntur, vt eum à Maximiano Herculeo discriminarent: alij, quibus magis assentimur, Galerium Maximianum vocãt, vt Eutropius, Põponius Lætus, & alij, quos sequitur Cardin. Baronius, probatq; ex antiquarum inscriptionum monumentis: nos confusionis vitandæ causa aut Galerium tantùm, aut Galeriũ Maximianum dicemus. Hunc igitur duo illi Augusti appellarũt Cęsarem, & præterea Constantium cognomento Chlorum, Constantini magni patrem, ducem etiam præclarissimum, tribunitia tunc fungentem potestate, illustrissimum genere, Romanũ, filiũ Eutropij, & Claudię: hos primis vxoribus repudiatis Diocletianus, & Maximianus, quò eis magis fiderent, alias ducere coegerunt. Itaq; Constantius repudiata Helena, ex qua iam Constãtinũ filium susceperat, duxit Theodorã sororẽ Maxentij, (is erat Maximiani filius) & priuignã Herculei: Galeriꝰ autẽ Valeriam Diocletiani filiã: itaq; Romanum imperiũ à quatuor eodem tẽpore, duobus scilicet imperatoribꝰ Augustis, & duobus Cæsaribus regebatur. Diocletianꝰ moratus callidè fuit, sagax, & subtilis ingenio, & qui seueritatẽ suam aliena inuidia vellet explere: diligentissimus tũ, & solertissimus princeps, & qui imperio Romano primus Regię cõsuetudinis formã magis, quàm Romanæ libertatis inuexit, adorariq; se iussit, cùm antè eum cuncti salutarentur: Herculeus autem propalàm rus, & inciuilis ingenij, asperitatem suam etiã vultus horrore significans. Cùm autẽ ingraueſcente æuo parùm se idoneũ Diocletianꝰ moderando imperio sentiret, auctor fuit Herculeo, postquàm viginti annos imperium summa cõsensione gubernauerant, vt in priuatã vitam concederent, cui ęgrè Maximianus obtẽperauit: tamen vterque vno, eodẽq; die priuato habitu imperij insignia mutauit, Nicomediæ Diocletianus, Herculeus verò Mediolani post triũphum inclytũ, quem Romæ ex numerosis gẽtibus egerant: rem sanè mirã, & ad illã vsque ætatẽ inauditam! imperij habenas Constantio Chloro, & Galerio Maximiano, quos Cæsares appellauerant, tradiderunt. Et quidem Diocletianus constantiùs in proposito mansit, nam per decem annos, quibus priuatus Salonis vrbe Dalmatiæ, ex qua erat oriundus, superfuit, horto, quem ipse plantauerat, colendo vacans, sæpiùs ad imperium solicitatus nulla ratione à priuata vita abduci vnquàm potuit, restatus nullos sibi vnquam soles lætiores affulsisse. Obijt octogenarius vel alienatione mentis, vel hausto veneno, veritus Licinium, & Constantinum, qui ipsum tanquàm Maxentij fautorem acriter etiam comminando reprehenderãt:

Nicephorus. Bapt. Egnat. Onuphrius.

Eutropius. Pompo. Lętus. Baronius.

sed

sed & Herculeus,dum Constãtino genero parat insidias,perfusus vitæ priuatæ,imperium rursus affectans, Massiliæ captus Constantij iussu necatur. Nullum alium Diocletianus habuisse dicitur filium præter Valeriam filiam, quam Galerio collocauit,cum Herculeus habuerit filium Maxentium, & filiam Faustam,quæ posteà nupsit Cõstantino Magno.

5 Sub Diocletiano igitur,& Maximiano imperatoribus,& duobus Cæsaribus Constantio,& Galerio grauissima fuit in Ecclesiam persecutio excitata, iuxtà eam supputandi rationem, quã hactenus secuti fuimus, vndecima ordine, omnium sanè luctuosissima, & Christianæ religioni maximè funesta tùm propter magnitudinẽ, tùm ob diuturnitatem temporis; quippe quæ à principio statim imperij Diocletiani cæpta in sequentes adhuc imperatores transfusa fuerit. Ista persecutione effecti sunt martyres Cosmᵉ, & Damianus, Sebastianus, Caius Papa,Mauritius tribunus cum integra sua legione Thebæorum, Romanus, Marcellinus Papa, postquàm anteà magnitudine persecutionis perterritus thus idolis incẽderat; Verisimus, eiusq; sororesMaxima,atq; Iulia Olysippone vrbe Lusitauiæ clarissima; Eulalia in Emerita Augusta, Agnes, Ianuarius Beneuẽtanus Episcopus,cuius corpus Neapoli asseruatur,sanguinisq; illustre miraculum sæpè visitur; Vincentius Diaconus apud Valentiã nobilem Hispaniæ vrbem,Vincẽtius, & sorores Sabina, & Christetis oriundi ex vrbe Lusitaniæ & antiquissima, & nobilissima Ebora, & secunda secundùm Olysipponem totius regni sede,quæ à veteribus scriptoribus LiberalitasIulia cognominatur;alijq; innumerabiles exquisitissimis tormẽtis cruciati nobilẽ martyrij palmam consecuti fuerunt. Sed qui huius persecutionis acerbitatẽ cupit aliqua ex parte cognoscere,legat Euseb. lib. 8. histor. Eccles. & Nicephorum lib. 7. Et quidem ex Eusebio hæc accipe.

Sebastianus,& insignes viri alij permulti martyres efficiuntur.

Erat spectaculum eorum, quæ fiebant, ita crudele, ut omnem narrationem superet; innumeræ multitudines singulis locis includebantur,& carceres homicidis olim, & sepulchrorum effossoribus deputati tùm Episcopis, Præbyteris, Diaconis, Lectoribus, & Exorcistis replebantur ita,ut ijs, qui propter maleficia damnabantur, nullus superesset in custodiis locus. Rursùs priora edicta subsequebantur alia,quibus carceribus inclusi, si sacrificarent, liberè dimitti,contradicentes verò mille tormentis dilacerari præcipiebantur: quis autem hîc singulis locis martyrum multitudinem numerauerit,præsertim per Africam, & Maurorum gentem,Thebaidem quoque,& Aegyptum? Nouimus existis aliquot,qui in Palæstina, rursùs aliquot, qui in Tyro Phæniciæ claruerunt; quorum innumera verbera, & in verberibus necem,admirandorum athletarum constantiã, ac subitum post verbera cum bestijs certamen, & in eo certamine pardalorũ,variorum vrsorũ, suum agrestium,boumq; igne, & ferro adustorum impetus,& admirabilem fortium athletarum in singulis ferendis bestijs tolerantiã quis videndo non obstupesceret? Innumeri viri vnà cum mulieribus,& pueris varia mortis genera subierũt: quorum alij post rasuras,ac torturas, grauissimaq; verbera, & mille alios varios, auditúq; horrendos cruciatus igni traditi; alij pelago immersi; alij in cruce suspensi; alij capite demisso truncis affixi,ac viui tandiù in patibulis seruati,donec fame interirent. Haud poterit autẽ vllo sermone explicari, quæ supplicia, quosque cruciatus per Thebaidem sustinuerunt Martyres testis pro vngulis toto corpore ad mortem vsq; discerpti,ac mulierculæ vno pede ligatæ, sublimesq; in aera demissis capitibus ligneo quodã instrumento in altum subleuatæ, nudisque,ac prorsus intectis corporibus pendentes turpissimum omnibus, atrocissimumq; spectaculum præbuerunt. Rursùs alij arboribus, ac ramis alligati vitam reliquerunt: robustiores enim ramos instrumẽtis quibusdam in vnũ contrahebant: deindè cuilibet illorum Martyrum crura alligabant, atque ita eos in suum quenq; locũ natura sua recurrere permittentes subitũ mẽbrorum distractionẽ efficiebant. Vidimus & ipsi locis illis cõstituti complures vno die,alios capitis truncationẽ,alios ignis supplicio perpeti ita,vt lictor gladiũ hebetaret,laborãdoq; deficeret,ac delassati occisores sibi inuicẽ

6 Eusebius.

succederent. Alij fustibus, alij virgis, alij flagris, alij loris, alij funiculis feriebãtur: erat hoc spectaculũ verbe um nariũ; nam alij manibus post tergũ vincti in ligno extollebãtur, ac instrumentis quibusdam mẽbratim extendebantur; tàm vniuersum corpus tortores iussi torquebãt, & non solis lateribus, sed & ventre, & tibijs, & genis vngularum asperitate dilaceratis cruciabãt: alij vna manu à testitudine pẽdentes videbantur, qui acerbiorẽ iuncturarũ, & mẽbrorum extensi onẽ sustinebant: alij ad columnas ita ligabantur, vt frontibus aduersis sese aspicerent, & pedibus tamen non subsisterent, sed corporum pondere violenter adacti, & vinculorum contrictione extensi torquerentur. Ligno post verbera imponebãtur, ac per quatuor foramina vtrq; pede sic extendebantur, vt neceße eßet eos supinos eße in ligno, nec tamen corporis sui facultatẽ haberent propter vulnera, quæ toti erãt corpori à plagis inflicta: alij ad pauimentum proiecti densa tormentorum vi adurebantur. Iam verò totam Christianorum ciuitatem in Phrygia obsidione ciuctam vnà cum viris, mulieribus, & paruulis cõbußerunt; quoniam se omnes Christianos eße confeßi sunt.

7 *Quid attinet nominatim reliquorum facere mentionem, aut virorũ recensere multitudinẽ, aut varia supplicia sustiendorum martyrum describere, qui partim securibus cæsi sunt, sicut contigit in Arabia: partim fractis cruribus puniti, vt in Cappadocia: partim ex pedib⁹ in sublimè capite demisso suspẽsi, igniq; remißiore subiecto ardentis materiæ fumo extincti, vt in Mesopotamia: alicubi etiam naribus, auribus, ac manibus mutilati, deinde reliquis membris, ac partibus in morem lanij concisi, vt Alexãdriæ. Quid opus est eorum refricare memoriam, qui Antiochiæ carbonibus ignis non ad mortem, sed ad supplicij diuturnitatem sunt adusti: & aliorum, qui dexteras citiùs in ignem miserunt, quàm vt scelesta sacrificia cõtingerent? In Põto verò alia auditu horrenda sunt passi; quorundã vtrãq; manu digiti acutis calamis sub extremis vnguibus sunt perforati, alij plũbo igni liquefacto bulliente adhuc, & ignescente tergora perfusi, & mẽbris corporis potißimùm necessarijs mutilati, alij in arcanis membris, ac visceribus turpes, & intolerabiles cruciatus perpessi, quales generosi illi iudices, vt ingenij sui subtilitatem veluti quandã sapientiæ virtutem contentioßus ostenderẽt, excogitabãt. Dici haud potest, quàm innumerabilis hominũ multitudo dextris oculis ferro effoßis, & post illorũ expunctionẽ adhibito candentis ferri cauterio, ac sinistris poplitibus rursùs cauterio debilitatis ad metallorum prouinciæ fodinas non tam vsus, quàm afflictionis gratiâ sit dãmata. In quibus omnibus supplicijs per vniuersum orbẽ ßlendentes diuini martyres suis ipsorũ persecutoribus per incredibilẽ animi magnitudinẽ obßupefactis seruatoris nostri diuinæ potentiæ lõgè illustrißima argumenta præbuerunt.* Atque hæc de huius persecutionis acerbitate ex Eusebio delibaße sufficiat.

Duodecima Ecclesiæ sub Iuliano apostata persecutio.

SECTIO XII.

SENIORES Augusti Diocletianus Iouius, & Maximianus Herculeus, priusquàm se imperio abdicarent, appellauere annuente senatu Augustos Constantiũ Chlorum, & Galeriũ Maximianũ cognomẽto Armentariũ, quos iam anteà Cæsares nominauerant, atq; inter eos Romanũ orbem diuiserunt, ita vt Galliã, Italiã, Africam Constantius; Illyricũ, Asiam, Orientẽ Galerius obtineret. Constantius tũ, (vt ait Eutropius, quẽ hac in re potiùs sequendum arbitramur, quàm auctorẽ panegyrici dicti Maximiano, & Constantino, cui adhęret Cæs. Baron. 2. to. Annal.) contẽtus dignitate Augusti Italiæ, atq; Africæ administrandę solicitudinẽ recusauit: Galerius autẽ cùm Italiã quoq; sinẽte Constantio administrationi suæ accessisse sentiret, partiendi laboris causa duos Cæsares creauit, videlicet Maximinũ, (quẽ alij Maximianũ iuniorem, alij Maximũ vocant,) quẽ Orienti, & Seuerũ, quẽ Italiæ præfecit. Verùm Constãtio mortuo in Britãnia Eboraci ãno principatus tertio decimo Cõstãtinus eius ex priori matrimonio filius in Britannia creatus est impera-

1 Constantius Chlorus, & Galerius Augusti appellantur.

Eutropius.

Seuerus, & Maximinus Cæsares creantur.

tor

tor, & in locum patris succesſit : Romæ interim prætoriani excitato tumultu Maxentium Maximiani Herculei filium, Auguſtum appellarunt; quo nuncio Maximianus Herculeus ad ſpem reſumendi imperij, quo ſe penè inuitus ſuadente Diocletiano abdicauerat, erectus Romam aduolauit à Lucania, quam ſedē priuatus elegerat, Diocletianumq; etiam per literas fuit adhortatus, vt ipſe quoque ad imperiū rediret, quas tenax conſilij Diocletianus irriſit: aduerſùs eandem prætorianorum, & Maxentij factionē Seuerus Romam miſſus à Galerio cum exercitu, cum vrbem obſideret, ſuorū ſcelere deſertus, fugiensq; Rauennæ interfectus eſt : ita auctæ Maxentio opes, confirmatumq; imperium. Porrò Maximianus Herculeus Maxentiū filium imperio conatur expellere, habitaquè ea de re ad milites concione cùm nihil proficeret, imò eos magis in ſe ipſum incitaret, profectus ad Gallias, dolo compoſito tanquam à filio eſſet expulſus, vt Conſtantino genero iungeretur, re ipſa vt Conſtantinum interimeret, qui in Gallijs & militū, & prouincialiū ingenti iam fauore imperabat, detectis inſidijs per Fauſtam filiam, quæ virum potiùs, quàm patrem viuere cupiebat, Maſſiliam profugit, ibique oppreſſus occubuit. Pro Seuero Galerius Cæſarem fecit M. Iulium Licinium ſtrenuiſsimum ducem, ex Dacia oriūdum; paulò pòſt Galerij mors conſecuta eſt, nam cùm relicto in Illyrio Licinio Romam contrà Maxentium contēderet, & in itinere certior eſſet factus de ſeditione militum futura, ſi cum Maxentio pugnaret, in Illyrium reuertit, vbi in morbum incidit vlcere inguinibus innato virilia exedēte: itaq; putreſcente tota illa corporis parte, ac vermibus ſcatente grauiſsimis afflictatus doloribus, ſuſpicatus eſt ob ſæuitiam in Chriſtianos eam ipſi calamitatem accidiſſe : quam ob cauſam decreta omnia contrà Chriſtianos reuocauit, eosq; accerſiri iuſsit, vt pro ſalute principis orarent; ſed noluit Deus ſalutem dare homini ſanguinario, & qui ſi vixiſſet, ad genium reuerteretur. Obijt tandē ex eo morbo, cùm ſolus annis vndecim imperaſſet; cum Cęſaribus autem, & imperij conſorte ſexdecim : legendus eſt Euſebius lib. 8. hiſt. cap. 16. & 17. Poſt eius obitum Romana Reſpublica à quatuor ſimul principibus regebatur, Conſtantino, & Maxentio Auguſtis, Licinio, & Maximino Cæſaribus. Et quidem Maxentius Romam, & Italiā, Marcus Licinius Illyricum, & Græciam, vbi ſe imperatorem appellari fecit; Maximinus verò Orientem retento Cæſaris nomine adminiſtrabat. Cœterùm Conſtantinus contrà Maxentium tyrannicè Romæ imperantē, & in omnes nobiles ſæuientem accerſente ſenatu ire parat; eius copias multis prælijs fudit, tandēq; mōſtrata ſibi diuinitus in cælo cruce, de qua ad initiū capitis ſeptimi fuſiùs dicturi ſumus, collatis ſignis ad pontē Miluiū Maxentiū ſuperauit, qui in Tiberim cū equo decidens ſubmerſus interijt. Sic Italiā potitus Cōſtantinus, atq; à Syluestro Pontifice Maximo baptizatus imperiū Romæ feliciſsimū, & vniuerſæ Eccleſię fauſtū obtinuit. Non multò poſt in Oriente Maximinus Cæſar non contentus appellatione Cęſaris, inuidensq; Licinio, qui ſe iam imperatorē nominabat, res nouas molitur, ſed oppreſſus tū à Liniciō ſe apud Tharſum, ne viuus caperetur, ſtrangulaſſe dicitur.

Conſtantinus imper. 44.

Poſthæc Cōſtantinus Licinio, quanquàm ei ſororē Conſtantiā collocauerat, bellū intulit, eo quòd Chriſtianos perſequeretur; ac primò cū in Pānonia, deindè ingenti apparatu bellum apud Cybalas inſtruentē repentinus oppreſſit, omniq; Dardania, Mæſia, Macedonia potit⁹, vita tū donauit precibus Conſtātiæ : ſed quia iterùm rebellare inſtituerat, iuſſu Cōſtātini fuit interemptus ſimul cum Martiano, quem Cæſarem appellauerat, atque ità ad vnum Conſtantinum totum dā-

2

te numine deuenit imperium, eidēq; præclarum Magni cognomentū optimo iure tributum. Vt verò meliùs Constantini & genus,& filiorum eius in imperium successio perspecta sit, sciendum Costantium Chlorum patrem Costantini Magni ex Helena priori vxore(quod enim aliqui concubinam eius appellant,longè abest à verò) nullum alium filium, quàm Costantinum suscepisse; ex Theodora autem Augusta Maximiani Herculei priuigna,quam repudiata Helena, vt superiùs diximus, ab eodem coactus est ducere, plures habuisse liberos videlicet Dalmatium,Costantium patrem Galli, & Iuliani Apostatæ,Constantiam,quæ nuptit Licinio imperatori,& alios, quos,quià ad institutum nostrum minimè faciunt, consultò prætermittimus: quia igitur Constantinus maximus erat natu filius, vt potè ex Helena priore cōiuge susceptꝰ, idcircò eum Constantius imperij hæredem testamento declarauit. Suscepit Constantinus ex Fausta vxore Maximiani Herculei filia quinque liberos, Constantinum, Constantem, Constantium, Helenam,& Constantiam: & ex priore, quæ ab eo dilecta fuerat, Crispum adolescentem pulcherrimum, quem Fausta Constantini vxor dicitur deperijsse,atque ad libidinem sæpiùs tentasse,quem de vi falsò accusatum à Fausta, quòd ei consentire nollet, iussit Constantinus interfici, posteàq; veritate comperta ipsam quoque Faustam trucidari. Vixit Constantinus sexaginta sex annis, è quibus triginta duobus imperauit, minùs duobus mensibus,quæ est communior sententia, quam tradunt Epiphanius lib. de resurr. Eusebius in vita Constantini, Victor in Constantino, Zonaras tertia parte Annalium, Pōponius Lætus, & alij. Diuisum inter filios imperium; Constantinus natu maximus Gallias, Hispanias, Britaniā obtinuit; Constanti Italia, Africa cum insulis, Illyricum, Macedonia, Achaia,Peloponesus, Græcia cesserunt; Constantio obuenit Oriēs,& Thracia, & eius caput Constantinopolis: Dalmatius simul cum Cōstantio imperauit; verùm seditione militari est intersectus neque prohibente,neque iubente Constantio.

Epiphanius. Eusebius. Victor. Zonaras. Pomponius. Imperium inter Constantini filios diuidi tur.

Non fuit diuturna inter fratres cō- 3
cordia, cùm quisque totius Romani orbis summam, & imperium affectaret. Itaque Constantinus Gallico fretus exercitu Constanti fratri bellum mouet;quod dum cupidiùs,quam cautiùs gerit, ad Aquileam interceptus insidijs non dùm triennio principatꝰ finito vulneribꝰ confossus occubuit. Tùm Constans transalpinas prouincias in suam potestatem redegit; sed Magnentij dolo,qui Italiam,Africam, Gallias, & Illyricum obtinebat, & se imperatorem nominabat,opprimitur anno ætatis paulò ampliùs trigesimo, imperij tertio decimo, cuius morte Constantius solus imperat. Cædem fratris vlturus ingenti exercitu aduersùs Magnentium comparato eum memorabili prælio ad Murtium fudit, quo Romani imperij vires magna ex parte concidêre quinquaginta millibus vtrinque desideratis: mox cùm Magnentius bellum reparasset, & ad Lugdunum iterùm victus esset,gladio sibi latus aperuit: deinde Gallum à se anteà dictum Cęsarem nomenclatione Cęsaris ferocientē interemit, atq; in eius locum Iulianum Galli fratrem tres,& viginti annos ætatis agentem Cæsarem nominauit tradita ei in matrimonium Helena sorore: ipseuerò in Persas contendens, dum ægrè ferret Iulianum ab exercitu Augustum appellatum, apud Mopsucrenen iuxtà Tauri montis radices ardentissima febre decessit. Constantio extincto facilè Julianꝰ imperium solus obtinuit, statimque ad Gentilium superstitiones deflexit, (vt fusè refert Socrates lib 3. historiæ Ecclesiasticæ, & Sozomenus libro 5.) circueundo per ciuitates Deorum templa aperit,& statuis sacrificat, seque ipsum summum Sacerdotem nominat. Is nouo genere

Iulianus Apostata.

Socrates. Sozomenus.

bellandi

bellādi Ecclesiā fuit persecutus, quæ fuit 12.& grauissima persecutio. Præcepit nè in curia militarēt ij,qui Christianā fidem relinquere,& simulacris sacrificare nollēt, & vt nè Christiani fierēt prælides prouinciarū,sicut lex, inquiens,præcipit non vtendum esse gladio aduersùs eos, qui morte digna deliquerunt. Episcopos cùm assentationibus,cùm muneribus ad sacrificādum prouocauit,quæ res plurimos ad sacrificia idolis facienda permouit. Sciens autem quàm multis in bello pecunijs opus sit, eas callidè à Christianis colligere cogitat; itaque sacrificare nolentibus pecuniarum mulctam imponit, duraque fit contra eos exactio. Tunc & Gentiles, inquit Socrates, Christianos obruunt,fitque concursus eorum,qui Philosophari dicebantur,& mysteria quædam instituuntur,ita vt inspectores viscerū pueros imberbes, masculos, & fœmellas mactarēt,carnesque eorum degustarent: & hæc quidem cùm per alias ciuitates, tùm Athenis, & Alexandriæ gerū tur, & contrà Athanasium Antistitem insidiæ tenduntur, vt eum loco moueāt. Prælides prouinciarum cupientes sese in imperatoris animum insinuare Christianos duriùs, quàm mandatum fuerat ab imperatore tractabant, pluresque pecunias,quàm oporteret, exigebant tormentis etiam adhibitis: quæ cùm rescisset Apostata, contempsit, quin & Christianis ob eam causam ad se accedentibus, conquerentibusque, *vestrum est*, inquit, *ferre, cum afflictamini; hoc enim est Dei vestri mandatum*. Præcepit etiam ne pueri Christianorum in poetis, ac reliquis commentatoribus Ethnicis instituerentur,& nè ad harum rerum præceptores accederent: offenderāt enim eum haud mediocriter Apollinarius Syrus,Basilius quoque, & Gregorius Cappadoces, qui temporis illius Rhetores longè superabant, & alij plurimi viri eloquentissimi, quorum alij Nicœnę Synodi decretis adhærebāt, alij ex Ariana hæresi prodibant.

Socrates.

Quoniam igitur ex Ethnicorum lectione facultatem persuadendi parari putabat, vt hoc quoque præsidiū Christianis eriperet, prohibuit, nè Gentilium disciplinis exercerentur. Verùm Apollinarius ille, cuius paulò ante meminimus, legem impij Imperatoris sapienter elusit: etenim, vt erat eloquentissimus, & componendi carminis peritissimus, pro Homeri poemate sacrarum literarum historias Heroico carmine ad Saulis vsq; Regis tempora conscripsit, & in viginti quatuor tomos totum illud opus distribuit:composuit quoque comœdias ad similitudinem dramatum Menandri, Euripidis quoque tragœdiam, & Pindari lyram imitatus. Euangelia, & Apostolica dogmata in formam dialogorum ad exemplum Platonis redegit; & vt in summa dicam,ex diuinis literis sumptis liberalium disciplinarum argumentis breui tempore lucubrationes concinnauit & numero, & eloquentia pares,ingenio quoque, & elegantia certantes cū illis,qui apud Ethnicos in eo scribendi genere celeberrimi habebātur, ita vt nisi mortales vetustatem haberent in pretio, haud minore studio Apollinarij scripta, quàm illorum didicissent. In odium quoq; Christianorum Iulianus fauere instituit Iudæis: itaq; eos accersit, & percontatur,cur sacrificijs abstineant, cum lex Mosis sacrificare iubeat? audiens idcircò non litare, quoniam id alio loco facere, quā Hierosolymis nefas esset, confestim Salomonis templum instaurari iubet, sed quomodo opus fuerit diuinitùs impeditum, non est huius loci commemorare: legat, qui volet, Socratē lib. 3. historię Ecclesiasticę capite 20. Sozomenum lib. 5. capite 22. D. Chrysostom. oratione 2. contrà Iudæos. Tandem coacto exercitu aduersus Persas contendens, commisso prælio aderat ipse equo insidens, exercitumq; confirmans, inermis tamen, & sola spe felicitatis confisus; contrà quem iaculum ex obscuro fertur, ac pene-

4

trato

trato brachio lateri infigitur: quis tamen iustissimum illud vulnus inflixerit, incertum: plerique à quopiam effugiente visum humanum, hoc est, Angelo illatum putant, quod ipse quoque potiùs crediderim: Iulianum quidem vulnere accepto refert Theodoret. lib 4. historiæ Ecclesiasticæ capite 25. implesse manum suam sanguine, & sparso illo in aera dixisse, *ic isti Galilæe*. Ita impius Apostata, vt merebatur, perijt anno ætatis trigesimo primo, imperij verò iuxtà veriorem chronologiam biennio nondum finito: quantumcũque Socrates tertium eius imperij annum numeret. Atque hæc vniuersè, & generatim de generalibus Ecclesiæ persecutionibus dicta sufficiant, quæ ad eorum, quæ in consequentibus dicenda sunt, illustriorem cognitionem, necessariò prẹmittenda à nobis fuerunt; nunc ad visionis commentationẽ reuertamur.

Theodoret.

Socrates.

COMMENTARIVM QVARTVM EXEGETICVM.

De secunda visione Ioannis.

Quidnam sit per hos equos intelligendum? & cur mundi imperia equorum nomine exprimantur.

SECTIO PRIMA.

I COMPREhendi hoc loco à Ioanne totum illud temp⁹ exi stimamus, quo Ecclesia varias rerum vicissitudines, & persecutiones tolerauit à primis suæ fundationis initijs non solum vsque ad imperium Constantini Magni, quo tempore præcedentium tempestatum turbines serenitas cõsequuta Ecclesiam adhuc sanguine madentem, excepit; verùm etiam vsque ad Iulianum Apostatam, qui nouo genere bellandi Ecclesiam persequens tandem Apostasiæ, & impietatis suæ pœnas luit Deo pro sua sponsa dimicante, atque adeò per quemlibet horum equorum Imperium Romanum intelligendum esse sub diuersis Imperatoribus, qui per sessores, & equites accipiendi sunt. Quam expositionẽ sequitur Petrus Aureolus Cardinalis Seraphici ordinis in commentarijs super Apocalypsim, eamque referunt hoc loco Lyranus, & Dionysius Carthusianus, & immeritò refellere conantur. Et quidem imperia in sacris literis equorum nomine significari demõstrat locus ille Zachariæ 6. Vbi in quatuor quadrigis quatuor mundi imperia Prophetę ostenduntur, quemadmodum exponit Diuus Hieronymus, & omnes Hæbræi: etenim in prima quadriga, quæ equis rufis constabat, imperium Chaldæorum exprimitur propter sæuitiam, quam in multis prouincijs vastandis exercuit: in secunda equorum nigrorum imperium Medorum, atque Persarum Iudæis maximè luctuosum à tempore Cambysis vsque ad secundum annum Da-

Pet. Aureol.

Lyranus. Diony. Carth.

Zach. 6. Imperia equorum nomine significantur in Scriptura. D. Hieron.

rij Hystaspis: in tertia equis albis fulgente imperium Græcorum sub Alexandro Macedone lætum, ac faustum Hebræorum genti, quemadmodum narrat Iosephus libro 11. antiquitatum capite vltimo: in quarta deniq; variorum equorum imperium Romanorum, qui partim clementes in Iudæos, partim crudeles extiterunt. Huius verò appellationis ratio multiplex afferri potest.

Iosephus.

2

Prima est, quia equus imperiosum est animal, atque adeò meritò temporalis dignitatis symbolum; quæ annotatio est D. Gregorij libro 31. Moralium capite 18. vnde Salomon Ecclesiastæ 10. *Vidi*, inquit, *seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram*: & Psalmo 75. *Dormitauerunt, qui ascenderunt equos*, idest, qui temporali dignitate excellebant. In hanc sententiam D. Augustinus interpretatur illud Psalmi 32. *fallax equus ad salutem*: *Equum*, inquit, *accipe quamlibet amplitudinem, & honorem, in quem superbus ascendis, & in quo non tantùm celsiorem te, sed etiam tuti rem falsò putas: quomodò autem te deijciat, nescis, tanto elisum grauiùs, quantò sublimiùs ferebaris: vnde subditur, In abunduntia autem virtutis suæ non saluabitur: quasi dicat non de honore, non de gloria, non de equo; vnde igitur? de misericordia Dei. Vide quid sequitur: Ecce oculi Domini super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius.* Secunda ratio est, quia regna tanquàm equi à Deo gubernantur laxatis videlicet, vel inhibitis eorum siuè quoad diuturnitatem, siuè quoad varios rerum successus, & vicissitudines habenis: vnde Ezechielis 1. Deus præsidere imperijs monstratur, cùm super illa quatuor quadriformia animalia, quæ quatuor imperia expresserunt, sedere describitur, ad cuius etiã nutum animalia huc, & illuc mouebãtur, vt ibidẽ dicitur: nã cũ fieret vox super firmamẽtũ quod erat super caput eorũ, stabãt, & submittebãt alas suas, id quod de volatu quoq;, & gressu accipiendum est: animalia enim illa interdùm volabãt, interdùm etiam ambulabant, & gradiebantur, vt habes eodem capite. Hanc eandem ob causam ipsa etiam iusti hominis anima currui, quem Deus gubernat, comparatur: hoc enim sensu D. Ambrosius libro de Isac capite 8. interpretatur illud sponsæ Canticorum 6. quod ipse iuxta translationem Septuaginta ita legit. *Posuit me currus Aminadab. Rector noster*, inquit Ambrosius, *Christus est, anima currus. Si currus est, habet equos vel bonos, vel malos: boni equi virtutes sunt animæ, mali passiones corporis; bonus ergo rector malos equos reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia: mali verò Iracundia, Concupiscentia, Timor, Iniquitas. Itaque licet intelligibili spectaculo videre vnumquemque animam cum summo certamine ad cælum rapi, festinantes equos, qui priores perueniãt ad brauiũ Christi, quorum priùs imponatur palma ceruicibus: isti sunt equi subiecti fidei Christi iugo, astricti vinculo charitatis, iustitiæ frænis.* Hæc Ambrosius. Quod verò ad malos equos pertinet, expendit Origenes homilia 15. super librum Iosue non vacare mysterio, quòd Dominus Iosue præceperit capite 11. vt equos Regis Iabin subneruaret, & currus igne combureret. *Equus*, inquit, *lasciui motus, & superbæ ceruicis est animal; quare si passiones corporis, idest, libidinem, & superbiam, quibus anima velut equitans vectatur, & fertur ad præcepitia, equos, & currus intelligam⁹, non erit rationi nostræ contraria intelligentia: hos igitur equos iubet Dominus subneruari: subneruatur autem equus, cum corpus ieiunijs, vigilijs, & omni abstinentiæ afflictione maceratur: ideo enim & fallax equus dicitur ad salutem Psal. 32. si motus corporis nostri fieri permittamus infrænes, nec abstinantiæ iugo lasciuiam carnis, & superba colla subdamus: currus etiam iubemur incendere, idest, omnem arrogantiæ spiritum resecare.*

D. Ambr.

Cantic. 6. 11.

Anima nostra currus, rector Christus, virtutes equi boni, passiones mali

Origenes.

Iosue 11.

Psalm. 32. 12. Motus carnis ieiunio, & vigiliis sunt comprimendi.

Tertia ratio desumitur à mundanæ gloriæ varietate, breuitate, & inconstantia, vt rectè cursui pernicium equorum laxis habenis currentium, & sæpè in præcipitia ruentium, sessores; q; deturbantium comparari debeat: infinitum esset, quot imperij gloria deiecerit, percensere, bonaque exparte

3

ex ijs, quę de Romanis Cęsaribus, & imperatoribus diximus præcedenti commentario, testatum relinquitur. Quam eandem ob causam Zachar. 6. eadem quatuor mũdi imperia in quatuor quoque ventis designantur, qui turbulentissimis excitatis procellis, factoq; fortissimarum nauium, imò & integrarum classiũ naufragio felicẽ solent rerumpublicarum statum momento temporis labefactare, & auertere. Et quidem quod attinet ad incostantiam, ea Ezechielis 1. clarè describitur, cum singulis illis animalibus, quibus quatuor orbis imperia adumbrata fuisse paulò ante diximus, singulæ rotæ adhæsisse dicuntur in omnẽ partẽ facilè volubiles, quæ procul dubiò rotã fortunæ, quę imperijs maximè dominatur, significant: breuitas verò non potuit exprimi luculentiùs, quàm illa apud Esaiam cap. 1. similitudine, *Fortitudo vestra quasi fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla.* Quarta ratio est, quia quẽadmodùm equus est animal bellicosum, ita mundana felicitas bellicosa est, dissentionumque, ac bellorum seminarium, vt ex prędcedenti commentario manifestum est: vndè Genes. 13. de Lot, & Abraham, postquàm nimiùm locupletes, & opulenti euaserant, dicitur, *Erat substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter; vndè & facta est rixa inter pastores gregum Abraham, & Lot.*

Quinta ratio, quia equus petulãs, & lasciuium est animal; sic enim potentiæ, & opum magnitudo lasciuiã, petulantiam, genusq; omne vitiorsũ inuehit, quemadmodum multis locis testatur Scriptura, veluti Hierem. 5. *Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur*: Deuteronom. 32. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit*: Et Psalm. 72. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum*, id est, ex abundantia: in quẽ locũ D Aug. docet quosdã ex macie, ideſt, propter necessitatẽ peccare; alios verò ex pinguedine, i. diuitiarum affluẽtia, atq; hos prioribus lõgè grauiùs. In eandẽ sententiã exponit D. Gregorius libro 12. Moraliũ cap. 22. illud Iob 15. *Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est: Potens, inquit, iniquus pingui ceruice contrà Deum armatur, quia rebus temporalibus tumens contra præcepta veritatis quasi de magnitudine carnis erigitur*: denique Ezechielis 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia*, vbi superbia cum saturitate panis cõiungitur: meritò igitur Apostolus ait 1. ad Timotheum 6. *Diuitibus huius seculi præcipe nõ sublime sapere*, quia nimirum diuitibꝰ, ac potẽtibus pręcipuè opus est humilitate, qua intelligãt se naturæ communione reliquis hominibus esse similes, eiusdemque infirmitatis participes: id quod etiam sponsus subtiliter sponsæ commendauit illis verbis Canticorum 1. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*: quo loco obseruandum est verbum illud, *vermiculatas*, idem esse, atque quibusdã quasi vermiculis cælatas, quò videlicet sponsa habens semper antè oculos illas vermiculorum imagines nequaquam de sua altitudine superbiret; sed intelligeret se nihil aliud ex se esse, quam vermiculum, ideſt abiectissimam, tandemque in vermes esse conuertendam, quantuncunque sibi nobilis, & pulchra uideretur. Has igitur ob causas imperia meritò equis comparantur.

Zachar. 6.

Ezechiel. 1.

Eiusdem ineóstantia, & breuitas.

Esai. 1. 31

Mundana felicitas bellicosa

Genes. 13. 6.

4 Diuitię lasciuire faciunt.

Hierem. 5. 7.

Deut. 32. 15. Psalm. 72. 7.

D. August.

D. Greger.

Iob. 15. 25.

Ezech. 16. 49.

1. ad Tim. 6. 17.

Cant. 1. 11.

Mortis meditatio ad humilitatem cõducit

Primum sigillum de equo albo, & equite habente arcum, & coronam aperitur, & explicatur.

SECTIO 2.

APERTO primo libri sigillo apparuit equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Per hunc equũ

1

iuxta

iuxta ea, quæ diximus, designatur imperium Romanum sub Caio Caligula, qui Tiberio successit: is enim nulla in re diuexauit Ecclesiam, imò Herodem, qui Ioannem Baptistam obtruncauerat, & Christum in passione indutum veste alba irriserat, vnà cùm Herodiade vxore perpetuo in Occidente mulctauit exilio, vt auctor est Nicephorus libro 2. historiæ Ecclesiasticæ cap. 9. eiusq; tempore Pontius Pilatus maximis fuit affectus contumeliis, & extrema calamitate oppressus, imò ad eas redactus angustias, vt mortem ipse sibi consciuerit, & sui ipsius & iudex, & vindex factus sit: quemadmodùm narrat Eusebius libro 2. historiæ cap. 7. & Nicephorus lib. 2. cap. 10. Deinde Caius fidei prædicationem minimè impediuit, quo fit, vt optimo iure per equum album, qui color felicitatem, & lætitiam denunciat, Caligulæ intelligatur imperium: eo enim tempore Christus veluti eques, quem videlicèt Caligula ipse adumbrauit, tametsi gentilis imperator, sicut & apud Esaiam Cyrus Persarum imperator Christum Dominum figurauit in soluenda captiuitate Iudæorum, faciendaque potestate Hierosolymitani templi instaurandi, vt patet ex illis verbis apud Esaiam cap. 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, &c.* Christus, inquam, cœpit prædicatione Apostolorum ad gentes discurrere, & potentiæ suæ, ac prædicationis fidei arcu multos ad fidem suam, & religionem traducere: denique victor de variis Gentilium superstitionibus, & idololatriæ impietate glorioſè triumphare, vt meritò ei corona tanquàm victori non solùm à patre, sed etiam à Gentibus conuersis tanquàm Regi suo data videatur, cum illæ se se eius imperio, & fidei subiecerunt: nec verò insolens est in sacris literis Christum Dominum equitem appellari, vt patet ex Abacuch capite 3. cum dicitur: *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.*

Nicephorus.

Pilatus ipse sibi mortem cõsciuit.

Eusebius. Nicephorus.

Esai. 45. 1.

Abach. 3. 8.

Vel certè Caius ipse, non vt CHRISTI typus, sed sub ipsius nomine dicitur habere arcum, & exijsse vincens, vt vinceret: quoniam, vt superiores auctores tradunt, diuino quodam consilio, & prouidentia effectum est, vt Caius in Iudæos infestissimos CHRISTI hostes mirum in modum incitatus eos maximè haberet exosos, acerrimeque persequeretur, & aliò licèt spectans, pro CHRISTO bellum gereret, arcũq; in Christi persecutores intenderet, Ecclesia interim pace fruente, augescenteque in dies fidelium numero, & gentium conuersione per id tempus in mystica illa sindone Petro denunciata, vt iure optimo dici potuerit Caius pro CHRISTO in prælium intento arcu exijsse *Vincens, vt vinceret*. Siquidem fidelibus nulla ex parte diuexatis Iudæos ita deiecit, vt facilè intelligerent eas sibi calamitates propter nefariam CHRISTI necem euenire, vt sapienter in Annalibus eius temporis annotauit Cardinalis Baronius, multaq; alia præstitit, quæ in CHRISTI Domini victoriam cesserunt, vt paulò post dicemus. Atque in primis maxima fuit illa Iudæorum clades Alexandriæ, cùm Flaccus præses prouinciæ, non inscio, vt par est credere, imperatore in proseuchis, hoc est, in synagogis statuas ad imperatoris effigiem expressas dedicari præcepit, ac paulò pòst edictum proposuit, quo Iudæos inquilinos, exterosque appellabat, damnabatq; indicta causa, vsurpans ipse sibi partes delatoris, testis, & pœnarum exactoris: itaque in domos, & officinas Iudæorum effractis foribus irrumpebatur, ipsi suis bonis, facultatibusq; euertebantur, & rerum necessariarum inopia oppressi ante oculos mori præ fame vxores, paruosq; liberos videre cogebantur, & vbicunq; conspicerẽtur Iudei, aut coniectis quãprimùm saxis necabantur, aut fustibus ad mortẽ vsque cõtusi miserrimè interibãt: inter-

2

Caius in hostes Christi Iudæos diuino cõsilio desęuit

Baronius.

dum etiam familiæ integræ cum viris, vxoribus, parentibus, liberis in medio foro exurebantur, multaq; alia sanè crudelia, & immania fiebant in Iudæos, de quibus fusè in Flacco Iudæus Philo conqueritur. Quin etiam ipse imperator Colossum sibi in intimis adytis Hierosolymitani templi poni mandauit arcito in titulum Iouis cognominæ, licèt flexus posteà regis Agrippæ literis, Hierosolymis tantùm exceptis, in finitimis vrbibus aliaria, templa, & statuas erigi sibi præceperit: sed quod ad illustrandũ hunc locum maximè pertinet, Caius, vt superiùs perstrinximus, Herodem, qui Ioannem Baptistam obtruncauerat, & Christum in passione indutum veste alba cum exercitu suo irriserat, ad Lugdunum Galliæ vrbem ablegauit, vt refert Iosephus lib. 18. antiquit. cap. 9. & Pontium Pilatum, qui Christum seruatorem per summam impietatem, & iniustitiam morti adiudicauerat, ad Viennam perpetuo damnauit exilio, vt auctor est Ado in chronicis, *Tantisque ibi*, vt eius verbis vtatur, *irrogante Caio languoribus coarctatus est, vt sua se transuerberans manu multorum malorum compendium mortis celeritate quæsierit.* Quoniam igitur Caius Iudæos Christianæ fidei, ac religionis hostes insectatus est, atque de Herode, & Pilato ex Dei prouidentia, & consilio pœnas sumpsit, ac rem Christianam minimè impediuit, meritò sanè dicitur accepisse arcum, pro Christo scilicèt, & exijsse vincens, vt vinceret.

Philo Iud.

Herodes a Caio ablegatur.

Iosephus.

Pilatus exilio perpetuò damnatur.

Ado.

3

Verùm vt hæc meliùs intelligantur, aduertẽdum est arcum interdum sumi pro supplicio à Deo siue illato, siue inferendo, veluti Psal. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* Cuius similitudinis ratio ea est, quẽ admodum docet D Augustinus, & cæteri ferè interpretes in eum locum, quia sicut in arcu quantò lõgiùs chorda trahitur, tantò fortiùs sagitta emittitur, ita supplicium quantò magis à Deo differtur, tantò posteà infertur funestiùs. Aduerte autẽ in ijsdem verbis summam Dei misericordiam, qui per suppliciorum comminationes an regressus solet peccatores admonere, vt ea curent per pœnitentiam subter fugere; quo eodem sensu D. Basilius exponit illud psalmi septimi, *Arcum suum tetendit, & parauit illum*, obseruans omnẽ Dei operam in intendendo, & parando arcu consumi ad terrendum videlicet, nè cogatur sagittam iacere. Deinde sumitur arcus pro sacra scriptura: vult autem D. Gregorius libro 19. Moralium, cap. 28. in chorda testamentũ nouum, in cornu verò testamentum vetus accipiendum esse: quia quemadmodum in arcu, dum chorda trahitur, cornu curuatur; ita in sacra scriptura, dum testamentum nouum legitur, duritia testamenti veteris emollitur: ad eius namque spiritualia, & blanda præcepta literæ se rigor inclinat, quæ ratio est etiam diui Augustini in illud Psalmi septimi iam citatum, *Arcum suum tetendit, & parauit illum. Arcum*, inquit, *istum scripturas sanctas libenter acceperim, vbi fortitudine noui testamenti quasi neruo quodam duritia veteris flexa, & domita est.* Hinc tanquàm sagittæ diuina præconia iaculantur: qua enim alia sagitta percussa est, quæ dicit Canticorum 2. *Vulnerata charitate ego sum*: sic enim est apud Septuaginta, quorum translationem sequitur Augustinus pro eo, quod nos habemus, *Quia amore langueo.* Aduertit autem diuus Augustinus, quod sequitur, *Sagittas suas ardentibus effecit*, iuxta quædam exemplaria legi, *Sagitas suas ardentes effecit*: quia nimirum sagittæ ardere faciunt, quod vtique præstare non possunt, nisi & ipsæ ardeãt: quo significatur concionatoris verba debere esse veluti ardentes quasdam sagittas, quæ auditorum corda valeant compungere, & penetrare, atque diuini amoris facibus inflammare; quemadmodum de Helia dicitur Ecclesiastici quadragesimo octauo, *Surrexit Helias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi*

Misericordiã Deus ostendit, cum minatur.

D. Basil. psalm. 7. 13.

D. Gregorius.

Arcus sumitur pro scriptura sacra.

D. Augustin⁹. Psalm. 7. 13.

Cant. 2. 5.

Septuag. interp.

D. August.

Cõcionatoris verba sint ardẽtia.

Eccles. 48. 1.

facula

Hierem. 5. 14

facula ardebat: & Hieremiæ 5. *Ecce dedi verba tua in ignem, & populum istum in ligna*: quia videlicèt concionator debet auditores igne pœnitentiæ, & charitatis inflammare: vel etiam, quia sicut ignis conuertit ligna in cinerem; ita concionator debet in animis auditorum cognitionem suæ fragilitatis, & vilitatis ingenerare.

4

Scriptura Sacra sagittis cõparata.

Nec verò Scriptura sacra duntaxat arcui, sed etiam sagittis comparatur, quas Deus ipse per Doctores Ecclesiæ, Diuiniq; verbi præcones tanquàm per arcus solet emittere: vndè de prauis doctoribus dictum est Oseę 7. *Facti sunt quasi arcus dolosus*: & psalm. 77. *Auerterunt se, & non seruauerunt pactũ, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum*: idest, intendit eos Deus quasi arcum ad mortalium animos amoris sui sagittis vulnerãdos: verùm ipsi facti sunt arcus dolosus, qui sagittam in sagittãtem retorquet: sic enim praui doctores siue doctrinę, siue vitæ prauitate, quos conuertere debuissent, aduersus Deum reflectunt: ità vtrunque locum interpretatur diuus Hieronymus; *Mutati sunt*, inquit, *in arcum dolosum, vt quos Dominus contra aduersarios intenderat, ipsi contrà suum Dominum verterent, & mitterent aduersùs eum blasphemiarum sagittas*: alij vtrũque locum de peccatoribus in genere interpretantur, vt sit sensꝰ ipsos sibimet nocere, suisq; sceleribus quasi sagittis in se ipsos intortis vulnerare iuxta illud Psalmi decimi, *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam*; quò etiam pertinet illud Esaiæ 59. *Ouа aspidum ruperunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum est, erumpet in Regulum*: quo loco obseruanda est elegans prophetæ similitudo: quemadmodum enim oua aspidum foris quidem pulchra videntur, intùs autẽ venenata sunt, & pestilentia, primùmq; frãgentibus letifera; ita nefaria peccatorum consilia pulchra quidem in speciem sunt, sed intùs perniciosa, & funesta, ijsque potissimùm, qui ea designarunt, ad finemque perducunt, cladem, & exitium afferentia: in eandemque sententiam a Procopio, alijsque patribus de Iudæis locus intelligitur, in quorum cordibus antiquus serpens impia aduersùs Christum consilia tanquàm oua peperit, quæ ipsi postea Iudæi fouerunt, & Basiliscos excluserunt, quorum veneno afflati omnino perierunt. Sed, vt ad institutum reuertamur, hoc loco arcus, quem Christus gestare dicitur, sacra est Scriptura, diuinique verbi per Apostolos, & reliquos concionatores toto orbe prædicatio, quo arcu, & sagittis imperante Caligula quàm plurimos vulneratos ad fidem suam, religionemque traduxit.

Pſalm. 10. 9. Peccatores sibi nocent. Esai. 59. 9.

5

Christus quatuor coronis coronatus.

D. Ambrosiꝰ.

Cant. 3. 11.

Quod verò ad coronam attinet, quæ data ei dicitur: aduertendum est quatuor coronis fuisse CHRISTVM Dominum coronatum. Prima fuit carnis, quàm à matre in incarnatione accepit: sic enim diuus Ambrosius libro de institutione virginis capite decimo sexto interpretatur illud Canticorum 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis sui*. Vbi obiter aduerte summum verbi erga homines amorem, siquidem diem incarnationis, cùm primùm factus est homo propter homines, diem desponsationis suæ cum humana natura, diemque lætitiæ cordis sui appellari voluit; atque hæc corona fuit contexta ex varijs, ijsquè pulcherrimis floribus donorum Spiritus sancti, quæ in primo conceptionis instanti eius animæ infusæ fuerunt: quos flores enumerauit Esaias capite vndecimo. *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini*. Secunda corona fuit spinea, Ioannis 19. *Plectentes coronã de spinis*; quæ texta fuit ex spinis, & cõpunctionibus delictorũ nostrorũ iuxta illud Esa. 53. *Propter scelus populi mei percussi eum*; quæ ratio afferturà Tertulliano lib. de corona mili-

1. Corona ex floribus donorũ spiritus sancti cõtexta.

Esai. 11. 2.

2. ex spinis. Ioan. 19. 2.

Esai. 53. 8.

tis. *Quale*, inquit, *oro te, fertũ pro vtroque sexu subijcit? ex spinis opinor, & tribulis in figurã delictorum, quæ nobis protulit terra carnis: abstulit autẽ virtus crucis omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens*: quam eandem rationẽ affert D. Athanasius in oratione de passione, & cruce Domini. Tertia corona fuit gloriæ, celebritatisq; & exaltatiõis sui nominis ex lapidibus pretiosis composita, qua à Patre in cælo, & in terra coronatur, ad Philippenses 2. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, quod est super omne nomen*: quo loco pro *exaltauit*, habetur Græcè ὑπερύψωσεν, hoc est, superexaltauit, seu miro modo exaltauit: Et ad Hebræos 2. *Videmus Iesum propter passionẽ mortis gloria, & honore coronatũ*. Quarta deniq; corona est, qua quotidiè coronatur ab sponsa in conuersione fidelium, nam etiam Paulus, quos conuertebat, coronam appellabat suam, veluti ad Philippenses 4. *Fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea*. Et primæ ad Thessalonicens. 2. *Quæ est autem nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? vos enim estis gloria nostra, & gaudium*: & Ecclesiastici 32. *Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis: curam illorum habe*: & paulò post, *Vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam*. Docet autem D. Thomas in epistolam ad Thes salonicenses Apostolum fideles à se conuersos gaudium, & coronam suam appellare, eoquòd maxima sit prædicatoris retributio ex ijs, quos conuertit: quemadmodum Dux propter militum victoriam coronari solet. Theodoretus refert ad humanam gloriam, & Pauli apud homines existimationẽ, vt sit sẽsus: propter vos mihi placeo, propter vos clarus, & illustris euado, iuxta illud Ecclesiastici 30. *Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur*: quanquam etiam velit verba esse Pauli instar matris, siue nutricis fidelibus à se cõuersis quasi pulchris infantulis blandientis, ac de sua fœcunditate gaudentis. *Quoniam*, inquit Theodoretus, *se matri, & nutrici comparauerat, eius quoque verba imitatur; ea enim infantulos spem, & gaudium, & quæ sũt huiusmodi, appellare consueuerunt*: in quo maximè eminet maternus affectus Pauli; quemadmodum & ad Galatas 4. *filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*. Eodem coronæ genere ipsa quoque Ecclesia coronatur, ad eam enim ira sponsus loquitur Canticorum 4. *Veni de Libano sponsa mea: coronaberis de cubilibus leonum, de montibus pardorum*. Quem locum D. Gregorius, & Beda interpretantur de cordibus infidelium, quę cùm priùs fuerint Dęmonum cubilia, per conuersionem corona Ecclesiæ efficiuntur. Sic igitur etiã Christus ex suis fidelibus coronatur, quæ corona ex varijs floribus, Martyrum uidelicet rosis, Confessorum violis, & candidissimis virginum lilijs contexitur. Hoc enim sensu Rupertus exponit illud Zachariæ 6. *Sumes aurum, & argentum, & facies coronas, & ponies in capite Iesu filij Iosedec, Sacerdotis magni: Quia nimirum*, inquit, *per singulas virtutes electorum suorum Dominus coronatur, imo in illis coronatis saluator coronam accipit, quia ipsius est opus omnium Sanctorum corona*. Cùm igitur hoc loco data Christo dicitur corona, duæ postremæ accipiendæ sunt.

Tertullianus.

D. Athan.

3 exlapidibus preciosis.

Philip. 2.9.

Hebr. 2.9.

4. ex hominibus ad fidẽ cõuersis.

Philip. 4.1.

1. Thes. 2.19.

Eccles. 32.3.

D. Thom.

Theodoret.

Eccles. 30.2.

Pauli affectus in fideles.

Galat. 4.19.

Cant. 4.8.

Rupert.

Zachar. 6.11.

Secundum sigillum de equo rufo aperitur, & explicatur, & de Martyrum spendore nonulla perstringuntur.

SECTIO III.



IN APERTIONE secundi sigilli equus rufus, qui apparuit, imperium sub Domitio Nerone significat, sub quo Ecclesia primam edicto publico passa est persecutionẽ

I Equus rufus imperium Neronis significat.

generalem

generalē: quo tēpore, quoniā multi fideles sanguinē pro Christo fuderūt, rectè eius imperiū per equū rufum exprimitur. Nero igitur fuit huius equi sessor, cui ob summam crudelitatem datus dicitur gladius magnus: incredibilem enim in Romanis carnificinam exercuit, ipsique Romanę vrbi faces admoueri præcepit, quod incendium sex integris diebus, & septē noctibus perdurauit: atque hoc egregium spectaculum vt iucundiùs videret Nero, altissimam turrim conscendit, vbi quædam Homeri carmina de Troiæ incendio præ animi iucunditate cecinit. Iam verò contrà Christianos dici non potest quàm barbarus, & immanis extiterit, in quibus duo illa clarissima orbis lumina Petrum, & Paulum tamquàm duos soles de mundo sustulit. Verisimè tunc in fideles quadrabat illud 1.Cor. 4. *Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus*, seu, vt Græcè est, θέατρον, ideſt, *Theatrū facti sumus*: & est sensus, theatri, & spectaculi loco quasi feris obijcimur, cū varijs tormentis, & cruciatibus necamur, vt theatrum mundo, angelis, & hominibus exhibeamus: cui cōcinit, quod præcesserat, *Tanquàm morti destinatos*, Græcè ὡς ἐπιθανατίους, ideſt, *ad mortem seruatos*, ducta similitudine ab ijs, qui more Romano bestijs spectante populo obijciebātur, atque ad id caueis inclusi tenebātur, tanquàm morti iam obnoxij, ac destinati: id quod sub Nerone fidelibus accidebat, quia & ipsi obijciebantur feris, & vbicunque reperiebātur, tanquàm morti destinati dici poterant, ac theatrum mūdo, & angelis exhibere propter persecutionis magnitudinem, quæ vbiq; grauissima grassabatur. Porrò aduerte, licet D. Chrysost. cum dicitur, *Et angelis*, bonos tantum angelos intelligat, eo sensu talia esse martyrum certamina, vt angelorum digna sint aspectu: tamen multos de angelis tū bonis, tum etiam malis interpretari: quam expositionem affert præter alios diuus Thomas; *Angelis*, inquit, & *hominibus, scilicet bonis, & malis: concurrebant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum, mali autem ad impugnandū: boni homines ad compatiendum, & exemplum sumendum patientiæ, mali verò ad persequendum, & irridendum*: vel aliter: erāt spectaculum, siue theatrū angelis: bonis quidem, quoniam ipsorū certamina, vt aiebat Chrysost. angelorum erant digna conspectu, & eiusmodi, quæ cælitum in se oculos per amorem, & admirationem conuerterent: malis autem, quia Apostolorum, & reliquorū martyrum iniuriæ dæmones oblectabant, cum cernerēt hostes suos, ideſt, Apostolos, & reliquos sanctos torqueri ad terrorem aliorum, nè Christi fidem amplecterentur. Itaque rectè dicitur permissum illi fuisse, vt sumeret, ideſt, auferret pacem dē terra, vt inuicē se interficiāt: quia ex Romanis plurimos alios per alios præcipiebat occidi. Totū deniq; Romanum imperiū cædibus, & sanguine cruentauit: quē admodum susè ex Suetonio, Eutropio, Eusebio, Paulo Orosio, & alijs tradidimus.

1.Cor.4. 9.

D. Chrysost.

Martyrum certamina Angelorū, dæmonū, & hominum spectacula.

D. Thom.

Iustorū iniurię dęmones oblectant.

Pro illustriori tamen huius rei cognitione, & Martyrum eius temporis splendore magis illustrando sciendū est ex Gellio lib. 2. noctium Atticarū cap. 26. rufum colorem à rubore quidem sic appellatum; sed cùm aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, siue purpura, aliter crocus, has singulas rufi varietates vna rufi, siue ruboris appellatione significari: itaque sub colore rufo comprehendi igneum, sanguineum, croceum, purpureū, aureum, siuè fuluū, flauū, denique & puniceum. Igitur imperium sub Nerone equo rufo comparatur propter multitudinem Martyrum, qui eius imperij tempore passi omnes rufi coloris species, fidei, charitatis, & virtutum reliquarum splendore, ac varietate retulerunt; è quibus potiores tantùm perstringemus, vt martyrij splendor magis eluceat. In primis igitur colorē purpureum, qui ad sanguineum vergit, ad martyrium

2

Gellius.

pertinere

pertinere ostendit locus ille Cantic. 3. vbi dicitur Salomonis ferculum ascensum purpureum habuisse: per ferculum enim eo loco cælestis gloria accipi potest, ad quam per ascensum purpureum, idest, martyrium peruenitur; quemadmodum interpretatur D. Hieronymus libro 2. in Ezechielem homilia 15. *Ascensum*, inquit, *habet purpureum, quia maxima multitudo fidelium in exordio nascentis Ecclesiæ per martyrij sanguinem peruenit ad regnum. Igitur Rex noster ascensū purpureū fecit in ferculo, quia ad clarū, quod intùs aspicitur, per tribulationē sanguinis peruenitur.* Eandē ob causam de Ecclesia dicitur Prouerbiorum 31. *Byssus, & purpura indumentum eius*: quem locum sic Beda exponit. *Byssus indumentum Ecclesiæ est in candore puræ conscientiæ, & conuersationis; purpureus autem color sanguinis habet speciem; vnde pulchrè dictum est à Patribus, quod Ecclesia electorum floribus vernans in pace habet lilia, in bello rosas*: vbi cernis Bedam martyres rubicundis rosis cōferre, quarum color etiam sub rufo cōprehenditur, & alludere ad locum illum Augustini sermone trigesimo septimo de sanctis, vbi ita ad Ecclesiam loquitur. *Ô uerè beata mater Ecclesia, quam vincentium gloriosus martyrum sanguis exornat, & candida induit virginitas; floribus eius nec rosæ, nec lilia desunt. Certent igitur singuli ampliſsimas accipere dignitatum coronas vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas; in cœlestibus castris pax, & acies habent flores suos, quibus milites Christi coronantur.* Hæc Augustinus. Nec verò duntaxat color purpureus ad martyres pertinet, eoquòd vergat ad sanguineum, sed etiam quia est regius, & imperialis color; vnde Canticorum 7. dicitur *Comæ capitis tui sicut purpura Regis*; martyribus enim quasi comis Christus, qui caput est Ecclesiæ, veluti regia quadā purpura exornatur.

Puniceus etiam color, cuiusmodi auctore Gellio est ille, qui in dactylis, seu palmarum fructibus reperitur, & exuberantiam habet splendoris, martyrum quoque gloriam non obcurè commendat: siquidem martyres fructus palmæ sunt, idest, crucis Dominicæ: sic enim plerique interpretatur locum illum Canticorum 7. *Dixi, ascendā ad palmam, & apprehendam fructus eius*: quę verba Beda vult esse sponsi per Prophetarum vaticinia redemptionem generis humani pollicentis, ascensurum se in palmam, idest, crucem victricem, ac triumphalem arborem, eiusque fructus apprehensutum, idest, posteriores glorias, claritatem videlicet resurrectionis, & triūphantem ascensionis gloriam. Verùm nos cum alijs per fructus palmę noui Testamenti heroes, præcipuè verò Martyres meritò possumus accipere, quos tanquā suauissimos dactylos crux Christi quasi palma primis illis nascentis Ecclesiæ temporibus produxit iuxta illud Esaiæ 53. *Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit, & saturabitur, & iustificabit ipse iustus seruos meos multos, videbit semen longæuum*. A qua expositione non ab horret etiā Beda loco citato. Accedit, quòd ipsi Martyres toti punicei, seu phœnicij, id est, palmarij sunt; Græcè enim palma φοῖνιξ dr, vndè color phœniceus, & puniceus: palmarij, inquam, propter illustrissimas victorias, quas de morte, tyrannorumque sæuitia reportant: vnde propter Martyrum multitudinem Ecclesia ciuitas palmarum meritò appellari potest: in Christi enim figuram Rex Salomon dicitur 3. Regum 9. in terra solitudinis ciuitatem palmarum exædificasse, idest, vt interpretatur glossa, palmis abundantem, quoniam Christus in ipsa media gentilitate, quę terra erat solitudinis, Ecclesiam condidit martyriorum palmis fœcundissimam: quam eandem ob causam statura Ecclesiæ assimilata palmæ dicitur Canticorum 7. vsque adeò autem Martyres palmarij sunt, vt elatis palmarum, in quibus tota palmæ posita est pulchritudo, comparentur Cāticorum 5. cùm dicitur *Comæ eius*, idest sponsi, *sicut elatæ palmarum*: vbi sponsi comę, quas Sanctos, & præcipuè Martyres paulò superiùs interpretati sumus, Christum, qui caput est Ecclesiæ,

Cant. 3.
D. Hieronym.
Prou. 31. 22.
Beda.
Sancti lilia in pace, in bello rosę.
D. August.
Cant. 7. 5.
Martyres purpureę Christi comę.
Martyres palmæ fructus. Cant. 7. 8.
Esai. 53. 10.
3. Reg. 9.
Ecclesia ciuitas palmarum propter martyres.
Cant. 5. 11.

siæ, exornantes, ab eoque enascentes elatis palmarum conferuntur: quia quemadmodum victores elatis palmarum pulcherrimis coronabantur, ita Christus suis Martyribus tanquam victor, & triumphator summa Ecclesiæ gratulatione coronatur.

4

Iam verò croceus, qui color etiam est pulcherrimus, & veluti aureus, ad Martyres præcipuè pertinet: ij enim sunt crocus ille, quem Ecclesiæ hortus ferre dicitur Canticorum 4. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, nardus, & crocus*; cùm enim eo loco per has aromatum species varia Sanctorũ genera designentur, per crocum Martyres accipiendi sunt: quemadmodùm enim crocus condiendis cibis adhibetur, & maximam vim habet exhilarandi cor; ita Martyres fidei, & patientiæ suæ exemplo, labores omnes, molestiasque huius vitæ pro Deo susceptas quasi condiunt, dulcioresque, ac suauiores efficiunt; denique mira iucunditate fidelium corda perfundunt: sic enim Tobiam, & Iob quasi crocum condiendis virtutum cibis aptissimũ proponunt diuinæ literę Tobię 2. illis verbis: *Hanc autem tentationem ideò permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob.* Accedit, quòd crocus propter aureum, & flauescentem colorem symbolum est charitatis, quæ potissimùm in Martyribus splendescit iuxta illud Christi Domini Ioannis 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sic enim eum locum Cãticorum citatum interpretatur Beda afferens in eandem sententiam illud Threnorum 4. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora*: vbi quanquam ad literam sermo sit de calamitatibus Hebræorum tempore Hierosolymitanæ obsidionis sub Nabuchodonosor, cum nobilissimi quique præ fame coacti sunt rebus vesci abiectissimis; quemadmodum etiam accidit in obsidione Samariæ, vt refertur 4. Reg 6. *Facta est fames magna in Samaria, & tandiù obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis*: tamen Beba ad charitatem refert hoc sensu; qui videbantur quondam Charitatis floribus rutilare gratissimis, postmodum se fœdis cœperunt vitiorum volutabris immergere: eodemq; modo locum intellexit diuus Bernardus sermone de obedientia, patientia, & sapientia; vbi expendit verbum illud, *amplexantur*, quod uehementiam insinuat, & rectè quidem Bernardus, solent enim, qui diuinæ bonitatis dulcedinem semel gustarunt, si ab eo statu prolabantur, deteriores fieri, & stercoribus, ideſt, abiectis voluptatum illecebris delectari, cuius periculi sponsus sponsam admonuit illis verbis Cãticorum 1. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos*: quo loco hædos pascere est lasciuos, ac petulantes libidinis motus sectari: quò miserrarum decidunt ij, qui magnitudinẽ, & præstantiam diuinę conuersationis, & charitatis ignorantes, ac minoris facientes ex eo statu delabuntur, & quod est consequens, in lutulento vitiorum omnium cæno volutantur.

Cant. 4. 13. — Martyres croco cóparantur — Tob. 2. 12. — Ioan. 15. 13. — Beda. — Thren. 4. 5. — 4. Reg. 6. 25. — D. Bernard. — Turpiùs peccãt, qui prius peccatis absti nuerunt. — Cant. 1. 8.

5

Denique ob eandem coloris pulchritudinem granis malorum granatorum, qui etiam color sub rufo comprehenditur, similes dicuntur martyres: hoc enim sensu accipiendum est illud Cantic. 4. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum*, quemadmodũ vult Beda. *Mala*, inquit, *punica, quæ sanguineo rubent colore, eorum in Ecclesia triumphos insinuant, qui post fontis signati ablutionem, cuius paulò antè facta fuerat mentio, suo sunt etiam sanguine baptizati.* Obseruarũt tres Græci patres in commentarijs super Cantica, qui cum operibus Theodoreti circunferuntur, malos punicas arbores, de quibus eo loco agitur, esse eas, quæ in quercubus inserũtur, quæ firmissimas habent radices, & difficilè auelli possunt, in quibus quercuum radicibus volunt fidei designari firmitatem; id quod non obscurè Martyrũ naturam significat, qui per earum ar-

Martyres granis mali grana ti similes. — Cant. 4. 13.

borum

borum mala granata exprimuntur; quippe qui produci nequeant nisi à malis punicis in fortissimis quercub⁹, ideſt, firmissima fide insertis, cum Martyrium summam fidei firmitatem requirat. Atque hæc de præcipuis rufi coloris varietatib⁹ pro Martyrum gloria, & splendore dicta sufficiant.

Tertium de equo nigro sigillum explicatur.

SECTIO IIII.

I APERTO tertio sigillo apparuit equus niger, & qui sedebat super eum, habebat stateram in manu sua, & audita est vox quatuor animalium dicentium: *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario; vinum, & oleum ne læseris.* Per equum nigrum Romanum item imperium significatur: per sessorem autem Titus imperator Vespasiani filius, qui Hierosolymã grauissima cinxit obsidione, tandemque omninò excidit. Dicitur autem Romanum imperium sub Tito nigrum, hoc est, triste, & luctuosum Iudæis: nam, vt è multis pauca dicamus, præter illa, quæ in nostro de Ecclesię persecutionibus commentario commemorauim⁹, Titus castra posuit in monte oliueti, vnde olim Dominus pręuidens hanc vrbis obsidionem, & vastitatem fleuerat super illam Lucæ 19. deindè vrbem cinxit obsidione grauissima: cumque plurimi Iudæorum quotidie caperentur, quia vrgente fame foràs egredi cogebantur, eos Titus ante suos oculos crucibus affigi præcipiebat, quingentos videlicet per dies singulos; & interdum plures: quorum tantus fuit numerus, vt autore Iosepho libro 6. de bello Iudaico capite 12. iam spatiũ crucibus deesset, & corporibus cruces. Hi autem proculdubiò filij eorum fuerunt, qui clamauerant, *Crucifige, crucifige eum.* Cùm verò fames in dies ingraueſceret, multiq; propterea à ciuitate exeuntes se vltrò Romanis dederent, Titus murum quendam in circuitu vrbis exædificari iussit, quo omnis penitùs ad exitum via fuit intercepta. Mirum verò est quãta celeritate, tridui videlicèt tãtùm spatio totum opus perfectum fuit, cum tñ quadraginta ferè stadia per circuitum contineret. Atque de hoc etiam muro potest ad literam intelligi illud Lucæ 19. *Circundabunt te inimici tui vallo,* vt egregiè annotauit Cardinalis Baronius tomo 1. Annalium. Duo autem potissimùm famis illius acerbitatem augent: vnum est, quod refert Egesippus, multos viso cibo præ gaudio vitam finijsse: alterum, quod idem etiam testatur libro 5. de excidio Hierosolymitano capite 4. & Iosephus libro 7. de bello Iudaico capite 8. Mariam diuitem, ac nobilem fœminam filium infantulum gladio in frusta secasse, partemque eius coctam comedisse. Denique templum fuit incensum ita, vt nulla eius vestigia remanerent, neque lapis super lapidem; quemadmodum Christus prædixerat Lucæ 21. & vniuersa vrbs non solùm incensa, sed omninò diruta, & à fundamentis auulsa, vt fuerat etiam Lucę 19. à Domino prænunciatum illis verbis *Ad terram prosternent te.* Iosephus libro 7. de bello Iudaico capite 17. colligens numerum captiuorum, & interemptorum ait captiuorum quidem, quitoto belli tempore comprehensi sunt, fuisse nonaginta septem millia; mortuorum verò per omne tempus obsidionis vndecies centena millia. Perdurauit autẽ obsidio quinquè circiter mensibus, hoc est, à decimo quarto die Aprilis, (vt auctor est Iosephus libro 6. de bello Iudaico capite 4.) vsque ad octauam diem Septembris, quę incidit in diem Sabbati iuxtà Dionem in Nerone. Iraque iure optimo imperium Romanum comparatione Iudæorum nigrum, & luctriosum apparuit, cum vsquè adeò eorum gentem inauditis cladibus affecerit sub Tito, & Vespa-

Luc. 19. 43. Baronius. Fames, & calamitas Iudęorũ

Egesippus.

Iosephus.

Luc. 21.

Luc. 19. 44.

Iosephus.

Idem.

Equ⁹ niger imperiũ Titi significat. Luc. 19.

Iosephus.

siano

siano, gloriamque, & splendorem ita obscurauerit, vt nulla eis relicta sit spes siue antiqui splendoris, siue pristinæ libertatis.

2

Quoniam verò ea mala, quæ Iudęis Titus inuexit, ex diuina iustitia profecta sunt, propterea habere in manu stateram dicitur, diuinæ videlicet iustitiæ, in qua Deus inexpiabile mortis Christi, ac nefarii scelus, simulq; supplicia ponderauit; quanquàm æquale esse non potuit, cum omnes omnino pœnas, quæ Iudæis infligi potuissent, facinoris illius immanitas longè superauerit. Rectè etiam Titus in manu, non in mente habuisse stateram dicitur, quia imprudens diuinam pro eo crimine iustitiã opere ipso exercuit; quanuis posteà tantã Iudæorum stragem non sine diuino consilio, & prouidentia esse potuisse sibi persuaserit; etenim muros circumiens, videnscq; omnia proiectorum mortuorum cadaueribus referta ingemuit, & extẽsis manibus Deum testatus est factũ illud suum non esse, vt auctor est Iosephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 14. Vt verò ea, quę sequuntur de ponderibus, intelligantur, sciẽdum est ex Iosepho lib. 3. de bello Iudaico cap. vlt. & ex Egesippo libro 3. de excidio Hierosolymitano cap. etiam vltimo Vespasianum, quo tempore bellum aduersùs Iudæam administrabat, Iudæorum triginta millia, & quadringentos vendidisse: vniuersos autem, qui de partibus regni Agrippæ reperti sunt, Regi donasse, quos Rex accepto pretio similiter vendidit. Addendum ex eodem Iosepho libro septimo de bello Iudaico cap. 15. & ex Egesippo libro 5. de excidio Hierosolymitano cap. 47. Titũ, & milites Romanos dedignantes seruum habere Iudęum innumerabilem ferè eorum multitudinem vẽdidisse, & quidem vulgus cum coniugibus, & liberis paruo pretio, nobiliores maiori: nec desunt, qui affirment ex nobilioribus decem vno denario, ex vulgo autem triginta vno itidem denario uenditos; dignam sanè pœnam eo facinore, cum Christum triginta argenteis sacrilega emptione receperũt. Eo supposito per triticum hoc loco Iudæi nobiliores, per hordeum verò infimi quique, & obscuri accipiendi sunt: et cum clamatur, *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario*, illud prædicitur fore, vt Iudæorum vulgus viliori pretio sit, quàm nobilitas, à Tito, & militibus æstimandum, cùm duę librę tritici, ideſt, nobiliorum vno denario, & sex librę hordei, ideſt, abiectorũ eodẽ denario æstimentur. Nec verò opus est, vt per librã quinq; Iudæi propter quinarium librorum Pentateuchi numerum, qui ab omnibus Iudæis recipiuntur, accipi debeant, quẽadmodũ pleriq; curiosè supputant: saris enim est generatim intelligere fuisse inæquale pretiũ pro tritico, & hordeo postulatũ. Est autẽ bilibra duarũ librarũ pondus: vñ nomen bilibris, & bilibre, quod habet pondus duarũ librarum: pro quo græcè est χοινιξ, quod nomẽ sonat mensurã tritici, aut leguminis, quæ in cibũ diurnum sit satis: Bubæ⁹ lib. 5. de Asse putat esse libras quatuor, Pollux tres duntaxat: vulgatus interpres duas tantum esse existimauit. Additur, *Vinum, & oleum ne læseris*, ideſt, fideles, qui in Christũ crediderant tã ex Iudæis, quàm ex gẽtilibus, qui propter charitatem vino, propter misericordiam autẽ oleo significantur: præcipitur ergò Tito, vt nullum fidelibus malum inferat, id quod verè ita accidit. Etenim, vt narrat Eusebius lib. 3. historiæ Ecclesiasticæ cap. 5 Ecclesia, quæ erat Hierosolymis congregata, oraculi cuiusdam indicio, quod probatioribus per reuelationem traditũ fuerat, antequàm bellum oriretur, ex Hierosolymis migrauit, & oppidum trans Iordanem, quod Pellam nominant, incoluit: atque ita obsidionis procellam, & innumera, quæ Iudæorum gentem inuoluerunt, mala, diuina prouidentia declinauit.

Iudęorum supplicia Titus exercuit, Deo ponderauit.

Iosephus. Egesippus.

Iudęi, qui Christum emerunt, vili pretio venduntur.

fideles à clade Hierosolomitana seruati.

Eusebius.

Stateræ nomine rectè diuinam significari iustitiam.

SECTIO V.

1

Dei iustitia statera. Ezech. 5.



IS ita secundum literam explicatis illud duntaxat ob seruatione dignũ videtur in sacris literis stateræ nomine diuinam significari iustitiam, vel uti Ezechielis cap. 5. vbi Propheta iubetur caput, & barbam suam radere, & omnes capillos in vnum collectos in quadam iustissima statera ponderare, eosq; deinde in tres partes æqualis ponderis diuidere, partemque vnam igne comburere, alteram gladio minutatim concidere, postremam demùm in ventum spargere: vbi, quẽ admodùm in ipsomet contextu explicatur, pili Hebræos significabãt, quorum sceleribus diuinæ iustitiæ statera ponderatis eorum alij famis, & pestis incendio in ipsa ciuitate, alij extra ciuitatem Assyriorum gladio perimendi, alij in captiuitatem abducendi, in variasq; regiones, & prouincias, quasi in ventum dispergendi ab Ezechiele prædicebantur. Sic etiam 4. Reg. 21. *Extendam*, inquit Dominus, *super Hierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab*: pro quo septuaginta transtulerunt, *Extendam in Hierusalem mensuras Samariæ, & trutinas domus Ephraim*, id est, easdem pœnas ab Hierusalem deposcam, quibus in Samariam animaduerti, quemadmodum exponit D. Chrysostomus homilia in Psalmum 95. vbi in eandem sententiam affert illud, quod dictum est ad Regem Balthasarem Danielis 5. *Appensus es in statera & inuentus es minus habens*: quo loco docet Chrysostomus Deum, cùm punit, trutina librare vltionem: eundemq; locum expendens Rupertus libro 7. de victoria verbi Dei capite 4. duobus modis exponit, quod dicitur, *Inuentus es minus habens*, vno modo, vt sit sensus: ego te excitaui, vt peccantes mihi populos emendares, sed minus est in facto tuo, quàm in proposito meo: in meo nanque proposito bona est intentio, quæ defuit in facto tuo, siquidem tuæ superbiæ, & crudelitati seruiisti; multum itaque deest in pondere, quia deest totum, quod esset laudabile, id est, intentio iustitiæ. Altero in hunc sensum: inuentus es minus habens, quia me non glorificasti. De diuina etiam iustitia locutus est Iob capite sexto, cùm dixit: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret*: quod Iobum in persona Christi, quam sustinebat, verissimè dixisse docet diuus Gregorius libro 7. Moralium cap. 1. quo loco stateræ nomine Christum ipsum intelligit: *Quis alius*, inquit, *stateræ nomina, nisi mediator Dei, & hominum exprimitur? qui ad pensandum vitæ nostræ meritum venit, ac secum misericordiam suam simul, ac iustitiam detulit; sed misericordiæ lance præponderans culpas nostras parcendo leuigauit: in manu enim Patris quasi statera miri libraminis factus hinc in se calamitatem nostram, & illinc peccata suspendit.* Verùm Rupertus libro secundo de operibus Spiritus sancti capite octauo, stateram hanc non CHRISTVM, sed crucem ipsam interpretatur. *Erat*, inquit, *crux statera Patris habens disposita hinc in lance iudicij peccata mundi, inde in lance misericordiæ calamitatem generis humani: sed vicit pondere calamitas in lance misericordiæ, lancemque sustollens iudicij decussit peccata in profundum maris*: iuxta illud Michææ septimo: *Proijciet in profundum maris omnia peccata nostra*. CHRISTI enim dolentis passio totius generis humani doloribus superaddita præponderauit, plus enim pœnarum de humano genere sumptum fuit, quam culpa meruisset,

Iob. 6. 2.

D. Gregorius.

Rupertus.

Crux statera.

Mich. 7. 19.

4. Reg. 21. 13.

D. Chrysost.

Dan. 5. 27.

quod

quod encomium tanquàm illustrissimum de cruce canit Ecclesia in hymno illo de passione Domini à Sedulio secundum plerosq; composito:

Sedulius.

Beata, cuius brachijs Seculi pependit pretium, Statera facta corporis.

2

Ratio verò, cur diuina iustitia stateræ nomine exprimatur, ea est, quòd tam culpa, quàm pœna iusto examine ponderantur, ne pœna culpam excedat; quanquam semper minus inferatur à Deo supplicium, quàm culpæ promereantur iuxta illud Psalm. 102. *Non secundum peccata nostra facies nobis.* Quarè eò tantùm statera adhibetur, ne criminum acerbitatem pœnæ superet magnitudo: quo sensu dictũ est Prouerbiorum 16. *Pondus, & statera iudicia Domini sunt*: & Esaiæ 28. *Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura*: & capite 27. *In mensura contrà mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabis eam*, id est, punies eam in mensura pœnæ, quæ respondeat mensuræ culpæ, quemadmodum exponit diuus Thomas in suis commentarijs super Esaiam: quod non est ad proportionem arithmeticam, sed ad geometricam reuocandum, vt minoribus quidem peccatis minora, maioribus autẽ maiora supplicia inferantur; nunquam tamen peccatis æqualia. Eandem ob causam dicitur Amos 7. *Humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris*: quo loco est sermo de captiuitate decem tribuum, quarum supplicia dicuntur funiculo metienda, ne peccatorum magnitudinem superent: in eandem sententiam dicitur Esaiæ 34. *Extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem*: vbi pro *extendetur*, est Hebraicè רצמה, *venamah*, quod verbum significat lineas ducere, quemadmodum Geometræ faciunt; pro mensura verò est קו, Cau, quod nomen significat lineâ illam, seu funiculum, quem Architecti solent extendere: vnde Iob 38. loquens Dominus de fabricatione terræ dixit ad Iob: *Quis tetendit super eam lineam?* eſq; non solùm ædificantium, sed etiam destruentium, cum Architecti nihil volunt supereminere, sed omnia solo æquare: denique perpendiculum est lapis ille, siue pondus plumbeum, quo cementarij vtuntur ad parietum siue æqualitatem, siue inæqualitatem deprehendendam. Est igitur sensus Deum minutissimũ esse in scelerum grauitate examinanda, atque in supplicio inferendo non solùm funiculo geometrico, sed etiã Architectorum perpẽdiculo vti. Denique Threnorum 2. eandem mensuram adhibuit in Hierosolymorum ciuitate destruenda. *Cogitauit*, inquit, *Dominus dissipare murum filæ Sion; tetendit funiculum suum*: quem locum expendens Rupertus libro primo in Hieremiam capite 44. *Dominus*, inquit, *ista cogitauit, & cum consilio egit, negotij videlicet summam in libra rationis appendit, & tetendit super eam funiculum septuaginta annorum.*

Deus citra cõ dignam punit. Psal. 102. 10.

Prouer. 16. 11 Esai. 28. 17.

Idem. 27. 8.

D. Thom.

Amos 7. 17.

Esai. 34. 11.

Iob 38. 5.

Thren. 2. 8.

Rupert.

E contrario in misericordia tribuẽda non stateris, non funiculis, non perpendiculis vtitur: vndè Hierem. 31. Hierusalem, quam ad puniendum funiculo, & perpendiculo fuerat dimensus, cùm ex misericordia reædificaturum se pollicetur, in typum Ecclesiæ catholicæ nullis terrarum finibus claudendæ nulla mensura vtitur; imò omnem omninò interdicit illis verbis: *Ædificabitur ciuitas Domini, & exibit vltrà normam mensura*: quò etiã pertinet illud Psalmi 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum*: quod Hebraica ita legunt: *In omnem terram exiuit linea, seu norma eorum*. Est enim Hebraicè nomen *Cau*, vt sit sensus Deum instar Architecti in Ecclesia fundanda normam quandam interminatam extendisse, quæ vniuersum orbem compleeteretur ad gratiã Euangelij omnibus cõmunicandã. Eandem diuinæ misericordiæ largitatẽ elegãter obseruauit D. Ambrosius in comentariis suis super Psalmum 37. in eo, quòd Deus misericordiam, non iustitiam effundere dicitur: etenim de iustitiæ calice habetur Psalmo septuagesimoquarto

3 Misericordia Dei mensura caret.

Hier. 31. 39.

Psalm. 18. 5.

Hebræi.

Psalm. 74. 9. *Calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc in hoc; veruntamen fæx eius non est exinanita*: vbi duo expendenda sunt, videlicèt verbum *Inclinauit*, quod non dicit effusionem, sed leuem quandam calicis inclinationē; & præterea quod sequitur; *Fæx eius non est exinanita*: cùm tamen de misericordia dicatur Canticorum 1. Cant. 1. 3 *Oleum effusum nomen tuum*, seu, vt Septuaginta transtulerunt, *Oleum euacuatum*, seu *exinanitum*: quo loco per oleum Dei misericordia intelligitur, quam non ad mensuram Deus impertit, sed effundit largiter. Ambrosius. *Ad terrendum*, inquit Ambrosius, *plenus est calix, ad feriendum non est exanimatus. Calicem enim iræ exinanire non nouit, sed exinanitum tamen est vnguentum.* Denique cùm Christus de retributione ageret, non simpliciter illam appellauit mensurā, sed redundantem, & supereffluentem mensuram: sic enim habes Lucæ 6. Luc. 6. 38. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum*: vbi singula verba emphasim habent. *Mensuram*, inquit, *bonam*, idest, magnam; quoniam verò posset esse mensura magna, sed non plena, additur, Psalm. 102. 5. *confertam*, iuxta illud Psalm. 102. *Qui replet in bonis desiderium tuum*: tunc autem est mēsura cōferta, cùm id, quod mensuratur, vel pedibus calcatur, vel manibus in mensura deprimitur; quæ mensuræ plenitudo magis declaratur, cùm subiungitur, *coagitatam*, quod tūc accidit, cùm huc, & illuc modius decutitur, vt nihil interiùs vacuum relinquatur: denique additur *supereffluentē*, idest, non rasilem, sed cumulatissimā, & merita ipsa longè vincentem; siquidem Deus vltrà condignum remunerare cōsueuit: quod verò dictum est, *in sinum vestrum*, præter alia gaudium, & securitatem beatitudinis significat.

Quartum sigillum de equo pallido, & morte super illū equitante, atque inferno insequente explicatur.

SECTIO VI.

ADVERTENDUM est pro pallido esse Græcè χλωρὸς, quod nomen & pallidū, & viride significat: vndè capite octauo sequenti vulgatus interpres fœnum viride transtulit, cùm eo loco idem nomen habeatur; imò hoc ipso loco equum viridem interpretatus est Tertullianus libro de pudicitia cap. vigesimo: qua de re sequenti sectione diemus. Aperto igr quarto sigillo, *Ecce*, inquit, *equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum: & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.* Per equum pallidum Romanum item imperium exprimitur, cùm fuit sub Domitiano, qui Tito fratri successit, & secundam aduersus Ecclesiam persecutionem commouit. Rectè autem equo pallido comparatur, quoniam Domitianus incredibilem metum & Romanis, & præcipuè fidelibus iniecit; siquidem bonam senatorum partem, aliorumq; principum virorum in exilium amandauit, varia eis affingens crimina, vt sic eorum bona diriperet, inter quos & Ioannem nostrum ad insulā Pathmos relegauit: quia igitur omnes sibi timebant, ne similia ipsis damna contingerent, ex timore autem pallida exteriùs membra efficiuntur; rectè Romanum sub Domitiano imperium in pallido equo ostenditur: id quod potissimùm ad Ecclesiam referendū est, quę sub eo grauissimam passa est persecutionem, quam superiori cōmentario descripsimus. Imperium sub Domitiano pallido equo comparatur.

Meritò etiam Domitianus Mors appellatur propter summam crudelitatem, qua non solùm in suos, sed in Christianos etiam desæuijt: vndè est interfectus à suis tantum monstrum non ferentibus. Porrò quia dignas a-

pud

pud inferos ſuorum ſcelerum pœnas recepit, ſubiungitur, *Et infernus ſequebatur eum*, aùt certè per infernum hoc loco Diabolus intelligitur, à quo incitatus Domitianus tantam crudelitatem, & impietatem exercuit; ſumi enim interdum infernum pro Dæmone docet D. Gregorius libro 17. Moralium capite 12. & nos fuſiùs diximus capite 1. Cruciatuum verò, ſeu mortis genera, quibus Eccleſiam oppugnauit, illa quatuor numerantur, fames, gladius, beſtiæ, & mors: vbi per mortem diuerſa alia mortis genera intelligenda ſũt, cuiuſmodi ſunt ſuffocatio, combuſtio, ſuſpenſio, ſubmerſio, & alia huiuſmodi. Denique aduerte in apertione horum quatuor ſigillorum quatuor animalia ſingula in ſingulis dixiſſe: *Veni, & vide*: quia nimirùm in quatuor Euãgelijs ea, quæ hactenùs commemorauimus, inſinuantur: nam in Euangelio Marci capite vltimo agitur de promulgatione Euangelij: *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*: quod fieri cœpit ſub Caio Caligula; quare primum animal in apertione primi ſigilli eſt Marcus deſignatus per leonem, qui primo loco fuerat nominatus. In Matthæo expreſsè commemoratur Eccleſiæ perſecutio, cùm dicitur capite vigeſimo quarto: *Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos*: prima autem perſecutio ſub Nerone cœpit, quo fit, vt ſecundum animal, quod dixit, *Veni, & vide*, ſit Matthæus. In apertione tertij ſigilli tertium animal Lucam ſignificat, qui capite decimo nono agit de Hieroſolymorum per Titum euerſione. Denique in apertione quarti quartum animal, ideſt, Ioannes loquitur, qui capite decimo ſexto tribulationem maximam prænunciat, quã paſſuri erãt fideles, & quã poſt Neronẽ ſecundus Domitianꝰ excitauit.

Marc. 16. 15.

Matth. 24. 9.

Cur Mors ſuper equum pallidum apparuerit, & cur eam infernus ſequatur.

SECTIO VII.

QVANQVAM iuxta eam, quam propoſuimus ex non nullorum Doctorum ſententia, huius quarti ſigilli expoſitionem Mors Domitianum Imperatorem adumbrauerit ob ea, quæ ſuperiori ſectione diximus: quià tamen non deſunt, qui mortem hoc loco propiè accipiendam eſſe contendunt, eaque expoſitio multum doctrinæ continet ad morum libertatẽ coercendam, libuit eam nonnullis obſeruationibus illuſtrare. Primò igitùr obſeruandum eſt rectè mortem ſuper equum apparuiſſe propter curſus ſui velocitatem, qua mortales non ſolùm conſequitur, ſed etiam ſæpiſsimè præcurrit: quod tunc accidit, cùm eorum ſpes præſcindit, vanasq; conſiliorum, ac rerum futurarum deſignationes derepentè quaſi anteuolans præter expectationem demolitur. Qua de re Ezechias Rex apud Eſaiam capite trigeſimo octauo conqueritur, cùm ait, *Præciſa eſt velut à texente vita mea; dum ad huc ordiuer, ſuccidit me*: quaſi dicat, in ipſis primis filis diſponendis telam meam, & ſpes omnes præcidit: & Iob capite ſeptimo: *Dies mei velociùs tranſierunt, quàm à texente tela ſuccciditur*: quem locum eleganter expendit D. Gregorius. *Congrua*, inquit, *ſimilitudine tempus telæ comparatur: quia ſicut tela filis, ſic vita mortalis diebus ſingulis proficit; ſed quò ad augmentum proficit, eò ad inciſionem tendit; cùm enim tempora percepta prætereunt, ventura breuiantur: tela enim duobus lignis innectitur, vt texatur, ſed quò inferiùs texta inuoluitur, eò ſuperiùs texenda deplicatur, & vnde ſe ad augmentum multiplicat, inde fit minus, quod reſtat. Sic nimirum vitæ noſtræ tempora, & tranſacta quaſi inferiùs inuoluimus, & ventura à ſuperiori deplicamus, quia quò plùs fiunt præterita, minùs eſſe incipiunt futura.* Hactenus Gregorius. Huius telæ tegmen eſt humana mortalitas iuxta illud Geneſis 3. *Puluis es, & in puluerẽ reuerteris*: ſubtegmẽ

1

Mortis velocitas.

Eſai. 38. 12.

Iob. 7. 6.

D. Gregor.

Gen. 3. 19.

autem

autem est humanarum rerum vicissitudo, & vanitas.

2 Eadem mortis mortales de repente consequentis pernicitas nomine cursoris exprimitur Iob 9. *Dies mei velociores fuerunt cursore*: & Sap. 5. multis aliis similitudinibus, quæ celeritatem significant; sic enim eo loco damnati de hoc ipso conquerentes lamentantur: *Transierunt omnia illa tanquàm vmbra, & tanquàm nuntius præcurrens, & tanquàm nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus, aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius sed tantùm sonitus alarum verberans leuem ventum, aut tanquàm sagitta emissa in locum destinatum*: vbi obiter aduerte sonitũ alarum innuere leuem quandam hominis demortui recordationem, quæ subitò deponitur. Sed illa est etiam præclara similitudo, quam habes Iob 9. *Dies mei pertransierunt quasi naues poma portantes*: naues enim, quæ portant poma, velocissimæ sunt, quibus nimirùm opus est portũ citò tenere, antequàm poma putrescãt: alij ex Hebræo transferunt, *Sicut naues piratæ*, quæ etiã expeditissimæ esse solent, imò Christus Dominus Lucæ 12. mortem etiã furi comparauit illis verbis. *Si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum suam*: qua similitudine illud etiam significatur mortem esse quasi piratam subitò in mari apparentem, & derepentè inuolantem in eum, qui secundis ventis naulgabat, in floreq; adhuc ætatis existens prospero tùm fortunæ flatu, tùm valetudinis vrebatur. Quam rẽ eleganter descripsit Tertullianus libro de anima, tit. Nihil animæ remanere in corpore post mortem. *Vis*, inquit, *est & illa nauigiis, cum longè à Capharæis saxis nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu, intestino repentè perculsu cum tota securitate desidunt; non secùs naufragia sunt vitæ, & tranquillæ mortis euentus.*

Iob. 9. 25.

Sap. 10.

Iob. 9. 26.

Luc. 12. 39.

Tertullianus.

Secundò est obseruandum ex ijs, quę sectione prȩcedenti diximus, equum mortis & pallidum, & viridem esse; vtrunqe enim significat vox Grȩca χλωρὸς, qua hoc loco vtitur Ioannes: vnde & Tertullianus libro de pudicitia capite 20. citans hunc locum Ioannis pro equo pallido equum viridem transtulit. Sedet igitur mors super equum pallidum, & viridem: primùm, quia mors improbis quidem tristis est, & luctuosa, probis autem fausta, & læta, & viriditatem oculis gratissimam præ se ferens, ideſt, spem cœlestium gaudiorum: vnde cùm Psalm. 33. appelletur mors peccatorum pessima, quia, vt interpretatur D. Bernardus sermone 41. ex paruis, peccatorũ mors mala est in amissione mũdi, quià non possunt sine dolore separari ab eo, quem diligunt, peior in dissolutione carnis, pessima in tormentis inferni: de iustorum tamèn morte dicitur Sapientiæ 3. *Non tanget illos tormentum mortis*; quod quidem tormentum multiplex est, videlicet angor, & acerbitas moriendi, periculosus conflictus cùm Dæmone, denique ipsa æterna damnatio: in eundemque sensum D. Hieronymus epistola trigesima quarta interpretatur illud Psalmi 126. *Non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta*: quem locum ad securitatem refert, cùm qua iusti moriuntur. Deinde equitat mors super equum veridem, quia ipsa est, quæ mortalium spes, quæ viridi colore designantur, regit, & gubernat, eas videlicet vel prorogans, vel præcidens: itaque equi viridis habenas vel inhibet, vel etiam laxat pro Dei humanas res administrantis imperio. Porrò aduerte Romanum imperium, quod in equo albo, & rufo pulcherrimum apparuit, vbi mortem equitem habuit, continuò pallidum redditum fuisse, quia mors, quæ antèà speciosa videbantur, decolorat, & quàm vana omnia, ac deformia sint, ostendit: sic enim Romanum imperium ex albo, & rufo pallidum fecit. Postremò. Non sine mysterio infernus

3

Mors improbis luctuosa, probis fausta.

Psalm. 33.

D. Bernard.

Sapient. 3. 1.

D. Hieronym. psalm. 126. 5.

Mortem sequebatur, vt nimirum reciperet, quos illa deijceret: etenim maior hominum obeuntium pars sempiternis inferorum supplicijs addicitur, vnde Esaias capite 5. *Propterea*, inquit, *dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosique eius ad eum*: in quem locum D. Hieronymus, *Infernus*, inquit, *animam habere dicitur, non quod animal sit, sed quod verbis humanæ consuetudinis rerum insensibilium exprimamus affectum, quod insatiabilis sit, & nunquam mortuorum multitudine expleatur.*

Esai. 5. 14. Hominum maior pars damnatur.

D. Hieron.

Quinti sigilli de animabus interfectorum propter verbum Dei subtus altare clamantibus explicatio.

SECTIO VIII

1

APERTO quarto sigillo apparuerũt subtùs altare animę interfectorum propter verbum Dei vindictã sui sanguinis postulãtes, quibus datæ dicuntur stolę singulæ, dictumque, vt requiescerent adhùc tẽpus modicum, donèc compleantur cõserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi. Cum in superiori sigillo sermo fuerit de secũda Ecclesiæ persecutione sub Domitiano Imperatore hac quinti sigilli explicatione consequenter comprehenditur tempus à Traiano, qui Domitiano post Neruam successit vsq; ad Diocletianum, quod tempus multas Ecclesię persecutiones complectitur, videlicèt tertiam sub Traiano, quartam sub Adriano, quintã sub Marco Aurelio Antonino, & Lucio Commodo simùl imperantibus, sextam sub Septimio Seuero, septimam sub Maximino, octauam sub Decio, nonam sub Valeriano, decimam sub Aureliano: quas omnes consequuta est omnium grauissima sub Diocletiano, & Maximiano, quæ ad sextum sigillum pertinet. Quoniàm igitur toto eo tempore innumeri Martyres sanguinem, & vitã pro religione profundebant, & nihilo minùs Christianorum cœdes, & martyria perdurabant, idcircò inducuntur sub altari clamantes, & vindictam à Deo postulantes: quod quo pacto intelligendum sit, simulq; alia, quæ hac visione obscuriora videntur, sigillatim docebimus.

Prima igitur dubitatio est, quodnam sit illud altare, sub quo Martyrũ animæ Ioanni apparuerunt? D. Bernardus sermone quarto in festum omnium Sanctorum existimauit hoc altare esse humanitatem Christi, dicitque animas Martyrum esse modò sub altari, quià solùm vident Christi humanitatem; post diem verò iudicij suprà altare collocandas, idest, visione beatifica fruituras, cùm corpora recipient. Quanquam verò interpretari possumus Bernardum, vt loquatur more Augustini, & reliquorum Patrum de perfecta ex omni parte beatitudine, quæ gloriam etiam corporis comprehendit, verba tamen eius simpliciter, & absolutè accepta sonant eum errorem, in quo fuerunt Tertullianus libro quarto aduersùs Marcionem, Vigilantius teste Hieronymo in libro contra Vigilantium, Armeni apud Guidonem in summa de hæreticis, Græci apud D. Thomam opusculo 6. capite 9. quod & testatur Concilium Florentinum sectione 1. & Lutherus in prælectionibus in Genesim apud Fredericum Staphylum in Epitome trimembri Lutheranæ Theologiæ: aduersùs quos copiosè disputat Bellarmin⁹ noster tomo 1. Controuersiarum Controuersia 7. generali de Ecclesia triumphante. Ea igitùr Bernardi expositione prætermissa, & alijs nonnullis arbitramur per altare hoc loco intelligẽda esse ipsa loca, vbi corpora Martyrum sepulta iacent cò vel maximè, quòd super Martyrum reliquias altaria extrui consueuerunt: sub quibus

2

Quid altare, sub quo animę.

D. Bernardus.

altaribus animæ Martyrum clamare dicuntur, quia ex ijs ipsis locis, eorum sanguis ad cœlum clamat, vt paulò inferiùs dicemus. Nec verò te moueat, quòd non corpora, sed animę sub altari apparuerint: etenim hoc loco animæ pro sanctis ipsis pronuntur, quẽ admodùm & sæpè aliàs in sacris literis pro hominibus vsurpantur, vt cum Genesis 46. egressæ dicuntur de fœmore Iacob animæ sexaginta sex: sancti autem rectè ibi esse dicuntur, vbi ipsorum iacent corpora. Adde cum Aretha fortassè alluisse Ioannem ad altare holocausti; siquidem sancti eo sacrificij genere per martyrium immolantur: & quanquàm holocaustum super altare, non infrà peragebatur, quia tamen hostiæ crematæ cineres deorsùm per cratitulã çneam decidebant, rectè post peractũ sacrificiũ apparere sub altari potuerunt: quod quidã ex recentioribus non aduertit.

Gen. 46.

3 D. Gregor.

Secunda dubitatio est, quid clamor animarum significet? cui respondet D. Gregori[9] libro 2. Moralium capite 6. *Magnus*, inquit, *earum clamor magnum est desiderium tùm resurrectionis, tum iudicij: tantò enim quisque minus clamat, quantò minùs desiderat; & tantò maiorem vocem exprimit, quantò se in rei desiderium plenius fundit. Animarum igitur verba ipsa sunt desideria: nam si desiderium sermo non esset, propheta non diceret; Desiderium cordis eorũ audiuit auris tua.* Psalm. 9. Hæc Gregorius. Eandem ob causam Moyses, cùm non loqueretur, clamare tamèn dicitur Exodi 14. *Quid clamas ad me?* quia videlicet magno ardebat liberandi populum desiderio: vnde Gregorius Nyssenus in libro de vita Moysis eundem locum expendens, *Monemur*, inquit, *sonoram esse illã vocẽ, & vsq; ad Diuinas aures magnitudine sua peruenire, quæ nõ contentione clamoris, sed puritate cordis sua meditatione concipitur.* Et Greg. Magnus in commentarijs super primum librum Regum capite sexto, *Quid est*, inquit, *clamor orantis, nisi insupplicatione petentis magna virtus desiderij? vnde ad tacentem labijs Moysem, sed populi salutem feruenti deuotione cupientem à Domino dicitur, Quid clamas ad me?* Et D. Ambrosi[9] sermone decimo nono in Psalmum centesimum decimum octauum super illa verba, *Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: Clamat*, inquit, *cor nostrum non sono corporis, sed cogitationum sublimitate, concentuque virtutum; magna vox iustitiæ, magna est castitatis, per quam & mortui loquuntur; gracili voce erat Moyses, nec loquebatur, plus tamen omnibus audiebatur; vnde dictum est ei, Quid clamas ad me? clamabat affectu pio, & personabat in cœlo; clamabat populus, & non audiebatur, audiebatur tamen Moyses, qui tacebat; tu solus, inquit, ad me clamas, qui de me speras, qui virtutẽ meã excitas; tu solus ad me clamas, qui per vniuersam terrã annunciari meũ nomen expectas.* Hæc Ambr.

Desiderũ, clamor est, & verba animarum.

Psalm. 9. 17.

Exod. 14. 15.

Greg. Nyss.

Greg. Magn[9].

D. Ambr. Psal. 118. 145

Tertia dubitatio, quænam sit vindicta sui sanguinis, quam Sancti postulant, cum eiusmodi vindictæ postulatio ab eorum sanctitate, & gloria aliena videatur? Duplex est responsio, vna Diui Chrysostomi homilia in illud Psalmi 9. *Patientia pauperum non peribit in finem. Sanctorum*, inquit, *vox illa est in Apocalypsi. Quousque sanctus, & iustus non vindicas sanguinem nostrum? volebãt ergò Martyres, vt in præsenti miracula faceret Deus, & confunderet fortitudinem aduersariorum Christi.* Itaq; existimat Chrysostomus uindictam hanc nihil esse aliud, quàm confusionem tyrãnorum, ac Regum, qui Ecclesiam persequuntur, vt sic agnoscant diuinitatem Christi, & potentiam. Et rectè quidem iuxtà Chrysostomum Martyres hanc aduersariorum Christi confusionem vindictam sui sanguinis appellant: quia non tam passionem suam, ac tormenta, quàm blasphemias, quæ in Christũ iactabantur, & fidei persecutionem sentiebant iuxta illud Psalmi 68. *Opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me*: quem quidem locum Paulus de Christo intellexit ad Romanos 15. cũ dixit: *Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, improperia improperantium tibi ceciderunt super me*: rationem verò eã reddit Augustinus in commentarijs eiꝰ loci, quia nemo exprobrauit Christo, nisi Deo exprobans: nemo enim

4

D. Chrysost. Psal. 9. 19.

Psalm. 68. 10.

Rom. 15. 3.

honorat

honorat Patrem, nisi qui honorat & filium: sed possumus tamen eadem verba ad Martyres referre, super quos cadebãt opprobria, quibus impij Christum proscindebant; verè enim Martyribus molestiora erant maledicta, quæ infideles in Christum iactabant, quàm sua ipsorum acerbissima tormenta. Altera responsio est diui Augustini sermone trigesimo nono de tempore Martyres non ipsorum hominum per se, sed regni peccati euersionem postulare: itaque nõ in homines, sed in eorum peccata inuehi. *Quis*, inquit, *audeat affirmare, cùm illi sancti candidati se vindicari petierunt, contra ipsos homines, non contra regnum peccati petijsse? nam ipsa est syncera, & plena iustitiæ vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpessi sunt: ad cuius etiam euersionem nititur Apostolus dicẽs ad Romanos 6. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Hæc Augustinus. Esse autem hanc vindictę petitionem voluntati diuinæ consentaneam ostẽdit locus ille Psalm. 138. *Perfecto odio oderam illos*: perfectum enim odium tunc est interprete diuo Augustino, cum nec propter vitia homines, nec vitia propter homines diliguntur. Id ipsum hac similitudine declarat Gregorius Nyssenus libro de oratione: *Quemadmodum*, inquit, *ille, qui orat, ne sint ægrotantes, non hominum interitum, sed morbi abolitionem fieri cupit, ita etiam dum quisque sanctorum orat, vt id, quod naturæ aduersum, & inimicum est, ad interitum redigatur, suspicionem quidem imperitioribus præbet, quasi aduersùs homines sæuiat, sed verè illud tantùm orat, vt peccatum, & iniquitas euertantur.*

Martyres impiorũ in Christũ maledicta grauiùs ferebãt, quàm tormenta.

Augustinus.

Non peccãtis, sed peccati euersionem petunt sancti. Rom. 6. 12.

Psal. 138. 22.

Gregor. Nyss.

5

Quarta, & postrema dubitatio, quænam sint illæ stolæ singulæ, quæ singulis animabus datæ sunt? Communis expositio est intelligendam esse glorificationem animæ, quæ sanctis ante resurrectionem corporum tribuitur: ita Richardus de sancto Victore, Rupertus, Beda, Ambrosius Ansbertus, Haymo, & reliqui: quanquàm Primasius intelligit summam quandam lætitiam, quam ex ea reuelatione conceperunt, cùm eis dictũ est multos adhuc præterea Martyres, & sanctos futuros esse, quorum consortio frui deberent. Vndè illud meritò colligas multùm ad gloriæ accidentalis rationem pertinere ipsam sanctorum multitudinem, & societatem, imò & in hac vita mortali multorum iustorum conuictum, cuiusmodi est in sanctis religionum ordinibus, specimen quoddam esse felicitatis sempiternæ: siquidem in gloria ipse Beatorum conuictus, & societas ad accidentalem eorum felicitatem ita pertinet, vt ex eiusmodi multitudine, & cõmunione dicantur hoc loco sancti mirifica quadam perfundi iucundirate, quam per stolas exprimi vult Primasius. Rectè igitur cecinit Regius vates Psalm. 132. *Eccè quàm bonũ, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*: quod magis adhuc explicauit duplicẽ adhibens similitudinem, vnam desumptam ex vnguento illo aromatico ex varijs odoribus myrrhę, cinnamoni, & balsami confecto, quo summus Sacerdos vngebatur: *Sicut vnguentum*, inquit, *in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron; quod descendit in oram vestimenti eius*: alteram depromptam ex rore, qui montes Iudęæ aspergit, & fœcundat: *Sicut ros*, inquit, *Hermon, qui descendit in montem Sion.* Quem locum aliqui Hebrçorum sic dispungendum existimant, *Sicut ros Hermon, & sicut ros, qui descendit in montem Sion*: alij volunt ex Hermon, qui mons est propè Iordanẽ Libano vicinus, cùm sit perpetua niue conspersus, continuò vapores ascẽdere, qui in rorem concreti montem Sion fœcundissimè aspergant.

Primasius.

Psalm. 132. 1.

Hebręi.

Quid singulę stolę, singulis animabꝰ datę.

Richar. Rupe. Beda. Ansbertus. Haymo.

Sexti sigilli de terræmotu, sole nigro, luna sanguinea, & stellis de cęlo cadentibus explicatio.

SECTIO NONA.

1 VBI APERTVM fuit sigillum sextum, terræmotus magnus factus est, & sol ipse apparuit niger tanquam saccus cilicinus: luna verò facta est sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderunt super terram, & multa alia visa sunt à Ioanne, quæ sigillatim explicari debent. Hac visione iuxtà eam, quam persequimur, non nullorum interpretum expositionem describitur tempus sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, sub quibus passa fuit Ecclesia undecimam (iuxta nostram supputationem) generalem persecutionem, quam continuauit, & perfecit Galerius, quo tempore sic exarsit in Christianos nefarium, & impium bellum, vt triginta dierum spatio ferantur decem, & septem millia promiscui sexus martyrio coronata. Itaq; terræmotus immanitatem persecutionis significat simul, & diuturnitatem: quo tempore innumeræ Ecclesiæ incensæ, plurimaque templa funditùs euersa, & infiniti propemodùm fideles interempti fuerunt, vt suo loco fusiùs explicauimus: significat etiam terræmotus totum Romanum imperium aduersùs Christianos commotum fuisse, & omnes prouinciarum prætores, ac præsides contrà vnam Christi fidē, & religionem incitatos. Dicitur Sol factus niger tanquam saccus cilicinus, ideſt, vt interpretatur Lyranus, Christus, qui sol est iustitiæ, in membris suis denigratus, & iniuriosè tractatus videbatur splendorem, & diuinitatis existimationem apud infideles amisisse. Luna verò tota facta est sicut sanguis, ideſt, vniuersa Ecclesia sanguine Martyrum rubuit, & sanguineum colorē præferebat tot filiorum sanguine purpurata. Stellæ etiam de cœlo ceciderunt super terram, ideſt, multi viri in Ecclesia dignitate, & opinione præstantes timore mortis in fidei confessione defecerūt, in quibus fuit Marcellinus Papa, qui metu coactus Paganorum templum ingressus grana thuris super prunas imposuit; sed tamen postea pœnitentiam agens strenuè martyrium subijt, quemadmodum Nicolaus Pontifex scripsit ad Michaelem Imperatorem; & refertur vigesima prima distinctione capite. Nunc autem. Emphasim verò habet similitudo, quæ sequitur: *Sicut ficus emittit grossos suos, cùm à vento magno mouetur*: grossi enim sunt ficus primi temporis, & immaturæ, quæ facilè flante vento paulò vehementiore decidunt: qua similitudine indicatur eos, qui in fide defecerunt, non fuisse adhuc plenam fidei maturitatem consequutos, siquidem flante vento persecutionis ceciderūt. Reliqua, quæ sequuntur, ad vim persecutionis explicandam pertinēt: cœlum enim recessit sicut liber inuolutus, ideſt, Ecclesia, quæ cœlum dicitur, sese propter metum persecutionis occultabat exceptis paucis, qui ardentissimo fidei zelo inflāmati se se martyrio offerebant, quod magis explicatur, cùm subditur: *& omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt*; quoniā in rupibus, & insulis, locisque remotioribus Christiani ad mortem quærebantur. Denique omnis ætatis, & conditionis homines in latebras, & subterranea terræ loca sese metu persecutionis abdiderunt: id enim significant verba consequentia: *Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber abscondérunt se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni*: quia videlicet existimabant fideles contrà se Deum, & Agnum esse iratum, & propterea tam acerba persecutione ipsorum scelera vindicare. Atque hęc iuxtà superiorum Doctorum sententiam de sex præcedentium sigillorum interpretatione dicta sint, nunc communem expositionem afferamus.

Terræmotus Ecclesię persecutionem significat.

Sol niger factus Christ⁹ in suis iniuriosè tractatus.

Luna vt sanguis facta Ecclesia in martyribus cruenta.

Stellæ cadentes, fideles in fide deficiētes

Cõmunis præcedentium sigillorum expositio cõmemoratur: & in primis primi, secundi, & tertij sigilli explicatio proponitur.

SECTIO X.

1 QVAM hactenus tradidimus superiorum sigillorum expositionem, ij auctores, quos initio citauimus, existimant tum textui, tum instituto Ioannis magis accommodatam, & quæ hoc loco ab alijs generatim afferuntur, esse ab scopo, quẽ Ioannes defixit, aberrãtia: quid enim, inquiunt, attinet ferè omnia, quę Ioãnes commemorat siue de equis, siue de cornibus, siue diadematibus, & coronis, generatim de hæreticis, hypocritis, & tyrannis continuata interpretatione disputare, & nihil ab eo prædictum existimare de peculiaribus rerum euentis, temporum cõuersionibus, Ecclesiæ statu, cuius tamen initia, progressum, & exitum sigillatim Ioannes prænunciandum suscepit. Itaq; omnes illas generales, & metaphysico more communissimas expositiones magis putant ignorantium asyla esse, & suffugia, quàm rata, & verisimilia interpretum iudicia. Cæterùm nos, qui, vt par est, cõmunibus sententijs multùm tribuimus, quanquàm præcedentem de his sigillis expositionem valdè probabilem, & cum textu cohærentem arbitramur, non idcircò tamẽ à communi sententia, & expositione discedimus: quarè ne quis eam in his nostris commentarijs desideret, diserte quoque afferendã putauimus in tertio, quarto, & sexto sigillo, in quibus potissimùm à superiori disidet. In primo enim sigillo Christus est, qui sedet super equum album, ideſt, Apostolos; in secundo ille, qui sedebat super equum rufum, tyrannos adumbrauit; qui Christianorum sanguine vniuersum orbem cruentarunt. Igitur in tertio sigillo existimant communiter interpretes tempus Hæresiarcharum fuisse à Ioanne designatum, qui post tyrannorum persecutiones nouo bellandi genere, eoquè magis exitiali, ac pernicioso Ecclesiam oppugnarunt: primumquè arbitrantur per equum nigrum ipsosmet hæreticos, & Hæresiarchas accipiendos esse; per sessorem autem ipsum Dæmonem, qui hæreticos quasi equos aduersùs Ecclesiam incitat. Dicitur autem habere stateram in manu sua, non dubium quin dolosam, ideſt, falsum iudicium, & æstimationem, qua Scripturæ sacræ, & sanctorum Patrum sententias ponderat; tunc verò sequitur tritici, & hordei ponderatio, quæ omnia paulò illustriorem explicationem desiderant.

Equus albus Apostoli, sessor Christus.

Equus rufus, tyrãni.

Equus niger hæretici, sessor dæmon ipse.

2

Primùm igitur iuxta hanc expositionem notandum est rectè hæreticos equis nigris comparari, sicut in apertione primi sigilli Apostoli, & Apostolici viri equi albi similitudine expressi fuerunt: & quidem, quòd omnes impij in genere appellentur equi, Origenes homilia sexta super Exodum probat ex Exodi 15. cùm dicitur: *Equum, & ascensorem proiecit in mare: Quemadmodum*, inquit, *sunt equi, quos Dominus ascendit iuxta illud Abacuch 3. Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio: ita & sunt equi, qui ascensorem habent Diabolum.* Verum hæretici peculari ratione equi nigri appellantur, quia sunt similiores Dæmonibus, qui principes tenebrarum dicuntur. Deinde sessor, ideſt, Dæmon habet stateram in manu sua, illam nimirùm, de qua est sermo Oseæ 12. *Chanaan, in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit*; quo loco Chananæis comparatur Ephaim, ideſt, decem tribus, eoquòd impietatem, & scelera Chananæorum æmularentur: & verò Chanaan in sacris literis pro mercatore sumitur, veluti Prouerbiorũ trigesimo primo:

Hæreticicur equus niger dicti.

Exod 15, 1.

Abac. 3. 8.

Oseæ. 12. 7.

Prou. 31. 24. *Cingulum tradidit Chananæo*, id est, mercatori: quoniam Chananæorum natio præ cæteris maximè ex mercatura quæstum faciebat. Est ergò sensus filios Ephraim, ideſt, decē tribus Chananæorum, & mercatorum dolos fuisse imitatos; iuxta quam expositionem possumus etiam nomine Chanaan Dæmonem hæresum principem, & omnes hæreticos cum diuo Hieronymo intelligere: est autem in manu Dęmonis statera dolosa, imò & omnium hæreticorum, quia seipsos, & alios decipiunt in ponderatione scripturarum: *Quicquid enim*, inquit Hieronymus, *hæreticus loquitur, Dei iustitiam non habet, & plenum est doli, & fraudum.* Hugo Carensis docet per stateram intelligi posse tribulationem, quam Dæmon habet in manu, quia ex eo, quòd quidā permittuntur flagellari, scitur quanti pōderis sint, ideſt, quantam virtutem habeant. Itaq; tribulatio est iustissima quædam statera, qua vniuscuiusque pondus examinatur, quò spectat illud 1. Petri 1. *Oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio fidei vestræ multò pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem*: aurum enim in igne probari solet, verū nè sit, ac legitimum, an adulterinum, & alchimicum. Quam eandem ob causam homines vasis comparauit Apostolus ad Romanos 9. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in cōtumeliam?* cuius similitudinis rationib⁹ alijs prætermissis illa interim afferri potest ex Plutarcho libro de discrimine adulatoris, & amici, quia ceu vasa, ita pulsu solemus tentare homines, cuiusmodi nam tinnitum reddāt; fracta nè sint, an integra? plena, an vacua? quod præcipuè efficit tribulatio. Sic enim Deus tentauit Abraham, & Iob, vasaque integra, & plena esse cōperit: audi egregium sonum, quem reddidit Iob: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Iob 1. contra verò de impijs dicitur Psalm. 103. *Tangit montes, & fumigant*; ideſt, tangit superbos per flagella, & statim per impatientiam fumigāt.

D. Hieronym.

Fraudes hæreticorum.

1. Petri 1. 7. Tribulatio statera.

Rom. 9. 21.

Plutarchus.

Iob. 1. 21.

Psal. 103. 32.

Quod verò attinet ad id, quod sequitur: *Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentem: Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno*: ad consolationem pertinet fidelium. Etenim, vt exponit Richardus de sancto Victore, pullullantibus hęresibus proclamatur de medio quatuor animalium, ideſt, communi testimonio, & consensu Euangelistarū, omniumq; prædicatorum in Ecclesia, fidelibus in fide perseuerantibus, & contrà hæreticorum prauitatem disputantibus perfectam, ideſt, vtriusque testamenti intelligentiam pro fidei integritate concedi, vt sciant bilibrem tritici, id est, doctrinæ noui Testamenti denario vno; tres autem bilibres hordei, ideſt, doctrinæ veteris testamēti denario etiam vno æstimare, hoc est, nouum testamentum veteri anteponere. Quod autem ad sessorem dicitur: *Vinum, & oleum ne læseris*: dupliciter explicatur: vno modo iuxta eundē Richardum, vt interdicatur Diabolo perfectos Doctores, qui vinum sunt, cùm malos arguunt, oleum, cum probos consolantur, hæretica prauitate corrumpere: altero iuxta Pannonium, vt prohibeatur Diabolus vinum, & oleū lędere, hoc est, synceritatem, & dulcedinem Scripturæ omnino vitiare, atque adeò promittatur Ecclesiæ verus scripturæ sensus, & gustus; quæ duo, quantumcumquè conentur hæretici, eripere Ecclesiæ non possunt.

3

Richard. Vict.

Triticum, & hordeum, nouum, & vetus testamentum.

Nouum testamentum veteri prętertur.

Richar. Vict.

Vinum, & oleū doctores, vel scripturæ sensus.

Pannon.

Verùm alia afferri potest expositio, quæ in hac communi sententia cæteris videtur antecellere, vt per triticum prętiantiores in Ecclesia viri, per hordeum negligentiores, & sensibus dediti intelligantur, significeturq; exprætiantioribus paucos ad Diabolum per hæresim adiungendos, hoc est, duas tantum libras: at verò ex alijs plures, ideſt, sex libras, qui tamen omnes paruo quodam pretio, ideſt, vno denario distrahuntur, quod est exigui lu-

4

Insigniores Christiani triticum, segniores hordeum.

cri

cri gratia: quid enim hæreticorum principes, nisi inanes quosdã glorię rumusculos apud imperitos; quid alij, nisi breuem voluptatem, & morum licentiam aucupantur? quoniam verò illi, qui bestiarum more voluptatibus corporis seruiunt, abiectiores sunt illis, qui, cùm in Ecclesia doctrina, & honore excellerent, in hæresim tamen prolapsi sunt, idcircò hordeum vilius venditur, quàm triticum, idest, hordei libræ sex denario vno, tritici autem duæ libræ item denario, quia Dæmon facilius in illis, quam in his negotiatur, multoquè plures ex illis, quam ex his eodem pretio erroribus implicat, & voluptatum illecebris ad sui cultum irretitos pertrahit. Quod verò lęsio vini, & olei prohibetur Dæmoni, illud significat perfectissimos quosq; qui spiritualibus gaudijs perfruuntur, & tanquã cœlesti vino inebriati Deo seruiunt, (est enim vinum lætitiæ symbolum iuxta illud Psalmi 103. *& vinũ lætificet cor hominis*) qui etiam charitatis, & misericordiæ operibus, tanquam oleo charitatis ignem fouent, & in vniuersum pinguedine bonorum operum nitent, eos nequaquàm equi nigri sessori seruituros. Et quidem hæc nobis expositio eò præ cæteris placet in hac communi sententia, quia commemoratæ tritici, hordei, vini, & olei acceptiones in sacris literis luculentiùs, quàm aliq reperiuntur. Primùm enim triticum pro perfectioribꝰ vsurpari perspicuum est ex Matthęo 3. *cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum*: & capite decimo tertio. *Triticum autem congregate in horreum meum*, & Iob 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo*. Quo loco, vt aliàs diximus ex D. Gregorij sententia, iusti maturi tritici aceruo comparantur, eoquòd suo tempore moriuntur, quod secùs impijs euenit, de quibus dicitur Psalmo quinquagesimo quarto. *Viri sanguinum, & dolosi non dimediabũt dies suos*. Atque ad hoc triticum alluſit Christus, cùm dixit Matthęi nono. *Messis quidem multa, operarij autem pauci*. Cùm igitur triticum perfectiorum sit symbolum, consequens est, vt hordeum ad imperfectiores pertineat: vini verò iocunditatem, & lætitiam illud demonstrat, quod sponsi vbera vino comparantur Canticorum 1. *Meliora sunt vbera tua vino*: seu, vt alij tranferunt ex Hebræo, *Meliores sunt amores tui vino*. Denique de oleo, quod misericordiam, & charitatem significat, clariꝰ est, quã vt demonstrari debeat.

Psal. 103. 15.

Matth. 3. 12.

Idem 13. 30. Iob. 5. 26.

Psalm. 54. 24.

Matt. 9. 37.

Cant. 1. 2.

Quarti sigilli de Pseudoprophetis, & hypocritis iuxta commũnem sententiam expositio.

SECTIO XI.



IN equo pallido, qui aperto quarto sigillo visus fuit, volunt ferè omnes interpretes Pseudoprophetas, & hypocritas, pręcipuè verò iuxta Ioachimum, & Pannoniũ Mahometem designari, qui etiam Ecclesiam vniuersam maximè turbauerunt, eosq; Dæmon aduersùm illam tanquàm pręferoces, atque effrænes equos incitauit. Rectè verò illud aiũt equum pallidum Pseudophropheta-rum, & hypocritarum esse symbolũ: quia hypocritæ ieiuniis, & carnis macerationę facies suas exterminant Matthæi 6. vt virtutem, & sanctitatem simulent; quemadmodùm interpretatur Richardus de sancto Victore, & Hugo Cardinalis: vel etiã, vt exponit Dionysius Carthus. quia charitate, & sapientia, quasi auro se fulgere fingunt, & ipsa simulatione pallescunt. Cœterùm prior ratio magis videtur accommodata, propter quam D. Gregorius libro 8. Moralium cap. 30. comparat hypocritas Simoni Cyrenæo, quem Iudæi angariauerunt, vt tolleret crucem post Christum. *Crucem, in-*

Ioachimus. Pannon.

Equus pallidꝰ Pseudoprophetę, & hypocritę.

Matt. 6. Richar. Vict. Hugo Card. Dionys. Cart.

D. Greg.

quit

quis, in angaria, id est, pretio conductam portare est afflictionē abstinentiæ alia, quàm necesse est, intentione tolerare : eodem pertinet illa similitudo, qua struthioni comparantur Iob 39. cuius pennæ, id est, actiones similes dicuntur pennis herodij, & accipitris, id est, sanctorū: sed tamen veluti struthiones nequaquàm se ad sublimia possunt erigere, sed toti in terra versantur, quemadmodùm in eum locum docet D. Gregorius. Super hos sedet Diabolus, qui mors ab effectu hoc loco appellatur, vt suprà diximus: inuidia enim Diaboli mors introiuit in orbem terrarū Sapientiæ 2. Infernus sequebatur eū quasi paratus ad deuorandum omnes, quos Pseudoprophetæ, & hypocritæ deceperint, & in vniuersum omnes, quos Diabolus huius equi sessor per hæresim, & hypocrisim infecerit. Quoniam verò hypocrisis latè diffunditur, dicitur sessori equi pallidi datā fuisse potestatem super quatuor partes terræ ad interficiendum gladio, fame, morte, & bestiis terræ : gladio, inquam, ideſt, prædicatione, demulcendo vulgi aures nouis rebus applaudētis: est enim gladius verbi, & prædicationis symbolum; aut etiam, vt exponit Richardus de sancto Victore, gladio peccati: fame, ideſt, subtractione verę doctrinæ iuxta illud Amos 8. *Emittam famem in terram*; non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiēdi verbum Dei: morte, ideſt, doctrina mortifera iuxta illud Psalmi 13. *Venenum aspidum sub labijs eorum*: denique bestiis terræ, ideſt, hominibus belluarum more vitam agentibus, & carnis illecebris, ac libidini deditis : sic enim appellantur Baruch 3. *Vbi sunt principes gentium, qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?*

Iob. 39.

Sap. 2.

Amos 8. 11.

Psalm. 13. 3.

Baruch. 3. 16.

Sexti sigilli de fine mundi iuxta communiorē sententiam interpretatio.

SECTIO XII.

SEXTVM sigillum communiter interpretes ad tempora Antichristi, & finem mūdi pertinere arbitrātur: in quibus sunt Richardus de sancto Victore, Pannonius, Primasius, Ambrosius Ansbertus, Hugo Cardinalis, & Nicolaus Zegerus: eandemq; expositionem cōmemorat Beda, Rupertus, & Arethas. Tunc verò dupliciter exponitur vaticinium: vno modo, vt per Solem Christus, per Lunam Ecclesia, per stellas sancti, & per terræmotum ipsa Antichristi persecutio intelligatur, eodem planè modo, quo nos superiùs hęc omnia de persecutione sub Diocletiano, & Maximiano explicauimus: altero, vt Solem, Lunam, & stellas non translatè, sed propriè Solem ipsum, quem videmus, Lunāq;, ac sydera intelligamus: de quibus etiam locutus est Dominus, cùm dixit, *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis* : iuxta quam expositionem, quę magis placet, vaticinium deinceps interpretabimur.

1

Richar. Vict. Pannon. Primasius. Ansbertus. Hugo Card. Nicol. Zeger. Beda. Rupert. Arethas.

2

Signa iudiciū extremum prę cessura

Quod igitur ad Solem attinet, non sine mysterio efficiendus dicitur niger tanquàm saccus cilicinus ad tristitiam vel ipso colore propter mundi finem iam vicinum exprimendam; id enim & nigredo significat, & sacci cilicini indumentū: præterea à sacco cilicino Sol induetur deposita veste lucis suæ fulgētissima, & pulcherrima, quasi vestem mutans ob interitū principis huius mūdi: quemadmodùm famuli vestem mutare solent in morte dominorum, & nobilissimi quique in obitu Regis, ac Principis, & interdùm sacco indui. Deinde tota Luna reddetur sicut sanguis, vt vel ipso colore sanguineo quasi rubore vultus significet se de fœdissimis hominum sceleribus erubescere, quod etiam ad saccū cilicinum Solis potest accommodari, quemadmodùm disertis verbis præ-

dixit Esaias capite vigesimo quarto, cũ dixit, *Erubescet luna, & confundetur sol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalẽ, & in conspectu senum suorũ fuerit glorificatus*: visis namque hominũ sceleribus sol, & luna erubescẽt, quòd talibus dominis seruierunt. Alij volunt declarari summum Christi regnantis splendorem, qui vsque adeò solem, ac lunã superabit, vt hæc duo fulgentissima sydera ad tanti luminis magnitudinem confundantur, & erubescant, nec præ confusione apparere audeant. Tertiò additur. *Stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos.* id quod etiam Christus Dominus prænunciauit Matthæi 24. *Et stellæ cadent de cælo*: cuius rei mysterium hac similitudine declarauit D. Chrysostomus in homilia ad Neophytos desumpta ex Esaia cap. 34. cùm dicitur, *Militia cælorum*, id est, *stellæ*, quem admodum transtulerunt Septuaginta, *cadent, sicut folia ex vite. Sicut*, inquit, *vites, cùm vuarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium necessarium, vt protegantur, exposcunt; cùm autem despoſuerint fructum, necesse est, vt etiam foliis denudentur, sic se habet hoc seculũ, quandiu habuerit in se humanũ genus, tenebit & cælum stellas, sicut & vitis folia. Nam nocte pereunte sine dubio stellarũ vtilitas simul cum nocte deficiet.*

Esai. 24. 23.

Christi splendor in iudicio extremo.

Stellas de cælo cadere quid sit.

Matth. 24. 29.

Esai. 34. 4.

D. Chrysost.

3

Verùm, quod attinet ad literalem sensum, significatur in fine mũdi multas futuras in aere impressiones Meteorologicas, in quibus stellæ cadẽtes numerantur. Grossorum similitudo illud significat non interiturum esse mũdum præ maturitate, cùm alioqui ampliùs durare potuisset, (sunt enim grossi ficus immaturæ) sed Deum propter hominum scelera ei citiùs impositurum esse finem; quemadmodùm fecit in prima mundi per cataclysmũ euersione. Etenim tempus vsque ad diluuium, quod centum viginti annorum fore promiserat Genesis 16. centum dumtaxat annorum spatio definiuit, & viginti annos, qui supererãt, propter hominum flagitia præcidit: siquidem ea comminatio facta fuit anno quingentesimo vitæ Noe Genes. 5. diluuium autem cœpit sexcẽtesimo anno ætatis eiusdem Genes. 6. Quod autem de spatio temporis ad pœnitẽtiam concesso vsque ad diluuium intelligenda sit illa Dei sentẽtia Genes. 6. *Erunt dies illius centum viginti annorum*; non autem de ætate singulorum hominum, docent D. Chrysostomus homilia 22. in Genesim, & D. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis. *Non*, inquit, *humana vita, vt multi errant, in centũ viginti annos contracta est, sed generationi illi centum viginti anni ad pœnitentiam dati sunt, siquidem inuenimus, quòd post diluuium vixerit Abraham centum septuaginta quinque: quia verò pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatijs amputatis, induxit diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato.* Hæc Hieronymus. Quarè idem de mundi ætate existimari potest, quòd citiùs illi Deus finem sit impositurus propter hominum flagitia, quàm si virtutem coluissent, idque indicari similitudine grossorum ante maturitatem decidentium. Sed præterea etiã exprimitur vernum tempus, quod lętitiam, & serenitatem significat bonis affuturam iuxta illud Cantic. 2. *Iam hyẽs transijt, & ficus protulit grossos suos.* Quod idem Christus indicauit, cùm dixit Lucæ 21. *Respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Videte ficulneam, & omnes arbores, cùm producunt iã ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas: ità & vos cùm videritis hæc fieri, scitote, quoniam propè est regnum Dei.* Quanquam verò prædestinatis tempus illud vernũ erit, & florentissimum; reprobis tamẽ procellosa hyems erit, & maximè luctuosa.

Genes. 16.

Genes. 5. 6.

Genes. 6. 3.

D. Chrysost. D. Hieronym.

Sicut diluuiũ, sic iudicium propter flagitia citiũ veniet

Bonorum lętitia in iudicio.

Can. 2. 11.

Luc. 21. 28.

Quartò subiungitur. *Cælum recessit, sicut liber involutus.* Eodem modo loquitur Esaias cap. 34. *Complicabuntur sicut liber cæli.* qui locus ad diem iudicij planè pertinet; quemadmodum retulit Eusebiꝰ libro 11. de præparatione Euãgelica cap. de innouatione mundi, D. Hieronymus, & Cyrillus Alexandrinus in commentariis super Esaiam

4

Esai. 34. 4.

Eusebius. Cyril. Alex. D. Hieron. D. August.

&

& D. Augustinus in Psalm. 103. Significatur autem tum apud Esaiam, tum hoc loco apud Ioannem summa Dei potentia, qui non maiori negotio, si libeat, cœlos potest complicare, & à motu cohibere, quàm aliquis complicare potest membranam. Verùm illud potissimùm significatur cœlos, qui aperti, & expansi sunt omnibus lumen reddẽtes, tunc apparituros veluti librũ cõplicatũ, hoc est, nullã claritatem, & splendorem emissuros. Procuius rei maiori expositione aduerte cœlum appellari librum, quia in eo Deus sui notitiam, & intelligentiam elegantibus characteribus, ideſt, aureis syderibus descripsit: sic enim illud Psalmi 103. *Extendens cœlum sicut pellem*, plerique interpretãtur; ideſt, extendens tanquã membranam, in qua sui notitiam descripsit. Inquem eundem sensum D. Chrysostomus homilia nona ad populum Antiochensi accipit illud Psalmi decimi octaui. *Cœli enarrant gloriam Dei. Quomodò*, inquit, *enarrant? per ipsum aspectum: tacet cœlum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorem emittit; per oculos, non per aures nos docent: in hunc pariter librum & idiota, & sapiens intueri poterunt: quod idem propheta intuens dixit. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, ideſt, non est gens, neque lingua, quæ hanc vocem intelligere non possit.* Ita Chrysostomus: quæ expositio germana est: sic enim transferri potest ex Hæbræo. *Non sunt loquelæ, neque sermones, quibus*, ideſt, à quibus *non audiantur voces cælorum.* Eandem ob causam D. Augustinus libro vndecimo de ciuitate Dei cap. 18. mundum hunc docet esse, quasi quoddam elegantissimum carmen, ex quibusdam quasi antithetis compositum, quæ ex ipsa rerum contrarietate desumũtur, imò & ex ipsis vitiis, & virtutibus conflantur. *Neque enim*, inquit Augustinus, *Deus vllum non dico Angelorum, sed nec hominum crearet, quem malum futurum esse præsciret, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vsibus commodaret, atque ita ordinem seculorum tãquàm pulcherrimum carmen ex quibusdã quasi antithetis honestaret: antitheta enim quæ appellantur, in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quæ Latine dicuntur opposita: quibus etiam Paulus vsus est 2. ad Corinthios 6. cùm dixit. Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris; per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam; vt seductores, & veraces; sicut qui ignoti, & cogniti; quasi morientes, & ecce viuimus; vt castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autẽ gaudẽtes; sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquàm nihil habentes, & omnia possidentes. Sicut ergò ista contraria contrarijs opposita sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam nõ verborum, sed rerum eloquentia, contrariorum oppositione seculi pulchritudo cõponitur.* Hæc Augustinus.

Cœlũ siue luce apparebit.

Cœlum liber, quem omnes legunt. Psal. 103. 2.

D. Chrysost.

Psal. 18. 7.

Mundus carmẽ elegantissimũ. D. Augustinus.

2. Corin. 6. 8.

Quin etiam Pythagoræ fuit sentẽtia mundum Musicæ ratione esse compositum, & eum deinde lyrã fuisse imitatam: vnde est illud Psalmi 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum*: seu, vt potest transferri ex Hebræo, *Exiuit linea eorum, vel amussis eorum*: quo significatur cælorum musicam ad lineã, & amussim fuisse cõcinnatam. Atque hinc orta quoque est multorum opinatio existimãtium corpora cælestia concentum edere: sic enim affirmarunt Philo Iudæus libro de sonis, diuus Ambrosius præfatiõe in Psalmos, Seuerinus Boetius libro primo de Musica cap. 2. D. Isidorus libro 3. Etymologiarum cap. 16. D. Anselmus libro 1. de imagine mundi, Plinus libro 2. historiæ naturalis cap. 3. Macrobius libro 2. in somnium Scipionis, Cælius Rhodiginus lib. 5. lectionum antiquarum cap. 25. imò & Plato in libro de Republica docet singulis orbibus cælestib⁹ singulas Sirenas insidere, quod idem refert Georgius Venetus tomo 5. poblematum in sacram scripturam sectione 5. num. 321. nec multùm abhorrent ab hac sententia diuinæ literæ, cùm dicatur Iob 38. *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dare faciet?* Itaque cælum liber est quidã harmonicus, qui summa cum iucunditate homines perrahit ad diuinam naturam, eiusq; perfectiones contem-

5 Pythagoras.

Psal. 18. 7

Cœlos concẽtum edere dixerunt aliqui.

Philo Iud. D. Ambrosi⁹.

Boetius. D. Isidorius. D. Anselm.

Plinius. Macrobius. Cœlius.

Plato.

Georg. Venet.

Iob 38. 37.

plandas. Id quod etiam affirmauit diuus Basilius homilia prima in Hexameron, vbi mundum appellat doctrinæ, & institutionis domicilium summarum mentium: & homilia vndecima eiusdem operis, *Vniuersa*, inquit, *hæc mundi moles perindè est, ac liber literis exaratus palàm contestans, & prædicans gloriam Dei, illiusque augustissimam maiestatẽ*: quod vsque adeò verum existimauit Origenes in commentariis super Genesim, super illa verba, *Vt sint in signa*, quemadmodum refert Eusebius libro sexto de præparatione Euangelica capite 9. vt per peràm asseruerit stellas positas esse in cælo, vt significarent vniuersas, & singulas rerum humanarum causas, non tamen efficerent: quia nimirùm Deus in stellis depinxisset rationes omnium rerum futurarum, vt supernorum spirituum virtutes in eis veluti in libro legerent, quæcunque hominibus citra vllam liberi arbitrij coactionem per singula temporum momenta essent euentura, & indè aliquam huius scientiæ partem, quæ humani ingenij vires superat, hominibus syderum obseruatoribus reuelarent: iuxtà quem sensum existimauit intelligendam esse sententiam quandam ex libro, cui titulus est, NARRATIO IOSEPH, olim à multis catholicis recepto: in quo Iacob Patriarcha inducitur in filios suos hæc dicens: *Legi in tabulis cæli, quæcunque euentura sunt vobis, & filijs vestris.* Sed hic tamen Origenis error alio cõmodiori loco à nobis cõfutabitur, cum illud interim nobis sufficiat cælestia corpora librum esse, qui recedet in fine mundi, quasi inuolutus, & vt loquitur Esaias, complicabitur: quia cessabit motus cæli, & quod est consequens, pulchra hæc rerum vicissitudo, & varietas, quæ cæli motũ consequitur.

D. Basilius.

Origenes.

Genes. 1. 14.

CAPVT VII.

OSTHAEC VIDI QVAtuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem. Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque aboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frõtibus suis.

Et audiui numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer duodecim millia ſignati. Ex tribu Nephtali, duodecim millia ſignati. Ex tribu Manaſſe duodecim millia ſignati. Ex tribu Simeon duodecim millia ſignati. Ex tribu Leui duodecim millia ſignati. Ex tribu Iſſachar duodecim millia ſignati. Ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph duodecim millia ſignati. Ex tribu Beniamin duodecim millia ſignati. Poſthæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen. Et reſpondit vnde ſenioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixi illi: Domine mi tu ſcis. Et dixit mihi: Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni: ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die, ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Non eſurient, neque ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus: quoniam Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos,
& deducet eos ad vitæ fontes aquarum,
& abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis
eorum.

ARGVMENTVM.

ADHVC perseuerat secunda visio huius operis. Cum Ioannes superiori capite de multiplici Ecclesiæ persecutione dixerit, hoc septimo persecutionis finem, pacemque, & tranquillitatem Ecclesiæ, eiusdemque propagationem non solùm ex Iudæis, sed multò magis ex gentibus prænunciat. Quod verò attinet ad visionẽ imaginariã, narrat vidisse se quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terrã, neq; super mare, neq; in vllã arborem. Deinde vidisse alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui, qui clamauit quatuor Angelis, ne nocerent terræ, neque mari, neque arboribus, quousque serui Dei in frontibus signarentur. Tertiò audiuisse numerũ signatorum ex omni tribu filiorum Israel, centũquadraginta quatuor millia, id est, duodecim millia ex singulis tribubus, quæ duodecim tantùm hoc loco numerantur, quia prætermittitur tribus Dan propter Antichristum, qui ex ea tribu orietur. At verò ex gentibus vidisse infinitam propemodùm multitudinem amictam stolis albis, & palmas manibus gestantem, quæ omnia deinceps sunt singulatim explicanda.

COMMENTARIVM QVINTVM EXEGETICVM.

De secunda visione Ioannis.

Quinam sint quatuor Angeli stantes super quatuor angulos terræ, & tenentes quatuor ventos.

SECTIO PRIMA

1 Aretha.

ARETHAS Cęsareæ Cappadociç episcopus visionem hanc ad finem mundi retulit, & hos quatuor Angelos bonos esse Angelos, propriéq; sumendos, & quæ de ventis hoc loco dicuntur, ad literam, vt verba sonant, intelligenda esse existimauit. Itaquè quatuor hosce ventos esse quatuor pręcipuos ventos, qui è quatuor pręcipuis orbis partibus, seu angulis, vt ait Ioannes, flare solent, Subsolanum videlicet ab ortu, Zephyrum ab occasu, Austrũ à meridie, Aquilonem à Septentrione: atque in his quatuor ventis cœteros intermedios intelligi oportere. Porrò super quatuor angulos, seu partes orbis stantes cõmemorari extremis mundi temporibus quatuor Angelos, tenentes vẽtos, hoc est, ventorum omnium vim, & impetum cohibentes, nè spirent super terram, neque super mare, neque

in vllam arborem: quoniam ijs temporibus similibus supplicijs, calamitatibusque afficiet orbem diuina iustitia: quia enim ventorum flatus ad vitam, conseruationemque animantium, imò & ad arborum germinationem, ac fœcunditatem multùm facit, inhibito omninò flatu ventorum necesse erit omnia interire. Verum hæc expositio nobis minimè probatur: quanquam enim nonnulla in hoc opere, vt verba sonant, accipi queant, vt suis locis annotabimus; quę tamen hoc capite dicuntur, altiora sunt, & illustriora, quàm vt iuxta verborum sonum Iudaico more intelligi debeant: id quod, mea quidem sententia, manifestè colligitur ex eo, quod, quæ statum subijciuntur de Angelo ascendente ab ortu solis, habente signum, seu sigillum Dei viui, signantęq; seruos Dei in frõtibus eorum, non vt verba sonant, accipienda sunt: nisi quis velit Apocalypsis maiestatem, & visiones omniũ, quæ vnquàm Prophetis ostensæ fuerunt, illustrissimas, ac præstantissimas, fætasq; rerum altissimarum mysteriis ita deprimere, vt nihil diuinum, nihil sublime, nihil altum, sed inanium ventorum dumtaxat flatus spiret. Accedit, quòd nec ipsa secum expositio cohæret: licet enim demus, nisi venti spirent, omnes arborum fructus, & animantes perituras; (quod tamen difficilè quis crediderit) quid de aquatilium genere dicemus, quæ non ita à ventis pendent, vt inhibitis ventorum habenis consistere ipsa non possint? & tamen quatuor isti Angeli tenebant ventos, ne flarent etiã super mare.

2 Iam verò, quòd quatuor isti Angeli boni Angeli fuerint, imperare mihi nõ possum, vt credam: nam cum Angelus ascendens ab ortu solis, habens signum Dei viui, qui ad illos voce magna clamauit. *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum*, bonus Angelus fuerit, imò & CHRISTVM repræsentauerit, vt paulò post dicemus, planè conficitur quatuor illos Angelos non ex Dei præscripto, & imperio, sed potiùs præter eius voluntatẽ, & cõsilium, non tamen permissionem ventorum vim, flatumq; inhibuisse: quod sanè si Angeli boni forent, nequaquam facere potuissent. Prætereà tametsi Deus supplicia interdum per bonos Angelos inferat, vt ait diuus Augustinus libro nono de ciuitate Dei capite quinto, perspicuumq; efficitur ex illis Angelis, qui ad excidendas Sodomorum vrbes venerunt, Abrahæq; apparuerunt, Genesis decimonono: per malos tamen Angelos id communiter præstare consueuit, quemadmodum docet Clemens Romanus libro quarto recognitionũ, diuus Hieronimus libro sexto in Esaiam, & alij, quos iam aliâs commemorauimus. Nec verò argumentum, quod depromitur ex eo, quòd Ioannes Angelos simpliciter appellat, illud euincit: etenim scitum est Angeli nomen simpliciter dictum etiam malis Angelis accommodari, veluti primæ Corinthiorum sexto. *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* vtique malos Angelos: & Matthęi 25. *Qui paratus est Diabolo, & Angelis eius*: & sæpè in hoc opere, vbi sępè Angelos in malam partem accipi debere vel ipso visionis contextu, rerũq; serie cogente demonstrabimus. Parũ etiam momenti habet illud, quod affertur Angelum ascẽdentem ab ortu solis, habentemq; signum Dei viui dixisse quatuor Angelis, *Quoadvsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum*; ex quo illud confici videtur quatuor illos Angelos bonos fuisse, quos videlicèt Angelus ascendens ab ortu solis, vtique bonus, tanquã comites sibi ascisçit, ac deligit ad seruos Dei in frontibus signandos: illud enim videtur apertè indicare, cùm ait, *Signemus*, magisq; explicare, cùm subdit, *Dei nostri*, communem Deum sibi, quatuorq; illis faciens, quem pariter colant, obseruent, venerentur: parùm, inquã, momenti habet, quia nõ est necesse, vt Angelus ascẽdens ab ortu solis, cùm dixit, *Signemus*, & *Dei nostri*, quatuor illos Angelos in suam societatem âd signandum asciuerit, communemq; Deum à se, atque illis coli significauerit: potuit enim

D. Augus. Genes. 19. Per malos Angelos punit Deus. Cleme. Rom. D. Hierony. 1. Corin. 6. 3. Math. 25. 41.

de

de se, aliisq; Angelis administris suis loqui, vt planè locutum fuisse arbitramur. Itaque se, aliosq; bonos Angelos socios, comitesq; suos intellexit, cùm dixit, *Signemus*, & *Seruos Dei nostri*. Sit igitur constitutũ quatuor illos Angelos nõ bonos, sed malos fuisse, ventorum verò appellationẽ non, vt verba sonant, ad quatuor præcipuos mũdi ventos, sed ad sublimiores alios esse referendam, vt iam dicemus.

Per quatuor Angelos, Dæmones intellige.

3 Ansbertus. Primasius. Haymo.

Est ergò secunda expositio, quam tradunt Ambrosius Ansbertus, Primasius, & Haymo referentes visionem non ad extrema mundi tempora, sed ad tempus illud, quod aduentũ Christi, eiusq; fidei toto orbe per Apostolos propagationem in quatuor Angelis antecesserit, & posteà in Angelo ascendente ab ortu solis fuit consecutum: putant enim quatuor istos Angelos esse quatuor malos Dæmones, quatuor mundi imperijs Assyriorum videlicèt, Persarum, Græcorum, atque Romanorum præsidentes; ipsa verò quatuor imperia per quatuor ventos accipi debere iuxta illud Danielis 7. *Eccè quatuor venti cæli pugnabant in mari magno*. Volunt igitur istos quatuor Dæmones tenuisse in manu sua vẽtos, hoc est, quatuor imperia, nè flarent super terram, hoc est, nè aliqui in illis veritatis doctrinam disseminarent.

Danie. 7. 2.

Vnde Ansbertus, *Propter quatuor*, inquit, *præcipua mundi regna, in quibus malignorũ spirituum princeps per idololatriæ cultum regnauit, quatuor in reprobam partẽ Angeli ponuntur: hoc verò sunt quatuor Angeli, quod quatuor venti. Quã ob rẽ cùm Angeli ventos, ne flare debeant, tenẽt, seipsos vtiq; tenẽt: & quia Diabolus, omnesq; iniqui vnũ sunt corp⁹, profectò & in Angelis, & in ventis ipse intelligitur. Quid itaq; fuit quatuor Angelos super quatuor angulos terræ stantes ventos, nè flarent, tenere, nisi occultum aduersarium, eiusque totum omninò corpus ità se inuicem vnire, atque constringere, ita os omnium obstruere, vt nequis auderet contra idololatriæ superstitionẽ verbum veritatis efflare? In terra autem diuersitas prouinciarum, in mari insularum exprimitur multitudo, in arboribus quoque, quia genus siluit Ioannes, pro earum diuersitate diuersa etiam officia, & conditiones hominum designantur.* Illud tamen nobis in hac sententia non parùm displicet, quòd quatuor ventos quatuor imperia interpretatur: quid enim opus erat, vt quatuor illi Dæmones, aut quatuor orbis principes se ipsos, aut subditos suos gentiles cohiberent, nè flarent super terram, hoc est, vt nè aduersùs idolorum cultum, & superstitionem insurgerent, veramq; fidem, doctrinamq; denunciarent, cùm ipsa imperia idolis seruirent, nec vllo pacto ad veram fidem denunciandam conatum vllum adhiberent? at cum quatuor Angeli dicuntur tenere quatuor ventos, nè flarent, illud haud dubiè indicatur quatuor illos ventos conatos quidem fuisse spirare, & flare, & si qua daretur porta, velut agmine facto ruere; sed tamen per vim fuisse à quatuor illis Angelis compressos, flatumq; eorum coercitum: quarè alij videntur venti astruendi, qui ad veræ doctrinæ salutarem flatum emittendum erumpere conentur, & quos opus sit non mediocri vi, atque potentia ab emittendo flatu cohibere.

Ansbertus.

Est igitur tertia sententia communior, quæ nobis magis probatur, & quam sequuntur Rupertus, Cælius Pannonius, Dionysius Carthusianus, Hugo Carensis, & alij, qui per quatuor Angelos in quatuor terræ angulis constitutos omnes orbis principes accipiunt, posito quaternario & Angelorum, & angulotum terræ numero, in quos totus orbis diuisus est, pro omnibus omnino tyrannis, principibus, dynastis vbique gentium dominantibus, qui à Dæmone principe huius mũdi incitati tenebant quatuor ventos terræ, ideſt, vniuersos Euangelij præcones, eandem ob causam quaternario numero comprehensos, potissimumq; propter quatuor Euãgelia, partim magnificis pollicitationibus, partim horrificis comminationibus post Christi aduentum, eiusq; resurgentis gloriam ab Euangelij prędicatione deterrebãt, vt nè vel minimum quidem sacrę doctrinæ flatum auderent mortalibus inspirare. *Ne flarent*, inquit, *super terram*

4 In quatuor Angelis designantur orbis principes. Rupertus. Pannon. Carthusianus. Carensis.

hoc

hoc est, homines in quauis orbis plaga, prouinciaq; commorantes; *Neque super mare*, hoc est, eos omnes, qui in maris insulis habitabant; *Neque in vllam arborē*, hoc est, eos fideles, qui sese in syluas, abditissimaq; loca metu persecutionis abdiderant: vel aliter, cuiuscunque tandem cōditionis ij homines fuerint, siue, inquam, barbari sint, & rudes, siue morum suauitate, & elegantia perpoliti, siue humili nati loco, siue illustri satu progeniti, vt videlicèt arboris nomen, quemadmodum superiores auctores interpretabantur, pro diuersa, ac multiplici hominum conditione positum sit. Quos tamen Angelos Angelus ille ascendens ab ortu solis habens signum Dei viui, hoc est, Christus Dominus inuicta suæ virtutis potentia cōpressit: cùm ad vniuersos mundi Principes imperiosè clamauit, nè cursum Euangelicæ prædicationis retardarent, sed laxis Euangelicis concionatoribus prædicationis habenis sinerent eos liberè in suis prouinciis Christi fidem, religionemq; disseminare, & siquidem venti erant cælestes, atque hominibus salutares, vniuersum orbem suæ prædicationis flatu, & amæna spiratione perflarent, quemadmodum sequenti sectione docebimus.

Christus Angelus ab ortu ascendens.

5 Cōcionatores, & doctores per ventos, & nubes significari.

Nec verò est insolens in sacris literis doctores, & diuini verbi præcones ventorum nomine significari, vt patet ex Canticorum 4. *Surge Aquilo*, idest, discede Aquilo, *& veni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius*: quibus verbis Ecclesiæ Doctores ad prędicandum Dei verbum incitantur, vt eorum prædicatione suauissima virtutum omnium aromata colligantur. Eodem pertinet illud Psalmi 134. *Educens nubes ab extremo terræ. Qui producit ventos de thesauris suis. Eosdem*, inquit Augustinus, *puto prædicatores, & nubes, & ventos, nubes propter carnem, ventos propter spiritum: nubes enim videntur, venti sentiuntur, & non videntur.* De his quoque ventis accipi potest illud Iob 28. *Qui fecit ventis pondus*, hoc est, qui suis concionatorib⁹ dedit humilitatis, & propriæ cognitionis pond⁹, ne ex officij magnitudine superbirēt: ita enim ingeniosæ apes facere solēt; illę enim, vt scribit Plinius libro vndecimo historię naturalis capite decimo, si exoriatur procella apprehensis pedusculo lapillis se librant, ne à vento abripiantur. Quid ni de concionatoribus ventos illos accipiamus, super quorū pennas Deus ambulare dicitur Psalm. 103. *Qui ambulat super pennas ventorum.* Verè enim Deus super pennas ventorum ambulare dicitur non solùm, quia per suā prouidentiam celerrimè omnia perlustrat, quasi ab alatis ventis tanquàm quadrigæ suæ equis perniciissimis vehatur, & quia celerrimus est ad nobis opem opportunè ferendam, sed etiam quia eius magnitudo, naturaq; sublimitas longè prædicatorum, doctorūq; omnium vel subtilissimam aciem superat ita, vt quantumcunque illi sese in sublime attollere, & volare ingenij sui pennis conentur, multò tamen altiùs Deus per incomprehēsibilem suæ naturæ altitudinem se efferat: quanquam D. Augustinus aliò deflexit per ventos animas, per pennas amorē Dei, & proximi intelligens: quo duplici amore omnes virtutes continentur, ita vt Deus dicatur ambulare super pennas ventorum, quoniam quantumuis animæ sint præditæ virtutibus charitatis; *Quid ad illā*, inquit, *dilectionem Dei, quæ sunt dilectæ? maior ergo in nos dilectio Dei, quā in vllum nostra; nostra dilectio pennæ nostræ sunt, sed ille ambulat super pennas ventorum.* Hæc ille. Cur verò doctores, concionatoresq; ventis comparentur, multæ rationes afferri possunt. Prima à celeritate ducitur, qua venti isti Euangelici huc, illucque discurrunt, vt veritatē fidei, bonitatemq; morum vbiquè dissemineni, quæ præcipuè celeritas in Apostolis resplenduit, qui breuissimo tempore vniuersum orbem peragrarunt. Secunda, quoniam instar ventorum effrænatas hominum appetitiones, veluti prauos humores exsiccant. Tertia, quia peccatores, profligataq; vitæ homines quasi nubes in Ecclesiæ cælo excitant, quæ deindè per compunctionem, ac pœnitentiam in frugiferū lacrymarum imbrem resoluuntur.

Cantic. 4. 16.

Psalm. 134. 7.

Augustinus.

Iob. 28. 25.

Plinius.

Psalm. 103. 3.

D. Augustin⁹

Similitudinis prędictę rationes.

Denique

Denique quia sacræ scripturæ difficultates quasi obscuras nubes è cælo Ecclesiæ dispellunt, ac dissipant, solemq; hoc est, verum Diuinarum literarum sensum, & intelligentiam patefaciunt.

Quis sit Angelus ille ascendens ab ortu solis, habens signum Dei viui?

SECTIO II.

1 POST QVAM Ioannes cõspexit quatuor illos Angelos, qui quatuor terræ ventos, ne flarent super mare, terram, vllã vè arborem, coercebant, quos vniuersos orbis principes impedientes Euangelicorum ventorum prædicationem interpretati sumus: vidit alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum, hoc est, sigillum Dei viui, (sic enim habetur Græcè σφραγῖδα, i. sigillũ) qui clamauit voce magna quatuor illis Angelis, quibus datum, hoc est, permissum est, nocere terræ, & mari, dicens. *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Consentiunt omnes interpretes, diuus Ambrosius, Rupertus, Ansbertus, Haymo, Pannonius, Richardus, Primasius, Dionys. Carthusianus, Hugo Carẽsis, & alij Angelum istum ascendentem ab ortu solis Christum Dominum esse, qui omnium orbis principum vim, atque tyrannidem, qua cursum Euãgelicæ prædicationis inhibebant, admirabili virtute, & potentia ita compressit, vt visus quodammodò fuerit illis imperiosè clamasse, ne Apostolicorum ventorum flatum coercerent, sed sinerent Euangelij præcones liberè in suis regnis, ac prouinciis cursitare, fidemq; suã, ac religionem omnibus amplectendã proponere. Dicitur verò Christus Angelus, hoc est, sicut eum Esaias cap. 9. appellat: *Magni consilij Angelus: Ascendens ab ortu solis*, vel quoniam, vt habes apud Zachariam cap. 6. ipse Oriens quoque dictus est, vt eo loco explicauimus: vel quia cum sese ab inferis viuum, glorioſumq; excitauit, ex quo potissimùm tempore Euangelij prædicatio cœpta est, quasi ab ortu ascendere, hoc est, quasi nouus sol oriri meritò videbatur. *Habens signum Dei viui*, seu, vt ait Rupertus, quoniam verbis, miraculisquè palàm fecit se verum, naturalemq; esse Dei filium: seu *habens signum*, hoc est, sigillum Dei viui, quia Pater omne iudicium dedit filio, & amplissimam in cælo, terraq; potestatem, vt omnia, quæ vellet, posset tanquàm Princeps eodẽ Patris sigillo obsignare, & confirmare, signareq; pro suis, quicunque in ipsum credidissent: quod adumbratum fuit Genes. 41. in Ioseph, cui Pharao annulum suum dedit signatorium, vt prò se vniuersas Ægypti prouincias gubernaret. Tùm verò commemorat Ioannes numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia ex omni tribu filiorum Israel, & infinitam ex omnibus gentibus multitudinem, quæ ab Angelo illo signata fuit sigillo fidei: qua visione explicata est innumerabilis eorũ multitudo, qui Christi fidem, ac religionem receperunt, vt ex iis, quæ inferiùs dicemus, fiet illustrius.

Accipe totius huius loci interpretationem ex diuo Ambrosio in commentariis super Apocalypsim, quę nostram hanc confirmat. *Alter*, inquit, *Angelus ascendens ab ortu solis Christus est, de quo scriptum est Esaiæ nono, Et vocabitur nomen eius magni consilij Angelus. Ipse est sol, de quo dictum est Malachiæ quarto, Vobis autem timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Ab ortu solis Christus ascendit, ideſt, à semetipso, quoniam non ex concubitu viri carnem assumpsit, sed à semetipso, qui vtique sibi carnem immaculatam ex carne virginis procreauit. Signum autem Dei viui est Christi Diuinitas, nam in carne positus signum Dei viui habuit: quia ea opera gessit, quæ demonstrabant eum vnicum esse Dei filium, sicut ipse dicit Ioannis 5. Opera, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Sequitur, Et clamauit*

Signum Dei, quid.

Interpretes.

Esaias 9.6.

Zachar. 6.

Cur Christus Angelus ab ortu solis ascendens.

Ruper.

Pater omne iudicium dedit filio.

Genes. 41.

Potestas Christi.

2

D. Ambr. Esai. 9.6.

Malach. 4.2.

Ioan. 5.36.

quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicēs. Nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Clamasse Dei fecisse dicitur: etenim aduentu suo fecit, vt Romani ab infestatione generis humani cessarent, fieretque pax per vniuersum orbem, sicut dicit Psalmista Psalm. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis; donec semina fidei per vniuersas gentes spargerentur, ac signaculo fidei ij, qui præordinati erant ad vitam æternam, signarentur. Hæc Ambrosius.

Psal. 71.7.

Alia de quatuor precedentibus Angelis probabilis expositio ad Constantini Magni imperium pertinens commemoratur.

SECTIO III.

1

VAMT VAM ea, quam superioribus sectionib⁹ tradidimus, communis sētētia nobis reliquis omnibus excellere videatur, non reijcienda tamen videtur illa, quæ hanc visionem ad Constantini imperium refert: quo tempore mirum in modum religio Christiana floruit, & in omnes Romani imperij prouincias propagata est, quam idcircò prætermittendam non duximus: eam tradunt, ac sequuntur Lyranus, Petrus Aureolus Cardinalis, & alij. Vt verò meliùs intelligatur, meminisse oportet ex ijs, quæ superiori capite diximus, Diocletianum, & Maximianum postquam per viginti annos imperij clauum tenuerant, sese eodem die imperio abdicasse, & in suum locum imperatores nominasse Constantium cognomento Chlorum, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium: tunc verò prouincijs inter se distributis Constantium quidem Occidentis, Galerium autem Orientis imperia, Africam prætereà, & Italiam obtinuisse. Illud etiam replicare oportet Constantio eo tempore defuncto successisse in imperium Occidentis Constantinum eius filium: Galerium autem partiendi laboris causa Cæsares appellasse Seuerum, quem Italiæ, & Africæ præfecit, & Maximinum ex sorore nepotem, cui imperium Orientis commisit, Græciam, & Illyricum sibi reseruās, & ipsam supremam Imperatoris potestatem; cui duo illi Cæsares essent subiecti: vbi iam cernis orbis imperium simul à quatuor Imperatoribus eodem tempore administratū, videlicet à Constātio, & post eius mortem à Constantino, Galerio, Maximino, & Seuero. Denique repetendum est milites prætorianos, qui Romę erant, absente Seuero, cuius illis administratio displicebat, Imperatorem appellasse Maxentium Maximiani, qui imperium renuntiauerat, filium; atque adeò quinque iam erant Imperatores, si Cæsares numeres: cui rei cùm Seuerus obuiam ire pergeret, cæsum occubuisse: itaq; Galerius eius loco appellato Cæsare Licinio aduersùs Maxentium ire parat, sed re infecta in Illyricū reuertitur, ibique moritur: quo mortuo Licinius se Imperatorem nominauit.

Lyranus. Petr. Aureo. & alij.

2

Igitur per quatuor Angelos intelligendos aiunt quatuor illos Imperatores, Galerium, Maximinum, Seuerum, & eo mortuo Licinium, & Maxentium, qui in quatuor angulis terræ, ideſt, in omnibus suę ditionis prouintijs Ecclesiam diuexabant. Etenim Licinius, quāuis initio pacificus fuerit, posteà tamen acerrimus euasit fidelium persecutor: quanquam verò impij fuerunt, nihilominus appellantur Angeli, ideſt, ministri persecutionis. Visi sunt tenere ventos, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborē, quia eo tempore impediebant Prelatos, Doctores, & contionatores Ecclesiæ, nè Christi fidem prædicatione sua dissemi narent; imò vt nè ipsos quidem fideles erudirent, qui non solùm in terra habitabant, sed metu persecutionis in remotissimas.

Quatuor Angeli, quatuor sunt Imperatores.

motissimas maris insulas fugiebant, & sese etiam abdebant in syluas: quam ob causam fit hoc loco mentio terræ, maris, & arborum.

Cur hoc loco terræ, maris, & arborum fiat mentio.

3

Postquàm verò Ioānes vidisset quatuor illos Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenēresq; quatuor ventos terræ, nè flarent super terram: vidit etiam alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signū Dei viui, qui clamauit voce magna quatuor superioribus Angelis. *Nolite*, inquit, *nocere terræ, & mari, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Hunc Angelum putant esse Constantinum Magnum, qui quatuor prędictos Imperatores ab Ecclesiæ persecutione cohibuit: is enim Maxentium, tametsi fratrem Faustæ vxoris suæ tyrannicè Romę imperantem accersitus ex Gallia à Senatu inito fœdere cum Licinio, collocataquè illi Constantia sorore, coacto exercitu, animatusquè cælesti signo crucis diuinitùs ipsi in cælis ostenso collatis signis profligauit. Tunc verò quamprimùm Constantinus cōmouit Licinium, vt in defensionem catholicæ fidei conspiraret; de eademquè re literas scripsit ad Maximinum Orientis Cæsarem, quibus etsi inuitus paruit: reliqui etiam à persequenda Ecclesia destiterunt: imò antè hanc victoriam iam Galerius de Constantini consilio persecutionem cessare mādauerat rescissis omnib⁹ legibus, quas contrà Christianos antè tulerat. Præterea Maximianus Constantini socer iterùm ad imperium reuerti cupiens, Constantinumquè decernens per proditionem obtruncare, detectis insidiis fuerat iussu Constantini interfectus. Diocletianus etiam, quòd crederetur fauere Maxentio asperioribus Constātini, & Licinij literis reprehensus præ tristitia dicitur obijsse; aut, vt alij volunt, se ipse veneno peremisse. Denique ipsum Licinium aduersùs Christianos iterùm sæuientem Constantinus bello primùm vicit; deinde occidi præcepit: tunc verò summa imperij vni Constantino cessit. Itaquè rectè dicitur Cōstantinus clamasse quatuor Angelis, nè terræ, mari, aboribusquè nocerent, quia omnem Ecclesiæ persecutionem magnitudine animi admirabili, & potentia compressit, & quasi imperiosè clamauit quatuor Imperatoribus nominatis, ne Ecclesiæ nocerent, cùm eorum aduersùs Ecclesiam conatus non solùm retardauit, sed etiam repressit, dispulsisq; præcedentium temporum tenebris noua luce Ecclesiæ cælum serenauit: quam ob causam apparuit ascendens ab ortu solis, quia instar solis orientis lucem secum Ecclesiæ attulit. Denique quod subiungitur, *Habentem signum Dei viui*, clarius est, quam vt explicari debeat: quis enim nescit Constantino crucem dominicam, quæ hoc loco signum Dei viui appellatur, diuinitùs in cælo ostensam fuisse, ipsumq; Constantinum vexillum quoddam militare, quod labarum dicebatur, in formam crucis efformasse, quod in prælijs præferri mandauit? quæ omnia, quia illustrissima fuerunt, & ad hanc visionem intelligēdam maximè pertinēt, peculiarem per se sectionem desiderant.

Aagelum signū Dei habentem, Constantinum putant aliqui.

De vexillo crucis, quod Cōstantino Magno diuinitùs in cœlo apparuit.

SECTIO IIII.

NARRANT igitur Eusebius libro primo de vita Constantini, Nicephorus libro septimo capite vigesimo nono, Zonaras in Constantino, Senatū, populumquè Romanum Maxentij tyrannide incitatum Constantinum in Gallijs agentem per oratores obsecrasse, ne vrbem imperij matrem, & caput negligeret, sed eam à Maxentij sæuitia, ac tyrannide liberaret: ea legatione Constantinum commotum scripto, & coacto exercitu in Italiam aduersùs Maxentium contendisse. Quoniam verò haud ignorabat sapiens, piusquè

1 Eusebius. Nicephorus. Zonaras.

Imperator potiore sibi auxilio opus esse, tùm quòd multò maiores copias haberet Maxentius, tùm propter maleficas, & magicas incantationes, quæ apud eum tyrannum exercebantur, Deum sibi quærendum adiutorem putauit, eius præsidium duntaxat inexpugnabile esse intelligens: cogitat igitur quem Deum potissimùm implorare debeat, quod dum cogitat, subit animũ eius talis cogitatio; cum plures anteà imperio potiti essent, illos quidem, qui plures Deos coluerant, eisquè hostias, victimasquè litauerant, falsis vatum diuinationibus, Deorumq; oraculis delusos nullum è cælo auxilium sensisse, quin potiùs multis calamitatibus, & infelicibus rerum omnium conuersionibus implicatos miserrimè perijsse: solum verò patrem suum Constantium Chlorum spretis Gentilium superstitionibus vnum Deum vniuersitatis huius effectorem, molitoremq; agnouisse, atque in eo spes omnes suas cum collocasset, semper eum propitium, ac facilem, inuictumquè imperij seruatorem expertum fuisse. Cum igitur hæc omnia secum tacita cogitatione versaret, reiecta Deorum illorum omnium turba paternum sibi Deum colendum esse existimauit; quarè eum assiduis precib⁹ inuocabat, rogabatq;, vt sibi quisnã esset, ostenderet, rebusq; suis opem, & auxilium afferret.

2 Hæc oranti ostentum quoddam diuinum, atque planè admirandum apparuit, quod Imperatorem ipsum sibi iureiurando confirmasse testatur Eusebius loco citato. Aiebat nanq; se post meridiem in cælo suprà solẽ trophæũ crucis è luce constructum vidisse ista inscriptione, ἐν τούτῳ νίκα, hoc est, *In hoc vince*: quo conspecto se, & totum exercitum fuisse stupore correptum: cumq; ipse cogitabundus de tãto prodigio multa animo voluerer, nocte insequenti dormienti sibi Christum vnà cum signo, quod in cælo viderat, apparuisse, præcepisseq;, vt aliud simile sibi iuxtà formam in cælo ostensam compararet, illudq; contrà hostiũ impetũ in exercitu ferret certissimum signum victoriæ futurum: mox vbi surrexit, conuocatis auri, ac lapidum pretiosorum opificibus in eorũ medio sedisse, imaginemq; signi, quod viderat, manu sua adũbrasse, mandasseq;, vt auro illã, ac lapidibus pretiosis exprimerẽt: fuit verò signum in hãc figuram elaboratũ, quemadmodũ se Eusebius vidisse confirmat. Erat hasta in sublime erecta, auroq; circundata, cornu habebat transuersum ad formam crucis efformatũ: supernè in summo apice corona ex lapidibus pretiosis, & auro contexta, sub quo erat salutaris appellationis symbolum duobus solùm elementis, idest, duabus primis literis Græcis nominis Christi, P litera in medio literæ X. subtiliter inserta, quę totum Christi nomẽ perspicuè significabant: quas quidem literas deinceps semper Imperator in galea gestare consueuit. In transuerso cornu, quod in hasta transfixum erat, velamen quoddam pendebat, regalis scilicet purpura, quæ varietate pretiosorum lapidum inter se cohærentium, ac splendore lucis fulgurantiũ, auroq; multo inserta admirabilem exhibebat spectantibus pulchritudinem. Itaque velum hoc de cornu pendens longitudine, ac latitudine mensuram crucis exęquabat: ipsum verò hastile oblongum versùs initium longè erat protractum, supernè autem in sublime sublatam sub crucis trophæo ad extremitates vsque circundantis illud veli Imperatoris imaginem ad pectus vsque auream vnà cum liberorum imaginibus pręferebat.

Atq; hoc salutari signo Imperator ad cuiusuis aduersariç, & hostilis potentię vltionem vtebatur; cuius similitudines expressè mandauit, vt antè omnẽ exercitũ pręferrẽtur: imò refert Euseb lib. 2. de vita Constãtini, & Sozomenus lib. 1. hist. Eccles. c. 4 non solùm mãdasse Constantinũ, vt hoc vexillũ exercitus suos omnes præiret, sed etiã, vt laborãtibus in pręlio aciebus adesset, deputasseq; nobiles quosdã ex satellitib⁹, quorum id muneris esset, vt per vices id signum humeris suis ferrent, & acies hostium circuirẽt. *Fertur autẽ*, inquit Sozo-

menus

2 Eusebius. Constantino trophęum crucis apparet.

3 Eusebius. Sozomenus.

Per somnum Christum cum cruce videt.

Crucis miracula.

menus, *quempiam ex vexilliferis signum hoc aliquandò gestantem, propter repentinũ hostiũ incursum metu perculsum alij illud tradidisse, ac se pugnæ subduxisse, & cum iam extrà telorũ iactũ esset, subitò letaliter vulneratũ cecidisse: eum verò, qui diuinum signum gestandum acceperat, licèt multorũ iaculis impetitum illæsum mansisse, quòd mirabili modo hostiũ iacula cõtra eum directa diuina sic moderante virtute signo essent infixa, nec gestantẽ, licet in medijs periculis constitutũ contigissent: quin & hoc ferũt nec aliũ quẽpiam militem signũ hoc in bello gestantẽ siniſtra vnquam clade, sicut aliâs fieri solet, cecidisse, vel vulnera, aut captiuitatẽ sustinuisse.* Atque hoc est Constantini vexillum, quod Romani labarum appellant: sed non solùm in labaro Imperatoris, sed & in suo etiam diademate crucis signũ incidi, & in proprijs imaginibus depingi, in numis quoque imprimi, imò in ipsis quoque militum clypeis, & galeis idem crucis signum, Christique nomẽ effigiari præcepit Constantinus, quẽ-ad modum docet Eusebius in vita Cõstantini, vnde Prudentius.

Eusebius.

Prudentius.

Christus purpureum gemmãti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

4

Statuam etiam Constantinus sibi erigi Romæ mandauit, quæ crucis signum manu ostentaret. Sed quærat meritò aliquis, vnde labari nomen ortum habuerit? Eusebius Cœsariensis libro 2. de vita Constantini innuit dictum ità esse, quòd in certamine laborantibus opem ferret; agens enim de victoria, quam Constantinus de Licinio reportauit, hæc habet. *Cum Constantinus huiusmodi sermones locutus esset, exercitum ad prælium procedere iussit: quo facto ostentum quoddam mirabile circà ciuitates tyranno subiectas apparuisse ferunt, nempè varias armatorum Constantini acies in ipso meridie ciuitates, quasi quæ iam bello vicissent, pertransire, idque tum visum est, cum re vera nemo militum illius vspiam compareret: vbi autem exercitus prælium attigerunt, primus bellum orsus est, qui amicitiæ fœdera ruperat: hic Constantinus inuocato Deo seruatore omnium, datoque hoc armatis circà se signo bellico primam aciem deuicit; deindè non multò post etiam altero conflictu superior factus potiore victoria salutari trophæo aciem ipsius præcedente potitus est: cum hoc igitur conspicuum esset, orta est aduersariorum fuga insequentibus victoribus. Quod cum Imperator cerneret, sicubi aliquam exercitus sui aciem laborare, defatigarique videbat, eò salutare trophæum, quasi auxiliare quoddam medicamentum deferri iubebat, cum quo confestim apparebat victoria, simulque in certamine laborantes fortitudine, ac robore diuino accedente nutu confirmabantur.* Hæc Eusebius, qui cum dicat signum illud quasi salutare quoddam medicamentum deferri solitum laborantibus in acie militibus, illucq; quamprimùm transferri, vbi acies laborabant, indicat dictum fuisse labarum à leuando labore, aut ab adiuuandis in acie laborantibus: idemq; habet Sozomenus libro primo historiæ cap. quarto: quin & Gregorius Nazianzenus oratione prima contrà Iulianum idem nominis etymon tradit: exponẽs enim quomodò Iulianus Apostata labarum tanto habitum antè in honore aboleuerit, sic ait. *Quin eò audaciæ quoque prorupit, vt aduersùs magnum illud vexillum præceps ferretur, quod simul cum cruce magnificè, & cum insigni pompa exercitum ducit in sublime euectum, quod soluendorum laborum vim habet, ab eoquè apud Latinos nomen trahit.* Putat verò Cardinalis Baronius tomo tertio Annalium voluisse significare Gregorium labari nomen deductum esse à voce Latina *Labor*, & à Græca ὄρος, quæ terminum significat, vt idem sit labarum, atque laboris ὄρος, seu laboris terminus: quæ nobis sententia non omninò satisfacit, cum nomen labarum à Latinis, vt ait Gregorius, impositum fuerit; illi autem non ità nomina solerent effingere, vt ea ex Latino simul, & Græco sermone conflarent: potiùs credimus labarum Latinum duntaxat esse nomen ad id Constantinianum vexillum, quod descripsimus, exprimendum noua vocis institutione efformatum, per antiphrasim ab arcendis laboribus,, seu laborantibus adiuuandis in acie appellatum.

Sozomenus. Greg. Nazian.

Baron. Cardin.

Vnde labari nomen ortum. Eusebius.

5

Vuolfangus.

Procopius.

Adrian. Turn.

Sozomenus.

Tertullianus.

Aurelius Prudentius.

6

Eusebius. Constantinus crucē eximie coluit.

Porrò cum multa essent vexillorū genera apud Romanos, de quibus fusè agit Vuolfangus Lazius libro septimo Commentar. Romanæ Reipublicæ cap. quinto, erat vnum præcipuum, quod ante ducem exercitus præferebatur, idque duplex, vnum rubeum, quod erat ipsius ducis, siue imperatoris, & flammeum à colore dicebatur: alterum totius exercitus aureum, gemmisque, atque vnionibus exornatum, quod proprio vocabulo labarus, seu labarum appellabatur, & Procopio libro quarto historiæ Gothicæ pandum. Adrianus Turnebus libro decimo quinto aduersariorum capite decimo sexto ait se in vetusto lexico etiam laborum reperisse, & ità scribi apud Sozomenū libro nono historiæ Ecclesiasticæ cap. quarto, Δάτερον δὲ τῶν σκήπτρων ὁ ῥωμαῖοι λάβαρον καλοῦσι: labari verbo vtuntur diuus Ambrosius, & Tertullianus in Apologetico cap. 16. *Sypara*, inquit, *illa vexillorum, & labarorum stolæ crucium sunt*. Vexillum igitur Romanū, quod anteà iam labarum dicebatur, Constantinus Magnus crucis figura, nomineq; Christi per compendium literarum exornauit, eoq; præcedente aduersus Maxentium aciem instruxit, vt paulò superiùs diximus: id quod elegantibus carminibus cecinit Aurelius Prudentius libro primo de potentia crucis contrà Symmachum.

Hoc signo inuictus transmissis alpibus vltrò
Seruitium soluit miserabile Constantinus.
Cum te pestifera premeret Maxentius aula,
Testis Christicolæ ducis aduentantis ad vrbem
Miluiæ exceptum Tyberina in flagra tyrannum
Præcipitans, quanam victricia viderit arma
Maiestate regi, quod signum dextera vindex
Prætulerit, quali radiarint stemmate pila.
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

Præterea tam eximius crucis cultor fuit Constantinus, vt quemadmodùm refert Eusebius libro tertio de vita Cōstantini, nunc vultum suum salutari signo communiret, nunc victoriæ tropliçum ostentans, quod & in picta tabula quadam altissima, & præ foribus imperialibus suspensa omnium oculis visensum proponeret, depictumq; salutare signum capiti suo imponi, inimicam verò, & hostilem ferā, hoc est Dæmonem, quę Ecclesiam Dei per impiorum hominum tyrannidem vastauerat, in forma draconis in profundum deprimi fecerit: draconem enim eum, ac tortuosum serpentem diuina oracula appellant: quapropter imperator draconem hunc suis, ac suorum pedibus subiectum, iaculoque circà mediū vteri transfossum, ac maris fundo iniectum per ceratam confectum figuram cunctis ostendebat, quem & virtute salutaris trophæi, quod super caput ipsius suspensum erat, ad profundū perditionis cessisse significabat. Itaque diuino instinctu afflatus his imaginibus expressit, quæ Prophetarum vaticinia multò antè prænunciauerant; Deum vi delicèt gladium suum magnum, & fortem aduersùs serpentem veterem educturum, ac draconem, qui in mari est, interfecturum, vt habes apud Esaiam capite vigesimo septimo. Narrat quoq; Eusebius libro quarto de vita Constantini tantam fidei vim diuino quodam instinctu in eius animo defixam fuisse, vt in aureis numis imaginem suam ita insculpi curauerit, vt expansis manibus instar precantis cœlum contueri videretur, quod genus, inquit, numi hac effigie sculpti per omnes Romani imperij gentes volitabat.

Esai. 27. Eusebius.

Felicitas Ecclesiæ, fideique propagatio sub Constantino Magno describitur.

SECTIO V.

I

VAM verū sit illud, quod sacrarum literarum monumentis consignatum legimus Prouerbiorum 21 *Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud*: Constantinus Magnus suis factis Prouerb. 21.1

expressit

expreſsit, quæ non niſi flectente, & inclinante cor eius Domino efficere omnino potuiſſet: ad arcana verò diuinæ prouidentiæ pertinet, quòd nullum ſuperiorum Romani imperij principum Deus ad tantæ felicitatis faſtigium eligere inſtituerit, vt eximiis, & præclaris officiis apud vniuerſam Eccleſiam collocatis miro ſibi modo Dei amorem, & beneuolentiam conciliaret, niſi vnum Conſtantinum, cui id ſingulare beneficium de induſtria, ſicut Sauli Regi dixit olim Samuel, ſeruatum fuit. Præceſſerant omnes illi, quos commemorauimus, procelloſi grauiſsimarum perſecutionum turbines, turbulentæque tempeſtates ſæuientibus ſubindè tyrannis excitatæ fidelium pacem per vniuerſas imperij prouincias turbauerãt; eadem furentium ventorum procella Chriſtianorum templa in Dei cultum magnis vbique ſumptibus, laboribuſque erecta radicitùs conuulſerat, fideles ipſi vi debacchantium turbinum abrepti exquiſitis vbique cruciatibus diſcerpti, ac dilaniati omnia ſola terrarũ, in quibus graſſabatur tẽpeſtas, ſanguine ſuo per ſummam impetatem fuſo miſerrimè cruentabant; denique nox atra cœlum, ſolemque oculis eripiens cum ſummo omnium mœrore, & luctu vniuerſæ Eccleſiæ incubabat: cùm Conſtantinus Magnus fauſtis, ac felicibus cæleſtis numinis auſpiciis tanquam ſol Eccleſiæ fulgentiſsimus illuxit, qui diſpulſis tenebris ſua luce, & ſplendore Eccleſiæ cælum colluſtrauit, vẽtorum inhibuit vim, tẽpeſtatẽ ſedauit, collapſa non modò templa iterum erexit, ſed alia de nouo verè imperatoria liberalitate, & munificẽtia multò illuſtriora, opulentioraque per omnem imperij ditionem exædificauit, ſuperiorum Imperatorum aduerſus Chriſtianos edicta omnia reſcidit, nouaque ſanxit, atque vulgauit illuſtriſsimam religionis noſtræ commendationem, eximioſque fidelium fauores, & priuilegia continentia: ex quibus idcirco operæpretiũ duximus nõnulla decerpere, vt omnes videant, quanto iure præſentem viſionem ad Conſtantinum Magnum referendam arbitremur.

Eſt igitur huiuſmodi Conſtantini edictum pro Chriſtianis apud Euſebiũ libro ſecundo de vita Conſtantini. 2

Conſtantini edictum pro Chriſtianis apud Euſebiũ.

Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus Prouincialibus Palæſtinæ. Cum tam grauis impietas res humanas occuparet, ac Reſpublica quaſi peſtifero quodam morbo penitùs perdenda periclitaretur; vide quodnam leuamen Deus, liberationemque à malis excogitarit? Miniſterium meum voluntati ſuæ accommodum requiſiuit, qui inde à mari Britannico, & illis orbis partibus orſus, potentiore quadam virtute cuncta illa, quæ orbẽ premebant, mala repulit, vt ſimul & genus humanum ad ſanctiſsimæ legis culturam meo inſtitutum miniſterio reuocaretur, & fides beatiſsima ſub potiore ductore creſceret: haud enim ſic ingratus eſſe velim, vt debitam gratiam, optimum ſcilicet miniſterium negligam, hoc mihi donum conceſſum credens, per quod etiam ad Orientis vſque regiones progreſsus ſum. Quotquot itaque propterea quòd honorem cæleſti numini debitum, ac fidem non neglexerunt, cui ſeipſos totis animis conſecrarunt, ſæuis iudicum ſententijs ſubiecti patriam exilio commutarunt, quibuscunque temporibus id perpeſsi ſint, vel ſiqui curialium catalago adnumerati ſunt, priorem illorum numerum non adimplentes, hi patrijs locis, ac conſuetæ quieti reſtituti omnium liberatori Deo gratiarum actiones perſoluant: aut ſiqui bonis ſuis ſpoliati, & vniuerſarum facultatum iactura oppreſsi mæſtiſsimam hactenus vitam egerunt, ij antiquis ſedibus, cognationibus, & facultatibus reddîti Diuina beneficentia cum gaudio perfruantur. Quin etiam quotquot in inſulis præter animi ſententiam detinentur, hac prouidentia noſtra frui præcipimus, vt qui hactenus difficilibus montium locis, ac circumfluo incluſi mari fuerunt, inamæna, & immani ſolitudine liberati iucundiſsimis ſeſe locis reſtituentes, ſicuti deſiderant, compotes euadant: & qui paupercula vitam multo tempore in ſordibus egerũt, hi cupidè, ac raptim ad ſuos reuerſi, & curis in poſterum liberi abſque metu apud nos viuant, qui nos Dei & gloriamur, & credimus eſſe ſeruos. Quotquot igitur ita condemnati ſunt, vt in laboriоſis metallorum officinis laborent, vel operibus publicis ſeruiant, continuos labores dulcedine, faciliorique vita commutantes, immoderatas laborum moleſtias in placidam quietem conuertant. Quin etiam ſiqui olim militaribus dignitatibus probati illis propter atrocem, & in-

iustam causam excideruntᵗ, eoquòd diuinæ cognitionis confessionem dignitati, quam habebant, prætulerunt, horum liberum sit arbitrio, vel si militiam affectant, in gradu, quo fuerunt, manere, vel cum honorifica dimissione in libertate agere: decet enim, vt qui tantam magnanimitatem aduersùs obiecta pericula ostendit, otio, si volet, & honore pro ipsius arbitrio fruatur. Ad hæc quotquot nobilitatis prærogatiua priuati talem aliquo pacto iudicum sustinuerunt sententiam, vt vel in gymnasia, vel texendi officinas iniecti iniucundum, ac miserum laborem ferant, hi cum bonorum, quibus anteà potiti fuerant, tum libertatis bonis gaudentes, & ad pristinas dignitates reuocati cum omni deinceps animi alacritate vitam ducant: & qui libertate in seruitutem commutata insueta ministeria obire se deplorat, vtpote quòd subitò se è libero seruum factum esse videat, pristina secundum præsens hoc nostrum institutum libertate recepta genitoribus suis sese restituat, eosque labores obeat, qui liberum hominem decent. Adiiciendæ sunt autem facultates, non quibus varijs sint, & aljs de causis priuati, sed siue quidam optimo, ac diuino martyrij certamine tolerato imperterrita, & virili mente bonorum spoliationem sustinuerunt, & in confessione perdurantes æternam sibi ipsis spem compararunt; siue aliquò demigrare coacti, & quoniam persecutoribus non cesserunt, vt fidem perderent, facultatibus suis priuati sunt; vel si quidam morti adiudicati spoliationem bonorum suorum tulerunt, horum facultates cognatis restituendas esse præcipimus. Est autem omnino cognitu facile, quibus propinquioribus inter cognatos hæreditates competant, cum de his ipsæ leges statuant. Si verò nemo ex propinquioribus superstes fuerit, ita vt nemo adsit siue martyrum, siue confessorum, siue eorum, qui ob eiusmodi causam in exilium amandati sunt, hæres cuiusque loci Ecclesia perpetuò deputata sit ad eius successionis hæreditatem: nec erit id vllo pacto graue mortuis, si eam sortiantur hæredem, cuius gratia omnis generis labores pertulere: quòd si prædictorum aliqui de facultatibus non nihil, quibus voluerunt, largiti fuerint, rationi consentaneum est, vt propria illis maneat possessio. Nè verò error aliquis in hoc appareat edicto, sed in promptu sit cuiuis, quod æquum est, cognoscere, sciendum est omnibus siue agrum, siue domum, siue hortum, vel aliud quid prædictorum possederint, bonum ipsis, & vtile fore, vt id confiteantur, & illis quàm citissimè restituant. Quapropter etiam si videantur quidam illorum ex iniusta possessione multum tulisse emolumenti, huius repetitionem nos non iudicamus esse iustam, ita tamen, vt ipsi quantũ, & vnde collegerint, agnoscentes, ignoscì sibi à nobis petant. Quæcunque Ecclesiis rectè cõpetere videbũtur, siue domus sint, quæ possidentur, siue agri, siue horti, siue alia quæcunque, nullo eorum, quæ ciuitatem hãc concernunt, iure diminuto, sed cunctis integrè permanentibus restitui præcipimus: quin & ipsa loca, quæ martyrum sunt corporibus honorata, & monumenta glorioſi ſeceſſus exiſtunt, quisnam Ecclesiis competere dubitabit? imò non præcipiet etiam, quandò nec melius sit donum, neque gratiosior labor, plusquè vtilitatis habens, quam diuino dirigente spiritu de his rebus esse solicitum, ac quæ malis sunt prætextibus à flagitiosissimis viris ablata, sanctis Ecclesiis restituere, ac vindicare? Quoniam igitur euidentissimis, & clarissimis demonstrationibus omnipotentis Dei virtus resplenduit, admonitionibusq; simul, & auxilijs, quæ propter me crebrò cõferre dignatus est, quibus molestiũ illã, quæ anteà vniuersas res humanas obtinebat, ex vniuerso orbe, qui sub cælo est, expelli cõtigit, singuliq; iam, & vniuersi simul diligẽti cura cõsiderant, quænã sit illa potestas, quæ semen illud, vt ita dicã, flagitiosissimorũ hominũ amolita est, & euertit, bonorũ verò lætitiã reuocatã ad quasuis regiones abundè prorogauit, ac rursùs diuinũ illã legẽ cũ omni reuerentia cõuenienter coli, illisq;, qui se ipsos ad hoc cõsecrarũt, vt hãc cõuenienter colãt, plenã potestatẽ largita est, qui perindè atq; è densa quadã caligine conspiciunt, perspicuã literarũ scientiã nacti conuenientẽ posthac cultũ, piumq;, & cõsentientẽ honorẽ circa eandẽ ostendent.

Atque hæc quidem ad Palæstinos Constantinus: quæ omnia, vt imperabat, perfecta sunt. Deinde verò Gentibus per prouincias sparsis duces mittebat maiori ex parte salutari fide imbutos: qui verò Gentilissimum sapere videbantur, ijs sacrificandi facultas negabatur. Eadem lex Duces, ac præsides ita frænabat, vt eis si Christiani essent, iniungeret, vt tam excellenti appellationi facta responderent; si verò aliter essent animati, omninò simulacrorum cultum interdiceret. Posteà duæ aliæ quoque leges latæ sunt, quarum vna prohibebat vniuersis idolorum cultum;

3

altera

alter a mandabat, vt oratoriorum, quæ dicebantur, ædificia erigerentur, templa anteà vel diruta, vel collapsa instaurarentur, aliàque de nouo tum quoad longitudinem, tum quoad latitudinem ampla, & magnifica extruerētur: neque hac in re sumptibus, & expensis vlla ratione pareceretur, sed si opus esset ex ipsis Imperatoris thesauris, & vectigalibus necessariq; pecuniq; suppeditarētur: qua de re libet hoc loco adscribere edictum, quod ad Eusebium Cæsareæ Palæstinæ Episcopum misit, vt ipsemet testatur secundo libro de vita Constantini. *Victor Constantinus Maximus Augustus Eusebio. Quàm ad hoc vsque temporis impia illa sententia, tyrannideque ministros seruatoris persequente cunctarum sint Ecclesiarum ædificia vel propter incuriam labefactata, vel metu immineutis iniquitatis vendibilia ac vilia reddita, cognoui, & accuratè intellexi frater dilectissime. Iam verò libertate reddita, ac draconc illo à Rei publicæ gubernatione maximi Dei prouidentia, nostraque opera expulso cunctis arbitror manifestam esse factam Diuinam potentiam, eosque qui vel metu, vel incredulitate in peccata quædam inciderunt, ad veram, & rectam vitæ constitutionem accessuros. Quotquot igitur Ecclesijs vel ipse præs, vel alios suis quosque locis Episcopos, Presbyteros, vel Diaconos præesse nosti, admone, vt diligentes sint circà Ecclesiarum structuras, ac vel existentes restaurent, vel auctiores reddant, vel vbi necessitas exigit, nouas ædificēt. Petes verò & ipse, & alij per te à præsidibus, magistratibusque prouincialibus ea, quæ necessaria sunt; his enim scriptum est, vt omni promptitudine, quæ à sanctitate tua dicuntur, administrent.* Hæc ad Eusebium. Præterea quoniam error idololatriæ prædecessores suos occupauerat, catholicæ fidei doctrinā misit ad omnium gentium Prouinciales monens subditos, vt Deum rerum omnium auctorem cognoscerēt, Christumquè seruatorem amplecterentur, palamq; nuncuparent, vt patet ex peculiari ea de re imperiali edicto, quod habes apud Eusebium loco paulò antè citato.

Litere Constantini ad Eusebium de restaurandis Ecclesijs.

4 Sozomenus.

De propagatione verò fidei sub Cōstantino hæc scribit Sozomenus libro 2. cap. 6. *Difficile est, inquit, singula conscribere: quàmplurimæ siquidem & aliæ ciuitates ad Christianam religionem tunc temporis cum fiducia accesserunt, vtroque imperatore nihil horum præcipiente templa sua, & statuas demolitæ sunt, & domos oratorias ædificarunt. Cum autem hoc pacto Ecclesia per vniuersum Romanum imperium creuisset, ad barbaros etiā religio Christiana peruenit: iam enim & quæ ad Rhenum habitant gentes, Christianismum receperunt, Celtæquè, & Galatæ, qui extremi ad Oceanum commorantur, & Gothi, & quotquot illis vicini sunt, olim ad ripas Istri fluij Christianæ fidei participes facti ad vitā sunt māsuetiorē, ac rationi magis consentaneā mutati. Sub hoc autem imperio & Iberi Christū agnouisse feruntur; est ea gens barbara, & bellicosissima, & vltrà Armenios ad Arctον habitans: opera autem Christianæ, & captiuæ cuiusdam mulieris factum est, vt patriam superstitionem contemserint.* Quod postquam fusè commemorat Sozomenus, addit capite septimo. *Ad hunc modum Iberi Christum cognouerunt. Posteà verò ad vicinas quoque gentes doctrina Christianorum peruenit, & incrementum accepit. Armenios anteà Christianam fidem recepisse audiui: fertur enim Tiridates, qui genti Armenorum præerat, occasione stupendi cuiusdam miraculi, quod domi suæ diuinitùs contigerat, simul & ipse ad Christum fuisse conuersus, & cunctis subditis, vt eandem similiter religionem amplecterentur, præcepisse.* Hæc Sozomenus; idemquè referunt Socrates libro primo capite 16. Theodoretus libro secundo capite sexto, & alij. Atque hæc satis esse videntur, vt perspectum sit, quanto iure præsens ui sio ad Constantini tempora referatur, sub quo finitis superiorum persecutionum turbinibus, & eorum, qui tunc temporis Romanum imperium obtinebāt, tyrannide compressa Christiana religio vsq; adeò floruit, fidesq; ad extrema vsq; sola terrarum propagata est: id quod vaticinari pergit Ioannes commemorata infinita propemodùm hominum multitudine, qui tùm ex Iudæis, tum vel maximè ex gentibus Christi fidem receperūt: quod iam explicare aggredimur.

Fidei propagatio sub Constātino.

Christiane mū lieris captiuę opera Iberi fidem recipiunt

Socrates. Theod. & alij.

Cur fideles, & precipue prædestinati appellentur signati.

SECTIO VI.

1 DOCVIT Ioannes Angelum illum ascendentẽ ab ortu solis clamasse quatuor Angelis, quibus datum erat nocere terræ, & mari, *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum*: tunc verò audiuisse se numerum signatorum, videlicet centũ quadraginta quatuor millia ex omni tribu filiorum Israel: ex omnibus verò gentibus, populis, & linguis innumerabilem signatorũ multitudinem. Cum verò in superioribus docuerimus per eiusmodi signatos, fideles, qui fidem Christi receperunt, accipiendos esse: illud nunc explicandum superest, cur signati nuncupẽtur.

2 Primùm igitur omnes in vniuersum fideles appellãtur signati ratione fidei, quæ signaculum dicitur 2 ad Timotheum 2. *Firmum autem fundamentum Dei stat habens signaculum hoc.* Dicitur autem fides signaculum primò, quia per fidem obsignat Deus sua promissa, quę ratio est D. Ambrosij in commentarijs epistolę citatæ. Fundamentum Dei fides est, quæ continet, quæ promisit Deus, quæ fides non poterit infringi perfidorum, & hæreticorum commentis; signaculum enim promissionis Dei fides nostra est, quę firmat Dei verba. Secũdò appellatur fides signaculũ, quia est nota quædã, & veluti tessera, qua fideles à nonfidelib⁹ discriminantur; quam rationem affert D. Greg. libro 29. Moralium capite secundo, vbi de fide intelligit illud Canticorum 8. *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Et luculentiùs D. Augustinus signare, inquit, est signũ rei imponere; cuicumque enim rei ponis signum, ideò ponis, ne confusa cũ alijs à te non possit agnosci. Vnde & Pater Christũ signauit, Ioannis 6. id est, proprium quiddam illi dedit, ne cæteris comparetur hominibus iuxta illud Psalmi 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Hoc sensu dixit Paulus 2. ad Corinthios 1. *Qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* & ad Ephesios 1. *In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto.* & capite 4. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis*: atque eandem ob causam in baptismo character in anima imprimitur quasi nota distinguens fidelem ab infideli.

Psalm. 44. 8

2. Cor. 1. 21.

Ephes. 1. 13.

Ephes. 4. 30.

3 Deinde dicuntur fideles signati in frontibus, signo videlicet crucis propter fidei confessionem, de qua non debent erubescere. In cuius rei figuram Ezechielis nono præcepit Deus homini vestito lineis, qui Christũ repræsentabat, vt signaret signo *Tau* frontes virorum gementium, vt ijs à percussoribus Angelis parceretur: eo enim tempore *Tau* litera Hebraica habuit perfectam figuram crucis. Idem quoque fuit expressum Exodi 12. vbi iubetur sanguis agni occisi poni super vtrumque postem, & super liminare, quoniam, vt interpretatur Rupert⁹ libro 2. in Exodum, sanguinem Christi in superliminaribus domorum ponimus, cum crucem passionis illius in fr̃onte portam⁹. Erant autem notę sanguinis tres, duæ in vtroque poste, & vna in superliminari, quia in nomine Trinitatis baptizamur, vt vult Rupertus. Quanquam id mysterium possumus etiam referre ad tres animæ potentias, quæ debent Christi sanguine notari. Vnus ex signatis in fronte erat Paulus, qui dicebat ad Romanos 1. *Non erubesco Euangelium*: imò & de Ecclesia vniuersa dicitur Canticorum 4. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo, quod intrinsecùs latet.* Quem locum expẽdens Beda in Commentariis super caput sextum Canticorum. *Genæ*, inquit, *habet sicut malũ punicũ, quia anima fidelis non erubescit passionem sui redemptoris vel confiteri verbis, vel factis imitari, sed postposita omni verecundia, & confusione palam proclamare delectatur*: *Mihi autem*

Crux signaculum fidelium. Ezech. 9.

Exod. 12.

Rupertus.

Rom. 1. 16.

Cantic. 4. 3.

Beda.

2. Tim. 2. 19 Fides signaculum, & quib⁹ de causis.

D. Ambr.

D. Gregor.

Cantic. 8. 6.

D. Augustin⁹.

tem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI. *Rectè autem additur, Absque occultis tuis, seu Absque eò, quod intrinsecùs latet; quia sicut cortex mali punici solum quidem ruborem foris ostendit, sed multa interiùs grana, quibus exuberat, occultat; ita anima Deo deuota, ac salubriter verecunda virtute quidem viuificæ crucis studet se per omnia tueri, sed sub eiusdem crucis signaculo plura virtutum genera, quæ foris minimè apparent, continet.* Hæc Beda. Nec verò quempiam moueat, quòd genæ sponsæ rubicundæ, & puniceę dicantur, qui color verecundiam videtur indicare: etenim is color non est pudoris, sed amoris, quo sponsa in ipsamet animosa fidei confessione rubet.

4

Prædestinati fidei, & charitatis notâ habét.

Denique prædestinati præcipuè signati appellantur, eoquòd non solùm fidei, sed etiam amoris, & charitatis notam impressam animo habent; quâ ob causam dicuntur signati Christo ipso tanquàm signaculo in corde, & in brachio: ad huiusmodi enim sigillationem sponsam sponsus inuitat, cùm ait Canticorum 8. *Pone me vt signaculum super cor tuũ, vt signaculum super brachium tuum*: quemadmodum eleganter explicauit D. Ambrosius libro de Isaac, & anima cap. 8. *Signaculum*, inquit, *Christus in fronte est, signaculum in corde, signaculum in brachio; in fronte, vt semper confiteamur; in corde, vt semper diligamus, in brachio, vt semper operemur.* Plerique existimant eo loco Canticorum commendari sponsæ ab sponso sui memoriam, vt eum tanquàm signum auro, aut gemmæ incisum in pectore, & brachio gestet: quemadmodum etiam Dominus Hæbræis præcepit Exodi 13. *Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum antè oculos tuos.* Alij volunt postulare sponsum à sponsa, vt seipsum rebus omnibus anteponat; solét enim sponsæ monumenta quædam aurea, & elegantia ab amasijs accipere ad memoriam absentium excitandam. Non desunt etiam, qui existimant, illud spõsæ commendari, vt cordis sui arcana, & secreta soli sponso aperiat: solemus enim sigillo obsignare, quæ abscondita, & arcana esse volumus. Sed possumus tamẽ eo loco per signaculum etiã imaginem accipere, quẽadmodum sumitur Ezech. 28. *Tu signaculum similitudinis, perfectus decore*: vbi ad literam sermo est de Lucifero, iuxtà quam acceptionem postulat sponsus ab sponsa, vt seipsum tanquàm imaginẽ, quã assiduè conspiciat, & contẽpletur, in corde imprimat per amorem, & in brachio per actionem. Deniq; Aggęi 2. dicitur Zorobabeli, quatenus Christi figuram referebat. *Ponam te quasi signaculũ*: sic enim eum locum interpretatur D. Hieronymus. *Hunc*, inquit, (scilicet Christũ) *signauit Deus Pater Ioannis 6. & ipse est imago Dei inuisibilis, & forma substantiæ eius ad Hebræos 1. vt quicunque crediderit in Deum, hoc quasi annulo consignetur.*

Ezec. 28. 12.

Agg. 2. 24.

D. Hieronym.

Ioan. 6.

Hebr. 1. 3.

Cur duodecim millia signati ex singulis tribubus nominẽtur.

SECTIO VII.

1

AM suprà ostendim⁹, quæ sequuntur de numero signatorum tam ex Iudęis, quàm ex gẽtibus, propagationem Ecclesiæ significare. Igitur numerum signatorum ex omni tribu filiorum Israel ait Ioannes fuisse centum quadraginta quatuor millia, idest, duodecim millia ex singulis tribubus: quemadmodùm deindè sigillatim commemorat. Ponitur verò certus numerus fidelium conuersorum ad fidem ex Iudaismo, vt eorum paucitas exprimatur: etenim pauciſsimi fuerunt comparatione tum Iudæorum, qui CHRISTVM non receperunt, tum eorum, qui ex gentibus crediderunt, de quibus mox subiungit. *Post hæc vidi turbã magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & linguis.* Itaque duodecim millia ponuntur ex singulis tribubus Israel, non quòd duodecim millia tantùm crediderint, sed vt significetur certum fuisse

Pauciſsimi saluantur prę ijs, qui damnãtur

se, ideſt, non ita magnum numerum fidelium ex Iudæis comparatione aliorum, poſito videlicèt numero certo pro incerto, vt ſæpè aliàs.

2 Quod igitur pauci ex Iudæis crediturí eſſent in CHRISTVM, multa docent ſcripturę ſacrę teſtimonia. Primum habetur Geneſis vigeſimo ſecundo, vbi Deus ad Abraham ita loquitur. *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.* Quo loco, vt vult Euſebius Cæſarienſis lib. 2. demonſtrationis Euangelicæ capite quadrageſimo, nomine ſtellarum Iudęi conuerſi ad fidem intelliguntur, quæ pauciſsimæ ſunt, comparatione granorum arenæ maris, per quę Iudęi perfidi ſignificantur. *Cũ duo*, inquit, *ſint, quæ Abrahæ Deus reſpondens promiſit de ijs, qui ab illo orituri erant, vnum quidem, quòd futuri eſſent ſicut ſtellæ cæli, alterum verò, quòd tanquàm arena maris: Dei quidem amici, quales fuerunt illi veteres & Prophetæ, & Saluatoris noſtri Apoſtoli, quibus ipſe illud teſtimonium exhibuit, Vos eſtis lux mundi, luminibus cæleſtibus ipſo ſplendore comparantur, reliqui verò terreni ſcilicet, atque in humum ſpectantes arenæ ſimiles habentur:* quæ multitudo multò maior eſt, & deſcribitur peritura: quo eodem ſenſu locum intellexit D. Auguſtinus homilia quadrageſima octaua. Secundum Hieremiæ 3. *Aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.* Quem locum expendens Rabbi Samai (vt auctor eſt Galatinus libro nono de arcanis Catholicæ veritatis capite ſecũdo) docet alludi ad egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, & ingreſſum in terram promiſsionis; ſiquidem ex infinita illa multitudine, quæ egreſſa fuit ex Ægypto, duo tantùm, ideſt, Ioſue, & Caleb ingreſsi fuerunt in terram Chanaan. Simile igitur quiddam prædicitur à Hieremia futurum tempore Meſſiæ, quòd pauciſsimi Iudæorũ eum eſſent recepturi, & in cæleſtem illam terram promiſsionis ingreſſuri. Tertium habetur Eſaiæ 10. *Si fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo*, ideſt, pauciſsimi, quemadmodum interpretatur D. Auguſtinus libro quæſtionum in Geneſim, quæſtione 148. Quam eandem ob cauſam Meſſias futurus erat lapis offenſionis, & petra ſcandali domui Iſrael: ſic enim habes Eſaiæ octauo. *Erit in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum, & ruinam habitantibus Hieruſalem: & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.* Inquem locum legendus eſt Galatinus libro nono de arcanis capite ſecundo. Quartum Micheæ ſeptimo. *Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ: non eſt botrus ad comedendum:* ideſt, idem mihi contigit, atque ijs, qui in Autumno colligunt racemos vindemię, ideſt, poſt vindemiam racemos, qui pauciſsimi ſolent inueniri: quæ quidem verba plerique CHRISTI faciunt conquerentis ſimul, & dolẽtis, quòd pauci ex Iudæis fidem ſuam ſint recepturi. Quod verò ſequitur. *Præcoquas ficus deſiderauit anima mea*: quidam ſic interpretantur. Deſideraui, inquit, illam priorum patrum virtutem, qui tanquàm præcoces ficus multò antè præceſſerant, optabamquè inuenire aliquos eis ſimiles, ſed reperire non potui: quòd enim primi illi patres præcoces fructus appellẽtur, perſpicuum eſt ex Oſeæ capite nono. *Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael; quaſi prima poma ficulneæ, in cacumine eius vidi patres eorum.* Dius Hieronymus eiſdem verbis putat exaggerari eandem Iudæorum paucitatem hoc ſenſu. *Fruſtra*, inquit, *volui iam vindemiatæ, & perditæ ciuitatis quaſi extremos racemos requirere, ſed cum non ſit botrus ad comedendum, ſaltem immaturas ficus, ideſt, groſſos ficcorum in cibum ſumere optaui: quaſi diceret, non inueniens panẽ præ famis magnitudine quiſquilias, & furfures requiſiui.* Hæc ille.

3 Quintum denique eſt Oſeæ capite 10. *Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei: ſecundùm multitudinẽ fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta vbertatẽ terræ ſuæ exuberauit ſimulachris*: ſignificatur Iſrael eſſe vitẽ frõdoſam i. ſyluęſcentẽ, ac luxuriantem palmitibus, hoc eſt, ciuitatibus, oppidisq; frequentiſsimis abundantẽ, fructumquè reſpondere multitudini

palmitum

Gen. 22. 17.

Euſeb. Cęſar. Pauci ex Iudęis in Chriſtũ crediderunt.

Matth. 5. 14.

D. Auguſt. Hier. 3. 14.

Rabbi Samai.

Eſai. 10. 22.

D. Auguſtin⁹.

Eſai. 8. 14.

Mich. 7. 11.

Oſeę. 9. 10.

D. Hieron.

Oſeę. 10. 1.

palmitum, quia Israelitici populi propagatio magna admodum fuit: cæterũ secundùm hanc propagationẽ,& multitudinem non Deo,sed idolis seruiisse: pleriq; ex Hebræo transferunt, *Vitis vacua,& inanis*, & illud significari putant Israelem in frondibus quidem creuisse,quemadmodũ luxuriantibus segetibus accidit:tunc verò quod sequitur; *Fructus adæquatus est ei*, quod huic expositioni videtur repugnare,per interrogationem legunt,ac si diceretur. Poterit nẽ igitur fructũ aliquem afferre? Alij per vitem patres intelligunt, per fructum filios;itaq; exponunt: fructus adæquatus est ei,ideſt,filij eandem patrũ naturam imitantur, quippe cum sint etiã palmites quidam frondosi nullum fructum proferentes,sed in foliorum tantùm multitudinem, & pulchritudinem luxuriantes. Aquila trãstulit, *Vitis aquosa*, quod eodem recidit, quia vitis aquosa,nisi fuerit à vinitore putata,tota in frondes excrescit, & humorem, quem debuit in vina mutare, in foliorum, & frondium luxuriam conuertit. Denique Esaiæ vigesimo septimo ita legimus. *Et vos congregabimini vnus, & vnus filij Israel*; quo loco D. Hieronymus docet prænunciari paucos ex Iudæis in Christum Dominum credituros, & quidem ipse idiotismus Hebraicus raritatem,& paucitatem significat: est enim Hebraicè, *Ad vnum vnus*, seu *Post vnum vnus*.

Aquila.

Esai.27.12.

D.Hieronym.

4

Ex gentibus fidelium multitudo maxima.

E contrario, quia ex gentibus infinita propemodùm multitudo fidelium futura erat: propterea Ioannes in eis commemorandis nullo certo numero signatorum vsus est, sed dixit tantam esse multitudinem, vt eam nemo potuerit numerando percensere;id quod Deus ipsi Abrahæ promisit Geneſis vigesimo sexto. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ.* Et capite decimo tertio. *Faciam semen tuum sicut puluerem terræ: siquis potest hominum numerare puluerem terræ semen quoque tuum numerare poterit.* Quod enim in priori loco, cùm dicitur, *In semine tuo*, Christus intelligendus sit,docuit Paulus ad Galatas tertio. *Non dixit*, inquit, *in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, In semine tuo, qui est Christus.* Eadem fidelium in gentibus multiplicatio prænunciata est Esaiæ quinquagesimo tertio,cùm dicitur, *Generationem eius quis enarrabit?* ideſt, quis poterit recensere multitudinem filiorum Messiæ,qui ab eo per fidem generãdi sunt? Id enim significat verbum Hebraicum דור, *Dor*, pro quo vulgatus trãstulit *Generationem*. Quanquàm multi patres velint esse sermonem de æterna Christi generatione: imò & de temporali, quæ omninò comprehendi non possit. Huc etiam pertinet illud Canticorum *6. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus*. Et illud Canticorum 7. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis*: vbi Beda vult Ecclesiam ex gẽtibus appellari filiam multitudinis propter innumerabilem multitudinem eorum, qui ex gentibus Christi fidem receperunt.

Esai.53.8.

Gen.26.4.

Genes.13.16.

Galat.3.16.

Cant.6.7.

Cant.7.11.

Beda.

Quem ordinem seruauerit Ioannes in enumerandis duodecim tribubus.

SECTIO OCTAVA.

I

Quid sit tribus.

VT hoc meliùs intelligatur, paulò altius repetẽdum est principium. Sciendum igitur tribũ nihil esse aliud, quàm multorum ab vno stipite descendentiũ generationem,in qua sunt multæ familiæ in domos varias distributæ. Est autem duodecennarius tribuum numerus in sacris literis celeberrimus, nimirùm propter duodecim filios Iacob singularum tribuum principes: pro huius tamen rei intelligentia est primò aduertendum tribus tredecim fuisse. Etenim tribus Ioseph fuit diuisa in duas tribus, adoptauit enim Iacob Manassem, & Ephraim filios Ioseph,voluitq;, vt duas sortes reciperẽt,

Tribus tredecim fuere.

& duas tribus appellarent, quemadmodùm habes Geneſis quadrageſimo octauo. *Duo*, inquit, *filij tui*, (i. Manaſſes, & Ephraim) *qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequàm huc venirẽ ad te, ſicut Ruben, & Simeõ reputabuntur mihi* (ideſt, duas partes hæreditatis recipient, ſicut quilibet alij duo filij mei.) *Reliquos autem, quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis*: diuiſo ergo Ioſeph tredecim tribus effectæ ſunt. In hoc ipſo capite cum tribus Dan non ponatur propter Antichriſtum, qui indè deſcendit, duodecim tamen numerantur: nã pro Ephraim, qui omittitur, quia ex eo traxit originem Hieroboam, ponitur Ioſeph. Secundò ſciendũ eſt ſcripturã nũquã tredecim tribꝰ, ſed duodecim tantùm appellare, cuius rei ea fuit ratio, quia cum agitur de poſſeſſionibus, tunc tribus Leui non computatur, ſed Ioſeph diuiditur in duas, quoniam Leuitis præcepit Dominus, nè acciperẽt hæreditatẽ inter Hebræos in terra eorum, quià ipſe nimirùm erat ſors, & hæreditas eorum. Numerorum decimo octauo, & Deuteronomij decimo octauo. atque adeò cedebant eis in ſortem, quæ ad Deum iure pertinebãt. Ioſue decimo tertio. quæ iura tam Sacerdotum, quam Leuitarum, & Sacerdotis magni ponuntur Numerorum decimo octauo. Cum verò agitur de re ſpirituali, tunc computatur quidem tribus Leuitica, ſed Manaſſes, & Ephraim non pro duabus tribubus numerantur, ſed numeratur tantùm tribus Ioſeph pro vna, vt patet in benedictione, & maledictione in confirmationem legis, quæ ponũtur Deuteronomij vigeſimo ſeptimo; vbi ſex tribus ſedebant ad maledicendum transgreſſoribus legis in monte Hebal, & ſex aliæ ad benedicendum obſeruatoribus in monte Garizim, & tribus Leui eſt ibi vna de benedicentibus. Sic etiam præcepit Deus poni in duobus lapillis Onychinis ſuperhumeralis, ſiue Ephod duodecim nomina duodecim tribuum, & in rationali in duodecim lapidibus eadẽ nomina duodecim tribuum. Exodi vigeſimo octauo. E quibus duodecim nominibus vnum erat nomen tribus Leuiticæ, quia præceptũ fuit, vt ponerentur nomina duodecim filiorum Iſrael iuxtà ordinem natiuitatis ſuæ: quo fit, vt iiſdem locis tribus Ioſeph pro vna tantùm tribu cenſeretur. Ratioverò eius rei ea erat, quoniam ſpiritualia communia erant tribui Leuiticæ cum aliis, atq; adeò cum de iis agebatur, inter eas numerabatur: at temporalia emolumenta non erant illi cum aliis communia. Aliter rem hanc explicat Abulenſis quæſtione octaua in vigeſimum quartum caput Exodi, Manaſſẽ, & Ephraim nunquam fuiſſe diuerſas tribus niſi in principio ſecundi anni exitus Hebræorum de Ægypto, quo tempore, inquit, Leuitica tribus aſſumpta à Domino ad miniſterium tabernaculi deſiit eſſe tribus. Numerorum tertio. & pro ſorte, quam receptura erat in terra Chanaan, aſſignati ſunt ei redditus primitiarum, & decimarum. Numerorum decimo octauo, & trigeſimo quinto. Ex quo concludit Abulenſis tribus ſemper fuiſſe duodecim, quia nimirùm cum Leui fuit tribus, non erant Ephraim, & Manaſſes duæ tribus: cum verò Leui ſeparatus fuit à reliquo populo, tunc cæperunt eſſe duæ tribus. Cæterùm non video, vnde Abulenſis eliciat tribum Leui deſiiſſe eſſe tribum, cum perpetuo inter tribus cõnumeretur, etiam poſtquã à Domino ad templi cultum, & miniſterium delecta fuiſſet.

Quod verò attinet ad ſeriem tribuum, ea eſt præcipua, quam Iacob moriturus in filiorum benedictione quaſi inſtituit Geneſis quadrageſimo nono. Iuxtà quã prima eſt Ruben, ſecunda Simeon, tertia Leui, quarta Iudas, quinta Zabulon, ſexta Iſſachar, ſeptima Dan, octaua Gad, nona Aſer, decima Nephtalim, vndecima Ioſeph, duodecima Beniamin: vbi vides Iacob non inſtituiſſe ordinem tribuum iuxtà ordinẽ natiuitatis filiorũ. Secundò poſſunt etiam ordinari ſecundum natiuitatis ordinem; tunc verò prima tribus erit Ruben, ſecunda Simeon, tertia Leui, quarta Iudas, quinta Dan, ſexta Nephtalim, ſeptima Gad, octaua Aſer, nona Iſſachar, decima Zabulon, vndecima Ioſeph, duodecima Beniamin

Geneſ. 48. 5.

Antichriſtus ex tribu Dan.

Scriptura nunquã tredecim ſed 12. tantũ tribꝰ appellat.

Num. 18. Deuter. 18.

Ioſue. 13.

Deuter. 27.

Exod. 28.

Abulenſis.

Num. 3. 18. & 35.

2

Prima Tribuũ ſeries ordine benedictionis.

Geneſ. 49.

Secũda ordine natiuitatis.

min. Atq; iuxtà hunc ordinem descripti sunt filii Iacob in duodecim Lapidibus rationalis, & in duobus Onychinis, qui erant in superhumerali. Exodi vigesimo octauo.

Exod. 28.

3 Tertia ordine excellentię.

Tertiò possunt ordinari secundùm ordinem excellentiæ. Tunc verò primum locum obtinet Iudas, cui à patre datum est ius regnandi, quod Ruben primogenitus amiserat, quia thorum patris violasset: secundum Ioseph, ad quem reliquum primogenituræ ius delatum est: pręteriti autē sunt Simeon, & Leui, qui proximè post Ruben sequebantur, propter cædē Sichimitarum, quam iniquo animo accepit Iacob. Tertium igitur locum obtinet Ruben, & deinceps cæteri. Verùm hęc series nusquam in sacris literis reperitur, quāuis illis sit cōsentanea. Quartò possunt ordinari tribus secūdum ordinem vexillorum, qui in castris Hebræorum seruabatur, dum per desertum graderentur. Erant autē castra in quadro posita, in quatuor vexilla distributa: & sub quolibet vexillo tres tribus quasi militabant eo ordine, qui refertur Numerorum secūdo, & decimo: iuxtà quem non numerantur tribus iuxtà ordinem natiuitatis, neq; excellentię. Igitur sub vexillo Iudæ, cuius insigne erat ad Orientem Leo, erāt tribus Iudæ, & duæ aliæ tribus Issachar, & Zabulon: sub vexillo Ruben ad partem Meridionalem, cuius insigne erat Homo, tribus Ruben, Simeon, & Gad: sub vexillo Ephraim ad Occidentem, cuius insigne erat Bos, tribus Ephraim, Manassæ, & Beniamin: deniq; sub vexillo Dan ad Aquilonem, cuius insigne erat Serpens, tribus Dan, Aser, & Nephtalim: atq; hic ordo seruatus fuit in oblatione principum Numerorum septimo.

Quarta ordine vexillorum.

Num. 2. & 10.

Num. 7.

4 Quinta ordine sortiū in partitione terrę.

Quinta Tribuum series desumitur ex partitione terrę, & iactu sortium. Etenim cum Ruben, Gad, & dimidia tribus Manassę optassent terram illam duorum Regum, quæ erat ante transitum Iordanis, factum est, vt alius ordo in sortib⁹ distribuendis iniretur, quem ita tradunt sacrę literę. Ruben, Gad, & dimidia tribus Manassæ manserunt citrà Iordanem: vltrà Iordanem primam sortem obtinuit Iudas ad Austrum, cui ad Aquilonem iunctus fuit Ephraim, & post eum reliqua dimidia tribus Manassę ad mare: secundam Simeon in Iudæ finibus: tertiam Zabulon, quartam Issachar, quintam Aser, sextam Nephtalim, septimam Dan. Postremò possunt ordinari non iuxta ordinē sortium, sed iuxtà situm ipsum terrarum, quas per sortes obtinuerunt, & quem situs ipse peragrantibus offerebat initio à meridie factò: quo modo primus Ruben vltra Iordanē agros suos obtinuit in regno Seon regis Amorrhæorum, & Gad, & dimidia tribus manassæ in regno Og regis Basan: deindè traiectò flumine occurrit Iudas primus, secundus Simeon, tertius Dan, quartus Beniamin, quintus Ephraim, sexto loco altera dimidia tribus Manassę, septim⁹ Issachar, octauus Zabulon, nonus Nephatalim, decimus Aser in ea parte agri, quam Dan filij ad libanum sibi bello cepere.

Sexta ordine habitationis iuxta situm terrarum.

His igitur ita expositis illud in primis aduerte circa ordinem, quem Ioannes obseruauit in nominandis hoc loco duodecim tribubus Israel, eum prætermisisse tribum Dan propter Antichristum, qui ex ea trahet originem, atque adeò eius tribus tanquam reprobæ, cuius ferè omnes adulti perierint, non habuisse rationem; nec etiam cōmemorasse tribum Ephraim, cuius rei causam illam plerique afferunt, quòd ex ea tribu fuerit Hieroboam, qui primus in decem tribus idololatriam inuexit 3. Regum 12. verū pro Ephraim positum esse Ioseph eius patrem. Deinde obseruandum est Ioannem in numerandis tribubus nullum ex prędictis ordinibus siue terrenę natiuitatis, siue tēporalis excellentię, siue benedictionis datæ à Iacob, siue dispositionis Castrorū, siue partitionis terræ iuxta iactum sortium, siue denique habitationis iuxta situm terrarum obseruasse, quia in conferendis spiritualibus donis nulla habetur eiusmodi rerum quantumuis excellentium ratio: seruasse tamen ordinem cuiusdā alterius spiritualis prosapiæ, quam ferè omnes interpretes

5

Tribus Dan, & Ephraim à Ioanne cur omissę. 3. Reg. 12.

hoc

Beda. Rupertus. Richar. Vict. Primasius. Haymo. Pannon. Ansbertus.

loco diligenter inuestigarunt,& accuratè tradiderunt, veluti Beda, Rupertus, Richardus de sancto Victore, Primasius, Haymo, Pannonius, Ambrosius Ansbertus,& alij.

6

Confessio perfectionis fundamentum.

Igitur primo loco ponitur Iudas, qui sonat confessionem, & laudem, quia ad fabricam perfectionis erigendam priùs iacienda sunt fundamenta confessionis, per quam à peccatis receditur, & Deus ipse agnoscendus, confitendus, laudandusque est: aut certè significatur in Iuda confessio fidei, & laudatio operum Dei: quia ergò Ecclesiæ fundatio à fidei confessione incipit,meritò primum locum obtinet Iudas. Secundum locum obtinet Ruben, qui interpretatur filius visionis, & iuxta Richardum exprimit eos, qui boni operis fructum genuerunt, & per eum ad Filij æterni Patris contemplationem peruenerunt; quod magis ad huc exponens Pannonius docet filios visionis esse ipsa virtutis opera, & actus bonos, qui Dei contemplatione cõsequuntur,commemorarique post Iudam, quia is, qui fidem habet, vt beatus sit, debet operum bonorum filios generare. Post Ruben sequitur Gad, qui interpretatur accinctus, quoniam rectè operantes accincti esse debent, & expediti ad bellum propter tentationes, quæ statim insurgunt iuxta illud Psalmi decimi septimi. *Præcinxisti me virtute ad bellum.* & Lucæ 12. *sint lumbi vestri præcincti*: vnde Tobiæ 12. dicitur, *Quia acceptus eras Domino, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Et quoniam superata tẽtatio victorẽ coronat,rectè post Gad nominatur Aser, qui beatus interpretatur iuxta illud Iacobi 1. *Beatus vir, qui suffert tentationem,quoniam cum probatus fuerit,accipiet coronam vitæ.* Sequitur deinde Nephtalim, ideſt, latitudo ad significandam eam cordis latitudinem, & singularem in Deo fiduciam, quam quis post superatam tentationem ex Diuino præsidio acquirit; quemadmodum confitetur Regius vates Psalmo 4. *In tribulatione dilatasti mihi.* Quoniam verò qui ex tentatione victor euasit, propter Diuinam, quam sentit, dulcedinem terrena tam omnia obliuiscitur; imò mirum in modum animatus præterita iam bella oblitus alia multò difficiliora requirit, rectè succedit Manasses, qui obliuionem sonat: sic enim faciebat Apostolus, cùm prioribus tentationibus superatis dicebat ad Philippenses 3. *Quæ retrò sunt, obliuiscens ad ea,quæ antè sunt extendens me ipsum.* Sequitur Simeon,ideſt, auditio eoquòd is, qui iam omnia alia obliuiscitur, aptus est ad percipienda diuina: cui succedit Leui, qui interpretatur mutuatus; quoniam is, cùm totus in Deum aspiret, peregrinum se in mũdo,& quasi mutuatum existimat: quem iure optimo consequitur Issacar,qui mercedem significat, quæ eiusmodi viro maxima debetur: ad quem Hieremias Propheta ita loquitur cap. trigesimo primo. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus.* Huic verò succedit Zabulon,ideſt,habitatio,quia Deus in sanctis habitare dicitur iuxta illud Leuitici vigesimo sexto. *Inhabitabo in illis*: & citatur à Paulo secundæ ad Corinthios 6. Et quoniam in sanctis quotidie magis,ac magis crescũt dona gratiarum, sequitur Ioseph,qui interpretatur additio, seu incrementum. Denique quia ad dexteram Dei tandem in gloria collocantur, vltimum obtinet locum Beniamin, qui filius dextræ interpretatur.

A fide incipit Ecclesia.

Richardus.

Pannon. Opera virtutis sunt filij visionis.

Psalm. 17. 40. Luc. 12. 35. Tob. 12. 13. Recte operantes tentari necesse est.

Tentatio superata coronat. Iacob. 1. 12.

Fiducia vincẽti crescit. Psal. 4. 1.

Tentationis victor terrena obliuiscitur.

Philip. 3. 13.

Oblitus terrena percipit cœlestia.

Peregrinus in mundo regnabit in cœlo.

Hier. 31. 16.

Leuit. 26. 11 2. Cor. 6. 16.

7

Connexio tribuum ex D. Ambros.

Libet quoque apponere expositionem Diui Ambrosij,qui huius quoque ordinis, quem in numerãdis tribubus Ioannes seruauit, aptissimam affert connexionem in commẽtariis suis super Apocalypsim quæ inter eius opera circunferuntur, eaq; dicitur reperisse in antiquis Bibliothecis Cuthebertus Tonstallus Dunelmensis Episcopus: ita igitur ait Ambrosius. *Iudas prior ponitur, Beniamin vltimus: quòd si interpretationes nominum inspicere voluerimus, Iudam inferiorem in pœnitentia, Beniamin verò superiorem reperiemus in patria: nam qui ad Deũ conscendere desiderat, à minoribus incipit, vt gradatim crescendo ad maiora perueniat, sicut dicit Psalmista Psalmo octogesimo tertio: Ibunt sancti de virtute in virtutem. Et quia sancti ad*

Psalm. 83. 18.

Deum per iter virtutum cõscendant, subiungit. Videbitur Deus Deorum in Sion. Iudas confessio interpretatur, Iudas ergò prior ponitur, quia quicunque post peccata ad Deum conuerti desiderat, necesse est, vt primò confiteatur peccata sua, sicut dicit Iacobus Apostolus capite 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, videlicet vt per confessionem peccatorum, & pœnitentiam Deum sibi placabilem faciat, quem offenderat. Et quia qui salubriter pœnitet, & deflet mala, quæ fecit, gaudium in cœlo facit, oculos misericordiæ Dei ad se conuertit, sicut dicit Dominus, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, Ruben secundus ponitur, qui visionis filius interpretatur, quia per pœnitentiam visionis factus est filius, qui erat anteà filius perditionis. Post Ruben Gad sequitur, qui accinctus interpretatur, quia necesse est, vt qui pœnitet se mala gessisse, & petit ne in eadem relabatur, contra omnia vitia armetur, voluptatesque carnales à se præcidat, quia non potest fieri, vt à peccatis abstineat, qui in voluptatibus carnalibus requiescit. Et quia qui contrà vitia pugnat viriliter, iam beatus esse incipit, Aser in ordine ponitur, qui beatitudo interpretatur. Sequitur Nephtalim, qui dilatatio mea interpretatur; omnis enim, qui scit se Deum offendisse, & vult, vt ei misericordia Diuina succurrat, debet & ipse misereri quibuscunque potest, & quomodò potest, sicut dicit Dominus Matthæi quinto: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur: illius quippe meus circunquaque dilatatur, qui per dilectionẽ, quam proximis exhibere debet, omnibus, quibuscunque potest, miseretur. Post Nephtalim ponitur Manasses, qui oblitus interpretatur, quia expedit, vt qui peccata sua deflet, qui eleemosynas pauperibus largitur, vt peccata eius dimittantur, eadem peccata ita deserat, quatenus ea penitùs oblitus esse videatur: & ideo Simeon sequitur, qui exauditio interpretatur. Ille etenim pro malis, quæ fecit, deprecans, vt sibi à Deo dimittantur, exauditur, qui omnia vitia ex toto deserit. Deinde Leui sequitur, qui additus, siue assumptus interpretatur, quia qui de peccatis, quæ fecit, iam pœnitentiam exercuit, qui contrà vitia pugnauit, eaque deuicit, qui ergà indigentes misericors extitit, de venia iam securus timorem ignis æterni de mente abiecit, atque in amorem Dei, ac cœlestis patriæ totus assumitur, usque additur, qui filij Dei nuncupantur, & sunt. Sequitur Issachar, qui merces interpretatur: sed interpretationem huius nominis clariùs videbimus, si ea, quæ mater Lia eo nascente dixit, ponamus: ait enim Genes. 30. Reddidit Deus mercedẽ mihi, quia dedi ancillam meam viro meo, & idcircò appellauit nomen eius Issachar, id est, merces: caro nostra ancilla nostra debet esse, vir noster Deus noster est; ancillam verò nostram viro nostro damus, si carnem nostram Dei seruitio mãcipamus; si eam vigilare, ieiunare, & abstinere compellimus, atque voluptates eius edomamus: Issachar igitur Liæ in mercedẽ datus est à Deo, quia ijs, qui carnem domant, qui vitia extinguũt, ea merces datur à Deo, vt virtutibus ditentur: & ideò post Issachar Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur: quis est fortis nisi Deus? de quo Psalmista dicit Psalmo vigesimo tertio, Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio: & quid habitaculum fortitudinis, nisi habitatio Dei? in illo enim habitat Deus, in quo fides, patientia, castitas, humilitas, charitas, cæteræque virtutes commorantur. Et quia per operationem virtutum augentur præmia meritorum, Ioseph subsequitur, qui augmentum interpretatur. Beniamin vltimus, imò & superior ponitur, qui filius dexteræ interpretatur: dextera namque Patris filius Dei dicitur, & Euangelium loquitur, quia Sancti ad dexteram Dei ponentur. Electi itaque Dei filij dexteræ Dei efficiuntur, cùm ab hac vita subtracti in cœlestibus sedibus collocantur, vbi nihil est sinistrum, sed totum dextrum. Hactenus Ambrosius.

Iacob. 5. 16.

Zachar. 1. 3.

Matth. 5. 7.

Gen. 30. 18.

Psalm. 23. 8

8

Possumus hæc etiam ad Ecclesiam referre. Ipsa enim in Iuda est in fidei confessione fortissima; in Ruben bonis operibus fœcunda; in Gad tentationibus, & persecutionibus probata; in Nephtalim charitate dilatata; in Manasse ea, quæ ante sunt, obliuiscens; in Simeone Diuinis auditionibus, & reuelationibus illustrata; in Leui cœlibatu cõtinentium illustris; In Issachar futuræ mercedis expectatione suspensa; in Zabulon Dei ipsius habitaculũ; in Iosep mirabiliter propagata; denique in Beniamin ad dexterã sponsi collocata.

Ecclesia in 12 tribubus significata.

Precedens visio de beatis exponitur, & de statu beatorum nonnulla dicuntur.

SECTIO VIIII

1

QVAM QVAM, vti diximus, quæ hoc capite à Ioāne tradūtur, ad fideles, qui tum ex Iudæis, tum ex gentib⁹ fidem Christi receperunt, ad literam referenda sunt; quia tamen communiter de Sanctis iam Deo fruentibus explicantur, & ab ipsa Ecclesia in festo omnium Sanctorum Sanctis iam in cœlo Deum videntibus accommodantur, eaque expositio minimè nobis aduersatur; siquidem ijdem sunt, qui modò fidem Christi recipiunt, & posteà in cœlo beantur, non erit abs re præcedentem visionem de Beatorum statu interpretari, & iuxtà ea, quæ vidit Ioannes, nunnullas eorundem conditiones percurrere, quò eorum mira felicitas illustrior appareat.

2

Beatorum multitudo, & varietas.

Primùm igitur consideranda est Beatorum multitudo simul, & varietas: etenim multitudo illis verbis exprimitur. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Varietas autem indicatur, cùm subiungitur. *Ex omnibus gentibus, & populis, & tribubus, & linguis*: quod quidem ad cœlestis illius patrię gloriā, & prestantiam maximè pertinet: quanuis enim singuli per se Sancti pulcherrimi sint, & admirandi; ipsa tamen omnium multitudo, & varietas multò maiorem pulchritudinem, & excellentiā continet: similem enim ob causam cū Deus in ipsius mundi incunabulis de singulis creaturis dixisset, quòd essent bonæ, tamen cum vniuersas suit intuitus, non tantùm bonas, sed valdè bonas appellauit: *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Genesis 1. Id quod etiam in omni genere rerum pulcherrimarum cernere licet: sed illud admirabilius in tanta Beatorum multitudine, & varietate summam reperiri concordiam, quod non obscurè significauit Ioannes, cùm addidit. *Stantes ante thronum, & in conspectu Agni*, quam consensionem glossa ordinaria vult fuisse typicè indicatam 3. regum 6. cùm de Cherubim à Salomone rege fabrefactis dicitur mensura vna vtriusq; fuisse. Atque has omnes tres Beatorum proprietates, multitudinem videlicet, varietatem, & concordiam expendit D. Augustinus in commentarijs super Psalmum 150. quem totum de Beatis intelligit. Etenim vult Beatos ibi esse expressos in tubis, psalterijs, citharis, tympanis, chordis, organis, & cimbalis benè sonantibus: in quibus omnibus multitudo, & varietas cum summa harmonia, concentuque coniuncta reperitur. *Habebunt*, inquit, *etiam tunc sancti differentias suas consonantes, non dissonantes, ideſt, consentientes, non dissentientes, sicut contentus suauissimus fit ex diuersis quidem, sed non aduersis sonis.* Secundò dicuntur stantes antè thronum, & in conspectu Agni; vbi stare ante thronum primò dicit firmitatem, & stabilitatem gloriæ: secundò gratiam apud Deum, & Agnum, vt ait Pannonius, quemadmodum ij, qui principibus astant, grati ijs censentur: tertiò ex Richardo de sancto Victore promptitudinē ad parendum diuinis mandatis. Et quidem, quod ad firmitatem spectat, ea explicatur Psalm. 147. vbi regius vates ad Hierusalem cœlestem ita loquitur. *Lauda Hierusalem Dominum; lauda Deum tuum Sion: quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te: qui posuit fines tuos pacem.* Etenim hunc Psalmum multi de cœlesti Hierusalem, & gloria Beatorum anagogicè interpretantur, voluntque duplici similitudine firmitatem eius fuisse expressam; vna, cum dicitur, *Confortauit seras portarum tuarum*; vt nullus iam hostis eas possit infringere, & felicitatem Beatis eripere; altera, cùm subiungitur, *Qui posuit fines tuos pacem*; quid enim iam timendum restat illi ciuitati, cui pro finibus, & pro mœnibus ipsa est pax securissima, & inexpugnabilis tributa? Idem quoque fuit figuratum in Mosaico illo tabernaculo, quod quia propter pelles hyacinthinas ipsum cooperientes cœlum à longe aspicientibus repræsentabat, vt auctor est Iosephus libro tertio antiquitatum capite septimo, iure optimo cœlestis gloriæ symbolum

D. Augustin⁹.

Psal. 147. 1. Firmitas, & stabilitas gloriæ.

Iosephus.

Gen. 1. 13.

Glossa. 3. Reg. 6.

censeri

censeri potest iuxta illud Psalmi 83. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutũ: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.* Quemadmodòm igitur illud tabernaculum ex lignis setim, quæ imputribilia fuisse Hebræi docent,& cedros interpretantur, fuit iussu Domini fabricatum: ita Beatorum gloria corruptionis omnino expers est, atque adeò in eodem semper statu in omnẽ æternitatem firmissima permanens. Eandem firmitatem significat quadrata figura cælestis illius ciuitatis, quam describit Ioannes Apoc. 21. & primũ fundamentum muri, quod dicitur esse Iaspis pretiosa gẽma, quæ aduersùs timores dicitur esse præstantissima. Verùm de his eo loco fusiùs.

Psal.83.3.

Apoc.21.

Quod verò attinet ad gratiam, qua valent Beati apud Deum,& Agnum,illud interim sufficiat,quod dicitur Esaiæ 28. *In illa die erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui*: quæ enim maior gratia esse potest, quàm Deum ipsum coronam esse pulcherrimam,& sceptrum ornatissimum Beatorum, vt creata omnia ipsos tanquàm Reges,ac Principes,imò quasi quosdam Deos, vtpotè Deo ipso veluti corona insignitos reuereantur, & obseruent? quid enim aliud facerẽt regni proceres,si cernerent Regem suã ipsius coronam regalem capiti alicuius imponere,quemadmodùm contigit Mardochæo Esther sexto? Denique dicuntur Beati stare antè thronum quasi paratissimi,& promptissimi ad parẽdum Deo: etenim eandem ob causam dicuntur millia millium Angelorum Deo ministrare,& decies centena millia antè thronum eius assistere. Danielis septimo. Ad idemq; significandum ab Ecclesia alati, & discalceati pinguntur: quemadmodùm docet Dionysius Areopagita capite decimo quinto de cælesti Hierarchia: debet enim obedientia esse alata, & discalceata, id est, ad executionem promptissima. Deniquè hoc sensu accipiendum est illud Psalmi centesimi tertij. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis*, idest,qui facit, vt ij, quibus tanquàm Angelis, seu nuntiis vtitur, sint instar spirituum,idest,ventorum velocissimi, & instar flammæ ignis efficaces. Hunc enim sensum reddidit Paraphrastes Chaldaicus, cùm ita transtulit: *Qui facit Angelos suos veloces sicut ventum, & ministros suos fortes sicut flammam ignis.* Scio Diuum Augustinum in commentariis eius loci, & Diuum Gregorium homilia trigesima quarta in Euãgelia sic literam dispungere; qui spiritus suos facit Angelos,idest,eos, qui iam spiritus sunt per naturam, facit Angelos, idest,nuntios per ministeriũ, eoquòd Angelus non sit nomen naturæ, sed officij. Cæterùm accusatiuos illos *Angelos, & ministros* præconstruendos esse à parte subiecti patet ex Græco contextu propter præfixum articulum, vt adnotarunt Theodoretus, & Euthymius, eandemq; lectionem secutus est Tertullianus libro tertio contra Marcionem,imò & ipse Diuus Gregorius libro vndecimo Moralium capite tertio.

Paraphrastes.

D. August. D.Gregorius.

Theodoret. Euthym. Tertullianus.

D.Greg.

3 Esai.28.5. Beati apud Deum gratia valent.

Esther. 6. Beatorũ prõptitudo ad parẽdum Deo.

Daniel. 7.

Psal.103.4.

Tertiò subiungitur, *Et palmæ in manibus eorum*, in signum victorię, quam de Dæmone,de tyrannis,de morte, denique de vitiis omnibus reportarũt. Nec enim huiusmodi palmæ ad solos Martyres,sed ad omnem quoquè Sanctorũ cœtum referendę sunt: omnibus enim dixit Christus Matthæi decimo. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Et de lectulo Salomonis,qui Ecclesiam repræsentat vniuersam,dicitur Canticorum 3. *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusq. ensis super femur suum*: cur enim Ecclesia militari præsidio vndique cingitur; nisi quia ex omni parte bella consurgunt, quę non solùm fidem, sed etiam reliquas omnes virtures oppugnant? Itaque de omni Sanctorum genere hunc locum explicauit Diuus Gregorius homilia decima septima super Ezechielem. *Palmas*, inquit, *in manibus tenere est victorias in operatione tenuisse, cuius operationis palma ibi retribuetur, vbi iam sine certamine gaudebit.* Nam de statu huius vitæ dicitur Ezechielis capite quarto.

4 Beati in gloria palmas habent in signum victorię.

Matt. 10. 34.

Cant. 3. 7

D.Greg.

Ezech. 4. 16.

Ante frontes pictura palmarum. Nec enim dictum est palmæ, sed pictura palmarum; nam hic plerunque sanctos viros aspicimus mira agere, & virtutes multas facere; sed hæc nondùm palmæ sunt, sed pictura palmarũ, quia de eis foris ostenditur, quales apud omnipotentem Dominum intùs habeantur: quanuis hæc interdum dentur & reprobis. Cæterùm palmæ ad aliam vitã reseruantur, vbi sancti sine certamine in perpetuum gaudebunt: quanquàm verò omnes sancti palmas manibus in cælo gestent, id tamen præcipuè martyribus cõuenit, quippe qui difficiliora bella gerant, & multò magis palmas promereãtur: de quibus propterea D. Ambrosius serm. 24. accepit illud Exodi 15. cùm dicitur Hebræos post aquarũ amaritudinem peruenisse ad Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, docẽs expressas fuisse Martyrum palmas, quas post passionis amaritudinẽ consequuntur. *Est*, inquit, *palma Martyribus suauis ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita foliis, semper parata victoriæ, atque ideò non marcescit palmæ, quia martyrum victoria non marcescit*: iuxta illud Psalmi 91. *Iustus vt palma florebit.* Obseruauit autem Hugo Carensis in cõmentariis eiusdẽ Psalmi folia palmę esse instar gladij, quæ similitudo duo significat: vnum est gladiũ ipsum, quo Martyres feriuntur, in palmã, hoc est, summam felicitatem euadere; alterum palmam gloriæ nonnisi gladio, id est, concertatione, & digladiatione comparari iuxta illud Apostoli. *Non coronabitur nisi, qui legitimè certauerit.* Ad exprimendã etiam gloriam Martyrũ malũ punicũ, quod ex patrũ sentẽtia propter purpureorũ granorũ copiã Martyrũ multitudinẽ significat: quẽadmodũ inter alios Beda obseruauit super illa verba Cãt. 4. *Sicut fragmẽ mali punici, ita genæ tuæ*: vnũ inter omnia poma coronatũ est, regalemq; coronã præfert ad eã exprimendam gloriæ coronam, quæ pulcherrima, & pretiosissima Martyribus confertur.

D. Ambr.

Exod. 15.

Martyrũ palmę.

Psalm. 91. 13.

2. Tim. 2. 5.

Malum punicum martyrũ est symbolum.

Can. 4. 3.

Quartò addit Ioannes. *Sunt antè thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius.* Quod ad contextum attinet, verba illa *Die, ac nocte* non indicant esse in cælo dierum, ac noctiũ vicissitudines, cùm aliàs dicat Ioannes nullam ibi noctem esse Apocalypsis 21. sed linguæ Hebrææ idiotismo cõtinuationem, & perpetuitatem significant absq; vlla intermissione, quo sensu dictum est suprà cap. 4. de animalibus, quod non haberent requiem die, ac nocte dicentia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* & Psalmo primo. *In lege eius meditabitur die, ac nocte.* & Esaiæ 62. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Prætereà quod dicitur *In templo eius*, allusio est ad ministros templi, & sacerdotes, indicaturq; cælum esse templum, in quo Deus colitur. Ex his iam colligimus magnitudinem suauitatis, & dulcedinis, qua Beati perfunduntur assistendo antè thronũ Dei die, ac nocte, eiq; seruiendo: siquidem tam diuturna assistendi, & seruiendi continuatione minimè fatigantur propter summam, quam animo capiunt, voluptatem, quam eleganter explicauit Regius vates Psalmo trigesimo quinto, cùm dixit: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.* Quem locum Theodoretus quidem retulit ad præsentium spiritualium bonorum affluentiam, quam à Deo sancti recipiunt, quæ torrenti comparatur, quòd instar torrentis in æstate ad tempus fluat, & parùm duret, videlicet breui huius mortalis vitæ decursu. Verùm alij de sempiterna felicitate interpretantur, quam duplici potissimùm de causa torrentem dici volunt, tum propter impetum, & copiam; tum quia sicut torrens aquarũ vi, & impetu omnia obstacula secũ deuoluit; ita superna voluptas omnia delectationi contraria in æternum tollit, ac destruit. Quoniã verò similitudo torrentis, qui citò fluit, videbatur diuturnitatem, imò æternitatem beatitudinis euertere, idcircò addidit Regius vates. *Quoniam apud te est fons vitæ*: quasi diceret: nemo in animum inducat felicitatem Beatorum aliquandò

Apocalyp. 21.

Apoc. 4. Psalm. 1. 2. Esai. 62. 6.

Psal. 35. 9. Beatorum gaudia.

Theodoretus.

Torrenti cõparantur.

defecturam, eoquòd illam torrentis similitudine expressit, quia hic torrens ortum habet ex fonte quodam perenni, qui nunquam potest deficere. D. Augustinus in commentariis huius psalmi obseruauit verbum illud *Inebriabuntur*, doceíq; eo significari tantam vim dulcedinis, vt quemadmodùm homines, cum vinum immoderatè bibunt, de potestate mentis deturbantur: ita cũ accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, humana mens à cælesti illa dulcedine inebriata, & absorta quodammodò deficere videatur.

D. Augustinus.

6 Quintò comparatur beatitudo vberrimis pascuis, cùm dicitur, *Agnus, qui in medio throni est, reget illos.* Est enim Græcè ποιμανεῖ, quod verbũ ad pastores pertinet: idemq; significatur illis verbis, quę consequuntur: *Deducet eos ad vitæ fontes aquarum*, seu, vt Græcè habetur, ad viuos fontes aquarum, quod pastorum etiam est; eosq; fontes expetebat Regius vates, cùm dicebat Psalm. 41. *Quemadmodũ desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum* (sic enim legendũ est, non *fontem*, vt patet ex Hæbræis, Græcisq; codicibus.) *quandò veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Pleriq; in huius loci expositione commemorant illud, cervum grauatum excrescentibus cornibus, & pilis, caligãtibusq; oculis serpentem narium afflatu à cauernis extrahere, illumq; deglutire; tunc verò vi veneni æstuantem ad fontem currere, & potare; itaque proiectis cornibus totũ immutari: atque idcircò Dauidem se ceruo conferre, qui hausto antiqui serpentis per peccatum veneno ad fontẽ misericordiæ per pœnitentiam currat: atque ita ad ipsum Deum tanquàm ad omnium bonorum fontem anhelans salutari gratiæ potu recreetur.

Psalm. 41. 1.

7 Postremò rectè dicitur. *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum*: quod miram dulcedinem indicat, ductaquè est similitudo, vt vult Pannonius, à matribus, quæ paruulos plorantes amplecti solent, blanditiis delinire, eisq; lacrymas abstergere, & vbera porrigere. Ita enim sanctos, qui ex hac vita plorãtes discedunt propter laborum asperitatem, Deus in cælo benignè excipit, & instar blandissimæ matris consolatur. Eam nanque ob causam Deus matri se comparat Esaiæ 49. *Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non miseretur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* Et cap. 66. *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos.* Quod autem sancti in hac uita plorare dicantur, quasi à persecutoribus vapulent, demonstrat locus ille Psalm. 125. *Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua.* Eandem sanctorum in patria consolationem iisdem ferè verbis prænũtiauit Esai. cap. 25. *Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie.* Quanquam Eusebius Cæsariensis libro 4. demonstrationis Euangelicæ cap. 12. hunc locum Esaiæ interpretatur de redemptione mundi facta per Christum, in qua ait Christum nostrorum peccatorum maculas absterssisse: sed sine dubio potest etiam referri ad statum gloriæ. Concinit cum hac Ioannis, & Esaiæ sententia illud, quod ostensum fuit Ezechieli cap. 10. Nam cum primo capite mõstrata ei fuissent illa quadriformia animalia, quorum singula quatuor facies habebant, leonis, hominis, bouis, & aquilæ: decimo tamẽ capite, vbi eadem visio replicatur, pro facie bouis facies Cherub apparuit; quo fit, vt bouis facies in faciem Cherub cõuersa fuerit certè ad hoc ipsum, de quo agimus, exprimendum: sanctorum enim facies in hac vita mortali facies bouis est in area laborantis, & sudantis, quæ tamẽ posteà in faciem Cherub pulcherrimam commutabitur absterssis uidelicet lacrymis, detersopuluere, denique mortalitate in mortalitatis gloriam conuersa.

Pannon.

Beatos Deus instar matris consolatur. Esai. 49. 15.

Esai. 66. 13.

Psalm. 125. 6.

Esai. 25. 8.

Euseb. Cęsari.

Ezec. 10.

CAPVT VIII.



ET CVM APERVISSET sigillum septimum, factum est silentium in cœlo quasi media hora. Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datę sunt illis septem tubę. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronũ Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorũ de manu Angeli coram Deo. Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, prępararauerunt se, vt tuba canerent. Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terrę combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. Et secundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturę eorum, quę habebãt animas in mari, & tertia pars nauium interijt. Et tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de cœlo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarũ: & nomẽ stellę dicitur Absinthium; & facta est tertia pars aquarũ in absinthiũ, & multi hominũ mortui sunt de aquis, quia amarę factę sunt. Et quartus Angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunę, & tertia pars stellarũ, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

Et vidi, & audiui vocem vnius aquilę volantis per medium cœli, dicentis voce magna: Vę, vę, vę habitantibus in terra de cœteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

Argu-

IAM hîc incipit tertia visio huius operis. Cum igitur in superioribus Ecclesiæ per tyrãnos persecutiones antè Constantini tempora fuerint cõmemoratæ, ijsque per Constantinũ compressis Ecclesiæ pax (quod spectat a l tyrannos) iterum reddita, deinceps narratur eiusdem per hæreticos, principesque eorum fautores diuexatio. Hoc igitur capite sigillum septimum aperitur, quo aperto admiranda sanè prodigia Ioanni apparuerunt, quæ priusquàm explicemus, ipsa imaginaria visio describenda est. Quod igitur attinet ad visionem imaginariam, primùm commemorat Ioannes factum fuisse silentium in cœlo quasi media hora. Secundò vidit septem Angelos stantes in conspectu Dei, quorum singulis datæ sunt singulæ tubæ. Tertiò venit alius Angelus, & stetit antè altare habens thuribulum aureum, cui data sunt incensa multa, vt offerret anté altare aureum, qui impleuit thuribulum de igne altaris, & misit in terram, factaquè sunt tonitrua, & fulgura, & terræmotus magnus. Quartò septem illi Angeli, qui habebant septem tubas, eisdem insonuerunt, acciderunt què, dum singuli canerent, portenta quædam terrifica. Etenim insonante primo Angelo sua tuba facta est grando, & ignis cum permistione sanguinis, quibus in terram missis tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata, & omne fænum viride combustum. Secundo Angelo tuba canente mons quidam magnus igne ardens missus est in mare, & tertia pars maris facta est sangnis, & mortua est tertia pars viuentium in mari, & tertia pars nauium periit. Tertio Angelo tuba canente magna quædam stella ardens tanquàm facula cecidit de cælo in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, dicebatuŕque stella Absinthium, conuersáque est tertia pars aquarum in absinthium, quam ob causam multi hominum perierunt. Quarto Angelo tuba canente percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum ita, vt tertia eorum pars obscuraretur, & diei non luceret pars tertia, noctiśq; similiter, & audita est vox vnius aquilæ volantis per medium cæli dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum, qui adhuc erant tuba canituri; significatuŕque multò maiora portenta, magiśq; mortalibus luctuosa apparitura canentibus tuba tribus Angelis, qui supersunt. Hæc sunt, quæ hoc capite commemorantur, quæ vel ipsa tantùm commemoratione non admirationem modò, sed intelligendi etiam studium curiosis excitant auditoribus.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Quid silentium factum in cęlo quasi media hora significet.

SECTIO PRIMA

FERVNT, qui existimarent hoc quasi mediæ horę silentio persecutionem Ecclesię sub Iuliano Apostata comprehendi, quæ quoniam breuis fuit, nec enim, vt suo loco diximus, biennium integrum perdurauit, meritò per quasi mediæ horæ spatium exprimatur: dicatur verò eo tempore silentium factum in cœlo, videlicet Ecclesiæ; quoniam is nouo genere bellandi Ecclesiam persequendam decernens non sæuiendum sibi in Christianos, sed paulatim Christi memoriã ex eorum animis per dissuetudinem, & obliuionem delendam duxit: vnde legem sanxit, qua cautum erat, ne Christianorum liberi Græcis disciplinis erudirentur, vel poetas, scriptores ve eorum legerent, aut scholas publicas frequentarent, ne linguis eorum, vt aiebat, acumine perpolitis facilè gentilium disputatorib⁹ obsisterent, eorũq; vanam in idolis colendis superstitionẽ redarguerent, & Christianam religionem validis rationibus, argumentisque defensam amplificarent: cauit præterea ne Christiani vllos possent in Republica gerere magistratus, neque ad vllam promoueri dignitatem: præcepit quoq; sacra vasa in imperatorium fiscum inferri: denique templa omnia Christianorũ claudi, hymnosque, & cantus in Ecclesia, omnemque Christi seruatoris cultum grauissimis pœnis propositis interdixit: vt verè silentium in cœlo, hoc est, in Ecclesia toto eius imperij tẽpore fuisse existimari debeat; siquidem nulla vox de Christo, eiusq; sanctissima religione publicè audiebatur: qua de re legendi sunt Theodoretus libro 3. Sozomenus libro quinto, & Nicephorus libro decimo historiæ Ecclesiasticæ. Alij, in quibus sunt Rupertus, Beda, D. Anselmus, Richardus de sancto Victore, Cœlius Pannonius, & alij, cum prȩcedentem visionem ad Antichristi tempora, & finem mundi pertinere putauerint, cõsequenter docent, hoc quasi dimidiæ horæ silentio indicari temporis illud spatium, quod à morte Antichristi vsque ad iudicij diem decurret: quod quia exiguum futurum est, videlicet quadraginta quinque dierum, meritò inquiunt dimidiæ horę spatio significari. Quòd enim à morte Antichristi vsque ad diem iudicij debeant quadraginta quinque dies intercedere, probari solet ex Danielis duodecimo, vbi postquam de tempore tyrannidis Antichristi dictum fuerat: *A tempore, cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta*; qui dies conficiunt tres annos cum dimidio, & præterea duodecim dies, quorum non habetur ratio, quod erit spatium tyrannidis Antichristi: statim subiungitur. *Beatus, qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque*: quæ summa quadraginta quinque diebus præcedentem superat: idque tradunt D. Hieronymus,

Noua Ecclesię persecutio sub Iuliano.

Rupertus. Beda. D. Anselm. Richardus. Pannon.

Temp⁹ à morte Antichristi dicitur silentium cęli.

Dan. 12. 11.

D. Hieronym.

&

Lyranus.

& Lyranus in duodecimum caput Danielis. Aiunt igitur eo tempore dici factum silentium in cœlo, hoc est, in Ecclesia, quoniam tempus illud tranquillum futurum est, & ab omni terrore liberum iuxtà illud Matthæi vigesimo quarto. *Sicut in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis: sicut enim erant in diebus antè diluuium comedentes, & bibentes, & nuptui tradentes usque ad eum diem, in quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis.* Verùm ad hanc sententiam confutandam illud satis esse debet, quòd signa illa terrifica, prodigiaque admiranda, quæ Ioannes post eiusmodi silentium statim futura commemorat, nullo pacto cum eius temporis tranquillitate, & securitate conueniunt. Accedit, quòd illud de quadraginta quinq; dierum spatio, quod à morte Antichristi vsque ad diem iudicij decurret, non potest certò definiri, vt in nostro tractatu de Antichristo ad cap. decimum tertium dicemus vberiùs.

Matt. 24. 37.

2

Putamus igitur, cum ea, quæ sequuntur supplicia infidelibus, cæterisq; reprobis inferenda, sint valdè terrifica, & formidanda, maximamque Dei iram, & furorem in impios demonstrantia, vt ex singulorum explanatione manifestum erit, silentium hoc quasi media hora in cœlo factum ingentem admirationem cœlitum omnium exprimere, qui ob suppliciorum, plagarumque nouitatem, magnitudinẽ, terrorem, quasi præ admiratione obstupefacti quasi media hora siluisse dicantur. Solet enim rei nouitas cum terrore, & formidine coniuncta vocem, & spiritum spectantibus adimere: hoc enim sensu dicitur de Alexandro Macedone Machabæorum 1. *Percussit Darium Regem Persarum, & Medorum: constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit Reges terræ, & pertransijt vsq; ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium, & siluit terra in conspectu eius.* Sic etiam Iob 2. dicitur tres illos amicos Iob sedisse cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nè verbum quidem ei locutos fuisse tam noua, & insperata rerum Iob conuersione obstupefactos. Denique de omnibus mundi Regibus, atque principibus Messiæ regis magnitudinem, atque potentiam cum quodam timore admirantibus dicitur Esaiæ 52. *Iste asperget gentes multas: super ipsum continebunt Reges os suum.* Eodem igitur modo cœlites magnitudinem supplicium, quæ reprobos extremis mundi tẽporibus consequẽtur, admirati dicũtur hoc loco quasi media hora siluisse.

Cœli silentium admirationem cœlitum in persecutione fidelium significat

1. Mach. 1. 3.

Iob. 2.

Esai. 52. 15.

3

Non duximus prætereundam mysticam quandam expositionem huius loci, quam tradit D. Gregorius libro tricesimo primo Moralium capite vigesimo quarto, vbi per hoc silentiũ quietem contemplationis intelligit, qua anima intra se tanquàm in quodam cœlo surgentes cogitationum tumultus compescit, quoddamq; silentium Deo facit, quod quia in hac vita perfectum, ac diuturnum esse non potest, idcircò quasi media hora factum dicitur, eoquòd etiam nolenti animo variarum hincindè cogitationum se strepitus ingerãt, iuxta illud Sapiẽtiæ nono. *Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitãtem.* Quo etiam sensu exponit illud Ezech. quadragesimo, cum ad metiendam ciuitatem in monte sitam habuisse dicitur vir ille in manu calamum sex cubitorum, & palmi: *quia enim,* inquit, *æternorum contemplatio hìc minimè perficitur, mensura septimi cubiti non expletur. Itaque de septimo cubito, in quo quies æterna exprimitur, non nisi palmum tangit.*

Contemplatio silentium cœli dicitur. D. Gregor.

Sap. 9. 15.

Ezech. 40.

Quis sit ille Angelus stans ante altare, habẽsque thuribulum aureum?

SECTIO II.

1

VM Ioannes dixisset vidisse se septem Angelos stantes in conspectu Dei, quibus datæ fuerũt septem tubę, antequam progrederetur ad explicandam inte-

gram eorundem Angelorum visionem, & admiranda illa prodigia, quæ singulis tuba insonantibus acciderunt, docet apparuisse sibi alium quēdam Angelum stantem ante altare, habentemque in manu sua thuribulum aureum, cui data fuerunt incensa multa, vt offeret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod antè thronum Dei est, ascenditsseque fumum incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo: deinde accepisse Angelum thuribulū aureum, impleuisseque illud igne altaris, eoque misso in terram facta fuisse tonitrua, & voces, & fulgura, & ingentem terræmotum. Hunc Angelum, licet plerique velint esse vnum ex septem illis angelis primarijs, quos initio huius operis diximus ante thronum Dei adstare, præcipuos Diuinæ prouidentiæ administros, tamen esse Christum Dominum reliqui omnes interpretes confitentur, qui quoniam Patris nūtius, ac legatus ad homines fuit, Angelus testamenti appellatur Malachiæ 3. *Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* & apud Esaiam capite 9. *Vocabitur nomen eius magni consilij Angelus.* Nec verò rectè quidam è recentioribus argumentatur Angelum istū Christum esse non posse, quòd Christus nusquam Angelus absolutè dicitur: satis enim est, vt ex consequentibus facilè intelligi possit Christum esse, quæ nisi Christo, alteri aptè accommodari non possunt: cuius enim alterius est vniuersæ Ecclesiæ incensa, hoc est, orationes in thuribulo aureo tanta maiestatis specie Patri offere? cuius præterquàm Christi fuit de igne, quo thuribulum aureum erat impletum, partem in terras misisse, easque Diuini amoris igne, & ignitis Spiritus sancti donis inflammasse, vt postea in singulorum explanatione dicemus? Accedit, quod non est opus Apocalypsis phrasim semper ad cæterorum vaticiniorum formas exigere, quippe cum Ioannes altiùs cæteris prophetis sese instar sublimis Aquilæ attollens, sicut eorum vaticinia & uisionum splendore, & rerum maximarum altitudine superauit: ita quoq; sua nouo dicendi genere interdùm explicat, vt non debeamus eius loquendi formulas reliquorum vatum terminis, & cancellis definire: nouæ enim, & præter cæteras admirabiles visiones, nouo quoquè, & inusitato dicendi genere conscribendæ fuerunt.

Christus Angelus habens thuribulum aureū

Malach. 3. 1.

Esai. 9. 6.

2

Cur personam sacerdotis gerat Christus.

Apparet autem Christus sacerdotis personam gerens, vt eius pro nobis apud Patrem intercessio, atque interpellatio monstretur: id quod præcipuè hoc loco fieri oportuit, quoniam cum in septem istis Angelis tuba canentibꝰ Apostoli, imò omnes omnino concionatores, ac Diuini verbi præcones accipiendi sint, qui orbem vniuersum Euangelicæ prædicationis vocibus impleuerunt, meritò sacrificij Christi in cruce peracti, quod per thuribulū hoc loco igne, thymiamateq; repletum exprimitur, mentio facienda erat, post cuius videlicet passionem, mortemq; Apostolicæ tubæ sonuerunt. Iure quoq; optimo aduentum Spiritus sancti in Apostolos in die Pentecostes in igne de thuribulo misso in terras adumbratum commemorare oportuit: quoniā ibi Apostoli diuinitùs incensi priùs fuerunt, vt possent posteà vniuersas orbis prouincias admoto eiusdem spiritus igne diuino inflāmare. Nec refert, quòd Ioannes priùs se Angelos septem cum septem tubis vidisse testatur, & tū Angelum istum habentem aureum thuribulum apparuisse commemoret; tum quoniam non semper scriptores sacri seruant ordinem rerum gestarum; tum etiam quia, si visionem premamus, rē etiam ipsam visioni respondisse comperiemus. Priùs enim fuit Apostolis datas fuisse tubas, hoc est, eos ad Apostolicæ prædicationis munus fuisse destinatos, (quod tum factum fuit, cum à Christo ad id officium vocati, electiq; sunt) quàm Christum in cruce tanquā summum Pōtificem sacrificasse, quod thuribuli aurei ministerio explicatur: tum denique septem Angelos, hoc est, Apostolos, cæterosq; doctores Euangelicis tubis toto orbe insonuisse. Nūc

quo-

quomodò Christo, quæ in contextu dicuntur, conueniant, explicemus. Supponendum porrò in visione huius Angeli à Sacerdote legali similitudinem depromi, qui in thuribulo accepto igne de altari holocausti thymiamata in altari thymiamatis adolebat.

3 Primùm igitur Christus stetisse dicitur antè altare proculdubiò thymiamatis, siue incensi; in eo enim thura, & thymiamata incendebantur. Per hoc altare Beda, Primasius, Haymo, Ambrosius Anbertus, Cælius Pannonius, Abbas Ioachimus, & alij Ecclesiam intelligunt, idest, electos ipsos, qui meritò altaris vocabulo exprimuntur, quòd spirituale in eis sacrificium peragatur, & cælestia aromata offerantur: antè hoc altare tanquàm verus Pontifex stat Christus, per quem vt mediatorem omnia munera nostra Deo Patri mittim⁹; vndè & Ecclesia orationes omnes suas illa felici clausula cõcludit: *Per Dominũ nostrum Iesum Christum.* Secundò thuribulum aureum est Christi humanitas, quẽ admodùm ijdem auctores interpretantur, & accepisse videtur ex Origene homilia 9 super Numeros, in illud Numerorum decimo sexto, cum Aaron sumpto thuribulo, vt offerret incensum, stetit inter viuos, & mortuos, & mitigatus est furor Domini, cum paulò antè in omnes Dei supplicium, & plaga sæuiret. Verus Pontifex CHRISTVS, (inquit Origenes) assumpto thuribulo carnis humanæ medius inter viuos, & mortuos stetit, idest, mortem prohibuit vltrà grassari, destruens eum, qui habebat mortis imperium, vt ait Paulus ad Hebræos secundo. Quæ omnia ad verbum reperies apud Augustinum sermone 98. de tempore. Dicitur verò CHRISTI humanitas thuribulum aureum propter charitatis magnitudinem, multaquè alia præclarissima, longeq; illustrissima dona Diuina, quibus à Deo fuit mirificè exornata,

4 Tertiò data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum. Hinc apparet altare, de quo modò est sermo, esse altare Thymiamatis: hoc enim aureum erat, cum altare holocausti æneum esset. Igitur data sunt incensa Christo, hoc est, omnium electorum orationes, quas cur per aromata, & odores exprimantur, iam superiùs docuimus; quoniam orationes Ecclesiæ per summum Pontificem Christum Deo offeruntur. Sic enim Paulus exhortatur ad Hebræos decimo tertio. *Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo.* Et capite septimo. *Sempiternum habet sacerdotium: vndè & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Et primæ Ioannis 2. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Quoniam verò interpellatio Christi gratissima est Patri, subiũgitur: *Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.* Porrò quanquàm hæc etiam nunc locum habeant: Ioannes tamen potissimùm hoc loco de Christo in Cruce, cum pro omnibus in humanitatis thuribulo omniũ mortalium vota, salutem, & redemptionem deposcentium ipse cum suo illo sacrificio cumulatissimè impleuit, interpellans re ipsa pro omnib⁹ suo illo cruento sacrificio, quod pro mundi redemptione tanquàm verus Pontifex offerebat, adiungens quoq; clamorem, & lacrymas, exauditusq; est pro sua reuerentia; queadmodùm disertè tradit Apostol⁹ ad Heb. 5. *Qui*, inquit, *in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui posset illũ saluum facere à morte, cũ clamore valido, & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia.* Quo loco illud, *In diebus carnis suæ*, Hebraismũ continet, significatq; illud tẽpus, quo Christus inter homines passibilis versabatur; sic enim caro accipitur 2. Corinth. 5. *Si cognouimus secundùm carnem Christum; sed nunc iam non nouimus*: quẽadmodum interpretatur D. August. lib. 11. contrà Faustũ Manich. c. 7. *Carnẽ*, inquit, *hoc loco nõ ipsam corporis nostri substantiã, quam Dñs etiam post resurrectionem suam carnem appellat, dicẽs Lucæ 24. Palpate, & videte quia Spiritus carnẽ, & ossa nõ habet, sicut me videtis habere: sed corruptionẽ, mortalitatẽq; carnis vult intelligi, quæ post resurrectionẽ*

Beda. Primasius. Haymo. Ansbertus. Pannon. Ioachimus. Fideles electi, aureum altare.

Humanitas Christi, aureũ thuribulum.

Num. 16.

Origenes.

Hebr. 2.

Oratio iustorũ incensum.

Hebr. 13. 15.

Hebr. 7. 25.

1. Ioan. 2. 2.

Christ⁹ in Cruce pontifex sacrificium Deo offerens. Heb. 5. 7.

2. Corin. 5. 16

D. Augustu.

Luc. 24. 39.

nō erit in nobis, sicut iam in Christo nō est. Deindè aduerte quosdam has preces, & supplicationes, de quibus loquitur Paulus, referre ad orationem Christi in horto, quod colligere se arbitrantur ex illis verbis: *Qui poſſet illum ſaluum facere à morte*; tunc enim constat Christum à Patre petijsse, vt à se passionis calicem transferret: ita sentiunt D. Ambrosius, Theodoretus, Oecumenius, & D. Thomas in commentarijs eius loci. Verùm nos quanquàm propter tantorum Doctorum auctoritatem ad orationem quoque factā in horto has preces, supplicationesq; spectare credimus: tamē multò magis de oratione Christi in Cruce intelligendas esse arbitramur: mouentq; nos in primis illa verba: *Et exauditus eſt pro ſua reuerentia*: quæ nō ita facilè, quicquid superiores auctores contentur, ad orationem in horto accommodari possunt: cum Christus tunc secundùm inferiorem animæ partem petierit, vt calix passionis ab ipso, si fieri posset, transferretur: quod ei tamen non fuit à Patre concessum: tametsi secundùm superiorem animæ partē voluntatem, inquam, non vt appetitus erat naturalis, sed vt rationem consequebatur, quemadmodùm docet Diuus Thomas, fuerit exauditus; siquidem se diuinæ voluntati omnino cōformabat dicens: *Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Deindè quoniam, cum Paulus dicat Christum orasse cum clamore valido, id autem non in horto factum legamus, sed in Cruce, par est credere Paulum multò magis ad orationem Christi in Cruce, quam in horto habitam spectasse: idq; tandem cōfessus est D. Thomas in commentarijs super epistolam Iacobi capite 4. vbi docet Christum quater fleuisse, primùm in infantia instar aliorum infantum: deindè cum Lazarum voluit à mortuis excitare Ioannis 11. tertiò super ciuitatem Hierosolymā Luc. 19. postremò in Cruce iuxta illud, inquit, Hebr. 5. *Cum clamore valido, & lacrymis.* Exauditus verò dicitur pro sua reuerentia, seu vt est Græce: ἐισακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, hoc est, vt exponit D. Chrysostomus, exauditus est ob eam reuerentiam, & venerationem, qua ipse dignus erat. Hæc enim nobis interpretatio magis probatur, quàm ea, quam quidam afferunt, exauditum scilicet fuisse pro sua reuerentia, hoc est, pro illa reuerentia, qua ipse Patrem reuerebatur: & quàm illa Oecumenij, & Photij, exauditum esse pro sua reuerentia, hoc est, pro singulari erga nos humanitate, ac pietate.

D. Ambr. Theodoret. Oecumenius. D. Thom.

Aecumenius. Photius.

Quartò. Accepit Angel⁹ thuribulū aureū, impleuitq; illud de igne altaris, & misit in terrā. Rectè Angelus implesse dicitur igne thuribulum, quia Christo non ad mensuram datus est Spiritus sanct⁹: itaq; de aureo humanitatis thuribulo pleno igne charitatis, & donorū Spiritus sancti misit Christus in terrā, cum Spiritū sanctum in Apostolos in die Pētecostes sub specie ignis largiter effudit. Illud tibi difficultatē hoc loco faciet, quomodò Christus dicatur accepisse ignē de altari; si per altare Ecclesia intelligenda est, nam ipsa potiùs de Christo, non Christus de ipsa ignē accepit: sed eam tamen sic expedies, si aduertas cā in tabernaculo, quàm in templo duplex fuisse altare & holocausti videlicet, & thymiamatis, illud æreum in atrio, hoc aureū in ea parte, quę Sancta dicebatur: in illo hostię cremabantur, in hoc thura, & thymiamata adolebantur: deniq; ex altari holocausti ad altare thymiamatis ignis deferebatur, vt aromata incenderētur. Priori igr̄ loco cum Christus dicitur stetisse ante altare, in quo altari Ecclesiā significatam diximus, intelligendū est altare thymiamatis: hoc verò loco, cū dicitur Angel⁹ impleuisse thuribulū de igne altaris, altare holocausti accipere oportet, quod altare non Ecclesiā interpretamur, sed cum Cælio Pānonio, & alijs Crucē, quæ altare holocausti meritò nuncupatur, quòd in ea Christus Patri sese in holocaustū obtulit: quia enim per Crucē sibi quidē gloriā corporis, & celebritatē nominis promeruit, nobis autē, vt Spirit⁹ sanct⁹ daretur: optimo iure thuribulū de igne altaris implesse, eumq; in terrā misisse perhibetur. Postremò postquā ignis ab Angelo missus est in terrā, dicū

5

Spiritus sancti in Apostolos aduentus.

Pannon. Crux Christi altare holocausti.

tur

D. Thom.

Luc. 22. 42.

Christus quater fleuit.

Ioan. 11. Luc. 19.

Hęb. 5. 7.

D. Chrysost.

tur facta tonitrua, voces, fulgura, & terræmotus; quia Apostoli postquam ignē Spiritus sancti in die Pentecostes sibi à Christo è cælo demissum in specie ignis acceperunt, statim cœperunt loqui variis linguis, (id enim voces significant) prædicatione tonare, fulgurare miraculis, denique orbem vniuersum tum miraculorum splendore, tum doctrinæ magnitudine, altissimaq; mysteriorum fidei explanatione ita quatere, rerumq; ipsarum nouitate attonitum permouere, vt terræmotum magnum diceres vbiq; gentium excitatum: quā quàm & per terræmotum tyrannorum, ac principum aduersùs Ecclesiam persecutiones, quib⁹ orbis vniuersus quasi è sedibus, imò & à fundamentis quodā modò auulsus turbari, cōmoueriq; videbatur, non incōcinnè accipi possint.

Post diem Pentecostes Apostoli fulgura, tonitruaq; edūt.

Altare holocausti describitur.

SECTIO III.

I

VT EA, quæ hoc loco Ioannes de Angelo, qui ex vno altari ignem accepit, in altero thymiamata incēdit, illustriora reddantur, vtriusque altaris descriptio sub aspectum subijcienda est. Supposuimus enim hactenùs duo altaria siue in tabernaculo Mosaico, siue in tēplo Salomonis fuisse, vnum holocausti, thymiamatis alterum; ex vnoquè ignē ad incendenda in altero thymiamata deferri solitum, id quod à præcedente Angelo, quem Christum interpretati sumus, factum fuisse cum Ioāne docuimus: quæ planè visio sine vtriusque altaris descriptione perspecta satis esse non potest. Primùm itaquè altare holocausti describamus ex ijs, quæ Exodi vigesimo septimo, & trigesimo octauo commemorantur. Erat igitur in primis illud altare de lignis setim cooperti laminis æreis interiùs, & exteriùs: habebatquè longitudinem quinque cubitorum, latitudinem similiter cubitorum quinque, altitudinem verò trium cubitorum, vt Sacerdotes facilè ad illud possent pertingere: quarè erat hoc altare instar cuiusdam quadratæ arcæ fundo, & opertorio carens, totum intrinsecùs vacuum, & inane. Secundò in superiori parte ad quatuor angulos totidem veluti cornua prominebant obeliscī instar ex eadem materia, non disiuncta, sed cōtinuata cum reliquo ære: sic enim exponunt interpretes illa verba Exodi vigesimo septimo. *Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erant.* Tertiò erat quędam craticula ænea vsq; ad altaris medium in modum retis, de cuius forma, situq; est aliqua controuersia. Hebræi, quos sequitur Abulensis quæstione sexta super caput vigesimū septimum Exodi, & Lyranus ibidem existimant hanc craticulam non immitti solitam intrà altare, sed fuisse per eius circuitum tanquàm zonam quandam eleuatam per cubitum cum dimidio vsque ad altaris medium, ad altaris dū taxat decorem, & pulchritudinem. Verùm hæc sententia omnino est improbabilis, & planè à sacro contextu abhorrens, vt perspicuum est. Alij eam sine pedibus effingunt, appendūtq; ex quatuor cornibus altaris per quatuor illos circulos æneos, ita vt per catenulas etiam æneas vsque ad medium altaris descenderet. Arias Montanus sentit eam craticulā quatuor pedibus constitisse, quibus fulciebatur, fuissequè altitudine sesquicubitali, atq; adeò illatam intrà altare, & pauimento superpositam pertinuisse vsq; ad altaris medium. In eo hæc opinio nobis non probatur, quòd craticulam demittit intra altare vsque ad altaris medium: quanuis enim Exodi vigesimo septimo dicatur: *Eritq; craticula vsque ad altaris mediū*, id tamen non de craticula quoad partē superiorē, in qua carnes ponebantur, accipiendū est; ea enim superficiē ipsā altaris contingebat; sed de inferiori parte craticulæ, quæ dicebatur arula, in qua ignis incendebatur: hæc nanque arula manebat in medio altaris, quēadmodum disertè tradiur Exodi tri-

Altaris holocausti quæ materies.

Cornua altaris quid.

Exod. 27. 2. Aenea craticula qualis fuerit.

Hebræi. Abulensis. Lyranus.

Arias Monta.

Exod. 27. 5.

gesimo octauo, vbi ita legimus: *Craticulam eius in modum retis facies æneam, & subter eam in altaris medio arulam*; finge enim craticulam æqualem spatio illi vacuo intrà altare, ita tamen, vt cõmodè posset intrà altare inferri, & extrahi, cum opus esset; tum ex ista craticula pendere arulam æneam eiusdem & longitudinis, & latitudinis ęneis clauis superiori craticulæ annexam, ita vt inter superiorem craticulam, & inferiorem interiectum esset spatium sesquicubitale, seu cubiti cum dimidio, ex quo fiebat, vt ista arula maneret in medio altaris, cum altaris altitudo esset trium cubitorum. In hac igitur arula ponebantur ligna, ignisque incendebatur ad concremandas carnes, quę in superiori craticula ponebantur: deque ista arula intelligendum est, quod dicitur Exod. trigesimo octauo. *Et subter eam in altaris medio arulam.* Quidam in ista arula deorsum versùs ponunt quatuor pedes ęneos in quatuor angulis constitutos, cum ipsamet arula continuatos, quibus totum craticulę instrumentum cum sua arula in pauimento niteretur. Cœterùm cum neque ex scriptura, neque ex Iosepho habeamus craticulam istam habuisse pedes, non est cur ei illos adiungamus: credimus enim illam per catenulas fuisse appensam ex quatuor cornibus altaris, quos in altari fuisse per quatuor angulos superiùs diximus.

Exod. 38. 4.

Quid arula in altari holocausti.

Exod. 38. 4.

2

Fenestula altaris.

Quartò plerique ponunt in Orientali latere altaris quandam quasi fenestram, per quam cineres extraherentur, & ligna super arulam ponerentur. Ita sentiunt Beda libro secundo de tabernaculo capite duodecimo, Magister historiæ scholasticæ in Exodo capite quinquagesimo nono. Quam opinionem, cum non repugnet textui Scripturæ, & commodiorem faciat vsum altaris, non est, cur improbemus. Quintò habebat craticula quatuor annulos æneos, per quos vectes duo inserebantur ad portandum, cum ex altari extrahebatur; quos annulos distinctos, ac diuersos omninò fuisse ab annulis altaris, de quibus superiùs diximus, persicuum est ex capite trigesimo octauo Exodi, vbi ita legimus: *fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates*; ex quo patet in ipso retiaculo, seu craticula poni quatuor annulos: habuisse verò prętereà ipsũ altare alios quatuor ânulos æneos, per quos etiam vectes de lignis setim ære coopertis ad portãdũ immitterentur, patet ex eodẽ loco, vbi nominantur circuli, qui in laterib⁹ altaris eminebãt: ij verò vectes erãt de lignis setim obducti ære. Sextò non defuerũt, qui existimarent hoc altare holocausti impletum fuisse terra vsque ad mediũ, ad quam opinionem accesserunt Abulensis, & Magister historiæ scholasticæ, probareq; nituntur ex illis verbis Exod. 20. trigesimo. *Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra.* Cæterũ Theodoret⁹ quæstione 44. super Exodum ait eo loco Exodi non esse sermonẽ de altari holocausti, quod erat in atrio tabernaculi, sed de altaribus, quæ specialiter in aliquibus locis erigebantur ad immolandum, quę De⁹ volebat esse vel ex terra, vel ex impolito lapide, vt peracta immolatione quamprimùm destruerentur, ne posteà gentilibus ad cultum Deorum suorum deseruirent: vnde eodem loco exodi statim subditur: *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus*: sed tamen impleri solitum eiusmodi altare lapidibus saltem vsque ad medium, hoc est, vsque ad arulam, manifestè colligitur ex primo Machabęorum quarto, vbi ita legimus. *Dixit autem Iudas, & fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renouare. Et cõgregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montẽ Sion, & viderunt Sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas.* Et paulò post: *Et cogitauit Iudas de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret, & incidit illis consilium bonum, vt destruerent illud, nè forte illis esset in opprobrium, quià contaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret Propheta, & responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud, quod*

Exod. 38. 5.

Abulensis. Magister historię scholasticę Exod. 20. 24.

Theodor.

Vsque ad medium lapidib⁹ implebatur altare.

1 Mach. 4. 36.

fuit

fuit priùs. Vbi cernis altare holocausti ex lapidibus constructum, sed illud ita accipe, vt lapidũ structura per cubitũ cum dimidio tantùm ascenderet; deindè verò superponeretur altare æneum, & craticula cum sua arula vsque ad medium altaris per cubitum etiam cum dimidio descendens inferretur: erat enim altare hoc tribus altum cubitis. Postremò in hoc altari fiebat iuge illud sacrificium, de quo agitur Numerorum vigesimo octauo. Etiam duo agni anniculi quotidie immolabantur vnus mane, & alter vesperi: prioris immolatio sacrificium matutinum, posterioris vespertinum dicebatur præter alia multa sacrificia, quæ in eodem altari peragebantur: præcipiebat verò Deus Leuitici sexto, vt ignis in hoc altari nunquàm deesset, quocircà à Sacerdotibus lignis subindè appositis cõtinuò fouebatur. Atque hæc de huius altaris descriptione.

Mystica altaris holocausti expositio.

SECTIO IIII.

NE superiùs descriptã altaris holocausti formã expertem mysterii putet quispiam, duplex illius mysterium indicabimus, vnum ad allegoriam, alterum ad mores pertinens. Quod ad allegoriam igitur spectat, omnia sacrificia, quæ in altari holocausti peragebãtur, sacrificium Christi cruentum in cruce peractũ repræsentabant, sicut iuge sacrificium sacrificium Missæ incruentum, quo Christus quotidie in Ecclesia immolatur, vt plerique omnes Patres docent; qua de re legendus est doctissimus Turrianus posteriore tractatu de Eucharistia cap. vigesimo secundo. Ex quo fit, vt meritò Crux Christi per altare holocausti fuerit adumbrata; siquidem in ea peractum fuit illud cruentũ Christi sacrificium. Erat altare holocausti non intrà, sed extrà tabernaculum, in atrio videlicet tabernaculi constitutum; quoniam Christus extra castra passus est, vt ait Paulus ad Hebræos decimo tertio. Quatuor cornua designant quatuor mundi plagas, pro quib⁹ Christus se Patri obtulit. Cooperitur laminis æreis, quià cum æs sit sonorũ, rectè Crucis prædicationem toto orbe per Apostolos diffusam significat iuxtà illud psalmi decimi octaui. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Est etiam æs symbolum fortitudinis ad exprimendam crucis inuictam potentiam, quæ omnes mundi, Dæmonisq; vires non tantùm fregit, sed etiam contriuit. Craticula, in qua carnes ponebantur, & igni suppositio cremabantur, ostendit acerbissimos cruciatus, quibus Christus in Cruce tanquàm in craticula torrebatur iuxta illud Psalmi 101. quod ad Christum etiam spectat. *Ossa mea sicut cremium aruerunt*; seu vt reddit Hieron. *Quasi frixa cõtabuerũt*; vt legit Augustin. *Tanquã in frixorio cõfrixa sunt*; vt alij, *Tanquã focus, aut torris adusta sunt.* Non vacat autem mysterio, quod in latere Orientali erat fenestra, per quam ligna in arulam immittebantur, & igni fomenta suppeditabantur, quoniam scilicet à parte Orientali, in qua situs fuerat paradisus terrestris, peccatũ Adæ prouenit, quod doloribus, & cruciatibus Christi, materiam, & fomenta ministrauit: quòd autem paradisus ad Orientem fuerit, ostendit locus ille Genes. 2. vbi pro eo, quod nos habemus: *Plantauerat Dominus Deus paradisum à principio*, habent Septuaginta, ἐφύτευσεν κύριος ὁ θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲν κατὰ ἀνατολάς ideſt, *Plãtauerat Dominus Deus paradisum in Eden ad Orientem.* Atque hæc breuiter de altaris holocausti allegoria.

Quod ad tropologiam spectat, ea est de pœnitentia, carnisque maceratione, quemadmodum docet D. Gregorius homilia vigesima secunda in Ezechielem, vbi altare holocausti cum altari thymiamatis componit. *Quid est*, inquit, *altare, nisi mens benè viuentium, qui peccatorum suorum memores lacrymis se lauãt, carnem per abstinentiam macerant, vbi ex mœrore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur iuxta illud Apostoli ad Romanos duodecimo.*

I

Altare holocausti, & sacrificia in eo peracta Crucẽ, & cruentũ Christi sacrificium adumbrabant.

Turrianus.

Heb. 13.

Crucis prædicatio toto orbe diffusa Psalm. 18. 5.

Crucis potentia.

Psal. 101. 4. Acerbitas dolorum Christi, quibus Adæ peccatum fomenta ministrauit.

Paradisus terrestris ad Oriẽtem fuit. Gen. 2. 8. Septuaginta interpretes.

2

D. Greg. Carnis maceratio, & pœnitentia in altari holocausti figurata.

Rom. 12. 1.

Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: hostia viuens est corpus Domino afflictum: hostia, quia iam huic mundo est mortuum, viuens, quia cuncta, quæ prænalet, bona operatur: sed alia compunctio est, quæ per timorem nascitur, alia, quæ per amorem: vnde & in tabernaculo duo altaria fieri iubentur, vnum exterius, aliud interius: vnum in atrio, aliud ante arcam: vnum ære coopertum, aliud auro: in æreo cremantur carnes, in aureo incenduntur aromata. Multi enim plangunt mala, quæ fecerunt, & incenduntur vitia igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde palpitant; quid isti nisi altare sunt æreũ, in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera plangunter? Alij verò à carnalibus vitijs liberi amoris flamma in compunctionis lacrymis inardescunt, supernis iam ciuibus interesse conspiscunt, Regẽ in decore suo videre desiderant, & fiere quotidie ex eius amore non cessant; quid isti nisi altare sunt aureum, in quorum corde aromata incensa sunt, quia virtutes ardent? sed hoc altare aureum est antè velum, quia Sanctorũ corda per sanctum desiderium in illum ardent, quem adhuc reuelata facie videre non possunt. Hactenùs Gregorius. Ex quo didicisti altare holocausti esse cor hominis sese per pœnitentiam macerantis, prauasq; animi appetitiones castigatione corporis comprimentis; altare verò thymiamatis esse cor iusti orationem, & amorem Deo tanquàm suauissimum thymiama offerẽtis. Porrò obserua quoad situm ingrediẽtibus siue tabernaculũ, siue templum Sacerdotibus priùs occurrere altare holocausti, quàm altare thymiamatis; cùm altare holocausti esset in atrio, altare verò thymiamatis in ea parte, quæ dicebatur Sancta: nimirùm ad perfectionem tendentibus priùs est exercenda mortificatio, prauarumq; appetitionum compressio, vt ad thymiama Deo offerendum per internos, & excellentes virtutum actus, inflammatumque amorem possint accedere: vndè Canticorum 3. priùs myrrha, quàm thus nominatur. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Præterea ignis, quo thymiamata in altari aureo incẽdebãtur, deferebatur ex altari holocausti, in quo perpetuò ignis foueba-

Mortificatio orationis exercitio, cæterisque virtutibus præmittẽda est

Cantic. 3. 6.

tur, quoniam orationum feruor, atque ardor ex carnis maceratione, ac passionum mortificatione ortum habet: à qua nunquam cessandum est, sed conseruandus perpetuò ignis in altari holocausti propter continuam carnis tyrannidem, quę etiam debet continuo bello, & conflictu coerceri. Quarè qui orationi vacare studet non incumbens mortificationi, perindè facit, atque si sine igne aromata vellet incendere.

Craticula confecta in modum retis varia mortificationum, & maceratio-num genera inuicem connexarum, & in modum Crucis, quæ etiam mortificationis est symbolum, complicatarum designat, quibus, qui sese studio virtutum dedunt, in hoc spirituali holocausti altari continuò torrentur, caroque ipsa consumitur, hoc est, carnalis, & animalis homo destruitur, & in spiritualem, ac cœlestem conuertitur iuxta illud Pauli 2. Corinthiorum 4. *Propter quod non deficimus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur: tamen is, qui intùs est renouatur de die in diem.* Atq; hæc mira carnalis hominis in spiritualem cõuersio, quæ in altari holocausti perficitur, mihi videtur expressa in eo altari holocausti, quod per visum ostensum fuit Esaiæ cap. 6. ait enim Propheta volasse ad se vnum de Seraphim habentem in manu calculum, quem forcipe tulerat de altari, eoque os suum tetigisse, atque mundasse: quo loco per calculum vult D. Hieronymus accipiendum esse carbunculum pretiosam gẽmam: nam verbum Græcum ἄνθραξ, quo vsi sunt Septuaginta, & carbonem ignitum, & carbunculum lapidem pretiosum significat. *Calculus iste,* inquit Hieronymus, *qui à Solis Septuaginta ἄνθραξ, idest, carbunculus est interpretatus, potest non carbonem significare, vel prunam, vt plerique existimant sed ἄνθρακα, idest, carbunculum lapidem, qui ob coloris flammei similitudinem igneus appellatur: ex quo intelligimus altare Dei plenum esse carbunculis.* Hęc Hieronymus. Iux-à cuius sententiam putantis calculum illum detractum forcipe à Seraph ex altari fuisse carbunculum pretiosam gemmam, meritò aliquis quærat, quomodò

3

2. Cor. 4. 16.

Esai. 6.

D. Hieronym.

ignis

ignis illius altaris poterat nutriri carbunculis, gemmisque pretiosis, cum gemmæ non sint aptæ ad nutriendum ignem? Cui dubitationi ita mihi respondendum videtur in illud quidem altare non carbunculos, & gemmas ad ignem nutriendum immissas fuisse; sed coniectos carbones, qui tamen ab igne altaris in gemmas conuertebantur: ita que qui carbones iniecti fuerant, carbunculi, & gemmæ prodibant ad vim nostri altaris holocausti, pœnitētiæ scilicet exprimendam, cuius vi planè diuina, & admirabili peccatores instar carbonum frigidi, nigrique suorum scelerum, ac flagitiorum turpitudine in carbunculos, gemmasque euadunt pulcherrimas: fiuntque pretiosi lapilli, siue per charitatis ardorem carbunculi, siue per castitatem smaragdi, quod lapidis genus inimicum esse libidini à multis proditur scriptoribus, siue etiā per inuictam animi fortitudinem, & insuperabilem diuina ope in medio persecutionum patientiam adamantes. Itaque hic etiam verum est illud Psalmi: *Carbones succensi sunt ab eo*, nec tantùm succensi, sed in gemmas etiam, pretiososque lapillos diuinitùs cōuersi. Atque hæc de altaris holocausti mysterio perstrinxisse sit satis.

Pœnitentiæ vis ingens, & mirabilis.

Smaragdus libidinis inimicus.

Psalm. 17.9.

Altare Thymiamatis describitur, eiusque mysterium explicatur.

SECTIO V

1

DESCRIPTO altari holocausti superest, vt altare quoque thymiamatis describamus, vt ea, quę Ioannes hoc loco tradit, intelligi queant; siquidem vti diximus hac visione vtrunque altare complexus est. Igitur de altaris thymiamatis figura agitur Exodi 34.

2 Primùm verò sciendum tria tantū fuisse ea in parte templi, quæ dicebatur Sancta, hoc ordine collocata, vt auctor est Iosephus libro 3. antiquit. cap. 7. Ad septentrionalem templi partē erat mensa propositionis non longè ab adyto: ex aduerso mensæ ad parietem meridionalem erat candelabrum aureum: inter hoc, & mensam altare thymiamatis. Secundò erat hoc altare de lignis setim, ideſt, iuxtà probabiliorem sententiam cedrinis, quæ ligna cooperiebantur laminis aureis, cùm in contextu dicatur; *Vestiesque illud auro purissimo*. Tertiò erat quadratum, hoc est, æqualium laterum, cum haberet cubitum vnum in longitudine, & alterum in latitudine; quarè in contextu quadrangulum pro quadrato accipiendū est; habebat tamen altitudinem duorum cubitorum. Quartò procedebant ex ipso cornua in quatuor angulis superioribus, quæ cornua Lyranus vult fuisse quædam pomella in quatuor illis angulis collocata ad pulchritudinem, & decorem altaris; quę opinio est Hebræorum. Abulensis, & alij existimant fuisse partes quasdam prominentes ex ipsis angulis prodeuntes; neque probat eorū sententiam, qui putarūt eiusmodi partes fuisse recuruas, vt ex iis videlicet appenderentur aliquæ craticulæ aureæ ad incendendūm thymiama, aut vasculum aliquod ad thymiama, ignē ve recipiendum: imò contendit, siue ea cornua recurua fuerint, siue recta, nihil ex eis appendi solitum; quemadmodùm fusè argumentatur quęstione secūda super caput trigesimum Exodi docens vasa omnia ad altare thymiamatis pertinentia fuisse in altari holocausti. Quintò habebat hoc altare opertorium quoddam reticulatum, hoc est, instar retis de lignis setim coopertum laminis aureis, quod in contextu craticula, & in Hebræo tectum appellatur. Sextò habebat in superiori parte coronam aureolam per circuitum, ideſt, labium quoddam aureum ambiēs totum altare in superioribus extremitatibus, quod corona dicitur, non quòd rotunda esset, siquidem erat quadrata, quemadmodùm & altare, sed quià totum altare per gyrum ambiebat. Septimo

Iosephus. Mensa propositionis, candelabrum, & altare thymiamatis in quatem. pli parte fuerint.

Ligna setim eadem, quę cedrina. Exod. 30. 3.

Quid altaris cornua. Lyranus.

Abulensis.

Carticula altaris thymiamatis.

Quid corona in altari.

timò. Erāt ſub corona duo ānuli aurei per duo oppoſita latera, ideſt, quatuor, bini videlicet in duobus lateribus oppoſitis, vt in eos duo vectes de lignis ſetim cooperti laminis aureis infererentur ad portandum altare. Octauò. Super hoc altare cremabatur incenſum quoddam compoſitum, quod appellatur thymiama, non ita tamen, vt ſuper craticulam immediatè poneretur; ſic enim aurum, quo erat coopertum, igne liqueſieret, & cinere obſcuraretur: ſed erat quoddam vas æneum, quod vocabatur ignis receptaculum, & ſæpe dicitur thuribulū, cuiuſmodi erant multa vaſa, vt patet Leuit. 10. vbi refertur Nadat, & Abiu filius Aaron poſuiſſe ignem in thuribulis, & incenſum Domino obtuliſſe: itaque ponebatur ſuper craticulam huiuſmodi thuribulum, & in eo thymiama offerebatur; diebus quidem profeſtis vnum tantùm thuribulum; in ſolennioribus interdùm plura, vt ex capite 9. Leuitici perſpicuum eſt. Nonò. Non ſolùm ſummus Sacerdos, ſed etiam reliqui omnes offerebāt incenſum in hoc altari; quemadmodū probat Abulenſis quæſtione 60. ſuper 30. caput Exodi ex Zacharia patre Ioānis Baptiſtæ, qui erat ex minoribus Sacerdotibus, & tamen offerebat incenſum coram Domino. Lucę 1. Decimò. Hæc thymiamatis oblatio fiebat bis in die, ſemel quidem mane cùm Sacerdos componebat lucernas candelabri: cùm enim ſeptem eſſent lucernæ in candelabro, quatuor earum de die non ardebant, vt auctor eſt Ioſephus libro 3. antiquitatum capite 9. eaſque Sacerdos extinguebat ad aurorā relinquens tres alias lucentes: tunc igitur ſemel offerebat thymiama: deindè verò iterùm veſperi, cùm redibat, vt quatuor lucernas extinctas rurſùs accenderet; omnes enim ſeptem de nocte lucebant. Quod verò attinet ad thuribulum aureum, cuius hic facit mentionem Ioannes, illud erat in Sanctis Sanctorum, quemadmodùm docet Paulus ad Hebræos 9. vt inferiùs demoſtrabimus, ad vſum videlicet Sacerdotis, cùm ſemel in anno in die illo ſolenni purgationis ingrediebatur in Sancta Sanctorum: quo fit, vt hoc loco non quilibet Sacerdos, ſed ſummus, & maximus per Angelum habentem thuribulum aureum accipiendus ſit; ſiquidem reliqui Sacerdotes æneis thuribulis vtebantur, vt paulò ante diximus.

Thymiama quid fuerit.

Leuit. 10. Thuribulum quid.

Leuit. 9.

Omnes ſacerdotes offerebant thymiama. Abulenſis.

Luc. 1. Thymiamatis oblatio bis in die fiebat.

Ioſephus.

Heb. 9.

Hoc loco per Angelum ſummus Sacerdos intelligitur.

3 Beda.

Quod attinet ad huius altaris myſterium, illud inter alios explicauit Beda libro ſuo de templo Salomonis capite 12. à quo nonnulla mutuabimur. Altare igitur thymiamatis præſtantes ſanctitate viros ſignificat, qui per cœleſtium rerum contemplationem, terrenarumque deſpicientiam propè Sancta Sanctorum cæleſtia vitam agunt; qui iàm in altari holocauſti, in quo hoſtiæ cremabantur, paſſionum ſuarum hoſtijs immolatis orationum, reliquarumque virtutum thymiamata ſuauiſſima diuini amoris igne incendunt, Deoque in cordis ſui thuribulo ſanctiſſimè offerunt. Erat de lignis ſetim imputribilib⁹, quià terrenæ corruptionis expertes, & ferè imputribiles oportet eſſe eos, qui contemplationi vacant, & deſiderio tendunt ad cœleſtia; quæ tamen ligna aureis charitatis bracteis debent eſſe cooperta. Quadratum erat altare, quæ figura firmitatis, & ſtabilitatis eſt ſymbolum, quoniam qui iam ſunt altare thymiamatis, nullis debent rerum ſucceſsibus de ſuæ mentis ſtatu, & tranquillitate dimoueri iuxta illud Pauli ad Romanos 8. *Quis ergò nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia?* Quam eandem ob cauſam arca Noe, quæ figura Eccleſię fuit, ex quadratis lignis fuit compoſita, quemadmodùm expendit Origenes homilia 2. in Geneſim. Etenim pro eo, quod nos habemus Gen. 6. *Fac tibi arcam de lignis lęuigatis*, Septuaginta traſtulerunt, *Fac tibi arcam de lignis quadratis*: id circò etiam Arcades, vt auctor eſt Pauſanias, Deorum ſuorum ſimulachra quadrantalia faciebant, vt eorum indè ſtabilitas demonſtraretur. Altitudo duorum eſt cubitorum, quia non ſolùm mente, ſed etiam corpore in cœleſtia feruntur; quemadmodum de ſe teſtatur Regius vates Pſ. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in*

Vir ſanctitate præſtans altare dicitur thymiamatis.

Quadrata figura ſtabilitatis ſymbolum.

Rom. 8. 35.

Origenes.

Gen. 6. 14.

Pauſanias.

Sancti mente, & corpore feruntur in cœleſtia.

Pſal. 83. 3.

Deum viuum. Quatuor habet cornua, seu pomella quędam pulcherrima, quia quatuor illæ virtutes Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudo quasi in quatuor animæ angulis collocatæ eam pulcherrimam efficiunt. Craticula aurea, in qua odores ponuntur, ipsa iustorum corda interpretatur Beda, in quibus orationum, & desideriorum aromata Deo adolentur, quæ craticula est ad excernendos omnes terrenorũ affectuum, & cogitationum cineres, vt pura maneat oratio, & perpurgata cœlestium rerum desideria. Duo vectes, quibus portatur altare, sunt amor duplex, Dei videlicet, & proximi: quo duplici amore mens iusti ferri, ac sustineri debet: qui vectes meritò in circulos aureos inseruntur, quia vterque amor per aureas, ideſt, charitate fulgenees actiones exercetur.

Cor iusti aurea Craticula. Beda.

Amor Dei, & proximi.

Aduerte autem nullo modo potuisse altare altero tantùm vecte portari, quin corrueret; sic enim vera iustitia absque vtroque amore constare nequa quam potest, vnde sponsus Cantic. 1. sponsam bis pulchram appellauit, cùm dixit: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, proter geminam scilicet hãc dilectionẽ, vt interpretatur D. Gre. Bis in die Thymiama offerebatur semel mane, & iterũ vesperi, quod erat veluti iuge quoddã sacrificiũ, vt respõderet iugi sacrificio altaris holocausti, in quo duo agni quotidie vnus mane, alter vesperi immolabãtur; quia passionũ mortificationi, quæ per altare holocausti significatur, eàdem planè mensura respondet Diuinus amor, & contemplationis ardor, quæ per altare thymiamatis exprimuntur, ita vt iuge Thymiamatis sacrificium absq; iugi hostiarum holocausto esse non possit: quam ob causam sponsus vtrunque coniunxit Cant. 5. *Veni, inquit, in hortum meum soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis*. Vbi per myrrham mortificatio, per aromata Diuinus amor, & contemplatio intelligitur. Quo loco obiter aduerte Christum Dominum se in passione messori comparare tum ad significandam animi lętitiam, qua patiebatur: solent enim agricolæ messis tempore plurimùm lætari iuxtà illud Esaiæ 9. *lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe*: tum ad significandum copiosum passionis suæ fructum, quem iam tunc patiendo quasi metere, & colligere videbatur. Itaque ipsa Christi passio veluti quædam fuit messis, fructuumquè collectio. Deinde etiam obserua, quanti Christus redemptionem nostram fecerit, qui eam aromata sua appellet: *Messui*, inquit, *myrrham meam cum aromatibus meis*; & myrrhæ, hoc est, passionis amaritudinem paucorum aromatum, ideſt, prædestinatorum lucro vsque adeò compensatam existimet, vt quasi gloriabundus præ lætitia, & quodam veluti tripudio decãtet. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis*. Denique corona aurea, quam habet altare per gyrum, coronam illam gloriæ significat, quã iusti, si in sanctitate permanserint, à Deo coronabuntur: de qualoquitur Paulus 2. Tim. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ*. Reliqua, quę hîc desiderari possunt, petenda sunt ex ijs, quæ capite septimo sectione septima de altari holocausti diximus.

Esai. 9. 3.

Corona altaris, corona glorię.

2. Tim. 4. 8.

4 Sine vtroque amore vera iustitia non constat.

Cant. 1. 15. D. Greg.

Diuinus amor, & contemplationis ardor mortificationi respondent.

Cant. 5. 1.

Christ⁹ in passione vt in messe lętitia perfusus.

Thuribulum quoddã aureum fuisse intra Sancta sanctorũ, atque adeò diuersum ab altari thymiamatis.

SECTIO VI.

1

SVPPOSVIMVS hactenus thuribulum quoddam aureũ fuisse intra Sancta sanctorum, quo solus summus Pontifex vtebatur, cum in solenni expiationis die semel in anno eò ingrediebatur: ex quo vlteriùs colligimus hunc Angelum, de quo Ioannes loquitur, maximũ fuisse Pontificẽ. Quoniã verò non desunt, qui eiusmodi thuribulum cum altari thymiamatis confundant, visum est operæ pretiũ, quid ea de re sentiendum sit, hoc loco explicare. Illud igitur statuendũ est primò altare thymiamatis fuisse extrà San

Altare thymiamatis fuit in ea parte templi, quę Sancta dicebatur. Origenes. D. Auguſt.

cta Sanctorum in ea parte ſiue tabernaculi, ſiue templi, quæ Sãcta dicebatur: quaquidem in re lapſi ſunt Origenes hom. 9. in Leui. D. Auguſt. lib. quæſt. in Exod. q. 133. & 136. & quidã alij apud Theophylactum in c. 9. Epiſt. ad Hebr. exiſtimantes altare Thymiamatis fuiſſe intrà Sancta ſanctorũ, cuius erroris anſam acceperunt ex illis verbis. 3. Reg. 6. cum dicitur: *Sed & totum altare oraculi texit auro*: oraculum enim, inquiunt, pro Sanctis ſanctorum vſurpatur: & ex illis Exod. 30. *Deprecabitur Aaron ſuper cornua eius* (ideſt, altaris thymiamatis) *ſemel per annum in ſanguine*: certum eſt autem ex Paulo ad Hebr. 9. Summum Sacerdotem ſemel in anno conſueuiſſe ingredi in Sancta ſanctorum non ſine ſanguine. Verùm hic error facilè conuellitur, primùm ex cap. 40. Exodi, vbi altare aureum, ideſt, thymiamatis conſtituitur inter menſam, & candelabrũ, quæ nemo vnquàm intra Sancta ſanctorum collocauit. *Poſuit*, inquit, *mẽſam in tabernaculo teſtimonij ad plagam Septentrionalem extrà velum: poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonij è regione menſæ in parte Auſtrali: poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonij contrà velum*: itaq; cernis velum fuiſſe inter altare aureum, & Sancta ſanctorũ. Deindè Leuitici decimo ſexto dicitur, quòd ſummus Sacerdos ſemel in anno tingebat hoc altare ſanguine, ad quod faciendum dicitur exire de Sanctis ſanctorum. Accedit, quòd vt præcedenti ſectione diximus, in eo altari bis in die thymiama offerebatur Exodi trigeſimo: at in Sancta ſanctorum non patebat aditus niſi ſemel in anno; & confirmatur, quià inferiores Sacerdotes, quibus ingreſſus in Sancta ſanctorum erat interdictus, offerebant incenſum in altari thymiamatis, vt patet de Zacharia patre Ioãnis Baptiſtæ, quem de minoribus Sacerdotibus fuiſſe ex eo eſt perſpicuũ, quòd Lucæ primo dicitur ſorte exijſſe ad ponendum incenſum, & in ordine vicis ſuæ: at Sũmus Sacerdos neq; ſorte, neque alternatione cũ aliis miniſtrabat: quod non aduertens D. Auguſtinus tractatu quadrageſimo nono in Ioannem,

3. Reg. 6. 22.

Exod. 30. 10.

Hebr. 9.

Exod. 40. 22.

Leuit. 16.

Exod. 30.

Zacharias de minorib⁹ fuit Sacerdotibus. Luc. 1.

D. Aug.

Diuus Ambroſius, Beda, & Euthymius Lucæ primò perperã exiſtimarunt Zachariam Sacerdotem fuiſſe Summum. Maneat igitur altare thymiamatis fuiſſe extrà Sancta ſanctorum; quemadmodùm præterea docẽt Philo Iudæus libro de victimis offerendis, Ioſephus libro 3. Antiq. cap. 7. & lib. 8. cap. 2. Beda libro ſuo de templo Salomonis cap. 12. Theophylactus in caput nonũ epiſtolæ ad Hebræos, Magiſter hiſtor. ſcholaſticæ in Exod. cap. 67. Lyranus Exod. trigeſimo, & 3. Regum 6. Caiet. & Lipom. ibidem, & diuus Thomas 1. 2. quæſt. 102. art. 4. ad ſextum. Qua de re legendus eſt Abulenſis quęſtione 6. in caput 30. Exodi, & quæſtione 16. in caput ſextum 3. libro Reg. Quare cum dicitur 3. Reg. 6. *Altare oraculi texit auro*, appellatur altare thymiamatis altare oraculi, non quòd eſſet in oraculo, ſed quòd eſſet propè oraculũ, vt patet ex Hebræo, quod ſic habet ad verbum: *Altare, quod ad oraculũ erat, texit auro*: eſt enim hebraiè אשר לדביר, i. quòd ad oraculũ; & luculentiùs adhuc ex Septuaginta, qui ita tranſtulerunt: *Fecit altare antè faciem oraculi*. Ad locum Exodi 30. dicimus, Sacerdotem quidem ſummũ ſemel in anno deprecari ſolitum non ſine ſanguine in altari thymiamatis; verùm ad id pręſtandum opus habuiſſe exire de Sanctis ſanctorum; quemadmodum diſertè traditur Leuit. 16.

D. Ambr. Beda. Euthymius.

Philo. Ioſeph. Beda. Theophylact. Mag. hiſt. ſch. Lyranus. Caietanus. Lipom. D. Thom.

Abulenſis.

Hoc ita conſtituto ſciendum præterea eſt Diuum Paulum Hebr. 9. mentionem facere cuiuſdam aurei thuribuli, quod erat intrà Sancta ſanctorum; quod quidem Origenes, & Auguſtinus locis citatis exiſtimarunt eſſe ipſum altare thymiamatis, quam ob cauſam coacti ſunt altare thymiamatis intrà ipſa Sancta ſanctorum conſtituere. Verùm cum demonſtratum ſit altare thymiamatis fuiſſe extrà Sancta ſanctorum, non defuerũt alij, qui cùm viderent non poſſe altare thymiamatis intrà Sancta ſanctorum collocari, & tamen in eo perſiſterent, vt altare thymiamatis cum aureo illo thuribulo confunderent, auſi ſunt contrà communiorem Doctorum ſententiam, &

2

Thuribulum aureum intra Sancta Sanctorum fuit iuxta ſententiam D. Pauli.

Turibulũ aureum ex Sanctis sanctorum auferunt quidam, & idem quod altare esse dicunt. Abulensis. Franc.Rib.

manifestam Pauli doctrinam thuribulum illud aureum ex Sanctis Sanctorum quasi furtiuè extrahere, vt idem esse posset cum altari thymiamatis; quæ opinatio placuit Abulensi quæst. 6. in caput 30. Exodi; quem sequitur Franciscus Ribera lib. 2. de templi fabrica cap. 8. & in comment. epistolæ ad Hebr. ad caput 9. numero 15.16.17. Cui cùm vel ipsa thuribuli appellatio obstare videretur, in mentem venit affirmare altare thymiamatis nihil aliud fuisse, quàm grande quoddam thuribulum: credo eâdem facilitate dicturum thuribulum quoque nihil esse aliud, quàm paruum quoddam altare, vt nimirũ omnia egregiè concinant, & vbicunque in sacris literis siue thuribuli, siue altaris mentio fiat, de alterutro sinè discrimine sermonem esse existimemus. Sed agè probemus thuribulum quoddam aureum fuisse in Sanctis Sanctorum, atque adeò planè diuersum ab altari thymiamatis. Audi Paulum Hebr. 9. *Tabernaculum*, inquit, *factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro*: his verò ita compositis in priori quidem tabernaculo semper introibant Sacerdotes: in secundo semel in anno solus Pontifex non sine sanguine. Vbi primùm cernis Apostolum eam partem, quæ Sancta dicebatur, ab ea, quę Sancta Sanctorum appellabatur, distinxisse: deindè disertis verbis affirmasse in Sanctis Sanctorum fuisse thuribulum aureum, & arcam testamẽti tam luculenter, vt nullum dubitandi locum reliquerit: nam si non dixit, aureum thuribulum fuisse intra Sancta Sanctorũ, profectò neque dixit arcã testamenti ibidem fuisse, cùm vtrunque post secundum valamentum in Sanctis Sanctorum ijsdem verbis constituerit.

Hebr.9.2.

3 Abulensis expositio ad locũ Pauli.

Aues iam scire, quid tam illustri testimonio respondeat Abulensis: subtilem sanè comminiscitur expositionẽ. Non dixit, inquit, Paulus thuribulum aureum fuisse post velamentum secundum, sed Sancta Sanctorum, quę erant post velamentum secundum, habuisse thuribulum aureum, non quòd ibi esset, sed quia ad eius loci ministerium, & cultum pertineret: quod commentum cùm bellè confictum Riberæ videretur, ingeniosè reperit in categoriarum libro, quo illud ad speciem exornaret. *Habere*, inquit, *vt docet Aristoteles multis modis dicitur; ita herus famulum habet, & templum ministros.* Credo non expectabis, vt hęc per se facilè corruentia diluamus, cùm videas eodem isto commento posse ipsam quoq; arcam testamenti à Sanctis Sãctorum ablegari: itaq; non constare ex eo loco Pauli, quid in prima, quid in secunda tabernaculi parte fuerit: siquidẽ (vt hi auctores volunt) Paulus ad Moysen intelligendum interpretem Aristotelẽ adscribens habere multis modis vsurpauit. Sed cur non dixit etiam Sancta Sanctorum habuisse candelabrum, & mẽsam propositionis, cum hæc etiam quemadmodum & thuribulum ad cultum Sãcti Sanctorum pertinerent? cur hîc nõ adhibuit eãdem categoriarum doctrinã, nisi quià instituerat disertè tradere, quæ nam ante, quæ post secundum velamentum sita essent? Habuit enim tabernaculum duplex velum, vnum ad ostiũ, ne viderẽtur ea, quę in tabernaculo gerebãtur: alterũ diuidens Sãcta Sãctorũ a Sanctis, quod Apostolus propterea secundũ velamentum appellauit.

Ribera.

4 Abulensis argumenta.

Sed videamus quibusnã rationũ momentis compelli se fateatur Abulensis ad extrahendum thuribulũ aureum ex Sanctis Sanctorũ, discedendumq; à manifesta Pauli doctrina. Argumentatur primùm, quoniam si Paulus non intellexit nomine thuribuli aurei altare thymiamatis, sanè omisit vnum ex præcipuis instrumentis tabernaculi, cuiusmodi erat altare aureũ, cuius certè non meminit, si illud per thuribulũ aureũ non intellexit. Deindè cũ Moyses talis thuribuli non meminerit, iam Paulus ad ea, quæ Moyses de tabernaculo scripsit, aliquid addidisset: cum tamen is sigillatim omnia commemoret, quæ à Deo facienda, & in tabernaculo

collocanda accepisset. Præterea si aureum thuribulum erat in Sanctis sanctorum, necesse erat, vt in die illo solẽni expiationis ingrediens Summus Sacerdos in Sancta sanctorum acciperet indè thuribulum, & iterùm exiret ad altare holocausti, vt prunas in eo mitteret ad incendendum thymiama; deinde regrederetur ad Sancta sanctorum ad thymiamata incendenda; denique perfecto thuribuli ministerio rursùs egrederetur ad eijciendos cineres ex thuribulo, quo facto reuerteretur ad Sancta sanctorum ad reponendum ibidem thuribulum: quo fieret, vt iam tertiò in Sancta sanctorum ingrederetur, quod planè aduersatur Paulo ad Hebr. 9. vbi docet semel tantùm in anno licuisse Summo Sacerdoti ingredi in Sãcta sanctorum. Adhæc argumentatur Ribera Iosephum quoque lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. nomine thuribuli altare thymiamatis significasse his verbis: *Et prima quidem pars ad quadraginta cubitos aucta hæc tria mirabilia, & prædicanda opera cunctis hominibus habebat candelabrum, & mensam, & thuribulum*: & lib. 3. antiq. cap. 7. eodem vocabulo vsum fuisse cum Paulo dicendo inter candelabrũ, & mensam fuisse arã suffumigatoriam, vbi Græcè est θυμιατήριον, quam eandẽ vocem Paulus vsurpauit ad Hebr. 9. & Vulgatus thuribulũ transtulit. Deniq; nullum apparere vsum eius thuribuli in Sanctis sanctorum, neq; vllam eiusdem eo loco per totum annum reseruandi necessitatem.

Hebr. 9.

Confirmat eandem sententiã Ribera. Iosephus.

5 Diluũtur argumenta Abulensis.

Verùm ad primam obiectionem dicimus non fuisse Pauli institutum numerare omnia, quæ erãt in tabernaculo, vndè & prætermisit tabernaculi atrium, & quæ in ipso erant vtẽsilia: sed ea duntaxat, quę erant in Sanctis sanctorum, vt ostenderet, quomodò Christus tanquàm Pontifex Maximus intrauit semel per suum sanguinem in Sancta sanctorum cælestia, eaq; omnibus patefecit: quarè mirum non esse, si prętermisit in Sanctis altare thymiamatis, qui reliquis omnibus quasi per transitum decursis ad Sancta sanctorum properabat, quæ potissimũ allegoricè explicanda susceperat. Ad secundam respondemus non fuisse prętermissum à Moyse hoc thuribulum, cùm de illo sit sermo Leuit. 16. vbi agitur de ingressu Summi Pontificis in Sancta sanctorum, & inter alia subiungitur: *Assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriẽs manu compositũ thymiama in incensum vltrà velum intrabit in Sancta*: quo loco sermonem esse de hoc aureo thuribulo, cuius Paulus meminit, testatur Lyranus in commentariis eius loci. Itaque Paulus id solùm explicauit eiusmodi thuribulum fuisse aureum, & intrà Sancta sanctorum reconditum: quemadmodum & de vrna, in qua repositum fuit manna, dixit eodem loco, & quòd aurea, & quòd in arca esset; cùm Exodi 16. neutrũ dicatur, sed tantùm præcipiatur sumi vas, & impleri mãna, & reponi corã Domino. Nimirùm Paulus in multis agit interpretẽ Moysis, quippe qui ad pedes Gamalielis eruditus veritatem paternæ legis. Act. 22. multa, quæ Moyses breuiter, & obscurè scripsit, potuit ille tradere illustriùs vt aduertit Theophylactus ad cap. 9. epist. ad Hebræos. Ad tertiam dicendũ, quanquam eo die Pontifex sæpiùs opus haberet ingredi in Sancta sanctorum, nihil tamen indè contrà Paulum confici, qui semel in anno, non autem in die dicat ingressum ei in Sancta sanctorum patuisse. Illud enim duntaxat voluit eo tantùm die solenni potuisse ingredi ad cæremonias omnes expiationis celebrandas, cui non obstat in ijs perficiendis opus habuisse sępius eò intrare. Ad quartam, quæ desumebatur ex Iosepho, respondemus interpretem, qui eo loco thuribulum transtulit, ineptè fecisse, cùm θυμιατήριον non solùm thuribulum, sed altare etiã thymiamatis significet: quemadmodũ linguæ Græcè peritissimus Erasmus docet in suis annotationibus in cap. 9. ad Hebræos eandem vocem expendẽs: quarè vbi ea vox adhibetur, altare nè, an thuribulum verti debeat, ex sensu colligi oportet: certum est autem altare thymiamatis in ea parte fuisse, quæ Sancta dicebatur, ibiq; necessario

Thuribuli aurei meminit Moyses. Leuit. 16. 12.

Lyranus.

Paulus interpres Moysis. Act. 22.

Theophylact.

Erasmus.

θυμιατήριον apud Ioſephum altare thymiamatis transferẽdum fuiſſe: id quod vel ex ipſa Ioſephi deſcriptione cõijcere potuit interpres, quæ in thuribulum minimè conueniebat: at verò in eo loco Pauli non aliter verti potuit, quàm thuribulum, cum demonſtratũ ſit in Sanctis ſanctorum, de quibus agebat, altare thymiamatis non fuiſſe. Ad poſtremam, quæ eius thuribuli vſum requirit, dicimus eum tradi Leuit. 16. *Vt poſitis*, inquit, *ſuper ignem aromatibus nebula eorum, & vapor operiat tabernaculum, quod eſt ſuprà teſtimonium, & non moriatur*: quanquàm verò hæc ſola ratio in textu reddatur incendendi in eo thuribulo thymiamatis, ne videlicet Summus Sacerdos videre poſſet Angelum, qui loquebatur, vt ait Abulenſis in eum locum; tamen etiam ea thymiamatis incẽſio, & oblatio ad latriam pertinebat, qua Deum die omnium maximè ſolenni colere oportebat, quæ altera fuit eius thuribuli neceſsitas: quoniam verò eo tantùm die inſeruiebat, idcircò in Sanctis ſanctorum reſeruabatur: id quod non parùm referebat ad maiorẽ tum diei illius, tum cæremoniæ ſanctitatem; conſentaneum enim erat, vt illud thuribulum, quod non materiâ ſolùm, ſed vſu etiam, & miniſterio reliquis omnibus thuribulis excellebat, loci etiam præſtantia, & ſanctitate eadẽ anteiret, nè ad quotidianos adolendi thymiamatis vſus adhiberi poſſet.

Leuit. 16. 13. Vſus thuribuli aurei.

Abulenſis.

Quid per hos ſeptem Angelos accipiendum ſit?

SECTIO VII.

I

ARETHAS Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus hos ſeptẽ Angelos putat eſſe Diuinæ iuſtitiæ adminiſtros ad ſupplicia extremis mundi temporibus peccatoribus inferenda, quæ ipſe, vt litera, & verba ſonant, interpretatur; eiuſq; interpretationem ſequitur Franciſcus Ribera. Verùm ea nobis omnino placere non poteſt, eòpotiſsimùm, quòd in hac ſeptem Angelorũ viſione ſunt multa, quæ, vt verba ſonant, intelligi nequeunt: cuiuſmodi eſt Angelus ille ſtans ante altare, habensq; thuribulum aureum, cui data ſunt incenſa multa, vt ea coram Deo adoleret, & aſcendit fumus aromatum in conſpectu Domini. Quis enim dicat hæc, vt verba ipſa propriè, & non trãſlatè accepta ſonãt, intelligenda eſſe, eò vel maximè, quòd ex ipſo contextu euincitur incenſa nõ propriè, ſed per methaphoram accipi debere; ſiquidem de orationibus Sanctorum ſtatim explicantur? Quis etiã ſeptem tubas iſtorum Angelorum de ſeptem materialibus tubis interpretetur, & cum ipſi Angeli dicuntur tuba cecinisſe, credat eos verum clangorem, vt in bello fit, edidiſſe? Quis, cum audit canẽte ſecundo Angelo mõtem magnum igne ardentem miſſum eſſe in mare, ſibi perſuadeat montem aliquem radicitùs auellendum, & tanquàm globum igneũ Oceani aquis obruendum; & præterea tertiam partem maris in ſanguinẽ conuertẽdam, quin vel reliquam vndam tingat ſanguine, aut ipſa ſtatim à reliquis duabus Oceani partibus aſperſa, ſanguineum deperdat colorem? Quis non videt Aquilã illam, quæ per mediũ cæli volare viſa eſt, & clamaſſe voce magna, *Væ, Væ, Væ habitantibus in terra*, non eſſe de genere aquilarum, quas in terris progigni cernimus? Age verò & in quinto Angelo locuſtas illas, quæ de fumo putei exierunt, ſimiliter de veris locuſtis interpretare, præbeq; illis equorum in bellum ruentium ſimilitudines, earum capita coronis exorna, appinge illis facies hominum, dentes leonum tribue, muliebrem annecte cæſariem, caudas appone ſcorpionum, & bellatrices beſtiolas loricis ferreis armato, vt nobis immaniora hippocentauris monſtra, & fabuloſa poetarum figmenta in altiſsimo omnium vaticinio exhibeas: quo cum te delabi conſpexeris, ſanè perſpicies non tibi eſſe Iudaico more occidentem literam obſtinatè in hoc

Ribera.

Reijcitur Arethæ ſententia.

Diuinę iuſtitię miniſtros putat Arethas ſeptem Angelos.

opere

Hæresiarchas intelligũt Pet. Aureo. Lyran. D. Anton.

opere persequendam. Est secunda sententia Petri Aureoli Cardin. & Lyrani in comment. huius loci, D. Antonini 1 P. suorum chronicorũ titulo. 6. cap. 1. §. 7. per hos septem Angelos quatuor insignes Hæresiarchas Arium presbyterum Alexandrinum, Macedonium Episcopũ Constantinopolitanum, Pelagiũ Britannum Monachum, Eutychetẽ Archimandritam, siuè Abbatẽ Constãtinopolitanum, ac tres Principes, qui eorum partes secuti Ecclesiæ pacẽ sua auctoritate, & potentia turbauerunt; in quibus tamen assignandis inter se ipsi non consentiunt: & in vniuersum ipsa interpretatio pleraq; minimè cohærẽtia complectitur, vt facilè qui eam attẽtiùs expenderit, intuebitur.

2 Per septem Angelos diuersos concionatorũ ordines intelligit opinio cõmunis.

Quarè non putamus à communi sẽtentia recedendum. Ea verò est per hos septem Angelos, siuè nuncios significari diuersos concionatorum Catholicæ fidei in Ecclesia ordines, qui varijs temporibus Euangelicæ prędicationis tubis toto orbe sonuerunt. Sed quoniam, cum fidei mysteria à prædicatoribus vulgabantur, multi tum Hæretici, tum Principes, tum Gentiles resistebant, atque aduersùs Ecclesiam seditionem concitabant: hinc variæ plagæ, atque supplicia à Deo eisdem inflicta, illi etiam tumultus, ac seditiones ortum habuerunt, quæ hoc loco varijs similitudinibus, metaphorisque explicantur. Ita interpretantur Haymo. Pannon. Richard. Vict. Ansbertus. Zegerus.

Haymo. Pannon. Richard. Vict. Ansbertus. Zegerus.

3 Explicatur sẽtentia communis.

Porrò meritò tuba concionatoribus tribuitur; quoniam cum sit bellicum instrumentum, & classico canendo in bellis inseruiat, indicat Diuini verbi præcones prædicatione sua mortales ad bellum vitijs, ac sceleribus inferendum adhortari, atque ad arma cõtrà Dæmonem, omnemque eius exercitum capienda. Vnde Esaias quasi bellum Dæmoni, peccatisque indicturus tubam accipere, eaque signum ad bellum dare iubetur cap. 58. *Clama, nè cesses: quasi tuba exalta vocem tuam; & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*: ad quod mysterium adumbrandum docet Origenes homil. 7. in Iosuè præcepisse Dominum Numer. 1. vt duę fierent tubæ argenteæ ductiles, quas ait ductiles appellari, quia ex Diuinis literis concionatores solent varios sensus, & argumenta ducere, quibus spiritale bellum peccatoribus indicitur. Addit etiam nouam illam belandi rationem, qua Iosue ex Dei mandato Hiericuntinæ vrbis mœnia tubis sacerdotalibus insonãtibus deiecit, ad viuum expressisse prædicationem Apostolicam, ad cuius sonitum idololatria, & falsa, ac superstitiosa mundi dogmata corruerunt. *Statim*, inquit, *vt tubarum clangor increpuit, murorum deiectus est ambitus. Dixeramus iam & priùs, quòd Hierico formam seculi præsentis obtineat, cuius robur, & munimenta sacerdotalibus tubis videmus esse destructa: firmitas nanque, & munimenta, quibus mundus iste vitebatur, idolorum cultus erat, diuinationum fallacia Dæmonum arte ministrata, Augurum, atque Aruspicum, Magorumq; commenta, quibus omnib⁹ velut muris validissimis mundus hic ambiebatur: insuper etiã diuersis Philosophorum dogmatibus, & eminentissimis assertionibus, ac disputationibus velut proceris quibusdam, & robustis turribus firmabatur: veniens verò Dominus noster Iesus Christus, cuius ille prior filius Naue designabat aduentum, mittit Sacerdotes Apostolos suos portantes tubas ductiles, hoc est, prædicationis magnificã, cœlestemque doctrinam. Sacerdotali tuba prim⁹ in Euangelio suo Matthæus increpuit, Marcus quoque, Lucas, & Ioannes, suis singuli tubis Sacerdotalibus cecinerunt. Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis, Iacobus quoque, & Iudas. Addit nihilominùs adhuc & Ioannes tuba canere per epistolas suas, & Apocalypsim, & Lucas Apostolorum gesta describens. Nouissimè autem ille veniens, qui dixit: Puto autem quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostẽdit: & in quatuordecim epistolarum suarum fulminans tubis muros Hierico, & omnes idololatriæ machinas, & Philosophorum dogmata vsq; ad fundamenta deiecit.* Hactenus Origenes. Ad concionatores etiam easdem tubas refert D. Gregorius lib. 30. Moral. ca. 7. *Fac tibi*, inquit, *duas tubas argenteas ductiles: per duas tubas exercitus ducitur, quia per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei po-*

Esai. 58. 1.

Origenes. Numer. 1.

Hierico forma præsentis seculi sacerdotalibus tubis, hoc est, Apostolorũ doctrina destructa.

1. Cor. 4. 9.

D. Gregor.

pulus

pulus vocatur, quæ idcirco argenteæ fieri præcipiuntur, ut prædicatorum verba lucis nitore pateant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant.

4 Alia ratio cur tubas habeant.

Est insuper alia ratio, cur isti Angeli tubas habeant, ad populum videlicet prædicationis audiendæ causa conuocandum: erat enim mos apud Hebræos in editioribus locis tuba canere, cum populus erat conuocandus: vnde est illud Psalmi 80. *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ*: & Ioelis 2. *Canite tuba in Sion, vocate cœtum, congregate populum*. Cum igitur hoc loco sit sermo de præcipuis, & illustrioribus Diuini verbi præconibus, qui non solùm ipsi bellum erroribus, & sceleribus indicebant, dato videlicet signo, quem admodùm egregij bellatores, quæ erat prior tubas habendi ratio: sed etiam alios à se Diuinis institutionibus eruditos ad fidem etiam proseminandam vbiq; gentium, atque ad impressione facta in hostes fidei irruēdum militari ordine incitabant; idcirco ad populum hac etiam de causa congregandum tubas habere, illisq; canere memorantur. His vniuersè de Angelis, eorumq; tubis explicatis iam ad singulorum Angelorum, & eorum prodigiorum, quæ ijs tuba canētibus acciderunt, explicationem veniamus.

Psalm. 80. 4. Ioel. 2. 1.

Primi Angeli tuba canentis expositio. Et cur eo canente facta est grando, & ignis mista sanguine, & tertia pars terrę combusta est, & tertia pars arborum crōcremata, & omne fœnum viride cōbustum.

SECTIO VIII.

I



Vm dicitur, *Grando, & ignis mista in sanguine*, vox *mista* ad vtrunque, hoc est, ad grandinem, & ad ignem est referenda: est enim Græcè neutro genere, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα ἐν αἵματι. Primus hic Angelus primum ordinem concionatorum, hoc est, Apostolos significat. Sed de prodigijs, quæ acciderunt, est inter Doctores, quos superiùs nominauimus, & sequendos duximus, dissensio: quidam enim eorum ita interpretantur, vt Apostolis mysteria fidei prædicantib⁹ alij quidem veritatem fidei, Christique religionem amplexati fuerint; alij in infidelitate permanserint: itaque grandinem, & ignem mista sanguine Diuinam iram indicare, qua ex arcano, sed iusto tamen iudicio permisit Deus magnam partem eorum, qui Euangelicam prædicationem audierant, non acquiescere veritati, sed perire: aut certè per grandinem, & ignem æternam damnationem ob non credentium peccata explicari iuxtà illud Psalmi 10. *Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum*. Nec verò mirum, inquiunt, si vnde electi clementiam inueniunt, indè reprobi iræ incurrant; cum Paulus dicat 2. Corin. 2. *Christi bonus odor sumus Deo in ijs, qui salui fiūt, & in ijs, qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitæ in vitam*: cui concinit illud Simeonis de Christo Lucæ 2. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel*. Atq; hæc expositio est Haymonis, & Ambrosij Ansberti. Tum verò tertiam partem terræ combustam, tertiam partem arborum concrematam, & omne fœnum viride combustum impios accipiunt, qui terra dicantur, quoniam non cœlestibus, sed terrenis rebus per affectum, & amorem adhærent; ob instabilitatem arbores, quæ vētis hincindè agitatæ continuò nutant; fœnum ob illecebras, & mundi gloriam, quàm appetunt, appellentur iuxtà illud Esaiæ 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos*. Verùm quærat aliquis, cur tertia tantùm pars impiorū perijsse dicatur, quod Euangelicam doctrinam non recepissent: cum ex ijs, qui fidei prædicationem audiunt, multò plures sint, qui nolint credere, quàm qui fidem reci-

Primus Angelus Apostolos significat.

Psal. 10. 6.

2. Cor. 2. 15.

Luc. 2. 34.

Haymo. Ansbertus.

Impij terra, arbores, & fænū appellantur.

Esai. 40. 6.

piant

piant iuxtà illud Matth. 20. *Multi sunt vocati, pauci verò electi?* Huic dubitationi respõdet Haymo tres a Ioanne tertias partes numerari, sed non æquales; duasq; tertias esse electorum, qui ex prælatis, & subditis conflantur: itaq; vnam tertiam esse bonorum prælatorum; alteram bonorum subditorũ; tertiam denique omnes reprobos comprehendere, hoc est, Gentiles, Hæreticos, malosq; fideles. Facilius respõderi posset Ioannem, cum duas tertias partes pereuntium enumerat dicens: *Tertia pars terræ combusta est; & tertia pars arborũ concremata est:* supponere vnam tantũ tertiam partem esse electorum, atq; adeò minorem adhuc esse electorum, quam reproborum numerum: cũ enim vniuersam hominum multitudinem in tres tertias distribuat, duasq; illarum doceat interire, supponit nimirum vnam tertiam tantùm seruari, quæ comparatione duarum multò minorem numerum cõplectitur. Sed hæ partes tertiæ non sunt Mathematico more accipiendæ; nam si ita accipias, certum est nè tertiam quidem hominum partem ad electos spectare; igitur numerus certus pro incerto ponitur, & vna tertia cum duabus comparata multò minorem numerum, quam duæ, comprehendit. Atq; hæc de priori expositione.

Matth. 20. 16.

Haymo.

2 Pannon.

Posterior expositio est Cœlij Panno. & aliorum aientium ea prodigia, quæ concrepante tuba primo Angelo acciderunt, non Dei iram in rebelles indicare, sed tumultum, & seditionem aduersùs Apostolos concitatam cõplecti; itaq; grandinem, ignem, & sanguinem designare furorem, & impetum, quo in fideles aduersus concionatores Euangelicos, eorumq; discipulos, & sectatores exarserunt. Etenim de igne apud esaiã cap. nono legimus: *Succensa est quasi ignis impietas*: grando tempestatem sonat, sanguis crudelitatem, & sæuitiam: et meritò grando, & ignis dicuntur missa sanguine; quoniam ex ardore, ac zelo Iudæorum, & Gentilium pro suis legibus depugnantium, & ex grandine, hoc est, ex seditione, ac tẽpestate aduersus fidei Christi cultores excitata sanguis, hoc est, cædes fidelium, & grauissima in Ecclesiã persecutio ortũ habuit, quaq; vsq; ad sanguinem sæuitũ est in Christianos. Lege Acta Apostolorum, & intelliges, quã procellosa grãdine fideles oppressi fuerint: ibi enim Paulũ Apostolum Iconij, & beatum Stephanũ Leuitam Hierosolymis lapidatos quasi grandinatos legimus: & quidem Stephani grando missa est sanguine, cum ad eius vsq; sanguinem fundendum Iudæi sæuierint. Missa autem hæc dicuntur in terram, hoc est, in homines terrenos, nihil nisi terrea cogitantes: hi enim cũ mentem à sensibus ad cœlestia minimè abducerent, neq; vllam rerũ Diuinarũ, atq; cœlestium cogitationẽ susciperẽt, quam primũ aduersus cœlestes, ac Diuinos heroes altissimorum mysteriorum nuntios, atq; Angelos grandine, igneq; armati nefarium, ac funestum bellum mouendum putarunt: ij verò potissimùm Iudæi fuerunt, qui nè terram perderent, hoc est, regnũ terrenum sua opinione amitterent, Regum omniũ Regem, ac Principem cum occidissent, in eius paulò post discipulos eodem animi furore, & amentia irruerunt.

Seditio in Apostolos concita ta ignis, grando, & sanguis dicitur.

Esai. 9. 18.

Porrò quod sequitur: *Tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est:* illud significat, multos ex fidelibus (sic enim tertia pars accipienda est) persecutionis magnitudine, ac tyrannorum immanitate deterritos à fide defeciſſe; multos etiam, qui se se iam incipiebãt ad Apostolos aggregare, atq; animum ad Christi fidem, & religionem applicare, ab eo proposito fuisse ob tormentorum metum, mortisq; formidinem auocatos. Porrò terræ nomine abiectę, humilisq; conditionis homines; per arbores verò Principes, & Magnates, qui veluti arbores super terram, ita & ipsi super plebeios eminẽt, accipiendi sunt: per fœnum autem voluptarios, & carnis illecebris, mundanęq; gloriæ mancipatos, imò & infirmos quosq;, & angusti animi homines intellige: omnes enim isti siuè plebeij forent, siue nobiles, perijsse dicuntur: cum tamen reliquorum & terræ, inquam, & arborum

3 Fidelíũ multi persecutione deterriti à fide

tertiã

tertia tantùm pars combusta memoretur: quoniam in vtroque ordine reperti sunt plurimi virtutis robore, & animi magnitudine præstantes, qui minas omnes tyrannorum, ac Principum, & ipsos quoque cruciatus acerbissimos excelso, & planè inuicto animo superarunt.

4

Fœnum mortalitatis, & mũdanę glorię symbolum.

Illud hoc loco obserua fœnũ mortalitatis, & instabilitatis rerum humanarum, mundanæq; potissimùm gloriæ symbolum esse, vt patet ex Psal. 102. *Recordatus est, quoniam pulvis sumus: homo, sicut fœnum dies eius, tanquàm flos agri sic efflorebit.* Vbi triplici similitudine hominis inconstantia declaratur puluere, fœno, flore; quæ omnia leuissima sunt, & inconstantia plenissima. Idem iubente Domino cecinit magnis clamoribus Esaias cap. 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini iusflauit in eo.* Cuius similitudinis ratio in eo posita est, quòd flos fœni citissimè, & quasi de repentè deficit, cum maiorem viriditatis diuturnitatem prima specie polliceri videatur, quemadmodùm exponit D. Gregorius lib 16. Moralium cap. 5. *Iniquorum*, inquit, *potentia fœni floribus comparatur, quia carnalis gloria, dum nitet, cadit, & dum apud se extollitur, repentino intercepta fine terminatur: sic nimirùm spumosæ aquarum bullæ inchoantibus pluuiis excitatæ ab intimis certatim prodeunt, sed eò celeriùs diruptæ dtpereunt, quò inflatæ citiùs extenduntur; cumq; increscũt, vt appareant, crescendo peragunt, ne subsistant.* Eadem ratio afferrur a D. Ambros. lib. 3. in Hexam. c. 4. vbi expendit illud psalm. 128. *Fiant sicut fœnum tectorũ, quòd priusquàm euellatur, exaruit:* & ita interpretatur: *Hodie videas adolescentẽ validũ pubescentis ætatis virtute florẽte, grata specie, suaui colore; crastina die tibi facie, & ore mutatus occurrit:* & alia in hanc sententiam. Eleganter etiam D. Hieronymus super locũ Esaiæ citatum, *Reuera*, inquit, *si quis fragilitatem carnis aspiciat, & quòd per horarum momenta crescimus, atq; decrescimus, ipsumq; quòd loquimur, dictamus, & scribimus, de vitæ nostræ parte præteruolat, non dubitabit carnem fœnum dicere, & gloriam eius quasi florem fœni. Pulchra mulier, quæ adolescentulorum trahebat greges, arata frõte contrahitur, & quæ prius amori, postea fastidio est.* Hæc ille. Aduertendum est autẽ apud Esaiam, postquàm dictum fuerat: *Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos*: statim subiungi: *quia spiritus Domini sufflauit in eo*: quoniam videlicet Deus æquissima iudicij ratione florentissimum nõnullorũ statũ exsiccat, & iuuenẽ ætate florentẽ subita morte interimit, vt rectè dici possit, *Priusquam euellatur* (suo nimirum, & opportuno secundùm naturæ cursum tempore,) *exaruit*. Scio locum Esaiæ citatum à plerisque ad statum legis veteris describendum, totamque illam cœremoniarum legalium œconomiam nullam vim ad iustificandũ contẽctium referri: sed ea expositio eam, quam cõmemorauimus, non excludit.

Esai. 40. 6.

D. Greg.

D. Ambros.

Psal. 128. 6.

D. Hieronym.

Secundo Angelo tuba canente mons magnus igne ardens in mare mittitur, tertiaque pars maris in sanguinem conuertitur, moriturque tertia pars eorum, quę in mari viuunt, ac tertia pars nauium deperit.

SECTIO. VIII.

I

VM PRIMVS Angelus, vti diximus, primũ sub Apostolis prædicatorum Catholicę fidei ordinẽ in prima Ecclesiæ ætate expresserit, et Iudæorum aduersùs fideles persecutionem complexus sit; secundus iam Angelus secundum cõcionatorum in secunda ætate Ecclesiæ ordinem demonstrat: quo tempore Dæmon vehementiùs exarsit, maiorẽq; vim, & conatum adhibuit, vt fidem Christi in dies altiùs in mundo radices agentem aut auelleret, aut præcideret; & Ecclesiæ fabricam, quam videbat iã ferè sydera altitudine æquantem, concussis fidei fundamentis omninò euerteret. Itaque per Tyrannos, ac Princi

Secundus Angelus secundũ concionatorũ ordinẽ demonstrat.

pes, potissimùmque Romani Imperij Augustos, ac Cæsares omnes sibi machinas admouendas putauit, quibus si non Ecclesiæ molem penitùs excidit, aliqua certè ex parte labefactauit, cùm multos ex Catholicis de fidei arce deturbauit; ex Gentilibus verò innumeros, ne fidem amplecterentur, principum tyrannide prohibuit; quæ nimirùm sunt illa prodigia, quæ hoc secundo Angelo tuba canente accidisse Ioannes commemorat. Itaque secundo Angelo tuba concrepante, hoc est, secundæ ætatis Ecclesiæ Diuini verbi nuntijs, ac prædicatoribus Euangelica tuba insonantibus mons magnus igne ardens missus est in mare. Montem hunc magnũ Dæmonem intelligo, qui mons magnus appellatur propter superbiam, qua vel in ipso mundi initio in immensum excreuit, cùm Diuinam similitudinem expetiuit dicens illud Esaiæ 14. *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* De eodemque Dæmone in nostris commentarijs super Zachariam, quæ propediem foràs dabimus, explicauimus illa verba capitis 4. *Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum*: vbi Christi de Dæmone illustris victoria memoratur, vt eò loco fusè docuimus. Itaque habes Dæmonem montem magnum appellari: ardens verò idcircò dicitur, quòd inuidiæ facibus propter hominum salutem inflammatur. Meritò autem Dæmon hoc loco montis nomine exprimitur, quoniam cum per tyrannos, principes, ac dynastas, & Romani imperij Augustos fidem oppugnauit, quasi mons magnus Ecclesiæ incubuit, eamque mole sua penè opprimere, & obruere videbatur: nam etiam ipsi mundani principes ob altitudinem montes dicuntur, veluti Esai. 2. *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice mõtium.* Dæmon igitur canente tuba secundo Angelo tanquàm mons magnus igne ardens missus dicitur vel à Deo permissu; vel aliquis Dæmon præcipuus à Lucifero, in idemq; cæteris Dæmonibus conspirantibus, in mare, quòd vel mundum, vel Ecclesiam propter baptismi aquam accipe: ad quam oppugnandam Gentilium principum tyrannide, atque potentia instar montis magno impetu ruit. Tum verò tertia pars maris versa est in sanguinem, quoniã multi effecti sunt martyres, vitamque, & sanguinem pro Christi fide, & religione profuderunt: vt iure tertia pars Ecclesiæ, aut etiam orbis sanguine cõspersa apparuerit; mortua etiam est tertia pars creaturarum, quæ in mari viuebant, hoc est, multi fideles, qui in mari Ecclesiæ instar piscium viuebant, persecutionum acerbitate deterriti fidem deserentes miserrimè perierunt. Tertia quoque pars nauium interijt; quoniam multi, qui propter doctrinæ, & sanctitatis opinionem inter cæteros eminebant instar nauiũ, & in Ecclesiæ mari in portum salutis reliquos vectare debuissent, vi tempestatis abrepti, atque ad persecutionis scopulos allisi miserandum fidei fecere naufragium.

Dæmon mons magnus.

Esai. 14. 13.

Zachar. 4. 7.

Esai. 2. 2.

Ecclesia, mare versum in sanguinem.

Naues virisfut in Ecclesia ex imij.

Cur Ecclesia mari, & fideles piscibus comparentur.

SECTIO X.

MER mare paulò antè Ecclesiam, per creaturas in mari viuentes fideles interpretati sumus: quæ expositio necuipiam ab Scripturæ, Patrumque consuetudine abhorrere videatur, sciendum in primis est Ecclesiam meritò appellari mare propter baptismi aquas; vnde & mare rubrum illustrissimam fuisse baptismi figuram docent Tertullian⁹ libro de baptismo: *Populus*, inquit, *de Ægypto liberè expeditus vim Regis Ægypti per aquam transgressus euadit, ipsum Regem cũ totis copijs aqua extinxit: quæ figura manifestior in baptismi sacramento liberantur de seculo nationes per aquam scilicet & Diabolum dominatorem priscinum in aqua oppressũ derelinquunt.* Origenes homilia quinta super Nume-

Tertul.

Baptismus in mari rubro figuratus.

Origenes.

D. Ambro.

ros, D. Ambrosius lib. de ijs, qui mysterijs initiantur capite 3. & alij: probantq; ex verbis illis Pauli 1. Corinth. 10. *Quoniàm patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Advertis*, inquit Ambrosius, *quòd in illo Hebræorum transitu iam tunc sacri baptismatis figura præcesserit, in quo Ægyptius periit, & Hebræus euasit? quid enim aliud in hoc quotidie sacramento docemur, nisi quià culpa mergitur, & error aboletur?* Quoniã igitur baptismus mare est, meritò Ecclesia ratione baptismi, per quem patet in Ecclesiam ingressus, appellatur mare: ex quo etiam fit, vt eodem nexu Ioannes viros in Ecclesia eximios naues appellauerit. Vnde naues illæ poma portantes Iob 9. veteres Patres, Patriarchę, Prophetęque fuerunt, qui mare Christi figuris, vaticiniisque plenissimi tanquã naues pomis dulcissimis refertæ ad nos tam felicis nuntij odorem suauissimũ trãsmiserunt. Quid ni magni in Ecclesia heroes naues dicantur, cum potentes seculi principes etiam naues appellentur iuxtà illud Psal. 47. *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*: hoc est, vt interpretatur D. Hieronymus, humiliabis superbiam gentium: quotquot igitur à fide deficiunt totidem siue naues grãdiores, siue minora nauigia naufragiũ facere à Ioanne memorantur. A qua nauis similitudine non abhorruit Paulus cum dixit 1. Tim. 1. *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee secundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circà fidem naufragauerunt.*

1. Cor. 10. 1.

Viri sancti, naues.

Psal. 47. 8.

D. Hierony.

1. Tim. 1. 18.

2

Verùm quoniàm Ioannes non tantùm hoc loco nauium mentionem fecit, sed etiam creaturarum in mari viuentium, hoc est, piscium, per quos fideles intelleximus, eam quoque appellationem, quæ fidelium est peculiaris, Patrum monumentis testatam esse cõprobemus. Mitto D. Ambrosium libro 5. Hexam. capite sexto, vbi in vniuersũ omnes homines pisces esse probat ex Euangelio Matth. 13. vbi Christus ait regnum cœlorum simile esse reti missò in mare, & ex omni genere piscium congregãti: & ex illis verbis Christi ad Petrum Luc. 5. *Duc in altum, & laxate retia*: posset etiam afferre illud eiusdem Christi ad Petrum, & Andream Matth. 4. *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Hac igitur vniuersorum hominum appellatione prætermissa Tertullianus docet peculiari ratione fideles idcircò creaturis in mari viuentibus conferri, quòd per baptismum regenerentur, nec nisi in baptismi fide, sicut etiam nec pisces nisi in aqua, possint viuere. Id quòd libro de baptismo contra Quintillam, quem Tertulliani esse dubitari non potest, his verbis cap. 1. confirmat. *Sed nos pisciculi secundùm ἰχθὺν nostrum Iesum Christũ in aqua nascimur, nec aliter quàm in aqua permanendo salui sumus: ita Quintilla monstrosissima, cui nec integrè quidem docendi eius erat, optimè norat pisciculos necare de aqua auferens.* Disputat enim eo libro Tertullianus aduersùs Quintillam fœminam hæresis illius nefariæ auctorem, quæ baptismum ad salutem necessarium esse pernegabat: quam fœminam Tertullianus initio statim eius libelli appellat viperam, & aspidem, quòd baptismi aquas fugeret: *Nam*, inquit, *ferè viperæ, & aspides, ipsique reguli serpentes arida, & inaquosa sectantur.* Eadem est D. Hieronymi sententia in commentarijs super Iob in illa verba cap. 12. *Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris*: vbi duas eius appellationis rationes affert. *Volucres*, inquit, *sunt, qui sursùm corda habent, & cœlestia concupiscunt, vel qui obuiam Christo in aera ex mortuis ituri sunt: pisces verò, qui inter fluctus mundi istius, tempestatesque natantes tuta sibi loca æternitatis, & quieta prospiciunt: vel illi pisces intelligendi sunt, qui per aquam vitam accipiũt; qui confestim de fonte baptismi migrant ad Christum.* Idem docent D. Ambros. lib. 3. de virginibus in calce libri, & lib. 3. de Sacram. cap. 1. & D. Aug. tract 123. in Ioannem. Quòd verò Tertullianꝰ loco citato Christum, ἰχθὺν, idest, piscem appellat, alij quoque Patres tradiderunt, docentque adumbratum fuisse in

Luc. 5. 4.

Matth. 4. 19.

Tertul.

Quintillę hęresis.

D. Hieron.

Iob. 12. 7.

Fideles cur dicantur pisces.

D. Ambr.

Matth. 13.

D. Ambro.

D. August.

Christus piscis dicitur.

piſce illo alio, quem ſuper prunas poſitũ diſcipuli repererunt in littore, vbi Chriſtus ſe iterùm Petro, & aliis quibuſdam diſcipulis poſt reſurrectionẽ oſtendit. Ioan. 21. Et quidem non caret myſterio, quòd CHRISTVS ἰχθῦς Græcè appellatur, quoniam eo Græco nomine nomen ipſum CHRISTI, Diuinitasq; ſymbolicè comprehenditur: ex omnibus enim eius nominis literis, ſi ſingula reddas nomina, hanc ſententiam conficies, ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ, hoc eſt, *Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator*: & obſeruauit Diuus Auguſtinus libro decimo octauo de ciuitate cap. vigeſimo tertio, vbi refert virum clariſsimum Flauianum hominem facillimæ facundiæ, multæq; doctrinæ, cum de Chriſto colloqueretur, Græcum ſibi codicem protuliſſe carmina Sibyllæ Erythrææ continentem, & quodam loco oſtendiſſe in capitibus verſuum ordinem literarum ita ſe habentem, vt ea infrà, quæ commemorauimus, ordine legerentur, eaſdemquè literas nomen hoc Græcum ἰχθῦς, ideſt, piſcis cõponere: *In quo nomine*, inquit, *myſticè intelligitur Chriſtus, eoquòd in huius mortalitatis abyſſo velut in aquarum profunditate viuus, hoc eſt, ſine peccato eſſe potuerit.* Porrò ſibyllæ carmina, quæ Auguſtinus commemorat, huiuſmodi erant.

Sibyllæ carmina acroiſtica.

ἰδρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσαι,
ἥξει δ' ὀρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
σάρκα παρῶν κρῖναι πᾶσαν, καὶ κόσμον ἅπαντα.
ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ ἠδ' ἄπιστοι
ὕψισον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο
σαρκοφορον, ψυχὰς δ' ἀνθρώπων ἐπὶ βάματι κρίνει.
χέρσος ὅτ' ἂν ποτὲ κόσμος ὅλος καὶ ἄπανθα γένηται.
ξύλωσι τ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
ἐχνεύων ῥήξει τε πύλας εἴρκτης αἰδάο.
σάρξ τότε πᾶσα νεκρῶν ἐς ἐλευθέριον φάος ἥξει.
τοὺς ἁγίους ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
ὁππόσα τις πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
σήθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωτῆρσιν ἀνοίξει.
θρῆνος δ' ἐκ πάντων ἔσαι, καὶ βρύγμος ὀδόντων.
ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.
οὐρανὸν εἰλείξει, μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
ὑψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βρυῶν.
ὕψος δ' οὐκ ἔτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
ἴσα τ' ὄρη πεδίοις ἔσαι, οὐ πᾶσα θάλασσα
οὐκ εἰς πλεῖν ἥξει, γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ
σὺν πηγαῖς ποταμοὶ καχλάζοντες λείψουσι
σάλπιγξ δ' ὀρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
ὅλην ὁρῶσα μόρσιμον μέλλον, καὶ πύματα κόσμου.
ταρταρόεν δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
ἥξουσι δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
ῥεύσει δ' ὀρανόθεν ποταμὸς πυρὸς ἀδέ γε θείου.

Horum carminum primas ſi accipias literas, efficies à nobis ſuperiùs commemoratam ſententiam, quam per cõpendium in nomine græco ἰχθῦς contineri diximus. Ea verò, vt intelligas, eodem artificio, myſterioq; ſeruato ſic Latinè poteris reddere.

Iudicii ſignũ tellus ſudoribus edet.
Ex cælo veniet rex tempus in omne futurus:
Scilicet vt carnem omnem, vt totum iudicet orbem.
Vndè Deum fidi, diffidentesq; videbunt
Summum cum ſanctis in ſecli fine ſedentem:

Corporeorum animas hominum quõ iudicet: olim
Horrebit totus cum denſis vepribus orbis.
Reijcient & opes homines, ſimulacraq́; cuncta:
Incendetq́ue fores flãma ingens carceris Orci.
Sanctorumq́; omnis caro libera reddita lucem
Tunc repetet: ſemper crubiabit flãma ſceleſtos.
Vtque quis occultè peccauerit, omnia dicet,
Sub lucemq́; Deus reſerabit pectora clauſa.
Dentes ſtridebunt: crebreſcent vndique luctus:
Et lux deficiet, ſolemque, nitentiaq́; aſtra,
Inuoluet cælos, & lunæ ſplendor obibit.
Foſſas attollet, iuga deprimet ardua montes,
Impedietque nihil mortales ampliùs altum.
Longa carina fretum non ſcindet: montibus arua
Ipſa æquabuntur: nam fulmine torrida tellus,
Vnaque & ſicci fontes, & flumina hiabunt:
Sydereisque ſono triſti tuba clãget aboris,
Orbe gemens facinus miſerum, variosque labores.
Tartareumq́; chaos monſtrabit terra debiſcens.
Et coram hîc Domino reges ſiſtentur ad vnum.
Reddetur cælis igniſque, & ſulphuris amnis.

Tertio Angelo tuba canente ſtellá magna, quę dicebatur Abſinthium, cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, quę in abſinthium conuerſę fuerunt.

SECTIO XI.

VIDI TERTIVS Angelus tuba cecinit, vidit Ioannes cecidiſſe de cælo ſtellam magnam ardentem tanquàm faculam, ſeu, vt habetur Græcè, quaſi lampadem, cecidiſſequè in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: quæ ſtella dicebatur Abſinthium: factamqnè ſtatim fuiſſe tertiam partem aquarum abſinthium, hoc eſt, inſtar abſinthij amariſsimam, eamquè ob cauſam multos homines perijſſe. Tertius hic Angelus tertium concionatorum ordinem in tertia Eccleſiæ ætate ſignificat: quorum prædicationi Hæretici reſtiterunt: ſicut ſecundo Angelo Tyranni, ac Principes, vt ſuperiùs diximus: nec enim tantùm fidem noſtram impugnauit Principum, Tyrannorumquè potentia, ſed etiam Hæreticorum inſania, qui poſt tyrannorum perſecutionem longè difficillius, atque funeſtius bellum aduerſùs Eccleſiam ſuſceperunt. Itaque hoc loco per ſtellam magnam ardentem tanquàm faculam hæreſum principes deſignantur. Eſt enim Eccleſia veluti cælum quoddam, quod viris doctrina præſtantibus quaſi ſyderibus micat, quæ quidē ſydera ca-

Tertius Angelus tertius concionatorum ordo.

dere

dere dicuntur, cum in peccata, hæresimquè potissimùm delabuntur, quem admodùm docet D. Gregorius lib. 32. Moralium cap. decimo quarto, tractãs illud Apocalypsis duodecimo, cum dicitur draco traxisse cauda tertiam partem stellarum. *Cælum*, inquit, *Ecclesia est, quæ in hac nocte vitæ præsentis dum in se innumeras Sanctorum virtutes continet, quasi radiantibus syderibus fulget: quarè stellas de cælo in terram cadere est nonnullos relicta spe cælestiũ dracone duce ad ambitum gloriæ secularis inhiare*: vndè Danielis cap. 8. *sub Regis Anthiochi specie aduersùs hanc draconis caudam loquitur dicens: Deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas. De fortitudine enim, & de stellis deiecit, cum nonnullos & luce iustitiæ resplendentes, & virtute operis robustos frãgit.* Hæc ille. Huiusmodi igitur stellæ potissimùm sunt hæresum auctores, & principes: vndè & Iudas in sua epistola canonica, eos sydera errantia vocauit: qui tametsi stellæ propter doctrinæ splendorem prima facie videantur, tamen non vt stellæ lucent, sed vt faculæ tantùm ardent; est enim faculæ lumen obscurum, fumoq; permistum: sic enim Hæreticorum dogmata non illustria, sed tenebrosa sunt, tantumq; speciem quandam luminis, hoc est, veritatis præferentia; fumo tamen, ac tenebris permista, quibus eius sectatores inuoluuntur præter superbiam etiam, & fastum, qui fumo ipso exprimitur: iactant enim Hæretici doctrinam, populiquè rumusculos consectãtur, cùm à Christiana humilitate longè abhorreant; itaque nihil aliud, quàm fumos vendunt. Meritò verò stella dicebatur Absinthium, quod amarissimum est: quoniam quisque Hæresiarcha, tametsi propter morum licentiam, quam pollicetur, dulcedine quadam persundere mentes hominum videatur, tamen re ipsa amaritudinem, mortemquè ipsam affert mortalibus, qui tandem sentiunt nihil veræ dulcedinis, & suauitatis ex suis erroribus, flagitiisquè suis animis instillari, sed amaritudinem, stimulosq; conscientiæ, quibus subindè feriuntur, & cruẽtantur, intelliguntq; sub ea fallacis dulcedinis imagine tanquàm sub dulci veneno pestem, mortemquè animarum delitescere: id quod non totum ad præsentis vitæ statum, sed etiam & maximè ad futurum seculum referri debet; tunc enim haud dubiè Hæretici omnes perspicient, quantam ipsis amaritudinem hæresum principes specioso, & fallaci dulcedinis nomine propinarint.

Ecclesia cælũ, Doctores syderа dicuntur. D. Gregor.

Dan. 8. 10.

Hæresum auctores sydera errantia. Iudę 1. 13.

Quod verò stella dicitur in tertiam partem fluminum & in fontes aquarũ fuisse delapsam, easquè in absinthium conuertisse, illud significat magnam partem Scripturarum, quæ fontes hoc loco appellantur; magnam etiam partem doctrinæ Patrum, qui tanquàm flumina ex Scripturæ Sacræ fontibus fluxerunt, fuisse ab Hæreticis deprauatam: siquidem ex sacrarum literarum testimoniis perperàm intellectis, veterumquè Patrum scriptis ad suos errores per vim detortis errores suos astruere, & cõfirmare conati sunt. Itaq; tertia pars fontium, hoc est, bona pars tum veteris, tum noui instrumenti; tertia etiam pars fluminum, hoc est, bona pars doctrinæ Patrum in absinthium conuersa dicitur: quoniam Hæreticorum opera factum est, vt cum Scriptura sacra, tum sanctorum Patrum Scripta rudibus, & imperitis eandem hæresum amaritudinem continere, atque eosdem errores sonare viderentur: ex quo illud effectum, vt quàmplurimi homines ex aquarum potu interierint; *Quia amaræ*, inquit, *factæ sunt*, hoc est, vt plurimi ex deprauatis Scripturæ, Patrumq; voluminibus bibentes hæresim, erroremquè hauserint, atque per amissionem fidei, charitatisquè in spiritualem animæ mortem incurrerint. Porrò tametsi per stellam istam in vniuersum Hæresiarchas accipiendos esse dixerimus, quippe qui in huius stellæ, quam descripsimus cum Ioanne, pestilentem vim, letalemq; naturam vniuersi conueniunt, cuiusmodi fuere Manes, à quo Manichęi, Arius, Pelagius, Macedonius, aliiq; huiusmodi pestes: tñ verisimile putamus hac stella, quæ de cęlo cecidit, peculiari ratione vel Pelagium, vt Lyran & Pet. Aureolus

2 Scripturę, & Patrum doctrina ab Hęreticis deprauatur

Stella de cælo cadens Pelagi⁹ vel Arius.

Lyranus. Petr. Aureo.

in

in commentarijs huius existimarunt, vel certè Arium expressum fuisse: quia enim & Ariana, & Pelagiana hæresis magnas in Ecclesia turbas concitarûr, multasquè orbis prouincias veneni sui amaritudine infecerunt; & præcipua nostræ fidei firmamenta labefactare, & conuellere conatæ sunt (siquidem illa Diuinitatem filij, ista necessitatè gratiæ pernegabat:) non indignum est credere in stella ista de cælo cadente vel Arium, vel Pelagium, & in prodigijs; quæ consequuta sunt, cladem, & vastitatem, quæ Ecclesiæ fontes, ac flumina, magnamq; partem fidelium peruasit, fuisse Ioanni multò antè mostratam.

3 Caput hæresis Arianę.

Porrò ne hoc quoq; desideres, Arij presbyteri Alexandrini hæresis illa fuit Filium non ex substantia Patris genitum, sed naturæ Patris, & essentiæ omninò expertem esse, natura, & facultate prorsùs diuersum, factum tamen ad perfectam procreatoris similitudinem. Itaquè non eiusdem, sed similis esse substantiæ, hoc est, non ὁμοούσιον, sed ὁμοιούσιον, atq; adeò non Deum esse, sed creaturam: id verò corrupto Scripturæ fonte elicere conabatur ex Prou. 8. cum dicitur: *Deus condidit me in initio viarum suarum*: sic enim Græcè legimus apud Septuag. κύριος ἔκτισέ με: nec verò aiebat rectè colligi eâdem Filij cum Patre naturam ex eo, quòd genitus in Diuinis literis diceretur; siquidem & apud Esaiam c. 1. Dominus ipse de hominibus loquens sic ait: *filios genui, & exaltaui: ipsi autem sprouerunt me*. Et Deut. 32. *Deum, qui te genuit, dereliquisti*. Ita Arius Scripturæ Diuinæ fontes in absinthium conuertebat, vthæresim suam statueret. Quod verò ad flumina attinet, per quæ Patrũ scripta intelleximus, quorum etiam bonam partem eadem stella corrupit, cõstat Arianos Clementis Alexandrini opera, vbicunq; veram, & orthodoxam de Trinitate doctrinam astruebat, corrupisse, quemadmodùm Cardinalis Baronius tomo 2. Annalium rectè colligit ex Ruffino in Apologia pro Origene, vbi sic scribit Ruffinus. *Clemens, alius presbyter, & magister Ecclesiæ illius in omnibus penè libris suis Trinitatis gloriam, atque æternitatem vnam, eandemq; designat, & interdùm inuenimus aliqua eius captiuda, in quibus filium Dei creaturam dicit. Num quidem credibile est de tanto viro tam in omnibus Catholico, tamquè erudito, vt vel sibi contraria senserit, vel ea, quæ de Deo non dicam credere, sed audire quidem impium est, scripta reliquerit?* Hæc ille. Deniq; quàm multi homines propter aquarum amaritudinem, & vitium interierint, facilè intuebitur, qui temporum illorum turbines, procellasq; cogitatione versauerit: videbit nimirùm orbes propemodùm per Orientem fundatas Ecclesias Arianæ impietatis & procella penè oppressas, & turpitudine inquinatas: quamobrem verè dixit Hieronymus: *Ingemiscens orbis terrarum Arianum se esse miratus est*: donec Nicænũ primum concilium sub Constantino Magno à Syluestro Pontifice Maximo conuocatum eam hæresim manifestariam damnauit, veritate Catholica de sacrosancto Triadis mysterio, triumq; Diuinarum personarum æqualitate, præcipuèq; de eadẽ Filij cũ Patre substãtia, Diuinitate, æternitate cõstituta.

Prouer. 8. 22.

Esai. 1. 2.

Deut. 32. 18.

Baronius.

Ruffinus.

Clementis Alexandrini opera per Arianos corrupta.

Hieronymus.

Quod verò ad Pelagium spectat, is fuit professione Monachus, gente Britãnus. Eius hæresis duodecim capitibus comprehenditur, quæ in synodo Palæstina compulsus est damnare, quæ nisi anathematizaret, vt ibidem habetur, ipse anathematizatus fuisset.

4

Pelagij hæresis 12. capitibus comprehensa.

Primò igitur dicebat Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue non peccasset, moriturus esset. Secũdò, quòd peccatum ipsius ipsum solum, & nõ genus humanum læserit. Tertiò, quòd infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam ante præuaricationem fuit. Quartò, quod per mortem, & præuaricationem Adæ non omne genus humanum moriatur, & quòd per resurrectionem Christi non omne genus humanum resurgat. Quintò, quòd infantes, etiam si non baptizentur, vitam æternã habere possunt. Sextò diuites baptizatos, nisi omnibus abrenũcient, nõ posse habere regnum Dei; nec reputari illis, siquid boni facere visi fuerint. Septimò, gratiam, atque adiutorium

Dei

Dei non ad singulos actus donari, sed de libero esse arbitrio vel in lege, atque doctrina. Octauò gratiam Dei, quam primam vocamus, secundùm merita nostra dari. Nonò filios Dei nõ posse vocari, nisi in omni modo absq; omni peccato fuerint effecti. Decimò non esse liberum arbitrium, si Dei indigeat auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid, vel non facere. Vndecimò victoriam nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio. Duodecimò, quod petentibus veniam, non detur secundùm gratiam, & misericordiã Dei, sed secundùm merita, & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia. Hæc erant præcipua capita Pelagianæ impietatis præter alia, quæ D. Hieronymus, & D. Augustin. in libris contrà Pelagianos in lucem protulerunt: sed illa duodecim capita, quæ retulimus, in illa synodo damnauit Pelagius, sed posteà ad vomitum reuersus contrarijs scriptis, quę in synodo Palæstinę professus fuerat, euertit, vt auctor est D. Augustin. lib. de hæres. ad Quoduultdeum cap. 88.

D. Aug. 5

Quis non videt meritò Pelagium posse existimari stellam istam fuisse de cœlo siue religionis, siue Ecclesiæ delapsam, quæ dicta sit Absinthiũ, quòd nobis diuinę gratiæ dulcedinem auferre conatus sit, & deprauati per peccatum liberi arbitrij amaritudinem propinare? Is nimirùm tertiam, hoc est, bonam partem fontium, hoc est, Diuinarum literarum in absinthium conuertit; cũ loca omnia, ac testimonia Scripturæ, quę de libero arbitrio disserebãt, ita corrupit, vt ex ijs falsò astrueret liberum arbitrium proprijs viribus salutem consequi posse; neque ad id Diuinæ gratię præsidijs indigere. Seu potiùs cecidit stella in tertiam partem fluminum, & fontes aquarum, quoniam Pelagius gratiæ, & baptismi necessitatem tollebat; & quoniam non in Ecclesia vniuersa, sed multis in partibus hęresum suarum venena euomuit, idcircò in tertiam tantùm partem fluminũ cecidisse dicitur: vndè subiungitur, quòd tertia pars aquarum facta sit in absinthium; eoquòd magna Ecclesiæ pars fuit eo infecta errore, multiq; homines mortui sunt propter aquarum amaritudinem: quoniam multi infantes suos non baptizabant: quo fiebat, vt infantes illi damnarentur, multiq; præterea ex adultis eodem hæresis veneno epoto deperibant. Itaque multi propter aquarum vtpotè hæretico veneno infectarum amaritudinem amissa fide, gratiaq; Diuina perierunt, vt apparet ex ijs, quæ scribit D. Hieron. lib. 4. comment. in Hierem. in ipsa præfat. quæ est ad Eusebium. *Multis*, inquit, *de toto hoc orbe confluentium turbis, & sanctorum fratrum, monasterijque curis occupatus cõmentarios in Hieremiam per interualla dictabã, vt quod deerat otio, supereſſet industriæ: cùm subitò hæresis Pythagoræ, & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, ideſt, impassibilitatis, & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis eius Grannio, Euagrioque Ponticо, & Iouiniano iugulata est, cœpit reuiuiscere, vt non solùm in Occidentis, sed in Orientis partibus sibilare, & in quibusdam insulis, præcipuèque Siciliæ, & Rhodi maculare plerosque, & crescere per dies singulos, cum secretò docent, & publicè negant.* Hæc ille. Loqui autem Hieronymum de Pelagianis, qui præter errores connumeratos homines per naturę vires ἀναμαρτήτους, ideſt, impeccabiles faciebant; perspicuum est ex sequẽtibus, cum citat libros suos, quos aduersùs Pelagium antè conscripserat. Hæc eò diximus, vt ostenderemus, quã aptè, quæ de Hæreticis in vniuersum sub huius stellę nomine disputauimus, peculiari ratione siue ad Arium, siue ad Pelagium à plerisquè referantur.

D. Hieron.

Quantùm Ecclesię nocuerit Pelagius.

6 Aretha.

Porrò illud cũ Aretha aduerte absinthium, etsi amarissimum sit, visum tamen acuere; sic enim omnes Hæretici, etsi turbulenti, & amarissimi fuerunt, multumq; tristitiæ, & laboris Catholicis attulerunt; visum tamen Ecclesiæ magis acuerunt, quippè quæ per eã occasionem perspicacior Diuinitùs in in fide reddita coactis conciliis ad hæresum zizania ex Dominico agro auellenda quàm plurima religionis mysteria, quæ obscuriora videbantur, suis

Hæretici visũ Ecclesię magis acuerunt.

amplius decretis, & sanctionibus illustrauit.

Non solàm hæresim, sed quouis lethale peccatum merito absinthio comparari.

SECTIO XII.

I NTEA, quæ in superioribus de hæresum amaritudine dicta sunt, illustriora reddantur, dicemus hac sectione nonnulla de cuiusuis lethalis peccati amarissimo felle, ac veneno; cuius amaritudinis symbolum in absinthio propositum à Ioanne fuisse docuimus. Sciendum igitur absinthium herbam esse amarissimam, ex eoque factum, vt pro rebus amarissimis accipiatur. Vndè Hieremias nomine Iudaici populi, quē in Threnis auctore Hieron. repræsentabat, laborum suorum, quibus iustè à Deo feriebatur, amaritudinem describens dixit Thren. 3. *Repleuit me amaritudinibus: & inebriauit me absinthio.* Id quod etiam Hieron. docet mysticè exponi posse de laboribus, quos mundi huius sectatores quasi per ebrietatem tolerant. *Qui enim*, inquit, *absinthio inebriatur, id quidem, quod sumit, amarum est; & tamen non intelligit præ ebrietate eandem amaritudinem, qua repletur: sic nanque humanum genus recto Dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimissum, atque per easdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum absinthio est ebrium; quia & amara sunt, quæ pro huius vitæ amore tolerat; & tamen eandem amaritudinem cœcitate cupiditatis quasi insensibilitate ebrietatis ignorat.* Hæc Hieron. Nec verò desunt alij, qui Christum eis verbis loquentem, & conquerentem de Iudaico populo faciunt, qui eum passione amarissima quasi absinthio dicatur inebriasse: vndè etiam ortum est, vt ad amaritudinem, quæ peccatum consequitur, exprimendam vsurpetur, veluti Prou. 5. *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absinthium:* quià vt interpretatur Lyran. quemadmodum absinthium in viscera ab aliquo sumptum amarescit; ita peccatum admissum intrà ipsam conscientiam amaritudinem generat, quæ tanta est, vt vel ipsum Deum natura suauissimum amarum, idest, iratum efficiat iuxtà illud Osee 14. *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum.* Etenim, vt auctor est Origin. homil. 12. super Ezech. absinthium vsq; adeò est amarum, vt melli succus eius iniectus amaritudine vincat suauitatē mellis, & cogat amarum esse, quod dulce est. Id quod magis adhuc amaritudinem peccati declarat, quòd Deum ipsum natura sua melle dulciorem reddit amarum, quemadmodum ipse conqueritur Oseæ 12. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis*: quasi diceret, vt ait D. Hieron. in eum locum, sceleribus suis amarum me fecit esse, qui dulcis sum. Quā eandē ob causā domus Israel appellatur domus exasperatrix, & exasperans apud Ezechielem multis in locis, veluti cap. 23. & 12. quoniam criminibus suis Deum natura mitem asperum reddebat.

Eadē peccati amaritudo nomine fellis, & lethiferi veneni exprimitur Deuteron. 32. *Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insabile*: vbi est aduertendum aspides cum quadam voluptate interimere; quod maximè quadrat in peccati venenum. Sed luculentiùs idē habes Iob 20. *Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Panis eius in vtero illius vertitur in fel aspidum intrinsecùs. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de vētre illius abstrahet eas Deus. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Quo loco in primis peccatum pani confertur; de indè describitur impius, qui sceleribus suis delectatur, & præ iucunditate, quam sentit, comparatur homini comedenti rem aliquam suauissimam, quam solet, antequàm deglutiat, in ore versare, voluere, atque reuoluere; sed tandem peccatum ei vertitur in fel aspidum, idest, exitum amarissimum, cùm apud inferos sempiternis afficia-

Peccati amaritudo.

Thren. 3. 15.

Hieronymus.

Prou. 5. 4.

Lyranus.

Osee 14. 1.

Origenes.

Osee 12. 14.

D. Hieron.

2

Deut. 32. 32.

Peccati venenū.

Iob. 20. 12.

Peccati exitus amarissimus.

tur cruciatibus. Id quod ampliùs illa similitudine explicatur, *Caput aspidum fugit*: constat enim aspides, & in vniuersum serpentes, qui morsu interimunt, venenum habere in capite. Itaque caput aspidum fugere est amarissimum, & lethale venenum haurire in sceleribus perpetrandis. De eodem pane sermo est Prou. 20. *Suauis est homini panis mẽdacij: & postea implebitur os ei⁹ calculo*, seu, vt alij vertunt, *arena*. Dictũ est autem *Calculo* pro calculis, siue lapillis minorib⁹, qui si pani misceantur, dentes lædunt, & ad stomachum non faciunt iuxtà illud Thren. 3. *Fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere*: vbi pro eo, quod nos habemus *ad numerum*, Hebraicè est *Lapillo*: significatur igitur opes mendaciis, & fraudib⁹ quæsitas, quanuis initio gratæ videantur, posteà tamen cum possidentur, insuaues solere esse, & noxias; veluti si panis, quo aliquis vesceretur, permistos haberet lapillos, & arenulas. Id quod potest in vniuersum peccato accommodari, quod admistos habet lapillos, quib⁹ dentes fraguntur vel propter conscientiæ aculeos, vel propter plurimorũ malorum, quæ consequi solent, asperitatem, vel denique quià tandem à Deo apud inferos acerrimè punientur. Hoc ipsum Eccli. 21. alia non minùs eleganti similitudine declaratur, cũ dicitur: *Quasi à facie colubri fuge peccata*: vbi nõ in cõcinnè pleriq; uolũt ad serpẽtẽ illũ alludi, qui Euã decepit Genes. 3. quem Magist. sentent. in Gen. cap. 21. D. Bonau. 2. sentent. d. 2. q. 2. Carth. in cap. 3. Geneseos, & Beda ab ijsdem citatus existimarunt fuisse genus quoddam serpentis vultum referens virgineum pulcherrimum, cætera serpentis imaginem repræsentans, de cuius opinionis veritate non est modò disputandum; sed illud interim adnotandum admoneri Adami posteros, vt quasi à facie colubri, siue serpentis illius peccatum fugiant, ideſt, nè se decipi sinant primo eius aspectu in speciẽ pulchro: quoniam etiamsi facies ipsa, ideſt, initia specioſa videantur; verè tamen toto reliquo corpore serpens est, qui instillato per morsum veneno accedẽtes interimit, cum primis ipsis delectationis illecebris pulchram, & amabilem virginis faciem mentiatur: illudq; meminerint dictum à Paulo Rom. 6. stipendia peccati mortem esse. E contrario verò de Diuina gratia dicitur Eccliſ. 24. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum.*

Prou. 20. 17.

Thren. 3. 16.

Eccli. 21. 2.

Gen. 3. Magister sententiarum. D. Bonau. Carthus. Beda.

Rom. 6.

Eccli. 24. 26.

Quarto Angelo tuba canente percutitur tertia pars solis, lunę, & stellarum.

SECTIO. XIII.

QVARTO Angelo tuba canente narrat Ioannes percussam fuisse tertiã partem solis, tertiam quoque lunæ, & stellarum, ita vt tertia pars eorum obscuraretur, & diei non luceret pars tertia, noctisque similiter. In tuba istius quarti Angeli iuxta eam expositionem, quam persequimur, quartus prædicatorum fidei ordo in quarta Ecclesiæ ætate exprimitur, quibus fidem, doctrinamque Euangelicam prædicantibus ea, quæ Ioannes commemorat, prodigia acciderunt. Etenim manifestis Hæreticis, qui in tertia tuba aduersùs Ecclesiam insurrexerant, euersis, eorumque erroribus per sacrosancta concilia, & sanctorum Patrum scripta profligatis alia Hypocritarum, & Pseudoprophetarũ pestis erupit, sensimque serpere in Ecclesia cæpta est; quos Dæmon quasi per occultos, & subterraneos cuniculos ad subruendam fidei, morumque fabricam intulit. Nam cum videret non potuisse se aperto Marte suè per Iudæos in prima tuba, siue per Tyrannos in secunda, siue per manifestarios, refractariosque Hæreticos in tertia fundatum, atq; Diuina ope stabilitum Ecclesiæ regnum excidere: occultas sibi Hypocritarum machinas admouendas putauit, qui se se in Angelos lucis transfigurãtes noua

Quartus Angelus quartũ prædicatorum ordinem repręsentat.

Hypocritę, & Pseudoprophetę.

dogma

dogmata quasi Diuinitùs accepta oracula sub sanctitatis, quã exteri⁹ præferebãt, specie vẽditabãt; ex quo fiebat, vt plurimos ea ratione seducerẽt. Itaq; meritò tertia, i. magna pars solis dicitur obscurata; quoniam Christus, qui tanquàm verus sol per fidem in corde credentiũ splendet, tunc in multis amisso fidei radio non lucebat; quin potiùs iplius lumen, veritatisq; cognitio in bona parte fidelium deperibat: hoc enim est tertiã partem solis obscuratã fuisse, nõ quòd sol ipse aliquod in se lumen, splendoremq; amitteret, sed quòd eum fideles Pseudoprophetarum impostoris decepti non admitterent. Ex quo etiam accidebat, vt tertia pars lunæ, hoc est, bona pars Ecclesiæ interiectu, atq; interpositu nubium, quas Pseudoprophetæ ementito nomine sanctitatis opponebant, deficeret: tertia etiam pars stellarum, hoc est, Ecclesiæ Doctorum ijsdem tenebris implicita non micaret: cùm temerè scilicet Hypocritis Diuinum afflatum, & instinctum falsò sibi arrogãtibus adhærebant. Deniq; cum tertia pars solis fuisset obscurata, effectũ est, vt tertia pars diei non luceret: cumq; tertia lunæ, stellarumq; pars lucem, & splẽdorem amisisset, tertia quoq; pars nocturnę lucis deperiret. Per diem iustos, per noctem peccatores intellige iuxtà illud Pauli: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*: vel certè diei nomine perfectos, noctis verò imperfectos fideles accipe, cuius diei, atq; noctis tertia, hoc est, bona pars ob solis, lunæ, stellarumq; obscuratam lucem dicitur non luxisse, quoniam tum ex perfectis, tum ex imperfectis, tum ex iustis, tum etiam ex peccatoribus fidei lumẽ, & charitatis splẽdorem amiserunt. Alij diem nouum testamentum, noctem vetus interpretantur iuxtà illud Rom. 13. *Nox præcessit, Dies autem appropinquauit*: secundum quam expositionem vtriusq; tertia pars dicitur obscurata; quoniam Pseudoprophetæ vtriusq; instrumenti testimonijs clarissimis falsis interpretationibus, quas se è cælo hausisse mentiebantur, tenebras, & caliginem offuderunt, vt magna eorum pars apud impe-

Dies iustos, perfectosque significat, nox peccatores, & imperfectos. Ephes. 5. 8.

Rom. 13. 12. Nonum testamentum dies, vetus nox dicitur.

ritos potissimùm suam lucem, atq; splẽdorem minimè retinere videretur.

Fuerunt illa Hypocritarum, & Pseudopropheta rum tempora alijs quoq; scripturæ sacræ locis prænunciata: nã in primis Christus id multò ante prædixit Matth. 7. *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces.* Et Paulus primæ Tim. 4. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendaciũ, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognouerunt veritatem.* Vbi cernis non loqui Paulum de manifestarijs Hæreticis, qui videlicet aperto Marte Ecclesiæ bellum indicant; sed de occultis, & per hypocrisim suos errores tanquàm Diuina oracula vẽditantibus. Quod verò eiusmodi Hæreticos ait cauteriatam habere conscientiam, sic à Theodoreto exponitur, vt horum Hæreticorum stupor ea similitudine declaretur. *Cauteriatam*, inquit, *habentes conscientiam eos vocauit, stuporem eorum extremum docens: locus enim cauterij morte affectus priorem sensum amittit.* Potest quoq; ita accipi, vt explicetur obstinata similium Hypocritarum malitia; nota enim, quæ cauterio inuritur, deleri non potest. Ad eiusmodi Hæreticos spectat illud Coloss. 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum*: quem locum quanuis pleriq; ad eos referant, qui docebant legem veterem seruandam esse, eoquòd data esset per Angelos, tamen ad hypocrisim refert D. Hieron. *Nemo*, inquit, *ficta humilitate superbus, & Angelos se videre mentiens frustra se super homines iactet, qui visiones à suo corde loquitur.* Et multò luculẽtiùs D. Thomas, iuxtà cuius sententiam Pseudoapostoli seducebant in humilitate, introducentes legalia, quia vtebãtur simulata sanctitate. Porro sanctitas in duobus consistit, videlicet in humili conuersatione, & cultu Dei: isti autem Pseudoapostoli præ se ferebant humilitatem: vt enim dicitur Eccli. 19 *Est, qui nequiter humiliat se, & interiora eius ple-*

2

Matt. 7. 15.

1. Tim. 4. 1.

Theodoretus. Hypocritæ, & Pseudopropheræ cauteriatã conscientiam habent.

Hypocritarũ malitia.

Coloss. 2. 18.

D. Hieron.

D. Thom.

Sanctitas in quo consistat.

Eccli. 19. 23.

na sunt dolo. Præterea magnum Dei cultum simulabant; vndè subiungitur, *& in religione Angelorum*; quoniam id omni contentione procurabant, vt Angeli, hoc est, veri Dei nuntij, & Prophetæ viderentur. Non est prætereunda obseruatio Theodoreti aientis Græcè pro *Seducat* esse καταβραβευέτω, Græcos verò appellare βραβευτὰς iudices eorum, qui in certaminibus decertãt, καταβραβεύειν autem esse βραβευτὴν, hoc est, iudicis certatorum malè fungi officio, & quæ victoribus debentur præmia, iniustè tribuere. Quoniam ergò qui legalium obseruationem Euangelio admiscebant, à præstantioribus ad deteriora fideles traducebãt; idcircò ait Apostolum rectè dixisse: *Nemo vos seducat*, hoc est, nemo vos fraudet præmio, quod vincentibus debetur. Itaq; Pseudoapostoli iuxtà Theodoreti expositionem iniquis iudicibus comparantur, quoniam seducendo fideles, & se veros Prophetas, & Angelos mentiendo eis coronam, & præmia, quæ alioquin per veram fidem, ac religionem consecuturi erant, iniquè detrahebãt.

Theodor.

Audit Ioannes vocem vnius aquilę volantis per medium cœli, & dicẽtis voce magna: Vę, vę, vę, habitantibus in terra de cæteris vocibus triũ Angelorum, qui erãt tuba canituri.

SECTIO XIIII.



IN Multis Græcis codicibus non aquilam, sed Angelum legimus: sed tamen vetustiora exemplaria aquilam habent, & ita legerũt Beda, Arethas, Ticonius, & interpretes communiter; qui per aquilam hoc loco prædicatores intelligunt extremi temporis, qui comminationes Diuinas, atque supplicia hominibus denunciabunt. Franciscus Rib. suspicatur per hanc aquilam insignem aliquem sanctitate virum extremo tempore futurum prædici, siue ex cõcionatorum numero sit, siue priuatus, qui interitum hominibus clamabit imminere. Cæterùm nos arbitramur cum Lyrano, & Petro Aurel. Cardin. in comment. huius loci, et Pet. Dam. serm. 1. de excellẽtia Beati Ioãnis Euãgelistę, & aliis isti⁹ aquilæ nomine ipsũmet Ioannẽ, qui loquitur, fuisse adumbratũ: nec enim refert, quòd ipse dicat se vocem illius aquilæ audiuisse: aptè enim potuit Deus imaginariam aquilam per visum Ioanni ostendere clamantem voce magna, vt ipsummet Ioannẽ adhuc plura prodigia conspecturum, denunciaturumq; in hac visione exprimeret: nec est insolens in sacris literis Ioannem de se in tertia loqui persona, veluti cum ait: *Discipulus ille quem diligebat Iesus*. Persuadet mihi hanc sententiam hæc vna ratio: quoniam cũ vox illius aquilę volantis per medium cæli illa fuerit: *Væ, væ, væ habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum, qui erãt tuba canituri*: (quibus verbis significauit visionẽ triũ Angelorum, qui supererant, maxima, & admiranda prodigia, eaquè mortalibus funesta comprehendere, idcircò enim ter dictionem *Væ* ingeminauit) quemnam quæso alium par est credere expressisse nisi Ioannem, qui statim omnia illa supplicia ad tubas trium Angelorum consequentia erat literis mandaturus? Is enim fuit, qui statim instar aquilæ per medium cæli volãs, hoc est, per ecstasim in cælum vsque conscendens vidit triplicem illam visionẽ sub tubis trium Angelorum, qui supererãt, & tam horrifica visione obstupefactus magna voce clamauit: *Væ, væ, væ habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum*: cum omnia illa prodigia, atque supplicia sibi ostensa Diuinitùs cõscripsit, & vniuersæ Ecclesiæ legenda proposuit. Cum igitur Ioannes ipse fuerit, qui visionem trium Angelorũ vulgauerit, & *Væ* illud tergeminum inculcauerit: sanè, cum aquilam illam vidit, se ipsum conspexit, qui eius aquilæ visione admonebatur de ijs, quæ statim ipsi ostendi deberent, conscribendis.

Lyranus. Petrus Aureo. Petrus Dam. Aquila Ioãnes ipse.

Ioan. 21. 7.

I

Beda. Arethas. Ticonius. Quid aquila a Ioãne in cœlo visa adumbrauerit. Ribera.

Atque

Atq; hinc rursùs colligimus per istam aquilam non esse insignem aliquem virum extremo tempore futurum accipiendum, qui interitum mortalibus imminentem denunciet: siquidem quæ aquila illa timenda esse clamauit sub tubis trium Angelorum consequentium, mox à Ioanne deinceps conscripta, ac denunciata fuerunt: quarè non est, cur extremis temporibus iterùm denunciãda expectari debeant; nisi ille insignis concionator eo tempore debeat hæc eadem, quæ Ioannes scribit, denuò replicare. Sit igitur constitutum huius aquilæ clamantis vocem esse ipsius Ioãnis sub trium Angelorum consequentium tubis prædictionem. Quãto verò iure *Væ* illud semel, iterùm, ac tertiò repetitum, replicatumque fuerit, extrium tubarum, quæ sequuntur, terrifico sonitu, atque clangore palam erit.

2 Illud interim hoc loco obseruatione dignum videtur non vacare mysterio, quòd antequàm tres Angeli, qui super sunt, tuba canerent, aquila illa per medium cœlum volans suo illo magno clamore mortales præmonuerit de tribus plagis sequentibus, vt per pœnitentiã ad Deum conuersi eius iram mitigarẽt, & sequentes plagas iam instantes subterfugerent. Solet enim Deus antequã puniat, comminari, quò mortales prę occupantes faciem eius in confessione veniam consequãtur; quẽadmodum diserte verbis testatur Regi⁹ vates Psal. 59. *Dedisti*, inquit, *metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus.* Qui locus communiter de huius vitæ flagellis exponitur, quæ Deus solet infligere, vt per ea peccatores eruditi extremi iudicij seueritatem declinent: cui quidem expositioni fauet versus præcedens: *Ostendisti populo tuo dura; potasti nos vino compunctionis.* Docet verò Aug. in commẽt. eiusdem loci iudicium arcui comparari, quiã quemadmodum arcus, quò magis extenditur, eò sagittam iacit violentiùs; sic iudicij dies, quò magis differtur, eò erit acerbior.

3 Verùm generaliùs accipere possumus eundem locum dequacunque significatione siue per flagella, siue per cõminationem, & prædictionẽ, aliaque huiusmodi signa, quibus veluti antegressis monere solet peccatores Deus, vt sui furoris arcum subterfugiant, sanè non tantò ante prædicturus, si sibi cordi esset ipsa punitio. Id quod mirificè cernere licet vel in ipso Geneseos principio, vbi ita scribi à Moyse voluit: *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Pro *Deus* habetur Hebraicè *elohim*, ideſt, *iudices*: quę vox parùm videbatur ad mũdi creationem explicandam conducere. Cur enim nõ dixit, *Creauit Iehouah?* aut *Creauit omnipotens cœlum, & terram*, sed: *Creauit iudices?* vt nimirùm in ipsa mundi creatione admoneret eundem esse mundi creatorem, & iudicem, qui eundem deberet iudicare, atq; adeò ista comminatione tantò ante iactata homines à peccãdo deterreret, admoneretq; nõ eis abutendum mundo, quem non solùm tanquàm omnipotens, sed etiam tanquàm iudex fabricauerat, vt intelligerent iudicem futurum mundi eundem mundi conditorem. Eandem Dei misericordiam habes expressam Exod. 9. vbi cũ Deus statuisset perdere grãdine omnia Ægypti pecora, & cuncta, quæ reperirentur in agris, monuit per Moysem Pharaonem, vt ea sub tecta colligeret. Vide incredibilem Dei clementiam illis verbis expressam: *En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto à die, qua fundata est vsq; in præsens tempus. Mitte ergò iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia, quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa, quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, ceciderit q; super ea grando, morientur.* Et statim subiungitur; *Qui timuit verbum Dei de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris.* In quẽ locũ Dei misericordiã expẽdũt Theod. dist. 9. q. 21. super Exod. & D. Aug. lib. quæst. super Exod. q. 33. *Quid est*, inquit, *quod mãdauit Deus Pharaoni, cũ se facturũ magnã grandinẽ minaretur, vt festinet cõgregare pecora sua, & quæcũq; essẽt in cãpo, ne grandine interẽant? hoc enim nõ tàm indignãter, quàm misericorditer videtur admonere, sed hoc nõ facit quæstionẽ, quòd Deus etiam irascens temperat pœnam.*

Premõnet nos Deus, quoniã punire nõuult

Gen. 1. 1.

In ipso mundi initio iudicis mentio.

Exod. 9. 18. Cõmendatur Dei misericordia.

Pſal. 59. 6.

Flagellat nos Deus in hac vita, vt iudicii seueritatẽ declinemus.

Auguſt.

Theodor. D. Auguſt.

4

Huc etiam pertinet, quòd Deus voluit Noe centum annis antè per arcæ illius fabricationem denunciare diluuium, comminariq; vniuersi orbis futurum euersionem, nisi pœnitentiam agerent. Vndè Petrus 1. cap. 3. sic ait. 1. Pet. 3. 19. *His, qui incarcere erant, spiritibus venies prædicauit: qui incredduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca.* Quo loco est aduertendū pro eo, quod nos habemus; *Quoniam expectabant Dei patientiam*, Diuum August. epist. 99. legisse, *Quando expectabat patientia Dei*: cui lectioni non repugnat Græca sententia, quæ sic habet: ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία, potestquè transferri, *Expectabat*, vel, *Expectabatur Dei patientia*; cum ἀπεξεδέχετο sit in voce media, quæ vtranque significationē habet. Quarè iuxtà lectionem Augustini sensus est illis centum annis præmissa diluuij comminatione expectasse Dei patientiam pœnitentiam mortalium, & conuersionem, vt nè diluuio orbem delere cogeretur. In eandem sententiam D. Chrys. hom. 25. super Gen. obseruauit, quòd ideircò Deus non de repente orbem diluuij aquis obruerit, sed per quadraginta dies, & quadraginta noctes aquas subinde succrescere voluerit, cum vno momento orbem diluuio perdere potuisset. *Facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctib⁹. Quòd quadraginta dieb⁹*, inquit Chrysost. *& qua quadraginta noctib⁹ inductū est diluuiū, & istuc ipsū bonitatis maximū specimen est: volebat enim propter magnā misericordiā etiā aliquos ex eis castigatos generalē hanc internecionē effugere, cū antè oculos viderēt proximos suos perire, & imminere sibi communem interitum: verisimile enim est primo die bonam aliquam partem diluuio periisse, & secundo die accreuisse aliquid diluuij, & similiter die tertio, & quarto, & reliquis, atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, vt omnem defensionis prætextum adimeret: nam si voluisset, ac imperasset, potuisset omnia vno momento perdere diluuio, sed pro sua misericordia tanta dierum productione vsus est.* Mitto innumera Prophetarum vaticinia, quibus Deus Hebræorum populo ventura mala multò antè prædixit, vt videre est apud Hieremiam, Ezechielem, cæteroſquè omnes Diuinos vates, quos tanquā aquilas volātes per medium cœli emittebat, vt voce magna clamantes, *Væ, væ, væ habitantibus in terra*, peccatorum animos perterrerent; & antequàm adueniret tempus supplicijs definitum, ad pœnitentiam incitarent.

Gen. 7. 12. D. Chrysost.

D. August.

CAPVT IX.

ET QVINTVS ANGELVS tuba cecenit: & vidi stellam de cęlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnę: & obscuratus est sol, & aër de fumo putei: & de fumo putei exierunt locustę in terrā, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terrę: & præceptum est illis, ne lęderent fænum terrę, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Et datum est illis, ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij, cum percutit homi-

nem

nem. Et in diebus illis quęrent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarũ, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquàm coronę similes auro: & facies earum tanquàm facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum sicut dentes leonum erant: & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorũ currentium in bellum: & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se regem Angelum abysi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Grecè autem Apollyon, Latinè habens nomen Exterminans. Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo vę post hęc. Et sextus Angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est antè oculos Dei, dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Eufratre. Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum: vt occiderẽt tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum. Et ita vidi equos in visione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquàm capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & de fumo, & sulphure, quę procedebant de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudę eorum similes serpentibus, habentes capita, & in his nocent. Et cœteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt non adorarent Dęmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quę neque videre possunt, neq; audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam

ab homicidijs suis, neque à veneficijs suis,
neque à fornicatione sua,
neque à furtis suis.

ARGVMENTVM.

PERSEQVITVR Ioannes tertiam huius operis visionem. Cumque superiori capite ex septem illis Angelis, quos cum tubis in cœlo conspexerat, quatuor tantũ explicauerit: pergit deinceps tres alios explicare, eorumque visionem commemorat tribus capitibus sequentibus. Hoc verò caput quinti, & sexti Angeli narrationem complectitur.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Visio imaginaria quinti Angeli describitur.

SECTIO. I.

PRIMVM 1 igitur tuba canẽte quinto Angelo vidit Ioannes stellam cecidisse de cœlo in terram, cui Angelo, siue etiam stellæ (ad vtrunque enim referri potest nomen Græcum ἀυτῷ) data est clauis putei abyssi: verùm ad stellam referendũ esse ex nostra interpretatione constabit. Secundò aperuit huiusmodi stella puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, idest, densus, & obscurus: & obscuratus est sol, & aër. Tertiò de fumo putei exierunt locustæ in terram, quibùs data est potestas similis potestati scorpionum: præceptumque est illis, nè læderent fœnum terræ, neque omnem arborem, sed tantùm homines, qui non haberent signum Dei in frontibus suis; quos tamen non occiderent, sed tantùm cruciarent mensibus quinque: diciturque eorum hominum cruciatus similis cruciatui scorpij, cum hominem percutit, idest, crudelis, venenatus, & furtiuus: quãobrem homines mortem optabunt, quæ ab eis tamen fugiet. Quartò similitudo locustarum erat horrifica simul, & admirabilis: etenim similes erant equis paratis ad prælium: gestabãt super capita tanquã coronas auro similes: habebãt facies hominũ, dentes leonum, capillos mulierum, caudas scorpionum, & in caudis aculeos, loricas veluti ferreas: vox alarum erat sicut vox curruum equorum multorum currentium ad prælium cũ potestate nocendi hominibus mensibus quinque: denique habebant super se regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè Apollyon, Latinè Exterminans. Nomen Hebraicum interpretatus est Ioannes Græcè; (idẽ enim est Græcè Apollyon, quod Hebraicè Abaddon) quoniam Græcis scribebat: quam eandem ob causam vulgatus interpres cum Latinis agens Græcam vocem Apollyon latinè fuit interpretatus Exterminans: sic enim sæpe solent sacri interpretes, veluti

Genes. 35. *Vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei. Pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dextræ.* Et Exod. 12. *Est enim Phase, id est, transitus Domini.* Hæc sunt, quæ in quinto Angelo Ioannes commemorat, quæ iam sigillatim explicanda sunt: nam sexti Angeli visionē, quæ hoc etiam capite cōprehenditur, ad sequens commentarium reseruamus.

Gen. 35. 18.

Exod. 12. 11.

Quinti Angeli tuba canentis, & stellę, quę de cęlo cecidit, putei abyssi, & locustarum literalis expositio. Et primum quorundam opinio de Vandalica persecutione commemoratur, & reijcitur.

SECTIO SECVNDA.

I

Quintus Angelus quintū prędicatorū ordinem demōstrat.

VXTA ea, quæ in superioribus probabiliora iudicauimus, quintus Angelus quintum prædicatorū ordinem demonstrat. Per stellā verò de cælo cadentem Luciferū cum cōmuni expositione accipiendū putamus; qui initio mundi tanquàm stella de cælo cecidisse dicitur Esai. 14. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* De Lucifero enim eum locū sub typo Regis Babylonis cōmuniter Patres interpretantur. Nec refert, quòd quispiam posset obijcere non videre verisimile stellā, de qua modò Ioānes disputat, esse Luciferum, cùm multò antè illud tēpus, quo hæc Ioāni ostendebantur, Lucifer de cælo cecidisset, in ipsis videlicet mundi incunabulis: at Ioannes de stella aliqua, quam huius visionis tēpore è cælo cadere cōspexit, disserere videatur. Non, inquā, refert, quoniam Ioānes non dicit, *Vidi stellā de cælo cadere in terrā*: sed, *Vidi stellā de cælo cecidisse in terrā*: hoc est, *vidi stellam, quæ iam ante de cælo ceciderat*: & ita respondet Cæl. Pannon. & ante illū Rup. in comment. huius loci. *Quando*, inquit, *ille cecidit, nullius hominum erat, qui videret præter illū, qui in Euangelio suo loquitur dicens Luc. 10 videbam Satanā sicut fulgur de cælo cadentem: qui enim hæc dicit homo Christus, priùs erat Deus, quàm homo fieret; priusquàm stella illa, hoc est, Lucifer ille caderet: imò priusquàm Angelus, aut creatura aliqua fieret. Bene ergò non ait, Vidi cadere, sed, Vidi cecidisse.* Hæc Rup. Adde antiquum illū casum Luciferi potuisse denuò per imaginariā visionē Ioanni repræsentari, quæ nobis responsio magis probatur. Etenim Ioannes non solùm non vidit reipsa cadere Luciferum, sed nec etiā cecidisse: quarè cum dicit vidisse se stellā de cælo cecidisse in terrā, haud dubiè accipiendus videtur de casu stellæ imaginario, quem per visum cōspexerit, sicut & reliqua omnia, quæ hoc volumine continentur. Dura autē videtur expositio, quæ affertur, *Vidi stellam cecidisse de cælo in terram*, hoc est, *Vidi stellam, quæ antè de cælo in terram ceciderat*: etenim Ioannes non se tantùm stellam vidisse, sed eius quoque è cælo ruinam planè testatur.

Luciferi stella, quam de cælo cecidisse vidit Ioannes. Esai. 14. 12.

Pannon. Rupertus.

Luc. 10. 18.

Hoc ita constituto fuerūt, qui existimarēt sub ista prodigiosa locustarum effigie Vandalorū gentem expressam fuisse, prædicíq; hoc loco à Ioanne per secutionē Ecclesiæ per Vandalorū Reges Arianos, datāq; illis dici potestatē per quinq; mensium spatiū homines cruciandi: quoniā posito certo tēpore pro incerto ea persecutio grauissima perdurauit sub quinq; potissimùm Vādalorū Regibus Arianis, videlicet Gunderico, Gēserico, Honorico, seu vt alij, Hunerico, Trasimūdo, & Gelimero; qui Huldericū, seu vt alij, Childericū Trasimundi filiū ex captiua Valētiniani Imperatoris filia susceptū Catholicū Regē interfecit, & iterū Ecclesiæ persecutionē sub Childerico intermissam instauravit, acerrimus Arianę impietatis propugnator. Hanc opinionē tradunt Pet. Aur. Card. & Lyr. in cōm. huius loci, & D. Ant. 1. p. Chron. tit. 6. c. 1. §. 7. Et quidē inficiari haud possum⁹ acerbā admodū fuisse, & Ecclesiæ luctuosā persecutionē Vādalicā, quā illustrādi hui⁹ loci causa breuiter perstringendā duximus. Siendū est igī Vādaliā regionē es-

2

Ecclesię persecutio per Vādalorum reges.

Petr. Aureol. Lyranus. D. Antoninus.

Vandalia, quæ regio, & vnde dicta.

se Europæ Septentrionalem finitimam Daciæ, vicinam Germaniæ, primamq; Scythiæ partem ita dictam à Vandalo fluuio, qui regionem interfluit, à quo populi Vandali dicti sunt, qui in Hispaniam traiecto Pyrenæo penetrantes ea loca occuparunt, quæ sita sunt circà Bæticam, quæ modò vulgò ab eis Andalusia appellatur. Porrò Vandaliam imperante Constantino Magno Gebericus Gothorum Rex inuadens Vandalos cũ Visimare eorum Rege victos propriis sedibus expulit, qui relicta Vandalia nomine retento inferiorem Pannoniã, quam vulgò Hungariam vocant, incolendam à Constantino impetrarunt, vbi per quadraginta annos Romanis Imperatoribus paruerunt: deindè in Vandaliam reuersi antiquas sedes tenuerunt vsque ad Stiliconis tempora, qui eius gentis habuit principatum. Is enim gente Vãdalus, vt auctor est Paulus Orosius lib. 7. cap. 27. à Theodosio iuniore, apud quem valebat gratia, duorum eius filiorum Arcadij, & Honorij curam suscepit. Paulus Oros.

3 Defuncto Theodosio, & Paulò post Arcadio successit in imperium solus Honorius. Tunc verò Stilicon filium suum Eucherium Christianorum persecutionem iam indè à puero meditantem ad imperiale fastigium euehere cupiens Vandalos, Halanos, Sueuos, & Burgundiones aduersùs Honorium solicitauit. Itaq; eo & auctore, & duce Vandali Galliam omnem inuaserunt: sed eum tamen Honorius superatum simul cum filio interfecit, vt refert Sozom. lib. 9. histor. Eccles. cap. 4. Post eius mortem Vandali Regem sibi constituêre Corsiconem, qui statim in Gallias irruens quicquid inter Alpes, & Pyrenæum est, quod Oceano, Rhenoquè includitur, occupauit; multiquè Vandalorum furore capti sunt Episcopi, interfecti Presbyteri, Ecclesiæ diruæ, Martyrum reliquiæ effossæ, vrbes euersæ. Viguit enim apud Vandalos impietas Arianæ: vt nanque memoriæ prodidit Theodoret. libro 4. histor. Eccles. cap. 32. Valens Imperator, qui cœpit imperare anno Domini 367. post inita cum Gothis fœdera eos ad Arianã hæresim pertraxit, quod malum indè vsque ad Vandalos latè serpsit. Tandem Corsico Arelatum vrbem obsidens, captus ab Arelatensi præside impietatis, & crudelitatis suæ meritissimas dedit pœnas. Eo mortuo cœpit apud Vandalos secundo loco regnare Fredebaldus quidam, quem statim Constantinus patritius dolo captum ad Honorium vinctum misit. Fredebaldo successit Gundericus tertius Vandalorum Rex, qui quatuordecim annis regnauit: & cum ipse quoque Ecclesiam diuexasset, æquissimo Dei iudicio percussus interijt. In cuius locum substituitur Rex quartus Gensericus, qui vbi suscepit principatum, traiecto freto Herculeo, siue Gaditano in Africam transiens anno Domini 427. vt affirmat Prosper in Chron. ibi Ariana hæresi infectus fidẽ Catholicam conatus subuertere, occupatam Carthaginem cœde, rapinis, & omni impietate fœdauit; Episcopum, & clerum omnem Carthaginensis Ecclesiæ expulit; loca sacra aut suis dedit inhabitanda, aut Arianis, cuius sectæ ipse quoque erat, attribuit. Hipponem etiam ciuitatem, cuius erat Episcopus D. Augustinus, obsedit, ipsoquè tempore obsidionis, quæ quatuordecim mensibus perdurauit, tertio, inquã, obsidionis mense diẽ obijt Augustinus multò clarissimum Occidentalis Ecclesiæ inbar. Itaq; vniuersa Africa vsque ad Æthiopiam sub suam ditionem redacta in Siciliam, & Apuliam reuertitur, indeq; Romam veniens etsi Leonis Papæ hoc nomine primi rogatu ab igne, & cœdibus abstinuit; eam tamẽ diebus tredecim diripiendã militi concessit. Tum egressus ex vrbe Campaniam latè populatus, Capua vi expugnata, & adsolum vsq; diruta (quæ causa impulit Paulinũ Nolanum Epm, vt in captiui vnius redẽptionẽ semetipsum vltrò dederit captiuũ in Africam deferendũ, vt referunt D. Aug. eius æqualis lib. 1. de ciuit. c. 10. & D. Gregor. lib. 3. Dial. c. 1. Greg. Turon. de gloria confess. c. 107. Prosper de vita contemplatiua cap. 9. Vincent. Fort. in vita S. Martini lib. 2. Sozomenus. Theodor. Prosper. Diui Augustini obitus. Genserico Vãdalorum Rex quart. Romã diripit. Paulin. in captiui vnius redemptionẽ se captiuũ dat. D. August. D. Gregor. Greg. Turon. Prosper. Vincent Fort. Vronius.

&

& Vranius presbyter in vita Paulini,) obsedit Neapolim: sed cum eam capere non posset, reuertens in Africam vitam finiuit, postquàm triginta septem annis regnasset.

4 Huic successit filius maximus natu Hunericus, seu, vt alij appellant, Honoricus. Is primùm cœpit per simulationem mitiùs cum Catholicis agere, solicitè quærens Hæreticos Manichæos, quorum plurimos cremari præcepit: sed paulò post Catholicos, quos Homousianos appellabat, accerrimè persecutus censuit, vt nullus vel in palatio ageret, vel in exercitu militaret, nisi priùs Arianam sectam amplecteretur: quorum ingens numerus militiam abijciens in fide perstitit, quos omnes fortunis expoliatos in Sardiniam, & Corsicam relegauit. Itaque trecentos Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & alios ad quater mille nongentos sexaginta exilio mulctasse dicitur. Nec verò exilio tyrannus contentus infinitos propemodùm Catholicos acerbissimis cruciatibus dilaniatos martyrio coronauit, inter quos Trachensis vrbis ciuibus Arianum Episcopum ferre nolentibus linguas, & dexteras manus amputari præcepit; qui tamen Diuinitùs, ac si linguas haberent, rectè loquebantur: quorum vnus in libidinis peccatũ lapsus mox priuatus est dono miraculi, vt refert D. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 32. quo loco omnes Episcopos appellat. Tandem Hunericus Deo meritas ab eo pœnas deposcente scatens vermibus miserè interiit: postquàm octo annis imperasset. Principatum excepit Guntabuldus, cui successit Trasimundus frater, qui annis viginti sex principatum obtinuit; Trasimũdo Helnericus eius filius, quem alij Childericum vocant, ex captiua Valentiniani Imperatoris filia susceptus, qui non patris Hæretici, sed matris Catholicæ monita sequens extitit fidei, ac religionis cultor eximius. Hunc pater morti proximus sacramento obstrinxit, ne vnquam in suo regno Catholicos esse permitteret: sed ille mox, vt pater decessit è vita, priùs etiam, quàm regni iura susciperet, vniuersos Episcopos, quos Trasimundus pater in exilium amandauerat, magno cum honore reuocauit, & Ecclesias instaurari iussit: quam ob causam eum Gelimerus quidam infestissimus Ecclesiæ hostis interfecit, regnumq; sibi vsurpauit, quod quinq; tantùm annis tenuit. Eum enim Belisarius Iustiniani Imperatoris iussu in Africam contrà Vandalos traijciens profligauit; atque ex fuga ad deditionẽ reductum argentea catena vinctum secum abduxit, ac de eo Cõstantinopoli triumphauit. Sic tandem illa Vandalorum efferata natio simul cum nomine extincta est circà annum Domini quingentesimum trigesimum sextum; post quam nonaginta quinq; annis Africa à Genserico fuerat occupata: sic enim prædictũ fuisse à D. Cypriano, Carthaginẽ videlicet post 95. annũ, quo à Vandalis capta fuit, & excisa in potestatem Belisarij ducis Romni vêturã testatur Euagr. lib. 4. hist. Eccles. cap. 16.

Vandalorum extinctio.

Euagrius.

5 Ecce tibi totam persecutionem Vandalicam breuiter sub aspectum subiecimus, quam citati auctores existimãt hoc loco sub locustarum similitudine prænunciari, quorum nobis sententia non probatur: quoniam hanc visionem ad extrema mũdi tẽpora, aut certè ijs proxima pertinere arbitramur cum cõmuniori sententia. Accedit, quòd nec ipsi in visionis explanatione consentiunt: alij enim per stellam de cœlo cadentẽ Gensericum Vandalorum Regem; alij Valẽrem Imperatorem accipiunt, eundemq; quintum hũc Angelum tuba canentem faciunt nullo nexu, nulla gestarum rerum, nulla consequentium temporum serie seruata: siquidem quintũ hunc Angelum cum præcedẽtibus nulla probabili ratione connectunt. Præterea duriusculum est illud quinq; mẽsium spatium, quo tempore locustarum tyrannis, & potestas duratura dicitur, de quinq; Vandalorum Regum principatu interpretari: cum non tantùm quinque, sed plures Vandalorum principes nefariũ aduersus religionẽ Catholicam bellũ susceperint, vt ex ijs, quæ paulò ante diximus, manifestum est

Reijcitur opinio putantiũ per locustas Vandalos esse intelligendos.

D.Greg.

Denique multa alia in visione commemorat Ioānes, quæ extortè admodùm, & penè per vim ad Vandalicam persecutionem trahuntur.

Communis sententia statuitur, & explicatur.

SECTIO III.

HAC igitur opinione prætermissa alij putarunt per hasce locustas accipiendos esse homines barbaros, atque ingenio, & natura præferoces, qui ad extrema mundi tempora per quinque mensium spatium cruciabunt eos homines, qui non habebunt signum Dei in frontibus suis, vt in contextu dicitur: itaque Diuino iudicio ita disponente infideles, qui Christi fidē, & religionem suscipere noluerunt, esse horum barbarorum hominum ministerio maximis calamitatibus, & supplicijs opprimendos. Nos in re difficillima à communiori sententia non putamus recedendum: atque adeò credimus per huiusmodi locustas magnam Hæreticorum turbam significari, qui ad extrema mundi tempora magnam facient stragem fidelium. Quanquam enim tuba canente tertio Angelo prodigia, quæ consecuta sunt, de Hæresiarchis, & in quarto Hypocritas, & occultos Hęreticos acceperimus; tamen nūc omnem omnino Hęreticorum turbam intelligendam nomine locustarum putamus. Verùm enim verò cum præcedentibus temporibus peculiares Hæresiarchæ, peculiaresque Hæretici modò in his, modò in illis orbis procincijs Ecclesiæ pacē turbauerint; extremis tamē tēporibus magna simul Hęreticorū illuuies vbiq; debacchabitur: vnde eo tēpore multi Pseudochristi, & Pseudoprophetæ surrecturi à Domino memorantur. Itaque iuxtà hanc sententiam, quæ communis est, stellæ illi de cœlo delapsæ, quam Luciferum interpretati sumus, data est clauis putei abyssi, hoc est, inferorum: ex iis enim quasi euocatæ, atque expromptæ iure optimo hæreses omnes dicuntur: quoniam Hæreticorum doctrina est Dęmoniorum, vt docet Paulus 1. Tim. 4. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum.* Cum verò audis datam Lucifero fuisse clauē putei abysi, Diuinam permissionem intellige. Aperto puteo ascēdit fumus sicut fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei. Fumus errorum caliginem, & obscuritatem designat, qua Hæreticorum mentes implicitæ alijs etiam tenebras erroris offundunt. Cum verò fornacis magnæ fumo similis dicitur, fumi eius densitas, & multitudo exprimitur, innumeraſque eo tempore, & crassissimas hæreses futuras prænuntiatur, quæ instar fumi fornacis densis, & crebris voluminibus huc illuc prouolutæ, solis, & aeris lucem eripere videbuntur, ideſt, Christi, & Ecclesiæ: etenim illius Diuinitatem, & splendorem pernegabunt, & huius doctrinam, veramque religionem, & sanctitatem sua caligine obscurabunt. Christum enim solem appellari iam in superiorum Angelorum interpretatione docuimus: at Ecclesia nunc meritò aeri confertur, quippe vt aer à sole, sic ipsa à Christo illustratur. De fumo Putei locustæ in terram prodierunt, hoc est, ex errorum, & hæresum caligine, quam Dæmon ijs temporibus inducet, innumeri Hæretici tanquàm locustæ pullulabunt; quarum potestas scorpionum potestati confertur propter subdolam, fallacem, & maximè perniciosam Hæreticorum naturam, vt posteà magis explicabimus. Præceptum est illis, nè læderent fœnū terræ, neq; omne viride, neq; omnē arborē, nisi tantū homines, qui nō habent signū Dei in frōtibus suis. Scitum est locustarum propriam esse naturam terræ fœnum lædere, depasci virentia, & teneros quosque arborū ramusculos abrodere iuxtà illud Exod. 10. *Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, & corrodet omnia ligna, quæ germinant in agris.* & paulò post. *Deue-*

Hæretici locaustarum nomine sunt intelligendi.

Hęreses omnes ex inferis ortę sunt.

1. Tim. 4. 1.

Hęreticorum doctrina, doctrina est Dęmoniorum.

Extremis temporibus innumerę sunt hęreses futurę.

Hæreticorum fallacia.

Exod. 10. 4.

rata

rata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit: nihilq; omnino virens relictũ est in lignis, & in herbis terræ in cuncta Ægypto. Vt ergò Dominus indicaret nihil absque sua permissione gerendum, interdicitur locustis id, quod ipsis naturâ insitum videbatur, facta tantùm potestate lædendi homines, qui signum Dei in frontibus suis nõ haberent.

Nihil sine Dei permissione faciunt mali.

2 Pannon.

Per fœnum terræ infirmos adhuc, & lactentes in fide accipiunt Pannon. & reliqui, qui nondum possunt ad altiora fidei dogmata penitùs inspicienda penetrare, similes illis, quibus ait Apostolus 1. Cor. 3. *Non potui vobis loqui quasi Spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquàm paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam:* per viride iam in fide, & virtute prouectos, qui instar virẽtium germinant, crescunt, atque proficiunt: per arbores fortes, ac robustos, qui altiùs defixi radicibus virtutibus florent, & fructus patientiæ, aliarumq; virtutum maximarum ferunt, (cui concinit illud Psalm. 91. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri*) & magna animi fortitudine persecutionum, ac tentationũ ventis resistunt, & tyrannorum impetum viriliter sustinent. Hos igitur omnes præceptum est locustis ne læderent, quoniam illis temporibus Deus homines fidem cum charitate coniunctam habentes maiori ex parte seruabit ab Hæreticorum dolis, nè eorum erroribus, atque superstitione implicentur, siuè ex incipientibus sint, siue ex proficientibus, siue etiam ex perfectis: quæ tria iustorum genera triplici commemorata similitudine expressa fuisse diximus. At in illos præcipuè locustę vim suam, potestatemq; exerent, qui non habebũt signum Dei in frontibus suis, hoc est, qui vel infideles fuerint, vel fideles quidem, sed charitate tamen vacui: cum enim Deus duplici sigillo soleat suos signare, atque distinguere fidei nimirùm, & charitatis: duplex quoque est genus non signatorum, vnum infidelium, qui fide carent, altero fideliũ fidẽ quidem habentiũ, sed charitatis expertium: vtrunque verò genus haud difficilè solet à præstigiatoribus corrumpi ad fidem Christi, siue antequàm habeatur, irridendam, siue postquàm fuerit habita, deserendam. Etenim infideles, cum non possint ad mysteriorum fidei sublimitatem intelligendam aspirare, facilè ad quemuis errorem aduersùs Christi religionẽ conceptum pertrahũtur: fideles verò charitatis expertes, qui homines voluptarij esse solent, & carnis illecebris irretiti, haud difficilè etiam proposita morum licentia, legumq; petulantiam, ac libidinem coercentium perfractis repagulis ad Hæreticam impietatem, & impudentiam incitantur.

1. Corint. 3. 1.

Fortes in fide arbores dicuntur.

Psalm. 91. 14.

Duplici sigillo suos Deus signat fide, & charitate.

3 Haymo.

Sequitur: *Et dictum est illis* (id est, locustis) *nè occiderent eos, sed vt cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij, cum percutit hominem: & in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: cupient mori, & fugiet mors ab eis.* Hęc omnia ad electos pertinere putat Haymo, ita vt quod dicitur, *Ne occiderẽt eos, sed vt cruciarent mensibus quinque*, de electis accipiendum sit: nec ad homines non signatos, sed ad fœnum, & viride, & arbores, qua triplici similitudine prędestinatos significatos fuisse diximus, referendum sit: (hos enim prohibentur locustæ interimere spirituali videlicet morte) sed tantùm cruciare conceditur grauissima aduersùs eos excitata persecutionis, tentationumq; procella: idq; mensibus quinque, hoc est, breui tempore, posito tempore certo pro incerto: sic enim hoc quinque mẽsium spatium intelligendum arbitramur, non verò de toto huius vitæ tempore propter quinque sensuum numerum, vt cõmuniter interpretes sentiũt. Ratio est, quoniam hunc locustarũ cruciatum non ad vniuersum Ecclesiæ tẽpus à prima videlicet eius fundatione, atque ad finem vsque mundi decursu, sed ad extrema mundi tempora spectare iam initio docuimus. Quod verò subiungitur: *Quærent homines mortem, & non inuenient eam; cupient mori, & mors fugiet ab eis*: confusionem illorum temporum declarat, quàm cum sancti, & iusti conspexerint, optabunt potiùs vitam finire, quàm tantam fidelium

Antichristi persecutio breui tempore durabit.

stragem, & errorum, atque hæresum colluuionem intueri: sed tamen non patietur Deus, vt illi ante tempus à sua ipsius voluntate, & prouidentia definitum vitam finiant, vt exemplo, atque doctrina sanctitatem, & veritatem fidei confirment. Quod sequitur de locustarum effigie, cùm dicuntur similes equis paratis in prælium, & habere super capita coronas auro similes, facies hominum, capillos fœminarum, dentes leonum, loricas ferreas, vocem alarum sicut vocem curruum equorum multorum currentium ad bellum, caudas scorpionum, & in caudis aculeos, ad immanitatem, ac sæuitiam Hæreticorũ explicandam pertinet: vt inferiùs peculiaribus sectionibus ostẽdemus. Denique additur: *Et habebant super se Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè Exterminans*: qua periphrasi Dæmon ipse exprimitur, qui omnibus reprobis, & potissimùm Hæreticis dominatur, habetque officium homines perdendi, atque à cælesti regno exterminandi. Puto autem per huiusmodi malum Angelum vel ipsum Luciferum, qui initio per stellam cadentem de cælo fuit adumbratus, & cui data est clauis putei abyssi, accipiendum esse, vel alium aliquem Angelum ex maioribus, cui id munus incitandi Hæreticos à Lucifero præcipuè demandetur, prẽter innumeros alios Dæmones, qui tanquàm omnis impietatis administri Hæreticorum furorem aduersùs Ecclesiam Stygiis facibus omni vbique gentium contentione inflammabunt. Atque hæc vniuersè de quinti Angeli tuba, & admirando, atque terrifico locustarum prodigio dicta sufficiant, quæ sigillatim, ac minutiùs sequentibus sectionibus concidenda sunt.

Meritò per puteum abyssi Hęreticorum impietatem adumbrari.

SECTIO IIII.



OMMEMORAVIT Ioannes quinto Angelo tuba canente stellæ illi de cœlo cadẽti, quã Luciferum cum communiori sententia interpretati sumus, datam fuisse clauem putei abyssi, hoc est, ex Diuina permissione potestatem ad hæresum colluuiem extremis temporibus in lucem, & publicum proferendam, & per omnes orbis prouincias latè disseminandam: postulat nunc doctrinę ratio, vt doceamus, cur Hæresis ex abysso quasi puteo exprompta memoretur. Ratio verò ea est potissima, quoniam omnis impietas, & hæretica potissimum à Dæmone ortum habet, atque adeò meritò ex abysso, hoc est, ex inferno profecta dicitur, quoniam inde omnes hæreses quasi ex aquis Stygijs haustæ fuerunt. Nam quòd abyssꝰ pro inferno accipiatur, illud demostrat, quòd Luc. 8. Dęmones Christũ rogarũt, vt ne illis imperaret, vt irẽt in abyssũ: id verò ex eo ortum, quòd abyssus ex vi verbi magnam quandam profunditatẽ significat; etenim *Βυθὸς* Grę cè, & Ionicè *Βυσσός* fundum sonat, vn de *ἄβυσσος* quasi sine fundo. Meritò ita què omnis hæresis ex abysso, hoc est, ab inferis ortum habere dicitur: quam eandem ob causam Paulus hęreses appellat doctrinas Dæmoniorum 1. Tim. 4. *Spiritus*, inquit, *manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendẽtes spiritibꝰ erroris, & doctrinis Dæmoniorũ.*

1

Luc. 8. Infernꝰ abyssus appellatur

1. Tim. 4. 1.

Porrò sciendum ex Origine homil. 12. super Num. puteum propter profunditatem symbolum esse reconditæ sapientiæ: quia nimirùm aquæ doctrinæ abstrusæ admodùm sunt, & altè cũ labore effodiendæ. Vnde de humana doctrina ibidem intelligit illud Ioan. 4. dictum ad Samaritanam de putei illius aqua: *Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.* Et propter laborem, quo acquiritur, plerique volunt dictum à Samaritana: *Puteus altus est.* Verùm humanis disciplinis prætermissis cælestis, ac Diuinę sapientiæ difficultatem eleganter expendit Cyrill. Alexand. lib. 11. in Genes. in eo, quòd Iacob Rachelẽ propè

2

Origenes.

Ioan. 4. 14.

Sapientia tam humana, quã Diuina difficile comparatur

Cyril. Alex.

puteum grandi lapide obstructum inuenerit, soluisque lapidem amonēs gregē ei adaquauerit, vt refertur Gen. 29. Solent, inquit, sępenumero Scripturæ Diuinæ scientiā aquæ similē describere: sed magna ipsa in profunditate quasi in puteo iacet, ac sine magno labore hauriri nō potest, cū obscuritas veluti lapis grauissimus ostiū putei cooperiat. Hūc lapidē pastores Gentiliū, hoc est, eorum sapientes, eloquentesque viri amouere nequeunt, quia veritatem syncerè cognoscere non possunt. Vnus tamen quilibet è Christi pastoribus veluti alter Iacob eiusmodi lapidem, hoc est, Diuinæ sapientiæ obscuritatem, quanuis grauis, immobilisq; habeatur, generosè amouet, & veritatem nudam, dilucidamque gentibus explicat, vt cernere licet in Paulo Apostolo Act. 17. qui cum Athenas venisset, & eloquentibus illis viris Athenien sibus aquam dare bibendam decreuisset, *Viri*, inquit, *Athenienses per omnia quasi superstitiosiores vos video. Prætereins enim, & videns simulachra vestra inueni & aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergò ignorantes colitis, hoc ego annuntio nobis.* Itaque etsi pastores populi erant, ac magistri, lapidem illum, cum magni esset ponderis, ex putei ostio amouere non poterant; quem tamen Paulus amouit, & viuificam sapientiæ cœlestis aquam illis bibendam propinauit, omnemque illum gregem adaquauit. De eadem cœlesti doctrina dicitur Cant. 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano:* vbi cernis cœlestem sapientiam & fonti, & puteo comparari: quoniam vt interpretatur D. Amb. lib. de Isaac, & anima cap. 4. si mysteriorum altitudinem persequeris, puteus tibi videtur, & tanquam in profundo sita mystica sapientia: si verò haurire velis affluentiam charitatis, quæ maior, & vberior est, quàm fides, & spes, tunc tibi fons est. Exuberat enim charitas, vt & haurire eam cominùs, & rigare eius affluentia hortum tuum possis spiritalibus fructibus redundantem.

Act. 17. 22.

Cant. 4. 15.

D. Ambr.

3

Beda.

Vberiùs eundem locum exposuit Beda in comment. suis super Cantica: vbi in primis obseruauit doctrinam cœlestem puteum esse propter difficultatē, quia veluti puteus nō omnibus patet; sed præterea non solùm puteum, sed puteum aquārum viuētium appellari, quia de perennibus Diuinæ gratiæ fontibus manat: aquæ enim viuentes illæ nuncupari solent, quę de vena aliqua perenniter scaturiunt: id quod ait dictum esse ad distinctionem illarum aquarum, quæ vel copia pluuiarum in cisternis, aut stagnis colliguntur, vel solutione niuium in torrentibus magno ad tempus impetu labuntur; sed sole oriente citò dispereunt, quibus meritò breuis, ac tumida iactantia mundanæ sapientiæ confertur, quæ infinita sæpè, ac profunda eloquentię, & eruditionis videtur flumina fundere; sed ea mox, vbi sol iustitiæ, & æstas Euangelicæ claritatis illuxerit, quasi nūquàm fuerint, arescunt iuxta illud Hier. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Deinde etiam obseruauit non sine mysterio addidisse sponsum, *Quæ fluunt impetu de Libano*; vt non solum descensum ad nos viuentium designaret aquarum, sed & virtutem venientium insuperabilem esse demōstraret: sicut enim decurrētia de altissimo mōte flumina nemo retinere, aut cohibere potest; ita flumen doctrinæ Apostolicæ, quia de cœlesti vena procedebat, & diuinitùs vrgebatur, vt curreret, nullo resistentium potestatum valuit certamine superari, & à suo tramite deflecti.

Euāgelica doctrina humanę eloquentię longè antecellit.

Hier. 2. 13.

4

Origenes. Eucherius. Gen. 26.

In eandem sententiam Orig. hom. 17. super Gen. & Eucher. lib. 2. in Genes. cap. 51. interpretatur illud Gen. 26. vbi dicitur Philistæos inuidentes Isaaco propter opum affluentiam obstruxisse omnes puteos, quos foderant serui patris illius Abraham, quos Isaac rursus aperuit. Etenim Diuinæ sapientiæ puteos conantur Hęretici obstruere, & inquinare, nè salutares doctrinæ aquæ indè hauriantur: quos tamē Christus per pueros suos iterùm purgat, & aperit, & aquam viuam omnibus hauriendam proponit, quantumcunque reperiantur Philistæi, idest, Hæretici. Ad-

Sacram doctrinā frustra Hęretici conātur inquinare.

uertit

uertit etiam Orig. non sine mysterio Patriarchas iuxtà puteos sibi vxores inuenire: etenim puer Abraham iuxtà puteum inuenit Rebeccam Isaaco desponsandam Gen. 24. Iacob Rachelem Gen. 29 et Moyses Sephoram Exod. 2. quia virtutes, cum quibus desponsatur iusti anima, non nisi apud puteos cœlestis doctrinæ inueniri possunt. Gen. 24. Gen. 29. Exod. 2.

D. Hieron. Quanuis D. Hieronym. in epistola ad Oceanum velit illud fuisse typum baptismi. Illud addiderim significari prætereà sapientiæ coniungẽ non nisi prope puteos, ideſt, cum labore inueniri.

4 Fontes verò istos, siue puteos cœlestibus aquis scaturientes, qui aperiendi sunt, explicauit nobis Esai. 12. loquens ad literam de Christo: *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Quo loco transferri potest, *De visceribus saluatoris.* Etenim vox יְשׁוּעָה quę fontem significat, scribitur etiam per ב in principio, & Chaldaicè significat viscera: vnde locus ille Psal. 86. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, pro quo D. Hieronym⁹ iuxtà veritatem Hebraicam transtulit: *Et cantores quasi in choris, omnes fontes mei in te*, potest etiam transferri *Omnea viscera mea in te.* Id quod (vt hoc obiter dicamus) ad maximam beatissimæ Virginis laudem spectat, quæ vsq; adeò pulchra, & Deo fuit accepta, vt omnes gratiarum fontes, & ipsa etiam Dei viscera in eam per amorem transfusa fuisse videantur. Nec verò illud prætereundum verba illa iuxtà Hebraicam veritatem: *Cantores quasi in choris*: mirificam quandam Virginis laudem indicare, nimirum virtutes omnes sanctissimæ eius menti infusas sibi de tanta inter se coniunctione, & consensione gratulantes, nihilque sibi ab hostilibus incursionibus metuentes, (vt in cæteris sanctis) quasi depositis armis per choros tributas quodammodò præana cantes Dei laudes suauissimo concentu, & exultatione celebrasse: quod magis adhuc sonat nostra eiusdem loci translatio: *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*: quod de Virgine intelligens Ecclesia subiunxit: *Sancta Dei genitrix.* Cui mirifice concinit illud Cant. 7. *Quid videbis in Sunnamite* (seu, vt potiùs legendum est *in Sulamite*, ideſt, Hierosolymitana à Salem, quod nomen fuit antiquum Hierosolymę) *nisi choros castrorũ?* quid enim choris cum castris; nisi quià virtutes, quæ in alijs Sanctis propter hostiũ metum semper erant in acie expeditæ: in Virgine propter securitatem castra in choros vertentes mirum in modum lętabantur. Sed vt ad locum Esaiæ, vnde digressi suimus, reuertamur, per fontes saluatoris pussumus non modò sacramenta, vt communiter volunt interpretes, sed vulnera etiam Christi intelligere: siquidem potest idem locus transferri: *De viscera saluatoris*: quæ nobis per eius vulnera patuerunt: ex ijs enim perfecta Diuinæ bonitatis, potentiæ, & sapientiæ cognitio, & salus ipsa ab omnibus hauritur; quemadmodùm intellexit D. Ambros. in Psal. 37. super illa verba; *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. Non tabes*, inquit, *mortis de vulnere eius, sed fons vitæ scaturiuit, vt Scriptura nos edocet: Et saliet aqua cum delectatione de fontibus saluatoris. Exiliuit enim de vulnere aqua, vt nos biberemus salutem.* Esai. 12. 2. Psal. 86. 7. D. Hieron. Deiparę laus. Cant. 7. 1. Vulnera Christi, fontes salutis. D. Ambro. Psal. 37. 7

E contrario omnis in vniuersum Hęretica doctrina, quæ hoc loco describitur, non simpliciter puteo, sed puteo abyssi cõparatur: quoniã ex ipsa abysso, i. inferni aquis hauritur: quã etiã ob causã puteis illis bituminis, qui in mari mortuo effossi sunt, similis dicitur. Sic enim Orig. hom. 12. super Num. de Hæreticorum aquis mortiferis exponit illud, quod dicitur Gen. 14. vallem quandam syluestrem habuisse puteos multos bituminis: quæ vallis illa fuit, in qua Pentapolis Sodomorum à Deo fuit euersa, post cuius subuersionem facta est ea vallis mare salsum, quod alio nomine appellatur mare mortuum. Docet igitur Orig. omnem hæresim in valle esse: quia omnis iniquitas non sursum fertur, sed semper ad inferna descendit: esse etiam salsum, atque amarum omnem Hęreticum, quia nihil dulce, nihil suaue potest habere peccatũ. Prætereà, inquit, si veneris ad Hæreticam sententiam, venisti ad puteos bitu- 5 Hereticorum doctrina ex inferis hausta. Orig. Gen. 14.

minis

minis. Est enim bitumen esca,& nutrimentum ignis: quare si de istis puteis aquã gustaueris,fomenta in te ignis, & gehennæ incendia suscitabis. Hanc putei,& iniquitatis profunditatem timẽs Regius vates dixit Psal.68. *Nõ me demergat tẽpestas aquæ,neq; absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.* Quanquàm enim Christũ hoc loco loquentẽ,petentemq; à Patre festinam resurrectionem cõmuniter cum D.Hieron. faciant interpretes: omnes tamen iusti eundẽ sermonem possunt vsurpare,petereq; à Deo,vt à profundo iniquitatis puteo liberẽtur:quo loco tria mala, & incõmoda grauissima à se deprecatur homo iustus:vnũ est,vt nè eum demergat tẽpestas aquæ;alterũ,ne absorbeatur à profundo;tertiũ,ne claudat super eum puteus os suũ,quod duo præcedẽtia grauitate longè superat. Ea verò sic expẽdit Remigius: *Non me demergat tempestas aquæ*, vt consentiã vel blanditiis adulantium,vel minis apertè furentiũ: quodsi quandò consentiã, *Non absorbeat me profundũ*, ideſt,non peruentã ad actũ cum ijs,qui in profunditate peccatorũ conuersantur: deniq; si ad actũ peruenero, *Non vrgeat super me puteus os suum*, ideſt,non claudatur super me profunditas iniquitatis:clauditur autẽ in profunditate iniquitatis, qui post perpetrationẽ non facit cõfessionem, sed parat peccati defensionẽ. Quem eundem sensum vberiùs persequitur D.Augustin. in cõment.eius loci. *Magnus*,inquit, *est puteus profunditas iniquitatis; sed tamen ibi positus, si confitetur peccata sua, non super eum claudit puteus os suũ. Vnde Dauid quasi in puteum delapsus dicebat:De profundis clamaui ad te Dñe:Domine exaudi vocẽ meam,Psal.129. Si autẽ factũ fuerit in illo quod dicitur Prouerb. 18.Impius,cum in profundũ venerit peccatorũ, contẽnit: clausit super eum puteus os suũ. Itaq; si videris hominẽ feciſſe iniquitatẽ, me sus est in puteũ: quandò autẽ illi dixeris iniquitatem ipsius,& respondẽrit:Peccaui,fateor: non super eum clausit puteus os suum. Si autem dixerit: Quid enim mali feci? clausit super eum puteus os suũ: quâ eruatur non habet: etenim amissa confessione non est locus misericordiæ: tu factus es peccati tui defensor,quomodò erit Deus liberator?vt ergò ille sit liberator,tu esto accusator.* Hæc Aug. Quoniã igitur vniuersa hæresis dicit summam quandã iniquitatis profunditatem, rectè per abysi puteũ fuit expressa.

Psal.68.16.

Interpretes.

Remigius.

Confessio peccatorũ necessaria ad salutem

D. Augustin.

Psal.129.1.

Prou.18.3.

Quid fumus putei abysi significet?

Et ascẽdit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol,& aer de fumo putei.

SECTIO V.

APERTO abysi puteo, ideſt, hæretico errore publicato, vt exposuimus,cõmemorat Ioannes ascendisse fumum quasi ex fornace magna,obscuratumq; fuisse solẽ, & aerem propter fumi illius caliginẽ,& densitatem: quo nihil aliud exprimitur, quã hæresũ dissemination, quæ caliginem, ac tenebras soli, ideſt, Christo,cuius vel Diuinitatis splendorẽ,vel humanæ naturæ veritatem, vel gratiæ nitorẽ,necessitatẽq; inficiabantur,& aeri,ideſt Ecclesiæ, quæ sicut aer à Sole, ita ipsa à Christo illustratur, in multis orbis partibus offuderunt. 1

Quæ vt illustriora fiant, sciendũ est fumum in sacris literis variè vsurpari. Primùm enim sumitur pro ipsa Dei cognitione,quæ in hac vita haberi potest:quæ quoniã obscura est, fumo cõparatur, veluti Esai. 6. vbi postquàm Propheta visionẽ Dei sedentis in throno excelso,& eleuato,& Seraphim stãtium famulatũ,& ter clamãtiũ *Sanctus, Sanctus,Sanctus,Deus exercituum,plena est omnis terra gloria eius*, commemorasset, subiungit: *Et cõmota sunt superliminaria cardinũ à voce clamãtis, & domus repleta est fumo.* Scio hunc fumum ad literam significare cæcitatem Iudæorum post passionem Christi, vt interpretatur Diuus Hieronymus. Clamantibus,inquit, Seraphim, & in tota terra Trinitatis mysterium prędicantibus,quandò post passionem Saluatoris mysterium Trinitatis terra vniuersa cognouit, statim 2

Cognitio,quã de Deo habẽt homines in hac vita, fumo dicitur,quia obscura. Esai.6.3.

Iudæorum cæcitas. D.Hieron.

commotum est, siue sublatũ (vt habent Septuaginta) superliminare templi, & omnes illius cardines conciderunt. Et paulò post: Quàm pulcher ordo rerũ? postquàm repleta est terra gloria Domini Sabbaoth, Iudæorum templum impletum est ignorantię tenebris, caligine, & fumo, qui noxius est oculis. Eodemq; modo locum intelligit Cyrillus Alexandr. quanuis vterque subiungat posse etiam per fumum templi significari incendium: quam sententiam secutus est Theodoretus. Sed non dubiũ, quin etiam eo fumo fuerit adumbrata obscuritas cognitionis, quam in hac vita assequi possumus de Deo, & præcipuè de mysterio Trinitatis, quod Seraphim terna illa sanctitatis acclamatione promebant: imò eiusdem incõprehensibilitas, propter quam vel ipsis beatis, Seraphicisq; spiritibus Dei gloria in domo repleta fumo apparet: eãdem ob causam dicitur Psalm. 17. *Ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum: & posuit tenebras latibulum suum. Ascendit super Cherubim* (inquit Augustinus) *idest, exaltatus est super plenitudinem scientiæ*, (id enim sonat nomen Cherubim) *vt nemo ad eum peruenire nisi per charitatem possit*: posuit etiam tenebras latibulum suum, eoquòd eius natura, vt exponit Theodoretus, perfectè intelligi nequeat. Diuus Hieronymus retulit ad mysterium incarnationis, quem secutus est Mag. Sentent. in comment. eiusdẽ loci: quoniam videlicet *Latibulũ suũ*, ideſt, secretũ maiestatis suę, quæ nube carnis tegebatur, *posuit tenebras*, ideſt, profundũ, & obscurũ effecit.

Cyrill. Alex.

Theodor.

Psal. 17. 12.

D. August.

Theodor. D. Hieron.

Mag. sent.

3 Peccatorũ mẽtes caligine inuoluuntur. Iob. 41. 11.

Deindè sumitur fumus pro mẽtis cæcitate, & caligine, qua peccatorũ mẽtes inuoluũtur, vnde sub nomine ceti, siue Leuiathan de Dæmone dicitur Iob 41. *De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succẽsæ, atque feruẽtis: halitus eius prunas ardere facit, & flãma de ore eius egreditur.* In quẽ locum D. Greg. lib. 33. Moral. c. 38. *Quasi flatu* (inquit) *narium caliginẽ emittit, quia in reproborũ cordibus insidiarũ suarũ aspirationibus ex amore vitæ tẽporalis æstum congerit multiplicium cogitationũ, & velut fumi globos multiplicat: quia inanissimas præsentis vitæ curas in terrenorũ hominũ mente coaceruat: quem fumũ patiebatur Propheta cum dixit Psal. 6. Turbatus est à furore oculus meus. Et Psal. 37. Cor meũ conturbatũ est: dereliquit me virtus mea: & lumen oculorũ meorum & ipsum non est mecum. Fumus quippe iste obtundit aciẽ cordis, quia caliginis suæ nubilo serenitatem intimæ quietis turbat.* Non est prætereundum, quod sequitur, *Halitus eius prunas ardere facit*; quia, vt exponit idẽ Greg. Dæmon quasi sufflator iniquæ suggestionis afflatu iniquorum mentes igne praui desiderij inflãmat iuxtà illud Esai. 54. *Ego creaui fabrum sufflantẽ in igne prunas, & proferentẽ vas in opus suũ.* Quo loco duo obseruãda sunt: vnum est non dictũ esse *Sufflantẽ prunas*, sed *Sufflantẽ in igne prunas*; quia Dæmõ eò præcipuè spectat, vt hominẽ iam à sua ipsius cõcupiscentia ignitũ, & in eo potissimùm vitio, ad quod natura est proclivis, suggestionis suę flatu magis inflãmet. Alterũ verbis illis, quæ sequũtur, *Proferentẽ vas in opus suum*, indicari huiusmodi fabrũ nihil aliud proferre de officina malæ volũtatis, nisi lebetes, ideſt, peccatores scelerum fœditate nigerrimos, aptos ad opus suũ, ideſt, vilia peccandi ministeria: quos tamen Deus gratia sua sæpissimè conuertit in phialas aureas iuxta illud Zach. vlt. *Et erunt lebetes quasi phialæ*: quod de Maria Magdalena canit Ecclesia: *Post fluxa carnis scandala fit ex lebete phiala: de vase contumeliæ in vas translata gloriæ.*

Psal. 6. 8. Psal. 37. 11.

Esai. 54. 16.

Zach. 14. 20.

Sed vt ad fumum reuertamur, eodẽ sensu D. Hieron. in epist. ad Algasiam, q. 2. exponit illud Esai. 42. *Calamũ quassatum non confringet, & linũ fumigãs non extinguet.* Quod Matth. citauit c. 12. *Iesus*, inquit, *curauit eos omnes, & præcepit eis, ne manifestũ eum facerẽt: vt adimpleretur, quod dictũ est per Isaiã Prophetã dicentem: Ecce puer meus, quẽ elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponã spiritũ meum super eũ, & iudiciũ gentibus nunciabit. Non cõtendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocẽ eius: arundinẽ quassatã non confringet, & linum fumigãs non extinguet.* Cuius loci duplex est expositio, vna cõmunis, explicari videlicet his duob⁹ veluti prouerbiis mã suetudinẽ Christi; quo sensu affertur à Matthæo, cùm agit de his, qui à Christo

4

Esai. 42. 3.

Mat. 12. 15.

cura

curabantur, & exponitur ab Euſebio Cæſar. lib. 9. Demonſtrationis Euang. cap. 15. Infirmos, inquit, & debiles corroborauit, morbo affectos non perdidit, ſed curauit, & perturbrtionibus animi inquinatos, prauiſque cupiditatibus, & affectibus fumigantes non peſſundedit, ſed ſanauit. Altera D. Hieronymi intelligentis nomine calami quaſſati populum Iudaicum, nomine verò lini fumigantis Gentilem hoc ſenſu. Calamus, inquit, fractus, qui fuit anteà vocalis, & laudes Domini concinebat, appellandus eſt Iſrael: qui quoniam impegit in angularem lapidem, imò cecidit ſuper eum lapis, fractus eſt, cui qui inniti voluerit, pertũdetur manus illius: qui enim poſt aduentum Domini Euangelicę doctrinæ ſpiritum derelinquens in Iudaicæ literæ morte requieſcit, iſtius cuncta opera vulnerantur. Linum quoq; fumigans non extinguet, populum videlicet de Gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore fumi amariſsimi, & qui noxius oculis eſt, tenebroſæque caliginis inuoluebatur erroribus. Vbi vides fumum pro cœcitate vſurpari. Ex his iã perſpicuum relinquitur, cur hæretica doctrina in fumo putei abyſsi expreſſa à Ioanne fuerit propter caliginem, ac tenebras, quas multis in partibus hominum mentibus offudit. Sic enim D. Hieron. de Hæreticis interpretatur illud apud Oſeam 13. *Erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus prætereiens, ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.* Quo loco tametſi illæ ſimilitudines breuitatem, & celeritatem ſignificent, qua impiorum felicitates citò prætereunt, vt idem Hieron. exponit, tamen etiam fumus de fumario tenebras, & caliginem declarat, qua excæcati Hæretici veritatis lucem intueri non poſſunt. Rectè etiam fumo de fumario comparantur, quià ex Stygio camino Hæretici egrediuntur. Aduerte autem pro eo, quod nos habemus, *Sicut fumus de fumario*, haberi apud Septuaginta, *Sicut fumus de locuſtis*: quod magis adhuc ad noſtrum inſtitutum facit: ea verò tranſlationis varietas ex diuerſitate punctorum Hebraicorum orta eſt, vt auctor eſt D. Hieronymus.

Euſeb. Cæſar. Manſuetudo Chriſti.

D. Hieron.

Populus Iudaicus calam⁹ fractus, Gentilic⁹ linũ fumigans appellatur.

D. Hieron. Oſeę. 13. 3. Hæreticorum cęcitas.

Cur locuſtæ hoc loco Hæreticos ſignificent?

SECTIO VI

I

VT MELIVS appareat, cur Heretici locuſtarum nomine à Ioanne hoc loco exprimantur, ſciendum eſt non eſſe inſolens in ſacris literis hoc, & ſimilium animalium genere perſecutores intelligi: quemadmodũ legimus Ioel. 1. *Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.* Quo loco quanquã iuniores Hebræi volunt ſermonem eſſe de plagis illatis à Deo per eiuſmodi animalia, & rubiginem, de fame videlicet, quæ quatuor integris annis perdurauit primùm eruca cuncta vaſtante, deinde locuſta, brucho, & rubigine: longè tamen eſt probabilius, quod aiũt antiquiores Hebræorum, quos ſequuntur Rupert. Lyran. & alij, ſignificari quatuor orbis imperia Hebræis infeſta, quæ Hebræorum gentem ordine quodam ita oppreſſerũt, vt quod vnum intactum reliquiſſet, alterum funditùs euerteret: itaque in eruca Aſſyriorum, & Chaldæorum; in locuſta Medorum, atque Perſarum; in brucho Græcorum; in rubigine Romanorum imperium expreſſum fuiſſe: quã expoſitionem etiã affert, nec improbat D. Hieron. tametſi alteram ei præferat, videlicet vnicum Chaldæorum imperium eo loco adumbrari, quod quater ſub Nabuchodonoſor Hebręorũ populũ diuexauit. Primũ cũ Nabuchodonoſor Hieroſolymã obſedit, duxitq; ſecũ Ioacim Regẽ Iuda, & partẽ vaſorũ dom⁹ Domini aſportauit in terram Sennaar, vt refertur 2. Paralipomenon 36. & Dan. 1. Deinde cum captiuum duxit Babylonem Ioacim, ſiue Iechoniam præcedentis filium 4. Regum 24. Tertiò, cum Sedechiam vltimum Regem Iuda erutis oculis Babylonem etiã duxit captiuũ 4. Reg. 25.

Ioel. 1. 4.

Hebręi Iuniores.

Antiquiores.

Rupert. Lyranus.

Orbis imperia in uermiculis expreſſa.

D. Hieron.

2. Paral. 36. Dan. 1.

4. Reg. 24.

4. Reg. 25.

4. Reg. 25.

Denique, cum Nabuzardan Babylonij exercitus princeps vrbem, & templum incendit 4. Reg. 25. vbi obiter duo obseruanda sunt. Vnum est florentissima orbis imperia vilissimis, & abiectissimis animalculis comparari, vt indicetur, quàm vili pretio mundana omnia æstimanda sunt, & quasi abiectissimi vermiculi pede calcanda. Alterum est non solũ abiectissimis animalibus, sed etiam noxijs comparari propter salutis periculum, quod in regnis administrandis, & in vniuersum in omni humana felicitate cernitur. Siue igitur soli Chaldæi, siue reliqui, quos nominauimus, plagarum illarum nomine expressi à Ioele fuerint, illud certum est locustas, & reliquas eiusmodi plagas iuxtà probabiliorem sententiam non propriè accipiendas esse, sed translatè pro infestissimis Hebrææ gentis hostibus vsurpandas: sic enim etiam locusta accipitur Amos. 7. capite. *Ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsorem gregis.* Vidit nempè Propheta in spiritu quendam, qui infinitam locustarum multitudinem producebat, quem appellat fictorem: quæ locustarũ multitudo significabat Assyriorum exercitum, qui quarto anno regni Ezechiæ duce Salmanasar Rege Assyriorum venerũt in terram decem tribuum, easque in Syriam transtulerunt.

Amos. 7. 1.

2

Hæretici cur locustarum typo adumbrati.

Exod. 10. 15.

Prou. 30. 24.

Ex his iam mirum videri non debet Hæreticos acerrimos Ecclesiæ hostes sub locustarum typo fuisse à Ioane adumbratos. Primùm, quia locusta animal est maximè noxiumum herbis virẽtib⁹: vnde Exod. 10. de locustis dicitur: *Nihil omninò virens relictum est in lignis, & in herbis terræ in cuncta Ægypto.* Sic enim Hæretici quidquid fidei, & sãctitatis viride erat, in multis partibus corroserunt. Secunda ratio desumitur ab vnanimi aduersùs Ecclesiam conspiratione iuxtà illud Prou. 30. cum dicitur: *Quatuor sũt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibũ sibi. Lepusculi⁹ plebs inualida, qui collocat in petra cubile suũ: Regẽ locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis.* Est autẽ stellio serpẽs lacertæ similis circulis quibusdam, & veluti lucentibus guttis in modum stellarum depictus, vnde & nomen sumpsit, de quo scribit Plin. libro 31. cap. 10. nullum animal fraudulentius homini inuidere. Quoniam igitur Hæretici vnanimi consensu aduersùs Ecclesiam cõspirarunt, optimo iure locustarum nomine exprimuntur, quæ vsqueadeò inuicem consentiunt, vt Rege, ac duce cùm careant, tamen per turmas suas tributæ egrediantur. Verùm tropologicam eius loci expositionem, quam Beda affert, obiter perstringendam duximus. In formica igitur eos intelligit, qui in hac vita fructus sibi præparant bonorum operum, quibus felicitatem promereantur. In lepusculo eos, qui in petra, i. in Christo spem suam omnem collocant iuxtà illud Psal. 103. *Petra refugium herinaceis*, seu vt alij codices habent, *leporibus*. In locusta Anachoretarum concordem vitam, qui nullo præceptore singuli in suis latibulis Deo vacabant, & mala pullulantia carnalium voluptatum germina absumere conabantur. Denique in stellione, qui alis caret, manibus nititur, & palatia Regum ingreditur, eos qui cum ingenij penna non valeant, ad obtinenda tamen æterni regni mœnia virtute operationis subleuantur. Tertia ratio est propter locustarum saltus, quos sua inconstantia imitantur Hæretici. Quam eandem ob causam Diu⁹ Greg. lib. 31. Mor. cap. 19. expendens illa verba cap. 39. *Nunquid suscitabis eum*, id est, equum *quasi locustas?* docet locustas Iudaicum populũ figurasse: quod etiã in quemlibet virum inconstantem potest conuenire, eoquòd locustæ subitos quosdam saltus dent, & protinùs in terram cadant: saltus enim dabant Hebræi, cùm præcepta Domini se implere promitterent; sed statim ad terram cadebant, cum per praua opera hæc se audisse denegarẽt. Videam⁹, inquit Greg. in eis quasi quendam locustarum saltum. Exod. 24. *Omnia verba, quæ locutus est Dominus, faciemus.* Videamus, quomodò subitò ad terram ruunt. Num 14.

Plinius.

Beda.

Psal. 103. 18.

D. Greg.

Iob. 39. 23.

Vir inconstans locustæ persimilis.

Exod. 24. 7.

Num.14.13. *Vtinam mortui essemus in Ægypto, & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terrā istā.* Locustæ ergò erāt, quia habebāt saltū per vocē, & casū per actionē. Quarta, & postrema ratio, quam afferunt communiter hoc loco interpretes, ea est, quià Hæretici instar locustarum sanioso ore cuncta polluunt: cum enim intellectum habeant erroribus inquitatum, quid aliud ore euoment, quam Hæreticæ doctrinæ saliuam fœculentam, qua alios inficiant? Quam ob causam illis potest accommodari illud Esai. 14. *Ne læteris Philistæa, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.* Cuius loci literalis sensus is est. Mortuo Achaz rege Iuda lætabantur Philistæi, quòd nihil iam sibi à posteris Oziæ, qui eos multùm fregerat, timendum ducerent. Præuidens autem Esaias Ezechiam eiusdē Oziæ pronepotem multò acerbiùs Philistæos oppressurum, lætitiam eorum ea similitudine compressit: *De radice colubri*, ideſt, de progenie Oziæ, *egredietur regulus*, siue *basiliscus*, ideſt, Ezechias multò exitialior, & nocentior, quàm coluber: siquidem regulus vel ipso afflatu præteruolantes aues interimit. Verùm alij ad Hæreticos eundem locum hoc sensu referunt: *De radice colubri*, ideſt, de hæresi mente concepta *egredietur basiliscus*, ideſt, idem error prædicatione disseminatus, qui afflatu ipso volucres absorbeat, ideſt, homines ingenio præstātes eiusdem erroris veneno inficiat. Itaquè hęresis, dum mente latet, coluber est: dum publicatur, basiliscus, qui solo afflatu perimit. Possumus & ita ad mores accipere: *De radice colubri*, ideſt, mala cogitatione, *egredi regulum*, ideſt, malum consensum, *& semen eius*, ideſt, malū opus *volueres interimere*, id est, animas, quæ anteà virtutum pennis in sublime ferebantur. Ex quo iam colligis cogitationes malas quasi colubros parturiētes regulos maximè esse formidandas.

Interpretes.

Esai.14.29.

Quid coronæ similes auro super capita locustarum significent?

Et super capita earum tanquàm coronæ similes auro.

SECTIO VII.

1 Corona pro regno sumitur Thren. 5.16.

COrona potissimùm sumitur pro regno: vnde est illud Thren.5. *Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus*, ideſt, quia peccauimus, regnum nostrū fuit euersum, ereptumq; Regi Sedechiæ, qui eo loco per caput intelligitur: & illud Ezech.21 *Aufer cidarim, tolle coronam: nonnè hæc est, quæ humilem sublleuauit, & sublimem humiliauit?* vbi Dñus loquitur cum Rege Sedechia hoc sensu. Propter iniquitatem tuam auferetur ab Israeli sacerdotium, & regnum: (est enim cidaris mitra Pontificia) id quod contigit, cum Iosedech summus sacerdos ductus est in captiuitatem cum ipso Sedechia: *Nonne hæc est, quæ humilem*, ideſt, Dauidem *sublleuauit: & sublimem*, ideſt, Sedechiā *humiliauit* quæ interpretatio est Lyr. Aduertēdum est autē Septuag. interp. ita locum transtulisse: *Aufer cidarim, & depelle coronam: ipsa non talis erit: humiliasti excelsum, & subleuasti humilem*: ideſt, tua corona ô Sedechia longè diuersa est à corona Regis Messiæ: quoniam Messias reget suos in virga æquitatis, non iniustitiæ. Addim⁹ posse alludi ad spineā coronā, qua Messias in passione erat coronandus.

Ezech.21.26.

Lyranus. Septuag. Interpretes.

Cum igitur Hæretici sub varijs Regibus, ac Principibus Ecclesiam fuerint persecuti: rectè locustę coronas gestare visæ sunt. Quod verò dicuntur auro similes, illud in primis significat Hæreticos in Ecclesia persequenda præ se ferre zelum fidei, & charitatis: itaque non habere coronas verè aureas, sed aurò tantùm similes, quia prætextu religionis suos errores disseminare conātur. Solet enim aurum in sacris literis pro religione, & charitate vsurpari, vt fusè diximus in cap.2. huius operis su-

Hęretici religionis prętextu errores seminant.

per

Apoc. 3. 18.

per illa verba: *Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum*: quo etiã pertinet illud Thren. 4. *Quomodò obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum? Filij Sion inclyti, & amicti auro primo quomodò computati ſunt in vaſa teſtea?* quibus verbis Prophe ta ad literam lamẽtatur gloriam vrbis amiſſam, templum euerſum, viros principes in captiuitatem abductos, vt expendit Rupert. lib. 1. in Hierem. c. 81. & 82. *Dolentis*, inquit, *pariter, & admirantis eſt dicere, quomodò obſcuratum eſt aurum?* Aurum enim coloris optimi Iudæi erant, ſed quia propter cæcitatem oculi eorum obſcurati fuerũt, mutatus eſt auri color: cùm etiã lapides fuiſſent Sanctuarij, & ex illis ædificari cœpta eſſet domus Domini, diſperſi ſunt in ciuitatibus, & paruas ſibi plateas ad habitandum locauerunt. Cœterùm eundem locum de Sacerdotibus eleganter exponit D. Gregor. homil. 17. ſuper Euãgelium. *Aurum*, inquit, *obſcuratum eſt, quia Sacerdotum vita quõdam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas reproba oſtenditur. Color optimus eſt mutatus, quia ille Sanctitatis habitus per terrena, & abiecta opera ad ignominiam deſpectionis venit. Lapides verò Sanctuarij intrinſecùs habebantur, nec ſumebantur in ſummi ſacerdotis corpore, niſi cum Sancta ſanctorum ingrediens in ſecreto ſui conditoris apparebat. Nos ergò fratres ſumus lapides Sanctuarij, qui apparere ſemper debemus in ſecreto Dei, quos nunquàm neceſſe eſt foris conſpici, & in extraneis actionibus videri. Sed diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum: quia hi, qui per orationem, & contemplationem ſemper intùs eſſe debuerant, per vitam foris vacant: ecce iam penè nulla eſt ſeculi actio, quam non Sacerdotes adminiſtrent.* Hæc Gregor. Coronas igitur ſimiles auro geſtare viſæ ſunt locuſtæ, quia Hæretici Principes fidei zelum, & charitatis ardorem in Catholicis perſequendis ſimulabãt.

Rupert.

D. Greg.

3 Tyranni, & hæretici, dum fideles excruciant, non vincunt, ſed vincũtur.

Deinde dicuntur geſtare coronas ſimiles auro in ſignum victoriæ, quę tamen non vera cenſenda eſt, ſed quædam futilis, & vmbratica victoriæ imago; dum tyranni, & Hæretici Catholicos propter fidem inſequuntur: veras enim, atque aureas victoriæ coronas ipſi potiùs Catholici geſtant, cum pro fide mortem oppetunt: quo fit, vt non aureas coronas, ſed auro tantũm ſimiles Hæreticæ locuſtæ geſtare deſcribãtur. Quòd verò is, qui perſecutionem ſiue pro fide, ſiue pro iuſtitia tolerat, perſecutionem ipſe vincat ferendo, nõ à perſecutore vincatur, probatur primò ex loco illo Pauli 2. Corinth. 2. vbi Apoſtolus ad literam de huiuſmodi loquens victoria ait, *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu*: quẽ triumphum duplicem eſſe docet D. Thomas, diſputatione videlicet Hæreticos, patientia vincẽdo perſecutores. Secundò adhuc luculentiùs Roman. 8. *Quis ergò nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculũ? an perſecutio? an gladius? ſicut ſcriptũ eſt: quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eũ, qui dilexit nos*, i. vt interpretatur D. Thom. *ſuperamus, dum circà hæc omnia illibatam charitatem ſeruamus* iuxtà illud 1. Corinth. 15. *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriã per Ieſum Chriſtum.* Sed multò elegãtiùs eundem locum expendit D. Chryſ. hom. 15. ſuper epiſt. ad Rom. vbi in primis obſeruat Græcè nõ eſſe, *ſuperamus*, ſed *pluſquàm ſuperamus*: eſt enim Græcè ὑπερνικῶμεν. *Hoc*, inquit, *mirabile eſt, quòd non ſuperamus ſolùm, ſed pluſquàm ſuperamus per ea ipſa, quæ patimur.* Triplicem verò rationem affert huius pluſquàm victoriæ. Prima ducitur ex facilitate vincendi; quia ſola ipſa tolerantia vbiq; trophea cõtra hoſtes erigimus. Secunda; quià per ipſamet tormenta, & perſecutiones ſuperamus, quę noua eſt victoriæ ratio. Tertia eſt propter victorię certitudinem; etenim pluſquàm ſuperare eſt ſic aliquem ad certamina deſcẽdere, quaſi iam Dominus victorię ſit: quam rationem reddidit ipſemet Apoſtolus, cum ſtatim ſubiunxit: *Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto.* Tertiò Sap. 10. *Certamen forte dedit illi, vt vinceret*: vbi ad literam eſt ſermo de Iacob, qui ſuperior euaſit frate Eſau: quæ nam autẽ huiuſmodi victoria fuerit, ſignificatur

2. Cor. 2. 14.

D. Thom.

Rom. 8. 35.

Pſ. 43. 22.

D. Thom.

1. Cor. 15. 57.

D. Chryſoſt.

Rom. 8. 38.

Sapie. 10. 12.

Gen. 27. cum Isac dixit Esau filio: *Vives in gladio, & fratri tuo seruies*: quod quanquàm cõmuniter interpretes accipiũt de Idumæis posteris Esau, qui Dauidi Regi ex stripe Iacob descendenti tributarij fuerunt 2. Reg. 8. tamen eo etiam sensu à plerisque accipitur, vt Esau Iacobo fratri seruierit in eo persequendo, dandoque ei materiam triumphorum per patientiam, qua ipsum non solùm tulit, sed etiam ex Mesopotamia rediens adorauit septies genu flexo Gen. 33. Itaque omnis Ecclesiæ persecutor in gladio uiuit, dum eã persequitur: sed tamen Sanctis, quos insectatur, eo ipso seruit, quòd eum non ad errorem suum, & vitia pertrahit, sed ei syluam, ac segetem præbet meritorum. Quartò, & postremò in eiusmodi figuram Iudic. 7. Gedeon cõfractione laguncularum Madianitas deuicit. Sic enim Martyres suorum corporum fractione de tyrannis triumphant. Hoc namque sensu eam figurã exponit Beda lib. quæst. super lib. Iudic cap. 5. vbi primùm aduertit Gedeonis milites non sine mysterio nullis alijs armis instructos, quàm tubis, lagenis, & lampadibus ad certamen descendisse: quia Martyres sonant tubis, cum prædicant; confringunt lagenas, cum soluenda in passione corpora hostilibus gladijs opponunt; splendẽt lãpadibus, cum post solutionem corporis miraculis coruscant. Ceciner unt ergò tubis, vt lagenę frangerẽtur; lagenę fractæ sunt, vt lãpades apparerẽt; apparuerũt lãpades, vt hostes in fugã verterẽtur. Deindè obseruat non frustrà in dextera tubas, lagenas in sinistra tenuisse. In dextera enim habere dicimur, quicquid magno pretio æstimamus: in sinistra omne, quod pro nihilo ducim⁹: ita Christi Martyres pro magno habẽt prædicationis gratiam, corporum verò vtilitatẽ pro minimo. Verùm, quod ad nostrum facit institutum, sicut Gedeonis milites confractis lagenis vicerunt; ita Sancti eo ipso, quòd pro Christo patiuntur, hostes superant.

Illud etiam adnotandum Madianitas eodem 5. cap. Iudic. locustas appelari, vt magis adhuc appareat Hæreticos, qui hic à Ioanne locustarum similitudine exprimuntur, fuisse à Catholicis, quos persequebãtur, ea ipsa persecutione prostratos. Hoc argumentum eleganter persequitur Tertull. in Apolog. aduersùs gentes cap. 49. Vbi inter alia, *Prælium*, inquit, *est nobis, quòd prono camur ad tribunalia. Victoria est, pro quo causa ueris, obtinere: ea victoria habet & gloriam plácendi Deo, & prædam viuendi in æternum. Ergò vicimus, cum occidimur; hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis; tali curru triumphamus.* Aduerte autem vestem palmatam dici, quia erant illi intextæ palmę: vult ergò Tertull. martyrium esse vestem palmatam, ideſt, varijs palmis intextam, tot nimirùm, quot sunt tormẽta: sunt enim palmæ victoriæ, & triũphi symbola. Quam ob causam de Ecclesia propter Martyres dicitur Cant. 7. *Statura tua assimilata est palmæ*. In eiusdẽ rei typũ Salomõ, vt refertur 3. Reg. 6. *Omnes parietes tẽpli per circuitum sculpsit uaris cœlaturis, & torno, & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias quasi prominentes de pariete*. Sculpsit, inquam, in eis picturam Cherubim, & palmarum; quoniã vt interpretatur Rup. lib. 3. in libros Reg. cap. 12. scientiam Dei fideliter suscipientibus, & pro illa certantibus victoriæ de cœlo promittuntur. Quanquàm verò templum illud Salomonis figura fuerit Ecclesiæ vniuersæ; tamen etiam cuicunque iusto & potest, & debet accommodari iuxtà illud 1. Cor. 3. *Nescitis, quia templum Dei estis?* Et 2. Cor. 6. *Vos enim estis templum Dei*. Hoc igitur templum totum sculptum est palmis, quia tot victorijs est refertum, tot etiã trophæis tanquàm pulcherrimis aulæis, & peristromatis exornarum, quot sunt persecutiones, quas à fidei hostibus constãter tolerat: propterea enim Cherubim simul cum palmis iunguntur, vt indicetur huiusmodi palmas tũc præcipuè obtineri, cùm propter doctrinæ Euangelicæ, quæ per Cherubim, ideſt, plenitudinem scientiæ exprimitur, defensionem iusti in capitis discrimen adducuntur.

Gen. 27. 40.
2. Reg. 8.
Gen. 33.
Iudic. 7.
Beda.
Iudic. 5.
Tertul.
Cant. 7. 7.
3. Reg. 6. 29.
Rupert.
1. Cor. 3. 16.
2. Cor. 6. 16.

Cur

Cur locustę facies hominum, & dentes leonum habere dicantur.

Facies earum tanquam facies hominum, & dentes earum sicut leonum erant.

SECTIO VIII

I Hęreticorum principũ crudelitas.

PRIMVM SIGnificatur Hæreticorum principũ summa crudelitas, minimè humanæ naturæ cõueniens: siquidẽ cum facies hominum haberent, nihil minùs, quàm humanitatem referebãt, quod sanè instar monstri erat: similem enim ob causam Leuit. 11. inter immũda animalia numerãtur omnia illa quadrupedia, quæ super manus gradiuntur: *Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit.* Quo loco prima facie videntur omnia quadrupedia comprehẽdi: quod enim est omnino quadrupes, quod non super manus gradiatur? sed verè non est sermo nisi de illis, quæ habent manus humanis similes, cuiusmodi sunt vrsus, & simia, quæ meritò censentur immunda; quia instar monstri est bestiam habere manus humanis similes. Et quidem quod spectat ad mysterium, illud indicatur prodigiosum esse animal hominem auarum, qui manibus terram teneat, ijsque quasi pedibus per terram gradiatur: itaque immundum esse, & instar monstri iudicandũ. Quemadmodum igitur instar monstri est quadrupes manus hominis habens; ita hoc loco tanquàm prodigiosę locustæ censentur, quæ cum dentes leonis ostentent, humanas tamen præferunt facies, homines videlicet crudeles, & sanguinarij, qui cum hominem vultu præferant, truculentas tamen bestias immanitate superant. Porrò leonum dẽtibus summa significatur crudelitas: sunt enim dentes leonum fortissimi, quam ob causam de peccato dicitur Eccli. 21. *Dentes leonis dentes eius.* Deinde per locustarum dentes concionatores Hæretici intelliguntur. Pro cuius rei maiori expositione sciendum dentes in sacris literis pro prædicatoribus siue in bonam, siue in malam partem vsurpari. In bonam quidem Cant. 7. *Guttur tuum sicut vinum optimum, dignũ dilecto meo ad potandum, labijsque, & dentibus illius ad ruminandum.* Quæ verba Theodoretus vult esse sponsæ cum sponso colloquẽtis. Alij prima illa verba: *Guttur tuum vinum optimum*: sponsi ad sponsam faciunt Ecclesiæ guttur, idest, prædicationem commendantis, comparantisque illam vino optimo, quòd quantò vetustius, tantò suauius, & pretiosius: quia concionatores non debent nouis istis, & nugacibus sermonum rapsodijs insistere, sed vetera sanctorum Patrum dicta rimari. Tunc verò audiens sponsa, prædicationis verbum sic ab sponso commendari, quasi verbum ex eius ore excipiens, continuãsque sententiam adiunxit: *Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque, & dentibus illius ad ruminandum*, hoc est, dignum tanto sponso, & grauibus Diuini verbi præconibus, qui ea, quæ tanquàm labia loquuntur, quasi dentes ruminant, alijsque tanquàm salutarem cibum ad edendum apponunt.

Eodem sensu explicandum est illud Cant. 4. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* Quem locũ illustrans D. Bern. serm. 63. ex paruis, plurimas dentium conditiones commemorat: sunt enim dentes candidi, & fortes; carnem non habent; nihil intrà se pati possunt; dolor eorum acutissimus; clausi sunt labijs, nè videantur, indecens enim est, cum videntur nisi ridendo; toti corpori frangunt cibum; nullum indè saporem habent; per ordinem positi sunt; superiores alij, alij inferiores; cum inferiores moueantur; superiores nunquam: quas omnes conditiones eleganter Bernard. Religiosis accommodat. Quid enim illis candidius, qui cogitationum peccata sicut actionum deplorant? quid fortius, qui-

Leuit. 11. 27.

Eccles. 21. 3. Hęretici concionatores.

Cant. 7. 9. Dentes in sacris literis cõcionatores significant.

2 Cant. 4. 2.

D. Bernard.

Religiosi, dentes Ecclesiæ.

bus

bus tribulatio pro ſolatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur? Carnem non habẽt, quia in carne carnem obliuiſcuntur iuxtà illud Apoſtoli Rom. 8. *Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Nihil morari inter ſe patiuntur, quia nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputant. Non eſt dolor ſicut dolor eorum, quia nihil tam horrendum, & horribile eſt ſicut murmur, & diſſenſio in congregatione. Clauſi ſunt labiis, nè videãtur, quia ipſis monaſteriorum vallis cinguntur, nè ſeculariũ oculis, & acceſſui pateant: indecens eſt, ſi appareãt, niſi interdùm fortè ad riſũ; quia nihil turpiùs, quàm monachus per vrbes, & caſtella diſcurrens, niſi cum charitas cogit, quæ riſus eſt, quia hilaris eſt, læta quidem, non diſſoluta. Toti corpori mandunt cibũ; quià pro toto Eccleſiæ corpore Deum precantur. Nullum inde ſaporem habent, hoc eſt, nullam ſibi gloriã debent arrogare, ſed dicere cum propheta Pſ. 113. *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Per ordinem poſiti ſunt; quia inter illos omnia in Chriſto menſura, & pondere conſtituuntur. Superiores, & inferiores; quia alij prælati, alij ſubditi. Deniq; cum inferiores moueantur, ſuperiores moueri nunquàm debent; quià etſi ſubditi quandoq; turbentur, prælatorum tamen eſt in mente compoſita perdurare. Hæc de Religioſis Bern. Verùm communior dentium acceptio eo loco Canticorum eſt de concionatoribus, quibus omnes dentium conditiones à Bernardo enumeratæ accommodari facilè poſſunt: in quibus non poſtremum locum obtinet candor, ideſt, caſtitas, & vitæ, morumquè integritas; tales enim futuros regis Meſsiæ concionatores vaticinatus eſt Iacob Gen. 49. cum dixit. *Pulchriores ſũt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Quem locum exponens Origen. hom. 17. in Geneſim. Pedes, inquit, Chriſti ſunt, qui currunt ad faciendam pacem & ſubueniendum ijs, qui in neceſsitatibus ſunt poſiti: manus Chriſti, qui ad miſericordiam extenduntur: oculi, qui ſcientiæ lumen vniuerſo corpori præſtant: dentes denique, qui ſcripturarum cibos dignis interpretationibus explanantes earum intellectum Eccleſiæ corpori ſubminiſtrant. Hi ergò candidi debent eſſe, & puri, nè fortè illis dicatur, *Qui alios doces, te ipſum non doces.* Illud etiam maximè in his dentibus requiritur, nè quid inter illos ſiuè inuidiæ, ſiuè diſſenſionis interponatur, quod ſolet multùm dentibus officere: id circò enim Chriſtus Apoſtolos, quos ad officium prędicationis legabat, præmonuit Marc. 9. *Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.*

Rom. 8. 9.

Pſal. 113. 1.

Gen. 49. 12.

Orig.

Marc. 9. 50.

3

Sed omiſsis interim aliis dentium conditionibus illa potiſsima in concionatoribus reperitur, quod ſacræ doctrinæ cibo frangendo, & aliis diuidendo inſeruiant: quo ſenſu communiter interpretes locum ex Canticis citatum accipiunt; in quibus Beda. *Solent*, inquit, *nutrices particulas panis dentibus conficere, & inter lactandum in paruulorum fauc bus minuta manſa immittere, donec eos paulatim abſtractos â lacte ad eſum panis perducant: ſic ſancta mater Eccleſia habet doctores, qui inſtar vberum lac doctrinæ mollioris accipientibus miniſtrent: habet eoſdem non ignaros benè proficientibus panem verbi fortioris porrigere.* Hinc eſt illa apud prophetam comminatio Thren. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Et 2. Timoth. 2. *Solicitè cura te ipſum probabilem exhibere Deo, operarium incõfuſibilẽ, rectè tractantem verbum veritatis*, Græcè ὀρθοτομοῦντα i., *rectè diuidentem*: quo vtroq; loco dentium ſimilitudo indicatur.

Thren. 4. 4.

2. Tim. 2. 15.

Atque hæc de dentibus in bonam partem: in malam verò, ideſt, pro prædicatoribus Hæreticis accipiuntur Iob quadrageſimo primo: vbi de Leuiathan dicitur: *Per gyrum dentium eius formido.* In quem locum Diuus Gregorius libro trigeſimo tertio Moralium cap. vigeſimo nono. *Dentibus*, inquit, *Leuiathan errorum magiſtri figurantur: quia reproborum vitam mordendo dilaniant, & eos à veritatis integritate ſubductos in ſacrificio falſitatis mactant.* Ex quo iam cernis rectè hoc loco Hæreticos concionatores, & per eos ipſos quoque Hæreticos principes dentium nomine intelligi;

Prędicatores hæretici.

Iob. 41. 5.

D. Greg.

qui quoniam maximè noxij sunt Eccle siæ, & in ea persequenda immanissimi, meritò non quibusuis dētibus, sed leonum dentibus validissimis cōparātur.

Locustarum humana facies, & leonini dentes detractoribus accōmodantur.

SECTIO IX.

I

EXPLICAVIMVS in literali sensu, cur Hæreticæ locustæ humanas facies, & leonū dentes habuerint: illud nunc doctrinæ causa mysticè addendum per easdem prodigiosas locustas detractores accipiendos, qui instar locustarum omne viride depascunt, & absumunt: & cum humanas facies habere videantur, sæuissimos tamen leonum dentes in moribus, factisq; hominum infigunt, & quod omnem immanitatem superat, humanis carnibus instar leonum vescuntur: vnde est illud Psalm. 26. *Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas*: eoquè alluśit Paulus, cum dixit Galat. 5. *Quod si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem cōsumamini.* Quā etiam ob causam Danielis 7. ostensa est prophetæ quarta quædam bestia terribilis dentes habens magnos, & ferreos, multaque comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus conculcans, habensque decem cornua: quæ bestia ad literam Romanum significauit imperium, sed à Glossa mysticè accommodatur detractoribus: vbi aduertit cum tres præcedentes bestiæ suis, idest, leænç, vrsi, & pardi nominibus appellatæ à Daniele fuissent, solius huius quartæ bestiæ nullum nomen afferri; quià detractorū malitia non potest vno nomine comprehendi: habet enim detractor abundantem malitiam, quemadmodùm dicitur Psalm. 49. *Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos*: vbi primùm est obseruandum verbum illud *Abundauit*: nascitur enim detractio non ex quauis, sed ex abundante malitia, quæ ex corde prę sui affluentia in os ipsum detrahentis redundat. Deindè notandum est cum Remigio verbum illud *Cōcinnabat*: solet enim detractor detractiones suas ornatis verbis componere, & ficto charitatis zelo in speciem adornare. Habebat præterea illa bestia dentes ferreos magnos ad comminuendam, & deuorandam excellentium virorum famam. Denique erat decem armata cornibus propter decē detractionis genera, quæ ibidē connumerātur.

Pſal. 26. 2.

Galat. 5. 15.

Dan. 7.

Gloſſa.

Detractorum malitia.

Pſal. 49. 19.

Eadem detractorum voracitas sub eleganti similitudine explicatur Prouerb. 23. *Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur.* Quo loco partem illam *Dantes symbola*, Glossa interpretatur esse in confabulatione detractores singulos verba ad detrahendum cōferre, instar eorum, qui ad conuiuium conuenientes ad maiorem apparatum, & copiam singuli suam partem, & portionē afferunt. Est autem Glossa hæc desumpta ex D. Gregor. lib. 14. Moral. cap. 25. vbi tractans illud Iob 19. *Quarè persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Sciendum*, inquit, *est, quia hi etiam, qui alienæ vitæ detractione pascuntur, alienis procul dubiò carnibus saturantur. Vnde per Salomonē dicitur: Noli esse in conuiuijs potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur. Carnes quippe ad vescendum conferre est in collocutione derogationis vicissim proximorū vitia dicere: symbolū verò dare est, sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendū, ita confabulatione detractionis verba conferre.* Hæc ille. Ad idē quoq; significandum coruus ille, quē Noe ex arca emisisse dr Gen. 8. non est reuersus in arcā: illectus nimirùm aliquo supernatante cadauere (qui solet esse suauissimus detractorū cibus) quēadmodum docet D. Aug. lib. 12. cōtrà Faustū Manich. c. 20. è contrario verò colūba regressa est ramū oliuæ virētibus foliis gerens in ore suo: quoniam vir iustus, & alienis bonis tanquàm suis per charitatem gaudens, nihil aliud nouit ore gestare, quàm

2

Prou. 23. 20.

Gloſſa.

D. Gregor. Iob. 19. 22.

Gen. 8.

Auguſtinus.

eorum, de quibus loquitur, laudes, & præconia, quæ nunquàm in eius ore marcescunt, sed semper per laudabilẽ, & honorificam cõmemorationẽ quasi renascentia virentibus foliis vestiuntur. Detractor verò tanquàm coruus cadaueribus vescitur, nec indè recordatur ad arcam per sanctam cum iustis conuersationem reuerti. Quo etiam sensu illud à plerisq; accipitur ex Psal. 13. *Sepulchrum patens est guttur eorum*: quia os detractoris nihil aliud est, quàm apertum quoddam sepulchrum ad cadauera inhians, viuosq; homines, quod plus est, in se ipso sepeliẽs, idest, quantùm in se est, excellentium virorum famam, ac nomen obscurans: quæ expositio est D. Hieronymi, quanquàm aliam etiam paulò inferiùs afferemus.

Ps. 13. 3.

3

Detractorum lingua.

Quærat aliquis, cuiusmodi nam linguæ intrà leoninos detractorum dentes lateant, cùm de ijs Ioannes non meminerit? proculdubiò serpentum, quod maius adhuc prodigium est, videlicet humanam reperiri faciem, quæ dentes leonis, linguas serpentum, habeat. Id quod disertè traditur Psal. 139. *Acuerunt linguas sicut serpentis*. Est autem auctore Plinio libro 5. historiæ naturalis cap. 37. serpentis lingua tenuissima, trisulca, vibrans, atri coloris, & si extrahas, perlonga. Sic enim lingua detractoris tenuissima est, quia in detrahendo subtilissima; vnde & acuto gladio comparatur Psalm. 56. *Lingua eorum gladius acutus*. Illud ad Titum 1. *Oportet Episcopum esse, non percussorem*, Græcè μὴ πλήκτην, D. Hier. in cõmẽt. nõ ad pugnos refert, sed ad linguã, qua aliquis siue per cõtumeliã, siue per detractionẽ quasi gladio aliũ percutit: alioqui quid magnum est Episcopum à pugnis abstinere? Trisulca, quia tribus nocet, sibi, præsentibus, & quibus detrahit. Vibrans, quia semper in motu est: quam ob causam Ischius Præsbyter Hierosolymitanus lib. 6. in Leuiticum docet detractores iugi scabie laborare, atque præ prurigine à detrahendo non posse desistere: sic nanque exponit legem illam Leuit. 21. quę sanciebat, vt homo habens iugem scabiẽ ab omni sacro ministerio arceretur. *Iugem scabiem*, inquit, *habet homo detractor, quia ad detrahendum facilè prouocatur*. Atri coloris, quia fœda, ac turpis, & atra bile, atque maleuolentia imbuta: cui etiam concinunt ora locustarum, quæ nihil aliud, quàm purulentam saliuam euomunt. Quocircà detractorum os (quæ est altera eius loci expositio) patefacto sepulchro comparatur Psalm. 13. *Sepulchrum patens est guttur eorum*: quia sicut patens sepulchrum graueolentia sua aerem inficit, ita detractorum gutur fœdissimum est, & graueolens, præsentesquè omnes, cum quibus agit, intolerabili maledicentiæ fœtore corrũpens. Denique prælonga, quia ad longissimè positos, imò ad mortuos etiã pertingit: vndè Psalm. 56. detractorũ maledicentia comparatur, armis, & sagittis. *Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ*: quia non solùm cominùs, vt arma quædam, sed eminùs etiam, & longè, vt sagittæ feriunt. Accedit, quòd instar serpentum clanculùm, & quasi furtiuè detrahunt iuxtà illud Eccles. 10. *Si mordeat serpens in silentio, nihil eò minus habet, qui occultè detrahit*. In quem locum D. Hieronym. *Serpens*, inquit, *& detractor æquales sunt: quomodò enim ille occultè mordens venenum inserit, sic iste clam detrahens pectoris sui virus infundit*. Atque hunc meritò tanquàm serpentini generis hostem persequebatur Dauid Psalm. 100. cùm dicebat: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar*. Quo ex loco D. Basilius regula 26. ex breuioribus argumentatur detractores esse à reliquorum societate, & consuetudine exterminandos. Quantùm verò detractorem execretur, ac detestetur Deus, perspicuum est ex illa comminatione, quæ habetur capite 23. Prouerb. iam citato, *Vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio*: vbi per symbola dantes iam superiùs cum Diuo Gregorio detractores intelleximus. Postremam autem sententiam idem Pontifex sic eodem loco interpretatur: *Vestietur pannis dormitatio*; quia cum despectum, & inopem à cũctis bonis operibus mors

Ps. 139. 4. Plinius.

Ps. 56. 5.

Leu. 21.

Ischius.

Ps. 13. 3.

Ps. 56. 5.

Eccles. 10. 11.

Ps. 100. 5.

D. Basilius.

Prou. 23. 21.

D. Greg.

inueniet, quem hic alienæ vitæ exquirendo crimina detractionis suæ langor occupauit: quæ detestatio magis adhuc apparet in eo, quòd postquam Aaron, & Maria Moysi detraxerunt (quemadmodum conquestus est Dominus illis verbis Num. 12. *Quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi*) tanta ira, atque furore exarsit, vt statim subiungatur: *Iratusque contrà eos abijt, nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix.* Quod expendens Orig. hom. 7. super Numeros, *Ira*, inquit, *furoris Domini effectus super eos, qui malè loquuntur, & detrahunt: nec præterendum, quòd priùs recedit nubes, & ita Maria repletur lepra; vt ostendatur, quòd & si in aliquo sit Spiritus sancti gratia, si obtrectat, & detrahit, recedit ab eo post obtrectationem, & sic anima eius repletur lepra.* Hæc Origenes, & quidem meritò: quo modò enim Spiritus sanctus in eo habitet, qui per detractionem factus est Dæmonij domicilium, cùm detractio à Dæmone ipso ortum habuerit? Is enim primus Deo detraxit initio mundi illis verbis Genes. 3. *Nequaquam morte moriemini: scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum, & malum*: vnde 1. Timoth. 3. vbi nos habemus, *Mulieres similiter pudicas, non detrahentes*; pro *Non detrahentes* est Græcè μὴ διαβόλους, hoc est, non diabolicas, vt indicetur detractorē alterū quodāmodò diabolū esse.

Num. 12. 18.

Origen.

Gen. 3. 4.

1. Tim. 3. 11.

Cur locustę capillos sicut capillos mulierum habere dicantur?

Et habebant capillos sicut capillos mulierum.

SECTIO X.

I

Hæreticorum luxus, ac libido

AVD dubiè ad explicandam effœminatam Hæreticorum naturam, & ferè ad luxum, mollemque viuendi rationem, potissimumque ad libidinem propensam, atque procliuem, cum capillis mulierum Hæreticæ locustæ describuntur: id quod quanquàm iam in superioribus docuimus, magis tamen illustrandum hoc loco existimamus. Igitur obseruandum est primò crinium pulchritudinem in fœminis multùm facere ad conciliandum amorem: vt autem ad spiritualia transeamus, hoc ipsum diserte confitetur sponsus sic spōsam alloquens Cant. 4. *vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Quo loco Hebræi legunt, *In vno torque colli tui*: quasi dicat, vt interpretatur Theodor. ambo quidem oculi tui sunt admirandi, & columbæ meritò nominati, sed alter eorum, qui diuina contemplatur, qui philosophatur de Deo, qui recondita mysteria contuetur, cor meum stupore afficit: omnia etiam colli tui ornamenta suspicio; sed vnum tamen torquem, ideſt, charitatem præcipuè admiror. Verùm iuxtà editionem vulgatam per crines purissimas sponsę cogitationes possumus intelligere, quas crinibus comparari fusè iam 1. cap. tradidimus. Est autem aduertendum Septuag. interpr. pro eo, quod nos habemus, *Vulnerasti cor meum*, transtulisse, *Excordasti me*, ideſt, *Cor mihi surripuisti*: quod mirificè quadrat in Virginem beatissimam, cuius ea erat mentis puritas, vt vna vel minima cogitatione non solū Dei amorem, sed ipsummet Dei cor ad se attraxerit.

Cant. 4. 9.

Hebræi.

Theod.

Charitatis cōmendatio.

Virginis Dei parę puritas. Septuag.

Sed vt ad sponsæ crines reuertamur, vim eorum ad amorem conciliandum ex ore sponsi habemus expressam Cant. 7. quod non Ecclesiæ modò, & cuilibet sanctæ animę, sed meritissimò etiam Virgini sanctissimæ accommodari debet: *Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus.* Quod Theod. de doctrina Euangelica interpretatur, quæ sanguine Christi tincta, atque consperſa multò magis fulget, quam Rex amictus purpura. Glossa ordin. vult regalem purpuram esse virturem humilitatis, qua Rex Messias in passione fuit indutus, & nunc Ecclesia eius sponsa etiam induitur: iunctā verò debere esse canalibus, hoc

2

Cant. 7. 5

Theodor.

Glossa.

est

est, sanguineis ex Christi vulneribus fluentibus riuis, vt eius cruore per imitationem tingatur, & purpura regalis euadat. Verùm aliâ quoque est elegantissima huius loci ex Hebræo translatio, quam secuti sunt Septuag. *Comæ capitis tui sicut purpura, rex ligatus in canalibus.* Rabbi Abenesra docet canales appellari loca, quæ ideò fiunt, vt eò aquæ confluant: iuxtà hanc ergò lectionem duplex est expositio, vna Hebræorum hoc sensu. Rex Messias tanto tui ô spõsæ amore capitur propter caput tuum puniceum, & comam purpuream, vt cuperet esse alligatus canalibus, & impluuijs domus tuæ ad tui corporis speciem assiduè contemplandam, nam vel illinc lubens formam tuam spectaret. Altera est adeò pulchros esse sponsę crines, vt Rex ipse, idest, spõsus propter eos sic amore accendatur, vt sint illi pro vinculis ad ipsum illaqueãdum, & vinciendum. Itaque Rex ligatus est in canalibus, idest, illaqueatus & irretitus sponsæ crinibus, quos translatè canales vocat ducta similitudine ab aqua, quæ cùm per canales decurrit, crispari dicitur, quemadmodùm oblongi fœminarũ crines per humeros effusi crispantur, & quasi vndare instar aquarum videtur. Ex qua expositione colligitur, quantùm Deo placeant cuiusvis sanctæ animæ cogitationes, quæ hoc loco per sponsæ crines intelliguntur, siquidem illis quasi vinculis irretiri, & illaqueari dicitur. Ad idemque mysteriũ significandum videtur Deus Sampsonis fortitudinem non in brachijs, aut pectore, sed in crinibus collocasse Iudic. 15. quia tũc maxima est in homine spiritualis fortitudo ad ipsum etiam Deũ vincendum, vinciendumque potens, cum ipsæ cogitationes sanctæ sunt, ab omni carnis concretione seiũctæ: quæ si abscindantur, & in terram proijciantur, hoc est, si efficiantur terrenæ, continuò Sampsonis, hoc est, Nazaræi, & viri spiritualis fortitudo deperit, ipseque hostibus, hoc est, Dæmonibus, ac vitijs traditur illudendus.

Septuag.

Rab. Abenesr.

Hebręi.

Sanctę, purę-que cogitationes quantùm Deo placeant.

Iudic. 15.

Secundò notandum est curiosam crinium compositionem, & nimium corporis ornatum luxum, & effœminatum animum, imò & libidinosum indicare: quam ob causam in sacris literis, & à Patribus etiam in fœminis reprehenditur, veluti 1. Tim. 2. *Similiter & mulieres in habitu ornato, cũ verecundia, & sobrietate ornentes se, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis.* Et 1. Petri 3. *Quarum* (idest mulierum) *non sit extrinsecùs capillatura, aut circundatio auri.* Quod argumentum eleganter persequitur Tertull. lib. de habitu muliebri, & lib. de cultu fœminarũ, Clem. Alex. lib 3. pædag. c. 3. & D. Cyprian. lib. de disciplina, & habitu virginum. Ratio verò ea est, quia nimius corporis cultus ad amorem, indeq; ad libidinem prouocat: sic enim Iezabel illa impijssima ad Iehu in sui amorem pertrahendum stibio oculos suos depinxisse, caputque exornasse dicitur 4. Reg. 9. Est autem stibium non, vt plerique existimant, instrumentum, quo palpebrarum, & superciliorum pili cõponuntur; sed metalli genus, cuius præcipua vis est in dilatandis oculis, eorũquè fluxibus, & exulcerationibus inhibendis: sic enim accipitur Ezech. 23. *Ecce venerunt, quibus te lauasti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.* Quantum verò detrimenti afferat, quantumque sit execrandus curiosus hic mulierum ornatus, docet potissimùm ex citatis Patribus Tertull. lib. illo de cultu mulierum; vbi inter alia, *Habitus*, inquit, *fœminæ duplicem speciem circunfert cultum, & ornatum: cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant; ornatũ, quem immundum muliebrem conuenit dici: ille in auro, & argento, gemmis, & vestibus deputatur; iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt; alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. Aiunt & de frontibus Draconũ gemmas erui, hoc quoq; deerit Christianæ, vt de serpente cultior fiat; sic calcabit Diaboli caput, dum de capite eius cerui cibus suis, aut ipsi capiti ornamenta struit.* Hæc ille. Iam verò in viris res est omninò execrabilis: vndè Leuit. 19. dicitur: *Non in rotundum attondebitis comam*: quem locum quidam Hebræus eruditus (vt auctor est Turrian⁹ noster in suis scholijs super lib. 1. Apost. Constit. cap. 3.)

Damnatur curiosus ornatus mulierum, & virorum.

1. Tim. 2. 9.

1. Petr. 3. 3.

Tertull.

Clem. Alex.

D. Cyprianus.

4. Reg. 9.

Ezech. 23. 40.

Tertull.

Leuit. 19. 27.

Turrianus.

3

dicebar

dicebat sic ad verbum esse transferendum: *Ne corrumpas angulum capitis tui circùm caput*: rectos enim angulos, quos facit capillus promiss⁹, is corrumpit, qui in eo facit circulos calamistris, ita vt iam duplex sit rotunditas; altera in capillo ipso calamistrato; altera in tonsione circùm caput, ad quam solam respexit in sua trãslatione Hieron. Legẽdum est aduersùs comatulos illos caput. 3. citatum ex lib. 1. Constit. Apost. Clem. Rom. In eosdem acerrimè inuehitur Clem. Alex. libro illo 3. Pædag. cap. 3. *Putant*, inquit, *se sicut serpens posse senium capitis exuere, sed etsi pilos callidè circunscribant, rugas tamen non effugient: sed neque mortem latebunt, etsi tempus per artem mentiantur.* Deinde affert illud Pauli ad Ephes. 4. *Renouamini spiritu mentis vestræ. Non dixit: Renouamini tincturis, & cultibus, sed: spiritu mentis vestræ.*

Clem. Rom. Clemens Ale. Eph. 4. 23.

4 Mulier carnis symbolum.

Tertiò obseruandum fœminam tum propter fragilitatem, tum propter petulantem, & pronam ad libidinem naturam carnis, & sensualitatis esse symbolum, quæ est communis Patrum doctrina, & vt multa alia breuitatis causa omittamus, hoc sensu non pauci interpretantur Dalilam illam, quæ Samsonem Philistæis tradidit: sic enim spiritus temerè se carni committens ab ea seducitur, & in Dæmonum venit potestatem. Septem crines ei abscinduntur, quia septem Spiritus sancti donis spoliatur: amissis crinibus excœcatur, & ad molendum ponitur, quia spiritus post amissam gratiam peccati cœcitate inuoluitur, & mundi curis, ac negotijs mancipatur, quod mysterium expendit D. Greg. lib 7. Mor. cap. 13. *Quod plerũque*, inquit, *priùs oculus contemplationis amittitur, & post carnis desideria huius mundi laboribus animus subiugatur, testatur Samson, qui postquàm oculos perdidit, ad molam deputatus est: quia maligni spiritus postquam tentationum stimulis intùs aciem contemplationis effodiunt, foràs in circuitu laborum mittunt* iuxtà illud Psal. 11. *In circuitu impij ambulant.* Huius verò loci, vt hoc obiter dicam⁹, quo meliùs impiorum infelix status, cõditioque intelligatur, multiplex est expositio. Prima Theodoreti explicantis de persecutione iustorum, quam impij moliuntur iustos circumire, & obsidere conantes. Secunda Remigij. *Ambulant in circuitu*; quià nunquàm intrabunt in illam felicitatem, seu octauam, pro qua hic Psalmus inscribitur; cum semper in miseria voluantur. Itaque significat Remig. Deum recta via quarendum esse, atque adeò impios, qui in circuitu ambulant, nunquàm ad Deum peruenturos, quia nunquàm ex suo rerum temporalium circulo egrediũtur; quæ eadem ferè est sententia Aug. Tertia Cardin. Caiet. *In circuitu impij ambulãt*, ideſt, sẽper remoti à cetro, qui est De⁹, sicut qui semper incederet per circuli peripheriam, siue circunferentiã, nunquàm ad centrum pertingeret. Quarta, & postrema esse potest. *In circuitu impij ambulant*, videlicet instar puerorum, qui in circuitu ambulantes turbantur, caduntq; subitò: sic enim impij circumeuntes circà temporalia continuò perturbantur, & in peccata sæpissi mè corruunt; interdùm etiam Deo punien te subitò moriuntur: qua in re Dæmonem imitantur, qui propterea, vt nonnulli aduertunt, læso semper capite, & pertuabatus incedit, quia in circuitu ambalat iuxtà illud Iob 1. *Circuiui terram & perambulaui eam.* & 1. Petri 5. *Circuit quærens, quem deuoret.*

Impij, cur in circuitu dicantur ambulare. Remigius. Card. Caiet. Iob. 1. 7. 1. Petr. 5. 8.

Ex his iam perspicuum relinquitur, cur locustæ capillos instar fœminarum habuerint: sunt enim ferè omnes Hæretici ad libidinem procliues: quam ab causam hæresis sæpè meretricis nomine censetur. Quanquam enim hæresis dicatur meretrix, & fornicaria eo potissimùm, quòd legitimum fidei torum deserat, tamen eo etiam nomine censetur, quòd cum morum licentia, & præcipuè carnis illecebris, ac libidine sit coniuncta. Vnde Arianam hæresim D. Augustinus sermone 200. de tempore comparat cum illa meretrice, quę apud Salomonem 3. Reg. 3. postulabat, vt infans viuus medius Secaretur. *Quid enim*, inquit, *aliud est Deum, seu Christum diuidere, quam dicere Filium minorem esse Patre? sed alt ra meretrix, quæ typum gerebat Ecclesiæ, quòd meretrix antè conuersionem fuisset, infantem di*

5 Hęretici omnes ad libidinẽ procliues.

D. Aug.

Pſ. 11. 9.

Theod.

uidi

uidi non permittit. Date, inquit, illi infantem
3.Reg. 3.36. *uiuum, & nolite diuidere: filij quidem meus est, sed melius apud illam migrat totus, modò apud me maneat maternus affectus.* Atque hęc sit prima capillorum ratio. Secunda ratio
Hęretici ad Ecclesiam destruendam viribus impares. est: instar fœminarum describuntur Hæretici persecutores Ecclesię, quoniam tãdem instar fœminarum debiles sunt, & infirmi, & ad Ecclesiam destruendam viribus impares; quo sensu de illis dictum est Psal. 63. *Sagittæ paruulorum factæ*
Psal. 63.8. *sunt plagæ eorum*: quia sicut paruuli, imò sicut mulieres non habent in brachijs robur, & fortitudinem ad sagittam fortiter iaculandam: vndè Ecclesiæ aduersùs Hæreticos inuictum robur, firmitatemque eleganti similitudine explicauit Regius vates Psalm. 77. *Ædificauit sicut vnicornium* (aliâs *vnicornis*) *Sanctificium*
Ps. 77.60. *suum in terra.* Quem locum expendens
Cyrill. Alex. Cyrill. Alex. lib. 5. in Esaiam docet, quemadmodum vnicornis cœteris est animalibus formidandus; ita Sanctuarium Dei, ideſt, Ecclesiam horribile hostibus cornu erigere. Verùm alia quoq; est huius loci expositio, nullam videlicet hęresim, aut sectam Ecclesiam posse labefactare, eo quòd ipsa sit veluti vnicornis, qui vim habet expellendi venena, à nullaque proindè venenata re potest aliquid detrimenti accipere:
Exod. 7. in cuius rei typum Exod. 7. virga Moysis, vbi in terram proijcitur, fit serpens, & deuorat Ægyptiorum serpentes, quẽ admodum obseruauit D. Augustinus serm.
D. August. 87. de tempore. *Serpens*, inquit, *prosapientia ponitur iuxtà illud Matth. 10. Estote prudentes*
Matth. 10.16 *sicut serpentes. Idcircò virga Moysis, ideſt, crux Christi, postquàm proiecta in terram est, hoc est, ad credulitatem, & fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam, & in tantam sapientiam, vt omnem Ægyptiorum, ideſt, huius mundi sapientiam deuoraret.*

6 Quòd verò non solùm ad Hæreticos, sed ad omnes in vniuersum Ecclesiæ persecutores attinet, admirabilis sanè eius fortitudo describitur Amos 7. vbi iuxtà translationem Septuag. ita legimus: *Ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas, & dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? & dixi: Adamantem. Ecce ego injciam, ait Dominus, adamantem in medium populi mei Israel*: vbi cernis Ecclesiam sanctam esse murum adamãtinũ, hoc est, omninò insuperabilem, & Christum ipsum Dominum appellari adamantem in manu Patris constitutum, ab eoq; iactum in Ecclesiã, imò in orbem vniuersum, vt eius vim omninò inuictam aduersùs omnem suorũ hostium potentiã declararet. Vnde apud Hierem. capite 50. dicitur confractus, & contritus esse malleus vniuersæ terræ, ideſt, Dæmon, eiusque sectatores, siue Hæretici sint, siue Tyranni; quoniam murum Ecclesiæ adamantinum, adamantemque Christum alternis ictibus frangere cum conantur, ipsi potiùs ab adamantis vi indomabili, atque insuperabili conteruntur. Eadem fortitudo exprimitur Esai. 54. *Ecce ego sternã per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua.* Quem locum D. Hieronymus de immobili Ecclesiæ firmitate intelligit, & meritò: est enim sapphirus gemma durissima; iaspis autẽ aduersùs timores vim habet. Est ergò Ecclesia fundata in sapphiris, quia suprà Diuinam virtutem, & potentiam iacta habet fortissima fundamenta: propugnacula etiam murorum fũt ex iaspide, quia nihil sibi ab hostibus timet. Verùm non est prætereunda eiusdem loci iuxtà Septuag. translatio, quæ sic habet. *Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum.* Inquem locum Cyr. Alexand. docet per carbunculũ Christum Dominum esse intelligendum: cuius similitudinis eam affert rationem. *Quoniam*, inquit, *qui in Christum crediderit, non pudefiet*: id quod non caret difficultate, cum carbunculus sit gemma rubicunda, & ex ardentibus potissima; sed ea similitudo iuxtâ Cyrilli sententiam sic videtur accipienda. Fideles, cùm sãguine Christi valdè rubeant, quantumcumque iniurijs, & contumelijs afficiãtur, non posse ampliùs rubore suffundi, vt confusionem præ se ferant, quià iam per Christi imitationem omnem confusionis ruborem induerunt: sicut is, qui maximè esset natura rubicũdus, non posset ampliùs rubore suffundi; quemadmodum prædixit Esai. cap. 28.

Hierem. 50.

Esai. 54.11.

D. Hieron.

Septuaginta Interp.

Cyril. Alex.

Esai. 28.16.

Septuag.

1.Petr.2.

Idiotismꝰ Hæbraicus, & Lusitanus.

Qui crediderit, non festinet. Quod exponentes Septuag. transtulerunt: *Qui crediderit in eum, non confundetur*: quam translationem secutus est Petrus 1. sua Canon. cap. 2. Itaquè non festinare Hebraicè est non confundi, sicut festinare confundi: solent enim ij, qui pudore afficiuntur, citò discedere, & festinare, nè confusio eorum, pudorque appareat, quem idiotismum Hebræum Lusitani nostri eodem sensu imitantur, currere pro pudefieri vsurpantes.

7

Hæreticorum doctrina veritatis fucato colore illita.

D.Bern. Cant.1.11.

Tertia ratio. Apparuerunt locustæ fœminarum crinibus exornatæ, quia hæresis nisi instar fœminæ se se componat & comat, hoc est, doctrinam suam fucato aliquo veritatis colore illinat, nullam pulchritudinis speciem præ se ferat, neque præ turpitudine egredi foras audebit: id quod eleganter expendit D. Bern. serm. 41. super Cant. super illa verba capitis 1. *Collum tuum sicut monilia. Solet*, inquit, *ornari collum monilibus non ipsis comparari; sed hoc illæ faciant quibus, quia de proprio non inest decor, aliundè necesse est, vt mendicent, vnde se speciosas mentiantur: nam sponsæ collum ita in se ipso formosum, & tam decenter quasi natura formatum est, vt extrinsecùs non requirat ornatum. Vnde Sponsus non dixit ab sponsæ collo pendere monilia, sed ipsum potius esse sicut monilia. Collum intellectus est: hoc igitur sponsæ collum, ideſt, purus, & simplex intellectus cum nuda, & aperta veritate satis decoris per se ipsum retineat, non indiget ornamento: Hæreticorum vero intellectus non habet hanc in se puritatis, veritatisque nitorem; & ideò multam curam gerunt ipsum colorare, & fucare phaleris verborum, & versutijs syllogismorum; ne si nudus appareat, falsi etiam appareat turpitudo.* Hæc Bern. Quarta, & postrema ratio est. Quoniam ferè omnes Hæretici ad suas hæreses astruendas fœminarum adminiculo, & ministerio vsi sunt: quam rationem fusè persequitur D. Hieron. ad Ctesiphontem aduersùs Pelagianos. vbi inter alia, *Simon magus*, inquit, *hæresim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio; Nicolaus Antiochenus choros duxit fœmineos; Marcion Romam præmisit mulierem quæ decipiendos sibi animos præpararet; Montanus immundi spiritus prædicator multas Ecclesias per Priscam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas primum auro corrupit; deinde hæresi polluit:* & multa alia in eam sententiam.

Fœminarum adminiculo vtuntur Hæretici.

D. Hieron.

Votum Nazaræorum de Cæsarie nutrienda explicatur, & expenditur.

SECTIO XI.

1

Nazareus idē est, ac separatus.

QVONIAM HACtenus occasione locustarum habētium capillos mulierum, promissam in viris instar fœminarum comam cum Ioanne reprehendimus, necessarium duximus explicare, quo mysterio Deus in lege veteri Nazaræis suis cœsariem nutrire mandauerit, nè Diuinæ per id tempus institutioni aduersari videamur. Sciendum est igitur Nazaræos idem esse, quod separatos à radice Nazar, hoc est, separare (vnde Nazir, ideſt, Nazaræus) quasi distinctos à communi reliquorum hominum consuetudine, & viuendi ratione, fuisseque apud Hebræos quasi religiosos, & speciali cœremonia, & voto Deo consecratos: quemadmodùm traditur, Num. 6. Erāt Nazaræi duplices, quidam enim habebant votum perpetuum, vt Samuel 1. Reg. 1. & Sampson Iudic. 13. alij ad certum tempus, quod non erat lege definitum, sed vnusquisque pro sua deuotione tempus sibi præfiniebat.

Num.6.

1.Reg.1. Iudic. 13.

2

Nazaræorum cæremoniæ, & ritus.

Quod verò attinet ad cœremonias, ac ritus Nazaræorum, sic habe. Primùm Nazaræi toto suæ dedicationis tempore abstinebant à vino, & ab omni, quod posset inebriare, ita vt ne acetum quidem ex vino, neque ex qualibet alia potione possent bibere, neque vuas, siue recentes, siue passas comedere: deniq; nihil, quod ex vinea oriretur, ab vua passa vsque ad acinum sumere. Secundo. Non poterant pollui super mortuo etiā si pater esset, aut mater: qua in re Nazaræi perfectiores erant minoribꝰ sacerdotibus, quibus contaminari licebat super patre, matre, fratre, & soro-

re

re; non autem super reliquis, vt patet Leuit. 21. Itaque tanta disciplinæ severitas hac in re imposita erat Nazaræis, quanta vel ipsi Sacerdoti summo, qui etiam non poterat contaminari super aliquo mortuo, etiamsi pater esset, aut mater. Leuit. 21. Imò, quod plus est, si quisquam coram Nazaræo subitò moriebatur, censebatur pollutus. Num. 6. Contaminabatur autem aliquis apud Hebræos super mortuo, si tangeret cadauera, aut ossa reperta in agro, aut iret ad eum plangendum, aut domum, in qua esset, ingrederetur, aut aliqua illius vasa contingeret: quolibet enim horum modorum contrahebatur immunditia legalis septem dierum, vt patet Leuit. 10. & Numer. 19. Tertiò. Præcipua Nazaræi sanctificatio posita erat in cæsarie nutrienda; sic enim dicitur Num. 6. *Sanctus erit crescente cæsarie capitis eius*: & paulò inferiùs: *Consecratio Dei super caput eius*. Itaque toto sui Nazarçatus tempore neque radi, neque tonderi Nazaræi poterant. Quartò. si contingeret Nazaræum pollui super mortuo, omnes suæ cõsecrationis præcedentes dies irriti reddebantur, cogebaturq; denuò sui voti tempus inchoare. Itaque caput eius radebatur in ipsa die, in qua immunditiam incurrerat, & præterea iterùm septima capilli illi, qui septem illis diebus successerunt, radebantur ad maiorem munditiem: & hoc quidem iuxtà nostram editionẽ vulgatam Num. 6. quæ sic habet: *Radet caput illicò in eadem die purgationis suæ, & rursum septima*. At verò iuxtà Hebraicam, vt vocant, veritatem sic eodem loco legimus: *Radet caput suum in die purgationis suæ, in die septima radet illud*. Itaq; non bis radebat, sed immundus manebat septẽ diebus secundùm legem iam citatam, & septima die radebat caput, quę dies propterea dies purgationis eius appellabatur; sed nostra tamen editio vulgata retinenda est, & congruenter illi de hac ceremonia sentiendum. Hæc verò ceremonia radendi caput post immunditiam contractam intelligẽda solùm est de Nazaræo temporali: nam perpetuus nũquàm radebatur, quantumcunq; polluueretur, vt affirmat Abul. quęst. 12. super 13. caput Iudicũ: quemadmodùm & sequens: cogebatur enim die octauo post pollutionẽ offerre duos turtures, vel duos pullos colũbarũ Sacerdoti ante ostiũ tabernaculi, quorum alter pro peccato, alter in holocaustũ litabatur, & præterea vnũ vitulũ pro peccato immolandũ. Quintò, quod etiã solùm ad Nazaræos tẽporales pertinebat. Finito sui voti tẽpore adducebatur Nazaræus à Sacerdote ad ostiũ tabernaculi, ibiq; offerebat pro eo agnũ anniculũ immaculatũ in holocaustũ, & ouem anniculam immaculatã pro peccato, & arietẽ immaculatũ in hostiã pacificã, & canistrum panũ azymorũ oleo cõsperforũ, & lagana absq; fermẽto vncta oleo. Itaquè omne sacrificij genus peragebat, videlicet holocaustũ, sacrificiũ pro peccato, & hostiã pacificam. Quibus omnibus peractis sacrificijs radebatur Nazarçus, & capilli eremabãtur igne altaris holocausti. Vnde est illud Act. 18. *Paulus verò cùm adhuc sustinuisset dies multos, fratrib⁹ valefaciens nauigauit Syriã, & cũ eo Priscilla, & Aquila, qui sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votũ*: eodemq; sensu vt accipiẽdũ illud Act. 21. quod dictũ est Paulo: *Sũt nobis viri quatuor, votũ habẽtes super se: his assũptis sanctifica te cũ illis, & impẽde in illis, vt radant capita*. Sextò. Cũ essent iã coctę carnes sacrificij pacifici, extrahebatur arm⁹ dexter, & ponebatur super manus Nazaræi iã rasi simul cum torta vna de canistro absq; fermento, & lagano azymo vno, vt hæc omnia ipse manibus suis Deo offerre videretur. Deniquè Sacerdos illa iterũ de manibus ei⁹ suscepta præsentabat in conspectu Domini, & eleuabat versus sex partes, seu differentias, vt appellant, positionis, i. antè, & retrò, sursùm, deorsùm, in dextram, & sinistrã partẽ, & sanctificata Sacerdotis erant: quibus cęremonijs perfectis eiusmodi siue vir, siue mulier absoluebatur à Nazarçatu, atque ad cõmunẽ cũ aliis consuetudinẽ redibat. Hæc de Nazaræorũ legalibus ceremoniis.

Quod verò ad mysterium spectat. Quanquàm Diuus Gregorius libro 32. Moralium cap. 17. D. Ambros. libro

Leu. 21. Leu. 21. Num. 6. Leu. 10. Num. 19. Num. 6. 5. 7. Num. 6. 9. Hebraica veritas. Abulensis. Act. 18. 18. Act. 21. 23. 3 D. Greg. D. Ambros.

le 42. mansionibus mãsione 12. & alij velint Nazaræos typum abstinentium, & continentium fuisse: nos tamen de Religiosis interpretabimur, hos enim Nazaræi, præcipuè verò perpetui ad viuum expresserũt. Igitur Religiosi sunt veri Nazaræi, idest, separati à communi hominum consuetudine; in quos mirificè quadrat illud Thren. 4. *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore ãtiquo, sapphiro pulchriores.* Quibus verbis tria videntur religionis vota elegantibus similitudinibus comprehensa> in niue quidem, & lacte castitas, in ebore antiquo obedientia, paupertas in sapphiro. Primùm namq; candidissima, & quasi niuea, atq; lactea castitas est, vt meritò viæ illi lacteæ, quę in cœlo interdùm apparet, comparari debeat: nam quòd castitas candidissima sit, & purissima, ex eo fit perspicuum, quòd in sacris literis per excellentiam sanctitas, siue sãctimonia dicitur, velutiHebr. 12. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniã, sine qua nemo videbit Deum.* Quo loco sanctimoniam pro castitate posità esse docet D. Hieron. in caput .47. Ezech. D. Chrysost. in eum locum, & hom. 4. in caput 2. epist. ad Ephes. & hom. 5. in caput 4. Epist. 1. ad Thess. Theod. in eũ locum, & Ioan. Cassian. lib. 6. cap. 16. Aduertendum porrò est, pro *sanctitate* Græcè esse ἁγιάσμου, quod nomen secundum etymon significat secretionẽ à terra: γῆ enim, siue γέα terram significat, vnde ἅγιος, idest, sanctus quasi sine terra: nihil enim planè terrenum habet castitas, sed expers est omnis terrenæ concretionis. Idẽ confirmatur ex 1. Ioan. 3. *Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est: & omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est:* quo loco cõfitetur D. Thomas aliâs legi *Castificat se*: eamquè lectionem sequutus est D. August. tract. 4. in 1. epistol. Ioan. vbi sic legit: *Et omnis, qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum, sicut & ipse castus est.* Habes igitur castitatem plusquam lacteam esse, siquidem per excellentiam purissimus ipse sãctitatis cãdor appellatur. Quòd verò sit via ad videndum Deum, atque adeò via illa lactea cœlestis, ex ijsdem locis est exploratum. Etenim in priori dixit Apostolus: *Sine qua nemo videbit Deũ*: & in posteriori Ioannes cum præmisisset: *Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*, continuò subiecit: *Et omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat, seu castificat semetipsum*; quasi diceret: qui cupit habere spẽ videndi Deũ, debere castitatẽ colere. Deinde dicuntur *Rubicundiores ebore antiquo* propter obedientię votũ: sicut enim ebur diuturnitate tẽporis rubescit, vt eo ipso loco innuitur, & cõmuniter traditur ab scriptoribus; ita obediẽcia diuturna instar martyrij est, eiusq; sanguineũ ruborẽ imitatur. Vnde factũ est, vt ascensus ille purpureus martyrij symbolum ferculi Salomonis, de quo agitur Cant. 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomõ de lignis Libani: colũnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureũ, ascensum purpureum*, non solùm passionẽ Christi, sed eius in ipsa passione obedientiã significauerit. Per eã enim tanquàm per ascensum purpureũ ad gloriam fuit corporis, & nominis celebritatem ascendisse testatur Apost. Philip. 2. *Factus obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Denicq; in sapphiris paupertas exprimitur: sicut enim sapphirus est cæleslis coloris; sic paupertas sapphirina est, ac cælestis in Deo solo spẽ collocãs, ipsumq; cælorũ regnũ tanquàm mercedem expectans iuxta illud Matthæi 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Accedit, quòd, vt auctor est Plinius libro trigesimo septimo cap. 9. sapphirus aureis punctis colluceat; sic enim paupertas ipsismet contemptionibus rerum tẽporalium quasi quibusdam stellis depicta, & interlita cælum ipsum repræsentat. Atque huc pertinet illud Exod. vigesimo quarto, vbi Deus apparuisse scribitur super thronum sapphirinum: *Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cum serenum est*: esse enim pauperes Dei thronum palàm est ex cap. Esaiæ 66. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & con-*

Threu. 4. 7.

Religionis vota.

Castitas via lactea.

Hebr. 12. 14.

D. Chrysost. D. Hieron.

Theodor. Ioan. Cass.

1. Ioan. 3. 2.

D. Thom.

D. August.

Obedientia instar martyrij.

Cant. 3. 9.

Philip. 2. 8.

Matt. 5. 3.

Plinius.

Exod. 24. 25. Paupertas sapphirinus Dei thronus.

Esai.66.2. D.Ambro.

tritum spiritu, & trementē sermones meos; seu, vt legit D. Amb. lib.6. Hexam. c.8. *Super quem requiescam nisi super pauperem?* Est ergò paupertas thronus sapphirinus, in quo Deus cum maiestate residet.

4 Religiosis curanda est puritas mentis.

Secundò. Religiosi instar Nazaræorū debēt ab omni, quod inebriare potest, abstinere, idest, omnia illa subterfugere, quæ syncerā mentis puritatem possunt vel minimùm perturbare: cuius puritatis ratio traditur Esaiæ 52. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini, qui fertis vasa Domini.* Quem locum D. Greg. 2. parte curæ Pastor. c.2. de Prælatis interpretatur. *Vasa*, inquit, *Domini ferunt, qui proximorum animas ad æterna sacraria perducendas in suæ conuersationis fide suscipiunt: apud semet ipsos ergò quantùm debeant mūdari, conspiciant; quia necesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere aliorum sordes curat, nè tacta quæq; deteriùs inquinet, si sordida in se mens lutum tenet.* Vnde Exod. 28. *præcipitur, vt in Aaron pectore rationale iudicij vitiis ligantibus imprimatur; quatenùs sacerdotale cor nequaquàm cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola cōstringat, ne indiscretum quid, vel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus ex grauitate semper debet ostendere, quantam in pectore rationem portat.* Atq; hæc quidem de Prælatis, & Sacerdotibus Greg. Quæ meritissimò Religiosis accomodari debēt, ad quos etiā pertinet alios siue prædicatione, siue consilio, siue exemplo mundare: hisce enim modis omnibus vasa Domini in Ecclesia portant, quæ ne polluant, mūdi ipsi esse in omni actione debent, & ab omnibus, quæ ipsorum mentem turbare, vel inquinare possunt, abstinere.

Exod. 28.

5 Occasio peccati vitanda.

Tertiò obseruandum, Deum non sine mysterio, quià volebat Nazaræos à vino abstinere, strictè præcepisse, ne vuas etiam passas comederent, imò vt ab ipsis vuarum acinis sibi temperarent, ne videlicet ab acinis ad vuas, ab vuis ad vinum transirent. Itaq; vuarum, & acinorum prohibitio nihil aliud fuit, quam præcepti de non bibendo vino stabiliēdi prouidentia, & viam omnem ad vini epotationem obstruere. Sic nimirùm omnes, & Religiosi præcipuè edocētur ad crimina, & omnem omninò imperfectionem vitandam, quæcunq; vel minimā cum peccato cognationē habēt, omnesq; eius occasiones præcidere. Eodem cōsilio Deus cùm prohibuisset Iudęis in die sabbati cibos parare, simul etiam, nè eo die ignem domi haberēt, interdixit; quia habere ignem domi poterat esse parandi cibos, atq; adeò præcepti violandi occasio. Exod. 35. *Septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur; non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati.* Aduerte autem Hebræos hoc loco dicere non solùm non esse struendum ignem die sabbati, sed neq; ex lapide, aut metallo eliciendū, neq; souendam lampadem, nisi fortè propter infirmum: & vt nunquàm nugari desinant, interpretātur, si propter vim frigoris ignis accendi debeat, non esse folle, sed arundine sufflandum, vt videre licet in expositone præceptorum, quæ habetur in libello translato à Mūstero inter præcepta negatiua à prœcepto sexagesimo quinto vsque ad sexagesimum nonum. Et quoniam Rabbi Abraham Abenesra sic legem interpretabatur, prohiberi quidem succēdere ignem ad parandum cibos, non tamen ad calefaciendum, si vigeret frigus: alij Rabbini iudicantes liberiorem hanc interpretationem sabbati religionem eleuare, eundem Rabbi Abenesra Hæreticum declararunt, aduersusque eum conscripserunt libellum Sabbati personam per prosopopœam fingentes aduersùs Rabbi Abenesra disputantem, quemadmodum refert Abul. quæst. 1. super caput 35. Exod. similiter Exod. 12. cum agitur de paschate, & de septem illis diebus azymorum, non solùm interdicitur, ne vescantur fermentato, sed vt ne fermentū in domib⁹ habeāt: *Primo mēse, decimaquarta die mēsis ad vesperā comedetis azyma vsq; ad diē vigesimā primā eiusdē mensis ad vesperā: septē diebus fermentatū non inuenietur in domibus vestris*: quo loco Paraph. Chald. & 70 fermentū trāstulerūt. Denique Exod. 19. cū prohibisset hominibus montē Syna tangere, præcepit etiā ne iumentū ad montē accederet, quia poterat esse occasio legis violādæ.

Exod. 35. 2.

Hebræi.

Rabbi Abrahā Hęretic⁹ âRabbinis declaratur.

Abulensis.

Exod. 12. 18.

Exod. 19.

Hāc eandem ob causam, vt hoc mysticè addamus, Ezech. 8. reprehenduntur Sacerdotes, qui stabant antè picturas idolorum, quæ erant depicta in pariete in circuitu templi, habens vnusquisque thuribulum in manu sua. *Ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum: & septuaginta viri de senioribus domus Israel stabant ante picturas, & vnusquisque habebat thuribulū in manu sua.* Etenim occasiones peccandi sunt quædam veluti picturæ idolorum, antè quas stat, qui sese peccatorū occasionibus obijcit, & multò magis qui eis per delectationis, & ipsius ferè consensus quendam veluti odorē thurificat. Quantùm verò occasiones peccandi fugiendæ sint, suo exemplo docuit Iob sanctissimus, qui de se loquēs ait cap. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* In quem locum Glossa, *Visum*, inquit, *sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, consensum opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio.* Vndè meritò Thr. 3. dicitur: *Oculus meus deprædatus est animā meam.* Annotauit verò in eundem locum Caiet. Iob suum hoc propositum appellasse fœdus propter firmitatem: *Deliberatum*, inquit, *ac firmatum propositum significat dicendo, Pepigi fœdus: quoniam deliberauit fixo, & immobili proposito adinstar pangentis fœdus, quod inuiolabile debet esse: ideo enim pacta fiunt, vt nō liceat mutare.* Hęc ille.

Ezech. 8. 10.

Iob. 31. 1

Glossa.

Thren. 3. 51.

Caietanus.

6

In religiosis omnis carnalis affectus est amputandus.

Quartò. Non poterat Nazaræus pollui super mortuū, etiāsi pater esset, aut mater; quia in viris Deo consecratis omnis est carnalis affectus etiam ipsorum parentū amputandus. Vndè Christus Dominus Matthæi 8. cuidam, qui ipsum quidem sequendi habebat volūtatem, sed tamen ab eo facultatem ad patrem priùs sepeliendum, hoc est, cū patre manendum, quousque ille, qui senex iam erat, diem obiret suum, postulabat, respondit: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quo pertinet illud Psalm. 44. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorē tuum*: & illud Deuter. 33. vbi Moyses Leuiticam tribum benedicens, quæ erat Deo consecrata, ita loquitur: *Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro vos, & nescierunt filios suos, si custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, benedic Domine fortitudini eius.* In quibus postremis verbis aduerte hanc parentum, & propinquorum propter Christum ignorationem fortitudinem appellari; quia animum planè inuictū, & generosum requirit. Atque hoc est vnum ex operibus præcipuis, ad quæ patranda Christus se venisse cōfitetur Matth. 10. *Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersùs patrem suum, & filiam aduersùs matrem suam.* Sicut enim gladius ea, quæ sunt vnita, & coniuncta, diuidit, ita gladius Diuini verbi, & consiliorum Christi debet ea, quæ sunt maximè coniuncta, diuidere, idest, carnales parentum, & consanguineorum affectus, omnemq; carnis coniunctionem ad liberiùs Christum sequendum dissecare. Quam ob causam Cant. 3. sexaginta illi de fortissimis Israel, qui lectulum Salomonis, hoc est, siue Ecclesiam, siue suam ipsorum conscientiam ambiebant, & propugnabāt, in Religiosorum typum appensos super femur gestabant gladios, ad omnē carnalem affectum, qui per femur intelligitur, omnemq; carnis petulantiā præcidendam. Et quidem hæc ex terrenis abstractio, quæ in viris Deo mancipatis reperiri debet, expressa est in eo, quod Ezechiel Propheta ab spiritu fuit eleuatus inter cælum, & terram, vt habes cap. 8. *Emisa*, inquit, *similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me Spiritus inter terram, & cœlum.* Quem locum tractans D. Greg lib. 31. Mor. c. 9. sic ait: *Manus desuper mittitur, & Propheta per cincinnum capitis eleuatur, quia cum nostra mens se se per custodiam colligit, vis superna sursùm nos ab infimis trahit: & quilibet sāctus in carne mortali positus inter cælū, & terram est cōstitutus, quia plenè quidè adhuc ad superna non peruenit, sed iam tamen ima dereliquit.* Itaq; vult Gregorius eum, super quem manus Diuina mittitur, cuiusmodi est Religiosus, esse inter cælū,

Matth. 8. 22.

Ps. 44. 11.

Deut. 33. 9.

Matth. 10. 34

Cant. 3.

Ezech. 8. 3.

D. Greg.

&

& terram collocatum; quia nec terræ adhæret per affectum, nec in cælo adhuc est per fruitionem, sed tantùm per desiderium iuxta illud Pauli ad Philip. 3. *Conuersatio nostra in cælis est*, quasi diceret; viram quidē in terris agimus per carnem, sed per desiderium, & affectū in cælo conuersamur. Philip. 3. 20.

7

Quintò. Mirum sanè est, quòd Nazaræus, si quisquam coram eo mortuus repente concideret, pollutus censebatur, cum ea mors ad eum nihil pertineret. Lyranus super 6. cap. Numerorum, respondet voluisse Deum, vt Nazaræus eiusmodi mortem subitam suis peccatis attribueret, quod ego de humilitate accipio, quæ tanta debet esse in Religioso viro, vt quicquid mali cō tingit suis peccatis ascribat: quanquā & illud addi potest, censeri pollutum Nazaræum homine coram illo repentè mortuo, quia existimari poterat ei⁹ interfector; illudque indicatum mysterium, sancto, & religioso viro vel ipsam mali speciem, ac præsumptionem etiam expertem culpæ velis, remisque fugiendam iuxtà illud Apostoli 1. ad Thessalon. 5. *Ab omni specie mala abstinete vos*: siue *Ab omni specie mali*, vtroq; enim modo reddi potest Græcus contextus; quanquam prior lectio est germanior, eamq; cum Diuo Hieronymo sequuntur interpretes. Sextò. Nazaræi sanctificatio potissimùm sita erat in cœsarie nutrienda: cœsaries capitis est bonarum cogitationum germinatio, quibus inualescentibus homo sanctus efficitur: quoniam præcipua Religiosi, & cuiusuis hominis sanctitas in internis affectibus, & cogitationibus, quæ tanquàm pulcherrima cœsaries animam exornant, sanctè nutriendis, & conseruandis posita est. Quamobrem Ps. 44. dicitur: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato*: & paulò post: *Omnis gloria ei⁹ filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus*. Quo loco est obseruandum non dictum esse omnem huius Reginæ gloriam esse *intus*, sed *abintus*, quia sanctitas etsi potissimùm in mente consistit, non debet tamen mentis cancellis concludi, sed in externa etiam opera redundare: hę enim sunt illæ fimbriæ aureæ, & varietates, quæ ex eius aureo vestimento, ideſt, charitate pēdere describuntur. Ita hunc locum intellexit D. Augustinus. *Omnis*, inquit, *gloria eius filiæ Regis ab intùs, extrinsecùs non solùm vestis est aurea, & variata, sed intùs pulchram nouit, qui speciem eius amauit: quæ sunt interiora pulchritudinis? conscientia: ibi amat Christus, ibi alloquitur, ibi coronat: sed in fimbrijs aureis varietas est linguarum, doctrina, decus: ista quid prosunt, si nō sit pulchritudo illa in trinsecùs?* Septimò. Si contingeret Nazaræum pollui super mortuo, cœsaries pristina quasi polluta, & immunda radebatur, vt noua, & sancta succresceret, quia affectus omnes, & cogitationes, si aliqua peccati labe inquinentur, omnino amputandę sunt, & resecandæ: vt deinceps sanctæ aliæ de nouo pullulēt. Quo eodem mysterio fœminam, quæ in bello ab Hebræis caperetur, præcipiebat Deus omnino radi Deut. 21. *Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem; introduces eam in domum tuam, quæ radet cœsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est*. Quod exponens glossa docet per hanc mulierem significari mysticè peccatricem animā, quę pulchra quidem dicitur ratione imaginis Dei, sed captiua ratione criminis iuxta illud Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati*. Hanc aliquando amat Christus, vt patet de Maria Magdalena Lucæ septimo: cupitq; eā habere sponsam per fidem formatam charitate; oportet tamen interim, vt radat cœsariem, & vestem pristimam exuat, hoc est, vt omnia vitia, & anteactæ vitæ crimina per contritionē deponat, circuncidat etiā vngues, ideſt, omnem peccandi occasionem præcidat.

Lyranus.

Religioso vel ipsa mali speciēs fugienda est. 1. Thes. 5. 22.

Psalm. 44. 10.

Sāctitas sit in mente, & in externa opera redundet.

D. Aug.

Deut. 21. 10.

Glossa.

8

Octauò. Si contingeret Nazaræum pollui super mortuo, omnes dies præteriti sui Nazaræatus irriti censebantur, cogebaturque de nouo tempus voti inchoare. Gaudet enim maximè De⁹ continuata sanctitate, vultque, vt si ali-

quando

quandò per culpam intermittatur, existimemus nihil nos hactenùs profeciſſe, ſed iterum nouo conatu, acſi nihil anteà egerimus, virtutis viam arripiendam, iuxtà illud Pſalm. 76. *Et dixi, nunc cœpi.* Et quidem nunquam in virtute ſiſtendum, ſed conandum ſemper ad vlteriorē gradum Deus ipſe monet, Hieremiæ 3. *Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis*, ideſt, ſemper per imitationem meis veſtigijs inſiſtes, quoniam ſemper tibi multùm ſupererit imitandum: ſiquidem non hominis tantùm, ſed Dei etiam veſtigia perſequeris, quē quantumcunque properes, conſequi nunquam poteris, quemadmodū ſponſa ſuo illo clamore, & defatigatione cōfitetur Canticorum 1. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Id quod expendens D. Bernardus ſer. 21. ſuper Cant. *Quid mirum*, inquit, *ſi indiget trahi, quæ poſt Gigantem currit? quæ comprehendere nititur eum, qui ſalit in montibus, & colles tranſilit, velociter enim currit ſermo eius.* Pſal. 147. *Non valet ex æquo currere, non poteſt pari cum illo celeritate contendere, qui exultat vt Gigas ad currendam viam* Pſal. 18. *Et propterea rogat ſe trahi: Feßa ſum, inquit, deficio: noli me deſerere, ne vagari incipiam poſt alios amatores; nec curram quaſi in incertum.* Et rectè quidē Bernardus, ſunt enim Chriſti exempla perfectiſsima, & quaſi Gigātis ſpatia, quæ nemo unquam perfectè poterit imitari; quemadmodū puer non poteſt ſuo paſſu paſſum hominis, nedum Gigantis æquare, iuxta illud poetarum principis de puero Aſcanio, *Sequiturque patrem non paſſibus æquis*: quæ omnia complexus eſt ipſe Dominus, cū dixit loco Hieremię citato: *Poſt me ingredi non ceſſabis.* Eundē ſenſum efficit illud Eſai. vigeſimo ſeptimo: *Florebit, & germinabit Iſrael.* Quo loco obſerua, non ſine myſterio priùs dictum eſſe *florebit*, quam *germinabit*, cum è contrario plantæ priùs germinent, quam floreant: quia videlicet iuſtus, cum in flore eſt, adhuc ſe debet reputare in germine eſſe, vt conetur magis efflorescere, & in vberem fructum erumpere. Adde illud etiam ſignificari ſanctum, & religioſum virū, cùm in flore eſt aliquarum virtutum, eo ipſo tempore alia ex parte germinare debere, vt de nouo efflorescat, & fructum ferat. Itaque cum quoſdam flores, & fructus produxerit, debere ſimul in aliorum quoque bonorum operum germina pullulare, vt ſemper in germine, in flore, & fructu ſit.

Pſalm. 76. 11.

Hierem. 3. 19 In virtute nūquam ſiſtendū

Cant. 1. 4.

D. Bernard.

Pſal. 147.

Pſal. 18.

Eſai. 27. 6.

Nonò. Peracto voti tempore radebatur Nazarçus, capillique in altari holocauſti cremabantur: cuius rei myſterium illud eſſe docet D. Greg. lib. 2. Mor. cap. 39. tunc nos ad perfectionis ſummam pertingere, cum ſic exteriora vitia ſuperamus, vt etiam cogitationes ſuperfluas à mente reſecemus, quas nimirum ſacrificij igne concremare eſt flamma eas Diuini amoris incendere, vt cogitationes ſuperfluas cor quaſi Nazarçi capillos concremans totum in Dei amore ardeat. Ad hæc completo ſuo Nazaræatu omnia ſacrificiorum genera celebrabat, quia qui per vota in religione nuncupata ſe Deo conſecrat, omne ſacrificij genus ea oblatione complectitur. Nam quod attinet ad hoſtiam pro peccato, integram peccatorum remiſſionem conferri in ingreſſu religionis ex eo eſt perſpicuum, quod à Patribus in religionem ingreſſus ſecundo cuidam baptiſmo comparatur. Sic enim docent D. Hieronym. Epiſtola ad Paulam, & D. Bernardus de præcepto, & diſpenſatione. Hoſtia verò pacifica, quæ ſiue à placando Deo, ſiue ab eodem promerendo nomen accepit, etiam in religione continetur; ſiquidem Deus facillimè Religioſorum precibus, ac votis ſe ſinit exorari, iuxta illud Eſaiæ 65. *Ante quam clament, ego exaudiam*: et Pſalm. 33. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum.* Iam verò holocauſtum vſque adeo in religione reperitur, vt affirmet D. Thomas 2. 2. quæſtione 186. art. 7. religionem nihil eſſe aliud, quam holocauſtum: id quod ex eo confirmat, quia ſicut in holocauſto tota hoſtia cremabatur, ita Religioſus nihil habet, quod Deo non offerat; nam externas opes offert per votum voluntariæ paupertatis; bonum corporis per votum continentiæ; bonum animæ per votum obedientię, ſub

9

D. Greg.

Religionis ingreſſus omnia ſacrificia complectitur.

D. Hieron. D. Bernard.

Eſai. 65. 24.

Pſalm. 33. 16.

D. Thom.

ijciens

ijciens Deo propriâ voluntatem, per quam homo omnibus potentijs, & habitibus animæ vtitur. Denique vt nullum sacrificij genus religioni deesset, ipsa quoque illustrissimum quoddam est martyrium, vt auctor est D. Hieronymus in epitaphio Paulæ. *Non solum*, inquit, *effusio sanguinis in martyrio reputatur, sed deuotæ quoque mentis seruitus immaculata quotidianum martyrium est: illa corona de rosis, & violis plectitur, ista de lilijs. Vnde Canticorum 5. dicitur: Dilectus meus candidus, & rubicundus, & in pace, & in bello eadem præmia vincentibus tribuens.* Et D. Bernardus sermone primo omnium sanctorũ expendens, cur Christus idem præmium pauperibus, & martyribus polliceatur Matthæi. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quid sibi vult*, inquit, *quod eadem promissio facta est pauperibus, & martyribus, nisi quia verè martyrij genus paupertas voluntaria est.* Atque hæc tum de legalibus, ac typicis, tum de Euangelicis, ac veris Nazaræis dicta sufficiant.

D. Hieron.

D. Bernard.

Matt. 5. 3. 10.

Cur locustę habeant caudas similes scorpionum, & in caudis aculeos?

Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.

SECTIO XII.

1 Plinius.

SCORPIO, vt auctor est Plinius lib. 11. hist. naturalis cap. 25. grauiore supplicio lenta per triduum morte cõficit. Semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quãdo desit occasioni: ferit & obliquo ictu, & inflexo. Venenum ab ijs candidum fundi Apollodorus auctor est: geminos quibusdam aculeos esse, mareſque sęuissimos. Const tat & septena caudæ internodia sæuiora esse: pluribus enim sena sunt. Tradit Palladius de aliorum sententia fugari scorpiones, si aliqui eorum in medio domus exurantur.

Hinc primùm est, quod subdoli, & astuti homines scorpionibus comparentur, veluti Ezech. 2. vbi Dominus ad prophetam loquitur: *Increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* Sic enim locum interpretatur D. Greg. hom. 9. super Ezechielem. *Increduli Deo subuersores infirmantibus proximis, scorpiones etiam fortibus, ac robustis, quibus etsi in faciem contradicere non præsumunt, ex occulto tamen vulnus derogationis inferunt, & occultis machinationibus feriunt.* Vbi cernis ex Gregor. occultum detractorem scorpionem appellari. Eodem sensu dicitur Eccle. 26. *Sicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam, qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem:* vbi mala mulier comparatur in primis iugo; quod propter nimiam laxitatem hucilluc mouetur, ita vt malè boues coniungat; quia nimirum omnia domi perturbat, & coniugij pacem dirimit: deinde scorpioni, quia sicut scorpio venenum suum non in capite, sed in cauda habet, quod lethifero ictu per caudæ inflexionem infundit: ita mala mulier occasionẽ nocendi captat, & nacta opportunitate furtim quasi scorpio arcuato vulnere percutit. Eãdem etiam ob causam Dominus Lucæ 10. Dæmones appellauit scorpiones, cùm septuaginta duobus discipulis retertentibus cum gaudio, & dicentibus: *Domine etiam Dæmonia subijciuntur nobis:* respondit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit:* quo loco sermonem esse ad literam de Dæmonibus, præterquam quòd ex ipso sermonis contextu apertè colligitur, testatur etiam Tertullianus lib. 4. aduersùs Marcion. cap. 24. Quemadmodum & Ps. 90. cùm dicitur. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Aduerte autem Dæmones comparari serpentibus, qui venenum habẽt in ore, & scorpionib⁹, qui in cauda, quia actionem bonam & in principio, & in fine corrumpere, deprauareq; moliun-

2

Ezech. 2. 6. Subdoli homines, ac detractores scorpionibus comparantur. D. Greg.

Eccles. 26. 10. Mala mulier scorpioni similis.

Luc. 10. 19.

Tertul. Psal. 90. 13.

Cur Dæmon serpentibus, & scorpionibus comparetur.

tur, in principio quidem intentionē vitiando, in fine autem inanem gloriā ſuggerendo: in quem eundem ſenſum accipi poteſt illud, quod inferiùs hoc ipſo capite dicitur; *Poteſtas equorum in ore, & in caudis eorum.*

3 Verùm quod attinet ad ſcorpionis caudam, quæ Dæmonum inſidias manifeſtè ſignificat, idem habemus expreſſum Geneſ. 3. cum dictum eſt ad ſerpentem: *Ipſa*, ideſt, mulier *obſeruabit caput tuum, & tu calcaneum eius.* Quem locum expendens D. Greg. lib. 1. Moral. cap. 38. *Caput*, inquit, *ſerpentis obſeruare eſt initia ſuggeſtionis eius aſpicere, & manu ſolicitæ conſiderationis à cordis aditu funditùs extirpare; qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur; quia etſi ſuggeſtione prima intentionem non percutit, decipere in fine tendit:* imò cum neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quos fini ſuo appoſitos Propheta proſpexerat, cū dicebat Pſ. 55. *Ipſi calcaneum meum obſeruabunt:* quia enim in calcaneo finis eſt corporis; quid per hunc niſi terminus ſignificatur actionis? nec verò ſolùm fini actionis, ſed multò etiam magis in fine vitæ Dæmon inſtar ſcorpionis cauda ſua inſidiatur: quo ſenſu accipiendum eſt illud Pſalm. 48. *Cur timebo in die malâ? iniquitas calcanei mei circundabit me.* Quaſi dicat: Ratio cur timere debeam in die iudicij eſt iniquitas in fine vitæ ſuſceptæ: cum autem Regius vates calcaneum nominauit, alluſit ad ſerpentem, qui calcaneum mulieris obſeruare dicitur Geneſ. 3. Ita hunc locum intellexit D. Auguſtinus in comment. eius Pſalmi, vbi docet homini non tam timendum eſſe à die iudicij, quam à die mortis ſuę, eo quòd inde pendeat æternitas, quaſi dixerit Regius vates, Cur timeo à die iudicij, ſi ex iniquita e calcanei mei, ideſt, malo vitæ meæ fine malitia, & acerbitas illius diei pendet? *Modò igitur*, inquit, *homines prouideant ſibi, vitent iniquitatem calcanei ſui; in calcaneo enim quiſque labitur. Etenim à Deo dictum eſt ſerpenti: Ipſa tuum obſeruabit caput, & tu eius obſeruabis calcaneū. Si Diabolus calcaneū tuū obſernat, vt te deijciat; tu caput illius obſerua; caput illius initiū malæ ſuggeſtionis eſt: quādo incipit mala ſuggerere, tūc repelle antequā ſurgat delectatio, & ſequatur conſenſus, & vitabis caput eius, atq; adeò nō appreh̄edet ille calcaneū tuū.* Hęc Auguſt. Vbi cernis de ſententia Auguſtini Dęmonem inſtar ſerpētis calcaneo inſidiari, ideſt, tum finem actionis, tum extremum vitæ tempus obſeruare. Vtranque enim expoſitionem tradidit loco citato Auguſtinus, quod idem eſt, atque ſcorpionem eſſe non ore, ſed cauda ferientem: in cuius rei typum Amalec extremam Hebræi exercitus partem fuit aggreſſus, quemadmodum dicitur Deut. 25. *Memento quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit.* Sic enim Dæmon extremæ vitæ noſtræ actiones, quaſi iam viribus defectas, & præ ſenectute, & corporis infirmitate languentes vehemētiùs aggredi conſueuit.

Ex his iam planum relinquitur, quā- 4
to iure Hæreticæ locuſtæ cum ſcorpionum caudis deſcribantur. Primū, quia omnes in vniuerſum Hæretici callidiſſimi ſunt, & maximè fraudulenti, & inflexo, atque obliquo ictu ſcorpionum inſtar ferientes: quam eandem ob cauſam comparantur vulpibus, quæ eſt altera illuſtris ad hoc ipſum declarandū ſimilitudo, veluti Ezech. 13. *Quaſi vulpes in deſerto Prophetæ tui Iſrael.* Et Cant. 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit:* quod de Hæreticis accipiunt Theodor. in comment. ſuper Cant. & D. Ambroſius ſermon. 11. in Pſal. 118. Vbi aduertit mādari, vt vulpes exterminentur, dum vineæ florent: quia Hæretici florentibus vineis, ideſt, teneris adhuc in fide multò magis nocent; adultis autem iam viribus, ideſt, perfectis nocere vix poſſunt. Eundem locum enarrās Origenes hom. 4. ſuper Cant. docet huiuſmodi vulpes eſſe peruerſos Hęreticorum magiſtros, qui vineam Domini, ideſt, eccleſiam exterminant, ne floreat in fide, admoneriq; Doctores Catholicos, vt dū adhuc puſillæ ſunt iſtæ vulpes, & initium habet praua doctrina, Hæreticos

arg-

Genes. 3.

D. Greg.

Pſal. 55. 7.

Morientibus Dæmon magis inſidiatur.

Pſalm. 48. 6.

D. Auguſt.

Deut. 25. 17.

Hęretici, vulpes dicuntur.

Ezech. 13. 3. Cant. 2. 15.

Theodor.

D. Ambroſ.

Orig.

arguere festinent; ad quam rem persuadendam affert exemplum Samsonis, qui trecentas vulpes cepisse, easque alligatis caudis, ardentibusque facibus interpositis in Philistinorum segetes, vineas, & oliueta emisisse describitur Iudic. 15. Caudam verò ad caudam alligare, inquit, Origenes, est aduersantes sibi Hæreticos, ac diuersa sentientes cõnectere, & inter se conferre, ex propriisq; eorũ sentẽtiis, & argumẽtis propositiones colligere, atq; in eorũ segetẽ ignẽ conclusionis immittere, quò omnes eorũ sectæ, & errores comburantur. Alterum quiddam in Samsonis facto obseruauit D. Ambrosius serm. illo 11. in Psal 118. quòd Samson non ad capita, sed ad caudas vulpium ardentes faces alligauerit, illud indicare, fraudulentos homines, potissimùmque Hæreticos liberam quidem linguam habere ad latrandum, sed exitus impeditos, seu religiosa principia, finem verò fraudis suæ incendio deputatum. Aduerte etiã Hæreticorum quidem capita, ideſt, sectas omninò diuisas esse, ac multiplices, nec inter se vllo pacto conuenire; caudas autem inuicem nexas, & implicatas, quia finem eundem habent Ecclesiam persequendi: ideircò caudas vulpium ligasse Samsonem, cum earum capita libera, ac soluta reliquisset. Secundò. Sicut scorpio in arcum se componit ad feriendum: ita Hæretici Scripturæ sacræ malè intellectæ arcum ad simplices decipiendos intendunt iuxta illud Psal. 10. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.* Quẽ locum de Hæreticis intellexit D. Aug. tum in comment. eius Psal. tum epist. 48. ad Vincentium Donatistam. Idem habes Oseæ 7. *Ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam; reuersi sunt, vt essẽt absque iugo, facti sũt quasi arcus dolosus*: quibus verbis suggillationem Hæreticorum contineri docet D. Hieronymus, Deumque ipsum conqueri, quòd eos erudierit, dederitque eis fortitudinem, qua contrà aduersarios dimicarent; illi verò cogitauerint malitiam aduersùs Dominum impijssimas hæreses extruentes: itaque facti sint quasi arcus dolosus, qui percutit dirigentem; aut etiam facti sint quasi arcus intentus, parati semper ad pugnam in subuersionem audientium.

Iudic. 15. Orig. D. Ambros. Psal. 10. 3. D. August. Osee. 7. 15. D. Hieron.

Tertiò. Quemadmodùm scorpiones habent caudas aculeatas, ipsisq; caudarum aculeis feriunt: ita Hæretici quamuis ore blandiantur morum licentiam, carnisq; illecebras prædicantes, fines tamen, & exitus habent aculeatos, imò duplicem in caudis aculeum, vt de sæuioribus scorpionibus diximus; siquidem quos veneno sui erroris inficiunt, multis hîc implicãt difficultatibus, ac deinde sempiternis addicunt apud inferos cruciatibus. Vnde aptè in Hæreticos quadrat illud, quod Eliphaz dixit Iob cap. 4. *Vidi eos, qui operantur iniquitatẽ, & seminant dolores, & metunt eos flante Deo perisse.* Etenim, vt interpretatur D. Greg. lib. 5. Moral. cap. 15. *Dolores seminant, qui peruersa agunt; dolores metunt, cum de eadẽ peruersitate puniuntur: fructus autem doloris est retributio damnationis*: quã ob causam meritò dicitur Eccles. 7. *Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplũ.* Quo loco per sulcos iniustitiæ desideria carnis, prauosq; animi affectus intellige, quibus qui fomentum præbuerint per mala opera, metent inde septuplũ, ideſt, infinitam malorum segetem: vbi simul aduerte mẽtem prauis cogitationibus, & desiderijs imbutam appellari tellurem sulcis distinctam, & aratam, imò etiã seminatam semine vsq; adeò fœcundo, vt copiosa peccatorum seges sperari possit. Quartò. Scorpio semper ictum meditatur, ne vnquam occasioni desit, quod mirum in modum Hæreticorum ingenium declarat, qui semper aliquid mali aduersùs Ecclesiam moliuntur, omnemq; captant nocendi occasionem: quam eorum naturam eleganti similitudine explicauit Esaias, cum dixit cap. 57. *Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum.* Quemadmodùm enim mare sua illa agitatione perpetua, & reciproca fluctuum reuolutione semper tempestatem minatur: ita impij, & Hæretici semper nouarum

Iob. 4. 8. D. Greg. Eccles. 7. 3. Esai. 57. 20.

rerum fluctus voluunt, procellosasq; in Ecclesia tẽpestates excitare moliuntur. Verùm, vt annotauit D. Hieron. expendens verba sequentia, sicut marini fluctus reuoluuntur ad littora, atq; iterum resorbentur, & in se fracti lutũ efficiunt, quod pedibus cõculcatur; sic impij tandem fracti æternæ conculcationi subiacebunt. Alij in eundem locum obseruarunt, sicut fluctus maris feriunt stabilitatem littoris, & in se ipsos reuoluti littus quidem lauant, ipsi autem lutum trahunt; ita Hæreticos persecutione sua Ecclesiam tanquàm stabile littus non mouere, sed tantùm lauare, cũ ipsi lutulenti, & immundi ipsa sua persecutione efficiantur. Eandem inquietam, & semper ad malum promptam Hæreticorum naturam habes & maris, & feruẽtis ollæ similitudine expressam Iob 41. vbi de Leuiathan dicitur. *Feruescere faciet quasi ollam profundum maris, & ponet quasi, cum vnguenta bulliunt.* Quo loco D. Hieronymus (si eius sunt illi commentarij) per mare hunc mundum intelligit, quem Diabolus quasi ollã carnali accẽdit concupiscentia, vt ferueat ad amanda terrena: id quod ad Hæreticos potissimùm spectat, qui perpetuò tanquàm olla à Dæmone succensa ad malum feruẽt. Illud autem, quod sequitur, *Quasi cum vnguenta bulliunt*, sic intelligit; vt quemadmodum sancti spiritualium gratiarum amore in Spiritu sãcto feruescũt, ita ad amorẽ mũdi homines præsentis vitæ desiderio quasi quibusdã succensionibus exardescãt. Illud etiam existimo indicari, suggestionẽ, & tentationẽ Leuiathan, quę facit, vt improbi tanquã olla carnalibus desiderijs efferuescant, eandem, cùm bonos exagitat, efficere, vt eorum pretiosa, & suauissima virtutum vnguenta, quæ abscondita animo latebant, tentationis igne calefacta ebulliant, & incredibilem ex se fragrantiam, & odorem affient: quod potissimùm ad tyrannorum, & Hæreticorum persecutiones referendum est, quibus maximè redolent virtutes Sanctorum. Itaque quo tempore nefarij homines tanquàm ollæ carnalibus desiderijs feruent, eodem ipsamet tentatione Sancti quasi pulcherrimæ phialę vnguentis virtutum ebullientibus mirificè redolent: quod autem virtutes vnguenta appellentur sponsa ipsa confitetur Cantic. 1. *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Quæ CRISTI vnguenta, cum ardentissimo passionis igne ebullierunt, vniuersum orbem suauissimo sui odore impleuerunt.

Quintò scorpionum sæuiorum caudæ septem habent internodia; sic enim hæresis septem habet internodia peccatorum, ideſt, peccata vniuersa complectitur, quæ septenario lethalium peccatorum numero, qui symbolum est vniuersitatis, cõprehenduntur: quamobrem meretrix illa cuius fit mẽtio Apocal. 17. super bestiam septem capitum sedere visa est: vbi obiter obserua, cùm mulier illa tanquàm eques super eam bestiam sedere describatur, nullam tamen frænorum mentionem fieri, quia hæresis per omnia septem vitia effuso, imò effræni cursu excurrit, nullis habenis belliæ cursum, & libertatem inhibens. Nec verò mirum videri debet hæresim vniuersam complecti malitiam, cùm duo illa generalia omnium peccatorum seminaria, superbiam dico, & cupiditatem, siue auaritiam, suo ambitu coerceat: ex enim, auctore D. Hieronymo multis in locis, maximè in Hæreticis dominantur: & quidem de superbia dicitur Eccles. 10. *Initium omnis peccati est superbia*: de cupiditate verò primæ ad Timoth. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Græcè ἡ φιλαργυρία, ideſt, amor argenti: ex quo manifestũ est Paulũ auaritiam intelligere: & prętereà, quia postquàm dixit: *Qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli*, statim subiunxit, *Radix enim omnium malorum est cupiditas.* D. Augustin. lib. 11 de Genesi ad literã cap. 15. existimauit sermonem esse non de auaritia, sed de cupiditate absolutè; quẽ etiam sequutus est D. Thom. 1. 2. q. 84. art. 2. vbi eam vtriusq; loci citati conciliationem excogitauit, videlicet cũ in ẽni peccato reperiatur auersio, & cõuersio, superbiã esse initiũ

D. Hieron.

Iob 41. 22.

D. Hieron.

Cant. 1. 4.

7 Hæresis peccata vniuersa complectitur.

Apocal. 17.

D. Hieron.

Eccles. 10. 15.

1. Tim. 6. 10

D. August.

D. Thom.

omnis

omnis peccari ex parte auersionis, cupiditatem verò ex parte conuersionis, subtiliter quidem, sed non congruenter Pauli instituto, qui vti diximus, non de cupiditate generatim, sed de auaritia loquitur, quam certum est non omnium scelerum materiam, & conuersionem comitari.

7

Hæretici, vt igni damnentur, omnino oportet.

Ioan. 15. 4.

Postremò. Fugantur scorpiones, si aliqui domi exurantur: sic hæreses exterminari non possunt, nisi aliqui Hæretici Vulcano committãtur. Id quod probari potest ex Ioannis 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foràs sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Quem locum non solùm ad pœnas damnatorum apud inferos, sed etiam hic ad Hæreticorum damnationem pertinere immeritò inficiatur Alfonsus à Castro lib. 2. de iusta Hæreticorum punitione, cap. 12. Hoc ipsum iam superiùs annotauit Ambros. in eo, quòd Samson ardentes faces vulpium caudis alligauit, vt ita Philistæorum messes, atque oliueta deperirent: idemque non obscurè significauit Regius vates Psalm. 67. cum dixit. *Increpa feras arundinis.* Quo loco plerique volũt ductam esse similitudinem à venatoribus, qui cum apros de arundineto, aut quercero cupiunt foràs educere, ignẽ admouent, eoque admoto exeunt apri, quod ni faciant, igne pereunt. Itaque postulare Regium Prophetam à Deo, vt feras arundinis, ideſt, Hæreticos increpet, per ignem nimirum, vt eiusmodi feræ admoto igne, vel egrediantur, hæresimque abiurent, vel si nolint, penitùs comburantur. Habitare autem Dæmonem, eiusque sectatores, ac potissimùm Hæreticos quasi feras in arundineto palam est ex Iob 40. *Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus.* Alia similitudine ad idem insinuandũ vsus est Paulus 2. ad Timotheum 2. cũ hæresim cancro morbo comparauit. *Prophana autem, & inaniloquia deuita, multùm enim proficiunt ad impietatẽ: & sermo eorum vt cancer serpit.* Non solùm, quia, vt vult Theophylactus, cancer morbus est, qui omnia circumiecta depascitur, sed etiam, quia igne tantùm curari potest sic enim hæresis non solùm sui contagio omnia inficit, quam ob causam Ps. 1. *Cathedra pestilentiæ* vocatur, quæ non tantùm sedentes, sed vicinos quosque etiam grassante in dies, ac serpente lue corripit; sed etiam quia non nisi igne adhibito exterminari potest. Denique aduertendum est ex Francisco Georgio Veneto in sua Harmonia cant. 1. tono 4. c. 31. cor Scorpionis cęlestis esse in tertio gradu Sagittarij, præsidereq; lapillis pretiosis sardonio, & amethysto, imo serpentium, ac Dæmonum fugæ, quod sic accipiendum videtur, vt cor scorpionis, qui est in octaua sphæra, respodeat gradui tertio Sagittarij, qui est in primo mobili: ponunt enim Astrologi duodecim signa in octaua sphæra ex syderibus figurata, & alia duodecim sine figuris in primo mobili: quæ obseruatio ad rem, de qua agimus, maximè pertinet; consentaneum enim rationi est, vt scorpionum, ideſt, Hæreticorum corda Sagittario, ideſt, Diuinæ, & humanæ iustitiæ telis subiecta sint, in eaque tanquam in scopum seueræ animaduersionis sagittæ collimentur. Rectè etiam subdit Venetus eam scorpionis cum Sagittario conuenientiam pretiosis lapillis, imo etiam Dæmonum fugæ præsidere, non quòd sydera vllam in Dæmones vim habeant, sed quoniam exterminatis Hæreticis fugantur Dæmones, fidei etiam, & virtutum reliquarum pretiosi lapides magis rutilãt.

Psal. 1.

Franc. Venet.

Atque hæc de visione, & mysterio locustarum.

Castro.

D. Ambros.

Psalm. 67. 31.

Iob. 40. 16.

2. Tim. 2. 16.

Theophylact.

COMMENTARIVM TERTIVM EXEEGTICVM.

De tertia visione Ioannis.

Visio imaginaria sexti Angeli describitur.

SECTIO I.

I

COMMEMORata quinti Angeli visione in priori parte huius capitis, nunc in posteriori Ioannes sexti Angeli visionem commemorat, quæ huiusmodi est. Primùm. Sexto Angelo tuba canente audiuit Ioannes vocẽ vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Secundò. Soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, diem, mensem, & annum ad occidendam tertiam partem hominũ. Tertiò. Vidit numerũ equestris exercitus (proculdubiò quem quatuor illi Angeli collegerunt) vicies millies dena millia, seu vt habetur Græcè, duas myriades myriadum; quanquam in Biblijs Complutensibus non est *Duæ myriades miriadum*, sed absolutè *Myriades myriaduu*, quod ferè eodem recidit. Est autem myrias idem, quod decem millia, quo fit, vt vna myrias myriadum sit idem, quod decies millies decem millia, & duæ myriades myriadum vicies millies decem millia, ideſt, ducenties mille millia, siue decies millies viginti millia, vel vicies mille myriades, quod vulgò est, bis centum milliones; quem numerum ait Ioãnes se audiuisse. Quartò. Equites eiusmodi equorum habebãt loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, nimirum vel quòd singuli equites haberent loricas partim igneas, partim hyacinthinas, partim sulphureas, vel quod alij eas haberent igneas, alij hyacinthinas, alij suphureas. Quintò. Capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum procedebat ignis, fumus, & sulphur, habebantq; potestatẽ suam in ore, & in caudis: erant enim caudæ similes serpentibus, desinentes videlicet in capita serpentium, ijsque nocebant. Postremò. Duæ reliquę partes hominum (tertia enim pars ab ijs plagis interfecta deperijt) neque occisæ sunt, neque tertię partis occisæ miserabili interitu admonitæ egerunt pœnitẽtiam, vt ne Dæmonia, & simulachra aurea, argentea, ærea, lapidea, & lignea adorarent, neque alieno malo sapere voluerunt, vt ab homicidijs, veneficijs, furtis, & fornicatione abstinerent.

Myrias idem, quod decẽ millia.

Lyrani, & quorundam aliotum expositio commemoratur.

SECTIO SECVNDA.

NICOLAVS de Lyra, & Petrus Aureolus Cardinalis in comment. super Apoc. & D. Antoninus 1. p. Chronicorum titulo 6. cap. 1. §. 7. existimarunt hoc loco prænuntiari à Ioanne schisma illud inter Laurentium, & Symmachũ de summo pontificatu contẽdentium: quæ sententia, vt intelligatur, simulque rationes, quibus inferiùs eam oppugnare instituimus, bene perspectæ, & exploratæ esse possint, res ipsa quomodò acciderit, priùs est breuiter explicandũ.

I Lyranus. Petr. Aureol. D. Antonin.

Schisma inter Laurẽtium, & Symmachum, quarum ordine, declaratur

Igitur

Igr Anastasio secũdo Põtifici maximo, qui sedem Romanam tenuit tempore Trasimundi Vandalorum Regis, infestissimi Ecclesiæ hostis, successit in Põtificatu Symmachus ex Sardinia oriundus, maxima cleri, populiq; Romani dissensione. Etenim vna pars Symmachũ apud basilicam Constantinianam, altera Laurentium Romanum apud basilicam Mariæ in via noua deposcebat. Concilium Rauennæ indicitur, discussaq; re præsente Theodorico Romanorum Rege Ariano Symmachus confirmatur, qui Laurentium competitorem suum Episcopum Nucerinum creauit: erat enim Symmachus suauissimis moribus, vnde ducentos, & viginti Episcopos à Trasimundo Vandalorum Rege Ariano relegatos in Sardiniam sustentauit. Quatuor annis post iterum seditio Romæ cooritur Festo, & Probino senatorij ordinis Laurentium reuocantibus, & Pontificem maximum deposcentibus: qua seditione cõmotus Theodoricus Petrum Altini Episcopum Romam mittit, qui pulsis Laurentio, & Symmacho pontificatum occuparet. Cæterùm Symmachus coacta synodo centum, & viginti Episcoporum obtinuit, vt Petrus, & Laurentius in exiliũ amandarentur: tanta autem ob huiusmodi dissensionem concitata est Romę seditio, vt quamplurimi tum ex clero, tum ex populo cæderentur, nec sacris parceretur virginibus toto eo triẽnio, quo hæc seditio perdurauit. Fuit hoc ordine quartum in Ecclesia schisma circa annum Domini 502. de eoq; scripserunt Niceph. lib. 16. histor. Eccles. cap. 35. et Theodorus lector libro 2. Collectaneorum, eiusq; facit mentionem D Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 40. vbi docet Paschasium Cardinalẽ Apostolicæ sedis Diaconum Laurentium elegisse, & omnium posteq; vnanimi cõsensu Symmachum verum Pontificem declarantium superatum, in sua tamen sentẽtia vsque ad diem obitus sui perstitisse, colendo, & præferendo Laurentium, quem Episcoporũ iudicio præesse sibi Ecclesia recusauit. Simul etiam refert eundem Paschasium post obitũ Germano Capuano Episcopo apparuisse in thermis Angulanis tanquàm inpœnali loco deputatum maximos patientem calores, quòd pro Laurentio contrà Symmachum sensisset: ex quo colligit Gregorius eum non malitiæ, sed ignorantię errore peccasse: itaque, cum adhuc in purgatorio esset, dalmaticam eius feretro superpositam Dæmoniaco tangenti sanitatem attulisse.

Nicephorus. Theod.

D. Greg.

Sciendum præterea, quo tempore Anastasius Imperator huius nominis primus Eutychiana hæresi infectus Cõstantinopoli imperabat, eodem Theodoricum regem Arianum in Italia cũ summa potentia regnasse. Cum verò Anastasius à dissẽsionibus abhorreret, neq; quicquam rerum nouarum excitari in Ecclesia pateretur, vt refert Nicephorus lib. 16. hist. cap. 15. factum est, vt eius temporibus Chalcedonensis synodus (quę fuit quarta œcumenica, seu generalis) aduersùs Eutychetem duas in Christo naturas negantem congregata, neq; palam per ipsum constitutionibus imperialibus promulgaretur, neque etiam reprobaretur: itaq; sicut quibusdam Ecclesiarum præsidibus videbatur, tale de ea erat iudicium, quidam que recipiebant, alij non solùm reijciebant, sed anathemate etiam tãquam hæreticam iugulabant: quibusdam duas naturas in Christo verè, alijs vnam tãtùm impiè astruentibus: quod malum eò processit, vt quælibet Ecclesia in factiones diuideretur, & Orientales, atq; Occidentales, imò etiam Lybicæ partes in multas sectas dissectę fuerint: tãta confusio, mentiumq; caligo orbẽ vniuersum incesit? Porrò Anastasius tametsi pacis amantissimus, eorum tamẽ, qui nouas res moliebantur, temeritate commotus, quoscunq; præter morem nugas agere, & impudenter sanctam synodum damnare, vel etiam apertè eandem in templis deprædicare intelligebat, è thronis vtroscq; reijciebat, atq; ad eum modum multi Episcopi mulctati sunt. Denique Anastasio successit Iustinus: Theodoricus verò adhuc superstes Romam, & Italiam obtinebat, acerrimus Arianæ hęresis propugnator,

2 Nicephorus.

quoniam'

Quoniam verò Iustinus Catholicus Imperator Hormisdæ Pontificis maximi suasu,& consilio præcepit per totũ Orientale imperium,vt nullus siue Episcopus, siue Sacerdos Arianus permitteretur, Theodoricus minacibus literis Imperatorem compulit,vt edictum illud reuocaret,imò Ioannem Pontificẽ maximum,qui Hormisdę defuncto successerat, coegit, vt Constantinopolim trãsiens id Imperatori suaderet, alioquin se per totam Italiam in Catholicos sæuiturum. Itaq; restitutę iterũ sunt ecclesiæ Episcopis, & Sacerdotibus Arianis.

3 Fuit autem Theodoricus natura crudelis. Etenim Boetium Seuerinum virum consularem,atque doctissimũ trucidari præcepit; ipsumq; Ioannẽ summum Pontificem ex Constantinopoli reuersum in carcerem detrudi imperauit,vbi fame,&squallore obiens martyrij palmam promeruit. Theodorici mortem,& pœnas apud inferos refert D.Grogorius lib.4.Dialog.cap.30. vbi docet ostensum fuisse per visum sancto cuidam viro in insula Lypara degenti,propè quam est alia insula, quæ Vulcanus appellatur, Theodoricũ eo ipso die,quo obijt,inter Ioannem Papam,&Symmachum Patritium discinctum,atque discalceatum, vinctisquè manibus deductum,& in vicinam Vulcani ollam iactatum fuisse: tunc Gregorius, *Quia,* inquit, *Ioannem papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidauit, iustè ab illis in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniustè iudicauit.*

D.Greg.

Sexti Angeli iuxta quorundam sententiam literalis expositio.

SECTIO III.



Gitur iuxtà ea, quæ paulò ante dicta sunt, Nicolaus de Lyra, Petrus Aureolus Cardinalis, & D. Antoninus locis citatis ita visionem sexti Angeli interpretantur. Sextum Angelũ, qui tuba cecinit, volunt esse aut Paschasiũ Cardinalem Apostolicæ sedis Diaconũ, qui causa fuit eiusmodi schismatis eligẽdo Laurentiũ Antipapam,aut ipsum met Laurentium, qua ex re magna in Ecclesia turbatio orta est. Auditam verò fuisse vnam vocem ex quatuor cornibus altaris aurei,idest,vocem ipsius Paschasij,quæ ex cornibus altaris aurei audita dicitur: quoniam Paschasius vnus erat de collegio Cardinalium Ecclesiæ Romanę,vbi Laurentium Papam acclamauit. Quatuor Angelos volũt esse symmachum Papam,Laurẽtium Antipapã, Anastasium Imperatorem infectum hęresi Eutycheris, & Theodoricum Regẽ Italiæ Arianum: tunc aiunt hos quatuor Angelos ligatos aliquanto tẽpore fuisse in flumine magno Euphrate, idest,in imperio Romano,quod Euphrati flumini comparatur,quòd vnum sit ex quatuor orbis imperijs: quemadmodũ Euphrates vnum est ex quatuor terrestris paradisi fluminibus: ligatos, inquã, idest,impeditos,&cohibitos ab Ecclesia persequenda, deinde solutos,vt Ecclesiam perturbarẽt, Symmachum quidẽ, & Laurentium de summo pontificatu contendentes,Anastasium verò,& Theodoricum pro sua quemq; secta,& hæresi depugnantes. Facile verò fuit eos soluere, quià parati erãt in horam, diẽ, mensem,& annum,idest,omni tempore promptissimi ad occidendam tertiã partem hominum,idest,magnã Catholicorum partem, quoniam quamplurimi seditionibus,& factionibus concitatis vtrinq; fuerunt interfecti: imò Theodoricus vniuersę Italiæ interitum minabatur,nisi Anastasius Ecclesias Arianis Episcopis,& Sacerdotibus restitueret,vt paulò superiùs docuimus. Quoniam autem omnes prouinciæ subiectę Anastasio,& Theodorico pro suo quæque principe decertabant, & Ecclesia propter schisma in factiones diuisa dissidebat; idcircò infinita eorum multitudo per equites vicies millies dena millia,posito numero certo pro incerto,ut aiunt,exprimitur.

Lyranus. Petr. Aureol. D.Antonin.

Prędicto schismati verba cõtextus applicantur.

Adhęc,equites habebant loricas igneas

2

neas, propter ardorem nocendi; hyacinthinas, ideſt, cœleſtis coloris, propter apparentem zelum religionis, & fidei; denique ſulphureas, propter ſœditatem, ac turpitudinem vitæ: quæ expoſitio placuit D. Antonino: aut certè, vt vult Petrus Aureolus, Symmachus, & Laurentius habebant loricas hyacinthinas propter hypocriſim, & ſimulationem ſanctitatis; Theodoricus igneas propter hæreſim Arianam; Anaſtaſius ſulphureas propter Eutychianum errorem. Equorum capita tanquàm leonum erant, propter ſummam crudelitatem: de ore eorum procedebat ignis, videlicet æmulationis inter Symmachum, & Laurentium; fumus irę, & ſuperbiæ, & ſulphur hæreſis inter Theodoricum, & Anaſtaſium. Habebant equi poteſtatem in ore, & caudis, quoniam tàm inter Symmachum, & Laurentium, quàm inter Anaſtaſiũ, & Theodoricum res non ſolùm ore, ideſt, diſputationibus, & minis, ſed etiã caudis, ideſt, occultis fraudibus, & ſimulationibus agebatur. Deſinebant autem caudæ in capita ſerpẽtium propter calliditatem, & aſtutiam perſequẽdi modis omnibus rem Catholicam. Denique cum ſubiungitur: *Cæteri homines, qui non ſunt occiſi in his plagis* &c. Exiſtimant Lyranus, & Diuus Antoninus tangi obiter magnam quandam paganorum cædem, quæ tempore Theodorici facta eſt, Saxonibus videlicet in bello aduerſùs Thuringos dimicantibus: vbi vtrinque magna edita ſtrage, quamplurimi paganorum, qui ſimulachra Deorum impiè adorabant, miſerrimè & corpore, & animo perierunt. Hæc ad mentem horum Doctorum dicta ſint.

D. Antonin. Petr. Aureol.

Lyranus. D. Antonin.

Precedens Lyrani expoſitio refellitur, & communis ſtatuitur.

SECTIO IIII.

QVANQVAM cõmemorata Lyrani expoſitio quibuſdam aliis placuerit, nobis certè minimè probatur. Primùm, quia ex quatuor illis Angelis ligatis in Euphrate, atque adeò proculdubiò malis (aliàs enim nõ tanquàm vincti, & veluti in carcerem detruſi deſcriberentur) vnũ facit Symmachum optimis, & ſuauiſsimis moribus Pontificẽ, ab omniq; ſeditione, & crudelitate alienum, qui non ambitioſè, & arroganter, vt Laurentius, Põtificatum ambiebat, ſed pro veritate ſuæ electionis ſanctiſsimè depugnabat: deinde, quia alienum videtur Euphratrem Meſopotamiæ fluuium Romanum interpretari imperium, eoquòd vnum ſit ex quatuor imperiis, quemadmodum ille vnum eſt ex quatuor terreſtris paradiſi fluminibus: nã ſi ita eſſet, nullo myſterio Ioannes Euphratem potiùs, quàm Tygrim, Geon, aut Phiſon poſuiſſet. Adhæc quanuis illud ſchiſma ſeditioſum fuerit, cùm tamen non totam Italiam occupauerit, quin potiùs Romæ tantùm præcipuè viguerit, non erat, cur Ioanni duę myriades myriadum, ideſt, ducenti milliones equeſtris exercitus in aciem educti, & expediti apparuerint. Fruſtrà verò ad cogendum tantum exercitum commemorantur Anaſtaſij Imperatoris, & Regis Theodorici ſimultates, cum nulla inter eos bella mouerentur, nec vnquàm vnius aduerſùs alterum conſcripti milites legerentur; imò Theodoricus ſola comminatione Anaſtaſium ad reſtituendas Eccleſias Epiſcopis, & Presbyteris Arianis compulerit. Denique non video, qua conſecutione Ioannes ab ſchiſmate Laurentij ad Saxonum, & Thuringorum certamina, vt volunt nominati auctores, nullo narrationis nexu, nullo rerum geſtarum ordine tranſierit, cum tamen ipſa viſionis

series,& narrationis contextus, manifestè ostendat, id quod hac postrema capitis parte commemoratur, ad præcedentem quatuor Angelorum, & innumeri illius equitatus visionem pertinere.

2

Beda. Richar. Vict. Andr. Cæsar. Rupert. Arethas. Haymo. Pannon. & alij Antichristi, & extrema mundi tempora.

Existimamus igitur cum communi sententia, quam sequuntur Beda, Richardus de S. Vict. Andreas Cæsariensis, Rupertus, Arethas, Haymo, Pannonius, & alij, hanc visionem ad extrema mundi tempora esse referēdam: quòd verò præcedere debeat tempus Antichristi, ex eo quidam conantur ostendere, quòd in fine capitis duæ partes impiorum, quæ superesse debent, describuntur adorare simulachra aurea, argentea, lapidea, lignea; cum tamen Daniel cap. 11. dicat Antichristum omnia idola euersurum illis verbis: *Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentia fœminarum, nec quenquam Deorum curabit, quia aduersùm vniuersa consurget.* Quarè sextus Angelus, qui tuba cecinit, præcipuus quidam est Dæmon iuxtà ea, quæ initiò visionis septem Angelorum suppositimus. Audita est vox vna ex quatuor cornibus altaris aurei, nimirùm egressa ab ipso Dei cōspectu, qui in cælo tanquàm in templo residens ante se altare quoddam aureum habere describitur, in quo ei supremę adorationis thymiamata à beatis illis mentibus offerantur; ducta similitudine à templo Salomonis, in quo erat altare thymiamatis aureum, in quo odores incendebātur. Sic enim etiam Paulus Hebr. 9. in cælo posuit Sancta sanctorum, quæ Christus tanquàm verus Pōtifex maximus semel per suum sanguinem ingressus nobis aperuit, ducta similitudine à tabernaculo Mosaico. Hac voce præcipiebatur prædicto sexto Angelo, vt solueret quatuor Angelos, qui ligati erant in flumine magno Euphrate, quos plerique, vt refert Andreas Cæsariensis, existimarunt esse Michaelem, Gabrielem, Vrielem, & Raphaelem: quam ipse opinionem non approbat, affirmans esse pessimos Dæmones, satisque ex eo ostenditur, quià non est, cur boni Angeli aliquo in loco vincti teneantur. Quocircà meritò ferè omnes Doctores interpretātur vniuersitatem Dæmonum quaternario numero, qui quatuor orbis partes complectitur, comprehensam, ligatos in Euphrate, idest, in congregatione impiorum, quæ per Euphratem Babylonis, idest, confusionis fluuium exprimitur, qui soluti dicuntur extremis tēporibus; quia tunc ex Dei, qui eos modò ligatos tenet, permissione multùm poterunt, & veluti è carcere exeuntes, atque in rem Catholicam debacchantes liberè volitabunt, & Ecclesiam vniuersam modis omnibus diuexabunt. Nihilominùs non displicet Franciſci Riberæ sententia in comment. huius loci existimantis, quod hic dicitur, quatuor Angelos, idest, Dæmones ligatos esse in Euphrate, ita vt verba sonant accipiendum, cum id nihil absurdi cōtineat, quemadmodum Tobiæ 8. legimus Raphaelem apprehendisse Dęmonium Asmodęum, illudque in deserto superioris Ægypti religasse. Eodēm igitur modò verisimile est quatuor quosdam præcipuos Dæmones religatos esse in flumine Euphrate: in eo autem potiùs, quàm in quolibet alio flumine, quià Euphrates fluuius est Babylonis, quæ propter significationem confusionis ciuitas dicitur impiorum, habitationi Dæmonum accommodata.

Daniel. 11. 37

Franc. Riber.

Tobię. 8.

Hebr. 9.

Andr. Cæsar.

Hi igitur quatuor Satanæ Angeli soluendi sunt in fine mundi, maximumq; Dęmonum inferiorum suprà reprobos tanquam super equos insidentium exercitum collecturi ad bellum Ecclesiæ indicendum, qui exercitus propter potentiam equestris, propter multitudinem autem propemodùm infinitam ducentorum millionum describitur: vnde non mirum, si tertia pars hominum ab eo dicatur occidenda, quam tertiam partem non hominum in vniuersum, sed impiorum duntaxat esse probabile quidam existimant; in quos nimirū Deus eorum Dæmonum, & reproborum ministerio animaduertet. Etenim hoc ipso cap. in quinto Angelo locutus etiam solùm nocuisse dicuntur hominibus, qui signum Dei in frontibus suis

3

non

non habebant: & confirmari adhuc potest ea sententia, quià si hęc tertia pars est hominum in vniuersum, cum duæ reliquæ partes dicantur in impietate sua, & idololatria permansuræ; sanè post illam internecionem nulli iusti remanerent, qui fidem, & religionem tuerentur. Eorum verò equitum terror, quem omnibus inijcient, simul etiam in rebus gerendis celeritas in loricis igneis declaratur: in hyacinthinis verò, ideſt, cœlestis coloris simulatus veræ religionis cultus: denique in sulphureis fœditas, & turpitudo morũ; simul etiam inferni cruciatus, qui ipsos, & eorum sectatores manent iuxtà illud Psalm. 10. *Ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Psal. 10. 6. Equi sunt ipsi impij, suprà quos Dæmones equitabunt, sicut & CHRISTVS super Apostolos equitare dicitur Abacuch 3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.* Abac. 3. 8. Horum igitur equorũ capita tãquàm leonũ visa sunt propter summã crudelitatem, qua in omne genus hominũ grassabuntur: caudæ verò in capita serpentium desinunt; quià vbi finis videbitur eorum crudelitati impositus, inde rursùs noua mala replicabuntur. Itaquè caudæ, ideſt, fines malorum capita erunt, ideſt, initia futurorum, quæ quoniam cùm omnium malorum, præcipuè verò schismatum, hæresum, & idololatriæ veneno coniuncta erunt, idcircò tanquàm serpentium apparuerunt: atquè ex his iam fit perspicuum, quomodò horum equorum potestas in ore, & caudis posita memoratur. Denique reliquę duæ partes impiorũ, quę supererunt (tertia enim, vti diximus, occidetur) in sua impietate persistent, nequè pœnitentiam agẽt, sed adorabunt omnis generis Dæmonia, & ea omnia simulachra, quæ à Ioãne commemorantur.

Cur loricę equitum hyacinthinę describantur?

Et qui sedebant super eos, habebãt loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas.

SECTIO V.

1 IVR LORICÆ equitum, ideſt, Dæmonum, & reproborum igneę, & sulphureæ apparuerint, in promptu est rationem afferre, vt ex ijs, quæ diximus, perspicuum relinquitur. Illud solùm meritò aliquis quęrat, cur etiam hyacinthinæ describantur? videbitur enim hyacinthi cœlestis species, & pulchritudo minimè in Dæmonum armaturam conuenire. Sciendum est igitur hyacinthum & florem, & gemmam esse: de gemma loquitur Plinius lib. 37. hist. naturalis cap. 9. vbi inter alia, *Multùm*, inquit, *ab amethysto distat hyacinthus: differentia hæc, quòd ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu gratus, euanescit antequam satiet, adeoq; non implet oculos, vt penè non attingat, marcescens celeriùs nominis sui flore.* Hyacinthus flos est etiam coloris violacei, eumq; auctore eodẽ Plinio lib. 21. cap. 11. comitatur fabula duplex, luctum præferẽs eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt figura Græcarum literarum *Ai* legatur inscripta: itaque hyacinthus tam gemma, quàm flos coloris est cælestis, atque inde factũ est, vt ad cælestia repræsentãda adhibeatur: vnde est illud Cant. 5. *Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* Cant. 5. 14. Dicuntur autẽ manus Christi plenæ hyacinthis, ideſt, cælestium gratiarum gemmis, quas liberaliter in homines spargit. Eodem sensu accipi potest illud Ezech. 16. quod ad Hierusalẽ sub pulchræ fœminæ typo dicitur: *Calceaui te hyacintho.* Ezech. 16. 10. Verè enim iustus calceatus est hyacintho, ideſt, spe rerum cælestium; qua veluti calceamento munitus per asperitatem deserti huius vitæ sine læsione potest incedere, quod calceamenti genus cõmẽdatur in sponsa Cant. 7. cũ dr: *Quam pulchri sũt gressus tui in calceamẽtis, filia Principis.* Cant. 7. 1. Possumus etiam cum plerisque eo loco per hyacinthum exempla spiritualium, & cælestium virorum intelligere, quibus tunc nos calceamus, cùm

Hyacinthꝰ flos & gemma est.

Plinius.

Liberalitas Christi ergà homines.

actionum nostrarum gressus operum, quæ ipsi egerunt, consideratione munimus; præcipuè verò virginum, quæ peculiari ratione per hyacinthum accipi debent, eoquòd virginitas maximè cælestis, ac Diuina sit: sicut etiã per ferrum, & æs Martyres, & Confessores accipiuntur à nonnullis in benedictione illa, qua Moyses tribum Aser benedixit Deut. 33. *Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum, & ferrum, & æs calcamentum eius: sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua*: quanquàm ad literam illud significatur sortem Aser, ideſt, portionem terræ illi attributam olei, ferri, & æris vsque adeò feracem fuisse, vt possent postea Aser oleo pedem tingere, & ex ferro, atque ære calceamenta conficere, eoquòd multis metallorum fodinis abundaret.

Deut. 33. 24.

Quoniam igitur hyacinthus cœlestem colorem refert, inde factum est, vt quatuor illorum Angelorum equitatus loricas hyacinthinas habuisse dicatur, quoniam per hypocrisim zelum fidei, & religionis simulabunt, nihilq; aliud se, quàm amorem cœlestium, & verum Dei cultũ procurare. Sic enim Hypocritę solent se se, quantũ possunt, ad Sanctorum vitam, & mores per simulationem effingere ad gloriam, honores, opesque hoc artificio aucupandas. Quæ conditio explicatur similitudine struthionis Iob 39. cum dicitur. *Penna Struthionis similis est pennis herodij, & accipitris*: quę vt meliùs intelligatur, sciendum est ex Plinio lib 10. hist. natur. c. 1. struthiocamelos Africos altitudinẽ equitis equo insidentis excedere, celeritate vincere; ad hoc demùm datis pẽnis, vt currẽtes adiuuent, cætero non esse volucres, cum à terra non tollantur; vngulas ijs ceruinis similes bisulcas comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contrà insequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata mira natura, nec minor stoliditas; etenim in tanta corporis altitudine, si collum frutice occultauerint, latere se putãt. Ova in pretio sunt propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, & pennæ ad galeas adornandas: quæ omnia si expendantur, palam erit vix inueniri posse Hypocritarum illustriorem typũ. Primò enim, vt obseruauit D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 6. quemadmodum struthio similitudinem pennarum habet accipitris, sed non volatum: & alas quidem ad volandum erigit, sed nequaquam se à terra volando suspendit; ita Hypocritæ dum bonorum vitam simulant, imitationem quandam sanctæ conuersationis habent, sed veritatem non habent: volandi pennas habent per speciem, sed in terra repunt per actionem: alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere prægrauati minimè à terra subleuantur. Secũdò. Hypocritæ vngulas habent ceruinis similes, quia, quantùm possunt, laborem subterfugiunt; & persecutionis tẽpore, cùm à charitate non vrgeantur, timidissimi sunt, & fugacissimi. Tertiò. Lapidibus insequentes petũt, quoniam si verbis lacessas, subitò exanclescunt. Quartò. Si colla frutice occultauerint, latere se reliquo putant corpore: quoniam Hypocritæ si colli inflexione humilitatem simulent, & arrogantiam celent, perperam existimant reliquis omnibus actionibus latere posse: cum tamen ipsa se vitia intus latentia necessariò interdum prodant. Quã simulationem cauendam monuit Apostolus ad Colossenses 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum*, ideſt, vt interpretatur Diuus Hieronymus; *Nemo ficta humilitate superbus, & Angelos se videre mentiens frustrà se superbum iactet*. Denique struthionis pennę aptæ sunt ad galeas adornandas, quoniam fallacia Hypocritarum figmenta, dum mentita sanctitatis speciem virtutis exhibent, accommodata plerisque interdum videntur ad honores, & tiaras Pontificias obtinendas.

Iob. 39. 16.

Plinius.

D. Greg.

Coloss. 2. 18.

D. Hieron.

Hypocritarũ simulatio.

2

Cur

Cur potestas equorũ in ore, & caudis sita dicatur, & cur caudę in capita serpentium desinant?

Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, & in his nocent.

SECTIO VI.

1

RODIGIOSI sanè equi Ioanni apparuerunt, quippe qui capita habuerint leonina, caudas instar serpẽtiũ, & in serpentina capita desinentes, cætero corpore equina forma, ore ignẽ, fumũ, & sulphur vomentes: quod monstri genus ad viuum exprimit Hæreticos, quibus quasi equis Dæmones insident. Illud tamen multò videtur mirabilius, quòd potissimam in caudis potestatem exererent, easq; haberent in serpentina capita desinentes. Igitur cur potestas equorum in ore, & caudis sita fuerit, rationem reddit D. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 28. super illa verba capitis 41. quæ de Leuiathan intelligũtur: *Portas vultus eius quis aperiet?* quo loco D. Gregor. per portas vultus Leuiathã Hæreticos intelligit; quia per ipsos tãquàm per portas quisque ingreditur, vt Leuiathan in potestatis suæ principatu videat, sicut è cõtrario Doctores sacri portæ Sion appellantur. Deinde quod sequitur, *Pergyrum dentium eius formido*, de secularibus potestatibus Hæreticorũ fautricibus interpretatur. *Quis*, inquit, *istius Leuiathan dentes*, idest, magistros Hæreticos *non despiceret, si non eos per circuitum potestatum secularium terror munire? duplici enim calliditate agunt. Etenim quod ab Hæreticis magistris verbis blandientibus dicitur, hoc à Principibus eorum fautoribus gladiis ferientibus imperatur: quæ vtrorũq; actio in Ioannis Apocalypsi breui est sententia comprehensa, qua dicitur: Potestas equorum in ore, & caudis eorum erat. In ore nanque Doctorũ scientia; in cauda verò secularium potentia figuratur: nam per caudam quæ retrò est, huius seculi postponenda temporaliter designatur. Istis ergò equis, idest, nequissimis prædicatoribus vbiq; carnalium impulsu currentibus in ore, & in cauda potestas est: quia ipsi quidem peruersa suadenda prædicant, sed temporalibus potestatibus fulti perta, quæ retrò sunt, se exaltant.* Hactenùs Gregorius. A quo eandem rationẽ mutuati sunt Haymo, & Ansbertus in hunc locum, illud addẽtes ideircò caudas in serpentiũ capita desinere, ad eosdem nimirùm impios Principes exprimẽdos, qui dracones in sacris literis appellari consueuerunt, veluti Ezech. 29. vbi ad Regẽ Ægypti ita loquitur Dñs: *Ecce ego ad te Pharao draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorũ*: & Hierem. 51. ex persona Hierusalem de Nabuchodonosor conqueritur: *Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis, reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco, repleuit venter suum teneritudine mea.* Atque ex hac expositione illud obiter collige, quo loco habenda sint omnia temporalia, & ipsa orbis imperia, siquidem iuxtà Gregorij sententiam, per caudas, quæ retrò sunt, exprimuntur, vt virtuti, ac iustitiæ postponenda intelligantur.

Hæretici secularium Principum potentia fulti.

Haymo. Ansbertus.

Ezech. 29. 3.

Hierem. 51. 34.

In Hæreticis tã quam in equis Dæmones insident.

D. Greg.

Iob. 41. 5.

2

Secũda ratio est, quia Hæretici lubrici sunt, & tortuosi instar serpentiũ; lubrici quidẽ, quià vbi caput immiserint, idest, initia decipiendi sumpserint, sensim totũ corpus insinuãt hæresum suarũ venena latè fundẽtes: tortuosi autẽ, quia non recta ingrediuntur. Quod ad primũ attinet, hanc serpẽtis lubricã ad sese insinuandũ naturã in serpẽte illo antiquo, quẽ in hoc vt in cæteris Hæretici imitãtur, expendit D. Greg. lib. 17. Moral. cap. 18. super illa verba capitis 26. *Spiritus eius ornauit cælos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Quis*, inquit, *colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostis? serpẽs quippe non solũ tortuosus est, sed etiã lubricus, quia suggestioni eius si primò nõ resistitur, repẽte tot ad interiora cordis, dũ nõ sentitur, illabitur: sed obstetricante manu Dñi tortuosus coluber de propriis cauernis expulsus est, quia dũ nobis Diuina gratia medetur, is*

Hæretici lubrici, & tortuosi.

Iob 26. 13.

D. Greg.

qui nos tenuerat antiquus hostis eiicitur, iuxta illud Ioan. 12. Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras; dum enim corda infidelium tenuit, quasi manum ad latibula serpentis misit; quemadmodum cecinit Esaias cap. 11. Delectabitur infans ad vbera super foramine aspidis, & in cauernam reguli qui ablactatus fuerit, mittet manum suam. Quod verò ad obliquitatem spectat, manifestum id est ex cap. 27. Esaiæ, cũ dicitur. *Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum.* Vbi primùm aduerte ex D. Hieronymo vectem appellari Dæmonem, siue claudentem, quod genus humanum tanquam vectis quidam ferreus carcere concluserit, suæque potestati subiecerit. Cur autem simul appellatur tortuosus, explicauit D. Basilius in Psalm. 32. super illa verba. *Rectos decet collaudatio. Serpens*, inquit, *qui ad peccatum nobis inuentor fuit, obliquus dicitur, & in serpentem draconem obliquum Dei ensis apud Esaiam inducitur, quoniam multas spiras, & inuolucra facit in itinere: serpentis nauque tractus inæqualiter per humum serpit. Itaque qui serpentem imitatur, inæqualem etiam suam re ipsa exprimit vitam, sicut qui è diuerso vestigia Dei sequitur, rectas semitas, rectaque pedum vestigia facit: quoniam rectus Dominus Deus noster, & refulgidum, siue æquitatem vidit vultus eius.*

Ioan. 12. 31.

Esai. 11. 8.

Esai. 27. 1.

D. Hieron.

D. Basil. Psal. 32. 1.

Sed cur equorum caudæ in capita serpentium desinunt? Richardus de S. Victore eam rationem affert; quoniam improbi dum nequunt aperta persecutione nocere, per occultam, & fraudulentam simulationem nocendi sumunt initia. Luculentiorẽ adhuc reddit Ioachimus. *Quia*, inquit, *cum putantur ab inferendis malis quiescere, tunc ex insperato deteriora mala committunt, & ita caudæ eorum, ideſt, finis præcedentium malorum in capita desinunt, ideſt, initia futurorum.* Id quod expressum est Iob cap. 6. vbi de impiis dicitur. *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum*; quia videlicet improbi, & nefarij homines alia mala in alia replicant, quemadmodum exponit D. Greg. lib. 7. Mor. cap. 14. *Omne*, inquit, *quod inuoluitur, in semetipsum replicatur.* Benè ergò de reprobis dictu: *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum*: quia ad consueta semper mala replicantur, & quasi extra se tensi ad semetipsos per circuitum redeunt: quo pertinet illud Psalm. 11. *In circuitu impij ambulant.* Etenim circulus in quolibet puncto, quod designaueris, & finitur, & incipit.

3 Richar. Vict. Impij fraudulenter nocent.

Ioachimus.

Iob. 6. 18.

D. Greg.

Psalm. 11. 9.

CAPVT X.

ET VIDI ALIVM ANgelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis: & habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram: & clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et

cum

cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Signa quę locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Et Angelus, quem vidi stantem super mare, & super terram, leuauit manũ suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum, & ea quę in eo sunt: & terram, & ea quę in ea sunt: & mare, & ea quæ in eo sunt: Quia tempus non erit amplius: sed in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut Euangelizauit per seruos suos Prophetas. Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librũ apertum de manu Angeli stantis super mare, & super terram. Et abij ad Angelum dicens ei, vt daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari vẽtrem tuum, sed in ore tuo erit dulce, tanquam mel. Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce: & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus: & dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.

ARGVMENTVM.

PERSEQVITVR *Adhuc Ioannes sexti Angeli visionem, quæ totum hoc caput decimum, imò ferè totum vndecimum comprehendit. Quod attinet ad visionem imaginariam, primùm vidit Ioãnes Angelum quendam fortem descendentem de cælo, amictum nube, gestantem cabite iridem, cuius facies erat vt sol, & pedes tanquam columnæ ignis, habebatq; in manu apertum libellum. Secundò. Posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram, & clamauit voce magna instar rugientis leonis. Tertiò. Cum clamasset, locuta sunt septẽ tonitrua, quorum voces iubetur Ioannes scribere, & prohibetur scribere. Quartò. Angelus, qui stabat super mare, & super terram, manum suam in cælum sustulit, iurauitq; per viuentem in secula seculorum, tempus amplius non futurum; sed in diebus vocis septimi Angeli mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas, consummandum. Quintò. Audiuit Ioannes vocem de cælo ad se loquentem, vt de manu Angeli stantis super mare, & super terram, librum apertum acciperet, quem cum accepisset, & ex præcepto eiusdem Angeli deuorasset, illum quidem in ore tanquam mel dulce, sed in ventre tamen sensit amarum. Postremò. Dixit illi Angelus: Oportet te iterum gentibus, & populis, & linguis, ac Regibus multis prophetare.*

COMMENTARIVM QVARTVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Quid nobis videatur de hac visione sentiendum?

SECTIO PRIMA.

1

COMMVNIS opinio, quam sequuntur Beda, Primas. Richar. Victor. Pannon. & alij, hunc Angelum Dei fortem Christum Dominum interpretatur, qui de cœlo descenderit per incarnationis mysterium; iridem capite gestauerit, hoc est, pacem mundo attulerit; librũ habuerit apertum in manu, hoc est, mysterium gratiæ reuelauerit; instar leonis rugierit, idest, futuræ damnationis pœnas terrifica voce denunciauerit, tẽpusque amplius post iudicium non futurum iure iurando confirmauerit; pedem dextrũ super mare, sinistrũ super terrã posuerit, idest, Gentilẽ, Iudaicũq; populum suæ potestati subiecerit; denique post eius vocem septem tonitrua locuta fuerint, idest, Apostoli eius fidem per vniuersum terrarum orbem prædicauerint: vnde & filijs Zebedæi Christus Boanerges, idest, filij tonitrui nomen imposuit Marc. 3. Cœterùm hęc expositio nobis non satis probatur: quorsùm enim hoc loco ad incarnationem, & primum Christi aduentum recurrat Ioannes, qui totus iam est in secundo, extremisque mundi temporibus describendis? Quarè existimamus hoc capite præparationẽ quandã præmitti ad ea, quæ capitib⁹ sequẽtibus dicẽda sunt de tẽporib⁹ Antichristi. Itaq; ne de iustitiæ Diuinæ seueritate, quæ tunc maximè exercebitur, cõqueri homines possint, nunc Deus Angelum quendam mittit ad Ioannem, qui nouis comminationibus iure iurando confirmatis de mundi fine, & mysterio in tuba septimi Angeli consummando fagitiosos homines perterreat, & à scelerum turpitudine auocet, atque ad iram ipsius per pœnitentiam mitigandam adhortetur.

Beda. Primasius. Richard. Vict. Pannon. Per angelum Dei fortem Christus adũbratur.

Marc. 3.

Præparatio ad Antichristi tẽpora.

Igitur hic Angelus fortis descendẽs de cœlo, irim in capite gestans, cœteraque instar nobilissimi cuiusdam legati ornamenta præferens (vt vult Andr. Episc. Cæsarea Cappadocia) Angel⁹ est bonus, Christi Domini personam gerens: nec desunt, qui eundem illum Angelum putent, quem capite 5. Ioannes vidit prædicantem voce magna: *Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?* librum verò, quem tunc aperire optabat, apertum iam ab Agno modo portare, vt Ioanni tradetet. Apparuit porrò indutus vestimentis legationi conuenientibus, quę ipsam etiam legandi causam indicarent. Primùm namq; amictus erat nube ad indicandam eorum temporũ confusionem, densamq; errorum caliginem, qua mortales alienissimis illis temporibus impliciti versabuntur. Iris in capite oblatam à Deo pacem, & fœdus significat, si homines pœniteant. Pedes ignei contrà, ni pœniteant, iracundiam, & furorem; similitudo columnarum fortitudinem, & potentiam ad supplicia impijs inferenda. Alterum habebat super mare, & alterum super terram; quià omnia sua magnitudine complectitur, nè quisquã siue in mari, siue in terra furorem eius subterfugere posse arbitretur. Rugitus instar leonis iræ magnitudinem indicat. Locuta sunt septem tonitrua; qui-

2

Andr. Episc.

Apocal. 5. 2.

per

cat. Locuta sunt septem tonitrua; quia per omnium creaturarum vniuersitatem, quæ in septenario numero solet intelligi, aduersus impios vsque adeò terrificus apparebit, vt vbiq; tonare videatur iuxtà illud 1. Reg. 2. *Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit.* Iubetur Ioannes tonitruorum voces signare, ideſt, tacita secum cogitatione notare, nec tamen scribere: fortasse ne tantorum malorum, quæ ipsi offensa sunt, prænunciatione perterriti mortales animo concíderent, & in salutis desperationem venirent. Quod sequitur de iure iurãdo, ad tempus post iudicium pertinet: quod mysteriũ, cur dicatur in voce septimi Angeli consummandum, eo loco docebimus. Iubetur etiam Ioannes librum apertum sumere, & deuorare, vt in eo nimirùm legat, & cogitatione reuoluat, quæ per reuelationem deinceps de Antichristi tempore, & fine mũdi debet accipere, & Ecclesiæ nuntiare: quem in ore dulcem, in ventre sentit amarum; quia ipsa prænotione rerum futurarum delectatus, paulò post tot, tantorumq; malorum mortales expectantium cogitatione incredibilem animo dolorem cepit. Denique, quod Ioãni dicitur oportere illũ iterùm prophetare gentibus, illud significat Ioãnem ex insula Pathmos, vbi omnes istę visiones accidebãt, in Asiam minorem reuersurum, & Euãgelium, quod post Apocalypsim scripsisse initio huius operis diximus, multis annis prædicaturum, relicturumq; posteris; qua de re inferiùs disputabimus. Nunc ea, quę generatim, & vniuersè de huius visionis mysterio perstrinximus, minutiùs concidamus.

1.Reg.2.10.

Cur Christus pedes instar columnarum ignis habere dicatur?

Et in primis prima de misericordia, & iustitia expositio affertur.

SECTIO II.

I AMETSI per hunc Angelum fortem non ipsum Christũ, sed Angelum quendam sanctum Ioanni loquentem cum Andrea Episcopo Cæsareæ intelleximus, minimè tamen dubitandũ est, quin Christum is Angelus repræsentauerit, eiusque personam gesserit; atq; adeò omnia eius ornamenta ad Christum multo meliori iure pertinuerint. Quoniam igitur de iride, quę super caput eius apparuit, multa diximus cap. 4. nunc illud est ordine disquirendum, cur eius pedes tanquàm columnæ ignis dicãtur: sic enim græcè est καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρός. Prima expositio est per duos pedes Christi duas eius virtutes præcipuas misericordiam, & iustitiam significari, quarum alteram in primo aduentu potissimùm ostendit, alterã in iudicio demonstrabit: esse enim vtranq; veluti pedes Christi, quibus ad nos venire consueuit, non obscurè significauit Regius vates Ps. 24. *Dulcis, & rectus Dominus: propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas.* Etenim hoc sensu locũ intellexit Remig. & D. Aug. qui inter alia, *Dulcis*, inquit, *& rectus est Dominus, qui post misericordiam vocationis, & veniæ, quæ habet gratiam sine meritis, digna vltimo iudicio merita requirit: quas autem vias docebit nisi misericordiam, qua placabilis, & veritatem, quia incorruptus est? quorum vnum præbuit donando peccata, alterum merita iudicando: & ideò vniuersæ viæ Domini duo sunt aduentus filij Dei, vnus qui dẽ miserantis, alter verò iudicantis.* Hæc ille. Itaq; duobus his quasi pedibus ad nos venit Christus: ambo autem instar columnarũ sũt propter firmitatẽ, & potẽtiã, quã in misericordiæ, & iustitię operibus declarat. Porrò istæ columnæ sũt igneę propter amoris ardorẽ, quẽ non miserãdo solũ, sed puniẽdo etiã demõstrat: hãc enim ob causã dixit spõsa Cãt. 5. *Crura illi⁹ colũnæ marmoreæ, quæ fũdatæ sũt super bases aureas.* Verè enim duo hi pedes Chri, colũnę sũt fũdatę super bases aureas charitatis, quę tã in misericordiæ, quã iustitię operib⁹ mirificè resplẽdet.

1

Pedes Christi misericordia, & iustitia.

Psalm. 24. 8

Remigius. D. Augustin.

Cant. 5. 15.

2 Misericordia pes Christi dexter, iustitia sinister.

Et verò pedem dextrum misericordiæ, sinistrum iustitiæ dixerim multas ob causas. Primùm, quia pes dexter multò est fortior, quàm sinister; sic enim fortiorem se, ac potentiorē Deus in suæ ergà homines misericordię argumēris, quàm in operibus iustitiæ demonstrauit. Vnde Moyses cum misericordem Deum appellauit, fortem dixit Exod. 34. *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens*, seu, vt alij transferūt ex Hebræo, *Fortis, & misericors*. Id quod etiam conceptis verbis dixit Apostolus Rom. 9. illis verbis: *Volens Deus ostendere iram, & notam facere potētiam suam, sustinuit in multa potentia vasa iræ*: quo loco non solùm significatur Deum iram simul, & potentiam ostendisse in puniēdo Pharaone, de quo paulò ante locutus fuerat Apostolus, & propterea illū patienter tanto tempore sustinuisse; sed hoc ipsum, quòd eum tandiù sustinuit per misericordiam, maximū fuisse suæ potentiæ argumētum. Sic enim eum locum intellexit D Chrysost. homil. 16. super epist. ad Rom. *Non vult*, inquit, *Deus suum robur per supplicium innotescere, sed per beneficentiam, & liberalitatem. Tulit igitur Pharaonem multo tempore suam simul declarans bonitatem, & potentiam*. Idē expressè dicitur Sap. 11. *Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam*. Vbi obseruanda est illa consecutio, non enim dictum est: *Misereris omnium, quia misericors es*, sed, *quia omnia potes*, idest, *quia omnipotens es*. Ratio huius rei ea afferri potest ex eo, quòd Deus sit omnipotens, omnia quasi nihil, & indigna sua ira, & indignatione reputare iuxtà illud Poëtę, *Dignum te cæsaris ira--- Nullus honor facit*. Aut certè, quod magis placet, quia irā posse cohibere, & peccantibus parcere excelsi cuiusdā, ac generosi est animi, & qui nō impotēs sit sui, sed potēs maximè ad sibi, quidquid tandem acciderit, imperandū: quo fit, vt hæc in Deo excellēs, præstansq; natura eius animi, vt ita dicam, magnitudinem, imò & omnipotentiam declaret. Meritò igitur D. Fulgent. epist. 7. ad Venātiam de recta pœnitentia expendens illud Esaiæ 55. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominū, & miserebitur eius, quia multus est ad ignoscendum*, sic ait. *In hoc multo nihil deest, in quo est omnipotens misericordia, & omnipotentia misericors; tanta est autem benignitas omnipotentiæ, & omnipotētia benignitatis in Deo, vt nihil sit, quod nolit, aut non possit relaxare cōuerso*. Deniq; idē canit Ecclesia, cum dicit: *Deus, qui omnipotentiam tuam parcēdo maximè, & miserando manifestas*.

Esai. 55. 7.

Exod. 34. 6.

Rom. 9. 22.

Deus indulgēdo potentiam suam ostendit.

D. Chrysost.

Sap. 11. 24.

D. Fulg.

Deindè, quia motus à dextro pede incipit: etenim, vt auctor est Philosophorum Princeps lib. 2. de cælo cap. 2. dextrum vniuscuiusque id esse dicimus, vnde principium motionis emergit, conuersionisq; cęli principium id est, vnde oriuntur stellæ; hoc est dextrum, sinistrum, vbi occidunt: sic igitur principiū Diuinæ motionis misericordia est, indeq; Diuinarum gratiarum pulcherrima sydera tāquàm à parte dextra oriuntur; occidunt verò ad lęuam propter iustitiam. Quam ob causam ferè in sacris literis priùs misericordia, quā iustitia nominatur, veluti Psalm. 24. *Dulcis, & rectus Dominus: & vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas*: & Psal. 100. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*: & Psalm. 60. *Misericordiam, & veritatem eius quis requiret?* & multis alijs in locis. Indè etiam est, quòd Deus ex primaria voluntate cælum in beatorum domiciliū fabricauit: gehennam verò non nisi ex secundaria in damnatorum pœnam effecit, vt non obscurè hoc ex capite à dextra parte, hoc est, à misericordia suę motionis initium sumpsisse dicendus sit. Ita docet D. Chrysost. in priori parēnesi ad Theodorum lapsum his verbis: *In hoc quidem creauit nos Deus, ut regnum cælorum tribueret, non vt in gehennam detruderet, quæ propter Diabolum facta est. Vtrūque verò Christus subindicat Matth. 25. cum se dicturum commemorat ijs, qui à dextris stabunt: Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: ijs autem, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius*. Nec verò credēdus est D. Chrysost. negare gehennam fuisse etiam paratam reprobis hominibus; sed illud

3 Aristoteles.

Psal. 24. 10.

Psal. 100. 1.

Psal. 60. 8.

D. Chrys.

Matt. 25. 34. 41.

tantùm

tantùm affirmare fuisse post Dæmonis, & assectarum Angelorum casum, qui peccatum hominis antecesserit, constitutam: atque adeò non ex intentione primaria inter ipsa mundi opera, sed ex Dæmonis peccantis occasione fabricatam.

4

Misereri proprium est naturæ Diuinæ, punire quasi extraneum.

Denique, quoniam quemadmodùm dextrum illud dicitur, quod magis est naturæ accommodatum; sinistrum verò, quod præter naturam accidit: ita misereri proprium est naturæ Diuinæ; punire verò quasi extraneum, hoc est, à sceleribus, quæ patrantur, occasionem, materiamq; accipiens. Vtrunq; habes Esai. 28. *Vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* In quem locum D. Hieron. *Contra impios*, inquit, *irascetur Dominus, vt faciat opus suum: non est enim opus Domini perdere, quos creauit; sed facere opus alienum: peregrinum enim est, & alienum ab eo, vt puniat, qui est saluator.* In eundemq; sensum dicitur Thren. 3. *Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum*, idest, Non est cordis sui punire, sed id facit prouocatus: quomodò enim ex animo dicatur punire, qui Gen. 6. *Tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creaui.* Atque hanc promptam, & facilem ad misserendum naturam Christus, vbi primùm natus est, ostendit: ea enim ipsa die, qua fuit in lucem editus, Romæ in Transtyberina regione fontem olei voluit scaturire, qui integrum diem sine intermissione manauit, vt argumento esset ipsum, vbi primùm in terris pedē posuit, simul dextrum misericordiæ pedem quam primùm ostentasse, eoq; suę clementiæ, & misericordiæ fontē aperuisse, ex quo omnia beneficiorū genera continenter dimanarēt. Sic scribūt Sabellicus lib. 2. Enneadis 7. & Platina in vitis Pontificū in Iesu Christo: quanquàm hoc prodigium non ipso die ortus Christi, sed multò anteà accidisse probabilius videatur: quēadmodùm testatur Euseb. in Chron. Paul. Diac. lib. 7. de gestis Romanorū, Paul. Oros. lib. 6. c. 19. qui addit eiusmodi signum gratiam per Christum large effundendam portendisse.

Esai. 28. 21.

D. Hieron.

Thren. 3. 33.

Gen. 6. 7.

Sabellicus. Platina.

Eusebius. Paul. Diac. Paul. Orosius.

Duæ aliæ expositiones de Christi pedibus instar columnarum explicantur.

SECTIO III.

I

PRÆTER superiorē de Christi pedibus instar columnarū expositionem, qua diximus duo eius præstantissima attributa misericordiam videlicet, & iustitiā expressa fuisse: sunt aliæ quoque duæ, quarum vna, quæ secunda sit ordine, habet per pedes columnis similes eam firmitatem, stabilitatemq; certæ, ac ratæ prouidentiæ significari, qua Christus omnia præpotenti virtute administrat, & ne in nihilum intereant, admirabili potētia sustinet: ita vt Christi pedibus tanquàm columnis firmissimis vniuersa mundi, & Ecclesiæ moles, ac fabrica sustentetur. Hoc etim sensu Theodor. intelligit illud Cant. 5. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas*: bases autem *aureas* nominauit, vt pretiosarum actionum decus declararet. Eandem Christi firmitatem expressit Apostolus illis verbis Heb. 1. *Portans omnia verbo virtutis suæ*: quod communiter interpretes ad vniuersi huius gubernationē referūt: aduertitq; Theophyl. non dictū esse *Gubernās*, sed *Portās*, sumpta metaphora ab iis, qui digito aliquid mouent, & aliò transferunt; vt significauerit Apostolus tale, tantùmq; pondus creaturarum adeò citrà negotium portari à CHRISTO; vt nihil baiulare videatur, quippe qui solo verbo omnia sustineat. Idē colligit Georgius Venet. in Harmonia cant. 2. tono 2. c. 9. ex illis verbis Pauli ad Colos. 1. *Omnia in ipso constant*: quæ verba videntur ad columnarum firmitatem alludere. Diuus etiam Gregorius lib. 2. Moralium cap. 12. expendens illud Esaiæ quadragesimo. *Quis appendit tribus digitis molem terræ? quis mensus est pugillo aquas, & palmo cœlos ponderauit?* & illud eiusdē Prophetę cap. sexagesimo sexto

Firmitas, & stabilitas prouidentiæ Christi per pedes columnis similes significatur.

Theodor. Cant. 5. 15.

Hebr. 1. 3.

Theoph.

Georg. Venet.

Colos. 1. 17.

Esai. 40. 12.

Esai. 66.1. D.Greg.

Cælum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum, sic ait: *Sedi, cui præsidet, interior, & exterior manet: cælum autem palmo metiens, & terram pugillo concludens dicitur; quòd ipse omnia contineat. Itaque per sedem, cui præsidet, intelligitur, quòd sit interiùs, suprà: per pugillum verò, quo continet, exteriùs, & subtèr. Nam super omnia est, & infrà omnia: superior est per potentiam, inferior per sustentationem: vbique præsidendo sustinens, & sustinendo præsidens.* Hęc ille. Quæ quanuis de Deo absolutè differat, tamen Christo etiam secundùm vtranque naturam tribuenda sunt, quippe cui secundùm naturam Diuinam creata omnia; secundùm humanam verò vniuersæ Ecclesię fabrica

Psal. 128.3.2.

innitatur: vnde est illud Psal. 128. *Suprà dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam*, hoc est, vt interpretatur Remig. Dorsum meum ædem sibi fecerunt flagellando: in qua

Remig.

fabricatione prolongauerunt iniquitatem suam, & ex opposito iustitiã meã: quod dicit ad cõsolationem auditorũ, ne illis molesta sit tribulatio, cùm iustitia inde crescat. Itaque suprà dorsum Christi fabricabatur Ecclesia, cùm verberibus cædebatur: quamobrem meritò eodem Psalm. canit Ecclesia: *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi*; ideſt, Non præualuerunt: quomodò enim euertere, & solo æquare potuissent illud ædificium, quod suprà Christi dorsum, hoc est, firmissimã

Theod.

petram erectũ fuerat? Obseruat Theodor. Aquilam, & Theodotionem eundem locum ita transtulisse: *Suprà dorsum meum arauerunt peccatores*: nam & in Hebræo propriè est: *Supra dorsum meum arauerunt arantes*: hoc enim sonant Hebręa verba, חרשו חרשים. Quod quidẽ Theodoretus refert ad flagella, & verberationes triumphatoribus Martyribus à tyrãnis inflictas: verùm ad Christi flagella spectare dubium esse nõ debet. Ea verò similitudine indicatur Christi dorsum quasi tellurem frugiferam fuisse, flagellis, & verberibus proscissam, & aratam, vt in eam sementis vniuersæ Ecclesiæ iaceretur; ex qua infinita fidelium seges breuissimo tempore pullularet: eodemq; modo suprà dorsum Martyrum arant persecutores, & seminant segetem meritorum; & iuxtà vulgatam editionem fabricant ipsis pulcherrimas gloriæ coronas. Non est autem prætereundum, quod sequitur: *Prolonguauerunt iniquitatem suam*: ea nimirùm est impiorum natura, vt iniquitatem semper extendant ducta similitudine, vt plerique volunt à funibus, qui vt longiores efficiantur, alij aliis nectuntur. Sic enim impij iniquitatem iniquitati quasi funem funi addunt; itaq; longissimum funem conficiunt, quò ipsi constringantur iuxtà illud Prou. 5. *Funibus peccatorum suorum constringitur impius.* Id verò tunc fit, cum iniquæ cogitationi iniquum consensum, consensui opus, operi consuetudinem, consuetudini necessitatem, necessitati excusationem, excusationi defensionem, defensioni impœnitentiam, impœnitentiæ desperationem adiiciunt.

Prou. 5.22.

Terria, & postrema expositio, quam etiam in hunc locum afferunt interpretes, ea est per hasce igneas columnas Ecclesiam accipiendam esse siue fideles, qui illis extremis temporibus tãquam pedes, id est, vltima membra Christi igne tribulationis probabuntur: qui columnis quidem propterea comparantur; quià prædestinati tanquàm columnę immobiles permanebunt: igneis verò columnis, quoniàm ardentissimo persecutionis igne eo tẽpore probati, toti incensi, ignitique rubebunt: præcipuè verò Euangelici cõcionatores, qui peculiari quadam ratione pedes Christi appellantur; quià iis tanquàm pedibus CHRISTVS incedat, vniuersumq; lustret orbem, vt iam aliâs diximus. Quòd verò ignis tribulationem significet, perspicuũ est ex illis verbis Psalm. 65. *Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum*: & paulò pòst: *Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*: vbi obseruanda est elegãs D. Augustini ratio, cur Deus Sanctos suos priùs per ignem, deinde per aquã in refrigerium educat. *Vas*, inquit, *quod in igne formatum est, aquam non timet: si autem solidatum igne non fuerit, tanquàm lu-*

2

Ecclesia, seu fideles extremis temporibus fidem rectè nantes columnis comparantur.

Psalm. 65.10.

D.August.

tum

tum aqua soluetur: noli festinare ad aquam, per ignem ad aquam transi, vt transeas & aquã, firmus esto aduersus ignem, coqui te oportet, tanquam vas fictum mitteris in caminum ignis, vt firmetur, quod formatum est. Itaque vult D. Augustinus hominem priùs bene probatum, tanquam igne coctum nullas iã ampliùs persecutiones, & labores formidare, quemadmodùm vas in igne coctum aquam non timet. Aduertendum est etiam non vacare mysterio, quòd argenti similitudo adhibetur, quod in igne fit purius: sic enim Sancti in tribulatione puriores euadunt. Cœterùm multi non sicut argentum, sed sicut plũbum conflantur, quod in igne consumitur, quoniam tribulationibus, & supplicijs deteriores efficiuntur: quod ad literam de Iudaico populo dictum est Hieremiæ 6. *Consumptum est in igne plumbum, frustrà conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.* Hierem. 6. 24.

Cur Christus dextrum pedẽ super mare, sinistrum super terram habeat?

Et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram.

SECTIO IIII.

I DVO IN huius sentẽtiæ explanatione desiderari videbantur, vnũ erat, cur Christus altero pede mare, altero terram premere describeretur? Alterũ, cur dextro potiùs pede, quã sinistro mare: sinistro autẽ potiꝰ, quã dextro terrã calcare visus fuerit? Cum ergo iã in superioribus priori dubitationi fecerimꝰ satis, significatum videlicet fuisse vniuersum terrarum orbem, qui terræ, mariscꝫ appellatione comprehendi solet, Christi Domini imperio, potestatiscꝫ subijciendum: superest, vt posteriorem diluamus.

2 Primùm igitur, vt plerisqꝫ in hũc locum annotarũt, Christus Dominus dextrum pedẽ, qui fortior est, & valentior, habet super mare natura inquietum, & procellosum, & quod ventis hincindè continuò excitatum feruet: sinistrũ verò, qui videtur imbecillior, super terrã natùra sua immobilem, eodemcꝫ semper consistentẽ loco, imò & quæ tutus esse portus solet nauigantibus: quoniã vbi maiores aduersùs Ecclesiam procellæ excitatę fuerunt, maiorẽ ibi vim, & fortitudinẽ Christus exeruit, & quasi super mare ambulauit, dextro potissimùm pede illud calcans, fluctusqꝫ omnes sua virtute, & imperio compescẽs, imò vt habes Marci 4. prçcepit vẽtis, & mari, *Et facta est tranquillitas magna*; vt meritò ab Ecclesiç persecutoribus vsurpari illud potuisset: *Quis putas est iste, quia ventus, & mare obediũt ei?* Id quod etiã multò ante prædixerat Regius Proph. Psalm. 88. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas*, hoc est, vt interpretatur D. Hieron. *Tu dominaris huius seculi potestatibus, & mitigas tentationes, quas cõmouent seruis tuis*: quç eadem mira potentia describitur Iob 9. *Qui graditur super fluctus maris, qui facit Arcturum, & Orionа*. In quem locum D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 5. 6. & 7. nomine maris intelligit sæculentem mundi huius amaritudinem: gradiquè ait Dominum super fluctus maris, quia cum se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius obstupefactione frangunt: *Qui enim*, inquit, *tumores humanæ vesaniæ mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat.* Deinde Arcturum septem stellis fulgẽtem interpretatur Ecclesiam septem candelabris iuxtà Apocalypsim Ioannis splendentem, hoc est, septem Spiritus sancti donis quasi sideribus coruscantem. *Quemadmodum igitur*, inquit, *Arcturus semper versatur, & nunquam mergitur: ita Ecclesia persecutiones Ethnicorum sine cessatione tolerat; sed tamen vsque ad mundi terminum sine defectu perdurat.* Denique Orionum nomine Martyres accipit: quemadmodùm enim Oriones in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur: ita Martyres pondus persequentiũ, molestiasqꝫ tolerantes quasi in hyeme veniũt. Illud porrò addiderim Orionẽ cũ

Vbi maiores in Ecclesiam procellę excitantur, ibi maioré vim Christus exercet. Marc. 4. 39. 40

Psal. 88. 10.

D. Hieron.

Iob. 9. 8.

D. Greg.

districto gladio depingi, qui tamen gladius ex sideribus constat, quoniam ille ipse persecutionis gladius, quo Martyres feriuntur, sideribus coruscat: imò totus siderius est, ex sideribusq; confectus: siquidem totidem Martyres sideribus rutilant, quot persecutionibus exercentur. Hanc dextri pedis calcantis mare fortitudinem obseruauit D. Augustinus super illa verba Psal. 92. *Mirabiles elationes maris*, seu vt ipse legit, *Mirabiles suspensuræ maris: mirabilis in altis Dominus. Suspensuræ*, inquit, *exaltationes maris sunt, cum enim irascitur mare, suspenduntur fluctus: mirabiles igitur suspensuræ maris, mirabiles minæ, mirabiles persecutiones. Sed vide, quid sequitur; Mirabilis in altis Dominus: turbabatur mare; fluctuabat nauicula; venit Dominus; ambulauit super mare; pressit fluctus: super mare enim ambulauit, hoc est, super capita istorum fluctuum magnorum spumantium: quoniã potestates, & Reges crediderunt, & subiugati sunt Christo.* Denique illud etiam in eandem sententiam plerique afferunt, quod dicitur Eccl. 43. *In sermone eius siluit vētus, & cogitatione placauit abyssum, & plantauit illum Dominus Iesus*: pro quo est Græcè: *Plantauit in ea*, ideſt, in abysso, νύσσους, hoc est, *insulas*: facilè autem fuit pro νύσσους legere *IESVS*: tunc verò additum fuit *Dominus*.

Psalm. 92. 4. D. Augustin.

Eccl. 43. 25.

3 Secundò, vt ait Parnon. & alij, habet Christus dextrum pedem super mare, ideſt, super populum Gentilium; sinistrum verò super terram, ideſt, super populum Iudaicum: quià enim dextrũ id vocamus, quod prosperũ, gratumq; est; sinistrum verò, quod aduersum, minusq; iucundum: meritò Dominus super Gẽtilem populum pedem dextrũ, super Iudaicum verò sinistrum posuisse dicitur, quia reiectis propter suam ipsorum duritiam Iudæis Gentilem populum adamauit. Itaque quemadmodùm Iacob in benedictione filiorum Ioseph dextram manum super iuniorem, sinistram super maiorem posuit: ita Christus Dominus mutatis pedibus dextrum super Gentilem populum, sinistrum super Iudaicum collocauit; cũ anteà è contrario res haberet. Quam ob causam dicitur Act. 13. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sed quoniam repellit illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Dominus* iuxtà illud Esaiæ 49. *Posui te in lucem gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.* Illud tamen meritò, quæres cur Hebræorum populus terræ, Gentilis maris appellatione expressus fuerit? Prima ratio est, quoniam Gentiles errorum fluctibus instar maris iactabantur, nec vllum ferre fructũ poterant sanctitatis: Iudæi autem veluti terra erant à Deo exculti, fructumq; eo tempore ferebant fidei, & probitatis. Et quidem quod ad Iudæos attinet, eos non solùm terram, sed terram conuersam in salsuginem, siue salinas, vt alij transferunt, appellat Regius Proph. Psalm. 106. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem, à malitia*, ideſt, propter malitiam *habitantium in ea*. De Iudæis enim à Deo reiectis eum locum intellexit D. Augustinus. *Quæris*, inquit, *apud Iudæos fidem Christi, non inuenis: quæris Prophetam, non inuenis: quarè hoc? quià posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salinas.* Quod verò Gentiles maris nomine exprimantur, docet D. Hieronym. super illa verba Abac. 3. *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum*, seu vt habent 70. *Superinduxisti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas.* Viã enim fecit Christus equis, ideſt, prædicatoribus suis in mari, cum eos ad prædicandum Gentibus misit. Propterea enim Apocal. 19. in equo albo sedere describitur verbum Dei, & consilpari à magno quodam exercitu in equis albis considente: *Ascendit*, inquit Hieronym. *Christus in Apostolis, & posteà in vno equo candido, quem alium non puto esse nisi Apostolum Paulum, super quem equitans omnem orbem peragrauit. Ascendit autem verbum Dei in equis suis, vt turbarentur aquæ multæ, hoc est, populi multi, vt errorem pristinum deserentes veluti conturbati venientem equitem susciperent.* Translationem Septuag. in eundem sẽsum sic accipit D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 18. *Misit Dominus in mare equos suos turbantes aquas multas: quietæ enim aquæ iacuerant; quià humanæ mẽtes diu sub vitiorum suo-*

Act. 13. 46.

Esai. 49. 6

Pf. 106. 33.

Abac. 3. 15.

Iudęis reiectis, gentilem populũ Christus adamauit.

Gẽtiles mare, Iudæi terra cur dicantur.

D. August.

Septuag.

Apostoli, & reliqui prędicatores, equi, quos Christus ascendit.

Apoc. 19.

D. Hieron.

D. Greg.

rum torpore sopitæ sunt: sed equis Dei mare turbatum est, quia missis sancti prædicatoribus omne cor, quod pestifera securitate torpuit, impulsu salutiferi timoris expauit. Quoniàm verò nostra translatio luti mentionem facit, id quoque explicauit Gregor. lib. 34. Mor. cap. 8. *Viam*, inquit, *fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum, ac si diceret: Aperuisti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi, sordida, & terrena sapientes. Per lutum enim desiderium sordidæ voluntatis exprimitur iuxta illud Psal. 68. Eripe me de luto, vt non infigar.* D. Ambr. lib. de Isaac, & anima, cap. 8. afferens eundem locum Abac obseruauit ideircò concionatores per equos animal bellicosum, & palmis consequendis inseruiēs designati; quoniā Christus equos suos, ideſt, Apostolos non ob aliud, quàm ad obtinendam palmam victoriæ ascendit.

Idem.

Psal. 68. 15. D. Ambros.

4

Illud postremò in eundem locum adnotauerim instar miraculi, & prodigij commemorari à Propheta, quòd Deus equos suos non super terram, neque super flumina, sed super ipsum profundissimum mare cōcitauerit, nec tamen aquarum multitudine obrui, & submergi potuerint, quin potiùs ipsum mare facili negotio turbauerint, quemadmodùm solet equus exiguum aliquem riuulum, cum pertransit, pedibus turbare. Sic nanq; Apostoli cursu suæ prædicationis Gentilitatis mare ingressi nunquàm vel Gentium humana sapientia, vel tyrannorum persecutionibus quasi fluctibus obrui, & inuolui potuerunt: quin potiùs ipsi aquas omnes turbauerunt, iisq; turbatis, ideſt, fallacibus Gentilium superstitionibus euersis in ipso mari, quod tāquàm prodigium Propheta commemorat, veluti equi discurrentes victoriæ palmā erecto fidei vexillo obtinuerunt. Id quòd ad literam dixit Paulus 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersùs scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Alias huius mysterij rationes, cur nimirū Iudęi terra, Gentiles mare dicantur: breuitati consulentes consultò prætermittimus.

2. Cor. 10. 4.

Septem tonitruorum mysteria explicantur.

Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

SECTIO V.

PRIMùm explicādum erit, cur per tonitrua concionatores Euangelici cōmuniter, vt diximus, ab interpretibus intelligantur, numero septenario propter vniuersitatem comprehensi? Deindè, cur post rugitum Angeli habentis pedem vnum super mare, & alterum super terram locuta fuerint voces suas? Denique, cur eorum voces signare Ioānes iubeatur, prohibeaturquè mandare literis?

1 Cōcionatores tonitrua cur dicantur.

Igitur concionatores tonitruorum nomine non immeritò accipi perspicuum est ex eo, quòd Christus Dominus Zebedæi filios duos nunirùm ex præcipuis Euangelij sui præconibus Boanerges, ideſt, tonitrui filios, quod ex Hebraico idiotismo idē est, atque tonitrua, appellauit Marci 3. vnde D. Aug. lib. 17. de ciuitate cap. 4. expendens illa verba Annæ matris Samuelis 1. Regum 2. *Dominum formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cælis tonabit*, seu, vt ipse legit iuxta Septuag. *Dominus ascendit in cælum, & sonuit*, docet Apostolos fuisse illa tonitrua, per quæ Dominus post ascensionem suam in vniuerso orbe tonuit. Est autem duplex potissima huius appellationis ratio præter alias, quas iam tradidimus cap. 8. Prima ducitur ex eo, quòd tonitruum maximè sonat, totumq; cœlum videtur concutere. Sic enim Apostolica prædicatio per vniuersum orbem mirum in modum insonuit: quam eandem rationem affert D. Hieron. (si eius sunt commētarij in Iob) cur Diuinitas verbi in humanitate

2

Marc. 3. D. Augusti.

1. Reg. 2. 10.

Septuag.

quasi

quasi in nube concluſa tonitruum appelletur Iob 26. *Cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri? Quaſi dicat*, inquit Hieronymus, *ſi aſſumptio formæ ſerui pènè ineffabilibus myſterijs continetur, & ad comparationem aſſumentis Dei ſtilla permodica eſt: quantò magis quiſque non poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri, ideſt, ipſam Diuinitatem? quæ ideò tonitrui nomine dicta eſt, quià de excelſo fama nominis eius in Chriſto* IESV *filio ſuo terris inſonuit, & hominibus fragore terribili innotuit.* Itaque iuxtà D. Hieron. Diuinitas in carne tonitruum fuit, quia maximè tonuit, ideſt, maximam ſui cognitionem per Chriſtum in mortaliũ mẽtibus ingenerauit. Secunda ratio eſt, quia tonitrua maximum ſolent mortalibus terrorem incutere, ad eundemq; modum Euangelij præcones propoſita Diuinorum iudiciorum ſeueritate hominum mentibus terrorem inijciũt iuxtà illud Pſalm. 103. *Super montes ſtabunt aquæ: ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.* Quam ob cauſam D. Gregor. lib. 17. Moral. cap. vlt. citatũ locũ ex Iob de ſecundo Domini aduẽtu ad iudicium interpretatur hoc ſenſu: *Si humilitatis eius admiranda vix ferimus: horrendum, atque terribilem maieſtatis eius aduentum qua virtute tolerabimus? quod tonitruũ aduentus illius inſinuauit Regius vates Pſalm. 49. Deus manifeſtè veniet: Deus noſter & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida.*

Deindè obſeruandum eſt non ſine myſterio dictum eſſe locuta ſuiſſe ſeptem tonitrua, poſtquàm Angelus ille rugijt. Pro quo aduerte ex D. Baſil. homil. 9. in Hexam. & D. Ambr. lib. 6. in Hexam. cap. 3. leonis voci tantùm naturaliter ineſſe terrorem, vt multa animantium, quæ per celeritatem poſſent impetum eius euadere, rugientis eius ſonitu velut quadam vi attonita, atque icta deficiant. Igitur poſtquàm Chriſtus à mortuis excitatus inſtar triumphantis leonis rugijt, inimicosq; ſuos rugitu ſuo perterrefecit; tunc verò Apoſtoli, omnesq; Euangelij præcones, qui anteà prę metu foràs prodire non audebant, cœperunt ſuæ prędicationis reboatu quaſi tonitruo vniuerſum orbem concutere, atque ad Chriſti Domini cultum plurimos tàm ex Iudæis, quàm ex Gentibus quaſi rugitu leonis iam obſtupefactos facili negotio pertrahere. Vnde Abac. cap. 3. non priùs Apoſtolicæ prędicationis felicem ſucceſſum retulit, quàm aduentum, & mortem Chriſti, eiuſq; de ipſa morte, ac Dæmone triumphum cõmemorauit. *Splendor*, inquit, *eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors, & egredietur Diabolus ante pedes eius.* Vide quid ſequitur: *Stetit, & menſus eſt terram: aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius*, hoc eſt, vt interpretatur. D. Hieron. *Stans Saluator, & cuncta perſpiciens, & oculo ſuo vniuerſitatem mundi metiens Gentium multitudinem diſſipauit, quibus diſſipatis contriti ſunt montes huius ſeculi, & incuruati colles.* Et rectè dicuntur incuruati; antè aduentum quippè Saluatoris erecta cervice gradiebantur: contriti autem, & incuruati ſunt ab itineribus æternitatis eius, id eſt, Dei; quià æternitas illius ad nos venire dignata eſt: vbi primùm cernis D. Hieronymum æternitatem Dei Deum ipſum interpretari, qui appelletur æternitas, quemadmodùm modò Reges appellamus maieſtatem: acſi Propheta diceret, *Ab itineribus ſuæ maieſtatis.* Cernis etiam, quod erat noſtrum inſtitutũ, poſtquam æternitas Dei, ideſt, Deus ipſe ad nos per incarnationem venit, (hæc enim eo loco dicuntur eius itinera,) tunc maximè montes, & colles, ideſt, huius mundi Principes ei incuruatos quaſi ſubditos paruiſſe, quod per Apoſtolorum prædicationem completum eſſe quis dubitet? Quid verò mirum videri debet, ſi Angelo illo, ideſt, Chriſto per reſurrectionem reſurgente tam feliciter ceſſit fidei prædicatio: cum idem Chriſtus in cruce ſolo aſpectu inimicos terruerit? Illud enim etiam de leone memoriæ proditum eſt eum ſolo aſpectu cæteras animantes perterrere, & quodammodò obſtupefacere, quod mirificè in Chriſtum cruci affixum conuenit: ibi enim inſtar leonis

ſolo

Iob. 26. 14.

D. Hieron.

Pſalm. 103. 6.

D. Greg.

Pſalm. 49. 3.

3

D. Baſil. D. Ambroſ.

Chriſtus à mortuis excitatus leoni comparatur.

Abac. 3. 4.

Chriſtus in cruce ſolo aſpectu inimicos terruit.

solo aspectu mundum non dico terrore, sed (quod est mirabilius) amore obstupefecit; quēadmodùm diserte verbis dixit Abac. cap. 3. cum de Christo in Cruce ageret: *Aspexit, & dissoluit gētes.* Atque hanc etiam ob causam præter alias videtur Iacob Patriarcha Genes. 49. Christum in Cruce leoni sub typo Iudæ filij comparasse, cum dixit: *Ad præ dam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo.* Hæc enim præda corda humana fuerunt, quæ Christus ex Cruce ad sui amorem pertraxit.

Abac. 3. 6

Gen. 49. 9.

4

Tertiò. Rupertus expendens verbū illud, *Locuta sunt*, obseruauit post Angeli rugitum locuta fuisse septem tonitrua; quia mysteria fidei ante aduentū Christi Prophetæ quidem sonabant; sed ita obscurè, vt articulatè loqui minimè viderentur. Itaque tonitrua quidem erant; sed tantùm tonabant, non loquebantur: post aduentum autem Christi Apostoli eadem fidei mysteria ita enucleatè, & explicatè prædicabāt, vt meritò dixeris hæc alterius rationis, & prodigiosa esse tonitrua, quæ nimirùm non tantùm inarticulatos sonos edere, sed articulatè etiam, & humano more loqui possint. In cuius rei figuram Deus cum in lege veteri sese sub nebulis, & nubibus ostēderet, Moysemq; ipsum legis veteris typum balbutientem reddidisset Exodi. 4. tamen in lege noua sub linguarum figura super Apostolos insedit; vt nimirùm, quę obscurè in lege veteri mysteria ostensa fuerant, Moysesq; balbutiendo indicauerat, eadem ipsi linguarum instar clarè, & articulatè loquerētur. Et quidem vt de alijs taceam mysteriis, certè in mysterio Trinitatis tonitruum se fuisse confusos, & inarticulatos edens sonos confitetur Hieremias, cum ait cap. 1. *A, a, a Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.* Ter enim dixit *A*, quæ balbutientis, & infantis adhuc pueri vox est propter tres personas Diuinas; vt indicaret se comparatione eius mysterij infantem esse, & nescientem adhuc articulatè loqui: è contrario verò non tibi videntur Apostoli tonitrua fuisse humanas voces promētia, loquentiaq; articulatè, cum Trinitatis mysterium ita explicatè proponebant, vt tres personas Diuinas suis nominibus *Patris, Filij, & Spiritus sancti* appellarent?

Ante aduentū Christi fidei mysteria obscurè, post enucleatè nimis prędicata sūt.

Exod. 4.

Hierem. 1. 6.

Quartò. Dicuntur tonitrua locuta voces non alienas, sed *suas*, hoc est, vt obseruauit Ambr. Ansbert. non Iudæorum fabulas, non Philosophorum nænias, non Hæreticorum furias, quæ voces alienæ sunt à conciionatore Euāgelico, cuius videlicet propria vox est sacrarum Scripturarum, ijsq; tanquàm suis propriis, ac germanis vocibus loqui debet: quam ob causam sacræ Scripturæ lectionem commendabat Apostolus Timotheo, cum dicebat: *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* 1. Tim. 4. Quem locum de lectione Scripturarum intellexit D. Chrysost. & est communis expositio. Atque ad hoc ipsum significandum D. Gregor. 2. part. curæ Pastoralis cap. vlt. & Beda in sua expositione super Exod. docent præceptum fuisse Moysi, vt vectes illi, quibus arca fœderis portabatur, semper in circulis arcæ aureis positi essent: sic enim legimus Exod. 25. *Facies quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, faciesque vectes de lignis setim, & operies auro, inducesq; per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec vnquā ab eis extrahētur.* Etenim iuxtà Greg. & Bedæ sentētiā per *Arcā* Ecclesia accipitur: *Cui*, inquit Greg. *quatuor circuli aurei, id est, quatuor Euangelia per quatuor angulos iubentur adiungi, id est, in quatuor mundi partibus prædicari: vectes de lignis setim fortes sunt, perseuerātesque Doctores: idcircò enim lignis setim imputribilibus comparantur, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes Ecclesiæ vnitatem denunciāt, & quasi intromissis circulis arcam portant: vectibus nanque arcam portare est per bonos Doctores Ecclesiam ad rudes infidelium mentes prædicando deducere: qui auro iubentur operiri, vt dum sermone alijs insonant, ipsi etiam vitæ splēdore fulgescant: de quibus rectè subiungitur: Qui semper erunt in circulis, nec vnquàm ab eis extrahentur: quià nimirum necesse est, vt qui ad officium prædicationis excubant, à sacræ lectionis studio non recedant: adhuc nanque vectes esse in circulis semper iubentur, vt cum portari*

5

Ansbert.

Sacrarum scripturarum lectio conciionatoribus commendatur.

1. Tim. 4. 13.

D. Chrysost.

D. Greg. Beda.

Exod. 25. 21.

D. Greg.

arcam

arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur: sed circulis vectes inhæreant, vt Doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes testamenti arcam sine mora eleuent, & quicquid necesse est, protinùs doceant. Hactenus Greg. Eodem spectat illud, quod ad sponsam dicitur Cant. 4. *Fauus distillans labia tua sponsa: mel, & lac sub lingua tua.* Quem locũ Theodor. in suis comm. super Cantica de concionatoribus intelligit, qui debent conciones suas ex sacris potissimùm literis cõcinnare: *Ecclesiæ*, inquit, *Doctores significat, qui quasi fauos apũ in labris gerunt, & mellis diffluant stillis: nec verò mel tãtùm habentes, sed etiam lac cuique cibum promunt salutarem, & cum infantibus commodũ, tum perfectis etiam congruentem. Faui verò mellis, qui in Doctorum gestantur labiis, sunt Diuinæ Scripturæ, quæ continent apes tum ceræ, tùm mellis effectrices, sacros nimirùm Prophetas, & Apostolos, qui per Spiritus sancti prata volitantes, & Diuinarum scripturarum construẽtes cellas, easque doctrinæ melle, ac nectare distendentes vtilitatem ad nos transmiserunt. Ac ceræ quidem litera videtur similis; melli verò sensus, qui in ea est reconditus: huius mellis stillæ piorum è Doctorum labris manant.* Hæc ille.

Cant. 4. 10.

Theodor.

6 Denique iubetur Ioannes septem tonitruorum voces signare, prohibeturq; mandare literis, tum ne fideles tantorum malorum, quę tonitrua suis vocibus extremo tempore euentura minabantur, commemoratione animo concíderent, vt initio huius commentarij diximus: tum etiam, vt plerique hoc loco obseruarunt, quià non omnià Diuina mysteria vulganda sunt omnibus iuxtà illud Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus: neque margaritas vestras proiicite antè porcos, ne conculcent eas pedibus.* Quam ob causam Clem. Alex. lib. 5. Strom. refert Ægyptios solitos in valuis templorum sphynges, quæ animalia symbolum sunt obscuritatis, & ænigmatum, collocare: illud significantes Diuina non passim, neque omnibus vulganda, sed occulta debere esse, vt maiestatem præ se ferẽtia in maiori pretio habeantur. Verùm de hoc aliàs.

Non omnia Diuina mysteria vulganda sunt Matt. 7. 6.

Clem. Alex.

Cur Angelus gestans capite iridem tanto apparatu iurauerit tempus amplius nõ futurũ.

Leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum, & terram, & mare: Quià tempus non erit amplius.

SECTIO VI.



ON EST leuiter prætereundum, quod Angelus ille habẽs pedem dextrum super mare, sinistrum super terram tanto apparatu enunciauerit tempus amplius non futurum. Etenim vt Ioannes scribit, amictus erat nube, & gestabat capite pulcherrimam iridẽ: tunc verò leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus non erit amplius: quæ omnia ostendunt magnam quandã rem, ac terrificã enunciasse, vt ex ijs, quæ mox dicemus, palàm fiet. 1 2

Igitur obseruandum primò rẽ pretiosissimam esse tempus: vnde ei & efficiendo, & partiendo fabricauit Deus clarissima solis, lunæ, & stellarum lumina Gen. 1. *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas.* Maximum verò temporis pretium ex eo potissimùm æstimatur; quòd vel vno eius instanti infinita gloriæ æternitas emitur: etenim vno tantùm instanti potest quis æternitatẽ gloriæ promereri. Quam ob causam monemur omnes temporis tanquàm rei pretiosissimæ rationẽ habere plurimam, nec illud temerè disperdere. Eccles. 4. *Fili conserua tempus, & declina à malo:* & 14. *Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat.* Vsque

Tẽpus res pretiosissima.

Gen. 1. 14.

Eccli. 4. 23. Et 14. 14.

adeò

adeò autem Regius vates vel minimam temporis particulam perdere verebatur, vt celeritate operandi cum sole ipsò contenderet; imò eum prœuenire, & anteuertere certaret, ne periculum videlicet incurreret vel vnius instantis deperdendi: sic ait Psalmo 118. *Prœuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua: quasi diceret*, inquit Ambrosius sermone 19. in eum Psalmum, *Prœueni orientem solem; graue enim est, si te otiosum in stratis radius solis orientis inueniat. An nescis, quòd primitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debes? quotidiana tibi messis, quotidianus est fructus? vnde Sponsa Canticorum 3. In cubiculo, inquit, meo in noctibus quæsiui, quem diligit anima mea: ideò meruit inuenire, quia etiam in cubiculo, & in noctibus quæsiuit.* Hæc ille. Idem confitetur Ps. 76. *Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus*: ideſt, vt interpretatur D. Hieronymus: *Antequàm aliquis vigilaret, ego vigilabam.* Quidam ex Hebræo ita transtulerunt: *Tenuisti custodias*, ideſt, *palpebras oculorum meorum*; nè scilicet dormire possem. Alij sic: *Prohibebam suspectum oculorum meorum: stupebã, & non loquebar*, hoc est, Considerans peccata oculos ad cælum erigere non audebam: & ideircò quasi stupefactus tacebam præ confusione turpitudinis meæ. Nec video, vnde D. Augustinus legere potuerit, *Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei*: quod ipse de vigilantia Dæmonum nos tentantium intelligit, quasi diceret: Plus illi vigilauerunt ad decipiendum me; quàm ego ad custodiendum. Nec verò tempus dunta xat orientis solis anteuertere Regius Propheta conabatur; sed ipsam etiam ætatem, ne videlicet tempus aliquod ętatis vel minimum otiosè transigeret; quèadmodùm ipse ait Ps. 118. *Prœueni in immaturitate*; sic enim legendũ est iuxtà 70. cũ Græcè sit ἐν ἀωρίᾳ, i. *Ante horã*, seu *ante tẽpus*: quèadmodùm accepit D. Ambros. sermone 19. in eum Psalmum. *Ante horam*, inquit, *& ante tempus prœueniebat Dauid: qui enim Dominum deprecatur, non præscripta præcipuè tempora præstolatur; reclequè ait: Prœueni in immaturitate: præcurrit enim ætatis maturitatẽ, quisquis in adolescẽtia positus senilẽ grauitatẽ induit, & iuueniles annos veterana conscientia regit. Sed fortassè dicas: Quomodò scriptũ est Eccl. 3. Tẽpus omni rei sub cœlo est? Si tempus omni rei sub cælo, quãtò magis sub Deo, non super Deum?* Hæc ille.

Secundò. Est aduertendum hoc tam pretiosum tempus modò in nostra esse potestate, datum videlicet nobis à Deo ad bene operandum. Vnde Paulus Gal. 6. *Bonum*, inquit, *facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonũ.* Quibus postremis verbis docet tẽpus modò nostrum esse: quod beneficiũ Dei, quià summũ est, appellatur huius vitæ tẽpus tempus misericordiæ, veluti Ps. 101. *Tu exurgens misereberis Sion, quià tẽpus miserendi eius.* Est etiam illa ratio; quià modò Dei misericordiã promereri possumus: quo etiam sensu dixit Ps. 100. *Misericordiã, & iudicium cantabo tibi Dñe*: in quẽ locum D. Aug. *Nõ sine causa*, inquit, *dictum est, Misericordiã, & iudicium, non autẽ Iudicium, & misericordiã: quià modò tempus est misericordiæ; futurum autẽ tempus iudicij.* Idẽ significauit Paulus illis verbis 2. Cor. 6. *Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis.* Itaq; modò Deus tradidit nobis liberaliter tempus, vt in eo saluté nostrã operemur: quã ob causam huius vitę tẽpus multis nominibus cẽsetur. Dicitur enim tẽpus visitationis; quià Deꝰ modò nos per misericordiã, & beneficia visitat. Luc. 19. *Eo quòd non cognoueris tẽpus visitationis tuæ.* Dĩ tẽpus nundinarũ Ezech. 7. *Venit tẽpus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur, & qui vendit, non lugeat.* Ex quibus verbis pleriq; colligũt modò tẽpus esse emendi, & vendendi, atq; adeò nũdinarũ ea potissimùm de causa: quoniã quẽadmodùm in nũdinis viliori solent pretio merces cõparari; ità modò exiguo pretio infinitæ propemodùm merces cælestiũ bonorum acquirũtur iuxta illud 2. Cor. 4. *Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Vbi obiter aduerte felicitatem gloriæ appellari ab Apostolo pondus, quia sua magnitudine eleuat, & tollit omnes vitæ huius labores, ac difficultates, quippe quæ eius

Pſal. 118. 148 — 3

D. Ambroſ.

Cant. 3. 1.

Pſ. 76. 5.

D. Hieron.

D. Auguſt.

Pſal. 118. 147

Septuag.

D. Ambroſ.

Eccleſ. 3. 17.

Gal. 6. 9.

Vitę tempus Deus vnicuique dat ad ęternam vitam promerẽdam.

Pſal. 101. 14.

Pſal. 100. 1.

D. Auguſt.

2. Cor. 6. 2.

Luc. 19. 44.

Ezech. 7. 12

2. Corinth. 4.

comparatione leuissimæ sunt, & nullius poderis: quemadmodùm diserertis verbis docuit Paulus ad Roman. 8. Rom.8.18. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Eadem mundinarum similitudo vsurpata est à Christo Lucæ 19. Luc.19.13. *Negotiamini, dum uenio*: quasi dicat: Modò est negotiandi tempus: postquàm autem venero, tẽpus non negotiandi, sed rationem de negotiatione reddendi. Dicitur tempus vacationum, vacãdi nimirùm Deo, & bonorum operum studio iuxtà illud Psalm. 45. Psal.45.11. *Vacate, & videte, quoniam suauis est Dominus* Dicitur tempus laborandi Ioann. 9 Ioan.9.4. *Me oportet operari, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.* Id quod copiosè dixit Regius vates Psalm. 103. Psal. 103. 20. *Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperum.* Quem locum expendens D. Hieronymus super caput 6. epist. ad Gal. super illa verba, *Bonum facientes non deficiamus, Ortus est*, inquit, *nobis Dei sermo, sol veras, & congregatæ sunt bestiæ recedentes in cubilia sua, procedamus nos vt homines ad opus nostrum, & vsque ad vesperam laboremus*: quo ex loco iuxtà D. Hieronym. facilè colligis eos homines, qui dum vitæ huius dies durat, ad bene operandum nõ procedunt, sed veluti de nocte è latibulis exeunt ad opera tenebrarum exercenda, non homines, sed belluas esse iudicandos, solumq; eos homines censendos, qui ad benè operandũ egrediũtur. Dẽ tẽpus sementis faciendæ, vt probat D. Hier. ex illis verbis Apost. Gal. 6. Galat.6.9. *Tẽpore enim suo metemus non deficientes. Tempus*, inquit, *sementis est præsens vita, quam currimus; in hac licet nobis, quod volumus, seminare.* Dicitur tempus æstatis, & messis colligendæ: quam ob causam Prouerb. 6. piger ad formicam tanquàm ad magistram à sapiente mittitur: Prou.6.6. *Vade*, inquit, *ad formicam ô Piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat Ducem, nec Præceptorem, nec Principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat.* In quem locum D. Hieronym. docet hanc vitam comparari messi, & æstati; quòd nunc inter ardores tentationum tempus sit colligendi non ipsa præmia, sed merita præmiorum: die verò iudicij hyemis assimilari rigoribus, quia tũc nulla relinquitur facultas pro victu laborandi, sed tantùm cogitur vnusquisque, quod recondit, de pristinæ actionis horreo proferre.

D.Hieron.

Porrò aduertit Hugo Carensis mitti à Salomone pigrum ad formicam, quòd in ea aduersùs omnia vitia habeamus doctrinam. Quià enim solicita est, docet otium subterfugere 2. Thess. 3. *Siquis non vult operari, nec manducet.* Quià prouida, monet in futurum tempus prospicere, ac prouidere Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Quià iuuat laborantes socias, instruit ad charitatis opera. Galatas 6. *Alter alterius onera portate.* Quià granum arrodit, ne germinet, suadet vitare elationem de bono opere, omne opus bonum, quod facimus, per humilitatem deprimendo, ne inanis gloria, superbiaq; suboriatur. Quod aliqua ex parte innuitur Hieremiæ 4. *Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum*: quià arcto calle incedit, ad mortificationem, & pœnitentiam incitat. Lucæ 13. *Contendite intrare per angustam portam.* Denique quià terram egerit de cauernis, ad contemptionem rerum terrenarum exhortatur. Diuus Ambrosius libro 6. in Hexameron cap. vigesimo primo, & Diuus Chrysostomus homilia decimaseptima super caput quintum Matthæi, & homilia in Psalm. quadragesimũ octauũ citant quandam aliam ex sacris literis sententiam iuxtà aliquam, vt videtur, vetustam translationem: *Vade ad apem, & disce, quod ea sit opifex: cuius labores reges, & priuati ad sanitatem afferunt*: quibus etiam verbis nobis commẽdatur labor, & industria bene operandi. Illud etiam significatur nobis in hac vita quasi apibus conficiendum, hoc est, promerendum esse mel suauissimum gloriæ, quo postea vescamur, vt possimus tunc illud Canticorum 5. usurpare: *Comedi fauum cum melle meo.* In cuius rei figuram

4 In formica ad uersus omnia vitia habemus doctrinam. 2.Thess.3.10.

Galat.6.10.2.

Hierem.4.4.

Luc.13.24.

D.Ambros. D.Chrys.

Commẽdatur industria bene operandi.

Cant.5.5.

Sam-

Iudic. 14. Samſon Iudic 14. fauũ mellis non niſi in ore leonis, quẽ interfecerat, reperit. Etenim in laboribus, ac tentationibus ſuperatis quaſi in leonibus interfectis ſuauiſsimi meritorum faui reperiuntur.

5 Tertiò eſt obſeruandum tempus, quod nobis modò conceditur, aliquando à Deo auferendum, vt manifeſtè dicitur Pſal. 74. *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*: quaſi diceret: Ego cum tempus, quod modò omnibus liberaliter concedo, iterùm ſumpſero, non ſolùm vitià, ſed ipſas etiam virtutes iudicabo. Quo eodem ſenſu dicitur Mal. 3. *Colabit filios Leui*, ideſt, Diſtrictè examinabit iuſtos, qui per filios Leui accipiuntur. Terribile quidẽ verbũ, & quod maximum debeat mortalibus timorem incutere: quemadmodùm de ſe ipſo confitetur Iob cap. 9. *Verebar omnia opera mea ſciens, quod non parceres delinquenti.* Eadem iudicij Diuini ſeueritas explicatur Soph. 1. vt interpretatur D. Hieron. *In tempore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis*: quæ loquendi formula duo ſignificat, primùm exactiſsimam occultorum etiam criminum inquiſitionem: nam qui domos rei alicuius inueſtigandæ gratia ſcrutantur, accenſam lucernam adhibent, ad quã omnia loca, & omnes angulos perferunt, quò lumen ſolis penetrare non poteſt. Deindè reddendã rationẽ eſſe rerũ etiã minimarũ, & quæ oculorum aciem videntur ſubterfugere, cuiuſmodi ſunt non verba tantùm otioſa, & ſed otioſæ etiam cogitationes: huiuſmodi enim, hoc eſt, minutiſſima, & ſubtiliſsima eſſe ſolent, quæ in domibus accenſa lucerna inueſtigantur. Denique eandem ſeueritatem expreſsit Regius vates Pſ. 93. *Quouiam non repellet Dñs plebẽ ſuã, & hæreditatẽ ſuã non derelinquet, quouſq; iuſtitia cõuertatur in iudiciũ.* Theodor. hanc iuſtitiam ipſummet Chriſtũ interpretatur iuxtà illud Pauli 1. Corint. 1. *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto IESV, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.* Hæc enim Dei iuſtitia in primo quidem aduentu conuerſa fuit in miſericordiam; ſed in ſecundo conuertenda eſt in iudicium. Verùm communiter interpretes accipiunt de ipſa Diuina iuſtitia, quam Dominus in iudicio exercebit, hoc ſenſu: Futurum eſt, vt iuſtitia Dei, quæ modò diſsimulat, & differt vindictam, conuertatur in vltionis iudicium, & ad executionem procedat, vt indicetur modò iuſtitiam Diuinam ferre quidem ſententiam ſecundùm præſentem iuſtitiam: ſed ad executionem interpellante miſericordia non ſemper progredi, illo autem extremo die ad executionem proceſſuram.

Pſ. 74. 3.

Malach. 3. 3.

Extremi iudicij ſeueritas.

Iob. 9. 28.

Sophon. 1. 12. D. Hieron.

Pſalm. 93. 14.

Theod.

1. Cor. 1. 30.

6 Ex dictis facilè iam quiuis intelliget, quàm terribilis, ac metuenda res ſit mortalibus tempus eis pœnitentiæ, ac Diuinę miſericordiæ præcidi, atque adeò quanto iure hic Angelus eo cæremoniarum apparatu, & maieſtate quaſi rem aliquam terrificam nunciauerit tempus pœnitentiæ, Diuinæq; miſericordiæ promerendæ ampliùs non futurum; imò tempus ipſum tanquàm locupletiſsimum teſtem rerum omniũ ſiue malè, ſiue benè geſtarum à Deo ad iudicium accerſendum: quemadmodùm diſertis verbis dicitur Thren. 1. *Vocauit aduersùs me tempus.* Quem locũ de iudicio interpretatur D. Thomas. Hunc iudicij terrorem, & ablationem tẽporis adhuc magis exaggerauit Angelus, cum manum in cælum leuauit: quod præterquàm quòd iurantis eſt ritus, comminationem etiam continet irarum, niſi homines nunc pœniteant: ſic etiam accipiendum eſt illud Deut. 32. *Leuabo ad cælum manum meam: & dicam: Viuo ego in æternum. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & ijs, qui oderunt me, retribuam.* Quo loco obſerua in eo, quòd Deus comminatur manum ſe in cælum vſque leuaturum, grauiſsimum notari ſupplicium: quò enim altiùs aliquis manum attollit, eò grauiorem ictum infert: quo fit, vt Deus eleuans manum ſuam vſque in cœlum, arrepto videlicet gladio iræ ſuæ acutiſsimo, vt ibidem dicitur, maximum debeat peccatoribus vltionis ictum inferre. Alia quoq;

Metuenda res mortalibus eis pœnitentiæ tẽpus præcidi.

Thren. 1. 15.

D. Thom.

Deut. 32. 40.

reddi potest tot, tantarumquè cœremoniarum ratio: quoniam par erat, vt temporis tanquàm magni cuiusdam Principis interitus magnifico apparatu denũciaretur: quasi Princeps nanq; tempus describitur, cùm rebus omnibus dominari dicitur Eccles. 3. *Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo: tempus nascendi, tempus moriendi*, &c. Quod verò idem Angelus eo ipso tempore, quo iurat tempus ampliùs non futurum, simul gestat capite pulcherrimam iridem pacis, & fœderis symbolum, illud indicat misericordem Deum modò etiam, cum minatur, pacem omnibus, & amicitiam offerre. Quam eandem ob causam diximus 1. cap. apparuisse præferentem in manu dextra septẽ stellas, quasi eas offerret, ac porrigeret mortalibus, simulq; romphæam vtraque parte acutam non vibrantem manu, sed proferentem ore; quià cum modò suppliciorum commi nationibus agat, meritò gladiũ ore gestare describitur, quem tamen aliquando de ore ad manum transferet, eoq; vibrato rebelles obtruncabit.

Eccle. 3. 1.

7

Eph. 5. 16. Temporis iactura solicitè vitanda.

Superest igitur, vt illud Apostoli cõsilium accipiamus Ephes. 5. *Videte itaque fratres, quomodò cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam Dies mali sunt.* Quo loco quanquàm verbum Græcum καιρὸς, pro quo nos habemus *tempus*, propriè occasionem, & opportunitatem operã di significet; tamen ab Apostolo nõ semel pro ipso tempore vsurpatur, veluti Rom. 3. *Ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore*. & cap. 8. *Existimo, quòd non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*: & 2. Timot. 3. *Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt*: multisq; alijs in locis, in quibus καιρὸς pro tẽpore vsurpatur. Obseruandũ est autẽ verbum illud *Redimẽtes*, quod variè exponitur. Prima expositio est tẽpus, cùm à Deo datum sit, vt hominibus in bonis operibus seruiat, quasi captiuum teneri, quandò in malis operibus insumitur, atque adeò rursùs per bona opera redimendum, & ex captiuitate in libertatẽ quodãmodò vendicãdum: quæ expositio est D. Hieron. *Quando*, inquit, *in bonis operibus tempus consumimus, eminus illud, & proprium facimus, quod malitia hominum venditum fuerat.* Secunda expositio est huiusmodi. Sæpè Deus peccatoribus tempus, quod secundùm naturæ cursum viuere deberent, propter peccata diminuit iuxtà illud Psalm. 54. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Quàm ob causam illis centum viginti annis, quos vsque ad diluuium Deus hominibus præscripserat Gen. 6. viginti annos detraxit, vt perspicuũ est ex sacris literis, & aliàs fusiùs diximus. Cum igitur Deus soleat tempus vitæ propter peccata diminuere, is qui benè agit, rectè dicitur illud redimere: quoniam illud vitæ spatium, quod alioqui, si peccaret, erat sibi Dei iudicio detrahẽdum, quodammodò bonis operibus redimit, impletq; dies omnes sibi ad viuendum à natura definitos: itaque moritur plenus dierum, quemadmodùm dicitur de Abraham Genes. 25. Tertia est D. Augustini serm. 24. de verbis Apostoli, cum dici tempus redimere, qui illud aufert negotijs secularibus, vt quiete sua fruatur, ac Deo vacare possit. *Quandò*, inquit, *aliquis tibi infert litem, perde aliquid, vt Deo vaces, non litibus: id enim, quod perdis, pretium est temporis: sicut enim das nummos, & panẽ emis; ita & aliquid amittis, & aliquid acquiris: sic perde nummos, vt emas tibi quietem, id est, tempus vacandi Deo, hoc enim est tempus redimere.*

D. Hieron.

Psalm. 54. 24.

Gen. 6.

Gen. 25.

D. August.

Rom. 3. 26. Et. 8. 18.

2. Tim. 3. 3.

Tempus redimere quid sit.

Cur Ioannes librum, quem de manu Angeli acceperat, in ore dulcem, & in ventre sensit amarum?

Et erat in ore meo tãquàm mel dulce, & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.

SECTIO VII.

Librum

1

LIBRVM hunc diximus complecti vaticinia rerum futurarum extremis mundi temporibus: quem in ore quidem dulcem, in ventre autem amarum sensit Ioannes; quià primùm fuit ipsa rerum prænotione recreatus, sed paulò post ampliùs in earum contemplatione versatus, cernensq; terribilia illa iudicia, quæ adhuc manent mortales, incredibilem animo concepit dolorem. Simile quiddã accidit Ezechieli, vt ipsemet commemorat cap. 3. *Aperui os meum, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto: & comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce:* proculdubiò innuit Propheta nõ ita idem volumen in ventre sensisse, sed amarum.

Ezech 3. 2.

2

Primùm igitur notandum sensisse Ioannem librum in vẽtre amarum ob eam rationem, quam diximus; quià Sanctorum proprium est alienis malis tãquàm suis affici, compassionemq; habere proximorum. Vndè Ezechieli, postquàm ipsi ostensa fuisset Hierosolymorum euersio, præceptum est, vt sumeret sartaginem ferream, eamq; inter se, & ciuitatem, quam descriptam habebat in latere, collocaret. Ezech. 4. *Sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te, & inter ciuitatem.* Et quidem D. Hieron. vult sartaginem istam ferreã, quæ instar muri inter Prophetam, & vrbem ponitur, grandẽ irã Dei demonstrare, quæ nullis precibus satigetur, flectaturq; ad misericordiam. Itaq; in Dei ira Iudæi per calamitates ab eo sibi diuinitùs immissas quasi in sartagine frigebantur, quæ ideò inter Prophetam, & vrbem ponitur, ne ab vrbe ad ipsum Deum, quem Propheta repræsentabat, vllus pateret aditus ad veniam impetrandam, imò si ab vrbe ad Deum ire vellent, in ipsam irę sartaginem inciderent iuxtà illud Thren. 3. *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco inexorabilis es: opposuisti nubem, ne transeat oratio:* cui concinit illud Esai. 59. *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum.* Diuus etiam Ambros. sic eãdem sartaginem accipit in expositione Psal. 38. super illa verba: *Tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Mittuntur,* inquit, *in sartaginem animæ peccatorum, vt defluat quædam peccati caro, quæ obduxerat animæ, & mentis vigorem.* Quam eandem ob causam Hieremias cap. 1. vt ibidem obseruauit Ambros. priùs vidit *virgam vigilantem*, seu, vt habent Septuag. *baculum nuceum*, quàm *feruentem ollam*: *Quia,* inquit, *qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur, vt ardeat, & tabescat.* Verùm D. Gregor. lib. 1. in Ezech. homil. 12. existimat significari per sartaginem animũ Prophetæ, qui conspecta vrbis euersione per compassionem quasi in sartagine frigeretur, eiusq; rei à Deo admoneri, cùm iubetur inter se, & vrbẽ sartaginem ponere. In cuius rei confirmationem affert illud Pauli 2. ad Corinth. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Ipsum suum cor,* inquit Gregor. *quod animarũ zelo succenderat, sartaginem fecerat Paulus, in quo amore virtutum contrà vitia ardebat; quod extendere possumus ad ipsam etiam compassionem proximorum labores, & calamitates tolerantium.* Quantùm verò is zelus, quo Sanctorum mentes friguntur, Deo sit gratus, ostendi potest ex sexto cap. Leuitici, vbi similia in sartagine oleo conspersa frigi præcipitur, & offerri calida in odorem suauissimum Domino: simila enim in sartagine frigitur, vt loco citato idem Gregorius docet, cùm mẽs iusti per zelũ sancti amoris crematur: quæ conspergi oleo præcipitur, ideſt, charitati, & misericordiæ misceri, quę in conspectu Dei ardet, & lucet. Igitur non solùm propter peccata, quæ ab impijs committuntur, debet Sanctorum mens per compassionem frigi; sed etiã propter calamitates, & incõmoda proximorum; potissimùm verò ea, quę vniuersæ Ecclesiæ accidunt, vt hoc loco exemplo Ioannis instruimur.

D. Ambros.

Psal. 38. 12.

Hierem. 1.

D. Ambros. Septuag.

2. Cor. 11. 29.

D. Greg.

Leu. 6.

D. Greg.

Sanctorum est alienis malis tanquàm suis affici.

Ezech. 4. 3.

D. Hieron.

Thren. 3. 42.

Esai. 59. 2.

Secundò. Obseruauit D. Thom. in hunc eundem locum Ioannem sensisse librum dulcem in ore, amarum in ventre; quià verbum Dei rationi quidẽ dulce est, & suaue; sed amarum sensua-

3

Verbum Dei dulce est rationi, amarum sẽ sualitati.

litati

litati, & carni. Quod enim verbum Dei dulce sit rationi, inde probatur; quòd in sacris literis in ore, per quod pars rationalis intelligitur, dicitur dulcescere, veluti Psalm. 108. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* In quem locum D. Hieron. expendit non sine mysterio dictum esse *Faucibus*, quià nimirùm traiecto per guttur melle, vel alio cibo palatum nullum vltrà saporem habet: at verò Diuina eloquia siue in ore, siue in faucibus semper sunt dulcia meditantibus. Notauit quoque Remig. non solùm dictum esse *Faucibus*, sed etiam *Ori*: quià Diuina verba prædicatores tunc sentiunt in faucibus dulcia, cum ex ipsis ædificationi propriæ student; tunc verò in ore, cum eorum dulcedinem alijs etiam eructât, & communicant. Denique D. Ambros. explicauit adhiberi mellis similitudinem: *Quià sicut*, inquit, *oris amara, quæ febribus, vel aliis ægritudinibus acciderunt, mel mitigat; ita tristia corda ob delictorum pœnitentiam Diuino sermone dulcescunt.* Quod verò sensualitati, & carni verbum Dei videatur acerbũ, indè proficiscitur, quòd carnis petulãtiam coerceat, depraua tæque naturæ licentiam comprimat: qua quidem in re Diuinum verbum est pilulæ cuidã inauratæ quàm simillimum, quæ dulcia riis inuoluta in ore quidem dulcesit; sed posteà ventrem, vniuersumq; corpus commouet; nec sine molestia, & nausea prauos humores pellit, & sanitatem affert. Atque ad hoc ipsum significandum vir ille, qui Ezechieli cap. 1. apparuit, cum in superiori parte esset ex electro; in inferiori tamen totus erat igneus: quià Deus superiori quidem mẽtis nostrę parti totus est dulcis, instar electri amorem nostrum blandè concilians: in inferiori autem igneus, hoc est, omnem inferioris partis corruptionem seuerè non sine sensu doloris adurens. Origenes homil. 1. in Ezech. aliã affert non multùm dissimilem eiusdẽ visionis expositionem: *Auriga*, inquit, *quatuor animalium non totus est igneus, sed pube tenùs à pedibus, & exinde vsque ad summũ electri fulgore rutilat: non solùm enim tormenta habet Deus; sed sunt in eo etiam refrigeria; punit peccatores, sed per ea ministeria quæ deorsùm sunt*: tunc verò addit idcircò vsq; ad renes hominem illum apparuisse igneum, quià libidinis motus sunt omninò adurendi, & resecandi. Porrò aduerte, licet Diuina iudicia, ac supplicia initio quidem amara videantur: tamen si patienter ferantur, posteâ suauia, dulciaq; sentiri: id quod expendit D. Hieronym. loco illo citato Hierem. 1. cum Propheta vidit *Virgam vigilantem*, seu, vt Septuaginta transtulerunt, *Baculum nuceum*, & vt Theodotio vertit, *Virgam amygdalinam. Vigilat*, inquit, *virga cuncta populi peccata considerans, vt percutiat, & corripiat delinquentes; vnde & Apostolus scribit peccantibus 1. Cor. 4. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & Spiritu mansuetudinis? ista est virga, vel baculus, de quo loquitur Dauid Psalm. 22. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me cõsolata sunt; pulchrèq; posuit, Cõsolata sunt: ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quomodo nux, siue amygdalum amarissimum habet corticem, & testa durissima ciuitur, vt detractis austerioribus, & duris fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio, & labor continentiæ amara quidem videtur ad præsens; sed fructus parit dulcissimos.* Hæc Hieronymus.

Pſal. 118. 103 — D. Hieron. — Remig. — D. Ambroſ. — Ezech. 1. — Orig. — Hierem. 1. — Septuag. Theodotio. Hieron. — 1. Cor. 4. 21. — Pſal. 22. 4.

Vtrum Ioannes Euangelista venturus sit simul cum Enoch, et Helia temporibus Antichristi?

Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, Regibus multis.

SECTIO VIII.

1 Affirmatiua opinio probatur.

AVLTORVM torquet ingenia sententia illa ab Angelo dicta Ioanni hoc ipso capite: *Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.* Et illa præterea Domini celeberrima vox: *Sic eum volo manere, donec veniam.* Ioannis 21. Etenim propter hæc duo potis-

Ioã. 21. 22.

simùm

simùm testimonia plerique in eam rem sententiam Ioannem nostrum simul cum Enoch, & Helia extremis mundi temporibus venturum, & fidem Christi aduersùs Antichristum, eiusque sectatores propugnaturum, & quod est consequens, vitam adhuc ad ea vsque tempora Diuina virtute reseruari. Quam sententiam amplexi sunt Hippolytus Martyr orat. de consummatione seculi. *Prior*, inquit, *ipsius aduentus præcursorem habuit Ioannem Baptistam; posterior verò, quo venturus est in gloria, Enoch, & Heliam, & Ioannem Theologum exhibebit.* Catharin. opusc. de hac re, & in comm. super 2. cap. Gen. Doroth. Episcopus Tyri, Simeon Metaphr. in vita Ioannis, Georgius Trapez. tract. quodam super illa verba Domini Ioan. 21. *Sic eum volo manere, donec veniam.* Ad eandem sententiã videntur accedere D. Ambr. lib. 7. in Lucam, D. Ioann. Damascen. orat. de transfiguratione. Eandem referunt vt probabilem Theophyl. Ioan. vltimo, & Euthym. in Matth. cap. 43. Quæ opinio nititur potissimùm duobus Scripturę testimoniis iam citatis. Et præterea, quià Christus Matth. 20. dixit Ioanni, & Iacobo: *Calicem quidem meum bibetis*: quibus verbis de vtriusque martyrio locutum fuisse nemini dubium est. Cum igitur hactenùs non legamus Ioãnem Apostolum martyrio vitam finiuisse, videtur adhuc expectandum eius martyrij tempus, atque adeò ad extrema mundi tẽpora reseruari, vt pro fidei confessione ab Antichristo mortem accipiat. Denique quià consentaneum est, vt Antichristo omnium legũ violatori sese opponant legum omniũ locupletissimi testes, & acerrimi propugnatores: quarè cum Enoch eo tempore pro lege naturæ, Helias pro lege scripta pugnare debeant, illud superest, vt Ioannes legis Euangelicæ partes tueatur.

Hippolytus.

Catharinus.

Dorotheus. Simeon Met. Georg. Trap.

D. Ambros. D. Ioan. Dam.

Theophyl. Euthym.

Matth. 20. 23.

2 Contraria sententia multò probabilior iudicatur.

Contraria tamen sententia multò est probabilior, & certior, atque adeò omninò amplectenda: cuius illud est fundamentum præcipuum, & firmissimum, quòd Ioannem mortuum iam esse est communis Patrum doctrina: sic enim tradunt Tertull. lib. de anima c. 50. D. Hieron. lib. de scriptoribus Eccles. & lib. 1. aduersùs Iouinianum, & in comm. super 20. caput Matth. Euseb. Cæsar. lib. 5. hist. Eccles. c. 24. Niceph. lib. 1. cap. 35. & lib. 2. cap. 42. D. August. tract. 124. in Ioan. Epiphan. hæresi 79. D. Isidor. lib. de vita, & obitu Sanctorum, cap. 74. Theophyl. & Beda Ioan. vltimo, Euthym. in Matth. cap. 43. Præterea in concilio Ephesino iubẽtur adorari reliquiæ Martyrum, maximè verò Ioannis Theologi: earundemque reliquiarum mentionem facit Cœlestinus Papa in epist. ad synodum Ephesinam. Idemq; non obscurè significauit D. Chrysost. hom. 26. in epist. ad Hebr. & hom. 2. in Ioan. referuntque D. Thom. in cap. 21. Ioan. & in 4. sentent. d. 43. q. 3. ad 2. & Abul. q. 79. in 20. caput Matth. Præterea eius sepulchri meminerunt Euseb. lib. 3. hist. Eccles. cap. 33. D. Hieron. de scriptor. Eccles. in Ioanne, D. Chrys. hom. 26. in epist. ad Hebr. Socrates lib. 6. c. 10. Sozom. lib. 8. c. 6. Palladinus in Dialog. Metaphr. in vita Ioannis. Quanquàm verò Ioannem obijsse, & statim resurrexisse, atque adeò tàm animo, quàm corpore beatũ in cœlo esse existimauit Niceph. locis citatis, & Petrus Damianus serm. 2. de excellentia Beati Ioannis Euangelistæ, & D. Thom. in caput 21. Ioannis, vbi opiniones de sepulchro eius commemorat, eamque opinionem referant, nec reijciant D. Ambros. serm. 20. in Psalm. 118. & D. Hieron. in serm. de assumptione: probabilius tamen nobis videtur eum nondùm resurrexisse, tantumq; eius animam in cœlo esse propter ea, quæ paulò ante de reliquiis eius diximus. Ex quo illud etiam colligim⁹ eum nequaquàm extremis mundi temporibus venturum: cum enim eius anima iam sit beata, nullo pacto est credibile iterùm ad mortale corpus, communemque cum hominibus conuersationem reuersuram: esset enim instar insoliti cuiusdam prodigij, quod non est temerè affirmandum: quam ob causam qui eum eo tempore venturum

Tertul. D. Hieron.

Euseb. Cæs.

Nicephorus. D. August. D. Epiphan. D. Isidorus. Theophyl. Beda. Euthymius. Concil. Ephes.

Cœlest. Papa.

D. Chrysost.

D. Thom.

Abulensis.

Euseb. D. Hier.

D. Chrys. Socrates. Sozomenus. Palladinus. Metaphrastes.

Nicephorus. Petr. Dam.

D. Thom.

D. Amb. D. Hieron.

sen-

sensérunt, consequenter affirmarunt, nondum diem suum obijsse, sed sicut Enoch, & Heliam viuum diuinitus reseruari: id quod etiam multò magis dicendum est iuxta illorum sententiam, qui eum in corpore glorioso iam resurrexisse putauerunt.

3 Refelluntur rationes primæ sententiæ.

Nec verò testimonia Scripturæ citata nobis officiunt. Ad illud enim, quod dicitur Ioan. 21. *Sic eum volo manere, donec veniam*, dicimus variam esse eius loci lectionem. Etenim plerique legunt *Si*, veluti D. Augusti. tract. 124. in Ioan. D. Ambr. lib. 7. in Luc. & D. Bernardus serm. de natali Innocentium: alij *Si*, vt Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 66. D Chrysost. hom. 87. & D. Hieron. lib. 1. contrà Iouinian. Alij vtrunque coniungunt, & legunt, *Si sic*, vt D. Ambros. in orat. funebri de obitu fratris. Vtcunque tamen sit, Cyrill. Alex. facilè se hoc nodo expedit: ait enim Christum nihil affirmasse, sed tantùm conditionali responsione curiosam Petri quæstionem compescere voluisse. Illud tamen magis dixerim, si legendum est, *Volo*, vt legunt D. Ambros. D. Augusti. D. Bern. locis citatis, & Doctores communiter; non autem, *Velim*, vt legit Cyrill. Alex. propositionem videri potiùs absolutam, quàm conditionatam, atque adeò Christum Dominum aliquid affirmare voluisse, siue legendum sit, *sic*, siue, *si*. Tunc verò respondemus Christum loqui de suo aduentu non ad iudicium, sed ad puniendos Iudæos per Titum; itaque significare voluisse Ioannem non antè vrbis euersionem morituum: quod ita cotigit; obijt enim anno Domini 99. hoc est, post euersionem vrbis 75. siquidem ea accidit anno 42. post Domini passionē. Eodē sēsu dictū est cap. 2. huius operis Angelo Ephesi: *Sin minus venio tibi citò, & mouebo candelabrū tuū de loco suo, nisi pœnitētiā egeris.* Vbi, *Venio tibi*, punitionem significat, vt eo loco diximus. Atque hæc responsio videtur nobis præ cæteris probabilior, quippe quæ sit modo loquendi Scripturę consentanea, & facilè omnem dirimat cōtrouersiam. Cum verò hic dicitur: *Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis*: illud tantùm significatur Ioannem ex insula Pathmos, vbi tunc erat, in Asiam reuersurum, ibique per se ipsum, & toto orbe per Euangelium, quod conscripturus erat, multis gentibus, populis, linguis, ac Regibus fidei mysteria prædicaturum. Quod autem Christus dixit Ioannem calicem passionis bibiturum, D. Hieron. eo loco docet impletum fuisse, cum in seruentis olei dolium Domitiani iussu missus fuit: licet enim tunc temporis fuerit diuinitùs seruatus à morte; quia tamen sponte pro fide se morti obtulit, causaque illa sufficiens erat ad mortem ei inferendam, nisi miraculum intercederet, verè calicem passionis bibisse dicendus est. Denique non est opus, vt Ioānes pro lege gratię prædicanda tūc veniat, cum defuturi non sint quamplurimi, ijq; excellentes Sancti, & Heroes, qui eam sua prædicatione, & martyrio testari debent.

D. Augusti. D. Ambros. D. Bernard.

Cyrill. Alex. D. Chrisost. D. Hieron.

D. Ambros.

Cyril. Alex.

Apoc. 2. 5.

D Hieron.

CAPVT XI.



T DATVS EST MIHI calamus similis virgę, & dictum est mihi: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo: atrium autem, quod est intrá templum, eijce foràs, & ne metiaris illud, quoniam datum est Gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mẽsibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuę, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Et siquis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & siquis voluerit eos lędere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quę ascendit de abysso, faciet aduersùm eos bellum, & vincet illos, & occidit eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnę, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant super terram. Et post dies tres, & dimidium, spiritus vitę à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terrę motus magnus, & decima pars ciuita-

tis cecidit:& occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi,& dederunt gloriam Deo cœli. Væ secundum abijt: & ecce væ tertium veniet citò. Et septimus Angelus tuba cecinit,& factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes: Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & CHRISTI eius, & regnabit in secula seculorum: Amen. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas,& adorauerunt Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras,& qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis, & magnis,& exterminandi eos, qui corruperunt terram.

Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti in templo eius, & facta sunt fulgura,& voces, & terræmotus,& grando magna.

ARGVMENTVM.

CAPVT HOC VNDECIMVM ADHVC *sexti Angeli visionẽ persequitur, eaq; absoluta septimi visionem cõprehendit. Multa in eo cõmemorantur, quæ tempore Antichristi debent contingere: potissimùm verò Enoch, & Heliæ prædicatio, martyrium, & resurrectio.*

COMMENTARIVM QVINTVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Visio huius capitis imaginaria describitur.

SECTIO PRIMA.

I

PRIMVM datus fuit Ioanni calamus similis virgę, ideſt, mensura quædã ſex cubitorum, & palmi, vt poſteà dicemus. Secundò. Iubetur eiuſmodi calamo metiri templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Proculdubiò intelligendũ eſt altare holocauſti, quod ſimpliciter altare appellari conſueuit, eratq; in atrio Sacerdotum: quo fit, vt per templum intelligi debeant duæ illæ templi partes videlicet Sancta ſanctorum, & Sancta: hæc enim magis propriè templum dicebantur: per altare autem holocauſti accipiẽdum ſit atriũ interius, ſiue Sacerdotum, vbi erat eiuſmodi altare; vndè & adorantes in eo, quos etiam metiri præcipitur, ipſi Sacerdotes ſunt, & Leuitæ, quibus ſolis patebat aditus in eiuſmodi atrium. Cum verò ſubditur: *Atrium autem, quod eſt foris templum, eijce foràs, & ne metiaris illud*, atrium exterius, quod laicis patebat, eſt accipiendum: quod extrà templum eſſe dicitur, quià cum laicorũ eſſet, iam templi nomine non cenſebatur. Atque hęc omnia ad Eccleſiã ex ſimilitudine templi Salomonis referenda ſunt, non ad ipſum Salomonis templum, quod iam tempore huius viſionis à Tito fuerat incenſum. Tertiò. Dicitur atrium hoc exterius datum Gentibus, & ciuitas ſancta ad conculcandum menſibus quadraginta duobus, ideſt, tribus annis cũ dimidio. Quartò. Promittit Dominus daturum ſe ſpiritum duobus teſtibus ſuis, vt prophetent diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis, ideſt, circiter tribus annis cum dimidio, viginti ſcilicet diebus minùs: etenim tres anni cum dimidio continent dies mille ducentos octoginta. Deinde hos duos teſtes appellat duas oliuas, & duo candelabra in conſpectu Domini: *Et ſi quis*, inquit, *voluerit eis nocere, exiet ignis de ore eorum, & inimicos eorum deuorabit. Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum: & poteſtatem conuertendi aquas in ſanguinem, & percutiendi terram omni plaga, quotieſcunque voluerint.* Quintò. Cum teſtimonium ſuum abſoluerint, *Beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, mouebit aduerſùs eos bellum, eosq; ſuperabit, & occidet: & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur Spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi Dominus eorum crucifixus eſt.* Iacebunt autem inhumata per tres dies cũ dimidio, ex quo habitatores terræ maximam capient animo lætitiam, & gratulationis cauſa inuicem ſibi mittent munera, eo quòd duo illi Prophetæ maximè eos cruciauerint. Sextò. Poſt tres dies cũ dimidio prædicti duo Prophetæ reſurrexerunt ſumma inimicorum ſuorum trepidatione, & audita de cœlo voce, quæ eos iuſſit in cælum aſcendere, aſcenderunt in nube inimicis eorum ſpectantibus: eademquè hora factus eſt terræmotus magnus, quo decima pars ciuitatis corruit, & occiſa ſunt ſeptem hominũ millia; reliqui verò timore perculſi dederunt gloriam Deo: atque hic cõcludit Ioãnes viſionẽ

Altare Holocauſti appellatur ſimpliciter altare.

Implorum lætitia de nece iuſtorum.

sexti Angeli. Tunc de septimo addit septimum Angelum tuba cecinisse, factasq; fuisse voces magnas in cælo dicẽtes. *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Amen.* Dendè viginti quatuor seniores cecidisse in facies suas, adorasse què Deum dicentes: *Gratias tibi agimus Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quià accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.* Denique apertum fuisse tẽplum Dei in cælo, & visam fuisse arcam testamenti, factaq; fuisse fulgura, & voces, & terræmotum, & grandinem magnam. Hæc generatim de Ioannis visione; nunc vberiùs singula in literali sensu expendenda.

Cur datus sit Ioanni calamus similis virgæ ad metiendum templum Dei, altare, et adorãtes in eo?

SECTIO II.

1



OC CAPITE, vti diximus, incipit iam Ioãnes de extremis mundi temporibus, & persecutione Antichristi vaticinari. Primumq; iubetur calamo metiri templum Dei, quod non de Salomonis tẽplo, vtpotè iam euerso per Titum, sed de Ecclesia, quam illud figurauit, accipiendum esse superiùs monuimus. Primò igitur sciendum est hunc calamum mensuram esse, nõ scribendi instrumẽtum, vt communiter interpretes falsò putauerunt: quod quidem manifestius est, quàm vt ostendi debeat, cum Ioannes iubeatur eiusmodi calamo nõ scribere, sed metiri templum Dei: quarè haud dubiè genus mensuræ est. Puto autem eiusdem fuisse mensuræ, atque illum calamum, de quo agitur Ezech. 40. qui dicitur fuisse sex cubitorum, & palmi, palmi, inquam, ideſt, quatuor digitorum, vt eo loco interpretatur D. Hieronym. *Ecce vir, cuius erat Species quasi Species æris, & funiculus linens in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius.* Pro cuius rei maiori expositione est aduertendũ apud Hebræos fuisse mensuram quandam appellatam *Taphat*, quæ continebat palmum sumptum non secundùm quantitatem manus extensæ ab extremitate pollicis vsque ad minimi digiti summitatem, sed secundùm quantitatẽ quatuor digitorum secundùm latitudinem; quam ob causam sumebatur pro breui, & exigua quantitate, veluti Psal. 38. *Mensurabiles posuisti dies meos*, Hebraicè *palmares*, ideſt, breuissimos, quod ad breuitatem vitæ exprimendam maximè pertinet. Rursùs notandum est ex Lyrano in comment. super quadragesimũ cap. Ezech. duplicem fuisse apud Hebræos cubitum, vnum legalem, siue Sanctuarij, alterum communem, & vulgarem: legalemquè fuisse maiorem, imò omnia pondera, & mẽsuras Sanctuarij, quæ nimirùm inseruiebant ponderandis, & mensurandis rebus sacris, maiores fuisse illis, quarum vsus erat in reb' communibus, & profanis. Itaque cubitus legalis cõtinebat sex tephaim, siue palmos, vt auctor est Moyses Gerũden sis super sextũ caput Genes. cubitus autem cõmunis quinque tantùm palmos, quanta videlicet est vnius cuiusque hominis mensura à cubito vsque ad extremos digitos: quo fit, vt cõmunis cubitus non esset certus, & status, cum nõ eadem sit omnium hominũ mensura.

Psal. 38.6o.

Duplex cubitus apud Hebræos legalis, & vulgaris. Lyranus.

Moyſ. Gerũd.

2

Aduerte etiam cubitum Sanctuarij longè diuersum fuisse à cubito Geometrico: quippe cum Geometricus cubitus contineat sed cubitos communes, vt affirmat D. Augustinus lib. 15. de ciuitate cap. 27. cuiusmodi cubitos fuisse eos, de quibus loquitur sacra Scriptura Genes. 6. cum ait arcam Noë habuisse trecentos cubitos longitudinis, quinquaginta latitudinis, & triginta altitudinis, docent Origines homil. 2. in Genes. quem citat, & sequitur D. Aug. loco proximè citato, Beda in commẽt. super Genes. Rupert. lib. 4. in Genes. cap. 18. Abul. quæst. 16. in Genes. Glos. interlin. in caput 6 Genes. & Georgius Venet. tomo 1. problematum in sacrã Scripturam sect. 2. probl. 82. & in Har-

Cubitus legalis à Geometrico quã diuersus. D. Augusſt.

Gen. 6.

Orig. D. Augusſt. Beda. Rupert. Abulenſ. Gloſſ. interl. Georg. Venet.

Calamus hîc, quid.

Cuius mensuræ fuerit hic calamus.

D. Hieron. Ezech. 40. 3.

monia

monia cant.1.con.6. cap.3. Ex dictis est perspicuum cubitum Sanctuarij cõtinuisse cubitum, siue vlnam communem,& præterea vnum palmum; siquidem erat mensura sex palmorum: id quod probat Lyranus loco citato ex cap.43.Ezech.vbi ita legimus. *Istæ autẽ mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum,& palmum.* Quo loco cubitũ verissimũ appellat cubitũ Sãctuarij, eũq; dicit habere cubitum, nimirùm communem, & palmum, hoc est, sex palmos, cum communis cubitus quinque tantùm palmos contineret. Igitur si calamus hic datus Ioanni eiusdem erat mensuræ, vt videtur verisimile, cum illo, qui datus fuit Ezechieli, fuit mensura continens sex cubitos,& palmum. Obiter hic illud est obseruandum non sine mysterio mensuras rerum sacrarum fuisse maiores communibus, vt intelligamus largiores, & liberaliores nos esse oportere in metiendis Diuinis, & æternis, quàm humanis, & temporalibus: itâque largiùs metienda esse ea, quæ Deo, quàm quæ mundo offerũtur.

Cubitus legalis quot continebat palmos.

Lyran. Ezech.43.13.

Largiùs Deo, quàm mundo offerendum.

3

Secundò est obseruandum duplicẽ mensuram adhibitam esse à Deo ad Ecclesiam metiendam, calamum videlicet mensurę tum hoc loco, tum Ezech. 40. & præterea funiculum eodem capite Ezech.pro quo Septuag. transtulerunt, *Funiculum cœmentariorum*, seu *ædificatorum*; eiusdemq; fit mentio Zachar. 2. vbi apparuit Prophetæ vir habens in manu funiculum mensorum ad metiendam Hierusalem, vt videret quanta esset latitudo eius, & quanta lõgitudo: quem locum ad Ecclesiã pertinere docent omnes ferè interpretes. Ratio verò huius duplicis mensuræ ea est, quià in qualibet fabrica multa sunt, quæ solidam mẽsuram desiderant, cuiusmodi est calamus, siue virga: alia, quæ flexibilem, vt angulorum flexiones, cuiusmodi est funiculus. Et quoniàm multa alia etiam sunt, quæ mensurari non possunt, sed tantùm ponderari; idcircò præter calamum,& funiculum trutinæ, & stateræ adhibentur ad Ecclesię supellectilia diiudicanda: quam ob causam dicitur 4.Reg.21. *Extendam super Hierusalem funiculũ Samariæ,& pondus domus Achab*, seu vt legit D.Chrysost.homil.in Psal. 95. *Extendam in Hierusalem mensuram Samariæ,& trutinas domus Ephraim.* Tertiò est aduertendum nõ datum esse Ioãni simpliciter calamum, sed calamum similẽ virgæ ob ea, quę paulò post de punitione dicenda sunt: quanquàm Nicol. Zeger. in suis annotationibus super Apocalyp. velit eiusmodi calamũ dici similem virgæ, ideſt, sceptro regali, cuius etiam ratio à nobis perstringenda est.

Ezech.40. Septuag.

Zachar.2.

Duplex mẽsura ad Ecclesiã metiẽdã quorsum data.

4.Reg.21.13

D.Chrys.

Zegerus.

4

His igitur animaduersis nihil aliud est præcipi Ioanni, vt templum metiatur, nisi vt videat, quæ, & quanta sint Ecclesiæ, hoc est, fidelium siue merita, siue demerita, vt pro eorum magnitudine Deus hæc quidem puniat, illa remuneret: ostendatquè se iustissimum esse, nihilq; siue in puniendo, siue in remunerando per iniustitiam, & iniquitatem facere: atque hęc sit in hunc locũ prima obseruatio. Secunda est calamũ hũc fuisse sex cubitorum legalium (qui longiores sunt communibus) & præterea palmi, qui palmus, vt plerique volũt, non erat de ratione mensuræ, sed ad tenendum manu calamum, vt videlicet Ioannes calamum apprehendens vnũ eius palmum clauderet manu, & reliqua parte, ideſt, sex cubitis mẽsuraret: verùm siue solis sex cubitis, siue integro calamo mensurauerit, vt communiter fieri solet, illud colligimus voluisse Deum, vt Ioannes sacris, ideſt, maioribus mensuris, quàm sint communes, in Ecclesię dimẽsionibus vteretur, quò intelligeremus non debere nos esse in Dei cultu paruis,& communibus mensuris contentos, sed maiores in eo genere rerum mensuras à nobis esse exigendas, expostulandumquè, cur maiori conatu, & alacritate Dæmoni, quàm Deo seruierimus: imò cur plures Dæmoni, quã Deò seruiãt. De qua iniqua cõditione cõqueritur Dñs Mich.7. *Væ mihi, quià factus sum, sicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ*, seu (vt Septuaginta transtulerunt) *Væ mihi, quià factus sum, sicut qui congregat stipulam in messe. Non est botrus ad comedendum: præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt Sãctus de terra,& rectꝰ in*

In puniendo, & remunerando iustissimus Deus.

In Dei cultu maioribus mẽsuris vtendũ.

Mich.7.1.

Septuag. Quod plures Dæmoni, quã sibi seruiant, cõqueritur Deus.

hominibus non est. Vbi cernis conqueri Deum, quòd Ecclesiam Dæmon quasi vineam vindemiet, omnemque fructũ colligat, & sibi tantùm supersint paucissimi racemi, qui per incuriam solẽt vindemiatorem fugere: & iuxta translationem Septuag. quòd Dæmon triticum colligat, sibique solæ stipulæ, & paleæ relinquantur.

5

Calamus cur virgę dicitur similis.

Tertia obseruatio est dici calamũ similem virgæ, primùm propter iustitiæ Diuinę æquitatẽ, & rectitudinẽ iuxtà illud Ps. 44. *Virga æquitatis, siue directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem,* siue, vt reddidit Paraphr. Chaldaicus: *Regnum rectum sceptrum regni tui.* Quo eodem sensu exponendum est illud Ps. 2. *Reges eos in virga ferrea,* ideſt, inflexibili. Deindè ipsa mensura est instar virgę, vt timeamus Deum iudicem, vt potè paratum statim virga cœdere, quẽ nocentem in mensurando repererit: itaq; vel in ipso iudicio ante sententiam timendus est Deus, cum ipsa mensura, siue iudicium iam speciem virgæ gerat, & supplicium minetur. Nec mirũ, cùm ipsummet peccatum quandò suscipitur, iam tunc dicatur germinare virgas, quibus peccator verberetur, vt eleganter habes expressum Ezech. 7. *Scietis, quià ego sum Dñs percutiẽs. Ecce dies, ecce venit, floruit virga, germinauit superbia.* Quẽ locum D. Hier. hoc sensu interpretatur: *Floruit virga quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructum plagarum parturit: superbia vestra germinabit, quod merabamini.* Itaque iuxtà D. Hieron. expositionem peccata Hebrææ gentis florere fecerũt virgam Diuinę iustitiæ, & fructum plagarum parturire, vt indicetur Diuinam iustitiam peccatis quasi aquis irrigari, vt floreat in virgas, & fructum plagarum, ac verberum producat. Significatur etiam ipsam met superbiã Hebræorum germinasse virgas, quibus à Deo verberarentur.

Paraph. Chald.

Psal. 2. 9.

Timẽdus Dẽus etiam antè sententiam.

Ezech. 7. 9.

D. Hieron.

Iustitia Diuina peccatis quasi aquis pulsat, & irrigatur.

6

Ad Deum vt mundi Principem pertinet homines iudicare.

Quarta obseruatio iuxtà sententiã Nicol. Zegeri paulò suprà commemoratã. Calamus mensura erat simlis virgæ, ideſt, sceptro regali, quoniam ad Deum tanquàm Principem, ac Regem huius vniuersitatis pertinet homines metiri, hoc est, iudicare, & pro ratione meritorum vel præmiis, vel suppliciis afficere: id quod disertis verbis habes expressum in ipso libri Gen. vestibulo, cùm dicitur: *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Vbi pro eo, quod nos habemus, *Deus,* est Hebraicè *Elohim,* ideſt, *iudices*: cur enim Deus, cum se orbis effectorem denuntiat, iudicem appellat? aut quam habet creatio cum iudicio cognationem, siquidem mundi fabrica à Dei omnipotentia potiùs, quam à iustitia profecta est? Duplicem affert Card. Caiet. responsionem: vna est idcircò adhibitam esse vocem *Elohim,* ideſt, iudices in mundi creatione, quoniã Deus in condendis creaturis quandam distributiuæ iustitiæ rationem seruarit, suos cuique gradus, ordinem, & locum iuxtà singularum naturã tribuendo; quẽadmodùm eleganter Tertull. lib. 2. aduersùs Marcionem cap. 10. explicauit his verbis. *A primordio,* inquit, *creator tàm bonus, quàm & iustus: bonitas eius operata est mundum; iustitia modulata est.* Vbi cernis ex Tertulliani sententia Diuinam iustitiã orbem veluti citharam cõcinnasse, creaturasque omnes tanquàm fides argutissimas suis quasque locis disposuisse quodam veluti iustitiæ iure, (propterea enim hoc ad iustitiam, non ad bonitatem, aut potentiam retulit) quod naturæ singularum exposcebant, vt suauissimus ex omnibus concentus, qui Dei tum potentiam, tum sapientiam sonaret, mirificè redderetur: id quod magis adhuc exponens subiunxit: *Iustitiæ opus est, quòd inter lucem, & tenebras, inter diem, & noctem, inter cœlum, & terram separatio pronunciata est, omnia vt bonitas cõcepit ita, iustitia distinxit. situs, habitus elementorum, motus, status ortus, occasus singulorum iudicia sunt creatoris.* Hæc ille. Altera Caiet. responsio, quæ ad nostrum facit institutũ, ea est voluisse Deum, vt existimaremus ad ipsum iure creationis iudicium mũdi pertinere, vt ipse idem, qui orbem condidit, eo ipso, quòd condidit, eundem iudicaturus crederetur: atque ad id significandum hoc loco suo ipsius regali sceptro tanquàm calamo mensurę vsurpum se esse demonstrauit, cum

Gen. 1. 1.

Caietanus.

In mundi fabrica iustitiæ rationem seruauit Deus.

Tertull.

Iudicium mũdi creationis iure ad Deum pertinet.

Ioanni mensuram sceptro regali similem dedit.

7 Non praua solùm, sed bona etiã opera dijudicat Deus.

Quinta annotatio. Non solùm funiculo, sed etiam calamo in Ecclesia mẽsuranda vtitur; quià non solùm obliquitatem fabricę, cui metiendæ inseruit funiculus, ideſt, prauas, & intortas actiones; sed etiam ipsam ędificij rectitudinem, cui cognoscendę calamus adhibetur, ideſt, ipsa etiam bona opera dijudicat, & examinat iuxtà illud Psal. 74. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*: & meritò, quoniam verissimum est illud, quod pronunciauit Esai. cap. 94. *Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ*. Nec verò his duobus mensurarum generibus contentus stateras etiam, ac trutinas adhibet, vti diximus, ad examinanda videlicet subtilissima, ac minutissima quædam humanarum actionum pondera, quibus neque calamus, neque funiculus inseruiunt, adhibitis ad eam rem granorum, & scrupulorũ momentis, quibus in suis stateris curiosi aurifices vti solẽt: quam exactam põderandi rationem Deus seruasse describitur Prou. 16. *Omnes viæ hominis patẽt oculis eius: spirituum ponderator est Dominus*: quid enim spiritu aut leuius, aut subtilius? Cum igitur spiritus ipsos, hoc est, intimas, & subtilissimas cogitationes, & intentiones animorum Deus ponderare dicitur, exactissima sanè, & subtilissima iudicij eius statera indicatur, in qua, vel ipsi leuissimi spiritus quid ponderent, intelligitur. Sic Regis Balthasaris non externa tantùm facta, sed intimas etiam cogitationes, arcanamque mentis elationem Dominum ponderasse disertis verbis significatum est Dan. 5. cum dicitur: *Thecel*, ideſt, (interpretante Daniele) *appensus es in statera, & inuentus es minùs habens*. Huius rei figuram habes Leu. 27. *Omnis æstimatio sicli Sanctuarij ponderabitur*: nam ad pondus sicli Sanctuarij in statera exigebatur pretium rerum, quæ Deo offerebantur, indicaturque Deũ ad pondus Sanctuarij ideſt, ad strictissimũ quoddã examen reuocare, & exigere vniuersas hominũ actiones.

Psal. 74. 3.

Esai. 64. 6.

Dei iudicium strictissimum.

Prou. 16. 2.

Dan. 5. 27.

Leu. 27. 25.

8 Sexta, & postrema obseruatio. Mensuratur templum, & altare, & adorantes in eo. Primo quidem aspectũ apparet hoc loco Sacerdotes, & Leuitas, quibus solis in templum, & interius atriũ, vbi erat altare holocausti, aditus patebat, intelligendos esse, eosque potissimùm iudicandos, quippe quos maximè deceat probitatẽ colere, & virtutis facẽ alijs præferre. Vñ Ezech. 9. sex illi viri, qui Prophetæ apparuerũt, habentes vasa interfectionis in manu sua, missíq; erãt ad peccata vrbis vindicãda, steterũt iuxtà altare æneũ, i. altare holocausti, de quo etiã hic est sermo, dictũq; est illis: *A Sanctuario meo incipite*. Verùm generaliùs puto accipiendam hanc templi, & altaris mensuram, intelligendosque esse omnes in vniuersum fideles, quippe qui propriè templi, & altaris nomine censeantur iuxtà illud Pauli 1. Cor. 3. *Nescitis, quià templum Dei estis?* Cũ verò subiungitur: *Eos autem, qui foris templum sunt, ejice foràs, & ne metiaris illos*, omnes Hæretici, & Schismatici, Iudæi, infideleſque significantur: hi enim extrà templum, hoc est, extrà Ecclesiam sũt. Dicitur autem hoc atrium datum Gentibus; quoniam omnes eiusmodi Antichristum, eiusque sectatoribus adiungentur: qui meritò Gentes appellantur; quoniam omnes sectatores Antichristi non verum Deum, sed ipsum solùm Antichristum adorabunt. Itaque hos omnes Deus metiri, ideſt, iudicare prohibet; quoniam iuxtà Christi Domini sententiam Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est*. Vndè Leu. 27. dr: *Omnium decimarũ bouis, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino*. Quo loco obserua non sine mysterio dictum esse: *Quæ sub pastoris virga transeunt*, ducta similitudine à pastoribus, qui virga solent pecus numerare: qua similitudine duo significantur. Vnum est Deum gregem fidelium solere virga numerare; quoniàm quos diligit, castigat, & non recipit in æterna illa, ac semper virentia beatitudinis pascua, nisi quos hic virga numerauerit, ideſt, laboribus, & tentationibus exercuerit. Alterum est, quod annotauit Glossa, & ad rem præsentem pertinet, non placere Deo decimas pecorum

Ecclesiastici viri potissimũ iudicandi.

Ezech. 9. 6.

1. Cor. 3. 16.

Foris templũ qui sint.

Infideles cur non metiantur a Ioanne.

Ioan. 3. 18.

Leu. 27. 32.

Amat, & recipit, quos castigat Deus.

Glossa.

corum, nisi sint eorum, quę sub pastoris virga transeunt, idest, Christi crucem, & fidem amplectuntur: quamobrē Gē-tiles omnes, & Iudæos, & in vniuersum omnes infideles metiri prohibetur Ioā nes, siquidem cum fidem non habeant, & ideircò iudicati iam sint, non erat, cur in ijs mensurandis immoraretur.

De numero, situ, & ordine atriorum templi Salomonis.

SECTIO III.

1 ON POSSVNT re ctè intelligi ea, quę Ioannes disserit de mensura tēpli, & altaris eo vel maximè, quòd adijciat præceptum sibi fuisse, ne atrium, quod foris est, metiretur, nisi perspecta omninò sint atriorum Salomonis templi, ad quod hic alluditur, numerus, situs, ac dispositio. Quod igitur ad numerum pertinet, plura in templo Salomonis fuisse atria dubitari non potest, cum dicat Regius vates Psalm. 133. *Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri*: & legamus 4. Reg. 21. de Manasse, quòd extruxerit altaria vniuersę militiæ cæli in duobus atriis templi Domini. Verùm quot ea fuerint, non est in sacris literis expressum: communis tamen Doctorum opinio, & vera est quatuor fuisse atria in Salomonis templo: ità sentiunt Beda libro de templo Salomonis cap. 16. Cassiod. in Pandectis ab eodem Beda citatus, Magist. hist. Schol. 3. lib. Reg. c. 14. & sequentibus, Lyran. Hugo Cardin. & Dionys. Carthusian. in comment. super 6. caput tertij libri Regū, Abul. lib. 3. Reg. cap. 6. q. 20. & 21. Arias Mont. in tractatu suo de templi fabrica, Genebrard⁹ lib. 1. suæ Chronographiæ, & alij communiter, à quibus immeritò recedit Ribera lib. 1. de fabrica templi cap. 16. duo tantùm agnoscens atria in Salomonis templo, tametsi plura in templo Herodis, quod confundi à citatis auctoribus cum Salomonis templo non benè existimauit, vt ex ijs, quæ inferiùs dicemus, fiet perspicuum, cum singula atria numerabimus.

Pſal. 133. 1.

4. Reg. 21.

Quot atria fuerint in Salomonis templo.

Beda. Cassio. Magister. Lyran. Hugo Card. Carthusianus.

Abulensis. Arias Mont.

Genebrad.

Ribera reijcitur.

Illud etiam verti solet in controuersiam, num atria templum vndiq; ex omni parte cinxerint: & quidem primo aspectu videbitur plerisq;, vt visum est auctori citato, non cinxisse ea ex omni parte templum, sed tantùm ex parte Orientali, vbi erat templi ostium, propter verba illa Iosephi lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. quæ sic habent. *Initio quidem vix templo, atque areæ sufficiebat iacens in summo planicies, quòd vndique præceps erat, atque declivis: cum autem Rex Salomon, qui etiā templum ædificauerat, murō eius partem ab Oriente cinxisset, vna porticus aggeri est imposita, & manebat ex aliis partibus nudum.* Verùm non est, cur à communi sententia recedamus: fuisse enim templum ex omni parte cinctum atrijs ita, vt in medio atriorum quasi arx quædam emineret, docet Cassiod. Beda, Magist. hist. Scholast. Lyranus, Abul. & alij locis citatis. Quanquàm Abulensis absque vllo fundamento excipit atrium Sacerdotum, quod solum existimat non circundedisse templum ex omni parte, sed fuisse plateam quandam magnam, & quadratam ad partem templi Orientalem, cuius hac in re opinio manifestè conuincitur, & nostra statuitur duobus illustrissimis Iosephi testimoniis. Nam libro 8. antiq. cap. 3. agens de atrio Sacerdotum sic ait. *Circundedit autem Salomon templum per ambitum vniuersum, quod propria quidem lingua Gison, Latinè verò macerria, seu cancellus nuncupatur, tribus cubitis erigens eius altitudinem, vt ab ingressu templi cæteros prohiberet, & solis Sacerdotibus hoc licere significaret.* Cernis hoc loco Iosephum agere de atrio Sacerdotum, diserteque tradere illud circundedisse templum per ambitum vniuersum? Idēq; mox affirmat de atrio exteriori: *Extrinsecùs*, inquit, *aliam ædificauit aulam quadrangulo schemate factam, erigēs maximas porticus, & portas excelsas, & amplas per quatuor mundi partes in eo constituens, quarum singulæ ad vnum quenque ventum quatuor angulis attendebant. In hoc sacrarium omnes populi, quibus pur-*

2 Iosephus.

Templum Salomonis ex omni parte atrijs cinctum.

Cassiodor. Beda. Mag. hist. sch. Lyran. Abulens.

Refellitur opinio Abulēs. & probatur sententia autoris ex Iosepho.

gatio

gatio, & obseruatio legitimorum inerant, introibant.

3 Atrium exterius circundabat templũ ex omni parte.

Ex quibus verbis illud manifestè concluditur atrium exterius circundedisse templum ex omni parte; siquidem ait illud quatuor habuisse portas singulas ad vnum quenque ventum: quod esse haud poterat, si templũ ex omnibus quatuor partibus non cingebat; sed tantùm, vt aduersarij volunt, templo adhærens tribus duntaxat lateribus constabat, vt mirum sit eos & Iosephi testimonia clarissima non vidisse, aut si viderunt, dissimulasse. Et quod magis est, illud alterum Iosephi testimonium, ex libro sexto de Bello Iudaico capite sexto citatum, quod pro sua afferunt sententia, perperam intellexisse. Etenim cum Iosephus ait templum ex alijs partibus, præterquam ex Orientali fuisse nudum, non vult templum non fuisse cinctum atrijs ex omni parte, sed illud tantùm significat, non habuisse porticus sibi adhærentes, nisi tantùm ex parte Orientali, in qua habebat porticum pulcherrimam, atque adeò tẽpli parietes ex alijs lateribus nudos eo ornatu extitisse: id quod tam clarè sonant verba Iosephi, vt interprete non indigeant. *Vna*, inquit, *porticus aggeri est imposita, & manebat ex alijs partibus nudum.* Quod verò ait Salomonem cinxisse partem templi ab Oriente, non euincit reliquas etiam non cinxisse; quia enim Iosephus eo loco de Orientali parte ad porticum illius describendam loquebatur, eius tantùm partis meminit; nec tamen negauit, vt patet, reliquas etiam quadrato schemate fuisse atrijs circumseptas: alioqui secum ipse manifestè pugnasset, vt ex allatis pro nostra sententia testimonijs est exploratum. Ambiebant igitur atria ex omni parte templum, ita tamen, vt non esset omninò in medio atriorum, sed propinquius lateribus Occidentalibus, vt maior planicies in Orientalibus, quæ præcipuè vsui erant, relinqueretur.

Templum nõ erat omnino in medio atriorum.

4 Atrium Sacerdotum describitur.

Iuxtà hæc primum atrium erat atriũ Sacerdotum, area videlicet, siue platea aperto cœlo, muris concluſa, quadrato schemate, templum vndequaque ambiens per decliuitatem montis: quod atrium appellatur interius, quia erat tẽplo propinquius, & reliquis atrijs cingebatur. Eius fit mentio 3. Regum 6. *Ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum:* de quo atrio hæc accipe. Primò continebat area huius atrij, vt vult Arias Montanus, cubitos cẽtum, & quinquaginta lõgitudinis ab Ortu versus Occasum, totidemq; è latitudinis ea parte, qua Ortum respiciebat. Etenim latius fuit spatium, & latitudo atriorum omniũ ab Ortu, quàm ab Occasu, latioraq; latera Orientalia, quàm Occidentalia, vt vniuersa fabrica speciem referat leonis, qui pectore latior est, quàm tergo. Quam ob causam aiunt Rabbini Hebræorum fuisse toti operi inditum nomen ARIEL, quod interpretatur LEONEM FORTIS, siue LEONEM DEI; quià eo loco Deus se leonem, idest, potentissimum demonstrabat, vt populus intelligeret maxima cũ fiducia templum orationis causa frequentandum: vndè nimirùm Deus aduersùs ipsius hostes, & persecutores, siue homines essent, siue Dæmones, tanquàm leo quidam terribilis pro eis in campum pugnaturus prodiret: id quod disertis verbis traditum est ab Esaia capite trigesimo primo. *Quomodò si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum, vt prælietur super montem Sion, & super collem eius.* Vbi obiter collige, quanta fiducia debeamus templa orationis causa frequentare. Scio Ezech. 43. sumi ARIEL pro superiori parte altaris, eo quòd carnes, quæ ibi cremãdæ imponebantur, instar leonis consumeret, ac deuoraret, sed eodem ferè res pertinet.

3. Reg. 6. 36.

Arias Mont.

Longitudo, & latitudo illius.

Rabbini.

Templi fabrica leoni speciẽ referebat.

Esai. 31. 4.

Templa quanta fiducia frequentare debemus.

Ezech. 43.

Secundò. Pauimentũ huius atrij erat ex marmore pulcherrimo diuersis imaginibus decoratũ, vt ait Abul. & quidem in marmore admonebantur Sacerdotes solidę, ac veluti marmoreę puritatis, ad quã deberẽt aspirare; in imaginũ autem varietate de pulcherrimis virtutum formis, quas in se deberẽt exprimere. Tertiò. Murus atrij erigebat se trib⁹ cubitis in altitudinẽ, vt auctor est Iosephus lib.

5 Atrij interioris pauimentũ quale.

Sacerdotum puritas.

Muri altitudo & elegantia. Iosephus.

8. antiq. cap. 3. De eo etiam dicitur 3. Reg. 6. *Ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri*: quos lapidum ordines sic exponunt Lyranus, & Abul. vt primus cubitus esset ex lapidibus certi coloris; secundus ex lapidibus alterius coloris; tertiusq; similiter, vt ipsa lapidum varietas pulchritudinem operi adderet. Quod verò subiungitur de ordine lignorum cedri, Abulensis, & alij sic accipiunt fuisse murū à parte interiori vestitum, & cooperturn lignis cedrinis: sed planè rectè aduersantur, qui præter tres illos ordines lapidum, quartum ponit ordinem lignorū cedri: quarè probabilius est, quod alij asserunt, suprà tertium lapidum ordinem fuisse ligna cedrina, ita vt paries lignis cedrinis finiretur ad speciem, & ornatum muri, ita tamen, vt ex his quatuor ordinibus illa trium cubitorum altitudo, quam tradit Iosephus, resultaret. Quo fit, vt singuli ordines lapidum minùs haberēt, quàm singulos cubitos altitudinis, cuius contrariū Abulensis asseruit; quia hunc lignorum ordinem non suprà ipsum murum putauit esse collocandum. Quod ad mysterium attinet, Beda vult his tribus lapidum ordinibus adumbratas fuisse tres illas virtutes eximias fidem, spem, & charitatem; in ordine autem lignorum cedri bonam operationem, quæ cedrina esse debet, idest, sine corruptione simulationis, & hypocrisis exhiberi. Etenim sine hoc ornatu cedrino superposito, hoc est, sine bonis operibus tres reliqui lapidum ordines, hoc est, fides, spes, charitas constare, & permanere non possunt.

3. Reg. 6. 36.

Lyran. Abulens.

Muri paries finiebatur lignis cedrinis.

Beda.

Tres lapidum ordines quas virtutes adumbrarent ex Beda.

6

Quartò. Erāt in muro quatuor portæ ad quatuor mundi plagas constitutæ, omniumq; celeberrima Orientalis, quæ per antonomasiam porta templi dicebatur, ad eamq; poterant accedere laici, & fœminę ferētes oblationes suas, & animalia ad sacrificium, vt ea darēt Sacerdotibus. Quintò. In hoc atrio erat altare æneum, siue holocausti, & mare æneum suprà duodecim boues æneos collocatum, & lutēres, de quibus agitur 3 Reg. 7. Multa etiā fuere cœnacula, & cubicula iuxtà murū continuato opere extructa tum ad seruanda vasa, templiq; suppellectilia; tum ad Sacerdotum, Leuitarumq; habitationem, vt colligitur ex 1 Paralip. cap. 28. Additq; Abul. fuisse per gyrum sedilia, in quibus sedere possent Sacerdotes. Denique iuxtà doctrinam Hebræorum fuit in hoc atrio puteus cū canali per montis subterranea, in quem hostiarum sanguis cum aqua infusus ad torrentem vsque defluebat. Sextò. Hoc atrium ingredi solis Sacerdotibus, ac Leuitis licebat, non tamen omnibus: excludebantur enim omnes illi, qui aliquam habebant maculam, vt habes Leuit. 21. veluti si cœci essent, si claudi, si paruo, vel grandi, vel torto naso, si gibbosi, si hernioſi, si lippi, si habentes albuginē in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore. Hi enim omnes connumerantur capite illo Leu. citato, vt indicaretur Sacerdotē omni spirituali defectu carituruin, vt dignè Deo posset ministrare.

3. Reg. 7.

Porta Orientalis per antonomasiam porta templi.

Quę continebātur in atrio interiori.

2. Paral. 28. Abulens.

Hoc atriū qui ingrederentur, & excluderentur ab eo.

Leu. 21.

Secundū atriū dicebatur exterius, & Israelis etiam nomine, cuius fit mentio 2. Paralip. 4. illis verbis. *Fecit etiam atriū sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica*. Quo loco per *Basilicam grandem* Beda, & alij intelligūt atrium exterius. Idem etiam atrium innuitur 3. Reg. 6. *Ædificauit atriū interius*: cum enim fiat mētio atrij interioris, satis indicatur fuisse aliud quoddam atrium exterius. Primò igitur hoc atrium erat amplissimum, coercens suo ambitu atrium Sacerdotum, vt sufficere posset tanto populo ter in anno templum inuisenti. Fuit etiam quadrato schemate ędificatum, vt affirmat disertis verbis Ioseph. lib. 8. antiq. c. 3. Nec verò quępiam mouere debent verba illa 3. Reg. 7. *Fit atrium magnus rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro*. Etenim ijs verbis non est sermo de atrio templi, sed de atrio domus, quam Salomon extruxit filię Pharaonis; quam vxorem duxerat, vt interpretantur Lyranus, Caietan. & alij. Quanquàm etsi de atrio magno templi, i. exteriori sermo esset, nihil inde cōficeretur ad cōcludendā ei⁹

7

Secundū atriū & exterius, & Israelis dicebatur.

2. Paral. 4. 9.

Beda.

3. Reg. 6. 36.

Ioseph.

3. Reg. 7. 12.

Lyran. Caiet.

atrij

atrij rotunditatem: quoniam Hebraicè non est *rotundum*, sed *per circuitum*, vt vertit Sãctes Pagnin. fuisse enim hoc atriũ quadratum dubitari non potest; cum affirmet Iosephus lib. 8. antiquit. cap. 3. fuisse quadrato schemate figuratum. Secundò. Quomodò hoc atrium fuerit effectum, his verbis explicat Iosephus loco citato. *Dici*, inquit, *non potest, ac vix etiam oculis credi, quàm mirandum fuerit illud exterius fanum: vallibus enim expletis tam profundis, vt ad prospectum oculi caligarent, & aggesta ad quadringentos cubitos terra Salomon eam vertici montis, in quo templum extructum est, æquauit: atque hoc modo factum est, vt area fani cum solo templi æquaretur.* Tertiò. Pauimentum erat stratũ pulcherrimo marmore, cinctumq; duplicibus porticibus, vt auctor est idem Iosephus, quas columnæ è natiuo saxo sustentabant, & laquearia cedro expolita tegebant. Erat etiam in eodem atrio porticus illa à Salomone constructa, postquàm ille domum suam ædificasset, vt refertur 3. Reg. 7. quæ porticus illa est, quæ per antonomasiam porticus Salomonis appellatur Ioãnis 10. *Ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis*: & Act. 3. *Cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis*: & cap. 5. *Erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis*. Quòd enim in hoc atrio ponenda sit eiusmodi porticus, non autẽ, vt vult Abulensis, & alij, sit illa, quę intrà ipsum atrium interius ad vestibulũ templi erat; ex eo est perspicuum, quòd nemo ex laicis ingredi poterat atrium interius, nedùm pertingere ad porticũ ostio templi adhçrentem, cum tamen Act. 3. dicatur: *Cucurrit omnis populus ad porticum, quæ appellatur Salomonis*: & quanquã omnia ea ædificia Salomonis euersa fuerant à Chaldæis, templũq; illud, quod Christi tempore extabat, non erat illud idem à Salomone ædificatum; imò nec secundum templum. si propriè loquẽdum sit, sed templum ab Herode regali magnificentia erectum: quià tamen Salomon in eo loco primus porticum fecerat, dicta semper est ea porticus porticus Salomonis, vt eo nomine distingueretur ab alijs, quæ postea ad alias quoq; templi partes extructæ fuerunt.

Sanctes Pagn. Atrij figura. Ioseph.

Quale fuerit eius pauimẽtum.

3. Reg. 7.

Ioan. 10. 23.

Act. 3. 11. & 5 12.

Porticus Salomonis erat in atrio exteriori. Abulensis.

Quatò. In his porticibus, vt ait Beda, Hieremias, & alij Prophetç, imò ipse Dominus, & Apostoli prędicabant, & in harum aliqua sedebat Christus, quãdò mulier in adulterio deprehensa illi fuit oblata à Pharisęis Ioan. 8. Quintò. Hoc atrium, vt auctor est Iosephus loco citato, habuit quatuor portas ad quatuor mundi plagas constitutas, quæ auratis foribus claudebantur, earũq; præcipua erat Orientalis, quæ propterea dicebatur *Speciosa*, cuius fit mentio Act. 3. Vndè falsò existimauit Abul. in latere Occidentali huius atrij nullam portam fuisse: et prætereà in latere Meridionali fuisse quatuor portas, totidemq; alias in Aquilonari, cum Iosephus quatuor tantùm in toto atrio portas cõstituat, & in singulis lateribus singulas. Sextò. Ad portas huius atrij in omnibus lateribus erant gazophylacia, in quæ pecuniæ ad fabricam templi à populo pro cuiusque deuotione mittebãtur. Septimò. In eius area, & planitie vendebantur volucres, & animalia, quæ sacrificiis seruiebant, ibique erant illæ mensæ nũmulariorum, quas Christus Dominus euertit Matth. vigesimo primo. Denique in hoc atrium ingrediebatur omnis populus, qui nullam habebat immunditiam legalem, propter quam ab eius ingressũ arceretur. Vnde & atrium mundorum dicebatur, vt conceptis verbis docet Iosephus libro octauo antiq. cap. 3. *In hoc*, inquit, *sacrarium omnes populi, quibus purgatio, & obseruatio legitimorum inerant, introibant.*

8

Beda.

Ioan. 8.

Quot portas habuerit hoc atrium, & quæ præcipua.

Act. 3.

Abulensis.

Mensæ nũmulariorum erãt in atrio exteriori.

Matt. 21.

In secũdũ atrium quibus pateret aditus.

Iosephus.

Tertium atrium fuit mulierum mũdarum, nullamq; habentium legalem immunditiam. Pro quo est aduertendũ ex Aria Montano, & aliis extertius atriũ à Salomone cõstructum vnũ, simplexq; fuisse viris, ac fœminis commune; cum aliqua tamen distinctione, vt altera parte viri, altera fœminæ reciperentur: viri quidem propinquiores atrio Sacerdotum; fœminæ autem remotiores. Verùm posteà successu temporis eam diuisionem factam fuisse interposito muro non multùm alto. Itaque ex vno atrio duo atria extitisse,

9

Tertium atriũ mulierum mũdarum. Arias Mont.

vnum virorum, fœminarum alterum. Et quanquàm de hoc tertio atrio nihil habeamus in sacris literis diserte traditum, probabile tamen est indicari 2. Paralip. 20. illis verbis. *Cumq; stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ, & Hierusalem in domo Domini antè atrium nouum.* Vbi per *atrium nouum* accipiendum videtur hoc tertium atrium fœminarum, diuiso nimirùm atrio exteriori in duo. Nec leue argumentum ad hoc ipsum persuadendum desumitur ex templo Herodis, in quo similem diuisionem fuisse testatur Iosephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. Sed vti diximus, sicut in secundũ atriũ non poterant ingredi nisi tantùm viri purificati: ita etiam in tertiũ solis mulieribus mũdis aditus patebat.

2. Paral. 20. 5.

Ioseph.

10 Quartũ atriũ, quod & profanũ dicebatur.

Quartum, & postremum atriũ erat atrium immundorum tàm virorum, quàm mulierum, & præterea à Gentiliũ, vndè & profanum dicebatur. Esse autem hoc atrium ponendum ratio ipsa docet præter communẽ Doctorum sententiam: etenim cum superiora atria solis illis paterent, qui mundi essent, necessariò dandum fuit aliud quoque atrium, in quod immundi, & Gentiles possent cõuenire orationis causa, cum suis quoq; porticibus, & cœnaculis, in quibus possent cõmodè recipi, qui vota aliqua aliquanto tẽpore explenda emisissent, quos toto eo tempore sub dio fuisse, & in campo non est credibile. Quod verò Gentiles templum inuiserent, exploratum est ex Act. 8. vbi dicitur Eunuchus Cãdacis Reginæ Æthiopiç venisse in Hierusalem, vt adoraret: erat autem vsque adeò prohibitũ Gentilibus ingredi, non dico in templum, sed in atrium etiam mundorum, vt Hebræus, qui Gentilem eò introduceret, dignus morte iudicaretur. Sic enim Paulum Apostolũ occidere conati sunt Iudæi, quòd in eiusmodi atrium fuisset ingressus cum quibusdam, quos Gentiles putauerunt. Act. 21. Vbi nomine tẽpli proculdubiò exterius atrium est accipiendum, cum certum sit Paulum nõ fuisse sacerdotem legalem, siquidem erat ex tribu Beniamin, atq; adeò non potuisse ingredi neque in templum, neque in atrium interius. Ex quibus efficitur dãdum fuisse quoddam quartum atrium pro Iudæis immundis, & Gentilibus cum suis porticibus, vbi commodè hyemali, & æstiuo tempore reciperentur, indeq; templum respicerent, preces funderent, Deum religiosè colerent, & ab eo beneficia postularent. Atque ex his quatuor atriis duo priora expressa sunt in sacris literis. Posteriora duo, præterquàm quòd ponit communis sententia Doctorum, ratio ipsa, necessitasq; euincit, vt ex ijs, quæ dicta sunt, manifestum est.

Quartũ atriũ, quod & profanũ dicebatur.

Act. 8. Gentiles templum Salomonis inuisebãt.

Qua pena afficiebatur, qui Gentilé in atrium exteri⁹ introduceret.

Act. 21

Vtrum Enoch, & Helias iam obierint, an viui adhuc in terris reseruentur?

SECTIO IIII.

MAIOREM huius capitis partem insumit Ioannes in commemoranda prædicatione, & martyrio Enoch, & Heliæ temporib⁹ Antichristi. Quoniàm verò hęc disputatio supponit eos nondùm obijsse, siquidem morituri commemorantur: postulat doctrinæ ratio, vt id hoc loco disquiramus. Dicimus igitur de fide esse Enoch, & Heliam nondùm diẽ suum obijsse, sed adhuc viuere: quoniã id disertis verbis traditur in sacris literis. Etenim de Enoch dicitur Hebr. 11. *Enoch translatus est, ne videret mortem:* & Eccli. 44. *Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det Gentibus pœnitentiam.* Quibus locis apertè significatur Enoch adhuc viuum reseruari. De Helia verò dr 4. Reg. 2. quòd eũ Deus per turbinẽ in cælum transtulerit: & Eccli. 48. quòd receptus fuerit, & tectus in turbine, & inscriptus in iudiciis temporũ lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Accedit, quòd de communi Patrum, Doctorumq; sententia Ioannes hoc loco per duos illos testes duas oliuas, duoq; cãdelabra Enoch, & Heliam

1

Enoch, & Heliam adhuc viuere de fide est.

Heb. 11. 15.

Eccli. 44. 15.

4. Reg. 2.

Eccli. 48.

inte-

intellexit: quos tamẽ paulò post docet à bestia, quæ ascendet de abysso, occidendos, eorumque cadauera in plateis ciuitatis magnæ per tres dies, ac dimidium inhumata iacitura. Quòdsi illi iam obierunt, occidere profectò eos Antichristus nequaquâm potuisset. Denique hæc fuit etiam constans ab Heroicis vsque temporibus veterum Patrum sententia: sic enim conceptis verbis tradunt Philo Iud. lib. de vita Sapientis, Irenęus lib. 5. aduersùs hæreses cap. 5. & lib 4. cap. 30. Iustin. Philosoph. & Mart. in quęst. ad Orthodoxos, q. 85. Tertull. lib. aduersùs Iudæos c. 2. & lib. de anima cap. 35. & 50. & lib. de resurrectione carnis cap. 58. Clem. Rom. lib. 5. constit. Apost. cap. 8. D. Cyprian. lib. de montibus Sion, & Sina, D. Hieron. epist. 61. ad Pammachium, & lib. 3. contrà Pelagianos, & in epist. ad Marcell. D. Basil. Hom. 11 in Hexam. D. Chrysost. hom. 21. in Gen. & hom. 22. in epist. ad Hebr. D. Ambr. lib. de paradiso cap. 3. & lib. 4. de fide cap. 1. & lib. 2. in Luc. Epiphan. lib. 1. aduersùs hæreses, Hæresi 64. D. Aug. lib. 9. de Genesi ad literam cap. 6. & lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione, cap. 3. Theodoret. lib. quæstionum in Gen. q. 45. D. Greg. lib 9. Mor. cap. 4. & lib. 21. Mor. capite 36. Eucher. lib. 1. in Gen. cap. 18 D. Anselm. Theophyl. Oecumen. D. Thomas in caput 11. epist. ad Hebræos, & alij. Meritò igitur Tertull. lib. de resurrectione carnis cap. 8. Enoch, & Heliam appellat æternitatis candidatos. *Æternitatis*, inquit, *candidati ab omni vitio, ab omni damno, ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediscunt.* Non defuerunt tamen, qui existimarent Enoch iam mortuum esse, idq; significari Gen. 5. cum dicitur: *Tulit eum Deus.* Nec enim, inquiunt, dicitur: *Transtulit*, sed, *tulit*, nimirùm per mortem: nam sic de morte loqui solet Scriptura, veluti 3. Reg. 19. *Tolle*, inquit Helias, *animam meam*: & Iob 32. *Nescio, si post modicum tollat me factor meus.* Atq; hãc opinionem, seu potiùs errorem amplexus fuit R. Abenesra, & reliqui Hebræorum, vt refert Xystus senens. lib 2. suæ Bibliothecę. Eorum tamen fundamentum facilè conuellitur: etenim Apostolus Hebr. 11. verbo translationis vtitur: *Fide*, inquit, *Enoch translatus*: & Eccles. 44. *Translatus est in paradisum*: imò Gen. 5. pro eo, quod nos habemus, *Tulit eum Deus*, Septuag. transtulerunt: μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεὸς, ideſt, *Transtulit eum Deus*: & iuxtà veritatem Hebraicam legimus: *Ambulauit Enoch cum Deo, & non ipse, quia accepit eum Deus.*

Philo Iudæus. Irenæus. Iust. Mart. Tertul. Clem. Rom. D. Cyprian. D. Hieron. D. Basilius. D. Chrys. D. Ambros. D. Epiphan. D. Augus. Theod. D. Greg. Eucher. D. Anselmus. Theophyl. Oecum. D. Thom. Enoch, & Helias æternitatis candidati ex Tertul. Gen. 5. 24. 3. Reg. 19. 4. Iob. 32. 22. Rabbi Aben. Xyst. senens.

Enoch nõ mortuus, sed translatus. Hebr. 11. 5. Eccli. 44. 15. Gen. 5. 24.

Septuag.

Hebraica veritas.

2

Enoch, & Helias mortalia, non gloriosa habent corpora. Hebr. 9.

D. Augus.

Amb. Cathar. Procop. Gaz. Augus. Eug.

Eos in corporib⁹ gloriosis in cœlo regnare, qui putauerunt.

Deum in corpore mortali nemo vidit præter Christum.

Ioan. 1. 18.

Ex his facilè quispiam colliget duos hos æternitatis candidatos, vt loquitur Tertull. in via adhuc esse, & non gloriosa, sed mortalia habere corpora: cũ enim statutum sit hominibus semel mori. Hebr. 9. ostensumq; sit eos nondùm obijsse, sed ad tempus Antichristi reseruari occidendos, vt dicemus inferiùs, planè conuincitur eos adhuc morituros, atque adeò non gloriosa, sed mortalia habere corpora. Quam sententiam conceptis verbis tradit D. Aug. lib. 1. de peccatorum meritis cap. 3. & lib. 9. de Gen. ad literam capite 6. Quo fit, vt audiendi non sint Ambros. Catharin in opusc. de consummata gloria Christi, Procop. Gazæus in Gen. & Augus. Eugub. in recognitionibus veteris testamenti super 2. caput Genesis, cum aiunt Enoch, & Heliam iam modò frui visione beatifica, & in corporibus gloriosis in cœlo regnare: cum enim nondùm obierint, & morituri adhuc sint, gloriosa corpora habere non possunt. Quod verò in corporibus mortalibus Deum videant, omninò est improbabile: imò existimamus neminem in corpore mortali præter Christum Dominum Deum vnquàm vidisse, neque Paulum, neque Moysen, neque vllum alium, eo quòd postquàm Moysi, & Paulo ea contigerunt, propter quæ nonnulli eis visionem beatificam cõcedunt, dixit Ioannes: *Deũ nemo vidit vnquàm*. Ioan. 1. Verùm citrà visionem beatificam concedenda proculdubiò eis est altissima quædam contemplatio, & vita felicissima ab ijs, quas modò patimur, miseriis & peccati fomite prorsùs immunis: de qua interpretandi sunt plerique Patres, cum eis Diuinum quoddam cõ-

sortium

sortium tribuunt; non autem quòd velint frui eos claro Diuinitatis conspectu, veluti Epiphan. hæresi 64. D. Hier. in epist. ad Pammach. & D. Bernardus serm. 6. de ascensione Domini. Illud præterea credimus eos confirmatos esse in gratia.

D. Epiphan. D. Hieron. D. Bernard.

Enoch, & Elias sunt in statu merendi.

3 Vtantur ne aliquo alimento.

Si autem aliquis quærat, vtrum ad vitam sustentandam aliquo vtantur alimento? Theodoret. lib. quæstionum in Genesim quæst. 45. ait hoc non esse curiosiùs inquirendum. D. August. lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 3. per disiunctionem respõdet aut sine cibo à Deo sustentari, aut si cibo opus habẽt, in paradiso fortassè pasci sicut Adam de ligno vitę, & indè cõtrà vetustatem stabilitatem vitæ accipere: & lib. 1. contrà aduersarium legis, & Prophetarum cap. 15. ait non temerè esse asserendum, vtrum ligno vitæ vescatur nunc aliquis, nisi fortè Enoch, & Helias. Sine cibo tamen vllo viuere affirmant Epiphan. hæresi 64. & D. Hieron. in epist. ad Pammach. Verùm quicquid sit, illud certum est, siue alimento vtantur, siue non, miraculo tamen opus esse, vt tandiu viuant: quemadmodùm docet Irenæus lib. 5. aduersùs hæreses cap. 5. *Siquis*, inquit, *impossibile existimat tantis temporibus permanere homines, intendat quoniam Ionas in profundum proiectus, & in ventrem ceti absorptus salvus iterùm exputus est terræ iussu Dei*. Deindè adducto exemplo trium puerorum, quibus Babylonicus ignis nocere non potuit, subinfert: *Neque igitur natura alicuius eorum, quæ facta sunt, neque infirmitas carnis fortior erit suprà voluntatem Dei*.

D. Epiphan. D. Hieron.

Irenęus.

4 Bened. Perer. Franc. Suar.

Illud etiam quæri solet, nùm sint in statu merendi? Benedict. Perer. lib. 7. comment. in Genes. vtranque partem tuetur: & Franciscus Suar. in 3. partem D. Thomæ q. 59. art 6. disp. 55. sect. 1. probabilius existimat eos iam esse extrà statum merendi: quod ex eo tantùm probat, quià alioqui in tam longo, ac diuturno tempore infinita propemodùm haberent merita, omnesque Sanctos, imò ipsam etiam Dei matrem meritorum magnitudine superarent. Id quod adhuc magis apparere potest in Enoch, qui septingentis annis antè diluuium fuit translatus. In quam ego sententiam adduci nequaquam possũ. Primùm, quià non est consentaneum sacris literis aliquẽ hominem, qui non dùm obierit, ponere extrà statum merendi. Deindè, quià non congruit Diuinæ bonitati, & liberalitati hos duos seruos suos illustrissimos in hac mortali vita vsque ad finem mundi detinere, priuareque per tàm longum tempus visione beatifica, qua secundùm naturalem cursum, & legem ordinariam multis iam antè seculis potirentur, idque nullo ipsorum lucro, quin omnium maximo detrimento, subtracta nimirùm eis merendi facultate. Sanè indignum planè uidetur Diuina munificẽtia, quippe qui soleat dona sua nouis cumulare beneficijs, iacturamque suo nomine factam multò amplioribus lucris compensare. Præterea, quià vt suprà ostendimus, illi non sunt adhuc comprehensores, sed puri viatores: quid autem, quæso, est aliud viatorem esse, quàm progressum posse facere in merito, & sanctitate? Accedit, quòd ad quiddam tàm nouum, ac tàm extraordinarium asserẽdum contrà sacram Scripturam, vniuersæque Ecclesiæ doctrinam, iuxtà quam omnes viatores, qui adhuc à Domino peregrinantur, & ex fide viuunt, sunt in statu merendi, magna deberet premere auctoritas, magna cogere momenta rationum, quorum neutrũ in contraria opinione cernitur. Quod enim obijcitur illud absurdum consequi superaturos eos magnitudine meritorum sanctissimam Virginem, infirmũ admodum est: ea enim est gratiæ Virginis magnitudo, vt nullus omninò ad eam possit pertingere. Cũ enim Deus præuidisset, quãta futura essent Enoch, & Heliæ merita, multò maiora esse voluit merita Virginis, tantęque intensionis, ad quantam præuidebat gratiam eorum non peruenturam. Quod verò ad cæteros Sanctos attinet, non multùm de eorum primatu contenderem: nihil enim absurdi consequi video, si quis dicat Enoch, & Heliam vt pote extraordinarios quosdam Heroes superaturos

Non eliciunt actus charitatis intēsiores, quàm Baptista, & Paulus eliciērunt.

turos magnitudine gratiæ reliquos omnes Sanctos excepta Virgine; idq; tantùm propter diuturnitatem temporis, quo ex dispensatione viuunt; non verò, quòd intēsiores actus charitatis eliciāt, quàm Ioannes Baptista, aut Paulus eliciuerunt. Quanquàm & illud dici posset eos vsq; adeò parùm mereri propter eum vitæ statum, in quo sunt absq; vlla carnis rebellione, operandi q; difficultate, ex qua etiam ratio merēdi accrescit, vt multi eorum actus ad vnū siue Baptistę, siue Pauli non perueniāt, atq; adeò nunquàm ad eorum gratiam, & charitatem peruenturos.

Vtrum paradisus terrestris adhuc existat, in eoq; sint Enoch, & Helias?

SECTIO QVINTA.

1

VM constitutum sit Enoch, & Heliū adhuc viuere, illud statim sese obijcit excutiendū, vbi nā sint, & quo terræ loco vitam agant illam felicissimam ab omni carnis, & curarum importunitate liberā? Et quoniàm celeberrimum est eos in paradiso illo terrestri, in quo primi parentes fuerunt, vitam agere, id iàm aggredimur disputare, vtrùm paradisus ille adhuc existat, nec diluuij aquis obrutus, dissipatusq; perierit? An verò illum Deus, vt pote Enoch iam eo rempore domicilium, & futurū multò post etiam Heliæ diuinitùs conseruauerit? Qua quidem in quæstione illud in primis statuendum eam vnam esse ex ijs, quæ ad fidem minimè pertinent, saluaq; fide in alterutram partem disputari possunt: quemadmodùm docent D. Cyprianus lib. de montibus Sina, & Sion, & Theodoret. q. 45. in Gen. cap. 23.

D. Cyprianus. Theodor.

2

Igitur paradisum terrestrem, in quo primi parentes fuerunt, nunc existere, in eoq; esse Enoch, & Heliam affirmāt Iustinus Philosop. & Mart. in responsione ad quęstiones Orthodoxorum quæst. 75. 76. 85. Theophil. lib. 2. contrà Christianæ religionis calumniatores ad Autolycū, Tertull. in Apologetico, & alijs locis superiori sectione citatis, Nouatianus in lib. de Trinitate, Lact. Firmian. carmine de Phœnice, Epiphan. in Anchorato, & aduersùs Origenistas, & hæresi. 64. & in epist. ad Ioān. Episcopum Hierosolymitanum à D. Hieron. in Latinā translata, D. Isidorus de vita, & obitu Sanctorum, Hippol. Mart. prat. de Antichristo, D. Ambros. in cap. 4. epist. ad Rom. (si eius sunt illi commentarij) D. Athanas. in lib. *Quòd Nicæna synodus*, &c. D. Gregor. super 18. caput Iob, & hom. 12. Ezechielem, D. Hieron. in epist. ad Pammachium aduersùs errores Ioan. Hierosolymitani, D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthodoxæ cap. 28. Arethas Cappadox in 11. caput Apoc. D. August. lib. 19. de Genesi ad literam, cap. 6. & lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 3. Method. in reuelationibus, Procop. Gaz. lib. 4. in Genesim, & quod magis vrget, Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses, cap. 30 & lib. 5. cap. 5. vbi docet eam traditionem accepisse se à Presbyteris, qui Apostolos audierūt. Accedūt Abul. in cap. 7. Genes. & quæst. 435. super. 25. caput Matth. Mag. in 2. sentent. dist. 17. D. Thom. 1. p. q. 102. art. 2. ad 3. & 3. p. q. 49. art. 5. ad 2. & in 2. sent. dist. 29. q. vnica, art. 5. ad 4. Et est cōmunis scholasticorum sententia, quæ confirmari præterea potest ex sacris literis. Etenim Eccli. 44. dicitur: *Enoch translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam*: vbi procul dubiò videtur intelligendus paradisus ille, in quo Adā fuit à Deo positus: quòd si eò fuit Enoch initio translatus, nō est credibile inde posteà à Deo expulsum, vt diluuij aquis paradisus destrueretur; quin potiùs propter vnum Enoch fuisse paradisum conseruatum. Ex quo pleriq; colligunt, quo pretio habeat Deus vel vnum ex seruis suis: siquidem propter vnius tantùm delicias tàm illustre miraculum effecerit, vt diluuij aquæ in morem fornicis coalescētes paradisum non obruerint. Atq; hæc quidem sententia, cum communis sit antiquorum

Theophil. Tertul. Nouatianus. Lactan. Firm. D. Epiphan. D. Isidorus. Hippol. Mart. D. Amb. D. Athan. D. Greg. D. Hieron. D. Ioan. Dam. Arethas Capp. D. August. Method. Procop. Gaz. Irenæus. Abul. Mag. D. Thom. Eccli. 44. 15.

Qui authores parte affirmantem sequātur. D. Iustin.

Vnum ex suis seruis quo pretio habeat Deus.

Patrum cõsensus instar omnium rationũ.

Patrum, amplectenda est. Quanquam enim nulla alia pro ea firma ratio appareat, quàm communis veterum Patrum consensus: is tamen instar omnium rationum debet sufficere, præcipuè verò Diuinarum literarum studioso, cuius ea est laus præcipua antiquos Ecclesiæ Patres tanquàm Magistros, ac parentes obseruare, & colere, eorumque doctrinam in omnibus, quoad eius fieri potest, sartã tectam tueri. Quarè quæ de præsenti controuersia pro aduersa parte disputabimus, cũ debita prioris sententiæ propter eius antiquitatem, & auctoritatem reuerentia accipi volumus.

2

Paradisũ iã nõ existere, qui defendant.

Opinionem igitur eam, quę aie paradisum terrestrem iam non existere; sed aquis diluuij obrutum, & planè dissipatũ periisse, atque adeò Enoch, & Heliam in eo non esse, probabilem esse, & Diuinis literis consentaneam iudicamus, eíq; nihil obesse debere nouitatem, quominùs vt probabilis defendi possit, vt eam defendunt

Augustt. Eug.

Augustt. Eugubin. in recognitionibus veteris testamenti in cap. 2. Gen.

Corn. Ianſen. Hier. ab Ol. Cathar. Genebrard.

Cornel. Ianſen. in sua concordia Euang. cap. 143. Hieron. ab Olcastro in 2. cap. Gen. Catharinus ibidem, & Geneb. lib. 2. suæ chronographiæ in prima ætate, Iacobus Naclantus Clugiensis Episcopus in sua medulla Scripturę, tract. de opere sex dierum. Eandem multò probabiliſſimam appellat Bened. Perer. tomo 1. in Gen. lib. 3 disp. 1. quæst. 5. & lib. 7. q. vlt. cui consentit Franciscus Suar. in 3. partẽ D. Thom q. 59. art. 6. disp. 55. sect. 1. ea verò ita probatur. Primùm, quia duo illa flumina Tygris, & Euphrates dicuntur Genes. 2. ortum habere ex illo fluuio, qui egrediebatur de medio paradisi: illa verò ortum suum habent in Armenia: deinde Armeniã, Mesopotamiã, & Assyriam interluunt, & in sinum Persicum exonerantur. Cum igitur hodie fontes horum duorum fluminum videãtur, nec appareat vllũ paradisi vestigiũ, qui necessariò ibi, vel propè fuit, videtur haud dubiè destructũ, & euersũ fuisse diluuio. Verùm dicat aliquis ea flumina per subterraneos meatus labẽtia ibi primùm erũpere, vbi eorũ fontes modò in Armenia cõspiciũtur; primarios autẽ fontes lõgissimè distare, in ipso videlicet paradiso. Sed hęc respõsio facilè cõuellitur. Etenim cum flumen aliquod per occultos terræ meatus subterlabitur, erumpere deindè solet maximo impetu, & cursu, vt videre est in Ana fluuio, qui per quinque, aut sex leucas subtùs terram labitur, totusq; deindè quasi renascens rapidissimus erumpit, de quo Plinius lib. 3 hist. natur. cap. 1. *Modo*, inquit, *se in Stagna fundens, modò in angustias reforbẽs, aut in totum cuniculis condens, & sæpiùs vasci gaudens in Atlanticum Oceanum effunditur.* Hæc autem duo flumina ita ijs in locis oriuntur, vt statim appareat ibi tunc primùm nasci, ac deindè confluentibus hinc indè riuulis paulatim adolescere.

Per quot leucas subtus terram labatur Ana fluuius.

Plinius.

3

In qua mundi plaga fuerit paridisus.

Secundò. Paradisum terrestrem fuisse in partibus Orientalibus circà Mesopotamiam, & Armeniam ferè omnes confitentur. Pro cuius maiori explicatione aduertendum est Geneſis 2. sic haberi: *Plantauerat autem Dñs Deus paradisum voluptatis à principio*: quo loco pro ea voce, *Voluptatis*, est Hebraicè בעדן *bogkeden*, ac si diceres, *In voluptate*: significat enim vox עדן voluptates, ac delicias. Est etiam עדן nomen proprium loci, vt patet Geneſis 4. & Esai. 37. vnde non sine probabilitate Rabbi Abraham, R. Chimi, R. Abenesra, & R. Salomon existimarunt eam vocem Geneſis 2. non voluptatem significare, sed locum aliquem certum, ac definitum, in quo fuerit paradisus, cum Hebraicè non sit *paradisum* עדן sed, *paradisũ* בעדן, hoc est, *in Gheden*. Deinde aduerte vbi nos habemus *à principio*, esse Hebraicè מקדם, pro quo Septuag. transtulerũt κατὰ τὰς ἀνατολὰς, ideſt, *ad Orientẽ*: quã lectionem sequuti sunt Gregor. Nyssen. super orat. Domin. D. Basil. hom. 11. in Hexameron, & in quodam sermone super illa verba Pauli 1. Thess. 5. *In omnibus gratias agite*, D. Chrysost. & Theodor. super 2. cap. Gen. Seuerus in orat. *Cur versi ad orientem adoremus?* D. Ioan. Damas. lib. 4. fidei cap. 13. qui illam afferunt rationem eius antiquissimę consuetudinis orandi versus Orientem, quasi scilicet recordatione amissi paradisi suspiremus, optemusq; repetere locum illũ, ex quo propter peccatum eiecti fuimus. Vt ve-

In Gen. 2.8.

Gen. 4. Esai. 37. Rabbi Abrah. Rab. Chimi. Rab. Abenesr. Rab. Salom.

Septuag.

Greg. Nyss.

D. Basilius.

1. Thess. 5. 18 D. Chrys. Theodor. Seuerus. D. Ioan. Dam.

rò

rò intelligas quamnam regionẽ Scriptura sacra Orientalem appellet, illud oportet aduertere, quod viri doctissimi annotarunt, nusquam in sacris literis regionem illam, quæ est vltrà sinum Persicum siue citrà, siue vltrà Gãgem, appellari nomine *Orientis*, sed illas tantùm terras, quæ citrà sinum Persicum iacent, veluti Armeniam, Arabiam, & Mesopotamiam. Vnde gentes, quæ propè eas regiones habitant, vocant Orientales cõparatione Iudæorum, cuiusmodi sunt Arabes, Idumæi, Madianitæ, & Moabitæ: quam ob causam Iob, qui erat gẽte Idumæus, inter filios Orientis recensetur, & tres illi Magi, qui proculdubiò ex Perside, aut Chaldæa, vel Arabia profecti Christũ Regẽ natum quęsierunt, ab Oriẽte venisse memorantur. Ad hęc Mesopotamiam solet Scriptura appellare simpliciter *Orientalem*, vt patet ex Genes. 29. vbi cum agitur de profectione Abrahæ in Mesopotamiam, dicitur profectus fuisse in terram Orientalem. Et quanquàm Orientalis India, quæ propriè regio illa est inter Indum, & Gangem flumina collocata, vndè & maxima Mesopotamia à quibusdam dicitur, sibi maximè præ cæteris regionibus appellationem *Orientis* iure ipso vendicat; nunquàm tamen in sacris literis *Orientis* nomine appellatur. Ex quo fit manifestum paradisum citrà sinum Persicum conditum à Deo fuisse, videlicet circà Mesopotamiam, & Armeniam. Id quod magis adhuc confirmari potest ex eo, quòd homines antè diuisionem linguarum, hoc est, antè ædificationem turris Babyloniæ credibile est vitã egisse propè paradisum propter eius terræ bonitatem: at vitam egisse propè Mesopotamiam, & Armeniam perspicuum est ex 1. & 11. cap. Genes. præsertim cùm arca Noë super montes Armenię requieuerit. Genes. 8. ibiq; prodeuntes Noë, eiusq; filij humanum genus propagare cœperint.

Quam regionem Scriptura appellet Orientalem.

Cur Iob Oriẽtalis cẽseatur, & Magi ab Oriente venisse dicantur.

Gen. 29.

Paradisus terrestris vbi cõditus.

Gen. 1. 11. 8.

4 Ciru. Daroc. Alph. ver. cr.

Ex quibus facilè conuincitur error Cirueli Darocensis in Paradoxis, quæst. 5. & Alphonsi à Vera cruce Augustinianæ familiæ libro suo vnico de cœlo, speculat. 15. existimantium paradisum terrestrem fuisse conditum à Deo in Palæstina circa Iordanem, vbi Sodomorum vrbes extiterunt. Etenim Tygris, & Euphrates ex paradiso oriuntur. Genes. 2. quæ tamen flumina in remotissimis à Iordane regionibus & ortum, & cursum habent. Non dissimili in errore fuerũt quidam iuniores Astrologi dicentes paradisum terrestrem fuisse in America, seu orbe nouo ad Australem partẽ, quò Hispani nauigant: quod falsum esse non solùm ex superioribus est perspicuum, sed etiam, quià per sexaginta gradus vltrà æquatorem, siue æquinoctialem circulum ad Meridiem penetratum est nostris temporibus, vt patet ex freto Magallanico, nullaq; paradisi vestigia illis in partibus apparuerunt. Errarunt etiã quidam alij ponentes paradisum in Taprobana insula, quam Samatrameſe multi existimant, sub æquinoctiali circulo, vt refert Pius II. Pontifex Maximus in sua Asiæ, Europæq; descriptione cap. 5. de mundo vniuerso. Quanquàm periores Cosmographi Taprobanam insulam non Samatram, sed Ceilam esse confirmant: in quibus est Gaspar Barrerius in commentario de Ophira regione, vbi etiam docet oram illam, quæ Pegù, Malaca, & Samatra continetur, esse regionẽ illam Ophiram, vndè Salomoni Regi ingens auri, argenti, eboris, gemmarumq; copia apportabatur: auream verò Chersonesum esse, vbi nunc est Malaca vrbs sub imperio, ac ditione Regum Portugalli.

Error quorundam circa paradisum terrestrem.

Pius 2.

Taprobana insula, quę sit.

Gasp. Barrer.

Verùm, quicquid ea de re sit, paradisũ terrestrem ijs in partibus non fuisse ex eo probat Pius secundus, quia Diuinæ literæ Tygrim, & Euphratem ex paradiso fluere commemorant; quos tamen fluuios à Septentrionali plaga in Persicum sinum deuolui certum est; præterquam quòd non est credibile Deũ Paradisi amęnitatem sub torrida zona condidisse, primosq; parentes in loco minimè habitationi, & vitæ idoneo collocasse. Deniq; refellitur etiam ex dictis error cuiusdam Ioan. Nouiomagi in scholijs suis super lib. Bedę de natura rerũ, & Ioan. Pinnedæ lib. 1. suæ Eccles. Monarchiæ cap. 6. §. 4. aientium paradisum terrestrem esse totum hunc mundum, cum ostẽsum sit.

5

Ioan. Nou. Ioan. Pinned. Refellitur aliorum error.

fuisse conditum in certa huius mundi regione, nimirum Orientali, habeamusque ex sacris literis primos parentes fuisse eiectos ex paradiso, Deumque Cherubin ante paradisi ostium collocasse, vt eis in paradisum ingressum prohiberet: quæ omnia, si totus hic mundus fuit ille paradisus, constare omninò non possent. Constituto igitur paradisum terrestrem conditum fuisse in Oriente circà Mesopotamiam, & Armeniam ducitur ad hãc sententiam persuadendam ratio in hunc modum sanè firmissima. Vniuersæ illæ Mesopotamiç, & Armeniæ regiones, ac prouinciæ cultæ hodiè sunt, & habitatæ; nec earũ regionum his temporibus vel minimam partem poterit aliquis assignare, quç iam lustrata non fuerit: & tamen nulla apparent vel obscura paradisi terrestris vestigia. Videtur igitur eũ iam non extare, sed obrutum cataclysmi aquis perijsse.

Ducitur ratio pro parte negante.

6

Tertiò Diuinarum literarum monumentis consignatum legimus Gen. 7. omnes montes, qui erãt sub cœlo, opertos fuisse aquis diluuij; imò altiorem fuisse aquam super montes, quos operuerat, quindecim cubitis. Cum igitur paradisus terrestris in hac nostra terra situs esset, negari non potest eum quoque fuisse diluuij aquis coopertum, atque adeò planè destructum, ac disipatum, cum diluuij aquç vniuersam terram integro ferè ãno obrutam tenuerint, nec potuerit paradisi ornatus sub tantis aquarum gurgitibus permanere. Quod verò paradisus ab illa generali eluuione immunis euaserit, nec eò diluuij aquç penetrauerint, dici non potest, tum quià Diuinæ literæ absolutè enunciant vniuersam terram fuisse aquis coopertam; tum quia si paradisus liber extitit, in eo potuisset Noè cũ suis, & animantibus seruari, nec opus habuisset ex Dei præscripto centum annos in arcæ fabricatione consumere: neque Deus id sanè præcepisset, si paradisũ immunem à diluuio cõseruare decreuerat. Eademque ratione confutantur ea, quæ Abulensis, & alij afferunt de aquis diluuij, quæ paradisum quidem operuerint, sed in morem fornicis circumcircà coaluerint.

Gen. 7. Tertium argumẽtũ pro eadem.

Mira sunt effugia, quç ad hanc rationum nostrarum vim effugiendam excogitarunt paradisi propugnatores. Primũ enim quidam respondent paradisum situm fuisse in regione quadam altissima à terra vsque adeò elatum, vt lunarem globum contingat, eamque ob causam eò non pertinuisse diluuij aquas, neque hodiè posse reperiri. Quam sententiam acceperunt à Beda super 2. cap. Gen. & à Magist. hist. schol. lib. 1. in Gen. cap. 13. & Moyse Bar Kepha tract. suo de paradiso. Idemq; sentit Abul. q. 9. in 2. c. Gen. & 107. in 13. cap. eiusdẽ libri. Sed hæc responsio nullam habet probabilitatis speciem, quemadmodum docet D. Thom. 1. part. quæst. 102. artic. 1. ad 1. Nam ea regio neque commoda esset habitationi, neque salubritati. Deindè si tam altè situs esset paradisus, sanè esset omnibus conspicuus propter summam altitudinem, facilequè mons ille & cerni, & inuestigari potuisset. Accedit, quòd quantamcunque fingant paradisi altitudinem, non possunt eum à diluuij inundatione vendicare, cum Diuinæ literæ doceant Genes. 7. omnes montes vel altissimos, qui sub cœlo erant, fuisse aquis diluuij coopertos. Alij eò confugiunt, vt dicant omnem terram à nobis habitatam vndique cingi Oceano, vltrà quam etiam aliam ponunt immensam regionem toti Oceano circumiacẽtem, in eaquè locatum paradisum: itaquè immenso penè Oceano interfuso à terra nostra distare, atq; adeò inaccessum esse mortalibus. Quæ sententia fuit Beati Ephræm Syri in commentarijs suis super Genesim: quod quidem opus nunc non extat, sed citatur à Moyse Bar Kepha etiam Syro in libro de paradiso. Hãc tamen responsionem planè reuincit Lusitanorum nostrorum nauigatio, qui totum ferè Oceanum, & orbem ipsum terrarum peragrarunt; nec talem terram vltrà Oceanum habitatoribus vacuam repererunt. Deindè si paradisus vltrà Oceanum situs est, quomodò indè primi homines ad hanc nostram terram penetrare potuerũt? Etenim Adamum primum parentem paradiso eiectum post varias regiones peragratas tandèm ve-

7

Rationes pro parte negante vt effugiãt paradisi propugnatores.

Beda. Mag. hist. Moyses Bar.

Abul.

Impugnatur responsio.

Aliorum confugium.

Ephrẽm Syr⁹.

nisse

grarunt; nec talem terram vltra Oceanum habitatoribus vacuam repererunt. Deindè si paradisus vltra Oceanum situs est, quomodò indè primi homines ad hanc nostram terram penetrare potuerunt? Etenim Adamum primum parentem paradiso eiectum post varias regiones peragratas tandē venisse in Iudęam, ibique mortuum, sepultumque in monte, qui à posteris, quòd ibi primi hominis caput contineretur, Caluariæ mons fuerit appellatus, vbi Christus Dominꝰ crucifixꝰ est, docēt ex antiqua traditione multi, ijque nobilissimi Patres, Origenes tract. 35. in Matth. D. Cyprianus sermone de resurrectione Domini, D. Athan. lib. de cruce, & passione Domini, D. Basil. in 5. cap. Esai. D. Ambros. lib. 5. epistolarum epist. 19. & in 23. cap. Luę, D. Chrys. hom. 84. in Ioan. Epiphanius aduersus hæreses hæresi 46. D. Augustin. serm. 71. de tēpore, Bar Kepha lib. de parad. Theophyl. in 27. cap. Matth. & Luc. 23. & Ioan. 14. Euthym. in 27. cap. Matth. Quam sententiam D. Hieron. etsi in 27. cap. Matth. non probat; tamen in cap. 5. epist. ad Ephes. non audet damnare, & in epist. ad Marcel. amplectitur. Quod verò quidā apud Moysen Bar Kepha in libro de paradiso dixerunt, Adamū tanta fuisse corporis proceritate, vt ex paradiso ad nos potuerit pedibus interiectū Oceanum traijcere, fabulosum est, vt aliàs ostendi solet.

Adamū sepultū in Caluarię monte qui asserant.

Orig. D. Cyprianus.

D. Athan.

D. Basilius. D. Amb.

D. Chrys. Epiphan. D. Augustin. Bar Kepha. Theophyl.

Euthym.

D. Hieron.

Fabula circa proceritatem corporis Adami.

8

Alij, vt aliquid tandem dicerent, affirmarunt inuenta iam esse clarissima paradisi vestigia: etenim memoriæ proditum esse Regem Cambaiæ multorum rationibus persuasum Gangem fluuium vnum esse eorum quatuor, qui ex paradiso oriuntur, misisse, qui in scaphis, & nauigijs aduerso flumine nauigarēt, eosque post aliquot dies ad certam fluminis partē peruenisse, vbi amœnissimas, & mollissimas auras, & Fauonios senserunt, suauissimosque odores, qui ex paradisi floribus afflabantur, incredibili corporum, & animorum voluptate percepisse, & cum eo loci flumen esset placidissimum, vt vix, in quam partem flueret, internosci posset; remiges tamen non potuisse vlteriùs progredi, cum omnem nihilominus conatum, & vires remigando contenderent. Quod, inquiunt, magis expressum esse potuit terrestris paradisi vestigium? quam ve aliam causam eius adhuc non inuenti inuestigare oportet, quam Diuinam ipsam prouidentiam, qui eum incognitum, & inaccessum vult esse mortalibus? Verùm hæc fictitia planè esse illud demonstrat, quòd fluminis Gangis origo hodiè in Caucaso Indiæ monte videatur, vbi ortum habet, vt auctor est Strabo lib. 15. Quarè illi, qui aduerso flumine per Gangem nauigabant, non potuerunt, antequam ad fontem eius peruenirent, paradisi vestigia reperire, cum paradisus ante Gangis fontem esse non possit, quippe qui ex ipso paradiso ortum habere credatur. Cum igitur propè Gangis fontem paradisi vestigia nulla extent, commentitium planè est, quod aduersarij de felici illa nauigatione excogitarunt. Deinde quanquàm communis sit Doctorū sententia Gen. 2. per Phison eo loco intelligendum esse Gangem, Per Gehon Nilum: idque etiam affirment Epiphan. in Ancor. D. Augustin. lib. 8. de Gen. ad liter. cap. 7. & D. Hieron. in tradition. Hebraicis in Gen. & in epist. 4 ad Rusticum Monachum: ea tamen opinio meritò quibusdam non probatur ea potissimùm de causa: quià quatuor illa flumina, quæ ex paradiso originem ducunt, proculdubiò vicina sibi mutuò esse debuerunt, vtpotè ex vno, & eodem capite deriuata. At inter Tygrim, & Euphratē, quos fluuios certū est ex paradiso exire Gen. 2. & Gāgem fluuium intercedit spatium septuaginta graduum, hoc est, iuxtà sententiam Ptolomæi, plusquàm quatuor millium, & trecentorum milliarium: quod idem de Nilo dici potest, quē interpretes communiter volunt esse Gehon. Sed longior de his fluminibus disputatio ad alium locum pertinet.

Gangis origo in Caucaso monte.

Strabo.

Gen. 2.

Epiphan. D. Augustin. D. Hieron.

Distātia inter Tygrim, Euphratē, & Gangem.

Ptolemeus.

Hæc sunt, quæ pro hac parte disputari possunt, ex quibus illud saltem meo iudicio concluditur, admodùm esse probabile paradisum terrestrem non extare: cui sententiæ nihil obest communis in cōtrariam partem antiquorum Patrū conspiratio: siquidem hæc quæstio ad

9

fidem minimè pertinet, vt initio diximus; nec etiã illa ab Irenæo cõmemorata traditio à Presbyteris, qui Apostolos audierunt, accepta. Etenim illi ipsi Presbyteri pleraq; omninò falsa, & cũ Diuinis literis pugnãtia tradiderunt, vt videre est apud Iren. lib. 2. aduersus hæreses cap. 39. cuius modi est illud, Christũ Dominũ annos propè quinquaginta in terris vixisse: quam opinionẽ testãtur Presbyteri se accepisse à Ioanne, & esse Euangelio cõsentaneam: imo ipse quoq; Iren. lib. 5. c. 5. existimauit, paradisum terrestrẽ ideircò à Deo fuisse cõseruatũ, vt omnes iustorũ animæ vsq; ad diem iudicij, ante quàm Deũ videant, in eo detineãtur, qui fuit error Armenorũ damnatus â concilio Florẽtino sub Eugenio. 4. Quarè non est, cur multùm nos torqueat ea Presbyterorũ traditio; neq; etiã Irenæi de paradiso sentẽtia: quẽ ipse loco proximè citato putauit esse tertium illud cœlum, in quod raptus fuit Apostolus. Cũ verò obijcitur illud Eccli. 44 *Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum*: primo respõderi potest, Græcè non haberi eam vocẽ *paradisum*. Deindè propter editionis vulgatæ auctoritatẽ dicimus *paradisum* eo loco nõ significare paradisũ illũ terrestrẽ, in quo primi parẽtes fuerunt, sed amœnũ aliquẽ locum: ea enim est eius vocis germana significatio, vt patet ex Cât. 4 *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum*: et Eccles. 2. *feci mihi hortos, & pomaria*, Græcè, *paradisos*. Deniq; respõderi potest, cũ Enoch amplius sexcentis annis ante diluuium fuerit, primùm quidẽ fuisse in paradisum illum terrestrem translatum, ibiq; vixisse vsq; ad diluuij tempus: cũ verò diluuium orbẽ inuasit, miraculosè à Deo super ipsos aquarum vortices conseruatum, finitoq; diluuio in loco amœnissimo nobis incognito, vbi nunc agit, collocatum. Et quidem Rup. lib. 3. de oper. Trinit. capite 33. disertis verbis confitetur nusquã in sacris literis legi Enoch fuisse trãslatum in paradisum illum terrestrem, in quo primi parentes fuerunt: idque ipse etiam affirmat. Siquis verò nobis obijciat eo modo, quo dicimus Enoch, & Heliam esse in loco nobis incognito, eodem quoque dici posse paradisum terrestrem facile posse in loco aliquo abditissimo nobis incognito celari: respondendum est disparem esse rationem. Primũ, quià multò est facilius duos homines in vniuerso orbe abscondi; quàm paradisum terrestrem, quem magnum aliquod terræ spatium occupasse verisimile est, & multò maius, quàm faciat Abul. q. 98. super 13. cap. Gen. vbi putauit eius longitudinem fuisse trium, aut quatuor leucarum; ambitum verò circiter duodecim. Occupasse namque magnum aliquod spatium ex eo non obscurè colligitur, quòd Genesis 2. dicitur fluuius fuisse ad irrigandũ paradisum ita magn⁹, vt in quatuor magna flumina diuideretur. Deinde, quià Enoch, & Helias, non constat, quo loco viuant, neque vbi terrarum à Deo conseruentur. Vndè facilè quis ea quæstione se expedit, dicens locum, in quo sunt, ignotum esse mortalibus: at paradisum terrestrem in Oriente fuisse circà Mesopotamiam, & Armeniã superiùs ostendimus. Quare si extat, cogimur eo ipso loco eius vestigia demonstrare: quæ tamen nulla, nec etiam obscurissima apparent.

Diximus, quę nobis in hac celebri cõtrouersia in vtranque partem excutienda videbantur; quæ etiam Diuinis literis magis essent consentanea, & negantem quæstionis partem probabilem admodũ efficerent: quam quidem existimamus successu temporis esse plurium Doctorũ suffragijs, consensuq; fulciendam: sed interim propter antiquorum Patrum, quibus multùm est in omni genere tribuendum, auctoritatem responderi potest ad argumenta proposita. Paradisum quidẽ in Oriente esse circà Mesopotamiam, & Armeniam, vt probatum est, pertinuisseque eò diluuij aquas; sed eas in morẽ fornicis, & quasi camerati operis paradisi conseruandi gratia coaluisse: itaq; ibi nunc esse Enoch, & Heliam. Cur verò eius vestigia non appareant, illam esse rationem præcipuam, quòd velit nimirùm Deus eum locum absconditum, & celatũ esse mortalibus, ita vt ne à vicina quidẽ incolẽtibus cerni, ac reperiri queat: quò possint duo illi Heroes extrema mundi tempora præstolantes quiete sua frui, & cõtemplarioni: sublimitate. Etsi video,

quam

Irenæus.

Presbyteri Apostolorũ auditores multa falsa tradiderunt.

Conc. Flor.

Eccli. 44. 15.

Diluuntur argumenta pro parte affirmante.

Cant. 4. 13. Eccles. 2. 5.

Rupert.

Obiectio.

Solutio.

Paradisus terrestris quàm magnum occupauerit spatiũ. Abulens.

Gen. 2.

10

Respondetur argumentis pro parte negãte.

quàm infirmum sit hoc genus defensionis, cum te sentis vrgeri, ad potentiam Diuinam, & extraordinaria, ac minimè credibilia miracula prouocare. Atq; hæc de præsenti controuersia dicta sufficiant.

Vtrum Enoch, & Helias venturi sint temporibus Antichristi?

SECTIO SEXTA.

I RESPONdemus non posse absq; errore in fide negari venturos Enoch, & Heliam tẽporibus Antichristi. Cuius veritas probatur primò ex hoc ipso capite, in quo Ioannes disertè loquitur de duobus quibusdam testibus, quos ait à bestia ascendente de abysso occidendos: esse autẽ nomine horum duorũ testium accipiẽdos Enoch, & Heliam, & per bestiam ascendẽtem de abysso Antichristũ, cõmunis est interpretum expositio: in quibus sunt Beda, D. Anselm. D. Thomas, Areth. in cõm. huius loci, D. Greg. lib. 9. Mor. cap. 3. & hom. 12. super Ezech. Præterea de Enoch legimus Eccl. 44. *Enoch translatus est, vt det Gentibus pœnitẽtiam:* sic enim habet nostra translatio, quanquàm Græcè sit: *In exemplum pœnitentiæ generationibus*; quod tamẽ eodem recidit. De Helia autẽ multò luculẽtius Mal. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, ante quàm veniat dies Domini magnus, & horribilis:* qui locus proculdubiò de Helia, non de Ioãne Baptista accipiẽdus est, cum ibi de extremis mundi tẽporibus differatur. Idemq; dicitur Eccli. 48. *Helias receptus est in turbine ignis lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* Imò Christus Dominus id apertè significauit Matth. 17. cũ interrogantibus discipulis: *Quid ergo scribæ dicunt, quia Heliam oportet primũ venire?* respondit; *Helias quidem venturus est, & restituet omnia.* Quibus verbis certum est non indicasse Ioãnem Baptistã; siquidem is iam venerat, nec dici poterat ad huc venturus. Neq; ipse restituisse dicendus est omnia: si quidem eius testimoniũ non fuit receptum à Iudæis. Deniq; hæc fuit semper Catholicæ Ecclesiæ sentẽtia, & antiquissima traditio, quã Patres omnes secuti sunt, veluti Tertull. lib. de anima cap. 35. & 50. Iustin. Philos. & Mart. in Dial. cum Tryphone Iudæo, Orig. tom. 7. in Ioan. D. Aug. lib. 20. de ciuit. Dei c. 29. & lib. 9. de Gen. ad lit. c. 6. & tract. 4. in Ioan. D. Chry. hom. 58. in Matth. & hom. 4. in 2. epist. ad Thessal. D. Hieronymus in cõm. super Matth. c. 11. & 17. Doroth. in Synopsi, Theodoret. super. 12. caput Dan. & super 4. Mal. Lact. lib. 7. Diuin. institut. cap. 17. D. Ioan. Damasc. lib. 4. fid. Orthod. c. 27. Prosper in tract. quẽ appellauit *Dimidium temporis*, cap. 13. D. Greg. hom. 12. super Ezech. & lib. 9. Mor. c. 3. D. Ambr. super epist. 1. ad Cor. cap. 4. (si eius sunt illi cõmentarij) Iulian. Pomerius lib. 1. contra Iudæos, Beda, Ansel. D. Thom. in 11. cap. Apoc. tametsi D. Hilar. Canone 20. in Matth. & Victorinus in .11. cap. Apoc. putarunt Enoch non futurum secundi aduentus Christi præcursorem.

Antichristus bestia ascẽdẽs de abysso.

Beda. D. Anselmus. D. Thom. D. Greg.

Eccli. 44. 15.

Septuag.

Malach. 4. 5.

Eccli. 48. 9.

Mat. 17. 10. 11

Venturos Enoch, & Heliam tẽporibus Antichristi, cõmunis est Patrum traditio. Tertul. Iustin. Philos. Origenes. D. August. D. Chrys. D. Hieron.

Dorotheus. Theodor. Lactant.

D. Ioan. Dam.

Prosper. D. Greg.

D. Ambros.

Iulian. Pomer. Beda. D. Anselm. D. Thom. D. Hilar. Victorinus.

Vtrum Moyses, et Hieremias futuri sint secundi aduentus Christi præcursores.

SECTIO SEPTIMA.

I AD finem præcedentis capitis iam de Ioãne Euangelista disseruimus, ostendimusq; eum non venturum temporib⁹ Antichristi: hoc in loco nobis illud tantùm superest, vt Moysen, & Hieremiam eo etiam onere contrà nonnullorum sententiam liberemus. Nam quod ad Moysen attinet, D. Hilar. Can. 20. in Matth. Ioan. Arboreus lib. 11. suæ Theosophiæ cap. 11. Cathar. in suis Comen. super Gen. cap. 3. et Abbas Ioach. in .11. cap. Apoc. existimarunt eum adhuc viuere, futurumq; simul cũ Enoch, & Helia

Moysẽ adhuc viuere quidam putarunt. D. Hilar. Ioan. Arbor. Catharin. Ioachimus.

præ-

prȩcursorem ſecundi aduentus Chriſti.

Gagnęius. Idemq; ſentit Gagnęius in comm. huius capitis: quanquam enim illum iam obijs ſe fateatur, nihilominus exiſtimat à mortuis eo tẽpore excitãdũ, & ſeſe Antichriſto oppoſiturum. Nituntur hi auctores hanc ſuã cõfirmare ſententiã ex eo, quòd Ioannes hoc ipſo capite loquẽs de duobus illis teſtibus, qui tẽpore Antichriſti futuri ſunt, ſubiungat: *Hi habent poteſtatẽ ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinẽ, & percutere terram omni plaga.* Quibus verbis volũt proculdubiò indicatũ fuiſſe Moyſen, cui nimirùm eam poteſtatẽ datam diuinitùs legimus Exod. 7. & ſequẽtibus. Quod verò ſpectat ad Hieremiã, cũ quo & ijſdem Antichriſti tẽporibus venturũ ſenſit Victor. in comm. huius capitis, eamq; fuiſſe multorũ ſententiam teſtatur D. Hilar. canon. 20. in Matth. Poteſtq; ſuaderi primùm, quiã pleriq; ex veteribꝰ, vt auctor eſt victor. purant Hieremiã adhuc viuere, cũ eius mors non cõmemoretur in ſacris literis. Deindè, quia id videtur indicare verba illa Hier. 1. *Antè quam exires de vulua ſanctificaui te, & Prophetã in gentibus dedi te:* cum enim Hier. nondùm Gentibus, ſed ſolis Iudæis prophetauerit, relinquitur expectãdum eſſe tempus, quo Gentibus prophetet: quod aliud, quàm in acerbiſſima illa Antichriſti perſecutione excogitari non poteſt.

Exod. 7.

Victorin. D. Hilar. Venturũ Hieremiam Antichriſti temporibus ſenſit Victorinus.

Hierem. 1. 5.

2

Nihilominùs vtraq; de Moyſe, & Hieremia ſententia eſt omninò improbabilis ea potiſſimùm de cauſa, quòd vterq; ſit iam vita functus, atq; adeò eorum animę beatifico Diuinæ eſſentię conſpectu perfruantur, quas iterum ad corpus mortale, & cõmunem cum hominibus conſuetudinem redituras prodigium eſt nullo pacto credibile. Quòd enim Moyſes obierit, eſt de fide, cùm ſit expreſſum Deuteronomij. 34. *Aſcendit Moyſes ſuper montem Nebo, mortuusq; eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino.* Quod intelligendum eſſe de morte corporali manifeſtum eſt ex Deut. 32. Vbi illi dictum fuerat à Domino: *Iungeris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in mõte Hor, & appoſitus eſt populis ſuis.* Certum eſt autem Aarõ mortuũ fuiſſe corporali, ac vera morte. Accedit, quòd eodem capite trigeſimo quarto Deut. dicitur Moyſes ſepultus illis verbis. *Et ſepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo ſepulchrum eius vſq; in præſentem diem.* Quam eũdem ob cauſam Michael altercabatur cum Diabolo de Moyſi corpore, vbi nimirùm ſepultum eſſet, quemadmodùm teſtatur Iudas Apoſtolus in ſua epiſt. canon. Cur verò Deus voluerit ignotum eſſe locũ, vbi ſepultus iaceret, eam affert rationem D Chryſ. hom. 1. in Matth. ne videlicet Hebręi corpus eius tanquàm Diuinum quid dam adorarẽt. Ex dictis iam colliges planè erraſſe Doctores initio citatos, dũ putarunt Moyſen nondum diem ſuum obijſſe: in quo etiã errore fuit D. Ambroſ. lib. 1. de Cain, & Abel. cap. 2. quem etiã indicat D. Greg. Nyſſ. in lib. de vita Moyſis, et D. Hieron. ſuper illa verba Amos. 9. *Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam.* Falſum etiam eſt illud, quod pleriq; ſibi perſuaſerũt, Moyſen quidem obijſſe, ſed ſtatim reſurrexiſſe; quæ opinio fuit R. Samuelis in lib. de aduentu Meſsiæ c. 13. & non obſcurè refellitur ex epiſtola Iudæ, quæ indicat eo tempore adhuc iacuiſſe corpus Moyſis in ſepulchro. Eodem teſtimonio facilè probari poteſt eum nõ reſurrexiſſe in transfiguratione Domini, quemadmodùm videtur credidiſſe D Hier. ſuper cap 17 Matth. & auctor libri de mirabilibus ſacræ ſcripturæ (qui falſò tribuitur D. Auguſt.) lib. 3. c. 10. Cõtrarium enim longè eſſe probabilius docent Lyran. ſuper. 17. cap. Matth. Abul. q. 54. & 55. ſuper idẽ c. & D. Thom. 3. p. q. 45. art. 3. ad 2. vbi conatur exponere Hieron. co sẽſu, vt velit non reſurrexiſſe Moyſen per verã vnionẽ animæ ad corpus, ſed per corpus aliquod aſsũptũ, in quo veluti reſurrexiſſe videbatur. Ex his manifeſtũ relinquitur Moyſen nõ vẽturũ eſſe Antichriſti tẽpore, cõtrariãq; opinionẽ omnino eſſe improbabilẽ: vt mirari ſatis nõ poſſim Ioãnẽ Maldonatũ in c. 17. Matt. ausũ fuiſſe damnare nõ ſolũ temeritatis, ſed etiã impudentię cõmunẽ hanc, quã ſecuti ſumꝰ, ſẽtẽtiã, & magis cõſẽtaneã Diuinis literis eſſe cõfirmauimus: in quo equidẽ auctore laudo eruditionẽ, atq; doctrinã, ſed moderatiorẽ interdũ in refellẽdis aliorũ opinionibus cẽſurã requiro.

Moyſes, & Helias iam vita functi.

Denter. 34. 1.

Deuter. 32. 50

Deut. 43. 6.

Iud. 1. Moyſis ſepulchrum ignotũ eſſe, cur voluerit Deus. D. Chryſ.

D. Ambroſ. D. Greg. Nyſſ. Hieron.

Amos. 9. 6.

R. Samuel.

Moyſes nõ ſurrexit in Domini transfiguratione. D. Hieron. Auctor lib. mirab.

Lyran. Abulenſ. D. Thom.

Moyſen adhuc viuere qui putauerint.

Quod

3

Quod verò attinet ad Hieremiã, quãquam eius obitus non exprimatur in ſacris literis, diſertè tamen traditur à D. Epiphanio in lib. de vita, & obitu Prophetarum, & Doroth. in Synop. docetq; Epiphan. eum in Ægypto à plebe lapidibus obrutum occubuiſſe, ſepultumque fuiſſe eo ipſo loco, in quo Rex Pharao habitauerat: eamq; ob cauſam Ægyptios eundem locum magna religione coluiſſe, vbi pluribus ſe officiis ab illo adiuuari cognouerunt. Aſpides enim, & crocodili, qui eos interimebant, poſtulationis Hieremiç beneficio ex illis finibus ſunt profligati: *Et qui hodie*, inquit Epiphanius, *adhuc fideles comperiuntur, eodem in loco ſupplicare conſueuerunt, ſumptoque pulueres aſpidum morſibus medentur.* Igitur quę pro aduerſa parte afferebantur, nihil planè conficiunt: quanquam enim, cum dicitur dandam illis duobus teſtibus poteſtatem cõuertendi aquas in ſanguinem, ad Moyſem alluſionem fieri cõcedamus, non continuò cogimur confiteri de eo ſermonem eſſe, ſed illud tantùm indicari ſimilem quoque poteſtatem Enoch, & Heliæ tribuendam. Quod verò pro Hieremia argumentabantur non dum datũ eſſe Prophetam in Gentibus, longè à vero abeſt: ſiquidem, vt eo loco interpretatur D. Hieron. illud dumtaxat iis verbis ſignificatur, quòd non ſolùm de Hieruſalem, ſed de multis etiam Gẽtibus deberet vaticinari: id quod ita eſſe ex prophetia eius conſtat, in qua multa continentur, quæ ad Aſſyrios, & Æhyptios pertinent: hoc enim eſt datum eſſe Prophetam in Gentibus.

D. Epiphan. Hieremiæ mors, & ſepulchrum.

D. Hieron.

Cur Enoch, & Helias duę oliuę, & duo candelabra appellentur?

Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.

SECTIO VIII.

PER DVAS haſce oliuas, duoque cãdelabra accipiẽdos eſſe Enoch, & Heliam ſatis iam in ſuperioribus probauimus: nunc illud ſupereſt explicandum, cur ijs nominibus cenſeantur? In primis igitur obſeruandum eſt Ioannem his verbis alluſiſſe ad illud Zach. cap. 4. vbi Propheta vidit candelabrum aureum, lampademq; ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernas, ſeptemq; infuſiora: & præterea duas oliuas, vnam à dextris lampadis, alteram à ſiniſtris: tunc Prophetæ ſciſcitanti, quid nam eſſent duæ oliuę ad dexteram, & ſiniſtram candelabri? reſponſum eſt ab Angelo: *Iſti ſunt duo filij olei ſplendoris, qui aſſiſtũt Dominatori vniuerſæ terræ.* Eoſdem autẽ tam à Zacharia, quam à Ioanne oliuarũ nomine ſignificari docent D. Gregor. hom. in Ezech. 12. Arethas, & D. Thomas in hunc locum.

1

Zach. 4. 14. Enoch, & Helias cur oliuæ, & candelabra.

D. Greg. Arethas. D. Thom.

Deinde, quod attinet ad oliuæ appellationem, ſciẽdum eſt in ſacris literis oliuam ſymbolum eſſe Sanctorũ multas ob cauſas. Prima ducitur à ſoliditate: ea eſt enim huius ligni natura, vt id neq; tẽpeſtas, neq; caries, neq; vetuſtas labefactet; vnde & æternitatis apud veteres ſymbolum erat: quod mirificè in Enoch, & Heliam conuenit, qui tandiu Diuino beneficio viui perſeuerant. Quamobrem meritò æternitatis candidati à Tertulliano appellantur. Declarat etiam infractam Sãctorum fortitudinem, qui nullis laboribus propter Deum toleratis frãgi, neq; à Dei cultu abduci poſſunt. Secunda depromitur à fertilitate: eſt enim oliua fœcundiſsima; vnde eſt illud Pſal. 51. *Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo Dei*: et Hierem. 11. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpeciſam vocauit Dominus nomen tuum.* Vbi videſ oliuam à fœcunditate laudari; atq; hanc ob cauſam Gentilis populus carens fructu bonorũ operum ante cõuerſionẽ oleaſtro; Iudaicus verò ante ſtatum legis gratiæ propter vbertatem meritorũ oliuæ comparatus eſt à Paulo Rom. 11. *Tu cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersùs ramos*: et paulò inferiùs; *Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam*

2

Oliua in ſacris literis ſymbolũ Sanctorum.

Apud veteres æternitatis.

Pſal. 51. 10.

Hier. 11. 16.

Gentilis populus oleaſtro, Iudaicus verò oliuę cur comparatur.

Rom. 11. 17. 24.

naturam insertus es in bonam oliuam: quantò magis ijs, qui secundùm naturam inserentur suæ oliuæ? Quem locum eleganter tractat D. Augustin Psalm. 72. vbi in hac oleastri in oliuam insitione, quam affert Apostolus ad explicandam Gentilis populi in Iudaicum successionem, duo obseruauit miracula: vnum est, quòd dicat Apostolus oleastrum insertum esse in oliua; cũ è contrario oliua inseri soleat in oleastro: alterum est, quòd oleaster iste insertus in oliua non oleastri, sed oliuæ fructus protulerit, cum in naturali insitione contrarium accidat: si quidem id, quod inseritur, ipsum est, quod crescit, fructumque fert non arboris, in qua inseritur, sed surculi, qui fuit insertus: quam obrem Paulus meritò hanc insitionem appellauit contrà naturam: *Si tu*, inquit, *ex naturali excisus oleastro contra naturam insertus es in bonam oliuam.*

Elegans Augustini obseruatio in locũ Pauli.

3

Tertia ratio est propter pinguedinẽ gratię, & charitatis Sãctorũ, quę dat pinguedinem, i. valorẽ operib⁹: quã ob causã dicitur de Ecclesia Esaię 5. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei*: quem locum sic reddidit Symmachus: *Vinea facta est dilecto meo in cornu in medio oliuarum.* Septuag. verò transtulerunt: *Vinea facta est dilecto meo in cornu in loco pingui, siue vberi.* Est autem sermo ad literam de terra promissionis, quæ erat pinguissima, & vberrima, in quo genere Ecclesiam repræsentauit à Christo Domino fundatam *in cornu*, ideſt, in regno, & potẽtia: nam Zach. 1. quatuor cornua quatuor potẽtissima regna demonstrant: vel etiam *in cornu*, ideſt, in loco forti, atq; sublimi. Dicitur autem *Filius olei* propter pinguedinem: dedit enim Christus operibus nostris pinguedinem, hoc est, pretium, & vim merendi per gratiam, quam nostris mentibus infundit. Quarta est, quià quemadmodùm oliuæ nunquàm folia defluunt, ità excellentibus quibusq; Sanctis nunquàm deperit pulchritudo bonorum operum iuxtà illud Psalm. 1. *Erit tanquàm lignum, quod plantatum est secùs decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet.* Idem dicitur Hierem. 17. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: & erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit, cum venerit æstus, & erit folium eius viride, & in tẽpore siccitatis non erit solicitum, nec aliquãdo desinet facere fructum.* Eodem pertinet illud Oseæ 14. *Ero quasi ros: Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani, & erit quasi oliua gloria eius*: etenim gloria oliuæ ea est, vt ei folia nunquàm excidant. Sed obseruãda est etiam eiusdem loci apud D Hieron. expositio. *Ero*, inquit, *eis quasi ros, vt fornacem Babylonicam, & caminũ æstuantis incendij meo rore restinguam: Dominus enim nobis, qui indigemus eius misericordia, & peccatorum febribus æstuamus in rorem conuertitur. Cum autem nos Dominus suo rore respersérit, germinabimus, imò florebimus sicut lilium, & mittemus radices nostras sicut arbores libani, quæ quantùm in auras consurgunt vertice, tantùm radicem in ima demergunt, vt nulla tẽpestate quatiamur.*

Esai. 5. 1. Illustratur, & elucidatur Esaię locus.

Symmachus. Septuag.

Zach. 1.

Christus cur filius olei.

Psal. 1. 3. Sãctorum pulchritudo.

Hierem. 17. 7.

Oseę. 14. 6. Oliuæ gloria, quæ.

D Hieron.

4

Quinta ratio est propter pacem, quę per oliuam significatur: vnde columba illa, quam emisit Noë, & quæ rediens ramum oliuæ virentibus folijs in ore gestauit Genes. 8. Spiritum sanctum designauit, qui cessantibus aquis persecutionum pacem in Ecclesiam infert, vt eo loco interpretatur Beda. Quoniam igitur Enoch, & Helias eo tempore persecutionem Antichristi cessaturam, pacemq; prædestinatis, & Ecclesiæ successuram, appropinquãtemq; Sanctorum gloriam denunciabunt, meritò cum oliuis conferuntur. Sexta, & postrema propter misericordiam, quam etiam oliua significat: etenim Sancti omnes misericordiæ operibus studebunt, eaq; potissimùm acerbissimo illo tempore Enoch, & Helias exercebunt. Quam ob causam meritò credi potest figuratos eos fuisse in duobus illis Cherubim, quos Rex Salomon fecit in oraculo de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis, texitq; auro. 3. Reg. 6. Enim verò Cherubim significant viros doctrina, ac moribus excellẽtes, qui de lignis oliuarum efformati describuntur, hoc est, ex misericordiæ, & charitatis operibus quodammodò confecti: decem cubitorum altitudinis, propter decem præceptorum non vulgarẽ, sed perfectam obseruationem: erant enim tecti auro, quià misericordia, vt per

Gen. 8. Oliua pacis symbolum.

Beda.

Enoch, & Helias Antichristi tẽpore pacẽ Ecclesię denũciabunt.

3. Reg. 6. 31.

fecta

fecta sit, debet charitate fulgere. Eosdē etiam adumbrarunt duo illa ostiola Sancti sanctorum, quæ etiam de lignis oliuarum ibidem fuisse commemorantur. *Et in ingressu*, inquit, *Oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum*: Sancti enim sunt veluti ostia, per quę nobis ad Sancta sanctorū cœlestia aditus aperitur. Illud non prætereundum in eiusmodi ostijs fuisse picturas Cherubim, & palmarū species, & anaglypha valdè prominētia, significaturq; in Sanctis reperiri Cherubim, ideſt, rerum Diuinarū scientiam; sculpturas palmarum, ideſt, victorias de spiritualibus hostibus reportatas, anaglypha etiā prominentia, ideſt, virtutes perfectissimas, & sese foris ostentantes, fundentesq; in alios per exemplum, potissimumq; per misericordię opera: siquidem ea anaglypha ex ipso ligno oleagino, quod symbolum est misericordiæ, prominebant. Possumus etiam sic interpretari non carere mysterio, quòd in ipsis ostiis Sancti sanctorum descriptæ fuerint palmæ: vt nimirùm quisquis in Sancta sanctorū cœlestia penetrare cōtēdit, cogitet sibi priùs esse cum hostibus dimicandum, consequendasque victoriarum palmas iuxtà illud 2. Tim. 2. *Non coronatur, nisi qui legitimè certauerit.*

Ostiola Sancti sanctorū sanctos cur adumbrēt.

Dimicanti palma debetur, & corona.

2. Tim. 2. 4.

Quod verò ad candelabri appellationem pertinet, dicuntur Enoch, & Helias candelabra; quià Christum verum lumē tanquam cāndelabra omnibus præferent, & ostendent: quòd enim Christus lumē sit, dixit Simeon Lucæ 2. *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Obseruandum est etiam meritò oliuam ei cāndelabro adhiberi; nec solùm Enoch, & Heliam candelabris, sed etiam oliuæ conferri: quoniam semper oleum habebunt, quo luceant. Cum enim oliuę sint, nunquàm ex defectu olei eorum lumen extingui poterit; nec opus habebunt illud cum fatuis virginibus dicere prudētibus: *Date nobis de oleo vestro, quià lampades nostræ extinguuntur.* Matth. 25. Quām eandem ob causam Zach. 4. duæ illæ oliuæ ad dexteram, & sinistram candelabri apparuerunt. Quod autem Sancti sint candelabra, habes mysticè expressum 3. Regum 7. vbi ita legimus: *Fecitque Salomon candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra Oraculum ex auro puro: & quasi lilij flores, & lucernas desuper aureas, & forcipes aureos.* Etenim candelabra aurea Sancti sunt charitate fulgentes, qui corda, & corpora ferendis Domini mādatis tanquā lucernis subijciunt: quisquis enim Diuinis sesemandatis subijcit, quasi cāndelabrū est aureū lucernā gestās aureā iuxtà illud Psal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuū.* Flores lilij, in quos candelabra desinebant, amœnitatem patriæ cœlestis significant, quos candelabra desuper gerunt; quià Sancti cœlestia tantùm bona appetunt: aut certè lilij flores castitatem exprimunt, quæ in Sanctis debet præcipuè eminere. Denique plenum mysterij est, quòd forcipes etiam erant aurei: forcipibus enim Prælati, & Prædicatores adumbrantur, quorum est fidelium lucernas emungere obiurgando vitia, lumenque virtutum magis illustrando. Quoniàm verò ij, quorum est officium alios emendare, perfectissimi esse debent, ne eis dicatur illud Apostolicum ad Rom. 2. *In quo iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas*: ideircò etiam forcipes aurei fuisse commemorantur.

Lucernam auream gestat, qui se mandatis subiicit Dominis. Ps. 118. 104.

Charitate ornati prelati, quorū est alios emendare. Rom. 2. 1.

5

Enoch, & Helias cur candelabra appellentur.

Luc. 2. 32.

Matth. 25. 8.

3. Reg. 7. 49.

Quanto tempore durare debeat Enoch, & Heliæ prædicatio?

Dabò duobus testibus meis, & prophetabūt diebus mille ducentis sexaginta.

SECTIO IX.

1

DE TEMPORE, quo Enoch, & Helię prędicatio duratura est, sic à Deo Ioā. instruitur. *Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta*: qui dies conficiunt ex annis nostris vulgaribus tres ānos cū dimi

dio viginti diebus minùs. Quòdsi sermo esset de mensibus lunaribus, quibus Hebræi vtebantur, quorum vnus alternis vicibus continet viginti nouem dies, alter triginta: proculdubiò eorum prædicatio excederet tres annos cum dimidio. Quia tamen probabilius est Ioannem, qui Gentibus scribebat, de annis, & mensibus iuxtà Græcorum, Romanorum, aliarumq; Gentium consuetudinẽ fuisse locutum: relinquitur prædicationem Enoch, & Helię duraturam, vti diximus, tribus annis cum dimidio viginti diebus minùs. Etenim tres anni cum dimidio completi, & perfecti continent dies mille ducentos octoginta. Nec verò quenquam moueat illud Dan. 12. *A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta*: etenim eo loco non est sermo de prædicatione Enoch, & Heliæ; sed de persecutione Antichristi, quæ durare debet tres annos cum dimidio, seu, vt hoc ipso cap. dicitur, menses quadraginta duos, quod idem est.

Cur verò toto eo tẽpore debeat perdurare eorum prædicatio, duplex ratio afferri potest. Vna est ea, quam tradit Beda, vt fideles alieniſsimis illis temporibus præsentisſimo horum duorum insignium virorum præsidio animentur, & fulciantur: sic enim Deus solet tribulationes, quas immittit, consolationibus temperare. Eandẽ ob causam voluit Ezechielem simul cum populo Babylonem duci captiuum, & Hieremiam Hierosolymis esse tempore obsidionis, & euersionis vrbis. Cuius naturæ suæ ad misericordiam procliuis etiam in rebus naturalibus argumentũ præbuit: etenim, vt scribit Plin. lib. 29. c. 4. viperę caput impositum ab eo percusso prodest: item si quis exustæ eius cinerem illinat: & in vniuersũ vbicũq; reperiũtur venena, ibi etiã eorũ remedia, & antidota Deus nasci voluit. Idcircò Ezech. 1. in medio ignis, qui obsidionẽ vrbis, eiusq; cõflagrationẽ exprimebat, electrũ suę misericordię tanquã antidotum collocauit: *Et de medio*, inquit, *eius*, i. ignis *tanquã species electri*: vt indicaret in medio illarũ tribulationũ, & calamitatũ, quibus opprimendi erãt Iudęi à Nabuchodonosor, se instar electri residere, vt eos misericordia sua, & consolatione recrearet: vnde Paulus 2. Cor. 1. eos dẽ sẽsu dixit: *Sicut abũdãt passiones Christi in nobis: ita & per Christũ abundat cõsolatio nostra.*

Alterã ratione mittẽdi eo tẽpore duos eiusmodi viros non minùs misericordia redundãtẽ innuisse se Dominus cõfitetur Mal. 4. *Ecce ego mittã vobis Heliã Prophetã, ante quã veniat Dies Domini magnus, & horribilis. Et cõuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres eorũ: ne forte veniã, & percutiã terrã anathemate*: hoc est, Mittã Heliã, vt conuertat cor patrũ ad filios, & cor filiorum ad patres, vt qui tunc incredduli fuerint, eandẽ fidẽ accipiant, quã antiqui Patres habuerũt: & ita patres, & filij se ipsos mutuò diligãt: *Ne percutiam terram anathemate*, idest, sepatione sempiterna. Cernis Dei misericordiã eò spectare, vt ne cogatur impios punire, & idcirco missurũ Enoch, & Heliã, vt homines prędicatione sua conuertãt, & irę Diuinæ subtrahãt. Simili affectu dixit Dominus Exod. 33. *Mittã præcursorẽ tui Angelũ. Non enim ascendã tecũ, quia populus durę ceruicis es, ne forte disperdãte in via.* Itaq; modis omnib⁹ vitat Dominus occasiones puniendi. Aduerte etiã rectè dici: *Ne percutiã terrã anathemate*: etenim qui Christũ nõ amat, dignus est, qui anathemate feriatur: quemadmodũ dixit Paul. 1. Cor. vlt. *Salutatio mea manu Pauli. Siquis non amat Dominũ nostrũ Iesũ Christũ sit anathema, Marã Atha*, hoc est, sit separatus à Deo, atq; damnatus, donec veniat Dominus, seu in aduẽtu Domini: interpretatur enim *Maran Atha, Dominus venit*. Quare Apostolus, vt Anselmus aduertit, excõmunicat eũ, qui non amat Christũ vsq; ad diẽ iudicij, vt tũc, si Christo placuerit, cõmunionẽ recipiat, qui anathematizatus fuerat. Quoniã verò *Maran Atha* idẽ est, *ac Dominus venit* in præterito tẽpore, vt obseruauit D. Chrys. illud est maximè adnotandũ Apostolũ rationẽ, cur anathema denũtiet ijs, qui nõ amãt Iesũ, cã afferre: quòd ipse iã venit, videlicet in humilitate ad saluãdum, vt nulla possit esse non diligẽtibus excusatio. Itaq; Christi Dñi aduẽtũ, & passionẽ vsq; adeò amorẽ cõciliare, vt venia dignus non sit, qui eũ non amauerit. Annotauit postremo Theodoretus significari

ijsdem

Quot dies cõtineret Hebrę orum menses.

Duratio prędicationis Enoch, & Heliç.

Dan. 12. 11.

2

Beda.

Tribulationes consolationibus temperat Deus.

Plinius.

Vbi venena, ibi & antidota nascuntur. Ezech. 1. 4.

3

Mal. 4. 5.

Occasiones puniendi vitat Dominus.

Exod. 33. 2.

1. Cor. 16. 22. Qui Christum non amat, dignus est, qui anathemate feriatur.

D. Anselmus.

D. Chrys.

Pauli zelus de amando Christo.

Theodor.

ijſdem verbis zelum Apoſtoli cupientis, vt omnes Chriſti amore ardeant. *Qui corpore*, inquit, *amant, nullum volunt habere amoris ſociũ: Apoſtolus autẽ omnes in amore riuales habere deſiderat, & qui tales non ſunt ab Eccleſia reſecat.* Eandem Diuini amoris naturã declarant verba illa ſponſæ Cant. 1. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*: nec enim dixit, *curram*, ſed, *curremus*, quaſi diceret: Si me vnã trahas poſt te, ego filias omnes Hieruſalem ad te etiam ſequendum incitabo: itaque non ſola curram, ſed omnes curremus, quia cupio omnes in tui amorem incitari.

Cant. 1. 4.

Cur Enoch, & Helias amicti ſaccis prædicare debeant?

Prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis.

SECTIO X.

I

ON dubium, quin hoc intelligendum ſit, vt verba ſonant, vereq; Enoch, & Helias induti ſaccis debeant incedere toto ſuæ prædicationis tempore, vt non ſolũ verbo, ſed etiam ipſo habitu pœnitentiam præferant, doceantque mortales viam promerendi Deum. Eſt enim ſaccus pœnitentium habitus: vnde eſt illud Iob 16. *Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.* In quem locũ D. Greg. lib. 13. Mor. cap. 6. Quid in ſacco, inquit, & cinere, niſi pœnitentia? quid in cute, & carne, niſi peccatum carnis debet intelligi? Cum ergò aliqui poſt lapſum carnis ad pœnitentiam redeunt, quaſi ſaccus ſuper cutem conſuitur, & cinere caro operitur. Etenim culpa carnis per pœnitentiam tegitur, ne in diſtricti iudicis examine ad vltionem videatur. De pœnitentia etiam ſua loquebatur Regius vates, cum dicebat: *Conuertiſti planctũ meũ in gaudiũ mihi: concidiſti ſaccũ meũ, & circundediſti me lætitia*, hoc eſt, Soluiſti cilicium, veſtem nimirum lugentium, & pœnitentium, qua me indueram, luctumque meum in gaudium conuertiſti.

Saccus pœnitentiũ habit⁹. Iob. 16. 16.

D. Greg.

Pœnitentia tegit peccata.

Pſalm. 29. 12.

Duas autem potiſsimùm ob cauſas Enoch, & Helias induti ſacco prædicabunt. Vna eſt ad eiuſmodi vili, & aſpero amictu Diuinam iram, quæ illis temporibus maximè aduerſus impios deſæuiet, mitigandam: nihil eſt enim, quod magis Dei iram ſedet, quàm pœnitentia, eiuſque etiam in interiori habitu, victuque argumenta: quo ſenſu accipiendum eſt illud Exod. 33. vbi poſt peccatum populi commemoratum de adoratione vituli dixit Dominus ad Moyſen: *Loquere filijs Iſrael: Populus duræ ceruicis es: ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum a monte Oreb.* Et quidem Rab. Salom. per ornatum hoc loco intelligit coronas, quas ſibi Principes populi impoſuerunt die illo, quo data fuit lex. *Tunc enim*, inquit, *populus fuit Deo deſponſatus per ſuſceptionem legis, & idcirco fuerant coronati Principes nomine populi inſtar ſponſæ: quas coronas nunquam ampliùs depoſuerunt, ſed poſt adorationem vituli ad eorum confuſionem, & humiliationem, & quandam veluti adulteræ ſponſæ repudiationem præcepit eis Deus, vt eiuſmodi coronas deponerent.* Verùm hæc ſuo more nugatur R. Sãlom. Alij de tabernaculo accipiunt, vt ſcilicet Deus præcipiat deponere ornamenta tabernaculi: ſed cum mox de tabernaculo ſanciatur, non eſt, cur per ornatum eo loco ornamenta tabernaculi intelligamus. Quare exiſtimamus fuiſſe pretioſas veſtes, quibus populus lætabundus erat indutus, quibuſque exornatus in ſignum lætitiæ vitulum aureum adorauerat, & feſtum egerat: quas Deus exui mandauit tanquam iratus Dominus, qui ſeruum, quem verberare inſtituit, nudari præcipit. Vnde rectè ſubiungitur: *Vt ſciam, quid faciam tibi.* Itaque volebat Dominus, (vt egregiè annotauit Hieronymus ab Oleaſt.) vt Iſrael nudum, & ſpoliatum veſtibus illiſe verberibus, ac flagris cædendum præſentaret, ſeſeque illa humiliatione, & pœnitentiæ habitu ob idololatriæ crimen commiſſũ reprehen-

2

Enoch, & Helias induti ſacco cur prædicabunt?

Pœnitentia irã Dei ſedat.

Exod. 33. 5.

R. Salom.

Hier. ab Olea.

deret: quò nimirum videns Deus eũ sic humiliatum,& paratum ad verbera misericordia cõmoueretur, atq; peccatum remitteret: tantum est præferre pœnitẽtiæ imaginem. Eandem ob causam dixit ad Esaiam.3.Reg.21. *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui.* Quid autem est, quod vidit Deus in Achab impijssimo, cur eum ita laudauerit? Non sanè aliud,quàm cilicium, quo carnem cingebat,& saccum, in quo dormiebat: & quòd dimisso capite ambulabat,vt ibidem dicitur. Itaque Achab exteriorem tantùm pœnitentiæ formam gerens iram Dei quoad supplicium suis diebus inferendum mitigauit, eiq; in eo vili amictu speciosus,& gratiosus apparuit. Hæc est igitur prima ratio,cur Enoch,& Helias in sacco prædicare debeant,vt eo habitu,& amictus asperitate iratum Deum peccatoribus concilient.

3.Reg.21.29

3 Altera ratio est,vt pœnitentiam,quam prædicaturi sunt verbo, opere quoque exerceant,& ita potẽtiùs,ac faciliùs eam hominibus persuadeant: nihil enim in prædicatoribus, & prælatis efficacius, & ad persuadendum vehementius excogitari potest, quàm si præstent ipsi, quod prædicant. Eam enim etiam ob causam Ioannes Baptista prædicaturus pœnitẽtiam in victu ipso, & vestitu pœnitentiã coluit: vnde meritò se vocem esse dixit, quià totus erat vox quædam, quæ alijs pœnitentiam suadebat. In cuius rei figuram ex limbo superhumeralis summi Sacerdotis pendebãt tintinnabula: quia nimirùm ipse etiam vestitus prædicatoris,ipsaq; viuendi ratio debet esse vocalis,virtutemq;, & sanctimoniam personare; quemadmodùm obseruauit D.Hieronymus ad Fabiolam de veste Sacerdotali. *Tanta*, inquit, *esse debet scientia,& eruditio Pontificis Dei,vt & gressus eius,& motus, & vniuersa vocalia sint: veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet,vt quicquid agit, quicquid loquitur,sit doctrina populorum: absq; tintinnabulis enim,& diuersis coloribus,& gemmis,floribusq; virtutum nec sanctè ingredi potest,nec nomen Antistitis possidere.* Hæc ille. Vndè Regius Propheta Deũ quoq; ipsum ad præstandum,quod præcipit,exhortatur,quò facilè possit subditos ad sui amorem,suorumq; præceptorum obseruationẽ pertrahere,cum ait: *Exurge Domine Deus in præcepto,quod mandasti,& synagoga populorum circundabit te*: hoc est, Præsta,quod faciendũ alijs præcepisti: sic enim omnes te vt Principem colent,& tua omnia iussa facilè exequentur. Ita præter alios hunc locũ intellexit D.Aug.in cõm.in psalm. *Humilitatem*, inquit, *præcepisti, humilis appare: & tu prior imple, quod præcepisti, vt exemplo tuo viuentes superbiam non possideantur à Diabolo, qui aduersùs tua præcepta superbiam persuasit dicens: Manducate, & aperientur vobis oculi, & eritis tanquàm Dij.* Hæc Aug.

Prædicatoris exemplum.

Exod.39.

Pontificis itẽ. D.Hieron.

Pſal.7.7. Exemplivis.

D.Augſt.

Gen.3.5.

De miraculis, quæ Enoch, et Helias edituri sunt toto suæ prædicationis tempore.

SECTIO VNDECIMA.

QVONIAM grauissima futura est Antichristi persecutio, potissimùm verò propter signa, & prodigia mendacia, vt ait Paulus secundæ Thess.2. quibus doctrinam suam persuadere conabitur, *ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi*, quemadmodùm Christus denunciauit: idcirco misericors Deus, qui non finit quenquã vltra vires tentari,summo consilio prouidit,vt Enoch,& Helias toto suæ prædicationis tempore, hoc est, mille ducẽtis sexaginta diebus veram Christi fidẽ non solùm verbo statuant; sed etiam illustrissimis miraculis confirmẽt, atq; adeò validissimam illam Antichristi mẽdacium signorũ machinam omnino labefactent. Quæ nã verò ea miracula futura sint,Ioãnes illis verbis explicauit: *Hi habẽt potestatẽ claudendi cælũ, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertẽdi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescunq; voluerint. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit*

1

2.Thess.2.

Matt.24.24.

inimicos eorum: quæ ad cõsolationem fidelium figillatim libet exponere.

2 Primùm igitur habebunt potestatem claudendi cœlum, hoc est, vt statim exponitur, prohibendi pluuiam, quemadmodùm iam ante Heliæ concessum fuerat. Promisit enim illi Deus non futurã pluuiam, nisi cũ ipse petijsset: itaq; nõ pluit tribus annis, & mensibus sex. Ea verò promissio colligitur ex illis verbis Heliæ. 3. Reg. 17. *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.* Qua de re est elegans sermo D. Chrys. in Heliam Prophetam tomo. 5. Quid ergo in terris Diuinius, & ad fidem astruendam efficacius cogitari potest; quam duos reperiri homines Antichristi tẽpore Christi famulos, qui cœlum, et terram moderẽtur, habeantq;, vt cum Ioanne loquamur, cœli ipsius clauem ad cœlum, cum voluerint, claudẽdum, & aperiendum? Hoc enim significatur, cum dicitur: *Habebunt potestatem claudendi cælum*, & ita claudendi, vt nulla vi Antichristi sectatores illud possint aperire, quò manifesta fiat eorũ vanitas, Christiq; domini imperium, & gloria magis resplendeant. Quare qui eo tempore se se ad Antichristum adiũxerint, nullam habere poterunt excusationem desertæ fidei. Etenim verissimum etiam tunc erit illud: *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tẽtari supra id, quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere*: vbi pro, *sustinere*, est Græcè ὑπενεγκεῖν, id est, *ita sustinere, vt superstent adhuc vires ad plus aliquid sustinendũ*. Itaq; id auxilium Deus confert, vt cum magno excessu possit quis tentationem superare. Idcirco igitur Deus tam amplam tribuet Enoch, & Heliæ potestatẽ miracula perpetrandi. Atq; hanc moderationem habet illud, quod ait D. Greg. lib. 32. mor. c. 13. vbi agens de persecutione Antichristi, *Pensemus*, inquit, *quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius Martyr & corpus tormentis subijcit, & tamen ante eius oculos tortor miracula facit? Cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is, qui flagris cruciat, signis coruscat?* Hæc ille. Sed ad huiusmodi tentationis vim frangendam toto eo tempore Enoch, & Helias illustrissimis signis, & miraculis coruscabunt. Duo hic sunt obseruanda. Vnum est meritò impijs eo tempore cœlum claudi, cum illud modò non solùm ingredi nõ curent, sed etiam sceleribus oppugnent: quæ est vna ex maledictionibus, quas Leuitę populo imprecabantur, si legem Diuinam violasset. *Sit cælum, quod supra te est, æneum: & terra, quam calcas, ferrea: det Dominus imbrem terræ tuæ puluerẽ, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris*: ex quo loco obiter collige sæpe propter hominum scelera iratum Deum tẽpestiuam pluuiam denegare: atq; adeò, cum id contingit, peccatores ad pluuiã impetrandam pœnitentiæ, & morũ cõpositionis admonere. Alterum est, quãto honore, & amore Deus Sanctos suos prosequatur: siquidẽ eis potentiæ suæ, atq; adeò thesauri claues liberaliter cõmittit, vt alteri quidam Dij in terris videantur. Hoc enim sensu dictũ est Moysi Exodi. 7. *Ego te constitui Deum Pharaonis.* Idemq; maiori iure de Enoch, & Helia illis temporibus dici potest: quòd scilicet Dij Antichristi constituendi sint.

3 Deinde habebunt potestatem conuertendi aquas in sanguinem, quam etiam datam legimus Moysi Exodi septimo: imò percutiẽdi terram omni plaga, quotiescunq; ipsi voluerint, quod summę potestatis erit; siquidem Deus pro eorũ arbitratu potentiam suam, & vim infinitam exeret, vt verum sit illud, quod ait Philo Iud. lib. 1. de vita Moysis: *Cum amicorum omnia sint cõmunia, id circo Deum potestatem, & opes suas cum Sanctis cõmunicare.* Deniq; mirũ est, quod sequitur: Si quis eos occidere tentauerit, ignẽ egressũ de ore ipsorũ, hostesq; deuoraturũ, toto nimirũ tẽpore, quod eis fuerit ad prædicãdũ definitum. Id quod ita accipiẽdum est, vt ad Enoch, & Heliæ imperium descenserit sit ignis de cœlo, qui ipsorum hostes, & aduersarios inflammet, sicut legimus 4. Reg. 1. ad preces Heliæ descendisse ignem de cœlo, qui duos Principes quinquagenarios cum suis quoq; militibus interemit.

Enoch, & Helias Antichristi tẽpore prohibebunt pluuiam

3. Reg. 17. 1.

Deut. 28. 23.

Pluuiam tempestiuam propter peccata denegat Deus.

Sanctos suos quanto honore prosequatur Deus.

Exod 7. 1.

Exod. 7.

1. Cor. 10. 13.

Enoch, & Helię potestas aduersus Antichristum.

Phil. Iud.

Auxilium Dei ad superandas tentationes.

D. Greg.

4. Reg. 1.

Enoch, & Heliam ab Antichristo occidendos: & cur Hierusalem, in qua occidi sunt, AEgyptus, & Sodoma appelletur?

Corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & AEgyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.

SECTIO DVODECIMA.

1 ABsoluto suo testimonio Enoch, & Helias interficientur à bestia, quę ascendet de abysso, hoc est, ab Antichristo: eorumq; corpora, vt ait Ioannes, iacebunt tribus diebus cũ dimidio inhumata in plateis ciuitatis magnę, *quæ vocatur*, inquit, *spiritualiter Sodoma, & Ægyptus*. Quęnam verò ea ciuitas futura sit, statim explicauit subiungens: *vbi & Dominus eorũ crucifixus est*: quod simul dictum existimo ad Heliæ, & Enoch consolationem: vt nimirùm meminerint glorioſum ſibi fore in ea ipsa vrbe mori pro Christo, vbi Christus eorũ Dominus pro ipsis crucifixus est. Sed opponit se nobis D. Hieron. epist. 17. quam nomine Paulæ, & Eustochij ad Marcel. scribit, vbi tractans hunc locum existimat non esse hic nomine Ægypti, & Sodomę intelligendam Hierusalem; sed mundum istum, qui est vrbs illa magna, quam Cain ædificauit. Et argumẽtatur primùm ex eo, quòd hoc ipso capite Hierusalem appellata fuerit ciuitas sancta illis verbis: *Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: Quomodò enim contraria sibi loquatur Scriptura? & quam paulò ante ciuitatem sanctam appellauerat, paulò post Ægyptum, & Sodomam appellet?* Deinde, quoniam in sacris literis Ægypti, & Sodomæ appellationibus non Hierusalem, sed mundus nominari cõsueuit. Etenim quod ad Sodomam pertinet, Ezech. 16. iuxtà translationem 70. dicitur: *Restituetur Sodoma in antiquum: Quod*, inquit, *intelligi non potest de Hierusalem, quæ iterum ædificanda non est: sed de mundo, qui vt ante fuit, instaurabitur.* Quod verò ad Ægyptum spectat, affert illud ex Iudę epist. testimonium. *Cõmonere autem vos volo, Scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Ægypti saluans, secundò eos, qui non crediderunt, perdidit: Et ne putaret*, inquit, *de Iesu diei filio Naue, statim sequitur: Angelos verò, qui nõ seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.*

Cæterùm, vt pace dixerim Hieron. omnium, quos ætas illa tulit, longè doctissimi verba Ioannis manifestè cõuincunt de vrbe Hierusalẽ sermonem esse: quæ enim alia ciuitas, nisi Hierusalẽ intelligenda est, cùm dicitur: *In plateis ciuitatis magnæ, vbi & Dominus eorum crucifixus est?* Nec verò rationes Hieron. contrarium euincunt: etenim non mirum videri debet, quod eadem ciuitas ob vnam rationẽ sancta, ob aliam dicatur Ægyptus, & Sodoma: sancta, quoniam à Deo fuerat in sui cultum, & adorationem electa: Ægyptus autem, & Sodoma propter colluuionem scelerum, quibus cum Ægypto, & Sodoma contendit. Sic enim ipsa etiã Ecclesia in sacris literis interdum meretrix dicitur propter statum, quẽ habuit ante conuersionem, interdum virgo, & sponsa Christi propter fidem: propter malos nigra; propter bonos formosa, Cant. 1. Et quidem Sodomę appellationem tribui posse Hierosolymis consentaneum est Diuinis literis, in quibus reperimus Sodomam appellari sororẽ Hierusalem, veluti Ezech. 16. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ.* Præterea quid mirum, si Hierusalẽ Sodomę comparetur? quandoquidem peior adhuc, quàm Sodoma pronuntiatur Thren. 4. *Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum.* Ægypti appellatio non occurrit, vbi in sacris literis Hierosolymis tribuatur: sed hic locus Apocalypsis clarissimus satis esse debet, vt eam vrbem Ægyptum appellari posse non immeritò existimemus.

2

Iam illud est explicandum, cur Hierusalem tum Ægyptus, tum Sodoma spiri-

3

tualiter

Enoch, & Helias interficientur ab Antichristo.

D. Hieron.

Ezech. 16. 55.

Iudę 5. & 6.

Ecclesię ob diuersum statum varia nomina.

Cant. 1.

Ezech. 16. 48. Hierusalẽ Sodomę, & Ægypto cõparatur

Thren. 4. 6.

tualiter, vt ait Ioannes, hoc est, in mystico sensu nominetur? Sciendum est igitur Ægyptũ appellari Hebraicè *Mitsraim*, quæ vox secundum etymon significat afflictionẽ: *metsar* enim Hebraicè afflictio est: id quod maximè in Hierusalem cõuenit, quæ à quatuor mundi imperijs fuit oppressa. Verùm Ægyptus per mysterium pro tenebris sumitur ob eas horribiles tenebras, quę à Moyse in Ægypto factę sunt tribus diebus vsq; adeò densę, vt palpari possent, quemadmodùm dicitur Exod. 10. Atq; hoc potissimùm ex capite Hierusalẽ spiritualiter Ægyptus appellatur. Quantę enim tenebræ illam in aduẽtu Messię occupauarint, ipsimet Hebræi confitentur apud Esai. 59. *Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.* Porro cum dicitur: *palpauimus sicut cæci parietem*, ingẽs cæcitas significatur, sicut & 2. Petri. 1. illis verbis: *Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentãs*: luscioli namq; magna corpora vident, vt ductu manuum non sit opus: atq; adeò indicatur cæcos omnino esse Iudæos, qui manifestã Christi Diuinitatem quasi magnum aliquod corpus non videant, vt non iam luscioli, sed omnino cæci censeri debeant. Quã caliginem adũbratam fuisse in eo, quod Moyses loquẽs cum Domino auferebat velamen, donec exiret: siquando autẽ loquebatur ad populum, operiebat rursùs velamine faciem suam, vt refertur Exod. 34. expendit Rup. lib. 4. in Exod. c. 44. *Quia*, inquit, *dum loquitur Moyses ad Christum, ideſt, ad Euangelicam Ecclesiam, in qua Christus est, tollit velamen suum, & apertam ostendit faciem: tollit enim literam occidentem, & spiritum promit viuificantem. Vbi autem legitur in synagogis Iudæorum, operit vultum suum, ideſt, spiritualem legis sensum.* De eodemq; velamine loquutus est Paulus secundæ Cor. 3. cum dixit: *Vsq; in hodiernum diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur) sed vsq; in hodiernum diem, cũ legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Atq; hæc quidem de Ægypto. Cur verò eadem Hierusalem Sodoma dicatur, inde intelliges: quòd instar Sodomę sese in turpitudinis cęno per summam impudẽtiam volutauerit. Etenim, vt refertur 2. Mach. 4. præter multa alia, quæ recensèri possent, Iason frater Oniæ, cum per ambitionem ab Antiocho Epiphane summum Sacerdotium obtinuisset, facta sibi à Rege potestate ephebiam Hierosolymis constituendi ausus est sub ipsa arce gymnasium cõstituere: & optimos quosq; epheborum in lupanaribus prostituere, vt non iam Hierusalem Sodomam æmulari, sed multò etiam vincere effrænata libidine videretur.

Hierusalẽ cur Aegyptus dicatur.

Exod. 10.

Hebræorũ in Messię aduentu cęcitas.

Esai. 59. 10.

2. Petr. 1. 9.

Exod. 34.

Eorundem cęcitas in Scripturis intelligẽdis.

Rupertus.

2. Cor. 3. 14.

Cur item dicatur Sodoma.

2. Machab. 4.

De Enoch, & Heliæ resurrectione, & in cœlum ascensione.

Et post dies tres, & dimidium spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & ascenderunt in cœlum in nube.

SECTIO XIII.

QVAMTVM sectatores Antichristi lætari debeant Enoch, & Heliæ occisione, atque ignominia, qua eorum corpora per tres dies cum dimidio in plateis Hierosolymorum inhumata iacebunt, tradit Ioannes illis verbis. *Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumentis, & inhabitãtes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur, & munera mittent inuicem: quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant super terram.* Cœterùm statim Ioannes eorundem Prophetarum gloriam, atque aduersariorum timorem, ac trepidationẽ cõmemorat, cum subiungit Enoch, & Heliam, postquam eorum cadauera tribus diebus cum dimidio in plateis Hierosolymorum inhumata iacuerint, rursus magna inimicorum trepidatione surrecturos: tunc voce de cœlo de lapsa, *Ascendite huc*, ascensuros in cœlum in nube:

I

eademq; hora terræmotum magnum excitandum, decimamq; partem ciuitatis, Hierosolymitanæ scilicet casuram, & occisum iri à terræmotu septem hominum millia; reliquos timore percellendos, glorianique Deo cœli daturos. Quæ omnia, non dubium, quin ad literam, vt verba sonant, intelligenda sint.

2

Illud obseruandum cum sectatores Antichristi vsq; adeò morte Enoch, & Heliæ triumphassent, vt gratulationis causa, quemadmodùm docuit Ioannes, inuicem sibi munera miserint, repẽre illis resurgentibus, & in cælum palàm ascendentibus timore perculsos, & obstupefactos tandem Sanctorum decus, & gloriam agnouisse, doluisseq; maximè, quòd eos fuissent prosecuti. Ex quo duo colligenda sunt ad cõsolationem Sanctorum: vnum est labores eorum tandem finiri, & in gloriam, splendoremq; conuerti. Alterum in eorum inimicos, ac persecutores acerrimè à Deo animaduerti. Hoc enim significat ille terræmotus, quo septem hominum millia interibũt, compellenturq; reliqui Sanctorum gloriam, & splendorem confiteri. Et quidẽ quod ad primum attinet, meritò eam ob causam Christus Dominus Sanctorũ statum laboribus huius vitæ vndiq; circumseptum comparauit parturiẽri mulieri, quę acerbissimos dolores in pariẽdo patitur; sed breuissimè dolores illi transeunt, & incredibili gaudio ob editũ infantem compẽsantur. Quam etiam si militudinẽ vsurpauit Apostolus Rom. 8. *Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc. Non solùm autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes*, hoc est, Non solùm omnes creaturæ expectant nostram remunerationem sperantes fore, vt tunc iam renouentur: sed etiã nos ipsi pressi laboribus gemimus, & persecutionum pressuris, ac dolotibus fatigati ipsam filiorum Dei adoptionẽ, & gloriam parturimus. Itaq; iustus cũ se pressum laboribus viderit, cogitet se quasi fœtum gloriæ in ventre gestare, quam illis doloribus parturit. Hãc nimirùm ob causam Sancti omnes in hac vita appellantur à Zacharia *vincti spei*: sic enim legimus cap. 9. *Tu quoq; in sanguine testamẽti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Cõuertimini ad munitionem vincti spei: hodie quoque annuntiãs duplicia reddam tibi*: quasi dicat Propheta Christũ alloquens: Tu Christe rex potentissime sanctos illos patres, qui in limbo tanquam in lacu, & carcere tenebantur, sanguine tuo, per quem fœdus inter homines, ac Deum initum fuit, in libertatem vendicasti. Conuertimini igitur *ad munitionem*, seu locum munitum, hoc est, ad Christum ò *vincti spei*, idest, qui vincti speratis. Quo loco per *vinctos spei* non solùm Iudæi intelligendi sunt, vt pleriq; volũt, sed Sancti omnes, qui in hac vita labores pro Christo tolerãt: qui *vincti spei* appellãtur, quià dum vinciuntur, dum conijciuntur in vincula, ibi adhuc sperant fore, vt è carceribus educti, hostibusq; debellatis duplo maiora præmia accipiãt, quàm sint ipsi labores: vnde sequitur: *Duplicia reddã tibi*. Aduertendum est autem eleganti periphrasi appellasse Prophetam mortales omnes *vinctos spei*; quiá semper spe melioris fortunę in suis laboribus sustẽtãtur, quasi sint ipsi vincti, & veluti captiui ipsius spei, cui nimirùm seruiunt, & à qua tanquàm ab hera, & domina sustentantur. Potissimùm verò Sancti *vincti spei* dicuntur non inuiti, sed voluntarij: quia ipsi se vltrò ob vnam spem glorię in carceres, & vincula conijciunt. Nec minùs elegans est illa Pauli similitudo, cum Sanctorum spem inter persecutionum discrimina anchoram appellauit Hebr. 6. *Qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedẽtem vsq; ad interiora velaminis*. Sicut enim anchora in medio fluctuum nauem retinet, ne à vento, & fluctibus abrepta dispereat; ita spes Sanctos omnes immensa vitæ huius Oceano, procellosisq; laborum fluctibus ita retinet, vt firmi, securiq; permaneant: quàm anchoram propterea Apostolus in cælum iacere præcipit, imò in ipsa Sancta sanctorum cælestia, tanquàm in locum tutissimum, & propter remunerationis spem benè laborantibus promissæ ad firmandam anchoram, nauemque aptissimum.

Sanctorum labores finiũtur.

Ioan. 16.

Rom. 8. 22.

Gloria laborũ fœtus.

Zachar. 9. 11.

Christus locus munitionum.

Sperantiũ elegans periphrasis.

Sanctorũ spes in laboribus.

Hebr. 6. 18.

Quod

Quod verò attinet ad secundum, co pertinet illud ps. 57. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Quo loco Hebraicè pro eo, quod nos habemus, *manus suas*, habetur, *plantas suas*. Eodem tamen recidit: significatur enim lætitia, qua Sancti de impiorum vindicta gestient, eo quòd ex eorũ punitione videant Dei gloriam magis illustrari, ducta similitudine à victoribus, qui in hostium sanguine solent pedes tingere. Aliò deflexerũt Casiod. D. Hieron. D. Aug. & Remig. volunt enim iustum lauare manus in sanguine peccatoris, ideſt, cautiorem fieri, cum videt eius sanguinem, ideſt, cum à Deo castigatum. Quam eandem expositionem secutus est D. Greg. lib. 18. Mor. c. 13. *In peccatorum, inquit, morientium sanguine iusti lauãt manus: quia dum eorum pœna conspicitur, conspicientis vita mundatur.* Et D. Bern. serm 8. in psal. *Qui habitat, Planè, inquit, non inquinabit in sanguine manus, sed lauabit, vt vnde ille cruentus magis, inde iste nitidior videatur: vndè ille plùs sordet, indè iste pulchrius eluceſcat.* Verùm hæc expositio non literalis est, sed mystica: ad literã enim significatur gaudium, quod iusti de malorum punitione concipient: quemadmodùm etiam dicitur sub eadem similitudine ps. 67. *Dixit Dominus: Ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris: vt intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso*, ideſt, Homines ex regione Basanitide, quæ paret Og hosti tuo sæuissimo, ex ipsis met, inquam, regionibus inimicorũ tuorum cõuertam inimicos tuos in profundum maris, hoc est, in mare eos demergam, vt ita lætabundus possis lauare pedes tuos in illorum sanguine, & canes tui eodem inimicorum cruore saturentur.

3 Psal. 57. 11. Sanctorũ lætitia de impiorum vindicta. Casiod. D. Hieron. D. Augusti. Remig. D. Greg. D. Bernard. Castigato peccatore cautior redditur iustus. Psal. 67. 23.

COMMENTARIVM SEXTVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Quæ de tuba septimi Angeli Ioannes ediſſerat, explicantur.

SECTIO PRIMA.

I IN POSTREMA parte huius capitis cõmemoratur à Ioanne visio septimi Angeli tuba canentis. Et quidem tubæ sex Angelorum præcedentium varias persecutiones, & bella, quibus Ecclesia erat exercenda, terribili suo clangore denunciarunt: hæc autem postrema tuba felicissimum illud tempus denunciat, in quo Christus hostibus suis debellatis gloriosè regnabit, vt manifestè significatur iis verbis: *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum.* Quam ob causam viginti quatuor seniores, qui vniuersam Ecclesiam repræsentãt, vt suo loco diximus, Christo Domino de pacato eius regno, & imperio gratulantes proni in faciem dixerunt: *Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.* Lætati enim sunt, quòd tempus illud aduenisset, in quo Christus probis quidem prœmia, improbis autem supplicia largiretur. Tunc verò docet Ioãnes apertum fuisse tẽplum Dei in cælo, visamq; arcam testamenti, in qua licet aliqui velint significari arcana mysteria rerum futurarum, quæ in arca propter absconsionem figurentur: probabilior tamen est Bedæ, Primas. Rup. Pann. & Richardi Vict. sententia, per huiusmodi

Ecclesia Christo domino de pacato eius regno gratulatur. Beda. Primasius. Panno. Victorinus.

arcam testamenti humanitatem Christi accipientium, quæ se se videdam,& fruendam prædestinatis demonstrat. Fulgura verò, voces, & tonitrua, quæ subsequuntur, impiorum pœnas grauissimas apud inferos significant. Atq; hoc modo explicata visione non est, cur cum Ruperto, Pann. Hug. Card. & alijs hanc arcę fœderis in cælo apparitionem ad sequens caput referamus, ex eaq; diuersam visionem, & caput duodecimũ auspicemur. Illud quoad contextum, & nexum visionis est aduertendum, hanc tubam septimi Angeli regnũ Christi post iudicium denuntiantem adhiberi hoc loco per anticipationem: id quod necessariò fatendum est; si quidem capitibus sequentibus de Antichristi persecutione fusè à Ioanne disputatur: quæ tamen Imperij Christi felicitatem post iudicium futuram debet antecedere.

Ruperr. Pannon. Hugo Card.

Cur humanitas Christi dicatur arca testamenti.

Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius.

SECTIO SECVNDA.

I

TLLVD in tuba septimi Angeli duntaxat explicationem desiderat, cur humanitatem Christi Ioan. *Arcam testamẽti* appellauerit iuxtà eam expositionem, quam veluti cõmuniorẽ magis probauimus? Igitur humanitatem Christi in arca testamenti fuisse adumbratam docent Cyril. Alex. lib 4. in Ioan. c. 28. D. Hilar. in ps. 131. super illa verba: *surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Quæ verò sit inter arcam fœderis, & Christum conuenientia ex sequentibus manifestum fiet.

Humanitas Christi in arca testamenti adumbrata. Cyrill. Alex. D. Hilar. Psal. 131. 8.

Primùm. Arca testamenti erat de lignis certim, hoc est, cedrinis iuxtà cõmuniorem sententiam, quæ ligna dicuntur imputribilia, & summam Christi sanctitatem declarant: cuius videlicet humanitas nulli vel minimę peccati corrupti

Christi sanctitas. Heb. 7. 26.

oni, ne de potentia quidem Dei absoluta, subiecta esse potuit. Vndè Paulus Hebr. 7. *Talis decebat, vt nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus*: et ps. 21. *Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum*: pro quo Hebraice est: *verba rugitus mei*: vt sit sensus: Cur me Pater ita dereliquisti, vt verba, quibus tuam opem imploro, longè sint à salute impetranda? Verùm secundùm nostram vulgatam editionem duplex est expositio. Vna est, vt ea verba dicta sint à Christo in persona omniũ hominũ, appelletq; delicta sua nostra ipsorum delicta, quæ in se ad satisfaciendum susceperat: quæ expositio est D. Aug. epist. 120. de gratia noui testam. c. 6. Nazianz. orat. 36. & D. Damas. lib. 3. fidei cap. vigesimo quinto, & lib. quarto cap. 19. Altera est Euthymij in hunc sensum: *Delicta mea longè sunt à me*, hoc est, saluti meæ nocere nequaquam possunt, cũ verè nulla sint. Eodẽ pertinet illud ps. 34. *Congregata sunt super me flagella, & ignorani.* In quem locum D. Hieron. *Quid non cognouerit*, inquit, *quæritur. Quidam putant dolorem vulnerum, quæ patiebatur in cruce: sed meliùs ad peccata refertur, quòd nimirum non habuerit conscientiam peccatorum, quare crucifixus sit: quasi diceret: Propter quod istud mihi accidit, non commisi.* Ad Christum etiam à plerisq; refertur illud Prou. 30. *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam Aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia*: seu vt ex Hebræo est legendum, *in adolescentula*. Pro eo, quod nos habemus: *viam colubri super terram*, 70. transtulerunt, *viam colubri super petram*: quibus verbis declaratur Christi Domini innocentia instar petræ firmissima, in qua videlicet petra serpens ãtiquus nullum potuit peccati vel leuissimi vestigium imprimere. Hãc eandem Christi sanctitatem existimat Theodor. expressam fuisse absponsa nomine pulchritudinis Cant. 5. *Dilectus meus cãdidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis, & totus desiderabilis*, seu, vt habent Septuaginta, καὶ ὅλος ἐπιθυμία,

D. August. D. Greg. Naz. D. Ioan. Dam.

Euthym.

Psal. 34. 15.

D. Hieron.

Prou. 30. 18.

Septuag.

Theod.

Cant. 5. 10.

ideſt,

ideſt, *& totus deſiderium*: quæ poſtrema verba ſic ille expendit. *Dubitas*, inquit, *Sponſa, quibus eum laudibus prætereà cumularet, vno verbo ſe expedit, & cuncta complectitur. Quid, inquiens, in ſingulis eius pulchritudinis partibus explicandis moror? totus eſt deſiderium: omnes ad amandum ſe trahit.* Verùm nemo elegantiùs innocentiam Chriſti explicauit, quam Paulus cum dixit ſecundæ Cor. 5. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*: vbi cum D. Chryſ. obſeruandus eſt modus loquendi Pauli: nec enim dixit. *Qui peccatum non fecerat*, ſed: *Qui peccatum non nouerat*: quaſi diceret: Vſq; adeò fuit ſegregatus à peccatoribus, vt ne de facie quidem peccatum nouerit.

Theodor. Chriſtus totus deſiderium. 2.Cor. 5. 21. D.Chryſ.

2

Secundò. Erat arca fœderis deaurata intus, & foris, ſeu cooperta intùs, & foris laminis aureis. Eſt enim Chriſtus totus aureus, ſummique valoris, ac pretij, & quatenùs Deus eſt, & quatenùs homo eſt. Prætereà tam Diuinitas, quàm humanitas fulgebant ardentiſsimæ charitatis auro. Nam de Diuinitate accipiendũ eſt illud Hierem. 31. *In charitate perpetua*, ideſt, æterna *dilexi te: ideo attraxi te miſerans.* Propter humanitatem verò appellatur rubicundus Cant. 5. ideſt, charitate incenſus. Quanta verò charitate humanitas Chriſti exarſerit, hac ſimilitudine poteſt modo aliquo intelligi. Si Deus vniuerſam ignis ſphæram in vaſe aliquo paruo cryſtallino includeret, quinam flammarum turbines intùs voluerẽtur? Cum igitur Deus infinitam illam Diuinitatis, & charitatis ſphæram in tam exiguum humanitatis vaſculum incluſerit iuxta illud Coloſſ. 1. *In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare.* & c. 2. *In ipſo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter*: quos nam, quæſo, charitatis ardores in ea humanitate excitari oportebat? Atq; idcirco humanitas Chriſti expreſſa fuit in illo Salomonis ferculo, de quo agitur Cant. 3. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de Lignis libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureũ, aſcenſum purpureum: media charitate conſtrauit propter filias Hieruſalẽ.* Quo loco *ferculũ* alij ſellam geſtatoriam, alij thronum putãt: per charitatem verò ipſemet Salomon accipiẽdus eſt in media ferculi parte reſidẽs, qui figuratè, & amatorio more appellatur charitas, quòd in eo ferculo maximè pulcher, & amabilis Hieroſolymitanis fœminis videretur: vnde ſubditur: *Propter filias Hieruſalem.* Quę expoſitio confirmari poteſt ex alia eiuſdem loci translatione, quam plerique afferunt: pro eo enim, quod nos habemus: *Et media charitate conſtrauit*, transferunt: *Et medium tenet ipſe accenſus.* Quod verò dicitur: *Propter filias Hieruſalem*, ſic accipiunt: non quòd Salomon à fœminis amaretur, quemadmodùm voluit D. Hier. ſed quòd ipſe fœminas adamaret, ad quarũ ſcilicet amorem conciliandum in eo pulcherrimo ferculo per vrbẽ vehebatur. Sic igitur etiam Chriſti humanitas ferculum fuit Diuinitatis pulcherrimum, in quo Dei filius ita accenſus amore ferebatur, vt amatoriè, & figuratè ipſemet amor, & charitas dici meritò potuerit, *Propter filias Hieruſalem*, ideſt, fidelium animas: tũ quia ipſę in Chriſti amorem incendebantur: tum quia Chriſtus in eo ferculo ſeſe ſupramodũ amabilẽ exhibebat, filiarũq; Hieruſalẽ amorem ambiebat, eãq; ob causã eiuſmodi ferculũ aſcendit, ideſt, humanitatẽ incredibili decore conſpicuam ſibi copulauit. A qua expoſitione non multũ abhorret Beda in cõm. in Cant. quanuis enim ferculũ ad Eccleſiam referat, tamẽ aſcenſum purpureũ de charitate Chriſti interpretatur, propter quã dilexit nos, & lauit ſanguine ſuo purpureo. Nec niſi pvrpureus aſcenſus ad hoc ferculũ inuenitur: quia nullus Eccleſiã niſi ſacramẽtis Dominicæ paſſionis imbutus ingreditur. *Media autem charitate conſtrauit*, ea videlicet, qua pro nobis paſſus eſt, *propter filias Hieruſalem*: quoniam quantò maiorem charitatem pro nobis patiendo commẽdauit; tantò plures ad ſe redamandum, ac pro ſe patiendum inflammauit. Illud eleganter obſeruauit Beda in reclinatorio aureo adumbratã fuiſſe ſpem perpetuę quietis, quam Chriſtus fidelibus repromiſit Mat. 11. *Tollite iugũ meũ ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.* Quod reclinatorium aureum fecit, quia requiẽ nobis Diuinæ viſionem gloriæ coruſcãtem pręparauit. Ratio verò cur ſpes Sanctorum reclinatorio aureo cõparetur, ea

Chriſti charitas ardentiſsima. Hierem. 31. 3. Coloſſ. 1. 19. & 2. 9. Cant. 3. 9. D. Hieron. Humanitas Chriſti ferculũ Diuinitatis Beda. Eccleſiam nemo ingreditur niſi virtute paſſionis. Matth. 11. 29 Spes ſanctorum reclinatorium aureum.

est: quoniam Sancti omnes cum laboribus, & persecutionibus fatigantur, in hac vna spe tanquàm in aureo quodam reclinatorio conquiescunt.

3 Tertiò. Erat propitiatorium in arca, quod erat opertorium quoddam aureũ ipsius arcæ: in quo etiam Christus ipse exprimitur, quẽ Paulus Rom. 3. propitiatorẽ vocat: *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidẽ in sanguine ipsius*, seu, vt alij vertũt, *Propitiationem*: nomen enim Græcum ἱλαστήριον vtrumque significat, quæ propitiatorij expositio est Orig. lib. 3. in c. 3. epist. ad Rom. D. Hieron. in cap. 43. Ezech. D. Greg. hom. 6. in Ezech. Meritò autem dicitur Christus propitiatorium, cum per eum Deus nobis fiat propitius iuxta illud Colos. 1. *Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terra, siue quæ in cœlis sunt*: & Ephes. 2. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens*. Vndè Regius vates Deum sibi optans benignum, ac propitium illud solùm postulabat Psal. 83. *Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui*: sperans nimirùm fore, vt Deus conspecta Christi facie continuò sibi propitius redderetur. Quartò. Super propitiatorium erant duo Cherubim se se inuicem respicientia, conuersis vultibus in propitiatorium, hoc est, duo testamenta, quæ sibi inuicem concinunt, cum ad Christũ respiciunt, quemadmodùm interpretatur D. Greg hom. 6. in Ezech. *Vicissim*, inquit, *ad semetipsa facies tenent: quia quod vnum promittit, alterum exhibet, dum inter se positum mediatorem Dei, & hominum vident.*

Quintò. Erat intra arcam virga Aaron, quæ significabat Christi potestatẽ tam Regalem, quàm Pontificiam: quo sensu accipiendum est illud Psal. 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*, hoc est, Pater mittet filium suum tanquam virgã quandam potentissimam ex Sion: quia ex Hierusalem cœpit propagari imperium Christi: ibi enim cœpta est Euãgelij prædicatio. Virgæ autem huius potentia, & virtus declaratur, cum subiungitur. *Dominare in medio inimicorum tuorum*. Atque hic est huius loci literalis sensus, non ille, quẽ volunt Hebræi detorquentes hunc locum ad regnum Dauidis, qui arce Sion exędificata cœpit esse potentior, ac fortior. Aduerte autem nomen Hebraicum מטה non solùm significare virgam, & sceptrum; sed etiam baculũ, tũ quia regale sceptrũ debet esse baculus, & fulcimentum subditorum; tum quia præstat Regem amari, quam timeri. Quam ob causam baculum tanquàm pastores dicuntur gestare, & Græcorum Princeps Agamemnon ab Homero *pastor populorum* sępe dicitur. Vnde Ps. 22. loquens Regius vates de imperio, & principatu Dei sic ait: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*: vbi pro *regit* habetur Græcè, ποιμαίνει, ideſt, *pascit*. Cui cõcinit, quod sequitur: *In loco pascuæ ibi me collocauit*. Et ibidem baculum simul, & virgam coniunxit illis verbis: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, vt lenitas imperij Christi monstraretur: imo propterea etiam in arca virga simul erat cũ manna, vt dulcedo manna seueritatem virgæ tẽperaret. Vtrunque enim in Principe necessarium est, virga, & manna; illa potissimũ propter malos; hoc præcipuè propter bonos. Quo pertinet illud Cant. 6. *Descendi*, ait sponsa, *in hortum nucum, vt viderem poma conuallium*. Quo loco per hortum significatur Ecclesia, in qua sunt nuces, ideſt, mali, ad quos colligendos, & excutiendos opus est virga: sunt etiam poma, ideſt, boni, qui non percussione virgæ, sed leni manu carpendi sunt.

Rom. 3. 25. Regem amari, quam timeri præstat. Homerus.

Christus propitiatorium. Orig. D. Hieron. D. Greg.

Psal. 22. 1.

Colos. 1. 20. Ephes. 2. 14.

Psal. 83. 10.

Cant. 6. 10.

Christi facies propitiũ reddit Patrem.

Vtriusque testamenti cõcordia.

D. Greg.

Porrò erant in arca tabulæ legis, quę significant Christi sapientiam iuxta illud Apostoli Colos. 2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi*. Duę autem illæ posteriores tabulæ in arca repositæ symbolum fuerunt legis nouę, cum priores, quæ fractæ fuerant legem veterem aliquando abolẽdam designassent: quò alluſit Paulus 2. Cor. 3. cum dixit. *Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Quæ tabularum de lege noua expositio est D. Aug. lib. 15. contra Faust. Manich. c. 4. & D. Ambr. seu alterius, quicunque est auctor cõment. epist. ad Roman. c. 7. Denique in eisdem legis tabulis significatur Christum perfectè legem obseruasse, Deique voluntatem ad im-

5 Coloss. 2. 3.

Tabulæ in arca repositę symbolum legis nouę.

2. Cor. 3. 3.

D. Augusst.

D. Ambros. Legem perfectè obseruauit Christus.

plesse

pleſſe iuxtà illud Pſal. 39. *In capite libri ſcriptum eſt deme, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Atque hoc eſt illud imperium ſuper humeros eius conſtitutum, de quo loquitur Eſai. c. 9. *Factus eſt principatus ſuper humerũ eius*: proquo Paraphr. Chald. trãſtulit: *Suſcepit legem ſuper ſe, vt ſeruaret eam.*

Pſal. 39. 8.

Eſai. 9. 6.

Paraph.

CAPVT XII.

ET SIGNVM MAGNVM apparuit in cœlo: Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim, & in vtero habens: & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habẽs capita ſeptem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram: & draco ſtetit ante mulierem, quę erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret. Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronũ eius, & mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi paſcat eam diebus mille ducẽtis ſexaginta. Et factum eſt pręlium magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius pręliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuẽtus eſt eorum amplius in cœlo. Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbẽ: & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſsi ſunt. Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante coſpectum Dei noſtri die, ac nocte. Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni, & propter verbum teſtimonii ſui, & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Vę terræ, & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quòd modicum tempus habet. Et poſtquam vidit draco, quòd proiectus eſſet in terram, perſecutus eſt mulierem, quę peperit maſcu-

lum: & datæ sunt mulieri alæ duę aquilę magnę, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habēt testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

ARGVMENTVM.

HAEC est quarta visio huius operis, eaque illustrissima, atque ad Antichristi tempora pertinens. Dæmonis, & Antichristi aduersus Ecclesiam persecutio, Ecclesiæque ipsius splendor, & de hostibus gloriosa victoria, triumphusque commemorantur.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De quarta visione Ioannis.

Imaginaria huius capitis visio describitur.

SECTIO PRIMA.

1 PRIMVM vidit Ioannes signum magnum in cœlo, mulierem scilicet amictam sole, premētem pedibus lunam, & gestātem in capite coronam duodecim stellarum: quæ grauida erat, & parturiens cruciabatur, vt pareret. Secundò. Vidit aliud signum in cœlo, nimirum draconē magnum, & rufum, habentem capita septem, & cornua Decem, & in capitibus diademata septem: caudaq; eius tertiā partem stellarum cœli in terram trahebat. Tertiò. Draco ille stetit ante mulierem, vt simul atq; peperisset, filiū eius deuoraret. Sed contra accidit: mulier enim peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea, raptusq; est ad Deum, & ad thronum eius: mulier autem fugit in solitudinem, in locum à Deo paratum, vt eam ibi pasceret diebus mille ducētis sexaginta. Quartò. Factum est prælium magnum in cœlo: Michael enim, & Angeli eius præliabantur cum dracone: & draco etiam ex altera parte, & Angeli eius depugnabant. Sed non prævaluerunt, nec inuētus est locus eorum amplius in cœlo. Quintò. Draco ille magnus, & serpens antiquus, qui vocatur

catur Diabolus,& Satanas,qui seducit vniuersum orbem, proiectus est in terrā, & Angeli eius maxima cælitum acclamatione dicentium: *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum*: illudq; subiungentium: *Væ terræ & mari, quia descendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens, quòd modicum tempus habet*. Sextò. Postquam draco vidit, quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quę pepererat masculum, cui tamen datæ sunt duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum à facie serpentis, ideſt, fugiens faciem serpentis: (sic enim nectendus est hoc loco contextus) vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis. Septimò. Misit serpēs ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Verum adiuuit terra mulierem, & aperiens os suum absorbuit flumen, quod draco miserat. Postremò. Iratus draco in mulierem, abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui nimirum custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi, stetitq; super arenam maris. Hæc de visione: iam de multiplici visionis mysterio disputandum.

Hoc signum magnum Ecclesiā esse: & cur signū appelletur?

Signum magnum apparuit in cœlo.

SECTIO SECVNDA.

I

HANC mulierem, quam Ioannes signum magnū appellat, in literali sensu Ecclesiam esse cōmunis est interpretū expositio, Andr. Cæsariens. Bedæ, Primasij, Rich. Vict. Rup. Pann. Ioach. eam etiam tradit Method. in lib. cui titulus est *Symposiū*, & D. Greg. lib. 34. Mor. cap. 7. Quo fit, vt qui hanc visionem de beatissima Virgine interpretantur, non literalē, & historicum sensum; sed mysticum, & allegoricum sequantur: præterquam quòd neque ipsa visio tota Virgini congruit. Siquidē hæc mulier maximè cruciabatur, vt pareret: cum Virgo beatissima filium suum absque vllo sensu doloris, & molestia non solùm nouem mensibus in vtero gestauerit; sed etiam pepererit. Accedit, quòd fuga mulieris in desertum Virgini rectè accommodari non potest. Verùm nos de hac allegorica expositione etiam agemus, postquam literalem tradiderimus.

Andr. Cæsar. Beda. Primasius. Richar. Vict. Rupert. Pannon. Ioachimus. Method. D. Greg.

Est igitur aduertendum signum tripliciter potissimùm vsurpari in sacris literis. Prima enim eius acceptio est pro miraculo, eo quòd miracula Diuinam veritatem confirment, & quasi signent: ita sumitur Psal. 134. *Et misit signa, & prodigia in medio tui Ægypte*: & Act. 5. *Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe*: & sexcentis alijs in locis. Secūda signi acceptio est pro vexillo, veluti Esaiæ. 5. *Eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet*. Quem locū D. Hieron. interpretatur de Romanis, qui sub Tito Iudęorum Gentem oppressērunt, quos Dominus quasi vexillo erecto è longinquo euocasse dicitur: simul etiam aliorū refert sententiam, qui de Gentium vocatione locum accipiunt, quæ nimirum eleuato signo crucis, & depositis oneribus peccatorum velociter venerint, atquè crediderint. Eodem sensu signum accipitur ps. 73. *Posuerunt signa sua, signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum*. Priori enim loco sumuntur signa pro vexillis: posteriori pro monumentis hoc sensu: Infideles aduersarij tui (loquitur cum Deo de euersione vrbis, & profanatione templi) victores de nobis effecti vexilla sua in excelso loco, cuiusmodi sunt exitus, siue portæ ciuitatum, per quas omnes egrediuntur, erexerunt manifesta victoriæ suæ monumenta: & nō cognouerunt se tua permissione eam victoriam consequutos, sed suę eam virtuti ascripserunt. Tertiò. Sumitur signum pro scopo, in quem sagittæ collimātur, veluti Thren. 3. *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signū ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ*, ideſt, sagittas, quę

2

Prima signi acceptio pro miraculo.

Psalm. 134. 9.

Act. 5. 12.

Secunda pro vexillo.

Esai. 5. 26.

D. Hieron.

Gentium vocatio.

Psal. 73. 4.

Tertia pro scopo.

Thren. 3. 12.

appellātur

appellantur filiæ pharetræ, quia in pharetra gestantur, loquiturque Hierusalē de supplicio sibi à Deo inflicto per exercitum Assyriorum, significatque, vt interpretatur D. Thom. in suis comm. super Thren. Deū tetendisse arcum, ideſt, iudicium, vel exercitum hostium, posuisseque illam quasi signum ad sagittam, in quod videlicet Assyrij sagittas suas iacerent. Eodemque locutionis genere vsus est Iob, cum dixit cap. 16. *Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum*, videlicet in quod omnia tela sua cōijceret: vnde statim subiungit: *Circumdedit me lanceis suis*. Quem locū D Gregor. lib. 13. Mor. cap. 6. de fideli populo mysticè expendens, *Idcirco*, inquit, *signum ponitur, vt sagittarum emissione feriatur. Fidelis itaque populus in signum hosti suo est positus: quia eum semper suis ictibus impetit, suisq; persecutionibus affligit: qui enim in hac vita assidua mala tolerat, veluti in signum positus ictus excipit ferientis. Vnde Paulus cum persecutionum mala toleraret, atq; sub persecutione aduersariorum gemeret, teneram discipulorum mentem de suis afflictionibus consolans ait primæ Thess. 3. Ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus: ac si eis apertè diceret*, inquit Greg. *Quid in hoc tempore vulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia quærimus, huc ad hoc venimus, vt feriamur?* Eodem sensu dixit de Christo Simeon Luc. 2. *Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum, cui contradicetur* Sic enim eum locum intellexit Tertul. lib. de carne Christi c. 23. vbi disputans aduersùs Marcionem negantem veram in Christo carnem, *Cognoscimus*, inquit, *adimpleri propheticam vocem Simeonis super adhuc recentem infantem Dominum pronūciatam: Ecce hic positus est in signum, cui contradicetur: signum natiuitatis Christi secundùm Esai. c. 7. Propterea Dominus dabit ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium: agnoscimus enim signum contradicibile conceptum, & partum Virginis Mariæ*. Hæc ille.

D. Thom.

Iob. 16. 12.

D. Greg.

Iusti positi in mundo vt signum persecutorū sagittis.

1. Thess. 3. 3.

Luc. 2. 34.

Christus signū contradicibile ex Tertul.

Esai. 7. 14.

3 Ecclesię fundatio magnū miraculum.

Primùm igitur Ecclesia signū est magnum, quia ipsa per se magnum quoddā est miraculum à Deo mirabiliter effectū. Verè enim miraculum est Ecclesiæ cōtra tam multas, tamq; difficiles Gentiū omnium, ac Principum persecutiones non solùm fundatio, sed, vt ita dicam, prodigiosa progressio. Præcipuè verò, si spectentur ij, per quos fundata est, hoc est, Apostoli pauci numero, genere humiles, absq; vllo vel humanæ sapiētiæ, vel opū, mundanæq; potentiæ præsidio. Hanc enim potissimùm ob causam appellātur à Paulo gloria Christi. 2. Cor. 8 *Sive*, inquit, *fratres nostri Apostoli Ecclesiarum gloriæ Christi*: vbi gloriæ nominandi casus est: habetur enim Græcè: δόξα Χριστοῦ. Appellantur autē gloria Christi: quia Ecclesię per eos fundatio Diuinam Christi potentiam, splendorem, & gloriam declarauit. Deinde signū, siue vexillū fuit, quod Deus erexit suæ erga homines benevolētię: idcirco enim Ecclesiā cōdidit, quia homines adamauit: idq; Ecclesia ipsa agnoscit, & disertis verbis confitetur, cum ait Cant. 2. *Ordinauit in me charitatem*: seu, vt alij transferunt ex Hebræo: *Posuit in me vexillum amoris*. Aqua etiam expositione non abhorret nostra translatio: si quidem hoc loco *ordinandi* verbum militare est ad eum sensum, quo milites in acie instrui, & ordinari solent. Est enim Hebraicè vox *Dagal*, quæ propriè significat vexillum erigere; trāslatè verò insignem esse in re aliqua, vel eminere: simulque iuxta nostram editionē significatur charitatem ipsam solam esse veluti quē dam numerosum exercitum, qui aduersùs animę hostes instruitur, & ordinatur. Et iuxta eum sensum, quē sequimur ex translata verbi *Dagal* acceptione, indicatur maxima, & illustria amoris argumenta ostendisse sponsum erga Ecclesiam, & in eis insignem fuisse; imò quasi vexillū sustulisse, quod omnes gentes intrepidè sequerentur iuxta illud Esaiæ. 5. superiùs cōmemoratum: *Eleuabit signum in nationibus*. Nec verò quodlibet signum; sed magnū signum fuit: quia hoc Ecclesiæ vexillum maximum effecit, toto videlicet orbe expansum, vt conspicuum esset omnibus, qui ad Ecclesiam aggregari vellent.

Apostoli Christi gloria. 2. Cor. 8. 23.

Ecclesia vexillum benevolētię Dei erga homines. Cant. 2. 4.

Charitas numerosus exercitus aduersus animę hostes.

Denique signum est, siue scopus, in quē omnes Tyranni, ac Principes suarum persecutionum sagittas collimarunt: ita vt optimo iure ipsa quoq; signum contradictionis appellari possit iuxtà illud Thr. 3. *Posuit me tāquam signum ad sagittam*. Nec sine mysterio dicitur signū magnū,

4 Ecclesia quo pacto Tyrannorū scopus.

Thren. 3. 12.

& ita

& ita magnum, vt ab eo persecutorum sagittæ aberrare non potuerint: cum è contrario scopus exiguus esse soleat, vt difficile sit illum attingere. Enim verò Deus potentię suę, & virtutis conscius Ecclesiam signum quoddam magnũ esse voluit, persecutoribusq; opposuit, vt ab eo aberrare non possent. Verùm simul idem signum fecit impenetrabile, ne aduersariorum sagittæ in Ecclesiam intentæ eam vllo modo possent penetrare, in quo maior Diuinę potentię magnitudo cernitur. Et verò quis mulierem inter cælestes orbes considentem, quippe quę lunam pedibus calcaret, solemq; contingeret, ferire posset, cum ante cælum ipsũ natura impenetrabile, supra quod secura residebat, penetrare oporteret, hoc est, Diuinam ipsam potentiam, qua Ecclesia nititur, superare? Quod argumentũ quanquam aliás iam in hoc opere tractauimus, adhuc tamen possumus alijs Scripturæ testimonijs locupletare.

Etiamsi in persecutionibus securitas.

5

Primum ducitur ex ps. 128. vbi Ecclesia de se ipsa ita loquitur. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim nõ potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.* Quo loco ad literam sermo est de Synagoga, cuius pueritia in Ægypto fuit, vbi cępta est eius persecutio: & generalius de Ecclesia, quæ in ipsa sua infantia oppugnata fuit, cum Cain Abelem fratrem obtruncauit. Sic enim hunc locum intellexit D. Aug. in cõm. *Magnus*, inquit, *affectus sic cæpisse, quasi aliquid iam loqueretur: videtur enim non cæpisse, sed respondisse. Respondit autem querelis, & cogitationibus infirmorum: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Nunquid ideo non peruenit ad senectutem, quia non cessauerunt illi expugnando? Consoletur igitur se Ecclesia de præteritis exemplis, & dicat: Etenim non potuerunt mihi.* Hæc Aug. Quod verò sequitur, hunc sensum habet: *Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores*, immensam videlicet persecutionum fabricam, sed quæ non me, sed ipsos contereret: vnde subiũgitur: *Dñs iustus cõcidet ceruices peccatorũ: confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.*

Ps. 128. 1.

Ecclesię in infãtia oppugnatio, & firmitas.

D. August.

Secundum testimonium duci potest ex Zachar. 1. *Et leuaui*, inquit Propheta, *oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur: Quid sunt hæc? & dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Hierusalem.* In quem locum Hebræi, D. Hieron. & alij per quatuor cornua accipiunt quatuor mundi imperia, quæ Hebręorum Gentem quasi tauri ventilauerunt, in typum videlicet Ecclesiæ, in quam omnes Reges, atq; Principes tanquam ferocissimi tauri insurrexerunt. Sed vide, quid sequitur: *Ostendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixi: Quid isti veniunt facere? qui ait: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum, & venerunt isti deterrere ea, vt deiciant cornua Gentium, quæ leuauerunt cornu super terram Iuda.* Per hos quatuor fabros D. Hieron. Theod. & Cyril. Alex. intelligunt Angelos, quorum præsidio Ecclesia defenditur, & Tyrannorum, atq; Hęreticorum omnium vires quasi cornua conteruntur. Alij, in quibus est Carthus. & quidam apud D. Hieron. in eum locum, volunt fabrorum nomine accipiendos esse quatuor Euangelistas, qui omnium regnorum potentiam, quæ antea Ecclesiam persequebãtur, Euangelij prædicatione, & miraculorum fulgore Christi imperio subiecerunt. Verùm de huius loci expositione plura diximus in nostris super Zachar. commentariis, quæ Deo volente cum reliquorum minorum Prophetarum cõmẽtatione foràs dare instituimus. Deniq; Gen. 4. Tubalcain in typum Diaboli dicitur fuisse malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri: sic enim Diabolus malleator est Ecclesiæ, quippe qui eam fortissimis Tyrannorum, & Hęreticorũ ictibus percutit: quę tamen tanquam incus fortissima malleos omnes cõminuit, & conterit. Quam ob causam dicitur Hier. 50. *Confractus, & contritus est malleus vniuersæ terræ*: vbi per malleum vniuersæ terræ Diabolum Ecclesiam persequentẽ interpretatur Orig. in comm. ejus loci. Nec verò id mirum videri debet, cũ Ecclesia adamantina describatur Amos. 7. iuxta translationem 70. *Ecce vir super murum adamantinum, & in manu eius adamas: &*

6

Zachar. 1. 18.

Hebræi. D. Hieron.

Tyranni in Ecclesiam tauri ferocissimi.

D. Hieron. Theodor. Cyrill. Alex.

Dion. Carthus.

Gen. 4. Dæmon Ecclesię malleator.

Hier. 50. 23.

Orig.

Amos. 7. 7.

dixit Dominus ad me: Ecce ego injiciam adamantem in medio populi Israel. Vbi per adamantem Christus in manu Patris, per murũ adamantinum Ecclesia, supra quam est Christus, accipienda est. Itaq; Christum tanquam adamantem in medio omniũ Gentium, ac Principum misit: quem tamen nulla potentia frangere vnquam potuit: quod idem adamantino muro, idest, Ecclesiæ contigit.

Ecclesia murꝰ adamantinus.

Cur Ecclesia in cœlo apparuerit?

Apparuit in cœlo.

SECTIO TERTIA.

I

VM MVLIER Ecclesia sit, vti diximus, perspicuum relinquitur cœlũ hoc loco non ipsam Ecclesiam significare: iam enim Ecclesia in se ipsa apparuisset. Quare existimamus illud hoc loco indicari Ecclesiam cælestem esse, hoc est, è cœlo descẽdisse per electionem Diuinam: quemadmodũ aliàs in hoc opere dicit Ioan. vidisse se sponsam Agni descendentem de cœlo. Præterea, vt vult Pannonius, apparuit in cœlo mulier, quia Ecclesia cælestem vitam agit; vnde & in terris quasi peregrina versatur, quia & genere iuxta priorem rationem, & cõuersatione iuxta posteriorem tota est cęlestis. Id quod eleganter dixit Tertul. in Apologet. cap. 1. vbi agens de persecutionibus Ecclesiç, *Nihil*, inquit, *Gens Christiana de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur: scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facilè inimicos inuenire: cæterùm genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in cœlis habere. Vnum gestit interdum, ne ignorata damnetur.* Hæc ille. In tribus verò potissimũ Ecclesia se ostẽdit de cœlo esse, lingua, moribus, affectu. Hac enim triplici ratione potissimùm, cuias sit quispiam, dijudicari solet. Et quidem de lingua dictum est à Domino Ioan. 3. *Qui de terra est, de terra loquitur*: et ibidem: *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.* Sũt autem quidam peregrini, qui loquũtur misto quodã idiomate, quod ex proprio scilicet, & peregrino cõflatur, vt habes 2. Esd. 13. *In diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas, & filii eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi, & populi.* Sic etiam sunt plerique in Ecclesia, qui nec cœlestes omnino sũt, nec planè terreni: sed vtrunque iungentes & de cœlo, & de terra loquuntur. Deinde etiam mores ostendunt, cuiusnam patriæ quispiã sit: quemadmodùm significauit Apostolus Philip. 3. *Nostra conuersatio in cœlis est*, id est, nostri mores cœlestes sunt. Deniq; affectus terrarum, & regionum maximè in hominibus dominãtur, & ex ijs vnius cuiusque regio dignoscitur: quare ex affectu, & amore rerum cœlestium ostendit Ecclesia se cœlestem esse.

Ecclesia & genere, & conuersatione tota cęlestis. Pannon.

Tertull.

Ioan. 3. 31. 34. In quibusnam se ostendat de cœlo esse.

2. Esd. 13. 23.

Philip. 3. 20.

2

Propter hanc igitur vtranque rationem Ecclesia in cœlo visa est, atque in vtriusque typum tabernaculũ illud Mosaicum coopertum erat pellibus hyacinthinis, hoc est, cœlestis coloris: vnde auctore Iosepho lib. 3. antiq. cap. 7. à longè aspicientibus cœlum repræsentabat. Eandem ob causam Ecclesia dicitur sapphirina, eo quòd sapphirus gemma sit coloris cœlestis, & aureis quibusdam punctis colluceat, quæ stellas referunt: quo sensu accipiendum est illud Exod. 24. *Ascenderunt Moyses, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum, cum serenum est.* Etenim Ecclesia veluti thronus quidam est sapphirinus, in quo Deus residet: cum autem subiungitur: *Et quasi cœlum, cum serenum est*, significatur tranquillitas, & serenitas, quam Ecclesia sub Dei pedibus habet. Quanquam enim eam Tyranni, & Hæretici conentur turbare: tamen quia sub Dei pedibus iacet, eiusquè virtute, ac potentia continetur, serenitatem cœli sua tranquillitate repræsẽtat. Illud obiter aduerte pro eo, quod nos habemus: *quasi lapidis sapphirini*, legi quoque posse ex Hebræo: *quasi lateris sapphirini*, vt auctor est Lyr. in eum locum, nimirum vt figura lateris Hebręis in memoriam Ægyptiacam seruitutem reuo-

Tabernaculũ Mosaicum cœlũ referebat.

Iosephus.

Exod. 24. 9.

Ecclesia sapphirinus Dei thronus.

Lyranus.

caret

caret, cum in conficiendis lateribus laborabant: color autem sapphirinus designaret libertatem, quam Diuino beneficio erant consecuti. Simul etiam illud indicabatur lateres, ideſt, labores, quibus Sancti in hac vita probantur, tandem in sapphiros gloriæ conuertendos: idcirco enim Hebræi viderunt suos lateres in pulcherrimos sapphiros euasisse.

3 Ad eandem Ecclesiæ cœlestem naturam adumbrandam apparuit Ezechieli Dominus super alium thronum sapphirinum, quemadmodùm legimus capite 1. *Super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.* Et quidem meritò thronus iste sapphirinus, qui Ecclesiam repræsentat, capitib⁹ quatuor illorum animalium imminebat: quoniam Ecclesia super quatuor orbis imperia per quatuor illa animalia expressa fuit erecta: siquidem ijs omnibus subiugatis ipsa veluti thronus sapphirinus remansit, in quo Christus omnium imperiorum Princeps, moderatorq; resideret. Accedit, quòd illa quatuor animalia, hoc est, quatuor imperia thronũ istum sapphirinum in capite gestant: siquidem ex omnibus mundi partibus Reges, ac Principes, Gentesque vniuersæ ad Ecclesiam aggregatæ Christum veluti in throno triumphantis more gestauerunt: quid ni etiam Ecclesiam cœlum appellari agnoscamus Esai. 66. *Hæc dicit Dominus: Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* Etenim D. Aug. in Ps. 98. existimauit eo loco Esaiç cœli nomine electos accipiendos esse, hoc est, Ecclesiam: quæ interpretatio etiam est D. Hilarij in Psalm. 131. Obiter autem est obseruanda annotatio, quam in eundem locum affert idem Hilar. lib. 1. de Trinit. expendens, quomodò Dei sedes dicatur cœlum; terra autem pedum eius scabellum: cum tamen cœlum palmo; terram pugillo concludat iuxta illud Esai. 40. *Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo põderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ?* seu vt 70. transtulerunt: *Quis mensus est manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terram pugillo?* Ex quorum locorum collatione concludit Hilar. Diuinæ naturæ immẽsitatem nullis locorum spatijs terminatam: siquidem cœlum, quod ipsius thronus dicebatur, palmo concludit: terram verò, quæ dicta fuerat pedum eius scabellum, pugillo comprehendit. *Conclusum*, inquit, *palmo cœlum rursum Deo thronus est, & terra, quæ pugillo continetur, eadem & scabellum pedum eius est, ne in throno, & scabello secundùm habitum considentis protensio speciei corporeæ posse intelligi: cum id, quod sibi thronus, & scabellum est, rursum illa ipsa infinitas palmo, ac pugillo apprehendente concludat.*

4 Sed, vt ad institutum reuertamur, quoniam cœlestis planè est Ecclesia, idcirco firmamenti, siue stelliferi cœli nomine significatur: sic enim firmamentũ illud possumus accipere, quod paulò ante ex Ezechiele diximus supra capita animalium apparuisse. Sicut enim in firmamento lucent sydera, & constellationes variç ex syderibus conflatæ: ita in Ecclesiæ firmamento Sancti sunt veluti sydera, & pulcherrimæ virtutum connexiones quasi cõstellationes nobilissimç. Vnde D. Greg. lib. 9. Mor. cap. 6. ad Ecclesiam refert illud Iob. 9. *Qui facit Arcturum, & Orionas, & Hyadas, & interiora Austri.* Quo loco per Arcturum septem stellis fulgentem accipit Ecclesiam septem cãdelabris in Apocalypsi rutilantem: per Orionas verò Martyres, quia sicut Orliones in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur, suoque ortu tempestates excitant; & maria, terrasque perturbant: ita Martyres, dum Ecclesiam ad statum prædicationis erigunt, pondus persequentium, molestiasque passuri ad cœli faciẽ quasi in hyeme veniunt. Iis etiam ortis mare, terraque turbantur, quia Gentilitas videns mores suos destrui apparente Martyrum fortitudine doluit. Denique Hyadas Doctores interpretatur, quia nimirũ Hyades à pluuia nomen acceperunt, cò quod ortæ proculdubiò imbres ferãt: sic enim Doctores ad statũ vniuersalis Ecclesiæ quasi in cœli faciẽ deducti super arentẽ humani pectoris terram sãctæ prædicationis imbres fundũt iuxta illud Deut. 32. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina*

Diuinæ naturæ immensitas.

Ecclesia cœlũ, Sancti sydera.

D. Greg. Iob. 9. 9.

Deut. 32. 2.

Ezech. 1. 26.

Ecclesia super quatuor mundi imperia erecta.

Esai. 66. 1.

D. Auguſt.

D. Hilar.

Esai. 40. 12.

Septuag.

Apostoli duodecim signa zodiaci.

Georg. Venet.

na. Hæc ille. Quid? Nonne duodecim Apostoli duodecim signa sunt Zodiaci, ideſt, vitalis circuli in firmamento Eccleſię conſtituta? quemadmodùm ſubtiliter tractat Georg. Venet. in ſua Harm. Cant. 2. ton. 7. cap. 8. 9. 10. 11. & 12. noſque fuſiùs diſſeremus, cum coronam duodecim ſtellarum explicabimus. Ex his omnibus illud conficitur Eccleſiam duplici de cauſa cœleſtem eſſe; tum quia è cœlo per æternam electionem habuit ortum; tum quia cœleſtem in terris vitam agit: atque adeò meritò in cœlo Ioanni apparuiſſe.

Cur Eccleſia appelletur mulier.

Signum magnum apparuit in cœlo, mulier.

SECTIO IIII.

I

SIGNVM illud magnum, quod in cœlo apparuit, mulier fuit amicta ſole. Cũ igitur ea Eccleſiã adũbrauerit, vti diximꝰ, illud iã ordine ſequitur explicandũ, cur mulieris appellatione cenſeatur? Illa igitur eius appellationis eſt ratio potiſsima, quòd Eccleſia Chriſti ſponſa ſit, ab eoque veluti grauidata fructum ferat meritorum: quemadmodùm luculentè explicauit Apoſtolus Epheſ. 5. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam*: quod Eccleſiæ, & Chriſti coniugium fuit auctore Paulo ibidem in coniugio Adam, & Euæ adũbratum, cum Adam dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Sacramentũ hoc*, inquit Paulus, *magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*. Id quod pręter alios expendens D. Aug. lib. 2. de ſymbolo ad Cathecumenos cap. 6. de Chriſto in cruce interpretatur. *Aſcendat*, inquit, *ſponſus noſter thalami ſui lectum; dormiat moriendo; aperiatur eius latus, & Eccleſia prodeat virgo: vt quomodò Euæ facta eſt ex latere Adæ dormientis; ita & Eccleſia formetur ex latere Chriſti in cruce pendentis. Percuſſum enim eſt eius latus, & ſtatim manauit ſanguis, & aqua, quæ ſũt Eccleſiæ gemina ſacramenta: aqua, in qua eſt ſponſa purificata; ſanguis, ex quo inuenitur eſſe dotata. O magnum myſterium de ſponſo ſponſa naſcitur, & vt naſcitur, ſtatim illi coniungitur: & tunc ſponſa nubit; quando ſponſus moritur: & tunc ſponſus ſponſæ coniungitur; quando à mortalibus ſeparatur: & quando ille ſuper cælos exaltatur; tunc iſta in terra fœcundatur*. Hæc ille.

Potiſsima ratio, quia eſt ſpõſa Chriſti.

Epheſ. 5. 25. & 32.

Gen. 2. 23.

D. Aug.

Eſt ad hoc matrimonium explicandũ illuſtriſsimum illud apud Oſeam teſtimonium cap. 2. vbi Dominus ſic ad Eccleſiam loquitur: *Sponſabo te mihi in ſempiternum: & ſpõſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. Et ſpõſabo te mihi in fide: & ſcies, quia ego Dominus*. Vbi aduertendum eſt ter *deſponſationis* nomẽ repeti propter tres perſonas Diuinas, quibus Eccleſia eſt deſpõſata: quãquàm D. Hieron. aliam rationem afferat dicens Deum primò ſibi deſpondiſſe Eccleſiam in Abraham, ſiue in Ægypto, vt vxorem haberet ſempiternam: ſecũdò in monte Sina, cum ei dedit pro ſponſalibus legis iuſtitiam, atq; iudicium, & iũctam legi miſericordiam, vt nimirũ quãdo peccaret, traderetur captiuitati; & cum ageret pœnitẽtiam, reuocaretur in patriam, & miſericordiam conſequeretur: atq; de his ſponſalibus loquutũ fuiſſe Regiũ vatẽ Pſ. 100. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine*: eademq; ſponſalia nomine calicis explicaſſe, cum dixit Pſ. 74. *Calix in manu Domini vini meri plenus miſto: & inclinauit ex hoc in hoc*, ideſt, vt ipſe interpretatur, inclinauit calicem iuſtitię in calicem miſericordię; & rurſus calicem miſericordiæ in calicem iuſtitiæ. Deniq; tertiò eandẽ Eccleſiã Chriſto crucifixo, & à mortuis reſurgenti deſponſatam non in legis iuſtitia, ſed in fide Euãgelij: qui autem ſic fuerit deſponſatus, ſtatim ſciet, quia ipſe ſit Deus.

2

Oſeę 2. 19.

Eccleſiam ſibi deſpondit Deꝰ primò in Abraham.

Secũdò in mõte Sina.

Pſ. 100. 1. & 47. 9.

Tertiò in Chriſti morte.

Nec verò, cum Eccleſia mulier dicitur, de eius virginitate dubites: quãquàm enim apud latinitatis auctores mulier pro corrupta fœmina vſurpetur, veluti actione tertia in Verrem: *Nequis hæredẽ virginem, neue mulierem faceret*: tamen non modò in ſacris literis, ſed etiã ex vi verbi auctore D. Hieron. in cap. 4. epiſt. ad Gal. ſexum magis, quàm copulam viri ſigni-

3

M. Tullius.

Mulier nomẽ ſexus. D. Hieron.

significat: vt fusè probat Tertul. in lib. de velādis virginibus, probatq; ex Gen. 2. vbi Eua, cum adhuc virgo esset, mulier appellatur: & ex beatissima Virgine, quæ sæpe mulier dicitur, veluti ad Gal. 4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*: et Ioan. 2. *Quid mihi, & tibi est mulier?* et cap. 19. *Mulier, ecce filius tuus*. De eadem quoque re doctè disserit Origen. hom. 8. in Leuit. ad illa verba Leuit. 12. *Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septē diebus*. Itaque Ecclesia & mulier est propter coniugium, & fœcūditatem, & virgo propter puritatem, & sanctimoniam: vt enim rectè annotauit D. Hieron. in cap. 2. Oseæ, illud interest inter Dei coniunctionem, & hominum, quòd homo cum vxorem acceperit, de virgine facit mulierem, ideſt, non virginem: Deus autem meretricibus spiritualiter copulatus eas mutat in virgines. Idquòd ad literam duobus clarissimis testimoniis ostenditur: vnum est illud Hierem. 3. vbi postquam vrbis Hierusalem adulteria commemorantur illis verbis: *Leua oculos tuos in directum, & vide, vbi non prostrata sis: polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere*: statim subiungitur: *Ergo saltē amodò voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es*. Vbi cernis meretricem mulierem ad virginitatem inuitari per spiritualem coniunctionem cum Deo. Illud obiter in hunc locum est obseruandū maximi apud Deum momenti esse patris appellationem: siquidem Deus Hierusalē fornicariam ciuitatem, & sub eius typo quamlibet peccatricem animam adhortatur, vt ipsum patrem appellet, si velit veniam facilè impetrare: quasi tanto nomine, tantæq; pietatis audito fieri non possit, quin statim ad misericordiam cō moueatur, quēadmodùm pater amplecti, & osculari solet filium infantulum, cum ei repetita identidem patris appellatione blanditur: quam ob causam Dominus cū discipulos orare docuit, hinc inchoare orationem præcepit: *Pater noster, qui es in cælis*. Indeq; duntaxat prodigus ille filius animos sumpsit, & reconciliationis fiduciam: *ibo*, inquit, *ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cælum, & coram te*. Hac eadem ratione Deum exorare nomine populi conatur Esaias c. 63. *Aspice de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nescijt nos, & Israel ignorauit nos. Tu Domine pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum*. Quo loco primùm significat Propheta, Deum vsque adeo clementem esse, vt Abrahamus, & Israel, siue Iacob præ illo nomen patris minimè mereantur: idcirco enim dixit: *Abraham nescijt nos, & Israel ignorauit nos*, nimirum si tecum conferantur. Secundò aduerte, cum dicitur: *vbi est fortitudo tua, multitudo viscerū tuorum, & miserationum tuarum?* appellari fortitudinem Dei ipsius misericordiam, eo quòd misericordię operib⁹ maximè omnipotentiam suam declarare soleat. Tertiò. Admirabundus Propheta dixit: *super me continuerunt se*, quasi nouum quiddam sit in Deo posse misericordiarum suarum viscera continere, quin ea liberaliter effundat. Deniq; bis appellauit Propheta Deū *Patrem*: fuit enim semel pater per creationem, & iterum per redemptionem.

Sed, vt ad locum Hierem. citatum reuertamur, aduertendū est appellari Deū ducem virginitatis Ecclesiæ, & cuiuslibet animæ ipsi consecratæ non solùm, quia sponsarum suarum virginitatē seruat; sed etiam, quoniam ipse est, qui tanquam dux virginum pręit, vexillumq; erigit castitatis, sine cuius videlicet ope virginitas conseruari non potest. Itaque ipse est, qui tanquam dux pro virginib⁹ militat in difficillimis certaminibus castitatis. Vnde & Apoc. 14. apparuit virginum exercitus sequens Agnum, quocunque iuisset, tanquam in hoc prælio ducē, ac bellatorem fortissimum. Et quidem vox Hebræa in loco illo Hieremiæ, pro qua Vulgatus trāstulit *Ducem*, propriè ducē, qui alios præit, & regit, significat: ea enim est germana significatio vocis *Aluph* vnde illud Hierem. 11. *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia dicētes:*

Genes. 2.
Galat. 4. 4.
Ioan. 2. 4.
Ioan. 19. 26.
Orig. Leuit. 12. 2.
D. Hieron.
Hierem. 3. 2.
Patris appellatio quanti momenti apud Deum.
Matt. 4. 9.
Luc. 15. 18.
Esai. 63. 15.
Misericordia Dei fortitudo.
4
Pro virginum castitate tanquam dux dimicat Deus.
Apoc. 14.
Hier. 11. 19.

Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eũ de terra viuentium: vbi ad literam est sermo de passione Christi, sic iuxta veritatem Hebraicam transferendum esset: *Ego quasi agnus dux reliquorum*: est enim pro voce *Mansuetus* Hebraicè *Aluph*, significatur que Christũ in passione fuisse quasi Agnum ducem gregis, qui omnes Martyres exemplo suo anteiret, & ad mortem fortiter oppetendam animaret. Alterũ testimonium, quo ostenditur Deum, cũ spiritualiter tanquam sponsus alicui animę coniungitur, ex meretrice, & fornicaria virginem facere, depromitur ex secundę Cor. 11. vbi Apostolus loquens cũ Corinthijs, qui ante conuersionem fuerant idolorum cultores, atq; adeò fornicarij, sic ait: *Æmulor enim vos Dei æmulatione: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo*, hoc est, vt interpretatur Theophyl. Quæro vos Dei æmulatione, siue zelo, idest, non propter me, sed propter Deum, cui vos despondeo tanquam sponsam, quę quanuis antea meretrix fuerit propter idololatriã; nihilominus per spirituale cum Christo matrimonium virgo est permansura. Vtroq; hoc testimonio vtitur ad idem confirmandum D. Hieronymus in commentarijs in cap. 2. Oseæ. Porro aduertendum pro eo, quod nos habemus: *Æmulor enim vos*, esse Græcè, ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς, quod verti potest, *Zelotypi sumus erga vos*. Appellat enim Paulus zelũ ingentem, & immodicũ quẽdam amorem, quasi ambiat, vt apud Corinthios primus sit; nec quispiam sibi præferatur in amore: sed addit: *zelo Dei*: ne quis putaret eũ sua ipsius gloria, & cõpendio commoueri.

Christus in passione dux Martyrum.

2. Cor. 11. 2.

D. Hieron.

Cur Ecclesia amicta sole apparuerit?

Mulier amicta sole.

SECTIO V.

1 Christus Sol.

THRISTVM Dominum solem esse multa Scripturę sacrę testimonia demonstrãt: duo verò potissimùm. Vnum est illud Mal. 4. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento.* Quem locum de Christo interpretatur D. Hieron. & Theod. in Malach. Orig. hom. 2. in Cãt. & Cyril. Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 8. & lib. 4. cap. 28. vbi docet tempus ante aduentum Christi fuisse procellosam quãdam hyemem; at post eius aduentũ ver iucundissimum extitisse: cum Christo quasi sole fulgente Sancti quàmplurimi veluti flores pullularunt. Est autem potissimùm sermo de die iudicij, quo tempore Christus appellatur sol iustitiæ, qui in primo aduentu fuerat sol misericordiæ. Cum verò dicitur: *Sanitas in pennis eius*, alluditur ad solis radios, qui eius veluti pennæ sunt. Quanquàm verò Theodor. huius nostri solis pennas velit esse dona spiritualia, quibus quasi alis nos vndiq; velauit: tamen dici meritò potest solis iustitię, idest, Christi pennas, quibus sese in sublime extulit, siue radios, quibus resplenduit, illas ipsas pœnas fuisse, quas hominum amore suscepit. Quod enim illis tanquam alis sese in altum extulerit, docuit Paulus Philip. 2. *Humiliauit semet ipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum.* De quibus etiam pennis locutus est Regius vates interpretante Hieron. cũ dixit Ps. 90. *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.* Quod autem eadem pœnę, siue cruciatus radij fuerint, quibus sol iste resplenduit, ostendit locus ille apud Abac. c. 3. *Splẽdor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.* Quo loco vides cum cornibus crucis, vt omnes ibi interpretantur, splendorem coniungi: nimirum quia cũ in crucem fuit sublatus, quasi in medio cœli eleuatus sol multò magis, quàm antea radiauit.

Mal. 4. 2.

D. Hieron. Theodor. Orig. Cyril. Alex.

Tempus legis veteris hyems: legis nouę ver

Theodor.

Pœnis tanquã alis in altũ se extulit Christ⁹ Philip. 2. 8.

D. Hieron.

Psal. 90. 4.

Abach. 3. 4. Radiauit in cruce Christ⁹.

Alterum testimonium, quo Christus appellatur sol, habetur Cant. 1. vbi sponsa de Christo loquens ait: *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol*: seu, vt Septuag. transtulerunt: *Quia respexit me sol.* Quanquã Orig. legit: *Quia despexit me sol*, docens hom. 2. in Cant. hunc esse eius loci sensum. *Ne putetis ò filiæ Hierusalem, quòd naturalis sit ista nigredo, quam in meo vultu cernitis: sed scitote, quoniam despectu*

2

Cant. 1. 6.

Septuag. Orig. Varia lectio.

solis

solis est facta. Sol enim iustitiæ, quia me non inuenit rectè stantem, non direxit in me rectos luciis suæ radios. Ego enim sum populus Gentium, qui priùs non respexi ad solem iustitiæ, nec steti ante Dominum: & ideo nec ille me respexit, sed despexit. Hæc Orig. D. Bernard. sermone 28. in Cant. quatuor alias affert eius loci expositiones, quarũ duæ postremæ ad præsens institutum faciunt. Prima est huiusmodi. *Nolite me notare quasi deformem, quia cernitis pro ingruente persecutione minus florentẽ, minùs secundùm gloriam seculi coloratam. Quid exprobratis nigredinem, quam feruor persecutionis, non conuersationis pudor inuexit?* Secunda. *Decolorari à sole,* inquit Bernard. *est ingescere charitate fraterna, flere cum flentibus; infirmari cum infirmantibus; vri ad scandala singulorum.* Tertia. *Sol iustitiæ decolorauit me, Christus, cuius amore langueo: languor iste coloris quædam exterminatio est. Ergo instar vrentis solis desiderij ardor peregrinantem in corpore decolorat, & excruciat amantem dilatio.* Quarta, & postrema. *Decolorauit me sol, sui nimirũ comparatione splendoris, dum appropians illi ex eo me obscuram deprehendo, & nigram inuenio. Cæterùm aliàs quidẽ formosa sum: quid fuscam dicitis solius solis pulchritudini succumbentem?*

D. Bernard.

Christi comparatione etiam pulchræ animę deformes.

3

Ecclesia amicta Christo. Pannon.

Est igitur mulier amicta sole, ideſt, Ecclesia Christo circundata. Sunt autẽ multæ huius similitudinis rationes. Prima est Pannonij, qui vult dici Ecclesiã amictam Christo quasi sponsam sponso, eo quòd Christus Ecclesiam tanquam sponsam amplectitur, eaq; à Christo tanquã ab sponso accipit fœcunditatem, ideſt, virtutẽ bene operandi iuxta illud Cant. 2. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quem locum Orig. hom. 3. in Cant. eo sensu interpretatur, vt læua pro incarnatione: dextera pro Diuinitate sumatur: dicaturq; læua esse sub capite Ecclesię, quia in incarnationis mysterio Ecclesia tanquam in quodam molliſsimo ceruicali conquieſcit. Dextera autem Ecclesiam amplectatur: quoniã per mysterium incarnationis gloriam æternitatis consequitur. Secundò est Ecclesia amicta Christo tanquam indumẽto, quemadmodùm ipsa confitetur Esaiæ 61. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me:* seu, vt 70. transtulerunt: *Indu't me vestimentum salutis, & tunicam lætitiæ:* vnde alij transferunt: *Induit me vestimentum IESVM,* ideſt, *Induit mihi IESVM pro vestimento:* quò videtur respexisse Paulus, cum dixit Gal. 3. *Quicũq; in Christo baptizati estis, Christũ induistis:* et Rom. 13 *Sicut in die honestè ambulemus, nõ in comessationibus, & ebrietatibus, nõ in cubilibus, & impudicitijs, nõ in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum IESVM Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Alluſisse enim Apostolum ad eum locũ Esaiæ docet Cyril. Alex. lib. 9. in Gen. vbi quærens, quænam sit illa tunica lætitiæ iuxtà editionem Septuag. respondet declarari à Paulo illis verbis Rom. 13. *Induimini Dominum IESVM Christum.* Est autem Christum induere, eius virtutes imitari. Sed multa præterea ea indumenti similitudo complectitur, quæ in ipsa Christi imitatione reperiuntur.

Cant. 2. 6.

Orig.

Esai. 61. 10.

Lectionum varietas.

Septuag. Alii.

Galat. 3. 27.

Rom. 13. 13.

Cyrill. Alex.

Christũ inducit, qui imitatur.

Primùm enim verbo *induendi* vtuntur Hebręi ad significandam copiam, & affluentiam, veluti Pſ. 64. *Induti sunt arietes ouium:* quod D. Hieron. vertit: *Vestientur greges agnis,* ideſt, Oues erunt fœtosæ, & id quod sequitur: *Valles abundabunt frumento,* ad verbum est: *Valles vestientur frumento.* Igitur Christum induere est illum perfectè, & copiosè imitari, & omnibus modis, quoad eius fieri poterit, referre. Secũdò, vt interpretatur D. Thom. dicitur Christũ induere ille, qui eum imitatur: quia sicut homo continetur vestimẽto, & sub eius colore videtur: ita in eo, qui Christum imitatur, solus Christus, eiusq; indumenti color, ideſt, sanctitas apparet, quę eadem expositio est D. Chryſ. hom. 23. in epiſt. ad Rom. in obseruatione moali: *Induere,* inquit, *Christum est vndiq; in nobis per sanctimoniam, & mansuetudinẽ Christum conspicuum esse: homo enim indutus id esse videtur, quod indutus est: appareat itaq; in nobis Christus.* Tertiò. Quia sicut vestes totum corpus contegunt, ita Christi imitatio debet ad omnem omnino actionem pertingere. Quartò. Cũ iubemur Christum induere, monemur quoq; veterem hominem exuere: cum enim Christi vestis stricta sit, non potest supra mundanas vestes, quæ laxæ admodùm sunt, ac diffluentes, indui. Vnde Paulus Rom. 13.

4

Pſ. 64. 14. D. Hieron. Verbo induendi inquo sensu vtãtur Hebręi

D. Thom.

D. Chryſ.

Christũ in omni actione imitari debemus.

antequam diceret: *Induimini Dominũ IESVM CHRISTVM*, præmonuit mundanas veſtes exuendas illis verbis: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione*: & Coloſſenſes 3. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem ſecundũ imaginem eius, qui creauit illum.* Quintò. Qui indutus eſt veſtibus non ſentit ferè veſtium pondus illud, ac moleſtiã, quam experitur is, qui veſtes inuolutas quaſi ſarcinam portat humeris: ſic enim qui Chriſtum imitatur, non ſentit virtutum difficultatem, quia ſe eius virtutibus induit: ſentit autem earum pondus, qui non ſe illis per imitationem induit; ſed qui eas tantùm per ſpeculationẽ, & cognitionem quaſi humeris inuolutas portat. Poſtremò. Quemadmodùm indumentum ſi pretioſum ſit, pulchritudinem, & ornatum addit corpori; ita pulchrum eſt, & glorioſũ Chriſtũ imitari.

Rom. 13. 14. Exuendus vetus vt nouus Induatur homo.

Coloſſ. 3. 9.

Chriſti imitator virtutum difficultatem non ſentit.

Chriſtum imitari pulchrũ.

5

Tertiò. Eſt Eccleſia amicta Chriſto propter ſingularem protectionem, qua vndequaq; ab eo munitur: quam expoſitionem confirmat verbum ipſum Græcum, περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, ideſt, *circumamicta ſole*. Eſt enim Chriſtus circũ Eccleſiam vndequaq; eam ambiens, & protegens: de qua protectione loquitur Regius vates, Pſ. 124. *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion: non commouebitur in æternũ, qui habitat in Hieruſalẽ. Montes in circuitu eius, & Dñs in circuitu populi ſui.* Idcircò etiã Eſai. 26. dicitur Chriſtus Eccleſiam tanquam murus vndiq; ambire: *In die illa cantabitur canticũ iſtud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis noſtræ Sion: Saluator ponetur in ea murus & antemurale.* Quo loco aduerte, vt huius protectionis magnitudo explicetur, Chriſtũ non ſolùm Eccleſiæ murum, ſed etiã antemurale appellari propter geminam ſecundùm vtranq; naturam protectionem, qua Eccleſiam vndiq; tuetur. Idẽ eleganter habes expreſſum Zach. cap. 2. *Abſq; muro habitabitur Hieruſalem præ multitudine hominum. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius.* Ne quis enim exiſtimaret ex eo, quòd dictũ erat Hieruſalem ſine muro futuram, expoſitam fore hoſtibus: idcirco additum eſt: *Ego ero ei murus ignis in circuitu.* Nec verò ſe murum lapideum, aut æneum futurum pollicetur, ſed igneum, qui à lõge hoſtes terreat, ſeu, vt exponit Theod. qui tranſiri non poſsit: quis enim murũ igneum audeat tranſilire? Quò pertinet illud Pſal. 124. *Dñs in circuitu populi ſui*: appelatur enim Deus ignis cõſumẽs Deut. 4. Quanquàm verò murus igneus ſummam quandam protectionem Eccleſiæ ſignificet: meritò tamen pleriq; per murum igneum, murum amoris intelligũt, quo Eccleſia vndiq; cingitur: qui murus vſq; adeò eſt inexpugnabilis, vt propter amorem in Chriſtum nullis ſiue Tyrannorum, ſiue Hæreticorum machinis Eccleſiæ ciuitas expugnari poſsit, tã inuicto amoris in Chriſtum cincta muro. Quò reſpexit Ioannes Baptiſta, cũ dixit. *Ego quidem baptizo vos in aqua: ſed ipſe vos baptizabit ſpiritu Sancto, & igni*, ideſt, ardentiſsimo erga Deum amore. Atqùe intrà hũc murum ſe continebat, indeqùe pugnabat Paulus, cum dicebat: *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia?* Græcè non eſt *ergo*: videtur verò Paulus veluti ſubitò raptus affectu in hanc exclamationem prorupiſſe ob tanta fiduciç, quæ prçceſſerunt, argumenta: *Chriſtus Ieſus*, inquit Paulus, *qui mortuus eſt, imo qui & reſurexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* locum hunc Auguſtinus lib. quarto de doctrina Chriſtiana cap. 20. affert veluti exemplar orationis, quç δείνωσιν, hoſt eſt, vehementiam cum ornatu coniungit.

Theodor.

Pſal. 124. 2.

Eccleſia amoris muro cincta.

Matth. 3. 11.

Rom. 8. 35. 34

D. Auguſt.

Eccleſia munitur à Chriſto.

Pſal. 124. 1.

Eſai. 26. 1.

Chriſtus Eccleſiæ murus, & antemurale.

Zach. 2. 4.

6

Porrò hunc eundem murum igneum Spiritum ipſum ſanctum, qui amor eſt ſubſtantialis, poſſumus accipere, cuius eſt Eccleſiam tueri, eamque ob cauſam in die Pentecoſtes in figura ignis ſuper Apoſtolos deſcendit. Cum verò ſubiungitur: *In gloria ero in medio eius*, pro *gloria* eſt Hebraicè *Chabod*, quod nomen fuſam habet apud Hebræos ſignificationem, & inter alia ſignificat iecur, ex quo nimirũ concoctum alimentum in reliquas partes diffunditur, & purificatus ſanguis reliquis mẽbris alendis tranſmittitur: quã iecoris ſimilitudinem, vt egregiè annotauit Arias Mont. in comm. in Zachar.

Spiritus Sanctus igneꝰ Eccleſiç murus.

Arias Mont.

ſummo

Deus Ecclesię iecur.

sūmmo mysterio ad se trāsferens Deus significauit se Ecclesię suæ, quæ corpus ipsius est mysticū, necessariū alimētū, vitā, virtutēq; cōmunicaturū; imò, vt aliquid etiā de nostro addamus, futurū tēpus, quo totū sanguinē per passionē in omnia Ecclesiæ mēbra ad alimētū transfūderet, & in sacramēto Eucharistiæ mā ducandū corpus, & bibendū sanguinē fidelibus tribueret, iuxtà illud, quod de filiis aquilæ dicitur Iob. 39. *Pulli eius lābent sanguinē.* Quē locū quanquā D. Greg. lib. 31. Mor. c. 21. de passione Chri interpretatur: *Sanguinē*, inquit, *lābere est passionis Dominicæ infirma venerari*: tamē ad sacramētū etiam Eucharistię referri posse minimè dubiū esse debet, in cuius participatione meritò fideles pulli aquilarū vocātur, quia huiusmodi sacramētū maximè perspicacē, & aquilinā fidei aciē desiderat.

Iob. 39. 33.

D. Greg.

Fideles in Eucharistiæ participatione pulli aquilarum.

Nō minùs elegāter eadē Ecclesiæ significata protectio est Cāt. 4. illis verbis. *Sicut turris Dauid collū tuū, quæ ædificata est cū propugnaculis: mille clypei pēdent ex ea, ōnis armatura fortiū.* Quod exponēs Beda, *Si ciuitas*, inquit, *Dauid Ecclesia est Christi: turris in eadē ciuitate inexpugnabilis est prædicatorū cōstantia, qui ad defendenda fidei ædificia, ad repellenda hostiū tela firmiori præ cæteris fidelibus sūt altitudine constructi. Propugnacula autē, cū quibus hæc turris ædificata est, vel Scripturarum sanctarum, vel Diuinorū munimina charismatū intelligūtur.* Aduerte etiā Diuinā protectionē rectè cōparari turri Dauid: sicut enim turris Dauid supereminebat Hierosolimis; ita Diuina protectio toti Ecclesię instar turris altissimæ supereminet. Accedit, quòd Ecclesiam quasi ex turri in omnē partē tuetur, indeq; multò ante insidias hostiū prospicit: cuius etiā turris mentionē facit Esai. c. 5. *Plātauit Deus vineā electā, & ædificauit turrim in medio eius.* Quartò, & postremò. Est Ecclesia amicta Christo tāquā sole, vt ait Ioan. primū, quia fidei, & veritatis eius radiis vndiq; cingitur, vt exponit D. Greg. lib. 34. Mor. c. 7. Secundò, quia nullus ad Ecclesiā potest accedere, quin priùs in solē iustitiæ incurrat, ab eoq; illustretur, quippe cū mulier intra ipsū solē sit. Tertiò, quia, vt in hāc mulierē extremis illis tēporib⁹, de quibus hoc loco agitur, intēdi possit acies oculorū, opus erit oculo perspicacissimo, vt solē ipsū Christū, qui Ecclesiā circūdat, intueri possit. Etenim propter fallacia Antichristi prodigia facilè decipi poterūt, qui non habuerint perspicaces fidei oculos, vt in ipsūmet Christū iustitiæ solē possint aciē intendere. Quā ob causā Christ⁹ Matth. 24. loquēs de eius tēporis fidelibus, qui in fide permāsuri sunt, eos appellauit aquilas: *Vbicunq;*, inquit, *fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* In quem locū D. Chrys. docet ideò Sanctos aquilis cōparari, quia sicut filij aquilarū ad solē probantur, vt si qui dē recto aspectu in solis radios intendere potuerint, intelligantur esse legitimi: si autē non potuerint, cognoscātur adulterini: sic & filij Dei ad Christi iustitiam comprobantur.

7 Cant. 4. 4. Prædicatorū constantia turris Ecclesię.

Diuina protectio circa Ecclesiam instar turris Dauid.

Esai. 5. 2.

D. Greg.

Fideles tēporis Antichristi Christus cur aquilas appelet.

Matth. 24. 28

D. Chrys.

Cur luna sub Ecclesiæ pedibus visa sit?

Et luna sub pedibus eius.

SECTIO VI.

SVPPONENDVM est lunā esse inconstantię symbolū tū propter mēstruas lucis accessiones, tū quià sæpissimè interpositu, & interiectu terræ deficit. Vñ Eccl. 27. dr *Homo sanctus* (nō *sensatus*, vt pleriq; legūt) *in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur*: hinc fit, vt luna pro omnibus mundanis rebus accipiatur, quippe quę fortunę, incōstantiæ, & varietati subiectę sunt. Igitur duplex ratio afferri potest, cur Ecclesia lunā sub pedibus habeat. Prior desumitur ab immobilitate, & constantia: quoniā enim Ecclesia firmissima est, & vsq; adeò immobilis, vt nulla vi conuelli possit; meritò lunam, hoc est, inconstantiam omnem pedibus calcare describitur. Quo pertinet illud Cant. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*, ideſt, quantuncumque tribulationum, & persecutionum spinæ ambiant, & pungant: ego tamen instar lilij semper pulchritudinē, odorēq; suauissimum retineo; imo ex ipsis spinis multò pulchrior, & elegantior erum

I

Luna inconstātię symbolū

Eccli. 27. 12.

Firmitas Ecclesię.

Cant. 2. 2.

po. Hanc Ecclesiæ immobilitatem explicauit Christus, cum dixit Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam*: & sponsus de Ecclesia Cant. 7. *Collum tuum sicut turris eburnea*. Est enim ebur fortissimum, & ipsi elephantorum dentes validissimi, in quo significatur inuictum Ecclesiæ robur. Et quanquam omnes siue tyranni, siue hæretici conẽtur huiusmodi collum præcidere, & Ecclesiam interimere; semper tamen irritos fore eorum conatus, quippe cum Ecclesię collum sit eburneum, quod gladio minimè cedit. Idem significatur illis verbis Cant. 8. *Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*: quibus verbis agitur de sponsæ ornatu sub duplici similitudine, vna desumpta à muris, qui vt magis decorentur, aut stabiliantur, turres eis, atque pinnæ addi solent egregia aliqua pictura exornatę: altera desumpta à ianuæ foribus, quæ vestiri solẽt tabulis cedrinis. Quoniam verò sponsa animaduertit nihil sibi aliundè ascitis ornamentis, aut fulcimentis opus esse, de sua ipsius fortitudine simul, & pulchritudine gloriatur respondes: *Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sũ coram eo quasi pacem reperiens*, hoc est, non opus est super me propugnacula erigere: quià ego ipsa murus sum inexpugnabilis, & vbera mea sicut turris munitissima, quæ quò magis premuntur, eò magis vim suam, & fœcunditatem declarãt. In eiusdem rei figuram scriptum est 3. reg. 5. Salomonem Regem præcepisse, vt in fundamentis templi lapides quadrati simul, & pretiosi iacerentur. *Præcepit Rex, vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos*: quò nimirũ tẽpli fabrica firma, & immoter consisteret. Præterea Esai. 9. ita legimus. *Sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia, & magnitudine cordis dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus*. Quod quanquã per ironiã dictũ est ad decẽ tribus hoc sensu: Ego populũ Israel grauissimis afflictionibus supplicijs, & tunc scient, quãto in errore versentur, qui modò tãquã securi, & de sua potentia gloriantes dicunt: Lateres ceciderunt; sed quadris lapidibus ædificabimus: tamẽ verè eandẽ sententiã potest Ecclesia vsurpare: siquidem toties impugnata multò fortior, feliciorque permãsit, acsi ciuitas aliqua lateritia euersa iterũ quadris lapidibus, pulcherrimoq; opere erigeretur.

Matth. 16. 18.

Gant. 7. 4.

Ecclesię robur inuictum.

Cant. 8. 8.

Cant. 8. 10.

Ecclesia & turris & murus inexpugnabilis.

3. Reg. 5. 17.

Esai. 9. 9.

Secũda ratio depromitur à cõtẽptione rerũ tẽporaliũ, quæ ratio est D. Greg. lib. 34. Mor. c. 7. quẽ omnes deinde secuti sunt. *Apparuit*, inquit, *mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: in sole enim illustratio veritatis; in luna autem, quæ menstruis suppletionibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur. Sancta igitur Ecclesia, quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur: quia verò cuncta tẽporalia despicit, lunã sub pedibus premit*. Hæc Ecclesię generosa cõditio eadẽ illa est, quã prę se tulit Abrahã Gen. 14. cũ Regi Sodomorũ spolia omnia prẽter homines ipsi offerẽti respõdit: *Leuo manum meã ad Dominũ Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiã caligæ non accipiã ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abram*. Sic enim Ecclesia vsq; adeò excelsi animi est, vt nolit à mũdo, sed à solo Deo ditari: cui propterea illud idẽ dicitur, quod dictum est ad Abrahã Gen. 15. *Noli timere Abram: ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*. Id quòd Ecclesia ipsa cõfitetur Cant. 7. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*. Qui locus duplicẽ habet explicatũ, vnus: Vtrũ pulchra sim, nec ne? id verò nõ disputo: hoc vnũ scio me dilectũ meũ diligere, ab illoque vicissim diligi, quod mihi satis, superq; est, vt fortẽ meã gloriosã esse existimẽ. Alter est: Ego dilecto meo adhæreo, ad ipsũq; me cõuerto: non autẽ ad delicias, opesq; terrenas: itaq; eo solo cõtenta sũ. Quo sensu etiã vsurpat illud Ps. 72. *Quid enim mihi est in cœlo, & à te (i. prẽter te) quid volui super terrã? Defecit caro mea, & cor meũ Deꝰ cordis mei*, i. Cui soli cor meũ cultũ, & adorationẽ tribuit: cũ mundani in homines singuli Deos suos habeant, quos venerentur: quemadmodũ de gulæ deditis hominibus dixit Paulus Philip. 3. *Quorum Deus venter est*.

2 D. Greg.

Ecclesia temporalia quàm despiciat.

Gen. 14. 22.

Gen. 15. 4.

Cant. 7. 10. Locus Cãticorum pulchrè elucidatur.

Ps. 72. 25.

Mũdani homines singuli suos habẽt Deos.

Philip. 3. 19.

Propter

3 Ecclesia cur calceata hyacintho.

Propter hanc terrenarum rerum despicientiam, qua omnia temporalia Ecclesia despicit,& tãquam lunam calcat, dicitur calceata hyacintho siue flore,siue gemma cœlestis coloris Ezech. 16. vbi illud, quod ad Hierusalem dicitur, de Ecclesia possumus accipere: *Calceauit te hyacintho*, idest, cœlestibus calceamentis. Itaque non putat Ecclesia decorum, & glorioſum ſibi esse, quippe cum Regina sit, terrenis, sed cœlestibus calceis, id est, rerũ cœlestium desiderijs,& amore calceari: quam ob causam eius gressus, & calceamenta ab sponso commẽdantur Cant.7. *Quàm pulchri sunt greßus tui in calceamentis filia Principis.* Vbi est obseruandum,cum sponsa sponsi formam cõmendauit,à capite incœpisse descendendo ad pedes vsq; : *Caput eius aurum optimũ. Comæ eius sicut elatæ palmarum,nigræ quasi coruus. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lectæ sunt lotæ, & residẽt iuxta fluenta plenissima. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmẽtarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ,quæ fundatæ sunt super baſes aureas*: vt significaret eximiam eius humilitatem cum singulari amore coniunctam, cum ad nos dignatus est descendere: sponsum autem è contrario in commendanda sponsæ pulchritudine à pedibus inchoasse ascendendo ad caput vsque: *Quam pulchri sunt greßus tui in calceamẽtis filia Principis! Iunctura fœmorum tuorum sicut monilia,quæ fabricata sunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuũ sicut turris eburnea. Oculi tui sicut pisciną in Hesebon,quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani,quæ respicit contra Damascum. Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui sicut purpura Regis uincta canalibus*: idque duplicem ob causam. Primùm, vt ei progressum in virtutibus, & ascensiones commendaret. Deinde, vt indicaret temporalium rerum despicientiam, hoc est, gressus eius suprà lunam fundamentum esse, & quasi basim vniuersæ perfectionis, & pulchritudinis. In huius rei typum Moysi visionem illam magnam rubi conspecturo dicitur Exodi 3. *Solue calceamentum de pedibus tuis*, idest, vt Patres interpretari solent, mortuorum,& terrenorum animalium pelles, & calceamẽta abijce, quibus terreni affectus, desideriaque exprimuntur. Idemque dictum est Iosue,cum promissionis terrã transIordanem ingrederetur: *Solue calceamentũ tuum de pedibus tuis: locus enim,in quo stas,sanctus est*. Iosue 5. Etenim indignum planè est hominem ad promissionis terram ingredientem terrenos affectus inducre, rebusque temporalibus delectari. Mirũ verò est, quod eodem 5. cap. commemoratur: ea enim verba, quæ paulò ante dicta sunt, fuerunt viri cuiusdam, qui Iosue cœlitùs apparuit euaginatum tenens gladium, qui se dixit esse Principẽ exercitus Domini : quam ob rem probabile est fuisse Archangelũ Michaelẽ. Itaque is comminatus fuit Iosue mortẽ stricto gladio, nisi statim calceamẽta deponeret.Sic enim Christus Dominꝰ,quẽ ille Angelus referebat, strictũ verbi gladium habuit, cũ dixit: *Non veni pacem mittere in terrã,sed gladium*:& hoc habitu quasi cõminabũdꝰ Ecclesiæ præcepit,vt calceamẽta terrenarũ cogitationũ deponeret,seseq; hyacinthinis, & cœlestibꝰ calcearet,quod est lunã habere sub pedibꝰ.

Ezech. 16. 10.

Cant. 7. 1. Sponsę gress' ab sponso cur cõmendẽtur.

Cant. 5. 11.

Sponsa in laudanda forma sponsi incipit à capite.

Sponsus a pedibus sponsę inchoat.

Despectio tẽporalium perfectionis basis

Exod. 3. 5.

Iosue 5. 15.

Terrenę cogitationes deponendę. Matt. 10. 34.

Quid sit Ecclesiam coronam ex duodecim sideribus contextam capite gestare?

Et in capite eius corona duodecim stellarum.

SECTIO VII.

OMNES interpretes stellarum duodecim nomine duodecim Apostolos intelligunt, & in iis omnes viros doctrina, & sanctitate præcellẽtes, eo quòd numerus duodenarius perfectionem, & vniuersitatem contineat. Igitur Apostoli corona duodecim stellarũ

appellantur, quia instar clarissimorum siderum Ecclesiam nō solùm illuminãt; sed etiam exornant, & veluti coronant. Dicendum priùs de duodenario Apostolorum numero: deinde explicandum, quo modo Ecclesiam dicãtur coronare.

2 Apostolorum numerus in sacris literis multipliciter adũbratus. Exod. 24. 4.

Quod igitur ad numerum pertinet, duodenarium Apostolorum numerum multæ in sacris literis figuræ adumbrarũt. Primùm enim illi fuerũt duodecim Patriarchæ legis nouæ, à quibus progeniti sunt fideles. Secundò. Exod. 24. ita dicitur. *Scripsit Moyses vniuersos sermones Domini: & mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel.* Quo loco per duodecim titulos quidam intelligunt duodecim altaria: alij duodecim lapides, ex quibus cõstructum fuerit altare ad designandam oblationem duodecim tribuum: quæ expositio magis placet Lyrano. Hebraicè habetur, *duodecim statuas*; quæ tamen non fuerunt idola, aut hominum effigies: sed duodecim lapides erecti instar statuarũ. Hebraicum enim verbum *Iaßab* significat erigere, seu stare facere. Voluit autem Dominus astante populo astare etiã huiusmodi statuas, siue lapides ad exprimendam pacti perpetuitatem, quam lapides illi stantes, & ad multum tempus duraturi declarabant. Pro eo, quod nos habemus: *Iuxta duodecim tribus Israel*, habetur in Hebræo: *Iuxta duodecim virgas Israel*: quod eodem recidit. Vocantur enim filij virgæ: quia quemadmodùm virgæ à trunco, sic ipsi à parentibus oriuntur. Igitur Apostoli iuxta vtranq; duodecim titulorum expositionem duodecim siue altaria, siue lapides fuerunt. Altaria quidem, quia in singulis quasi in quibusdam altaribus Christo ab omnibus Gentibus verus cultus, & latria fuit exhibita. Et præterea, quia per martyrium fuerunt Deo tanquàm altaria consecrata: lapides autem erecti ad significandam Diuini fœderis cũ mortalib⁹ perpetuitatẽ.

Lyranus.

Duodecim Apostoli duodecim altaria.

3 Exod. 15. 27. Itẽ duodecim fontes.

Tertiò fuerunt duodecim illi fontes, de quibus agitur Exod. 15. *Venerunt autem filij Israel in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.* Rectè autem fontes cum palmis iunguntur: quia ex Apostolorũ fontibus omnes Gentes non solùm salutarem doctrinæ aquam hauserunt; sed etiam suarum victoriarum palmas aduersùs animæ hostes irrigarunt. Quanquã enim Rupert. lib. 3. in Exod. cap. 4. per palmas Martyres accipiat; tamen Orig. hom. 7. in Exod. in duodecim fontibus duodecim Apostolos, & in septuaginta palmis septuaginta Discipulos significari existimat. *Nec enim, inquit, soli duodecim Apostoli fidem Christi prædicauerunt; sed etiam alij septuaginta missi ad prædicandum referuntur, per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret.* Simul etiam aduertit non ante in Elim ductum fuisse populum, vbi erant duodecim fontes amæniss imi; quàm ad aquas salsas, & amaras peruenissent, quib⁹ per lignum monstratum à Domino dulcibus effectis postea venitur ad fontes. Primò enim ducitur populus ad literã legis, quę in amaritudine sua permansit, donec per lignũ vitæ dulcis effecta spiritualiter cœpit intelligi. Itaque tunc demùm de veteri testamento transitur ad nouum; & ventur ad duodecim fontes Apostolicos, & septuaginta Discipulorum palmas.

Rupert. Orig.

Septuaginta Discipuli septuaginta palmæ ex Orig.

4 Exod. 39. Apostoli lapides pretiosi in rationali Pontificis.

Quartò fuerunt duodecim illi lapides pretiosi quatuor ordinibus distincti in rationali summi Sacerdotis collocati, qui commemorantur Exod. 39. Similiterque in duobus lapidibus onychinis, quos in humeris Pontifex gestabat, scripta erant nomina duodecim Patriarcharum. Vtranque figuram de Apostolis interpretatur D. Hieron. in cap. 28. Ezech. *Eos, inquit, verus Pontifex secundùm ordinem Melchisedech portat in pectore; portat in humeris, vt in duodecim lapidibus duodecim Apostolorum numerum, & in duobus onychinis vtriusque testamenti sacramenta demonstret.* Cernis iuxta D. Hieron. Christum portare duodecim Apostolos & in pectore, & in humeris: in pectore quidem per amorem, vnde lapides illi præcipiuntur includi auro Exod. 28. *Sculpes eos nominibus filiorum Israel inclusos auro, atque circundatos*: verè enim Christus Apostolos tanquam gemmas auro suæ charitatis inclusit: in humeris autem per auxilium, quo Sanctos omnes veluti humeris sustinet. Aduertendum etiam pro eo, quod nos habe-

D. Hieron.

Apostolos in pectore portat Christus. Exod. 28. 11.

mus

Septuag.

mus: *Sumes duos lapides Onychinos*. 70. transtulisse: *duos lapides smaragdos*, quæ gemma inter virides principatũ tenet. Est autẽ viridis color symbolum spei: quarè docemur in Apostolis magnam spem salutis collocare. Accedit, quòd smaragdus castitatem amat, & Veneri aduersatur, vt aliàs diximus. Vnde duodecim Apostolorum, & omnia præcellentium sanctorum nomina in duobus smaragdis sculpta esse nihil est aliud; quàm eximiã sanctitatem sine gemina castitate animæ videlicet, & corporis reperiri non posse: imò in ea tanquàm in gemma pretiosissima sculpi, & cælari.

5

Leuit. 24.

Quintò. Eosdem Apostolos duodecim panes propositionis, de quibus agitur Leuit. 24. adumbrarũt. Pro cuius figurę maiori intelligentia aduertendum est præcepisse Dominũ eo capite, vt super mensam propositionis ponerentur singulis sabbatis duodecim panes calidi, & recẽtes sublatis veteribus, & cedentibus in vsum Sacerdotum: quam ob causam ipsi panes dicebantur *propositionis*; quia coram Domino proponebantur: mensa verò *Mensa panum propositionis*: ponebantur autẽ duodecim panes iuxta numerũ tribuũ. Prętereà eiusmodi panes quoad figuram erant rotundi, vt existimat Lyr. neq; in furno, aut clibano coquebantur; sed in vasis aureis, quæ panem intercluſum faciebant ex vtraq; parte, hoc est, tam superiori, quàm inferiori omnino similem ad eum modum, inquit Lyr. quo fiunt nostræ hostiæ. R. Salom. arbitratur fuisse quadratos, seu altera parte longiores, eo quòd in Hebræo appellentur panes facierum. Verùm id non cogit: adhuc enim manent panes facierum iuxta Lyrani sententiã. Porrò hi panes ponebãtur in mensa seni in vna parte, & seni in altera, vt est perspicuũ ex Leu. 24. De modo tamen positionis non vna est Doctorum sententia. Quidam enim existimãt fuisse duos ordines, ita vt vnus supra alium poneretur, quam sententiã secutus est Lyr. super c. 24. Leuit. Alij volũt sex fuisse veluti in vno cumulo, totidẽq; in altero, quod magis placuit Abul. q. 28. in 25. Exod. Rectiùs tñ sensisse vr Lyr. quoniã id magis videntur sonare verba Leu. quę sic hñt: *Senos altrinsecùs super mensã statues*. Quare videtur fuisse duo ordines, ita vt vnus pãnis super aliũ poneretur: quod bene fieri poterat, cũ panes essent magnæ quantitatis: singuli namq; continebant duas decimas ephi, vt habetur Leu. 24. idest, duas decimas partes ephi, quẽadmodùm interpretatur Lyr. Capiebat autem ephi tria sata, vt auctor est Ioseph lib. 9. Antiq. c. 2. Satum verò capiebat sesquimodium Italicum, vt nõnulli existimãt: qua de re legendus est Georg. Agricola lib. 1. de externis mensuris. Verùm quanta esset mensura ephi, magis liquet ex Ruth. 2. vbi sic habet vulgata translatio: *Inuenit hordei quasi ephi mensuram*, id est, tres modios. Postremò super panes ponebatur thus lucidissimũ, vt refertur leu. 24. quoniam, vt ait Lyr. in summitate cuiuslibet ordinis erat vas aureum plenum thure, seu phiala aurea, vt scribit Ioseph. lib. 3. Antiq. c. 7.

Leu. 2. 6.

Quam quantitatem continerent singuli.

Leuit. 24.

Ephi mensura quanta.

Ioseph.

Georg. Agric.

Ruth. 2. 17.

Leuit. 24.

Lyran.

Ioseph.

6

Ex his iam intelliges, quanto iure in illis duodecim panibus adumbrati fuerint duodecim Apostoli. Primùm enim, vt obseruauit Orig. hom. 13. in Leu. in duodecim illis panibus fiebat duodecim tribuum Israel apud Dominum commemoratio, vt memoria duodecim tribuũ apud eũ semper assidua persisteret, quò veluti exoratio quædam, & supplicatio pro singulis fieret. Ex quo illud apparet, quàm sit natura propensus ad beneficentiam Deus: siquidem duodecim tribuum memoriam apud se volebat perpetuò conseruari, vt earum perpetuò recordaretur; nec nisi per panes in mensa continuò appositos, vt vel sic ad necessaria eis subministrãda magis inuitari posset. Igitur iuxta commemoratam Orig. obseruationem voluit Christus duodecim Apostolorum panes in Ecclesiæ mẽsa ante suum conspectum perpetuò esse propositos, vt eorum veluti oblationes fidelium, quos illi doctrina sua, exẽploq; instituerunt, continuò recordaretur. Deinde ijdem duodecim panes vasis aureis vtrinq; compressi, & efformati sunt iuxta ea, quæ ex Lyr. sententia diximus: quoniam Apostoli laboribus quasi quibusdã aureis instrumentis hinc inde compressi panes propositionis euaserunt. Vnde

Orig.

Panes propositionis Apostolos adũbrarũt.

Deus quã pronus ad beneficiendum.

Apostoli panes propositionis vocati sunt.

Figura panũ propositionis. Lyran.

R. Salomon.

Leu. 24.

Quo pacto ponerẽtur in mẽsa.

Lyran.

Abulensis.

& panes facierum dici possunt propter geminam charitatem Dei videlicet, & proximi: ex qua veluti ex facie eos tanquam Christi discipulos reliqui omnes agnouerunt iuxta illud Ioan. 13. *In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.* Denique super illos phialę thure lucidissimo plenæ ponebantur: quia ex huiusmodi panibus suauissima orationum thura ad Ecclesiam adiuuãdam afflabantur iuxta illud Psal. 140. *Ascendat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*

Ioan. 13. 35.

Ps. 140. 2

7

Apostoli duodecim exploratores. Num. 13. 3.

Sextò. Fuerunt duodecim illi exploratores, quos ad explorandam terram promissionis Moyses misit singulos de singulis tribubus, quemadmodũ ei præceperat Dominus Num. 13. *Mitte viros, qui considerent terram Chanaan, singulos de singulis tribubus ex Principibus. Qui pergentes vsque ad Torrentem botri abscinderunt palmitem cũ vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt post quadraginta dies.* Huius historię allegoriam expendit Rupertus lib. 1. in Num. capite 37. Terra explorata resurrectio Christi est; hanc terram exploratum ad missi sunt Apostoli, & quicunq; scripturas sacras habemus in manibus. Quid torrens botri nisi passio Domini, de quo sponsa canit Cant. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Explorando itaq; venimus vsque ad Torrentem botri: quoniam in lectione Prophetarum intelleximus oportuisse pati Christum, & resurgere à mortuis. Abscissus est botrus de palmite iuxta illud Esai. 53. *Abscissus est de terra viuentiũ.* Abscissum palmitem portant in vecte duo viri, ideſt; passum, & mortuũ Christum adorant in cruce duo populi. Porro palmitem abscissum portantibus in vecte duob⁹ viris necessariò qui præcedit, quod portat, non videt: qui autem subsequitur, semper præ oculis habet. Ita planè anterior populus, qui Dominicę passionis tempora præcessit, dulcissimum botrum, ideſt, Christum, quem fide portabat, non vidit: nos autem, qui subsequimur, videmus. Vnde & nobis dicitur Luc. 10. *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Sed de malis granatis terrę illius tulimus: quia Prophetarum mortes, & persecutiones passuri Christi testimonia fuisse intelleximus. Possunt etiam intelligi Martyres, qui post Christum sequuti sunt. Hoc autem exploravimus quadraginta diebus: qui enim ad explorandam carnis resurrectionem nos admisit, *præbuit se ipsum viuum in multis argumentis per dies quadraginta apparens discipulis, & loquens de regno Dei.* Actorum 1.

Cant. 1. 14.

Botrus Cypri Christus.

Esai. 53. 8.

Racemum terræ promissionis portantes duo populi.

Luc. 10. 23.

Act. 1. 3.

8

Septimò. Fuerunt duodecim illi lapides, quos de Iordanis alueo tolli, & poni in Galgalis, & alij duodecim, quos in ipso Iordanis alueo collocari præcepit Iosue cap. 4. eius libri. *Vocauit Iosue duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel, singulos de singulis tribubus, & ait ad eos: Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate in de singuli singulos lapides in humeris vestris, vt sit signum inter vos: & quando interrogauerint vos filij vestri cras dicẽtes: Quid sibi volũt isti lapides? respondebitis eis: Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorũ Israel vsquè in æternum.* Et paulò post: *Alios quoquè duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini: & sunt ibi vsq; in præsentem diẽ.* Docet autem Abul. q. 11. in cap. 4. Iosue hos duodecim lapides positos in Iordane fuisse ingentes, & multò maiores prioribus, tum ne cũ aquis Iordanis simul deuoluerentur; tum vt super ipsas aquas eminerent, possentq; esse tanti miraculi monumentum. Commemoratq; opinionem, quam ipse appellat communem Doctorum, de his duodecim lapidibus loquutum fuisse Ioannem Baptistã, cum apud Iordanis aquas prædicans dixit Matth. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Arcam testamẽti humanitatem Christi adũbrasse docet Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. c. 28. Hac igitur arca fœderis Iordanis aquas, ideſt, passionis torrentem pertransijt, non sustentata Sacerdotum humeris; sed ipsius Diuinitatis potentia: in cuius miraculi monumentum duodecim lapides, ideſt, duodecim Apostolos in ipso Iordanis alueo, ideſt, martyrij, & passionis fundo erexit, vt suo ipsorum sanguine victoriam Christi testarẽtur: qui lapides, vt aiebat Abul. ingentes admodùm fuerunt, ne eos Iordanis

Apostoli duodecim lapides è Iordane sublati. Iosue. 4. 4. 9.

Abul.

Matt. 3. 9.

Cyrill. Alex.

danis

danis aquæ secum deuoluerent: quoniã Apostolos nulla passionum, tormentorumq; flumina de suę confessionis statu dimouere potuerunt. Quod verò duodecim alij lapides ex Iordanis alueo in ipsa terra promissionis repositi sunt, illud significat eosdem Apostolos ex Iordanis alueo, id est, ex medio passionis emersos in terram promissionis cælestẽ euasisse. Quòd autem Apostoli lapides fuerint, manifestè docet locus ille Pauli Ephes. 2. *Iam non estis hospites, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo IESV*: quibus verbis Apostoli fundamentales Ecclesiæ lapides appellantur.

Ephe. 2. 19. Apostoli fundamentales Ecclesię lapides.

5

Octauò fuerunt duodecim illi boues ænei, supra quos Rex Salomon præcepit mare æneum collocari 3. Reg. 7. *Fecit quoque mare fusile: & stabat super duodecim boues: è quibus tres respiciebant ad Aquilonẽ, & tres ad Occidentẽ, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientẽ, & mare super eos desuper erat: quorum posteriora vniuersa intrinsecùs latitabant.* Quo loco per duodecim boues duodecim Apostolos intelligit Eucher. lib. suo. 3. in libros Reg. c. 21. Per boues, inquit, Apostolos, & Euangelistas, imò omnes verbi ministros debemus accipere De illis enim Apostolus primæ Cor. 9. intellexit illud Deut. 25. *Non alligabis os boui trituranti.* Hi boues mare sibi superimpositum portant, cum Apostoli, eorumq; successores iniunctum sibi Euangelizandi officium prompta satagunt deuotione implere, terni ad quatuor orbis partes, cũ in quatuor orbis partibus fidem Trinitatis annunciant. Intrinsecùs autẽ latitant vniuersa boum posteriora: quia qua merce de sancti prædicatores in perpetuum donentur, in interni iudicis examine iam dispositum est; sed nobis, qui adhuc foris sumus, est occultum. Eandem expositionem tradit D. Greg. 2. p. curæ pastor. c. 5.

3. reg. 7. 23.

Duodecim itẽ boues ęnei.

Eucherius.

Deut. 25. 4.

6

Nonò. Sunt duodecim illi leunculi thronum Salomonis hinc inde ambientes, de quibus agitur. 3. Reg. 10. *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atq; inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas. Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atq; inde. Non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Thronus iste eburneus, vestitusq; auro Ecclesia est candore virtutum, auriq; pallore fulgens: duodecim leones duodecim Apostoli sunt, qui Ecclesiam vndequaq; tanquàm leones quidam fortissimi, & formidabiles ambiunt, ac tuẽtur. Et quidem Eucher. 3. lib. Reg. c. 33. in leonibus nobiscum sentit; sed dissentit in throno, quem ad iudiciariam potestatẽ, extremumq; iudicium refert. Itaq; iuxtà Euch. thronus eburneus iudiciariam Christi potestatem auro Diuinitatis fulgentem significat. Sex throni gradus omnem creaturam visibilem, & inuisibilẽ, quæ sex diebus est condita, & Christo Domino subiecta, demõstrat. Duodecim leunculi per throni gradus distributi duodecim Apostoli sunt, qui simul cũ Christo iudicabunt iuxtà illud Matth. 19. *Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.*

3. reg. 10. 18.

Itẽ duodecim leones, qui Ecclesiã tuentur.

Eucherius.

Matth. 19. 28.

7

Postremò. Sunt duodecim stellæ, siue sidera clarissima, quemadmodùm hoc loco docet Ioan. Ecclesię cœlum mirũ in modũ collustrantia. Vnde Venet. in sua Harm. mundi cant. 2. ton. 7. à cap. 8. vsq; ad 12. eleganter comparat duodecim Apostolos duodecim signis Zodiaci: docet què idcirco singulos in illis partibus prędicasse, quæ eiusmodi signis suppositę sunt. Ait enim constitui ab Astronomis in cœlo quatuor trigonos, siue triangulos, quorum primus est trigonus Orientalis subiectus Geminis, Libræ, & Aquario: atq; hunc trigonum pertinere ad Simonem, Bartholomæum, & Matthæum. Simoni enim obtigit Ægyptus, quæ est assignata Geminis, Bartholomæo Bactriana regio, Lycaonia, & Armenia Libræ subiectę; Matthæo Æthiopia, quæ subiecta est Aquario. In secundo trigono Meridionali, qui assignatur Tauro, Virgini, & Capricorno, prædicarunt Andreas, Iudas Thadæus, & Thomas. Etenim Andreas prædicauit in Achaia, & Græcia, quæ supponuntur Virgini: deindè transiuit ad Thracas, & Byzantios, quibus Saturnus, & Capricornus dominantur. Thadęus in Perside, & Mesopota-

Apostoli duodecim signis Zodiaci comparantur. Georg. Venet.

Quibus Zodiaci signis suppositę sint regiones, in quibus Apostoli prędicarut.

mia

mia, partibusq; superioribus Ponti: at Persis Tauro subijcitur. Thomæ obtigit India superior, Brachmanes quoq;, & Hyrcani Capricorno subiecti. In tertio trigono Occidétali, cuius imagines sunt Pisces, Cancer, & Scorpius, prædicarunt Iacobus minor, Ioannes, & Philippus. Etenim Philippo obtigit Syria Scorpioni attributa. Ioãnes post Palæstinam in Asiam minorem commigrauit, peragrauitq; Ioniã, & in præcipua eius vrbe Epheso tanquám in sui Patriarchatus metropoli morabatur. Itaq; totam minorem Asiam lustrauit, in quã dominatur Cancer. Iacobus minor fuit Episcopus Hierosolymitanus, quo cõuenerunt illi, qui erant ex Cilicia, & Pamphylia, vt refertur Act. 1. quæ regiones à Piscibus aspiciuntur. In quarto deniq; trigono Aquilonari, cuius imagines sunt Aries, Leo, & Sagittarius, concionati fuerunt Matthias, Petrus, & Iacobus maior. Nam Matthiæ obtigit Iudæa, & cõcaua Syriç, quibus dominatur Aries. Petrus concionatus est in Italia, præcipuè verò Romæ, quæ à Leone regitur. Iacobus maior in Hispania, Celtica, & Arabia felici, quæ Sagittario subijciuntur. Ex quibus manifestum efficitur, quanto iure duodecim Apostoli cum duodecim signis Zodiaci cõferantur: siquidem ipsi quoq; fuerũt in Ecclesiæ cœlo duodecim signa in quatuor trigonos per Euangelij prædicationem distributa.

Act. 1.

8 Apostoli corona Christi, & Ecclesiç.

Ex dictis perspicuum relinquitur, cur duodecim Apostoli duodecim stellarũ, aliisq; duodenarij numeri figuris adumbrentur. Cur verò corona Ecclesiæ dicãtur? illa ratio est: quoniam Ecclesiam illustrissimis vitæ exemplis, doctrinæ præsidijs, & miraculorum fulgoribus illustrarunt. Aduerte autẽ caput Ecclesiæ Christum esse: quarè habere Ecclesiam in capite coronam duodecim Apostolorum nihil est aliud, quàm Apostolos in Christo esse veluti pretiosissimã, & pulcherrimam coronam: quia videlicet ipsi eũ Regem toto orbe constituerunt, cũ per eorum prędicationem imperium orbis obtinuit, & Rex ab omnibus Gẽtibus fuit consalutatus, quod illustrissimum est Apostolorum encomium. Quòd autẽ Apostoli, & omnes in vniuersum Apostolici Heroes in Christo vt in Ecclesiæ capite tanquàm corona fulgeant, duo scripturæ sacræ testimonia demonstrant: Vnum est Zach. 6. *Sumes argentum, & aurũ, & facies coronas, & pones in capite Iesu filii Iosedech Sacerdotis magni.* In quem locum Rupert. eiusmodi coronas super caput Iosedech Sacerdotis magni Christum Dominum repræsentantis præcellentes quosquè Sanctos intelligit, à quibus Christus coronatur. Alterum est Zach. 9. *Lapides sancti eleuabuntur super terram eius*: qui locus potest transferri ex Hebræo: *Lapides diadematis eleuabuntur super terram*: & est sermo de Apostolis, vt interpretatur D. Hieron. in cap. 28. Ezech. vbi eam lectionẽ sequitur: *Lapides sancti voluuntur super terram instar rotarum, paululùm tangentes humum, & volubilitate sua ad cælestia festinantes.* Est igitur sẽsus lapides diadematis, hoc est, qui diademæ Christi conficiunt, eleuandos esse super terrã, id est, in magno pretio habendos in Ecclesia: tunc autem eleuantur lapides in Ecclesiæ ædificio, cũ superponuntur Christo, qui est lapis fundamentalis. Quæ interpretatio est D. Hieron. in cõmentarijs super epist. ad Ephes. in illa verba cap. 2. *In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino*. Non est prætermittenda obseruatio Pann. in hunc locum aientis Prælatos hoc etiam duodenario stellarum numero posse comprehendi, atq; adeo admoneri summæ sanctitatis: siquidem Christi corona describuntur: vt videlicet, quemadmodùm corona capiti ornamento est; sic etiam ipsi debeant caput Ecclesiæ, idest, Christum suis moribus exornare, non quærentes quæ sua sunt, sed quæ *IESV CHISTI.*

Christus coronatur à Sãctis.

Zach. 6. 11.

Rupert.

Zach. 9. 16.

D. Hieron.

Ephes. 2. 21.

Pannon. Prælati corona Christi.

Cur Ecclesia in vtero habens, parturiensq; cum dolore describatur?

Et in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat.

SECTIO VIII.

1

MVLIER illa, quę Ioanni apparuit, & quam Ecclesiam interpretati sumus, visa est habere in vtero filiũ, parturiensque clamare, maximisque ob difficilem partum cruciari doloribus: quam ob causam initio huius commẽtarij diximus non posse hac muliere ad literam significari beatam Virginem, quippe cui nullo modo conueniant eiusmodi in parturiẽdo dolores. Significatur igitur maximam fore extremis illis mundi temporibus sub Antichristo Ecclesiæ persecutionem: quo nimirùm tẽpore propter fallacia, & mendacia Antichristi, sectatorumque eius signa, & prodigia pauciſsimos Ecclesia per fidem de nouo pariet: imò ipsos etiam fideles summa cum difficultate in fide retinebit, & in cœlum dabit. Tanta enim erit illorum temporum confusio, vt *nisi breuitati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro*, quemadmodùm Christus prædixit Matth. 24. Meritò igitur summis doloribus parturiens visa est: sicut enim mulier, cum parit, affligitur, clamatque Deum orans, vt è tanto euadat periculo: ita Ecclesia eo tempore maximè torquebitur, dum fidelium prolem edere in cœlum conabitur.

Cum dolore pariet filios Antichristi tẽpore.

Matth. 24. 22.

2

Verùm, vt hæc meliùs intelligantur, aduertendum est Ecclesiam matrem nostram esse iuxta illud Ps. 112. *Qui habitare facit sterilem in domo matrẽ filiorũ lætãtem*: & Esaiæ quinquagesimo quarto. *Quoniã multi filii desertæ magis, quã eius, quæ habet virum.* Quem locum expendens D. Augustinus in Psalm. 112. *Multi*, inquit, *filij eius, quæ per gratiam in senectute concepit, quàm eius, quæ ab iuuenta ætate legis vinculo maritata est.* Eodem pertinet illud Canticorum 1. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*: quo loco diserte significatur Ecclesiam matrẽ esse fidelium, estq; sermo de Hæreticis, qui cum filij Ecclesię fuerint, fratres suos Catholicos persequuntur. Quod autem hæc mater nostra cum dolore pariat filios suos, potissimùm verò paritura sit extremis mundi temporibus, inde intelliges, quòd ceruæ comparatur Prouerbiorum 5. *Cerua charissima* seu vt aliàs legitur, *gratissima, & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter*: vbi quãuis commendetur vir fidelitas in coniugio, & vt vxore sua sit contentus: vnde statim subiungitur: *Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius?* tamen Beda locum accepit de Ecclesia, quæ cerua appellatur: quoniam sicut cerua auctore Plinio lib. 8. cap. 32. cum serpẽtibus bellum gerit, vestigatq; cauernas, & nartum spiritu extrahit renitentes: ita Ecclesia Hæreticos persequitur, & è cauernis renitentes extrahit, & extinguit odore fidei: sic enim Paulus fidem appellauit 2. Corinth. 2. *Deo autem gratias, qui odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*, vt interpretatur D. Chrysostom. *Gratissimus hinnulus*, inquit Beda, *populus est fidelium: & huius ceruæ vberibus inebriamur, cum vtriusque testamenti paginis contra Hæreticorum fraudes instruimur.* Scitum autem est illvd de difficili ceruarum partu, quod commemorarur Iob 39. *Nunquid parturientes ceruas obseruasti? dinumerasti menses conceptus earum? incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.* Quod exponens Regius Propheta dixit Psal. 28. *Vox Domini præparantis ceruos*, seu, vt habetur in Hebræo, *Vox Domini obstetricantis ceruas*, gẽnere fœminino: & est sensus ceruas per metu parere, cum audiunt tonitruum, quod hoc loco vox Domini appellatur. Nonne tibi Ecclesia tanquàm cerua videtur ad sonitum tonitrui peperisse, cum propter metum Iudæorũ in cœnaculo conclusa in die Pẽtecostes facto repẽte de cœlo sono tanquã aduenientis spiritus vehemẽtis foràs egressa Christi Domini fidẽ liberè, metuquè omni deposito prędicauit, & per Petri prædicationẽ circiter tria millia filiorũ Christo peperit, vt habes Act. 2?

Ecclesia mater fidelium. Psal. 112. 9. Esai. 54. 1.

D. Aug.

Cant. 1. 6.

Beda.

Plinius.

2. Cor. 2. 14.

D. Chrys. Beda.

Ceruarum partus difficilis. Iob. 39. 4.

Ps. 28. 9.

Hebraica lectio.

Tonitruũ vox Domini.

Ecclesiæ partꝰ in die Pentecostes.

3

Verùm, vt de extremo mundi tẽpore cum Ioanne disseramus, verè tunc Ecclesia cerua erit ob difficilem partum, doloresq; acerbissimos non in conuertendis modò Iudæis, atque Gentilibus; sed etiàm in retinendis fidelibus: vnde instar ceruæ rugiet præ dolore. Id quod etiam adumbratum fuit in Rachele, quę acutissimis dolorib⁹ peperit Beniamin,

Prou. 5. 19. 20

Ecclesię dolor tempore Antichristi.

vt refertur Genes. 35. vbi ita legimus: *Cũ parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitq; ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filiũ. Egrediente autẽ anima præ dolore, & imminente iam morte vocauit nomen filij sui Benoni, id est, Filius doloris mei. Pater verò appellauit eũ Beniamin, id est, Filius dextræ.* Etenim Ecclesia inter persecutiones pariẽs doloribus cruciatur, ita vt eius filij tũc editi filij doloris dici possint. Sed simul etiã à Patre filij dextræ appellãtur: quia qui eo tẽpore fidem retinent, fortissimi sunt, eosq; Deus tãquàm filios habet legitimos, ad dexterã suam in fine mundi collocãdos. E contrario Paulus nothos, i. adulterinos filios appellat, quos Deꝰ in hac vita laboribus non exercet. *Quòd si (inquit) extra disciplinam estis, cuius participes facti sũt omnes: ergo adulteri, & nõ filij estis:* quo loco pro *adulteri* legendum est *adulterini*, quod nomen pro spurijs, & illegitimis vsurpauit interpres, quos & Græci, & latini appellant nothos, eóq; verbo vsus est eo loco Paulus. Rupert. lib. 8. in Genes. cap. 15. nõ vult Rachelem in partu typum Ecclesiæ fuisse, sed Synagogæ. *Moritur (inquit) Rachel, & mors Lyæ silentio premitur: quia Synagoga palàm per infidelitatẽ à gratia excidit; Ecclesia verò Gentium viuit per fidem vsque in finem seculi.* Simulq; aduertit non vacare mysterio, quòd Rachel in partu obierit: quia nimirum Synagoga tunc mortua est, cum Christum, & eius Apostolos emisit: vndè dicitur: *Egrediente anima præ dolore vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei:* doluit enim, cum inuidit, & dolẽda sorte inde mortua est, quòd ex ipsa vita sumpta sit. *Pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dextræ:* qui filius profectò est Apostolorum chorus, quem Pater consedere fecit cum Christo ad dexteram suam in cœlestibus.

Gen. 35. 16.

Legitimi Ecclesiæ filii qui.

Hebr. 12. 8.

Rupert. Rachel in partu Synagogæ non Ecclesiæ typus.

Apostoli filii dextræ.

Cur Dæmon appelletur draco magnus, & rufus.

Et visum est aliud signum in cœlo: & ecce draco magnus, & rufus.

SECTIO IX.

POST SIGNVM illud magnũ mulieris vidit Ioannes aliud signum in cœlo, draconem videlicet magnũ, & rufum, habentem capita septem, & cornua decem, & in capitibus diademata septem: quem draconem Doctores communiter Diabolum interpretãtur. Sed meritò quæres, cur draco iste in cælo apparuerit? & quidem facilis esset responsio, si cæli nomine Ecclesia intelligenda esset: sed cum in superioribus ostensum fuerit non esse accipiendam Ecclesiam cæli nomine, cum mulier, hoc est, Ecclesia in cælo, vtpotè à seipsa distincto apparuerit: alia afferenda ratio est, videlicet quẽ admodũ Ecclesia in cælo apparuit, quia inde traxit originem, cælestemq; vitam agit in terris: ita etiam draconem, hoc est, Dæmonem in cælo apparuisse; tum quia inde cecidit, vt paulò post docet Ioannes; tum quia Ecclesiam ipsam in cælo moribus degentem persequitur. 1

Draco in cælo cur apparuerit.

Illud est vberiùs explicandum, cur Dæmon appelletur *Draco rufus?* Quod igitur ad appellationem draconis spectat, multæ à rerum naturalium scriptoribus draconum conditiones commemorantur, quæ in Dæmonem maximè conueniunt. Primùm enim reperiuntur dracones alati, qui in sublime feruntur. Secundò. Reperiri solent in calidioribus regionibus. Tertiò. Dicuntur potissimùm habitare circa turrim Babel, & in desertis antiquæ illius Babylonis ingentes admodùm reperiri. Quartò. India dracones habet, & elephantes perpetua discordia bellantes tantę magnitudinis, vt facili circumplexu draco elephantem ambiat, noxioquè nodo constringat. Vnde D. Ambrosius lib. 3. in Hexameron cap. 9. *Draco, inquit, elephantem ligat, cuius ruina mors victoris est: & ideo summè in vtrunque certatur, ille vt pedem alliget, in quo casus victi sibi nocere non possit: iste ne posteriore extremus pede, aut caille capiatur angusto, vbi vel ipse non se queat retorquere, & draconem graui proterere vestigio, vel sequentis elephanti auxilium non habeat.* Quintò. 2

Item cur Dæmon appelletur draco.

Draconũ, & elephantorum discordię. D. Amb.

Dracontias lapis vndè detrahatur.

Ex draconum cerebro extrahitur lapis, qui dicitur dracontias, siue draconites; sed non durescit in lapidem, nisi detrahatur viuenti draconi: nam si priùs draco obeat, soluitur illi⁹ durities.

Tertull.

Huius lapidis meminit Tertul. lib. de habitu muliebri c. 6. *Aiunt*, inquit, *de frontibus draconũ gẽmas erui, sicut & in piscium cerebris lapidositas quædã est: hoc quoque deerit Christianæ, vt de serpente cultior fiat: sic calcabit diaboli caput, dũ de capite eius cæruicibus suis, aut ipsi capiti ornamenta struit.*

Rhenannus.

In quem locum annotauit Rhenann. citans Plin. lib. 37. c. 10. huiusmodi lapidẽ, nisi viuenti draconi abscindatur, nunquã gemmescere inuidia animalis mori se sentiẽtis. Itaq; morem esse, vt dormientibus animalib⁹ caput amputent.

Sotacus.

Sotac. citatus à Plinio tradit vehi bigis, qui eã quærunt, visoq; dracone spargere soporifera medicamẽta, atque ita caput præcidere: esse autem candore transiucido, nec posteà poliri, aut artem admittere.

3

Igr̃ Dæmonẽ draconẽ appellari perspicuum est ex Ps. 90. *Super aspidẽ, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonẽ, & draconẽ*: quẽ locũ Patres cõiter de Dæmone accipiunt: & Ps. 103. *Draco iste, quẽ formasti ad illudendũ ei*: vbi est sermo ad literã de leuiathan, siue ceto, dupliciterq; exponitur: vno modo iuxta sentẽtiã R. Chimhi, vt dicatur cetus creatus à Deo, vt ludat in mari, cæteraq; omnia aquatilia conẽnat, ac deuoret: altero, *ad illudendũ ei*, id est, vt illudatur ei, videlicet vt homines postquã eum ceperint, ei illudant, & insultent: quæ vtraq; expositio cadit in Dæmonem, de quo sub typo ceti sermo est, vt eum Deus fecerit, tũ vt hominib⁹ illuderet, tũ vt ei ab hominibus illuderetur. Priorẽ expositionẽ secutus est D. Hier. *Datus est*, inquit, *in hoc mundo ad illudẽdum nobis: quantos enim Monachos, & Clericos præcipitauit!* Posteriorẽ D. Aug. conc. 4. in Ps. 110. *Illude*, inquit, *draconi, ad hoc enim factus est draco.* Id quod etiã dr̃ Iob 40. de behemoth, siue elephanto in typũ Dæmonis: etenim ꝑ eo, quod nos habem⁹: *Ipse est principium viarum Dñi, qui fecit eum, applicabit gladium eius*, Septuag. transtulerũt: *Hoc est principium fictionis Dñi, factum vt illuderetur ab Angelis eius*: & vtranque translationem sic interpretatus est Hieron. *Qui fecit eum, applicabit gladium eius, id est, malo, quo alios interemit, ipse punietur; sicut & de eius similibus dicitur Psal. 36. Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Prætereà ipse est initiũ figmenti Domini, vt illudatur ab Angelis eius, id est, sãctis: ab his enim illuditur, qũ per gratiã sancti Spiritus eis subditur, & inuocatione nominis Christi ab obsessis corporibus effugatur. Eodẽ sensu idẽ sacer Doctor accipit illa alia verba eiusdẽ cap. *Nunquid illudes ei* (id est, leuiathan) *quasi auiculo aut ligabis eum ancillis tuis*, seu, vt Septuag. reddiderũt: *Illudes ei quasi auicul? aut ligabis eum tanquàm passerem puero? Quod*, inquit, *quasi auis illudi perhibetur, quasi res parua, & minima ad potẽtiam Dei habeatur, auis nomine voluit demonstrare: quodque alligandus ancillis dicitur, illud est, quod ipse Dominus dicit Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Quod verò iuxta Septuag. dicitur: *Alligabis eũ sicut passerem infantulo*, habetur Esai. 11. *Delectabitur infans super foramine aspidis: & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet*: hunc enim infantem accipere debemus vnumquemq; Sanctorum, qui de fonte, id est, de vtero matris Ecclesiæ tanquàm infans Deo renascitur. Igr̃ iuxta hãc D. Hier. expositionẽ erubescere debet Christianus, quoties ei Dæmon illudit, cũ ipse potiùs Dæmoni illudere debuisset: siquidẽ eũ Dñs Deus formauit, vt à suis Sanctis ei illuderetur, & gratiæ suæ præsidio effecit, vt ei infirmiores quiq;, qui per ancillas significãtur, ita possint illudere, sicut infantulus illudit passeri, quẽ filo ligatũ tenet. De Dæmonib⁹ etiã accipiũt Remig. & Aug. locũ illũ Ps. 73. *Cõtribulasti capita draconũ in aquis: tu cõfregisti capita draconis, dedisti eum escã populis Æthiopũ. Draconũ capita*, inquit Aug. *id est, Dæmoniorũ superbias, à quibus Gẽtes possidebãtur, contriuisti super aquã: quia eos per baptismũ liberasti. Deinde cõfregisti caput draconis, id est, superbiã, quæ est initiũ omnis peccati, & veluti caput serpentis iuxta illud Eccl. 10. Initiũ omnis peccati superbia. Dedisti eũ escã populis Æthiopum, hoc est, populis Gentiũ, qui ante cõuersionẽ nigri erãt instar Æthiopũ: quẽadmodum indicauit Paul Ephes. 5. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

Pſl. 90. 13.

Pſ. 103. 26.

Rab. Chimhi.

Dæmon creat⁹ vt homines illudat, & illudatur ab eis.

D. Hieron.

D. Aug.

Iob. 40. 14.

Septuag.

D. Hieron.

Pſal. 36. 15.

Dæmon, quando illudetur à Sanctis.

Iob. 40. 24.

Septuag.

D. Hieron.

Luc. 10. 19. Dæmonis infirmitas ad potẽtiam Dei.

Eſai. 11. 8.

Christianus à Dæmone vitã erubescat.

Remig. Pſal. 73. 13.

D. Auguſt.

Superbia serpentis caput. Eccli. 10. 15.

Epheſ. 5. 6.

Sed quomodò acceperunt istum draconem in escã? Puto quia magis Christum acceperũt in escam; sed Christum, quo se consummarent; Diabolum, quẽ cõsumerent. Hæc Aug.

4

Dæmon draco alatus ob superbiam.

Ex his palam est Dæmonem draconẽ appellari: nunc cõmemoratas draconũ conditiones breuiter percurramus. Primùm igitur Dæmon ex genere est alatorum draconum propter superbiam, qua super omnia conatur ascendere, vt ipsemet Esai. c. 14. confitetur. *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum.* Deinde quemadmodùm draco bellum cum elephante gerit, & ruina elephantis mors est draconis: ita Dæmon Christum aggressus, eumq; per ministros suos interficiens ab eodem moriẽte oppressus fuit iuxta illud Oseę. 13. *Ero mors tua ô mors.* Quo loco *mortis* nomine non solũ mors ipsa, sed Diabolus etiam accipiendus est, quem iam aliàs docuimus *mortem* appellari. Tertiò. Habitant dracones in locis calidioribus, quoniam præcipuè Dæmones adolescentiam, quæ ætas vegetior est, & ardentior, libidinis, aliarumq; passionum facibus infestant. Accedit, quòd in libidinosis hominibus præcipuè habitant. Appellari autem luxuriam, ac libidinem ignem perspicuum est ex Iob. 31. *Si deceptum est cor meum super muliere, & ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij: hoc enim nefas est, & iniquitas maxima: ignis est vsq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina*, hoc est, vt interpretatur Diuus Hieron. omnia bona virtutum deuorans, atque vniuersa in homine sanctarum rerum incrementa consumens.

Esai. 14. 13.

Oseæ. 13. 14.

Adolescentes libidine infestat Dæmon.

Iob. 31. 9.

Libido, ignis consumens.

D. Hieron.

5

Ephes. 6. 16.

Eandem ob causam Apostolus tentationes luxuriæ tela ignea appellauit, cũ dixit: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Quo loco D. Chrys. *tela ignea* absurda desideria, & D. Thom. prauas concupiscẽtias interpretatur. Et quidem meritò tẽtationes libidinis igneis iaculis comparantur. Primùm, quia præ aliis animum, & corpus maximè inflammant. Secundò, quia quemadmodùm ignis in locum aliquem iniectus propinqua omnia ædificia, vicinamque syluam corripit: ita luxuria cum animum incenderit, omnes animi vires cõsumit, & de vitio in vitiũ quasi flamma de domo in domum serpit. Tertiò denique, quia quemadmodũ parua scintilla, nisi statim extinguatur, magnum excitare solet incendium: ita exigua carnis tentatio, nisi quamprimũ sopiatur, incredibiles in animo flammarum globos excitat: id nimirũ est, quod timebat Iob, cũ dicebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Vbi modũ loquendi obserua: neq; enim dixit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne intuerentur quidem virginem*; sed, *vt ne cogitarem quidem de virgine.* Videbat quippe vir sapientissimus ex aspectu virginis ita facilè cogitationem accendi perpetrandi sceleris, vt iam ipsa visio sit veluti cogitatio: quoniam ea aspectum cõtinuò sequitur, cogitationem delectatio, delectationem consensus: vnde Thren. 3. meritò dicitur: *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Porrò eleganter ait se fœdus pepigisse cum oculis: quia sicut in fœderibus, & compositionibus, qui fœdera percutiũt, aliquid ex vtraque parte de suo iure deperdunt: ita cupiebat Iob, vt oculi de suo iure aliquid perderent non videndo interdum, quæ liceret, neque omnem etiam licitam intuendi occasionem arripiendo: ipseque etiam animus de suo iure aliquid remitteret, id est, voluptatẽ, quam ex pulchrarum rerum aspectu licitè poterat accipere. Caiet. obseruauit in fœdere hoc, quod Iob pepigit cum oculis, indicari propositum firmum, & inuiolabile non aspiciẽdi curiosè fœminas, eo quòd pacta, & fœdera nullo pacto licet violare, & infringere.

Iob. 31. 1.

Aspectus virginis quàm sit fugiendus.

Thren. 3. 51.

Card. Caiet. Iobi propositũ non aspiciendi fœminas.

6

Quartò. Rectè dracones circa turrim Babel dicuntur habitare: quoniam Dæmones Babel, id est, confusionem, mentisque perturbationem & amãt, & efficiunt, ibique potissimùm habitant: quã ob rem Dæmon Rex Babylonis appellatur à D. Greg. libro. 7 Mor. c. 16. vbi expendens, quomodò Nabuchodonosor Rex Babylonis filios Regis Sedechiæ ante ipsius oculos trucidari præcepit, vt refertur Hier. 39. sic ait. *Occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius, & omnes nobiles Iuda: oculos quoque Sedechiæ eruit. Rex Babylonis est antiquus hostis possessor intimæ confusionis*

Dæmon Rex Babylonis ex Greg.

Hierem. 39. 6

qui

qui priùs filios ante intuentis oculos trucidat: quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ip se, qui captus est, dolens cernat, & ad hoc quandoq; eo peccati vsu perducitur, vt ipso quoq; rationis lumine priuetur. Vnde Rex Babylonis extinctis priùs filijs Sedechiæ oculos eruit: quia malignus spiritus subductis priùs bonis operibus post & intelligentiæ lumen tollit. Postremò. Præcidēdum est Dæmonis caput, vt extrahatur inde gemma gloriæ, quę ex capite draconis meritò extrahi dicitur: quoniam eo vincendo, & superādo acquiritur. Eo tamen à draconite lapide hæc gemma distinguitur, quòd draconites poliri nō potest, nec artem admittit, vti diximus: at pretiosa gloriæ gemma ampliùs poliri potest; imò quoties Dæmon vincitur, nou⁹ inde glorię lapis multò pretiosior, & pulchrior elicitur.

Dęmonem superans glorię gemmā acquirit.

7

Quod verò attinet ad rufum draconis colorem, illa in primis ratio afferri potest, apparuisse tinctum colore rufo, seu sanguineo propter sanguinem Martyrum, quem extremis temporibus, de quibus hoc loco agitur, per Antichristū, eiusque sectatores effundet. Hoc enim sensu capite sexto diximus Romanum imperium sub Nerone significatum à Ioanne fuisse in equo rufo, eo quòd maximè in Christianos sæuus, & immanis extitisset. Accedit, quòd color rufus dolū, fraudem, & malitiam designat: quid verò Dæmone fraudulentius? idcirco enim comparatur tigri, quod animal vario colore, maculisque distinguitur: quam appellationem habes Iob 4. *Tigris perijt, eo quòd non haberet prædam.* In quem locum aduertit D. Hieron. 70. transtulisse *Myrmecoleon*, idest, *formica, & leo. Quem*, inquit, *nos veriùs Diabolum dixerimus? qui quando prædam agit de Sanctis tanquam de maioribus rebus, vt leo habendus est: quandò verò minima quærit auferre, formica dicendus est: & quia sicut formica grana de area, ita ille cogitationes bonas auferet de cordibus hominum.* Adde appellari Dęmonem formicam, & leonem, quia infirmis quidem leo est; at resistentibus formica, quæ facilè pede conculcari potest.

Dęmoni seu draco cur rufus apparuerit.

Dęmonis fraus.

Iob. 4. 11.

D. Hieron. Septuag.

Dęmon formica infirmis, resistentibus leo.

Quænam sint draconis capita septem, cornua decem, & semptem diademata?

Habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem.

SECTIO X.



IN numero cornuum, & capitum consentit cum hoc dracone bestia, quæ capite sequenti apparuit, habens nimirum capita septem, & cornua decem. Verùm dissidet in diadematum numero. Apparuit enim habens super cornua decem diademata, cum hoc loco draco septem tantùm gerens diademata apparuerit: & quanquam dici facilè posset non eādem esse bestiam sequentis capitis cū dracone huius: itaque draconem istum Dæmonem, bestiam Antichristum designare: quia tamen eodem recidit vtraq; visio, siue de Dæmone, siue de Antichristo accipiatur, concilianda est ex 7. Danielis: quo loco Propheta vidit quartam quandam bestiam terribilem, atque mirabilem, & fortem nimis, dentes habentem ferreos, & cornua decem, è quibus decem cornibus tria euulsa sunt. *Porro cornua decem* (inquit Angelus Danieli) *decem Reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.* Quibus verbis significauit Angelus Antichristi tempore decem Reges imperium totius orbis habituros, ex iisque tres ab Antichristo trucidādos, septem reliquos illi sponte tanquam supremo Monarchę parituros. Itaq; primùm erunt cornua decem, & diademata decem, hoc est, decem Reges: sed postea septem tantùm cornua erunt, & septē diademata propter illos tres Reges interfectos. Atque hac ob causam hoc capite decem cornua, & septem diademata: capite autem sequenti decem diademata, & apud Danielem decem cornua memorantur. Verùm hæc omnia fusiùs c. sequēti disserēda prætermittim⁹.

1

Draco iste cū bestia sequentis cap. in quo dissētiat, & cō sentiat.

Dan. 7. 24.

Orbis imperiū quot Reges habitiari tempore Antichristi.

2

Porrò quanquam eam, quam tradidimus, expositionem germanam, ac literalem putemus: illam verò, quàm interpretes communiter hoc loco afferunt, mysticam, & nequaquam literæ cõgruentem, vt cap. sequenti fusiùs ostendemus: nequis tamen, quæ communiter ab interpretibus dicuntur, in his nostris comment. desideret, eorum quoque explanationem commemorandam, & illustrandam putauimus, dicturi plura de sensu literali ad caput 13. vt paulò ante promisimus. Igitur Haymo existimat idem per septem capita, & per septem diademata significari, videlicet omnem huius seculi potentatum, qui Dæmoni adhęret, & per fraudem, ac dolum contra septem Ecclesias, & contra septiformem spiritum dimicat. Richard. Vict. septem capita septem capitalium vitiorum septiformem tentationem; cornua decem furorem impiorum Principum decalogum impugnantium; septem diademata de subversis perseptiformem tẽtationem vniuersalem victoriam interpretatur, cum quibus ferè reliqui interpretes consentiunt. Hugo tamen Card. vult septẽ capita esse vniuersitatem malorum; decẽ cornua diuitias, potentiáq; secularem: quæ cornua quidem dicantur, quia per illa homines extolluntur: decem autem, quia iis decalogus impugnatur: vel certè septem capita esse septem capitalia vitia; decem cornua vniuersitatem malorum Principum; septẽ diademata victorias, quæ à Dæmone reportantur in septem vitijs capitalibus: quæ expositiones eodem ferè cum cum superioribus recidunt, & à nobis deinceps magis explicandæ sunt.

Haymo.

Per septem capita, & diademata quid cõmuniter intelligant interpretes? Richard. Vict.

Hugo. Card.

3

Illud igitur primùm quęrat aliquis, cur septem capitalia vitia septem draconis capitibus conferantur? Pro cuius rei intelligentia sciendum dracones appellari illos serpentes, qui diuturnitate tẽporis in grandem magnitudinem excreuerunt: quo fit, vt capita draconis sola magnitudine, & mole à serpentium capitibus disideant. Quarè meritò septem capitalia vitia per septem draconis capita exprimuntur: quia sæpe lethifera sunt, eo quòd sinimus ea siue consuetudine, siue naturæ corruptela in insolitam excrescere magnitudinem, ita vt quæ antea serpẽtes videbantur, iam nũc immanes quidam, & immensi dracones existant: quod malum, ne accidat, curãdum est, vt serpentum capita, dum parua sunt, quamprimùm conterantur: eã enim ob causam Regius vates Ps. 136. beatum illum pronuntiauit, qui Babylonis paruulos ad petram allideret. *Filia*, inquit, *Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos* (sic enim legendum est, non *suos*) *ad petram*. In quem locum D. Hieron. Paruuli, inquit, dicuntur cogitationes, ac si diceret: Vidi mulierem, concupiui eam: nisi statim abscidero concupiscentiam illam, & allisero ad petrã, dum parua est concupiscentia, non potest postea abscindi, quando creuerit. Beatus ergo, qui statim abscindit, & allidit ad petrã, hoc est, Christum. Cui expositioni concinit D. Aug. in comm. eius loci. Qui sunt paruuli Babylonis? nascentes malę cupiditates. Ne igitur cupiditas nequã prauę cõsuetudinis robur accipiat, cum paruula est, allide illã: sed times, ne allisa non moriatur, ad petram allide, quæ est Christus. Eandem ob causam Cant. 2. iubentur capi vulpes paruulæ, quæ demoliuntur vineas: dum enim paruulæ sunt malæ cogitationes, & istæ quasi fraudulentę vulpeculæ facilè capi possunt: at si adoleuerint, venatorum manus effugient, & maximum vineis detrimentum afferent. Verisimum est enim illud, quod dicitur Eccli. 19. *Qui spernit modica, paulatim decidet*: quo testimonio ad idem confirmandum vtitur D. Greg. lib. 10. Mor. cap. 14. Dum, inquit, lingua otiosa verba moderari negligit, audax ad noxia prorumpit: & cum mens subigere delectationem carnis renuit, plerumque ad perfidiæ voraginem ruit. Vnde Paulus 1. Cor. 10. vt imminentia mala compesceret, dixit: *Neque idololatræ efficiamini, sicùt quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*. Esus enim, potusque ad lusum impulit, lusus ad idololatriam traxit. Vbi cernis ex paruis initijs idololatriam

D. Hieron.

D. Augustin. Cogitationes prauę ad petram Christũ allidendę.

Cant. 2.

Earundem initia amputãda. Eccli. 19. 1.

D. Greg.

1. Cor. 10. 7.

Exod. 32. 6.

Septẽ capitalia vitia cur per 7. draconis capita designentur.

4

latriã irrepere, & propterea dixisse Paulum: *ne idololatræ efficiamini*, videlicet negligendo peccata minora.

Hebr. 12. 14. Dissentionum item initia resecanda.

Idcirco etiam Apostolus volens pacem commendare fidelibus, & omnem grauium dissensionum occasionem tollere, ipsa prima dissentionis initia, & radicem amputauit, cum dixit: *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: contemplantes, nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinẽtur multi.* Vbi aduerte Apostolum ipsa odij, & amaritudinis in alterum initia *radicem* appellasse, quia nisi statim auellatur, immensam odiorum syluam germinabit: quẽadmodùm verbis sequentibus explicauit, *sursum germinans*. Videtur autem Paulus allusisse ad locum illum Deut. 29. *Ne sit inter uos radix germinans fel, & amaritudinẽ*: quem locum alij ex Hebræo ita transferunt: *Ne forte sit in vobis radix fructificans venenum, & absinthiũ*. Etenim à nomine Hebraico *ros*, quod significat caput, deriuatur *ros*, quod plerique vertunt *venenum*, veluti Psal. 69. *Dederunt in escam meam fel*, alij, *venenum*. Nec desunt, qui existiment nomen *ros* significare caput cuiusuis rei venenatæ, præcipuè verò aspidis: quoniam Deut. 32. vbi nos habemus: *Venenum aspidum insanabile*, est Hebraicè, *ros petanim*, idest *caput aspidum*. Ex quo iã colliges cuiusuis peccati initium esse velut caput aspidis, quę morsum habet maximè lethiferum, etsi cum voluptate interimit: sic enim peccatum cum voluptate, & delectatione mortem animæ infert. Denique quemadmodùm ex pilis in aquam iniectis oriuntur colubri, vt experimento est compertum: ita ex minutissimis, & subtilissimis cogitationibus sæpe numero peccatorum ingentes colubri ortum habẽt: idcirco enim peccatum colubro confertur Ecclesiast. 21. *Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te*. Rectè autem non resistendum, sed fugiendum admonet: quoniam sunt quędam peccatorum genera, quæ fugiendo potissimùm vincuntur, cuiusmodi sũt peccata carnis: vnde Paulus 1. Cor. 6. dixit: *Fugite fornicationem*. Et Angeli volentes Loth ex ciuitate illa infami omnium libidinum officina eripere monuerunt, vt fugeret, Genes. 19. *Salua animam tuam: non respicere post tergum tuum: nec stes in omni circa regione: sed in mõte saluum te fac*: quibus verbis monuerunt à peccato carnis longè esse fugiendum, & omnem omnino occasionem euitandam: idcirco enim dixerunt: *Nec stes in omni circa regione*. Quod verò sequitur: *Si acceseris ad illa, suscipient te*, hunc sensum habet. Si suggestiones Diaboli admiseris, nec statim compresseris, suscipient te tanquàm prędam, hoc est, instar draconum deuorabunt, & in inferni barathrũ præcipitem dabunt. Nam pro eo quod nos habemus, *Suscipient te*, Græcè est, δήξεται, id est, *mordebit*. Interpres autem vulgat⁹ videtur legisse, δήξεται, hoc est, suscipiet: sed, *mordebit*, legit noua editio Septuag. interp. correcta de mandato Xisti V. Pont. Max. Itaq; cernis in verbo *mordendi* indicari serpentinam peccati naturam, quippe cum ad se accedẽtes deglutire, ac deuorare soleat, nisi statim initio, dũ paruus est serpens, opprimatur.

Gen. 19. 17.

Septuag.

Deut. 29. 18. Odii initiũ radix germinans venenum.

Psal. 69. 22.

Deut. 32. 33.

Peccati cuiusuis initium, caput aspidis.

Eccli. 21. 2.

Carnis peccata uincuntur fuga.

1. Cor. 6. 15.

5

Secundò. Comparantur septem capitalia vitia septem draconis capitibus: quoniam draco cristam capite gestare dicitur: omnia autem peccata quandam superbiæ cristam gerunt. Etenim, vt est Theologorum sententia, in omni lethali crimine cernitur ratio quędam superbiæ, quatenùs peccator transgrediendo legem seipsum quodammodò Deo præfert. Vndè D. Aug. lib. de nat. & gratia docet sine superbiæ appellatione nullũ peccatum inueniri; & Prosper libro de vita contempl. nullum peccatum sine superbia esse posse. Id quod D. Thom. 2. 2. q. 162. art. 2. interpretatur accipiẽdum esse, nõ quidem de superbia, vt est, speciale peccatum, hoc est, appetitus inordinatus propriæ excellentiæ; sed de superbia sub generali ratione sumpta, secundùm quandam redundãtiam, quã habet in alia peccata, & hoc dupliciter: vno modo per se, quatenùs reliqua peccata ordinantur ad finem superbię, quæ est propria excellentia: altero modo indirectè, & quasi per accidens, nimirùm remouendo prohibens, quatenùs homo per superbiam cõtemnit Diuinam legẽ,

Draco capite gestat cristã.

D. Aug.

Prosper.

D. Thom.

Superbiæ ratio in omni peccato quomodò inuenia tur.

per

per quam à peccando prohibetur iuxta illud Hier. 2. *Confregisti iugum, rupisti vincula, dixisti: Non seruiam.* Omnia igitur peccata cristata sunt instar draconum, cristamque præferunt arrogantiæ, & superbiæ, atque adeò meritò per septem draconis capita, qui numerus vniuersitatem continet, exprimuntur. Denique comparantur septem draconis capitibus septem vitia capitalia, quia sunt initia, & veluti capita reliquorum.

Hierem. 2. 20.

7. capitalia vitia initia reliquorum.

Quod spectat ad septem diademata, illis vti iã diximus, significatur hęc septem capitalia vitia in mundo regnare, & propterea instar Principum regales coronas in capite gestare iuxta illud Rom. 5. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum*: cui imperio, siue tyrannidi, vt se fideles subtraherent, monuit Apostolus Rom. 6. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscentijs eius.* Quem locum sic exponit D. Hieron. *In corpore mortali vivite, vt immortales.* Quo modò autem regnet peccatum in corpore, expositum, cum subiunxit: *vt obediatis concupiscentiis eius*, hoc est, per obedientiam, & consensum. Et D. Greg. lib. 14. Mor. cap. 9. expendens verbum illud *regnet*, *Non dixit*, inquit, *non sit, sed: non regnet: quia non esse non potest; regnare autem in cordibus bonorum non potest.* Eodemq; modo interpretatur D. Anselm. Est autẽ iuxta hanc expositionem, quẽad modùm docuit D. Th. per peccatum fomes peccati intelligendus, qui in homine non esse non potest; sed potest tamẽ non regnare. Explicauit etiam Apostolus, quid esset peccatum in nobis regnare, cum subiunxit: *Sed neque exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato.* Membra enim nostra *arma* vocat, quia illis vel sub iustitiæ, vel sub peccati vexillis militamus: quare qui membris suis ad peccatum abutitur, subditum se peccati confitetur: siquidẽ arma sumit pro sui Principis, hoc est, peccati, cui seruit, defensione. Quam ob rem dixit Christus: *Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati*: quò eodem spectat illud Rom. 7. *Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato*: vbi Paul⁹ sub infirmorum persona ait se seruum peccati effectum, & sub peccato venundatum, hoc est, in peccati potestatem libidinis, & concupiscentiæ pretio redactum. Theod. eleganter obseruauit regnum eò differre à tyrannide, quòd tyrãnis existat inuitis subditis; regnum autem volentibus illis, quibus imperatur: quare suaderi à Paulò, ne potestati, & imperio peccati vltrò nos subijciamus, hoc est, ne vllo modo assentiamur. Quare non dictum esse: *Ne tyrannidem in vos exerceat peccatum*, sed: *Ne regnet*: indignum enim est aliquem vltro se peccato subijcere. Hoc videlicet est illud sceptrum tyrannicum, quod Christum superasse cecinit Esai. cap. 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Quo loco sermo est de Sennacherib Rege Assyriorũ, qui iniusta tributa ab Hebræis exigebat, quẽ tamen Deus fregit, vt refertur 4. Reg. 19. Verùm D. Hieron. de Christi victoria interpretatur hoc sensu: Tu Domine Saluator iugum oneris eius, hoc est, Diaboli, qui grauissimo seruitutis iugo colla omniũ deprimebat, & virgam, qua percutiebat vniuersos, & peccata sibi quasi quoddam tributum reddere compellebat, detraxisti de humeris eorum, & tibi liberatos seruire fecisti absque vllo exercitu, & absque effusione sanguinis, sicut quondam sub Gedeone populo Israelitico de Madianitis victoriam præbuisti. In quem locũ primò est obseruandum Dæmonem appellari *exactorẽ*, id est, exigentem tributa duabus potissimũ de causis. Prima redditur à D. Hier. quia peccata quasi quoddam tributũ reddere compellit. Secũda est, quia post peccatum susceptum debitas pœnas exigit, tum in hac vita, tum in alia apud inferos: quo fit, vt omnis peccator sit Dęmoni tributarius, eiqùe duplex tributũ soluat, ipsum nimirum peccatum, & peccati supplicia.

Theodor.

Peccato vltro subijci indignum.

Esai. 9. 4.

4. Reg. 19. D. Hieron. Sceptrum Dęmonis superauit Christus.

Iudic. 7.

D. Hieron.

Peccator duplex soluit tributum.

Secundò est aduertendùm Diabolum habere iugum, virgam, & sceptrum. Etenim iugo premit, virga percutit, sceptro tyrannicè imperat. Quam ob rem peccator Dæmoni arat, & serit, cum iugũ eius peccando admittit, seruitutem gra-

7

uissi-

D. Anselm.

D. Thom. Fomes peccati potest non regnare, nó tamẽ non esse in homine.

Mẽbra nostra cur Paulus appellet arma.

Ioan. 8. 34. Rom. 7. 14.

Christi & diaboli pulchra antitheſis. Matth. 11. Pſ. 22. 4.

uiſsimã patitur, cum virga percutitur; ſub eius vexillis militat, cum ſceptrum eius recognoſcit. E contrario Chriſtus iugum etiam habet, virgam, & ſceptrũ; ſed iugum *ſuaue*. Matth. 11. virgam, quę conſolatur. Pſal. 22. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*: ſceptrum plenũ mãſuetudinis, & clementiæ. Pſ. 44. *Specie tua, & pulchritudine tua intẽde, proſperè procede, & regna propter manſuetudinem*. Tertiò obſeruandũ ex Cyril. Alex. lib. 1. in Eſai. virgã, qua Dęmon peccatores verberat, eſſe ſuos ipſorũ affectus, & paſsiones. *Coercet*, inquit, *nos, cogitq; ad ſuam voluntatẽ ſceleratam, ac nefariam agmen Dæmoniorum, eorũq; anteſignanus Satanas affectuum dynaſtia, atq; imperio ſeu virga propemodùm verberans*. Ex quo colligimus quẽlibet inordinatũ affectũ iuxta Cyrilli ſnĩam eſſe veluti quandã virgã, qua nos Diabolus tãquã ſua mancipia aſsiduè verberat: quare ne ab eo vapulemus, neceſſe eſſe, vt huiuſmodi virgas frãgamus, quod per mortificationẽ, & macerationẽ carnis efficitur. Deniq; Quoniã Diabolus Rex eſt, ſiue Tyrãnus ſuper omnes filios ſuperbię, quẽadmodũ dr̃ Iob 41. ſub cuius nimirum ſignis militant peccatores: ideirco Dæmonẽ ſtipẽdiũ peccatoribus tãquã militib⁹ ſuis ſoluere habes Rom. 6. *Stipẽdia peccati mors*: vbi aduertit D. Th. ſtipendia meredẽ eſſe militum: & qm̃ peccatores peccato militant, mẽbra ſua exhibẽtes arma peccato, vt paulò ante dictũ fuerat, ideirco mortẽ appellari ſtipẽdiũ peccati, quã vi delicet retribuit ſibi ſeruiẽtibus. Aduertẽdũ eſt autẽ ꝓ ſtipẽdiis eſſe Græcè ὀψώνια: olim enim ſolis obſonijs cõtẽti erãt milites: quare elegãter Paulus mortẽ *peccati obſoniũ* appellauit: ſiquidẽ homines leuiſsimis de cauſis, & propter obſonium quoddã, victũq; voluptatis abiectiſsimũ peccata ſuſcipiũt, mortẽq; animi, & corporis, imo & ſecundã mortẽ apud inferos incurrũt. Itaq; eũ obſoniũ dari ſolet, at ad uitã ſuſtẽtãdã, peccatũ pro obſonio dat mortẽ ipſã, & interitũ ſẽpiternũ.

Iob. 41.

Rom. 6. 23. D. Thom. Militibus ſuis quod ſtipẽdiũ ſoluat dęmon.

Poſtremò, quod ſpectat ad decẽ cornua, decem machinas ſignificãt, quibus Dæmon decẽ decalogi præcepta expugnat, & quaſi taurus ventilat: ad ſingula enim præcepta aggredienda peculiaria tentamẽta adhibet. Idẽ figuratè fuit expreſsum in decẽ illis armigeris Ioab, qui Abſalonẽ interfecerũt pendentẽ è quercu, vt refertur 2. Reg. 18. *Tulit Ioab tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalon: cũq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerũt decẽ iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eũ. Et tulerunt Abſalon, & proiecerunt eũ in ſaltu in foueã grandẽ, & cõportauerũt ſuper eũ aceruũ lapidũ magnũ nimis*. Abſalon peccatorẽ ſignificat, qui per capillos, id eſt, cogitationes ſuas ex quercu terrenarũ rerũ ſuſpẽditur: tribus lãceis cor eius à Ioab cõfoditur, id eſt, à Dęmone triplici peccato cogitationis, oris, & operis interimitur: deinde accurrũt decem armigeri Ioab, i. decem Dęmonis impugnationes aduerſ⁹ omnia præcepta decalogi: quod uis enim peccatũ lethale ad omnia decalogi præcepta violãda viam munit: quę trãſgreſsiones palpitantẽ adhuc peccatorẽ tandẽ in inferni foueã conijciunt, ſuper quẽ magnus tormentorũ cumulus, & aceruus aggregatur:

Diabolus contra ſingula præcepta peculiaria adhibet tẽtamenta. 2. reg. 18. 14.

Abſalon peccatorem adumbrat.

Cur dicatur draco traxiſſe cauda tertiam partẽ ſtellarũ?

Et cauda eius trahebat tertiam partẽ ſtellarum cæli, & miſit eas in terram.

SECTIO XI.

I

XIjs, quæ hactenus dicta ſunt, perſpicuum eſt hãc ſtellarũ de cęlo ruinã ad extrema mũdi tẽpora pertinere, atque adeò non eſſe ſermonẽ ad literã de caſu Angelorũ, ſed de ſubuerſione fideliũ in fine mũdi. Itaq; tertia pars ſtellarũ magna eſt pars fideliũ, non quorũlibet, ſed iuſtorũ, qui in perſecutione Antichriſti de Eccleſię cælo ruent in terrã, hoc eſt, partim deſerta fide, partim neglecta iuſtitia ſeſe tẽporalium rerum cupiditate, quas ipſis largiter offeret Antichriſtus, funeſto caſu implicabunt.

2

Quarè ſi hũc draconẽ, de quo eſt ſermo, Antichriſtũ accipiamus, cauda eſt extremũ mundi tẽpus: ſi autem Dęmonẽ, quod ferè volunt interpretes, cauda eſt

8

Antichrist⁹ de monis cauda.

ipsemet Antichristus, qui cauda draconis, hoc est, Dæmonis dicitur, quòd extremo mundi tempore sit ad subuersionem fidelium à Dæmone assumendus, vt maximè præcipuum fraudis, & deceptionis instrumẽtum: quam expositionẽ

D.Greg.

sequutus est D. Greg. lib. 32. Mor. c. 14. vbi sic hũc ipsũ locũ interpretatur. *Cæ lũ*, inquit, *est Ecclesia, quæ in hac nocte vitæ præ sentis dum in se innumeras Sanctorum virtutes cõ tinet, quasi radiantibus desuper sideribus fulget: sed draconis cauda in terram stellas deijcit, quia il la Satanæ extremitas per audaciam assumpti hominis erecta* (Antichristum intelligit) *quos dam, quos velut electos Dei in Ecclesia inueniet, ob tinẽdo reprobos ostendet. Stellas itaque de cœlo in terram cadere est nonnullos relicta spe cœlestium illo duce ad ambitum gloriæ secularis inhiare.* In eandem sententiam affert illud Dan. 8. quod de Antichristo sub nomine Antiochi dicitur: *Deiecit de fortitudine, & de stellis: & conculcauit eas, & vsq; ad Principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo ablatus est iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius.* Vbi est obseruandũ, quãta potẽtia Antichristus desæuiet in fideles, siquidem stellas conculcare dicitur. Eodem modo interpretatur Greg. verba illa Iob 40. quæ dicuntur de behemoth, id est, elephanto: *Stringit caudam suam quasi cedrũ*, hoc est, fortẽ, & rectã instar cedri caudam mouet. Quoniam verò per behemoth spiritualiter Dæmon accipitur: sic locum interpretatur D. Greg. de Antichristo. Quid, inquit, cauda behemoth, nisi illa antiqui hostis extremitas dicitur? cum nimirum ingredietur Antichristum tanquam vas sibi proprijũ: qui quoniã modò honorib⁹ seculi, modò signis, & prodigiis fictæ sãctitatis in tumorẽ potentiæ eleuari permittitur: rectè cauda illius cedro cõparatur. Sicut enim cedrus arbusta cætera in altũ crescendo superat: ita tũc Antichristus mũdi gloriã tẽporaliter obtinẽs mensuras hominum & honoris culmine, & signorum potestate transcendet.

Fidelium cas⁹ tempore Antichristi.

Dan. 8. 10.

Iob. 40. 12. Antichristus qua potentia desæuiet in Christianos.

D.Greg.

3

Idẽ, quod hic significauit Ioã. per draconis caudã, expressũ fuit à Iacob Gen. 49. cũ dixit. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordẽs vngulas equi, vt cadat ascensor eius retrò.* Etenim sicut per caudã extrema mũdi tẽpora Ioã. designauit: ita etiã Iacob per vngulas equi vltimã mũdi ętatẽ sub Antichristo expressit. In quẽ locum D. Greg. lib. 31. Mor. c. 10. ad illa verba cap. 39. vbi est sermo de struthione: *In altũ alas erigit, deridet equitẽ, & ascensorẽ eius*, aduertit primò per Dã eo loco Antichristũ designari, eo quòd ex tribu Dã originem ducet. Vnde dũ Israeliticus populus terras in castrorũ partitione susciperet, Dã ad Aquilonẽ castrametat⁹ fuisse dicitur, vt illũ videlicet exprimeret, qui in corde suo dixerat Esai. 14. *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Secũdò obseruat Antichristũ nõ solũ colubrũ, sed etiã cerastem vocari, hoc est, serpentẽ cornutũ: quià nimirũ contra fideliũ vitã armatur cornibus potestatis. Tertiò põderat nõ solũ in via, sed etiã in semita insidias tendere: quia non solũ insidiatur mundanis, qui per viã latã, & spatiosã gradiuntur, sed etiã Sanctis, qui per arctã, & angustã semitã incedunt. *Quis*, inquit, *nesciat semitã angustiorẽ esse, quã viã? sit ergo Dan coluber in via: quia in præsẽtis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur. Sed in via mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit cerastes in semita: quia quos fideles reperit, & sese ad præcepti cœlestis angusta itinera constringentes, non solũ nequitia callidæ persuasionis impetit: sed etiã terrore potestatis premit.* Quartò expẽdit nomine *equi* hũc mundũ significari, qui meritò equ⁹ dicitur: quia per elationẽ suã in cursũ labentiũ tẽporũ spumat. Quintò notat hũc colobrũ, siue cerastẽ vngulas equi mordere, hoc est, extrema mũdi tẽpora feriendo contingere, id quod, vt diximus, significauit Ioã. cũ dixit draconẽ trahere cauda tertiã partẽ stellarũ. Postremò docet id conari Antichristũ, vt cadat ascẽsor equi retrò: *Ascẽsor equi*, inquit, *est quisquis extollitur in dignitatibus mundi: qui retro cadere dicitur, & non in faciẽ, sicut Saulus cecidisse memoratur Act. 9. Cadere enim in faciẽ est suas vnumquemq; culpas agnoscere, easq; pœnitẽdo deflere: retro verò cadere est nõ videre quempiam, quò cadat, nimirùm ex hac vita repente decedere, & ad quæ supplicia ducatur, ignorare.*

Gen. 49. 17.

D.Greg. Iob. 39. 21. Antichrist⁹ de signat⁹ in Dan ab eoque originem ducet.

Esai. 14. 13. Idem & coluber, & cerastes.

Act. 9.

Quid sit cadere in faciem, & retro cadere, ex Greg.

4

Porrò aduertit Pann. in hunc locum magnam esse eorum ruinam, qui virtute adiecta temporalium rerum amori seruiunt, siquidem è cœlo in terram dicun-

pannon.

tur

A vitio virtus quantũ distet.

tur cadere, quæ magna est distantia. Vnde vlteriùs colligitur magnam esse distantiam inter probos viros, & nefarios; virtutemque, ac vitium: siquidem confertur cum ea distantia, quæ inter cœlũ, & terram interiacet: quam etiam distantiam significauit Apostolus intercedere inter fidelem, & infidelem, cum dixit. 2.Cor. 6. 14. *Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate?* quasi dicat: Nullam omnino proportionem inter se habent. Deinde Hugo Card. obseruauit verbum illud *trahebat*, quod quandã violentiam innuit: est enim tractio iuxta Philosophum species quędam motus violenti: vnde colligit peccatum esse veluti quandam violentiam, quæ fit naturæ rationali, eò quòd naturale sit homini secundùm rationem viuere: quam ob causam D. Th. 1.2. q.63. a.1. docet virtutem esse homini naturalem secundũ quandam inchoationẽ, quatenùs in voluntate inest quidam naturalis appetitus boni, quod est secundùm rationem.

Hugo Card.

Aristoteles.

Peccatum est veluti violentia naturę rationali facta.

Vtrum præcisè tertia pars Angelorum ceciderit?

SECTIO XII.

1

TSi hoc loco non sit sermo ad literam de casu Angelorum; sed de subuersione extremis temporibus mundi, qui ob causas suo loco cõmemoratas stellæ dicuntur: quia tamen Doctores Scholastici communiter hanc stellarum ruinam de Angelis interpretãtur, idque volunt significari à Ioan, cum ait draconem traxisse cauda tertiam partem stellarum de cœlo, misisseque in terram, draconis nomine Luciferum accipientes: id nunc eorum gratia excutiendum est, num verè tertia pars Angelorũ è cœlò ceciderit, quemadmodùm videtur significari à Ioan?

2

Quæstio hæc multa complectitur. Primùm enim explicandum est, vtrum tot precisè homines assumendi sint in gloriam, quot Angeli ceciderunt? Et quidẽ fuerunt plerique, vt refert D.Th. 1.p. q. 23. art.7. qui existimarunt tot præcisè ex hominibus esse prædestinatos, quot ex Angelis corruerunt: cuius sententiæ uidetur fuisse D. Bern. serm. 68. in Cãt. & auctor lib. de diligendo Deo c.3. potestq; confirmari ex verbis illis Ps.109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*: quibus videtur indicari illos tantũ homines esse prædestinatos, qui ruinas Angelorũ supplere possint. Alij volunt plures esse prædestinatos ex hominibus, quã sint reprobati ex Angelis: sic enim existimauit D. Ansel. lib. 1. *Cur Deus homo*, c.18. ad quam sententiam accedit D. Aug. in enchir. c.29. & lib.21. de ciuit. c.1. Alij Deniq; putarunt tot esse homines prædestinatos, quot Angeli remanserunt: quod disertis verbis affirmat D. Greg. hom. 34. in Euangelia. *Suprema*, inquit, *illa ciuitas ex Angelis, & hominibus constat: ad quam tãtum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse*. Verùm hac in re nigil certi definiri potest, meliusq; est cũ D. Th. loco citato, & ipsa etiã Ecclesia confiteri soli Deo cognitũ esse numerum electorum.

D.Bern. Auctor lib. de dilig.Deo. Psal.109.6.

Plures esse prædestinatos, qui affirment.

D. Anselm.

D.Aug.

Tot esse, quot Angeli remanserum, asserit D.Greg.

Hinc rursùs alia nectitur dubitatio, an Angeli sint in maiori numero, quàm vniuersi homines, qui sunt, fuerunt, & erũt? & quidẽ ex ijs, quę paulò ante dicta sunt, videtur confici multò plures esse homines vniuersos, quàm omnes Angelos, si verum est tertiam partem Angelorũ cecidisse. Nam si tot homines vt minimũ sunt prædestinati, quot Angeli corruerunt, cum tertia pars Angelorum ceciderit: ex hominibus autem, non dico tertia, sed nec decima quidem pars seruetur computatis omnibus infidelibus: perspicuum fit multò maiorem esse numerum vniuersorum hominum, quàm vniuersorum Angelorum: siquidem tertia pars Angelorum iuxta hanc sententiam multò minor est, quàm tertia pars hominum; cum tertia pars Angelorum, quæ cecidit, suppleatur nõ ex tertia, imò nec ex decima parte hominum. Dicendum tamen videtur multò maiorem esse numerũ Angelorũ: quanquàm Lud. Mol. in cõm. 1.p.q.50.a.3.disp.2. nihil hac in re audeat statuere, & argumenta vtriusque partis dissoluat.

3

Sint ne Angeli in maiori numero, quã vniuersi homines

Molina.

4
Plures esse stantuitur.

Verùm Angelos in maiori esse numero, quàm homines, qui sunt, fuerunt, & erunt, præterquàm quòd ipsa Angelorum præstantia videtur postulare, nõ obscurè significari videtur locis illis sacræ scripturæ, quæ de Angelorum multitudine differunt, veluti Dan.7. *Millia millium ministrabant ei: & decies centena millia assistebant ei:* Iob.25. *Nunquid est numerus militum eius?* Matth.26. *Exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum:* et Apoc.5. *Audiui vocem Angelorum multorum: & erat numerus eorum millia millium:* quibus in locis ponitur numerus certus pro incerto: & proculdubiò significatur innumerabilis quędam Angelorũ multitudo. Vnde D. Greg. lib.17.Mor.c.9 *Numerus, inquit, superuorum ciuium infinitus est, & definitus exprimitur, vt qui Deo est numerabilis, esse hominibus innumerabilis demonstretur.* Accedit & nõ leuis ratio, quoniam cõmunis est Theologorum sententia Angelos custodes singulorum hominum esse ex infimo ordine: quemadmodùm docet D.Th.1.p.q.113. art.3. vnusquisquè autem homo siue fidelis, siue infidelis habet suum custodem Angelum, vt auctor est D.Hieron. in illud Matth.18. *Angeli eorum semper vident faciem patris mei:* D.Chrys.hom.60.in Matth.& auctor operis imperfecti (quod tribuitur Chrys.) hom.40.in Matth. D.Basil.lib.3. aduersùs Eunomiũ,& in Ps 48. super illa verba: *Dominabũtur eorum recti in matutino:* et hom 2.de laudibus ieiunij: et D.Isid lib de summo bono c.12. Nec verò videtur dicendum vnum, & eundem Angelum successu temporis esse custodem plurium hominum, quanquàm hoc certum non sit: tunc sic conficitur argumentum. Omnes Angeli custodes sunt ex infimo ordine,& tot sunt Angeli custodes, quot sunt homines: cum igitur adhuc supersint octo integri ordines Angelorum,& vniuersi Dæmones, fit vt multò maior sit numerus Angelorum. Quod si nolis admittere tot esse Angelos custodes, quot sunt homines: dicasq; eundẽ Angelum successu temporis multorum hominum curam suscipere, adhuc eadẽ argumenti vis perseuerat: cum Angeli custodes non egrediantur infimum ordinem, vt est cõmunis sententia; atq; adeò supersint reliqui omnes Angelorum ordines, Dæmonesq; vniuersi.

Plures esse statuitur.

Dan.7.10.

Iob.25.3. Matth.26.53. Apoc.5.11.

D.Greg. Angeli custodes ex infimo ordine.

D.Thom.

D.Hieron. Matth.18.10. D.Chrys.

Auctor operis imperfecti. D.Basilius. Ps.48.15.

D.Isidor.

Vnus Angelus pluriũ hominũ non est custos.

His ita constitutis planè dicendum est non corruisse tertiam prçcisè partem Angelorum: alioqui omninò demõstratur multò maiorem esse numerum hominum, quàm Angelorum, vt est perspicuum ex dictis. Nam cũ tertia pars, quæ cecidit, supplenda sit ex hominibus prædestinatis, nõ seruetur autem tertia pars omnium hominum, imò nec decima, planè conficeretur multò plures esse homines, quàm Angelos. Ad hunc autem locum Ioan. primùm respondemus non esse sermonem de Angelis, sed de fidelibus in fine mũdi, quorum tertia pars dicitur ab Antichristo seducenda, & tanquàm stellæ de cælo in terram, hoc est, à fide Ecclesiæ in errorem trahẽda: & quâquàm demus ad Angelos posse transferri, respondendum adhuc est tertiam partem non significare tertiam præcisè partem Mathematico more, sed magnã partem: hoc enim sensu sæpe Ioan. in hoc opere tertiam partem nominat, veluti cum ait c.8. tertiam partem terrę combustam, tertiam partem arborum concrematam, tertiam partem maris cõuersam in sanguinem, tertiam partem creaturarum, quæ viuebãt in mari, interijsse, tertiam partem solis obscuratam, itẽq; tertiam partem lunæ, imò & tertiam partem stellarum, vt eandem omnino phrasim in ijsdem verbis liceat agnoscere: quibus omnibus in locis cõmuniter interpretes tertiam partem non tertiã partem præcisè, sed magnam partem interpretantur.

5
Nõ corruit tertia præcisè Angelorum pars.

Numerus certus pro incerto vsurpatur à Ioanne.

Apoc.8.

Cur mulier dicatur filium masculum peperisse?

Et mulier peperit filium masculum.

SECTIO XIII.

I
Fideles temporis Antichristi Gens masculina.

TILIVM masculum appellat Ioan. hoc loco fideles eius temporis: quoniam, qui illis tẽporibus difficillimis fidem, iustitiamque retinuerint, fortissimi erunt, & gens verè

masculà appellari meritò poterunt. Vñ
And. Cæs. in cõm. Apoc. *Masculus*, inquit, *filius Ecclesiæ est populus voluptatibꝰ indomitus. Quare cum Ecclesia eo tempore multos eiusmodi debeat parere, & educare filios: meritò visa est filium masculum peperisse.* Quod autem sequitur: *Qui recturus erat Gentes in virga ferrea*, non solùm ad Christum pertinet, vt plerique volunt; sed etiam ad electa Ecclesiæ membra, quæ simul cũ Christo regnabunt, iudicabuntq; omnes Gẽtes iudicio æquitatis inflexibili: quod hoc loco per virgam ferream significatur, quemadmodùm cap. 2. explicauimus.

And. Cæsar.

2

Obseruandum est hoc loco optimo iure viros fortes, voluptatesqùe corporis aspernãtes, stabilesqùe in fide, & iustitia appellari Gẽtem masculam: quia voluptarij homines, corporisq; delicijs seruiẽtes, & in vniuersum, qui se facilè à Dæmone vinci patiuntur, fœminę potiùs, qùam viri censendi sunt. Vnde Pharao Rex Ægypti volens Hebræorum populum penitùs extinguere, prȩcepit obstetricibus, vt mares Hebræorum occiderent; fœminas tantùm reseruarent. *Quando*, inquit, *obstetricabitis Hebræas, & partus tẽpus aduenerit, si masculus fuerit, interficite: si fœmina, reseruate.* Id quod spiritualiter expẽdẽs Orig. hom. 2. in Exod. sic ait. Rex Ægypti, hoc est, Princeps huius mũdi viui ficari mares non vult; sed fœminas: in fœminis enim caro, & affectus carnis exprimitur: vir autem est sẽsus rationabilis, qui cælestia sapit: hunc odit Pharao, cũ necari cupit: vult enim, vt omnes carnalia sapiant: inde est quod in hoc mundo serui Dei despectui habentur, & in eos persecutiones excitantur, quia odit eos Pharao. Obseruat etiam Orig. quòd mares Hebrȩorum adhuc infantes rapiebãtur, & proijciebantur in flumen: quia nimirum Dæmones natiuitati fidelium insidiantur, & vbi primùm per baptismũ regenetantur, imminet eis tẽratio, & persecutio. Eandem ob causam in populo numerando masculorum tantùm ratio habita est; imo eorum, qui vigesimũ annum expleuerant, quo tempore vires potissimùm vigẽt. *Tollite*, inquit Dominus, *summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas, & nomina singulorum, quicquid sexus est masculini à vigesimo anno, & supra omnium virorum fortium ex Israel.* In quem locum idem Orig. hom. 1. in Num. obseruauit ex præcepto Dei neqùe mulieres numerari fœminęq; infirmitatis obstaculo, neq; seruos, vt potè vita, moribusq; degeneres, neqùe aliquem Ægyptiorum ex ijs, qui simul cum Hebrȩis desscenderant, vt pote alienigenas, & barbaros; sed solos Israelitas, eosqùe nõ omnes, sed à viginti annis, & supra. Itaqùe significari, donec alicui nostrum inest vel puerilis, & lubricus sensus, vel Ægyptiorum barbari mores, vel fœminea, & resoluta segnities non mereri, vt in sancto, & cõsecrato numero locum habeat: quòd enim Deus Sanctos præcipuè numeret, ostendit locus ille Ps. 146. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* In eandem sententiam hunc ipsum locum Numerorum explicauit Cyr. Alex. lib. 4. de spir. & lit. *Reijcitur*, inquit, *quod est reprobum, molle, & imperfectũ, & solis maribus diuiditur terra promissionis:* idẽqùe lib. 3. eiusdem operis multis verbis docet molles appellari fœminas, affertq; illud Zach. 5. vbi impietas sub typo fœminæ sedentis in medio amphorę exprimitur. Quare meritò Regiꝰ vates adhortatur omnes, vt se viros præbeant illis verbis: *Viriliter agite, & confortetur cor vestrũ.*

Orig.

Sanctos præcipue numerat Deus. Ps. 146. 4.

Cyrill. Alex.

Zach. 5. Fœmina impietatis typus.

Psal. 26. 14 & 30. 25.

Hæc est igitur ratio, propter quã Ecclesia dicitur parere filium masculũ, id est, viros fidei, & iustitiȩ robore eximios. Id quod multò ante prædictum fuerat Esai. 66. *Antequàm parturiret, peperit: antequã veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur Gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* quem locum de celeri conuersione fidelium per Apostolorum prædicationem interpretatur Euse. Cæsar. lib. 1. Hist. Eccles. c. 4. Prædicitur, inquit, hoc loco illud, quod admiratione non solùm orbis terrarum est persequutus, sed etiam ipse Esaias dum narrat, videtur non posse satis admirari, nimirum post Christi crucẽ intra breuissimum tempus natum populum illum nouum præsignificatũ à Prophetis, non in vno aliquo obscuro terræ loco, sed qui sese fuderit toto orbe ter-

3

Ecclesiæ filij, omnes masculi.

Esai. 66. 7.

Euseb.

Couersionis Gentium celeritas.

Deliciis dediti, fęminę.

Exod. 1. 16.

Origen.

Fidelium natiuitati insidiantur Dęmones.

Masculi tantũ cur numerentur ex Domini prȩcepto. Num. 1. 2.

rarum

ranum, omnesq; nationes occupauerit, & temporis momento in lucem sit editus, cum hora vna quinq; hominum millia crediderunt: & vna concione priùs tria hominum millia fuerũt regenerati: quę etiam est expositio D. Ambr. in exhortat. ad virgines. *Habet*, inquit, *filios Ecclesia sine partus dolore. Vnde de ea dicitur: Quis audiuit si parturit terra die vno? vno die terra nõ parturit: sed parturit gratia.*

Act. 4.

Act. 2.

Quid sit filium mulieris raptũ fuisse ad Deum, & ad thronum eius?

Et raptus est filius eius ad thronum eius.

SECTIO XIIII.

1

SIGNIFICATVR hũc Ecclesiæ filium masculũ, hoc est, electos ex draconis faucibus Diuina virtute liberandos, & quasi rapiendos, breuissimo videlicet temporis spatio, ne à dracone deuorari possint iuxta illud Matth. 24. *Propter electos breuiabuntur dies illi*: rapiendos, inquam, ex tentationibus, persecutionibus, periculisqùe illius temporis, atq; in throno Dei collocandos per visionem beatificã iuxta illud Apoc. 3. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius.*

Matth. 24. 22.

Apoc. 3. 21.

2

Obseruandum est hoc loco verbum illud *raptus*, quod significat electos sæpe diem obire, & quasi rapi ante tempus à natura definitum Diuinæ prædestinationis beneficio: quia nimirum præuidet Deus, si diutiùs vixissent, fuisse peruertẽdos. Id quod disertis verbis dicitur sap. 4 *Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*: et paulò post: *Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet animam illius*: et paulò inferiùs: *Placita erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatũ.* Quo testimonio ad idem confirmandũ vtitur D. Aug. lib. de prædest. Sanctorum c. 14. citatq; D. Cyprianũ in lib. de mortalitate, vbi sic ait: Per Salomonẽ docet Spiritus sanctus, qui Deo placent, matu riùs istinc eximi, & citiùs liberari, ne dũ in isto mundo diutiùs immorantur, mũdi contactibus polluantur: *Raptus est*, inquit, *ne malitia mutaret intellectum eius.* Porrò aduerte tribus de causis tolli iustos de mundo: primùm propter suam dignitatem, & merita iuxta illud Apoc. 3. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt*. Deinde propter mundi indignitatem, quia nimi rùm non est dignus tãtis habitatoribus. Heb. 11. *Quibus dignus non erat mundus*. Qui locus dupliciter potest exponi: vno modo, vt sit sensus non fuisse mundum dignum, qui tam præclaros viros haberet: altero non reputasse Sanctos mundũ dignum suo amore. Quibus, inquit, id est, quorum amore dignus non reputabatur mũdus ab ipsis Sanctis iuxta illud Phil. 3. *Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam*: et Galat. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. In quem locum D. Bern. serm. in quadragesima de peregrino, mortuo, & crucifixo, *Non solum*, inquit, *mortuus mũdo, sed crucifixus, quod est ignominiosum genus mortis, ego illi pariter, & ipse mihi: omnia, quæ mundus amat, crux mihi sunt: quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu.*

Apoc. 3. 4.

Hebr. 11. 38.

Mundus indignus amore Sãctorum.

Philip. 3. 8.

Galat. 6. 14.

D. Bern.

Mundana omnia crux Paulo.

Denique propter eorum securitatem, quia si diutiùs viuerent, tandem peruerti possent: quemadmodum dicitur loco Sapientię citato, et Esai. 57. *Viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus.* Quo loco obseruandum est verbum illud, *colliguntur*, quod innuit iustos esse veluti messem maturam, quæ in glorię horreũ colligitur iuxta illud Matth. 3. *Congregabit triticum suum in horreum* Id quod etiam innuitur Cant. 5. vbi sponsus ait: *Messui myrrhã meam cum aromatibus meis*: vbi mirrhæ nomine Martyres, pænitentesqùe accipiendi sunt propter myrrhę amaritudinem: per aromata autem confessores, & virgines. Quod verò additur: *à facie malitiæ collectus est iustus*, duo significat: vnũ est iustum mori, Deo ita disponente, ne videat futuram malorum vltionem; imò ne Deus iustorum orationibus mitigatus cogatur iram cohibere: hac enim de causa

3

Esai. 57. 1.

Iusti matura messis.

Matth. 3. 12.

Cant. 5. 1.

Iusti cur celerius de medio tollantur.

Sap. 4. 7. 10. 14.

D. Aug.

iustum

iustũ Loth ex vrbe Somoda priùs egredi voluit, quò posset illam incendere. Ex quo planè colligitur, eũ Deus iustos eripit, meritò supplicium aliquod timeri posse. Præterea significatur magnam esse apud Deum iustorum gratiam: siquidem quasi non possit illis vitæ tibus inferre supplicia, priùs illos per mortẽ eripere consueuit. Vnde Moysi dixit Exod. 32. *Dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos:* quem locum affert D. Hier. in epist. ad Gauden. *Quando dixit,* inquit, *Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat, quod minatus est: Dei enim potentiam serui preces impediebant:* et Esai 64. *Non est, qui inuocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te.* Vnde Oseæ. 12. vbi est sermo de lucta Iacob cum Angelo, dicitur: *Inualuit ad Angelum, & confortatus est: flevit, & rogauit eum:* & est sensus Iacob cum lacrymis petijsse ab Angelo benedictionem: sed prætereà ijsdem verbis significatur orationem iusti cum lacrymis, quę illis verbis indicatur, *fleuit, & rogauit,* esse veluti luctam, qua homo cum Diuina iustitia luctatur, & superior euadit; quemadmodùm Iacob orans cũ lacrymis Angelum illum, qui Deum repræsentabat, superauit: vnde & nomen Israelis obtinuit. Eo enim loco Israel non est, *Videns Deum,* vt multi perperam existimarunt, sed *Princeps cum Deo,* vt auctor D. Hieron. in tradition. Hebraicis in Gen. Alterũ, quod in verbis Esai. 57. comprehẽditur, est colligi iustum à facie malitię, id est, obire ante diem à natura præstitutũ, ne à malitia peruertatur.

Iustorum gratia apud Deũ quanta.

Exod. 32. 10. D. Hieron.

Esai. 64. 7.

Oseę. 12. 4.

Orans cum lacrymis luctatur cum Deo.

Israelis nominis interpretatio. D. Hier.

Cur mulier fugit in solitudinem?

Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

SECTIO XV.

I

SIGNIFICATVR ad literam tantam fore Antichristi persecutionem, vt magna Ecclesiæ pars ad eam subterfugiendam se cedere debeat in solitudinem, & in latebras, ac deserta loca se abdere toto tempore imperij Antichristi, vt paulò post subditur: *Vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta:* quam expositionẽ sequuti sunt Areth. & Andr. Cæsar. Reliqui omnes ad allegoriam deflexerunt, quorum gratia nos etiam eam hoc loco paucis illustrabimus.

Areth. Andr. Cęsar.

2

Primasius. Præsens vita solitudo.

Primùm igitur Primas. per solitudinem intelligit totius huius vitæ decursum, in qua tanquàm in aspera quadam solitudine peregrinamur: idq; ait adũbratum fuisse in peregrinatione Hebręorum per desertum: nec verò in hac solitudine deesse ignitos serpentes, quos Num. 21. legimus peregrinantem populum malè diuexasse: quorum tamẽ morsus Christi serpentis ænei conspectu in cruce pendentis sanantur: pasci etiam Christianum populum manna cælesti, hoc est, sacramento Eucharistiæ. Alij solitudinem hanc mentis quendam recessum per contemplationem, temporaliũ quę rerum despicientiam interpretantur, in quibus est Pannon. & plerique alij iuxta illud Oseę 2. *Ecce ego lactabo eã, & ducã eam in solitudinẽ, & loquar ad cor eius: & dabo ei vinitores eius ex eodẽ loco, & vallẽ Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti:* quod vaticinium docet D. Hieron. ad Christi tempora pertinere hoc sensu: *tunc,* hoc est, in aduentu Christi aperiet spem salutis, & dabit locum pœnitẽtiæ, & blãdietur ei: hoc enim significat: *Lactabo eam:* vt post pœnarum magnitudinem dolores pristinos repromissione mitiget prosperorum. *Et ducam eam in solitudinem,* id est, educam ex malis, sicut & priùs eduxeram de Ægyptiaca seruitute: & loquar ad cor eius verba mollia, vt tristitiam gaudio temperem. *Et dabo ei vinitores ex eodem loco,* id est, Apostolos, qui fuerunt de genere Iudęorum, eandemq; Ægypti vineam doctrina Euẽgelica excoluerunt. *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ,* cum vidit Pharaonem, eiusq; exercitum submergi in mari rubro, quia lætabitur de sua per Christum redemptione, & libertate. Verùm, quod ad rem facit, est illud: *Lactabo eam, & ducam eam in*

Pannon. Oseę. 2. 14.

Num. 21.

Solitudinem amantes quàm solatur Deus.

Prou. 1. 10.

Pſ. 54. 7.

D. Greg. Iob. 3. 13

Hier. 15. 17.

3 Comendatur ſolitudo. Iob. 29. 18. D. Greg.

Pſal. 83. 4.

ſolitudinem, quod de ſpirituali ſolitudine, & ſeceſſu à mundi curis interpretantur communiter Doctores. In qua ſolitudine Dominus ad cor animæ loquitur, ipſāque quodammodò lactat, hoc eſt, ſpiritualibus conſolationibus quaſi decipit: ſic enim accipiendum eſt *lactandi* verbū iuxta illud Prou. 1. *Fili ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis*, id eſt, ſi te blāditijs deceperint: decipere autem animam Deus dicitur quoad iudicium, & opinionē impiorum, cum eam à terrenis voluptatibus ad amorē ſui abducit: impij enim inſenſatos eos arbitrantur, qui terrena contemnentes cæleſtia concupiſcunt. Eodem ſenſu dixit Regius vates: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.* Sic enim eū locū elegāter ponderat D. Greg. lib. 4. Mor. c. 28. in illa verba Iob. 3. *Nūc enim dormiēs ſilerē, & ſomno meo requieſcerē cū Regibus, & cōſulibus terræ, qui ædificāt ſibi ſolitudines. Solitudines*, inquit, *ædificare eſt à ſecreto cordis terrenorū deſideriorū tumultū expellere, & intentione æternæ patriæ in amorem intimæ quietis anhelare. Bene autem qui ſibi ſolitudines conſtruunt, etiam conſules vocantur: quia ita in ſe ſolitudinem mentis ædificant, vt tamen in quo prævalent, alijs per charitatem conſulere minimè deſiſtant. Sane Dauid ſibi ſolitudinem conſtruxit, cum dixit. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Fugiens enim ſe elongat, qui à turba deſideriorum temporalium in altam Dei contēplationem ſe ſubleuat: manet verò in ſolitudine, qui perſeuerat in remota mentis intentione. De qua bene ſolitudine Domino Hieremias c. 15. ait: A facie manus tuæ ſolus ſedebam: quoniam comminatione repleſti me: ac ſi apertè dicat: Dum conſidero, quid per iudicij experimentum patior à tumultu deſideriorum temporalium, trepidus mentis ſeceſſum peto: quia adhuc illa acriùs, quæ minaris, æterna ſupplicia formido.* Hæc Greg.

Eadem mentis ſolitudo multis alijs Scripturę ſacræ teſtimonijs cōmendatur, veluti Iob. 29. *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.* Quē locū D. Gr. lib. 19. Mor. c. 24. ad pacē Eccleſię refert. *Quid hoc loco*, inquit, *per nidum exprimitur, niſi tranquilla fidei quies? Niſi enim ſancta Eccleſia infirmos quoſq; filios nunc in pacis nido enutriret, non dicerit Regius vates* Pſ. 83. *Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos. Turtur enim inuenit ſibi nidum, quia Eccleſia amore coniugis crebris gemitibus vtitur, & velut nidum ſibi, ideſt, pacatiſſimam fidei quietem conſtruit: in qua creſcentes filios quaſi plumeſcentes pullos, queuſque ad ſuperiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet. Rectè autem ſubiunxit: Et ſicut palma multiplicabo dies: palma enim tardè proficit: ſed diu in viriditate ſubſiſtit.* Quæ omnia in ſpiritualem mentis ſolitudinem aptè conueniunt, qua veluti in nido animus conquieſcit, plumeſcitq; virtutum pennis: quo etiam pertinet illud Pſ. 101. *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis in tecto.* Quo loco per pelicanū, qui pullos dicitur occidere, & poſtea tribus diebus lugendo ſanguine ſuo ad vitam excitare, accipiendi ſunt pœnitentes, qui peccando opera ſua mortificauerant: poſtea autem lugentes per pœnitē tētiam tribus diebus, hoc eſt, tribus actibus pœnitentiæ, videlicet cōtritione, cōfeſſione, & ſatisfactione viuificant. Quoniam verò hoc in ſpirituali mentis ſolitudine efficitur, additum fuit: *ſolitudinis.* Eiuſmodi ſolitarium commendat Hieremias Thren. 3. *Bonum eſt viro, cum portauerit iugū ab adoleſcētia ſua. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe.* Solitariꝰ enim eſt, qui in ſui cordis intimo ſeceſſū eleuat ſe ſuper ſe per cōtemplationem, ſe, inquā ſpiritualem ſuper ſe carnalem. Ita hūc locum intellexit D. Ambr. ſerm. 9. in Pſ. 119. quanuis aliter legat: *Sedebit ſingulariter, & ſilebit, quia tulit iugum graue.* Et quidē multi codices correcti habent: *Quia leuauit ſuper ſe*, nimirū iugum Domini, cuius paulò ante facta fuerat mentio. *Quis eſt*, inquit Ambr. *qui ſingulariter ſedet, niſi qui ſecularibus voluptatibus abdicatis moleſtiarum omnium excludit tumultus?* Illud tamen aduerte ex eodem Amb. lib. 3. officiorum c. 1. huiuſmodi virum ſolitarium, quanquā otioſus videatur, maximè tamen eſſe actuoſum: quemadmodùm ipſe elegantibus verbis explicauit. *Non primus Scipio ſciuit ſolus non eſſe, cum ſolus eſſet. Sciuit ante ipſum Moyſes, qui cum taceret, clamabat; cum otioſus ſtaret, prælijabatur. Adeo otioſus, vt manus eius alij ſuſtinerent: nec minùs, quàm ceteri negotioſus, qui otioſis manibus expugnabat hoſtem, quē non poterant vincere, qui dimicabant. Cuius autē maiora negotia, quàm huius otia, qui quadraginta*

Solitudo nidꝰ animę.

Pſal. 101. 7.

Pelecanus ſymbolum pœnitētium.

Thren. 3. 27.

Solitarius quo pacto leuet ſe ſuper ſe. D. Amb.

Solitariꝰ licet otioſus maximè actuoſus.

Exod. 17.

diebus

4

Esai.30.15.

Esai.32.17.

Silentium conducit ad colendam iustitiam.

D.Hieron.

Psal.120.1.

Lectio Hebraica.

Præsidij causa ad solum Deũ fugiendum.

Iob.7.15.

Solitudo animæ suspendiũ ex Greg.

Galat.2.20.

dicbus positus in mõte totã legẽ cõplexus est? Qũ ergo iustus solus est, qui cũ Deo sẽper est? qũ solitari? est, qui nunquã separatur à Christo? Hæc Amb.

Hoc nimirũ est illud silentiũ, de quo loquitur Esaias c.30. *In silentio, & spe erit fortitudo vestra.* Verè enim sequuntur spirituali silentio, qui tumultũ, & strepitum rerũ tẽporaliũ, curarũq; fugiunt: & meritò spes cũ silẽtio iungitur; quia huiusmodi homines maximis à Deo beneficiis cumulantur. De codẽq; silentio accipiendũ est illud eiusdẽ vatis c.32. *Erit cultus iustitiæ silentiũ.* Vbi obseruandũ est silẽtiũ appellari *cultum iustitiæ*, tum quia hoc mentis silentio, rerũque terrenarũ oblitione maximè Deũ colimus: tum etiam, quia ipsum materiale silentiũ maximè cõducit ad colendã, assequẽdãq; iustitiã; vt meritò ipsũmet silẽtiũ cultus iustitiæ per antonomasiã dici possit. Scio Hieron. sic interpretari, vt vaticinetur Prophetа cessaturã verbositatẽ Hebrçorũ, cultũq; illũ legalẽ, qui in multiloquio, longisq; orationibus bona ex parte positus erat: Deũq; post aduẽtũ Messiæ in spiritu præcipuè adorandũ, *vt non multiloquio Iudæorum*, inquit Hier. *sed brevitate fidei adorent Dominũ.* Hi sunt illi mõtes, de quibus dicitur Ps. 120. *Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi? auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum, & terram*: qui locus sic potest trãsferri ex Hebræo: *Leuaui oculos meos in montibus*, vt sit sensus: in mõtiũ cacumine positus circũspexi vndiq;, siquà mihi auxiliũ poterat aduenire: & reperi nullũ mihi ab hominibus, creaturisque omnibus, sed à solo Deo præsidiũ afferri posse. Quos autẽ alios montes hic debemus accipere nisi illos, ad quos viri spirituales per contẽplationẽ, spirualẽq; solitudinẽ conscendunt? Hoc eriã illud est suspendiũ, de quo loquitur Iob c.7. *Elegit suspendiũ anima mea, & mortẽ ossa mea: desperaui, nequaquam vltra iam viuã. Anima*, inquit Greg. *suspendiũ eligit, vt ossa moriantur, quia dũ mentis intẽtio ad alta se subleuat, omnem in se fortitudinem vitæ exterioris necat. Animã suã Paulus suspẽderat, cũ dicebat Gal.2. Viuo autẽ iam non ego: viuit verò in me Christus. Rectè autẽ subdit: Desperaui: iusti enim desperare est præsentis vitæ bona æternitatis electione deserere, mansura quærere, & in bonis tẽporalibus fiduciã nõ habere.* Deniq; hic est ille lectulus, in quo spõsa sponsũ quærit, vt ipsemet cõfitetur Cãt.3. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quẽ diligit anima mea.* Quẽ locũ expendens D. Greg. lib.8.Mor.c.17. *In lectulo*, inquit, *& per noctẽ dilectus quæritur: quia inuisibilis cõditoris species repressa omni corporeæ visionis imagine in cubili cordis inuenitur. Vnde Ps.* 149. dicitur: *Exultabũt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis: quia scilicet cũ mala ab exterioribꝰ fugiũt, securi intra mẽtiũ secreta gloriãtur.*

Cant.3.1.

Psal.149.5.

Quodnã sit prœliũ illud magnũ in cœlo inter draconẽ, & Michaelẽ cõmissum?

Et factũ est prœliũ magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius prœliabãtur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius.

SECTIO XVI.

I

Magister. D.Thom. Scholastici.

Michael, & Angeli pugnabũt cum Lucifero pro Ecclesiæ defensione.

Anselm. Laud. Beda. Primas. Haymo. D.Greg.

Cœlũ hîc pro Ecclesia.

HOC prœliũ cõiter Scholastici accipiunt de illo, quod inter Luciferũ, & Michaelẽ, & vtriusq; sectatores per intellectũ, & voluntatẽ gestũ est in cœlo Empyreo: quẽadmodũ docet Mag. sent. in 2.d.6. ibiq; omnes Scholastici, & D.Th. 1.p.q.63. a.8. Cæterũ literalis expositio est de prœlio, quod Dæmon Ecclesiæ inferet per Antichristũ extremo mundi tẽpore: tunc enim Michael, qui præfectus est Ecclesiæ, & Angeli, quos habebit ad ministros, cũ dracone, hoc est, Dæmone, siue Lucifero, eiusq; Angelis depugnabũt pro Ecclesiæ defensione. Quã expositionẽ tradunt Ansel. Laudun. in cõm. Apoc. Beda, Prim. Haymo, & reliqui in hunc locũ, & D. Greg. hom.24. in Euãgelia. Nec verò, quòd hoc prœliũ factũ dicatur in cælo, idcirco ad casum Luciferi pertinet: sumitur enim cœlũ hoc loco pro Ecclesia, vt sæpe aliàs diximus. Aduerte autẽ Angelos hoc loco tũ in bonã, tũ in malã partẽ accipi: siquidẽ & Angeli Michaelis, & Angeli draconis nominãtur. Deinde subiungitur victoria Michaelis de dracone, cum dicitur: *Et nõ valuerũt*, id est, non prœ̃ualuerunt: *neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo*, hoc

est, in Ecclesia quoad prædestinatos: *Et proiectus est draco in terrã*, hoc est, deiectus, & superatus à prædestinatis auxilio Michaelis ad terrenos homines peruertendos se cõuertit: quẽadmodũ Areth. Primas. & Beda interpretantur. Atque post hãc victoriã gloriosè de Dæmone reportatã audita est exlitũ omniũ Christo gratulantiũ acclamatio illis verbis cõprehẽsa: *Nũc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum.*

Areth. Primas. Beda.

De Michaele Archãgelo quænam habeamus ex sacris literis.

SECTIO XVII.

I

QVONIAM Archangelus Michael præter illa beneficia & plurima, & maxima, quæ modò in Ecclesiã confert, multò magis extremis illis tẽporibus de re Christiana merebitur, quo tẽporẽ difficillimũ illud bellũ superato dracone conficiens fideles ab Antichristi, Dæmonisq; tyrãnide vendicabit, par est, vt hoc loco, quo honorificã de eo mentionẽ facit Ioã. nos etiã de eius laudib⁹ nõnihil dicam⁹. Sciendũ igr̃ est ex innumerabili Angelorũ multitudine pauciſsimos nobis cognitos esse de nomine: & quidẽ si ex Diuina, certaq; auctoritate loquendũ sit, tres dũtaxat nominatim appellare possumus Michaelẽ, Gabrielẽ, & Raphaelẽ. Michaelẽ enim legimus Dan. 10. & 12. in epist. Can. Iudæ, & hoc ipso cap. Apocalyp. Gabrielem Dan. 8. & 9. & Luc. 1. Raphaelẽ Tob. 3 & deinceps vsq; ad caput 12. Reliqua Angelorũ nomina, quæ à pleriſq; afferuntur, non nitũtur neque certa canonici alicuius libri auctoritate, neq; antiqua Ecclesiæ traditione; sed partim ab Hebræis accepta, partim in apocryphis libris inuenta ad nos vsq; peruenerũt, vt ex ijs, quę iã dicemus, perspicuũ fiet. Itaq; Vrielẽ legimus in 4. lib. Esdræ (qui non est canonicus, ficut neq; tertius) cap 4. 5. & 10. eiusdẽq; fit mẽtio in can. Mis. Æthiop. vt refertur in 4. to. Bibl. sanct. Pat. meminit etiam Beda in collect. & secundus liber Sybill. carm. Ieremielẽ habes lib. 4. Esd. c. 4. vbi appellatur Archãgelus. Eromiel, Saniel, & & Azael nominãtur in 2. lib. Sybil. carmin. quę referuntur in 2. to. Bibl. sanct. Pat. vbi cũ sermo esset de extremo iudicio, sic vaticinatur Sibylla, vt creditur, Erythrea, quã magni facit Aug. lib. 18. de ciuit. c. 23. *Tũc Eromiel, Vriel, Saniel, Azaelq;, Quæ mala quisq; hominũ patrauerit, ante scietes*
Et tetris animas tenebris caliginis omnes
Iudicio sistent ad formidabile Patris
Magni immortalis solium.

Trium Angelorum nomina sunt in sacris literis: reliqua incertę autoritatis.

Sibyllę Erythreę vaticinium.

Rumiel, & Paniel celebrãtur à Beda in collect. illisq; se ipse commendat his verbis. *Gabriel esto mihi lorica: Michael esto mihi baltheus: Raphael esto mihi scutũ: Vriel esto mihi protector: Rumiel esto mihi defensor: Paniel esto mihi sanitas.* Ad hæc Iehudiel, Barahiel, Esealtiel nominantur in hymno de septẽ Angelis assistentibus, quẽ cõposuit Antonius Ducas vir famosus, qui floruit tẽpore Pauli 3. Pont. max. Deniq; Ioan. Capniõ vir doctus Maximiliani Imperatoris cõsiliarius, cuius à calumniatoribus quibusdã defendendi causa Petrus Galatinus Minorita cõposuit libros suos de Arcanis Catholicæ veritatis, dictoq; maximiliano dicauit: is igitur Capniõ in sua arte Cabalistica multa alia Angelorũ nomina affert ex traditione Cabalistarũ. Cõficiunt enim Cabalistæ Dei currũ ex quatuor veluti gemmis, atq; in dextra parte constituũt gẽmã, vnde lęta omnia proueniunt, quã Michaelẽ vocant: in sinistra alterã gẽmã, vnde tristia, duraq; ortũ habent, quã appellant Gabrielẽ; deinde tertiã ponunt ex superioribus quasi mistã, qua dicũt Raphaelẽ, quartã triũ superiorũ quasi dispensatricẽ, quã Vrielẽ nũcupant. Itaq; Michaelẽ, & Gabrielẽ pro duab⁹ rotis cõstituũt; Raphaelẽ pro throno, siue stella, quæ sit media inter rotas, Vrielẽ pro axe, circa quẽ curr⁹ volutur. Deniq; adijciũt Nurielẽ tãquã temonẽ, cui alligat⁹ est curr⁹: volũtq; has quinq; Diuini currus siue gẽmas, siue partes expressas fuisse Cãt. 3. cũ dicitur *Ferculũ fecit sibi Rex Salomõ de ligni Libani: columnas eius fecit argẽteas, reclinatoriũ aurẽũ, ascẽsũ purpureũ*: quia enim pro eo, quod nos habem⁹ *purpureũ*,

Antonius Ducas.

Ioan. Capniõ.

Currum Dei ex quatuor angelis conficiũt Cabalistę.

Cant. 3. 9.

est Hebraicè *Argaman*, volũt in eius nominis literis quinq; nominatos Angelos significari: primamque literam, quæ est aleph, significare Vrielem, qui Hebraicè per aleph initio scribitur; per secundam R. Raphaelem; per tertiam G. Gabrielẽ; per quartam *M.* Michaelem; per quintã N. Nurielẽ. Hebræi præterea addunt Zamaelem, Zadehielem, & Caphzielem. Sed hæc omnia, vt diximus, incertę sunt auctoritatis pręter tria illa Michaelis, Gabrielis, Raphaelisque nomina initio à nobis commemorata.

3

Porrò Gabriele, & Raphaele interim prætermissis de Michaele, de quo agere instituimus, est in primis testimonium illud illustrissimum Dan. 10. vbi Gabriel Angelus, qui cum Daniele loquebatur, sic ait: *Ego veni propter sermones tuos: Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus. Et ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutorium meũ, & ego remansi ibi iuxta Regẽ Persarum.* Pro cuius loci intelligentia aduertendum est primò dubitari à multis, vtrùm Angelus ille Persarum bonus fuerit, an malus? Et quidem malum Angelum fuisse crediderunt Ioã. Cassian. collatione 8. c. 13. & Rup. lib. 9. de victoria verbi Dei c. 6. in eandemque sententiam conatur pertrahere D. Hieron. in comm. Dan. Verùm quicquid ipse sentiat, non obscurè significat Hier. hunc Principẽ Persarũ bonum Angelũ fuisse: siquidẽ illi cõmissa erat Persidis prouincia: quæ sñia etiã est D. Greg. lib. 17. Mor. c. 8. Theod. in cõment. in Dan. & D. Th. 1. p. q. 113. a. 7. Deinde dissentiebãt huiusmodi Angeli interim, dũ eis Dei voluntas non erat explorata: quare Angelus Persarum, cui Persidis prouincia cõmissa erat, contẽdebat non esse Hebrẽos ex Babylonica captiuitate liberãdos, tum quia ipsi his malis meliores fiebãt dãte vexatione intellectũ: tũ quia eorum cõsuetudine multi ex Persis relicta idolorũ superstitione verũ Dei cultum amplectebãtur. Cõtra verò Gabriel, & Michael eorum libertatẽ pugnacissimè curabãt alijs etiã iustissimis de causis: tũ quia Persarũ cõsuetudine plerisq; Hebrẽorũ ad idola colẽda traducebãtur: tum quia inter Hebrẽos plurimi erãt sanctitate prẽstãtes, veluti Daniel, & alij, qui tã diuturnã captiuitatẽ nequaquã merebãtur: deniq; quia opus erat Deũ stare promissis, qui videlicet pollicit⁹ fuerat eiusmodi captiuitatẽ non amplius 70. annis duraturam, quod tamen tempus iam effluxerat: & quia Gabriel meliorẽ causã tuebatur, venit in ei⁹ adiutoriũ Michael: quoniã, vt ait D. Greg. hęc Gabrielis defensio aduersus Angelũ Persarũ ad Michaelẽ verè pertinebat, quippe qui erat Hebræi populi prępositus. Ex quo colligim⁹ magnã Michaelis potestatẽ, qui nimirũ soleat ad reliquos Angelos inferiores adiuuãdos accurere, & cuius ope, & auxilio indigeat Gabriel, quẽ ex supremo ordine esse sect. sequẽti docebimus.

Dan. 10. 12.

Ioan. Cassian. Rupert. Angelus Persarum bonus, nõ malus angelus fuit.

D. Hier.

D. Greg. Theodor. D. Thom.

Contentio inter Persarum Angelũ, & Gabrielem vndè orta.

D. Greg.

4

Secundò. Est illud q̃uoque de Michaele celeberrimum, quòd cum Diabolo disputasse dicitur de Moysi corpore, vt refert Iudas in sua epist. canonica. *Cum Michael*, inquit, *Archangelus cum Diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed dixit: Imperet tibi Dominus.* Est autem sensus Diabolũ voluisse Moysi corpus reuelari, vt Hebræos ad illud adorandũ, atque adeo ad idololatriam incitaret: quod tamen Michael passus non est. Replicandum autem est illud, quod scribitur Deut. 34. ascẽdisse Moysem de cãpestribus Moab super montem Nebo in verticem Phasga contra Hierico, ibique mortuum iubente Domino in terra Moab, sepultũq; in valle terræ Moab contra Phogor, sepultumque fuisse in valle: sepulchrumq; eius vsque in prẽsentem diem ignorari. Quo loco aduertendum est, cum dicitur Moyses non in monte, in quo obijt, sed in valle terræ Moab sepultus, innui, vt, vult Caiet. corpus eius visibiliter translatum fuisse à loco, in quo obijt, ad vallẽ, in qua sepultus est: aliàs enim nesciretur, vtrum in monte, an in valle sepultus fuisset? quare proculdubiò viderunt multi corpus ad vallẽ efferri, sed incognitus tamen mansit locus, in quo Angelorum ministerio fuit repositũ. Ex hoc Iudę testimonio duo habemus Michaelis encomia clarissima: vnum est Michaelem pro nominis sui, & officij ratione omnem idololatriæ occasionem ampu-

Iudæ. 19.

Michael Moysis corpus cur reuelari non sit passus.

Deut. 34.

Sepulchrum Moysis ignoratur.

Caiet.

tare voluisse, atque idcirco noluisse sepulchrum Moysis reuelari: est enim eius proprium munus pro Dei honore in cãpum descẽdere: vnde in suis vexillis militaribus illud inscriptum gerit: *Quis sicut Deus?* Alterũ est exẽplo suo docuisse, quantùm fugiẽdum esset, non dico blasphemiç, sed ipsum etiã maledicẽtiæ crimen: huius enim rei gratia Iudas factũ præcedens de Michaele cõmemorauit, quod ne ipsi quidem Dæmoni ausus fuerit maledicere. Obseruandum est autem verbum illud, *Non est ausus*, quod significat Michaelem tanquàm rem execrandam maledicentiam, & imprecationem refugisse.

Maledicentia quàm sit execranda.

Iudæ 9.

5

Tertiò. Legimus Dan. 12. *In tempore illo consurget Michael Princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo Gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud.* Quo loco prædicit Gabriel Michaelem tẽpore Antichristi tanquã Ecclesiæ præsidem pro eius, fideliumq; defensione acerrimè pugnaturum, illaq; omnia effecturum, quæ hoc ipso cap. Ioannes commemorauit, vt locus hic quædam videatur illius commentatio, & expositio. Aduertendum est autẽ pro eo, quod nos habemus, *consurget*, esse Hebraicè verbum *Ghamad*, quod verbũ significat roborare, & sustinere: vnde deducitur nomen *Ghamud*, id est, colũna: quare significatur Michaelem futurum eo tempore columnam quandam immobilem, ac fortissimam, qua totum Ecclesiç ædificium sustinebitur. Quartò. Agens Apostolus de Antichristo secũdę Thes. 2. sic ait: *Tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ Dominus IESVS interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* Quid autem Paulus intellexerit illis verbis, *Spiritu oris sui*, non omnes eodem modo interpretantur: cõmunior tamen expositio est Christum interfecturum esse Antichristum *spiritu oris sui*, id est, imperio, & mandato: quẽadmodùm exponũt D. Chrys. homilia quarta in 2. epist. ad Thessal. D. Hiero. & reliqui interpretes ibidem: idq; vel per se ipsum immediatè, vt existimauit Magister histor. scholast. super Danielem, visione 10. vbi ait ascendente per aera Antichristo audiendam vocem Christi de cœlo, *Morere*, & confestim fulmine percussum interiturum: idẽq; fere est iudicium Theod. in locum Pauli citatum. Cũ, inquit, Dominus è cœlo apparuerit, loquetur tantùm, & sceleratoi sti interitum afferet, citaq; in huius rei confirmationem illud Esaiæ 11. *Spiritu labiorum suorum interficiet impium*: aut certè mediatè per Michaelem Archangelum: quam expositionem afferunt Carthus. Hugo Card. & D. Thom. qui docet duobus modis posse ea verba exponi: vno modo, vt sit sensus: *Interficiet eum spiritu oris sui*, id est, zelo iustitiæ, qui est amor: spiritus enim Christi est amor Christi, & hic zelus est Spiritus sancti, quem habet ad Ecclesiam. Altero, vt ita locũ accipiamus: *Interficiet eum spiritu oris sui*, id est, mandato suo, *Quia*, inquit, *Michael interfecturus est eum in monte Oliueti, vnde Christus in cœlum ascendit.* Iuxta quam expositionem vides, quantę sit laudis siue appellari Michaelem spiritum oris Christi, (quę expositio minimè repugnat contextui) siue ex Christi imperio committi Michaeli tanquàm supremo secundùm Christũ iudici, Diuinæq; iustitię præsidi maximũ omnium tyrannum Antichristum capitis supplicio perimendum.

Dan. 12. 1.

Michael Antichristi tempore pro Ecclesia pugnabit acerrimè.

2. Thess. 2. 8.

D. Chrys.

D. Hier.

Mag. histor.

Theodor. Antichristũ interficiet Christus vel per se vel per Michaelem. Esa. 11. 4.

Dionys. Cart. Hugo Card. D. Thom.

Michael secundùm Christũ iudex supremus.

Postremò. Illustrissimæ quæq; apparitiones, quæ olim Patribus acciderunt, Michaeli attribuuntur à Pantaleone Diacono, & Chartophylace magnæ Ecclesię in suis de Michaele homilijs, quas habes apud Aloysium Lipomanum in festo Michaelis, vnde sequentia delibauimus. Primùm igitur de Michaele accipiendũ est illud Ps. 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Quo loco pro, *Immittet*, 70. transtulerunt, *Castrametabitur*: & D. Hieron. ex Hebræo vertit: *Circundat in gyro*, vt opponatur Michael Dæmoni, qui etiam dicitur tanquàm leo rugiens circuire. Itaque significatur Michaelem Angelos in morem exercitus instruere ad fidelium defensionem: quòd enim instar militum in acie Angeli nos tueantur, ostendit locus ille Gen. 32. vbi cum Iacob Angelos vidisset, dixit: *Castra Dei sunt hæc*: et 4. Reg. 6. *Mons erat plenus equorum, & curruum igneorũ in circuitu Elisæi*: & Christus Matth. 26. *An putas, quia non possũ*

6

Pantaleon.

Ps. 33. 8.

Septuag. D. Hieron.

1. Petr. 5.

Gen. 32. 2.

4. Reg. 6. 17.

Matth. 26. 53.

rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones Angelorum? Constat enim *legionem* nomen esse militare. Est igitur Michael supremus Angelici exercitus pro Deo Imperator, sicut Lucifer Dæmonum: nam quòd etiam Dæmones in morem exercitus ordinentur aduersùs homines probat Tertul. lib. 4. cõtra Marcion. c. 20. ex verbis illis Luc. 8. vbi Dæmon quęsitus à Christo, quodnam sibi nomẽ esset? respondit: *Legio*: quod nomen, vti diximus, militare est. Cum inuenis, inquit, in vno homine multitudinem Dæmonum legionẽ se professam, disce Christum expugnatorem spiritualium hostium, spiritualiter armatum, spiritualiter bellicosum intelligendum, atque ita ipsum esse, qui cum legione quoque Dæmonum erat dimicaturus, vt & de hoc bello intelligi possit illud Ps. 23. *Dominus fortis, & potẽs, Dominus potẽs in prælio.* Secundò. Michael fuit, qui Adam è paradiso eiectum direxit, & terram ligone docuit colere, seminare, metere, & ad reliqua, quæ vtilitatem afferebãt, instituit: quemadmodùm docet idem Pantaleon loco citato. Tertiò. Is fuit, qui Abrahę gladiũ cohibuit, ne filium occideret, & in eo benedixit omnes Gentes. Gen. 22. Quartò. Legislatori Moysi oues pascenti apparens totus igneus in medio rubi, eumque vrens absq; vlla rubi iactura sanctissimæ Deiparæ mysterium adumbrauit. Exod. 3. Quintò. Is apparuit Balaam in via, eumq; pergentem ad maledicẽdum populum emẽdauit. Num. 22. Sextò. Dedit legẽ in monte Sinai. Exod. 20. Septimò. Iosue aciẽ aduersùs hostes dirigenti visus est stricto gladio, eumq; animauit, vt manus fidenter consereret. Iosue. 5. Octauò. Gedeoni apparuit, ab ipsoq; fuit adoratus, & extẽsa virga, quã manu tenebat, tangens carnes, quas sibi Gedeon obtulerat, igne excitato consumpsit: eumq; adiuuit, vt trecentis tantùm militibus infinitam Madianitarum multitudinem profligaret. Iudic. 6. & 7. Nonò. Is fuit, qui cẽtum octoginta quinque millia Assyriorum in exercitu Sennacherib vna nocte interfecit. 4. Reg. 19. Decimò. Vna cum Azaria, & reliquis ascendit in fornacem, flammamque instar roris effecit, tresque pueros illæsos conseruauit. Dan. 3. Vndecimò. Danielem in lacum leonum coniectum seruauit, oraque leonum frẽnauit. Dan. 6. & 14. Duodecimò. Abacuch cincinno capitis apprehensum ex Palæstina cum prãdio Babylonem adduxit, vt pasceret Danielem: eumque rursùs repente in suum locum restituit. Dan. 14. Decimò tertiò. Is erat, qui probaticæ piscinæ aquas cõmouebat, & sanctificabat in figurã baptismatis, ita vt qui primus descenderet in piscinam, ab omni ægritudine curaretur. Ioan. 5. Decimò quarto. Is est, qui editurus est sonum illum terrificum tuba illa, cuius meminit Apostolus. 1. Cor. 15. ad cuius clangorem mortui omnes resurgent, & ante Dei tribunal iudicandi consistent. Denique. *Is est*, inquit Pantal. *qui fidelium populorum Ecclesias exhilarat; Romanorum custodit rempublicam; Imperatorẽ armat aduersùs Barbaros. Christianos reddit victores, ab ingentibus maris fluctibus eos, qui ipsum inuocant, eripit; fertilitates fructuum terræ suppeditat; cõsolatur pusillanimes; ægrotos visitat; fideiubet pro peccatoribus; Dæmonum impetus propulsat; vitiorum flammam restinguit.* Hæc sunt, quę in sacris literis partim expressè, partim iuxta Pantaleonis sententiam de Michaele memorãtur, in quibus, si quis singula expendat, illustrissima Michaelis prœconia continentur: nunc quem honoris gradum inter cæteros Angelos obtineat, paucis dicendum.

Vt Lucifer Dæmonum, sic Michael Angelorum pro Deo Imperator.

Tertull. Luc. 8. 30.

Christus spiritualium hostiũ expugnator.

Psal. 23. 8.

Gen. 22.

In veteri testamẽto sæpe apparet Michael

Exod. 3.

Num. 22.

Exod. 20.

Iosue 5.

Iud. 6. & 7.

4. Reg. 19.

Dan. 3.

Dan. 6. & 14. Michael probaticæ piscinę aquas commouebat.

Dan. 14.

Ioan. 5.

1 Cor. 15. Idem tuba canet in extremo iudicio.

Michaelem supremum Angelum esse eorum, qui remanserunt, ostenditur.

SECTIO XVIII.

QVON QVÆRIMVS vniuersè, vtrum Michael supremus sit omniũ Angelorum, tam qui ceciderunt, quàm qui remanserunt: quoniam Luciferum omnibus Angelis naturæ præstantia excellere quanquàm neget D. Aug. lib. 3 de Gen. ad lit. c. 10. et lib. 11. c. 19. et D. Ioan. Damas. lib. 2. fidei cap. 4. communior tamen est

1

D. Aug. D. Ioan. Dam.

Docto-

Tertul. Omnibus Angelis naturę præstantia excellit Lucifer. Orig. D. Hieron. Iob. 40. 14. D. Greg.

Doctorum, & probabilior sententia, quâ disertè tradiderunt Tertul. lib. 2. aduersus Marc. Orig. tract. 9. in Matth. D. Hieron. in comm. Iob super illa verba c. 40. *Ipse est principium viarum Dei*: D. Greg. lib. 4. Mor. c. 13. & lib. 32. c. 18. (& refertur de pœnitentia dist. 2. cap. *Principium*) & hom. 34. super Euang. Auctor operis de mirabil. sacræ Scrip. (quod falsò tribuitur Aug.) lib. 1. c. 2. D. Isidorus lib. 1. de summo bono c. 12. D. Bern. serm. 1. de aduentu, & in tract. de gradibus humilitatis, & superbiæ, D. Th. 1. p. q. 63. a. 7. Mag. in 2. sent. dist. 6. & ibi omnes Scholastici. Nec refert, quòd Lucifer appellatur *Cherub* Ezechielis 28. *Tu Cherub extentus, & protegens*: ratio enim eius appellationis, vt auctor est D. Thom. loco proximè citato ea est: quòd cum in Lucifero non mâserit charitas, sed tantùm naturalis scientia, qua cæteris Angelis præstabat: idcirco post lapsum deperdito nomine *Seraph*, quod ardentem charitate significat, retinuit appellationem *Cherub*, quod sonat plenitudinem scientiæ.

Auct. Mirab. D. Isidor. D. Bern. D. Thom. Magist. Eccli. 28. 14. Lucifer cur post lapsum dictus Cherub. D. Thom.

2

Cum igitur Michael inferior Lucifero fuerit, illud superest disputandum, num saltem inter Angelos, qui remanserunt, principatum teneat? D. Hieron. in comm. super Dan. c. 10. docet appellari Michaelem eo loco vnũ de primis Principibus, id est, Archangelum: & Iudas in sua epist. canon. Archãgelum nominat: putantq; Theologi communiter Michaelem esse ex supremo ordine infimę Hierarchiæ, id est, ex Principatibus, quod acceperunt ex D. Dion. Areop. lib. de cælesti Hierarc. c. 9. vbi ponit Michaelẽ in infima Hierarchia, quæ Angelos, Archãgelos, & Principatus complectitur. Cæterùm collocandum esse Michaelem in suprema Hierarchia, imò & in supremo eius ordine, qui est Seraphinorum, liquidò videtur concludi ex Dan. 10. vbi dicitur *vnus de Principibus primis*: & ex cap. 12. vbi appellatur *Princeps magnus*: quomodò enim vnus ex Principibus primis, & Princeps magnus dici potuisset, si in infima Hierarchia, hoc est, in postremis, & gregarijs Angelis esset numerandus? Deinde cum Michael dicitur *vnus de Principibus primis*, sanè videtur alludi ad septem illos assistentes Angelos omnium supremos, qui toties tanquàm reliquorũ Principes nominantur in sacris literis, veluti Tob. 12. *Ego sum*, inquit, *Raphael Angelus, vnus ex septẽ, qui astamus ãte Dominum*: et Apoc. 1. *A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt*. Vnde eos Clem. Alex. lib. 6. strom. ad finem appellat septem primogenitos Angelorum Principes. Cum ergo hi septem sint Seraphim, vnusq; eorum sit Raphael, de quo non tam illustria facta legimus, sicut de Michaele, planè consentaneum est existimare Michaelem esse Seraph, & vnũ ex illis septem, idq; significari, cũ dicitur *vnus de Principibus primis*: ex ijsdemq; septem omnino crediderim esse Gabrielem, quem D. Greg. hom. 34. super Euang. summum Angelum vocat. *Ad hoc*, inquit, *ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nunciabat*: & D. Bern. hom. 1. super *Missus est*, *Non arbitror*, inquit, *hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra ad terras soleant fungi legatione: quod & ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatum fortitudo Dei dicitur: & quia non ab aliquo alio excellentiore se, vt assolet, Spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur, cum dicitur: Missus est Angelus Gabriel à Deo*. Itaq; Michael, Gabriel, & Raphael proculdubiò ex supremo sũt ordine supremę Hierarchię, hoc est, ex Seraphim.

Tob. 12. 15. Apoc. 1. 4. Clem. Alex. Michael, & Gabriel ex septẽ assistentibus Angelis. D. Greg. D. Bern. Luc. 1. 26.

Duo tamen huic sententiæ videbũtur obstare: vnum est, quòd illi tres, de quibus paulò ante diximus, nominantur Angeli, siue Archangeli, non Seraphim. Alterum, quòd missi legantur in sacris literis, quod munus ad infimam Hierarchiã pertinere docent communiter Theologi cum D. Dion. loco citato. Verùm priorem scrupulum nobis eximit D. Greg. hom. 34. in Euang. vbi docet Angelum nomen esse officij, non naturę. Est enim Angelus Græcè idem, quod Latinè Nuntius, & Archangelus Princeps nuntius: quare Seraphim cum mittuntur, Angeli sunt, hoc est, nuntij, imò & Archangeli, hoc est, principes nuntij. Posteriorẽ eximit Paulus Heb. 1. vbi vniuersè pronunciat omnes esse administratorios spiritus in ministerium missos propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Est autem aduertendũ Paulum eo loco contendere

3 Duplex obiectio. D. Greg. Vtraque diluitur. Hebr. 1.

Christum Dei naturalem esse filium, multoq; excellentius prę Angelis nomē hæreditasse ex eo, quòd ei tanquàm filio dicatur à Patre: *sede à dextris meis*: Angeli autem tanquàm serui, & ministri mitti, & legari soleant. Quare si Apostolus aliquem Angelum ab hoc famulatu excluisset, proculdubiò imperfectam, & nihil omninò concludentem argumentationem confecisset, & idcircò vniuersè pronunciauit: *Nonne omnes sunt administratorij spiritus?* Ne verò quis diceret esse administratorios suo quenq; gradu, inferiores nimirum fungendo legationibus ad homines, superiores autem inferioribus eiusmodi legationes ex Dei mādato præscribendo: quæ expositio placuit D. Thomæ, adiunxit Apostolus: *In ministerium missi*: vt intelligeremus omnes mitti, & legari, & immediatè per se ipsos legatione ad homines fungi: quemadmodùm functus fuit Raphael, qui se tamen dicit esse vnū de septem primis. Sed quomodò hac de re dubitare liceat, cum Esaias c. 6. confiteatur volasse ad se vnum de Seraphim? dura autem videtur duplex illa expositio, quæ placuit Dion. Areop. lib. de cæl. Hierarc. c. 13. Angelum illū, qui volasse dicitur ad Esaiam vel appellari *Seraph* ab incendendi ministerio, non propter naturæ dignitatem: vel si Seraph fuit, non per se ipsum immediatè, sed ministerio alterius inferioris Angeli purgasse Esaiam. Prior enim responsio, præterquàm quòd confundit Angelorum ordines, refellitur præterea, quia non dictum est: *Volauit ad me Seraphim*, sed: *vnus de Seraphim*, vt palam sit illum Angelum ex ordine Seraphim fuisse, qui non potuerunt ita appellari ab inflammando Propheta, cum non omnes ipsum inflammauerint. Posterior autem multò violentiùs vim infert contextui, cum Propheta disertis verbis commemoret volasse ad se vnum de Seraphim: si enim nullus Seraph volauit ad Esaiam, sed alium inferiorē misit, qui volaret: quomodò ipsemet Seraph manens in cœlo volasse ad Esaiam dici potuerit?

Pſ. 109. 1.

D. Thom.

Omnes Angeli mittuntur per se ipsos.

Esai. 6. 6.

Dion. Arep.

4 Verùm quod in præsenti controuersia mihi, vt verùm fatear, nullum relinquit dubitandi locum, est mysterium incarnationis. Si enim Dei filius non per Angelum, sed per se ipsum immediatè missus à Patre fuit, & legatus ad homines: cur tantùm Seraphim tribuemus, vt nunquā ad homines venerint, & Principe suo in terris agente ipsi in solijs gloriosi considentes nunquam dignati sint è cœlo descendere. Sanè liceret vocem illam Sapientis vsurpare Eccles. 10. *Vidi seruos in equis, & Principem ambulantem super terram quasi seruum*. Atq; hac ratione vtitur ad idē persuadendū D. Bern. serm. 1. in festiuit. sācti Michaelis. *Omnes*, inquit, *administratorij sunt spiritus in ministerium missi: neq; id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipse quoq; creator, & Rex Angelorum venit non ministrari, sed ministrare*. Mittuntur igitur interdum Seraphim; sed tamen nec ordinariè, vt Angeli, nec nisi ad grauissima, & maximi momenti negotia: cum qua moderatione accipi possunt, quę docet loco citato Dionysius: quę sententia est D. Basil. in cōm. super 6. caput Esaię: eamq; tuetur Ambr. Cathar. in cap. 1. epist. ad Hebr. Quare non est, cur propter legationis officium Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem ex Seraphinorū thronis deturbemus.

Dei filius legatus ad homines.

Eccles. 10. 7.

D. Bern.

Seraphim non nisi ad grauissima mittuntur.

D. Basilius.

Amb. Cath.

Hoc ita constituto illud vlteriùs arbitramur Michaelem non solùm esse ex supremo ordine supremæ Hierarchiæ: sed etiam omnibus omnino Angelis, qui remanserunt, naturæ nobilitate, cæterisq; scientiæ, & gratiæ ornamentis, quæ iuxta D. Th. 1. p. q. 62. ar. 6. cum naturali Angelorum præstantia coniuncta sunt, longè antecellere: quę sententia est D. Basilij in hom. de Angelis. *Tibi*, inquit, *O Michael duci supernorum spirituum, qui dignitate, & honoribus prælatus es cæteris omnibus spiritib⁹ supernis, tibi inquam, supplico*. Eandem sequitur Pātal. Diac. apud Lipom. in hom. de Michaele. *Primùm*, inquit, *locum obtinet inter mille millia, & decies mille myriades Angelorum: & proximè ac citra vllum stuporem canit ter sanctum, & admirabilem hymnum Michael, qui est maxima, & clarissima stella Angelici ordinis*: vbi obiter obseruanda sunt illa verba, *citra vllum stuporem*, quæ maximam Michaelis dignitatem significant, qui nimirum tantus sit, vt cæteris omnibus Angelis ad Diuinæ magnitudinis conspectum stu-

5 Omnibus Angelis, qui remanserunt antecellit Michael. D. Thom.

D. Basilius.

Pant. Diac.

pentibus

pentibus ipse quodãmodò non stupeat. Idem sentit B. Laurent. Iustin. serm. de Michaele. *Sanctis*, inquit, *spiritibus prælatus est Michael, sicut Lucifer malis*. Ex recentioribus autẽ idem affirmauit Ambr. Cath. in c. 1. epist. ad Hæbr. idq; non obscurè significatur Dan. 12. cum Michael appellatur *Princeps magnus*. Nec verò quenquã moueat, quòd Dan. 10. dicitur *vnus de Principibus primis*: quanuis enim sit omnium Princeps; benè tamen potuit appellari *vnus de primis Principibus*, quemadmodùm, qui secundus à Rege est, vnus de primis regni Principibus dici potest, vbi multi sunt Principes: quanuis inter eos Principes primum ipse locum teneat Cõfirmatur prẽterea idem non leuibus sanè argumentis.

B. Laur. Iust.

Ambr. Cath.

Dan. 12. 1.

Dan. 10. 13.

6

Primò, quia ex cõmuni Theologorũ sentẽtia, imo & Ecclesiæ doctrina in prælio illo magno, quod gestum fuit in cœlo Empyreo, Michael partes Dei sustinuit: cum igitur Lucifer, vti diximus, supremus omnium Angelorum fuerit, dignum sanè fuit, vt ei se pro Deo opponeret reliquorum Angelorũ maximus. Id quod etiam illis verbis huius cap. innuitur: *Michael, & Angeli eius prœliabantur cũ dracone*; si eò etiam velis hanc visionem referre: illud enim: *& Angeli eius*, innuit reliquos omnes Angelos sese ad Michaelem quasi ad Principem adiunxisse, eiq; paruisse. Secundò. Hoc loco ad literam est sermo de prælio, quod Michael gereret cum Lucifero, & Antichristo in fine mũdi: at quem quæso par est alienissimis illis temporibus, in quibus de Christi imperio decertabitur, sese opponere Lucifero, & Antichristo, difficillimumq; illud bellum administrare, nisi supremũ omnium Angelorum? Tertiò. Ex ijs, quæ superiori sect. diximus ex Pãtaleone Diacono, constat Michaelẽ non semel Dei personam sustinuisse, veluti Exod. 3. *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*: at cui alteri vices suas Deum commisisse credibile est, qui ipsum pro dignitate referret, nisi maximo Principi Angelorũ? Quartò. Michael fuit præfectus Synagogæ, vt affirmat Dionys. Areop. lib. cæles. Hier. c. 9. & deducitur ex c. 10. Dan. vbi Gabriel cum Daniele loquẽs ait: *Michael Princeps vester*, id est, vestræ Gentis præpositus, in cuius locum cura ei est Ecclesiæ demandata, quod proculdubiò ad supremum Angelum pertinet.

Michael omnium Angelorum Princeps.

Exod. 3. 6. Dei personam sæpe sustinuit.

Dion. Areop. Dan. 10. 21.

Eidem Ecclesiæ cura demãdata.

7

Quintò. Idem colligitur ex illustrissimis titulis, honorisq; Prærogatiuis, quibus Michaelem à Deo donatũ docet Ecclesia, cum eum appellat Præpositum paradisi, Primatem cælestis exercitus, Principem militiæ cælestis, Præpositum animabus suscipiendis: quæ munera, vt omnium sunt illustrissima, ita supremo Angelo committi debuerunt. Idq; etiã ex eo probat Cathar. in c. 1. epist. ad Hebr. quòd ab Ecclesia in litanijs primus post beatam Virginem inuocatur. Sextò. Michael creditur animarum è corpore discedentium particulare iudicium exercere: quam ob causam Ecclesia eum vocat prælatum à Deo animabus suscipiendis: & in missa pro defũctis ita precatur: *Signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucẽ sanctam*. Indeq; est, quòd cum gladio, & statera depingitur, vt summa eius potestas, iustitiæq; æqualitas declaretur in nostris siue meritis, siue demeritis ponderandis: tantùm verò munus ad summũ Angelum haud dubiè spectat. Septimò. Vt constat ex Matth. 24. in extremo iudicio parebit signũ filij hominis in cœlo, id est, signum crucis Dominicæ tanquàm summi Regis, & Imperatoris vexillum: id verò, vt affirmat Ioan. Echius hom. 8. in festo Michaelis, gestabit Michael, quem Ecclesia Christi signiferum appellat, vt paulò ante diximus: quod ad maiorem Christi gloriam in illo orbis theatro non nisi Angelorũ omniũ Principi committendum videtur. Octauò. Ioan. Apostolus, vt auctor est Pãtal. Diaco citato, magnus fuit gloriæ Michaelis in Asia prædicator, in eiusq; honorẽ, ac memoriam templum exædificari curauit: verisimile est autem Apostolum summo omnium Angelorum, & sub eius nomine cæteris templum erigi voluisse.

Eiusdem tituli illustrissimi.

Catherin.

Matth. 24. Crucis signũ in extremo iudicio gestabit Michael.

Ioan. Echius.

Pant. Diac.

8

Postremò D. Franciscus anno Domini milesimo ducẽtesimo vigesimo quarto, vt affirmãt D. Antonin. 3. p. Chronic. tit. 24. c. 7. §. 4. et D. Bonau. in vita Francisci, fuit Christi Domini stigmatibus insignitus vel circa festũ exaltationis san

ctæ

Quo ãni tẽpore Christi stigmatibus insignitus fuerit D. Franciscus. Esai. 6. 5.

ctæ Crucis, vel in ipso die festo Crucis mẽse Septẽbri: autẽ refertur 1. p. Chronicorũ ei⁹ ordinis c. 55. apparuit illi in mõte Aluernię Seraph sex habẽs alas (sicuti legimus & de Seraphim Esai. 6.) admirabili splẽdore collucens, in figurã Christi Dñi Cruci affixi conformatus, isq; Francisco eorundẽ vulnerũ stigmata impressit: fuisse autẽ hũc Seraph Michaelẽ probabile admodũ est. Etenim tũc tẽporis Franciscus ieiunabat de more quadragesimã sãcti Michaelis in honorẽ Virginis, & Michaelis, cui erat deditissimus, quæ quadragesima incipiebat à die assũptionis beatæ Virginis, finiebaturq; ipso die festo Archãgeli: quare verisimile est Michaelẽ fuisse, qui eũ Christi Dñi stigmatibus decorauit. Atq; hinc aliud & argumentũ, & Michaelis encõmiũ longè clarissimũ depromitur: cõueniens enim enim erat, vt supremus Seraph, hoc est, maximè omniũ amoris flãmis incensus Christũ Cruci affixum, in illo, inquã, sui amoris excessũ reprẽsentaret. Ex quo etiã credere possumus Michaelis patrocinio magnã nobis fieri Diuini amoris accessionẽ: siquidẽ eo tanquã sigillo vtitur Christus ad plagas suas amoris facib⁹ ardentissimas in Sanctorũ & mentibus, & corporibus imprimendas. Ex dictis patet, quanto iure existimari possit Michaelẽ supremũ esse omniũ Angelorũ, qui remanserunt. Qui miracula ab eo edita scire velit, legat Metaphrastem apud lipom. in Michaele.

D. Francisc. cum Christi stigmatibus decorauit Michael.

Cur Dæmõ dicatur accusator fratrum nostrorum?

Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectũ Dei nostri die ac nocte.

SECTIO XIX.

EX ILLO difficili prælio inter Michaelẽ, draconẽq; commisso Michaele victore cuadente audiuit Ioannes vocem dicentiũ: *Nũc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat illos ante cõspectum Dei nostri die ac nocte.* Fuit autẽ Michaelis victoria tueri fideles aduers⁹ Dæmonẽ, ne contra electos prævaleret: sed tantũ in reprobis, & terrena sapientib⁹ locũ inueniret: hoc enim est proiectum fuisse in terrã, vt superiùs diximus. Nũc illud explicãdũ, cur Diabolus accusator hominũ appelletur? reliquorũ enim nominũ Diaboli, Satanæ, & Draconis iam aliàs rationem attulimus.

I

Iudiciũ inter Deum, & peccatores.

Sciẽdũ est igitur inter peccatores, ac Deũ quoddã veluti iudiciũ intercedere, in quo Deus se ipsum vt offensum, peccatorẽq; vt reũ iudicat: de quo locutus est Regius vates Ps. 50. cũ dixit: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris*: quo loco verbũ, *iudicaris*, & passiuè, & actiuè accipi potest: est enim Græcè, ἐν τῷ κρίνεσθαι, quod deduci potest ἀπὸ τοῦ κρίνομαι deponenti verbo, & esse etiã in voce media, atq; adeo actiuè sumi; imo vox Hebræa *Beßophteca*, id est, *in iudicare*, siue *in iudicando te*, magis actionẽ significat, cũ sit in coniugatione *cal*. Verùm quia κρίνεσθαι deduci potest ἀπὸ τοῦ κρίνω, & esse vox eius passiua: non potest ex Græco textu discerni, actiuè ne, an passiuè legendum sit? vnde mirum est, quòd Genebr. contendat ex contextu Græco passiuè accipiendũ esse, cũ vtroq; modo optimè sumi possit. Itaq; D. Hieron. passiuè trãstulit in sua versione ex Hebræo, *Cum iudicaberis*, & passiuè in comm. exposuit: eo dẽq; modo accepit super cap. 23. Esaiæ quanquã lib. 2. aduersùs Iouin. in actiua significatione citauerit. Igitur sumpto verbo *iudicaris* passiuè, dupliciter potest locus exponi: vno modò, vt ita nectatur contextus: *Miserere mei Deus, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cũ iudicaris*: illa autẽ verba: *Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci*, per parenthesim dicta intelligãtur hoc sẽsu: Miserere mei Deus, vt iustus deprehẽdaris, & verus in tuis promissionibus, quibus promisisti parcituru tẽ esse pœnitẽtibus: *& vincas, cum iudicaris*, i. cũ in hoc iudicio, quod inter te offensũ, & me reũ intercedit, apud te ipsũ tãquã iudicẽ vincas iudicatus, hoc est, deprehendaris esse & iustus, & misericors, cedens nimirũ ex tua parte, nolensque mecũ sũmo iure

Ps. 50. 6.

Genebrard.

D. Hieron.

agere,& ita quodãmodò victus, & iudicatus multò magis tamen ipse vincas mihi parcendo: tũc enim demũ vincis,cũ parcis. Altero, vt non per parenthesim accipiantur illa verba, *Tibi soli peccaui*;sed cũ illis nectantur sequentia, vt vult Euthym.qui hanc Dauidis sententiã refert ad illa verba Domini, quæ Nathan Propheta dixit Dauidi 2. Reg.12.vbi eũ Propheta reprehendit,quòd tã multis, tantisq; Dei beneficiis ingratus extitisset: quã ob rẽ Dauid tanquã reus conuictus respondet: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cum iudicaris*, hoc est,cũ inter nos causa ista discutitur,& iudicium exercetur,ego peccasse me cõfiteor, & vsq; adeò ingratũ fuisse,vt tu quidẽ Domine iustã causã sustinere inueniaris:ego autẽ magni cuiusdã criminis reus conuincar, & ab omnibus meritò reprehendar : itaq; tu vincis, cũ mecũ iudicaris. Actiuè autẽ si sumatur iuxta hanc posteriorẽ textus ordinationẽ, ille est sensus: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*, hoc est, ingenuè fateor tibi me ingratũ extitisse,& corã tuis oculis, quod proiectæ fuit audaciæ,& impudentiæ, scelus admisisse vsq; adeo, vt vincas, idest, apud omnes iustus, & rectus inueniaris, *cum iudicaris*, id est, cũ me punieris. Quod autẽ illa verba,*Vt iustificeris in sermõibus tuis*,iuxta omnẽ expositionẽ illũ sensũ habeant, vt verax in promissionibus inveniaris siue in parcendo pœnitentibus, siue in puniendis peccantibus, dubitari non potest, cũ eo sẽsu accipiantur à Paulo Rom. 3. vbi sic ait. *Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptũ est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.*

Euthymius.

2.reg.12.

Rom.3.4.

2

In hoc igr iudicio peccatoris cũ Deo conscientia locum habet testis; cogitationes defendunt, & accusant;Dæmon ipse est præcipuus accusator, vt hoc loco ait Ioan. Quòd enim conscientia testis sit; cogitationes defendãt, & accusent,diserte verbis docet Apost.Rom.2.*Testimoniũ reddente illis conscientia ipsorum,& inter se inuicem cogitationum accusantium,aut etiam defendentium*: seu vt rectiùs transferendũ fuit,& aliàs legitur:*Cogitationibus accusantibus,aut etiã defendentibus* : genitiui enim Græci per ablatiuos verti debuerũt, quẽadmodũ docet D.Hier.in cõm.super c.16. Ezec. legitq; D.Ambr.in cõm. eius loci, & D. Aug.lib.20.de ciu.c.26. Et quidẽ cõsciẽtia interdũ testimonium de bono perhibet iuxta illud 2. ad Cor. 1. *Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientiæ nostræ*: interdũ autẽ de malo Eccl.7.*Scit cõscientia tua,quia & tu crebrò maledixisti alijs*. Quod autẽ attinet ad cogitationes accusantes,& defendentes,sic exponit D.Th. *Insurgit homini circa aliquod factũ aliqua cognitio accusans, dum propter rationẽ aliquã cogitat se male feciße iuxta illud Ps.49.Arguã te,& statuã cõtra faciem tuã,vt nimirũ iniquitates videre possis: & Esai. 3. Agnitio vultus eorũ respõdebit eis : quãdoq; etiam insurgit cognitio defendẽs,cũ propter aliquã rationẽ cogitat se rectè feciße iuxta illud Iob 27. Nõ reprehẽdit me cor in omni vita mea: atq; inter hãc accusationem,& defensionem locum habet testimonium conscientiæ,cui statur.* Hæc D.Th.

D.Hieron. D.Ambr. D.Aug.

2.Cor.1.12.

Eccles.7.23.

Cogitationes hominem defendunt,& accusant. D.Thom.

Ps.49.21. Esai.3.9.

Iob.27.6.

Cõscientia testis boni, & mali.

Rom.2.15.

Quod verò ad Dæmonẽ spectat,is,vt exponit Haymo,& alij,dr accusator duplici de causa;tũ quia ad peccatũ incitat:tũ enim accusat,quia hominẽ dignũ accusatione reddit:tũ etiã,quia post peccatũ cõmissum vindictam petit, optatq; maximè,vt peccator ad inferos detrudatur. Vñ subiungitur : *Quia accusabat illos ante cõspectũ Dei nostri die,ac nocte*,i cõtinuò. Cũ enim plenus sit inuidia , paratus est sẽper mala cõmemorare,& quantũ in se est, Dei iustitiã ad vindictã prouocare. Et quidẽ ante passionẽ Christi multò duriùs,& grauiùs humanũ genus accusabat: tenebat enim chirographũ,in quo debita omniũ hominũ cõtinebantur: & ex illo chirographo accusabat postulãs, vt sibi homines traderentur tãquã debitores sẽpiterni supplicij, de quo chirographo loquitur ad literã Paulus ad Coloss. 2. *Donans nobis omnia delicta, delens quod aduersùs nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio affigẽs illud cruci, & expolians principatus.* Itaq; Christus quoad sufficientiã chirographũ, in quo nostra debita scripta cõtinebantur, sãguine suo deleuit,& obliterauit.Cæterũ nos ipsi modò,cũ peccamus,noua Dæmoni chirographa cõficimus,totidẽ,inquã,quot peccata suscipim⁹,quib⁹ effici mur gehẽnę debitores,quę tũ etiã delẽ-

3

Haymo. Demon dupliciter de causa accusator.

Coloss. 2.13.

tur

tur Christi sanguine per pœnitentiam applicato. Itaq; ne Dæmon ex illis chirographis accusare nos meritò possit, simus ipsi nostrum ipsorum accusatores iuxta illud Prou. 18. *Iustus prior est accusator sui.* Idcirco enim Ezech. 4. aduersùs Hierusalem munitiones in latere iubentur describi illis verbis: *Et tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Hierusalem: & ordinabis aduersùs eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.* Quo loco docet Lyranus, & alij interpretes nomine lateris accipiendum esse laterem crudũ, nondum igne decoctum, & duratũ: aliàs enim non potuisset Propheta in illo ciuitatem, eiusque obsidionem describere. Igitur per Hierusalem obsessam animam, quę in peccato est, intelligitur, aduersùs quam omnes Diuinæ iustitiæ munitiones diriguntur. Verùm hæc omnia in latere non decocto, sed crudo, qui facilè aqua dissoluitur, describuntur, vt intelligamus omnes Diuinæ iræ munitiones aduersùs peccatores dispositas pœnitentiæ lacrymis dissolui posse, atq; adeo totã Dęmonis accusationẽ aboleri.

Priùs nos ipsos accusemus ne nos accuset Dæmon. Prou. 18. 17. Ezech. 4. 1.

Lyran.

Lacrymarum vis.

Explicantur quædam in contextu, quę expositionem desiderant.

SECTIO XX.

1 VIDENS draco victũ se esse à Michaele, proiectũ què in terrã persecutus est mulierem, quæ peperit masculum, cui datæ sunt alę duę aquilę magnæ, vt volaret in desertum in locum suũ, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidiũ tẽporis à facie serpentis. Quæ vltima verba cõiungenda sunt cũ verbo *volaret*, vt ita textus nectatur: *Vt volaret à facie serpentis in desertum in locum suum.* Quo loco primũ dubitabis, quomodò Dæmon iam victus, & proiectus in terram, bellóq; confecto dicatur adhuc persequi mulierem in potioribus eius mẽbris, qui sunt prędestinati: sic enim accipiẽdũ est, quod hic à Ioãne dicitur, nimirũ draconẽ, siue Dæmonẽ, postquã victus fuit à Michaele, eiusq; præsidio à sãctis, & electis superatus, proiectum fuisse in terram, hoc est, ablegatum ad terrenos, & reprobos homines, vt iis bellũ inferret: & tamen illũ adhuc persecutũ fuisse mulierẽ, in ijsdẽ videlicet prædestinatis, quæ propterea dr volasse in desertũ. Nec enim existimãdum est mulierẽ quoad reprobos fugisse serpentẽ, alasque aquilæ accepisse: quare proculdubiò de Ecclesia propter prædestinatos id oportet intelligere. Huic dubitationi respondendũ est dici Dęmonẽ confecto bello persequi adhuc prædestinatos non spe victoriæ, sed odio: quẽadmodũ interdũ victi, fusiq; hostes præ odio, rabie, ac desperatione victores insequuntur. Deinde quæres, quisnã sit ille locus suus, in quẽ mulier volasse dicitur: *Vt volaret*, ait, *in desertum, in locum suũ?* Respondendũ est iuxta ea, quę supra dicta sunt, quamplurimos ex electis in deserta loca propter vim persecutionis se se abdituros, in loca, inquã, aliqua tutiora, vbi ab Antichristi ministris inueniri nequeant, atque hunc locũ appellari locum suum, id est, in quo sibi prospicient Diuino consilio, tyrannidẽq; Antichristi subterfugient, quẽadmodũ & paulò superiùs dictum fuerat: *Mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locũ paratũ à Deo.*

Dæmonis odium in prędestinatos.

2 Tertiò. Scisciteberis, quonã alimenti genere mulier sustentari debeat in deserto, cũ dicitur: *Vt alitur per tẽpus, & tẽpora, & dimidiũ temporis?* Proculdubiò pane verbi Dei sustentabitur tunc tẽporis Ecclesia: etenim non deerunt concionatores, præcipueq; Enoch, & Helias, qui ex sacris literis ostẽdent illa esse tẽpora Antichristi, quæ Christus tantò ante prænunciauit, finitaq; illa persecutione aduenturũ diem iudicij, quo electi tandem omnibus illis perfuncti laboribus glorioſi in cœlũ euolabũt. Itaq; ad fidei cõstantiã, ferendáq; strenuè persecutionẽ prælati eius temporis concionatores, doctiq; viri Ecclesiã verbo Dei animabũt, quod est mulierẽ alere, ac pascere. Quòd enim verbũ Dei panis, alimẽtũq; dicatur in sacris literis, clarius est, quã vt multis ostẽdi debeat, satis sit locus ille Amos 8.

Verbum Dei panis, & alimẽtum.

Amos 8. 11.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & emittam famem in terram: non famē panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini: et illud Christi Matth. 4. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quartò. Rogabis quantum temporis compreliē datur illis verbis: *Per tempus, & tempora, & dimidium temporis?* Respondemus per tempus significari vnum annum, per tempora duos annos, & per dimidium temporis anni dimidium: tanto enim tempore duratura est Antichristi persecutio, quēadmodùm dicitur c. 11. *Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus:* et cap. 13. *Data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Ita modum illum loquendi interpretatur D. Hieron. in cap. Dan. vbi ita legimus: *Tradentur in manu eius vsq; ad tempus, & tempora, & dimidium temporis:* et cap. 12. *Vsquequò finis horum mirabilium? & audiui: quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. Tempus,* inquit Hieron. *annum significat, tempora iuxta Hebraici sermonis proprietatē, qui & ipsi dualem numerum habent, duos annos præfigurant.* Ex quibus verbis Hieronymi planè colligitur D. Hieron. c. 7. Dan. pro *ghidanim* numero multitudinis, quod modò habemus, legisse in duali numero *ghidanaim*, id est, duo tempora: et cap. 12. pro *moghadim*, quod nunc legimus, legisse *moghadaim* in duali numero. Sic etiam eandem temporis temporum, & dimidij tēporis locutionem intellexit Theod. in comment. super Dan. & D. Aug. lib. 20. de ciuit. cap. 23.

Matth. 4. 4.

Apoc. 11. 2. & 13. 5.

D. Hieron. Dan. 7. 27. & 12. 6.

Theod. D. Aug.

3

Postremò quæres, cur mulieri dicātur datæ duæ alę aquilæ magnę, non alterius volueris? Respōdemus, vt significaretur Ecclesiam in prędestinatis. Dæmonis, & inimicorū insidias celeriter, longèq; subterfugere: est enim volatus aquilę & altissimus, & velocissimus iuxta illud Thren. 4. *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis.* Quid autem sit per duas hasce aquilæ alas accipiendum, & cur Ecclesia appelletur aquila? iam est sequenti sectione explicandum.

Ecclesiæ velocitas in dæmonis insidiis fugiendis.

Thren. 4. 19.

Ecclesiam Aquilam magnam esse: & quid per duas eius alas accipiēdum?

Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ.

SECTIO XXI.

I



RIA SVNT IN AQUILIS celeberrima: vnum est filiorum ad solem probatio. Pro quo sciendū ex Aristotele libro 6. de hist. animalium capite sexto, et Musæo, quem ibi citat, aquilā, vt plurimùm terna oua parere; binos pullos excludere; vnum educare. Cur verò vnum tantùm nutriat, nō eadem ratio ab omnibus redditur. Etenim eo loco Philosophus ait aquilam alterū pullum reijcere tędio, & fastidio nutriendi, eo quòd eo tempore degeneret, & hebescat, ac prædari minimè valeat: quam sententiam secutus est Plin. lib. 10. c. 3. imo & D. Basil. hom. 8. in Hexam. Alij sentiunt non expellere alterum pullum tædio nutriēdi; sed examine iudicandi: in quibus est D. Ambr. 5. Hexam. cap. 18. *Aquila, inquit, dicitur alterum pullum abdicare, quod aliqui fieri putauerunt geminandorum alimentorum fastidio: sed id non arbitror facilè credendum, præsertim cum Moyses Deum ob amorem in suos aquilæ comparauerit. Deuter. 32. Sicut aquila prouocās ad volandū pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Quare non puto auaritia nutriendi eam inclementem fieri: sed examine iudicandi. Itaquè asseritur, quòd pullos suos radijs solis obijciat, atq; in aeris medio pio paruulos vngue suspendat: & siquis reperiens solis lumine intrepidam oculorum aciem seruauerit, probatur, quòd veritatem naturæ synceri obtutus constantia demonstret: sin verò lumina sua perstrictus radio solis inflexerit, quasi degener, & tanto indignus parente reijcitur.* Hæc Ambrosius. Idemq; tradit D. Hieron. super c. 40 Esaiæ in fine, D. Aug. tract. 36. in Ioan. et Plin. lib. 10. c. 3. Ergo hac in re verè aquila est Ecclesia, quippe quæ filios suos ad solis, id est, Christi radios examinat, & quos reperit posse solem hunc aduersū intueri, fideiq; obtutū in Diuinitatis eius radio figere, tanquam legitimos recipit: quos autem cernit tantum Christi splendorem ferre non posse, cuiusmodi sunt

Aristot. Musæus. Aquila quot oua pariat, & excludat pullos.

Plinius. D. Basil.

D. Ambros.

Deut. 32. 11.

D. Hier. D. Aug.

Plinius.

Ecclesia instar aquilę suos examinat filios.

Iudæi, vt nothos, & adulterinos respuit.

2 Alterum in aquila celebratissimum est, quòd in nido lapidem aetiten collocare solet: quem D. Hieron. in cap. 66. Esaiæ appellat amethistem, ne serpētes pullis noceant: idemq; refert Plin. l. b. 10 c. 3 Hunc lapidem D. Hieron. loco citato Christum Dominum interpretatur, quem Ecclesia in medio filiorum suorū collocat; ne à draconibus, & serpētibus, hoc est, Dæmonibus, & Hæreticis incommodi aliquid recipiant. Non incōcinnè etiam idem lapis aetites fiducię in Deū accommodari potest, quæ virtus fideles in medio laborum omnium, ac persecutionum maximè roborat. Est autem obseruandum ex Plinio hunc lapidem in igne positum nihil igne deperdere, essequè prægnantem, nimirum alium intra se quasi in vtero gestare, qui intùs sonat, cum lapis concutitur. Id quod in hanc posteriorem expositionem mirificè quadrat: etenim fiducia in Deum nihil igne deperdit, imò ipsis laboribꝰ magis augetur, prægnansq; est intùs tum spirituali consolatione, tum gloriæ lapide pretiosissimo, qui cum iustus laboribus quasi concutitur, quodammodò intùs sonat propter spem, quæ de gloria adipiscenda in ipsis propter Deum laboribus concipitur.

D. Hieron.

Plinius.

Fiducia in Deū augetur laboribus.

3 Tertiū deniq; est eius renouatio, quā etiam non prętermisit Regius vates, cū dixit Psal. 102. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Fertur enim aquila certis temporibus veteres plumas exuere per earum in elementari igne combustionem, & deinde per maris immersionem quasi per balneum nouas induere, vt pleriq; referunt in locum Psalmi citatum. Quanquam D. Aug. in eundem locum aquilæ renouationem ad rostrū potissimùm refert, docens rostrum aquilę prę senio nimis crescere, & superiorem eius partem immoderatiùs inflecti, atq; curuari, vt cibum capere non possit: tunc aquilam illud ad petram collidere, & extenuare: atque ita renouari, simulque redire nitorem pennarum. Hanc aquilæ renouationem D. Ambr. serm. 54. de innouatione fidelium ad baptismum vult spectare, in quo qui fidem Christi suscipiunt, renouā tur, alludēs forrasse ad maris immersionē, de qua ante diximus D. Aug. de omnibus fidelibus accipit, qui vniuersa perfectionis impedimenta à petra, quæ Christus est, auferunt: potissimùm verò rostrum renouandum exemplo Christi, ne in verba detractionis prorumpamus: crescunt enim interdum immoderatiùs huiusmodi rostra nec viuis, ne mortuis parcentia. Quòdsi vera sunt, quæ diximus ex nonnullorum sententia, renouari videlicet aquilam in igne elementari, & maris immersione: illud significatur peccatoris renouationem igne contritionis, & lacrymarum effusione faciēdā, de qua locutus est Apostolus ad Coloss. 3. *Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem secundùm imaginem eius, qui creauit illum.* Quòdsi id etiam velis ad iustos extendere, dic eos renouari, cum ad perfectionē aspirantes igne charitatis imperfectionē exuunt, & maris immersione, hoc est, laborum exercitatione pulchriores virtutum pennas suscipiunt. De qua renouatione est sermo secundæ ad Cor. 4. *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamē is, qui intus est, renouatur de die in diem*: et ad Ephes. 4. *Renouamini spiritu mentis vestræ.* Illud meritò obseruauit Ambr. serm. citato non dictum esse à Prophera: *Renouabitur vt aquilarū iuuentus tua*, sed: *vt aquilæ*, vt intelligeremus vnius singularis aquilæ, id est, Christi in nobis renouandam esse iuuenturem.

Pſal. 102. 5.

Aquila quo pacto renouetur.

D. Aug.

D. Amb.

Detractio fugienda.

Peccator quomodo renouādus. Coloss. 3. 9.

2. Cor. 4. 16.

Ephes. 4. 23.

D. Ambr.

Christi iuuentus in nobis renouandā.

Cum igitur ob superiores omnes rationes Ecclesia aquila sit, meritò illi datæ dicuntur duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum à facie serpentis. Quid verò per has duas alas accipiendū sit, iam dicendum. Beda duo testamenta interpretatur; Primasius duo testamēta, vel etiam geminam Dei, & proximi charitatē; Richardus Victo. & Haymo duo testamenta, geminam charitatem Dei, & proximi, vitam actiuam, & contemplatiuam; Ioachimus sapientiam, quæ de sursum est, & charitatem: Itaq; in tribus expositionibus potissimùm conueniunt interpretes. Prima est de duobus testamē tis; secunda de duplici dilectione; tertia de vita actiua, & contemplatiua. Verùm

4

Beda. Primasius. Richard. Vict. Haymo.

Ioachimus.

missa prima expositione, & secunda, de quibus iam aliàs disseruimus, vtranquè vitam actiuam, & contemplatiuam expendit D. Greg. hom 3. super Ezech. in illis mysticis animalibus, de quibus dicitur Ezech. 1. quòd manum hominis sub pennis habuerint: *Manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Quid*, inquit, *per manus nisi actiua vita? quid per pennas nisi cõtemplatiua figuratur? Manus ergo hominis sub pennis eorum est, id est, virtus operis sub volatu cõtemplationis.* Eodem sensu accipit hom. 14 super Ezech. illud quod dicitur cap. 40. de calamo *mensuræ sex cubitorum, & palmi.* Quo loco per sex cubitos calami docet exprimi vitam actiuam; quia sex diebus perfecit Deus omnia opera sua: per palmũ verò, qui super sex cubitos esse dicitur, designari contemplatiuam, de qua vix parùm aliquid attingere possumus iuxta illud primæ ad Cor. 13. *Videmus nũc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.* Deinde comparat vitam contemplatiuam luctæ, in qua quis modò se superiorem, modò inferiorem inuenit, id quadumbratum fuisse in Iacob luctante cum Deo Gen. 32 *Anima*, inquit, *cum contemplari Deum nititur, velut in quodam certamine posita modò quasi exuperat, quia intelligendo de incircunscripto lumine aliquid degustat: modò succumbit, quia degustando iterum deficit: quasi ergo vincitur Angelus, quãdo intellectu Deus apprehenditur. Sed notandum, quòd idem Angelus victus neruum femoris Iacob fecit marcescere, quia scilicet omnipotẽs Deus cum per desiderium, & intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit: & qui priùs quasi duobus pedibus innitentes & Deum videbamur quærere, & seculum tenere, post agnitionem suauitatis Dei vnus in nobis pes sanus remanet, & alius claudicat: quia necesse est, vt debilitato amore seculi conualescat ad amorem Dei. Omnis enim qui vno pede claudicat soli illi pedi innititur, quem sanũ habet, quia & cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat, quia pedem amoris seculi quem ponere in terra consueuerat, iam à terra suspersum portat.* Hæc ille Postremò. Meritò hç duæ vitç appellantur alæ non cuiusuis volucris, sed aquilæ, quia vtraq; sublimis, ac generosa est, & in ipso sole Chro ad imitandum figit obtutum. In eo verò, quod alis comparantur, illud ostenditur vnam alteri iungendam esse: siquidem volucres, si altera ala truncetur, in sublime ferri non possunt.

D. Greg.

Ezech. 1. 8. Vita actiua, & contemplatiua duç alç.

Ezech. 40. 5.

1. Cor. 13. 12.

Vita contemplatiua luctç comparatur ex Greg. Gen. 32.

Vitæ contemplatiuç actiua iungẽda.

Quod nam sit flumen illud, quod draco ex ore post mulierem emisit? & quid sit terrã mulierem absorpto flumine adiuuisse?

Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eã faceret trahi â flumine: & adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.

SECTIO XXII.

VM PRIMVM mulier post editum infantem acceptis aquilæ pennis sese in sublime extulit, vt in desertum aufugeret, iratus draco ob abreptam sibi de manibus infantis prędam emisit post mulierem flumẽ, si forte posset eam aquis inuoluere. Verùm irriti fuerunt serpẽtis conatus, quoniam adiuuit terra mulierem, flumen à dracone immanissimo summo impetu emissum, ac post terga mulieris velocissimè delabens non sine miraculo resorbens. In quo quidem facto duo expositionem desiderant: vnum est, quodnam illud flumen fuerit, quod draco post mulierem, hoc est, Dęmon, siue Antichristus post Ecclesiam misit ex ore? Alterũ, quomodò terra absorbens flumen mulierẽ adiuuerit?

1

Quod ad primùm attinet, est communis expositio, quam sequuntur Andr. Cæsar. Tycon. Beda, Primas. Ansbert. Haymo, per *flumen* accipiendam esse acerbissimam, & rapidissimam persequutionẽ. Postquam enim mulier fugerit in solitu-

2

Andr. Cæsar. Tycon. Beda. Primas. Ansbert. Haymo.

dinem

dinem,hoc est,vt supra explicauimus,fideles metu Antichristi sese in solitudines abdiderint,missurus est Antichrist⁹ exercitū, qui eos vbiq; scrutetur, & instar fluminis rapidissimi sese per abrupta loca deuoluētis fideles conetur obruere:quod quidē flumē dr draco misisse ex ore,quia Antichristus imperio, Dæmon occulta inspiratione ministros suos, ac satellites ad fideles vbiq; perquirendos, & ex latebris eruendos ad internecionē vsq; incitabit. Quod verò ad secundum spectat, dicitur terra iuuisse mulierē ab sorpro flumine,quiaDiuino beneficio,vt pleriq; ad literam interpretantur,ministros, ac satellites Antichristi, dum quærent,& inuestigabunt fideles in solitudine latitantes,immani hiatu diuinitùs facto absorbebit, viuosq; deuorabit, atq; ad inferorum stomachum decoquendos transmittet. Cur enim id in tanta persecutorum malitia,& multitudine ob causam fidei non accidat: cum simile quiddam Dathano, & Abironi contigerit. Num. 16. tantùm quia Moysi, Aaroniq; detraxerant?

Num. 16.

3

Illud hoc loco dumtaxat est obseruâdum non insolens esse in sacris literis, quòd calamitas, & persecutio fluminibus,torrentibus., denique aquis impetu suo obuia quæq; deuoluentibus exprimantur,veluti Ps.123. *Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos: torrentem pertransiuit anima nostra,forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem*: et Esaiæ cap. 10. *Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis?* Quo loco non solùm significatur captiuitatem Iudæorum de longè venturam, id est, ab Assyrijs: sed etiam instar fluminis de lōge decurrentis fore rapidissimam. Sicut enim flumen,quod de longè fluit, propter vim aquarum,quas in decursu colligit,rapidissimum est: ita Diuinum supplicium,quod multa peccata antecedūt, grauissimum esse solet, quia instar fluminis de longè fluit,multaq; peccata quasi aquas,imò & ipsam Diuinam iram in decursu colligere solet: ex quo cernis,quā periculosum sit in peccandi consuetudine persistere. Illud aduertendum *torrentis* appellationem conuenientiùs laboribus huius vitę accommodari, quàm appellationem *fluminis*, ea potissimùm de causa,quòd torrens quanquam multùm intumescat, cum tamen aquam habeat collectitiam,non manantem ex fonte,citò defluit, & siccatur: sic enim omnes huius vitæ calamitates quasi repente excitarę,& primo ipso aspectu grauissimæ quàm citissimè Deo suis opitulante dissipantur. In cuius rei figuram.3. Reg. 17. torrens ille,de quo bibebat Helias, pauorum dierum spatio siccatus dicitur, quemadmodùm expendit D.Hieron in commēt.super Ps.109. *Audientes*, inquit, *torrentes huius seculi nolite desperare, frequenter hic torrens deficit. Videtur quidem tumescere, videtur habere aquas multas: sed citò deficit, si sustineas.: vnde & Heliæ defecit aqua torrentis.* Idemque significauit Petrus 1. sua Canon.cap.1. *Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.*

Pſalm.123.3. Calamitas,& persecutio per aquas significatur in sacris literis.

Esai. 10.3.

In peccatis sistere quàm periculosum.

Citò deficiunt labores.

3.Reg.17.

D. Hieron.

1.Petr.1.6.

4

Hinc est, quòd Christi passio, quia & grauissima, & breuissima fuit, torrenti comparatur Ps.109. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput*: sic enim & Hebraicè,& Græcè legimus. Quē locum in gratiam Christi libet nonnullis obseruationibus illustrare. Primò igitur obseruanda est illa consequutio:*Propterea exaltabit caput*: quemadmodùm obseruauit D. Hierony. & D. Aug. & Theodoret. Verè enim Christus,quia de passionis torrente bibit, caput exaltauit iuxta illud ad Philip.2. *Propter quod & Deus exaltauit illū*: vnde & 1.Petri.1. gloria corporis Christi,& ipsius nominis celebritas posterio res gloriæ appellantur,quòd eas ignominia crucis antecesserit. Deus videlicet, vt veteres aiebant,laboribus gloriam vēdit,ijsque tanquàm pretio cœlum mercamur: quam ob causam Ioan. Apoc.1. dixit: *Ego Ioannes particeps in tribulatione, & regno*: nec enim in regno esset particeps, nisi & in tribulatione esset, vt fusiùs in eum locum docuimus. Secundò obseruandum cum D.Hieron. priusquàm Regius vates diceret: *De torrente in via bibet*: præmisisse Christi dignitatem,& magnitudinem,nimirum vt spectata eius altitudine cōmendabilior nobis eius humilitas videretur. *Quis bibit de torrente in via?* (inquit Hieron.) *ille, cui dictum est: sede à*

Pſal.109.7.

D.Hieron. D.Augustī. Theodor. philip.2.9. 1.Petr.1. Gloria corporis Christi & nominis celebritas cur posteriores gloriæ appellētur.

Laboribꝰ Deꝰ gloriā vendit. Apoc.1.9.

D.Hieron.

Pſal.109.1.4.

dextris

dextris meis: ille, qui audiuit: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech: ille, qui confringit in die iræ suæ Reges. Quo etiam artificio vsus est Paulus ad Hebr. 5. cum dixit. *Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam.* Hebr. 5. 8.

Tertiò aduertendum bibisse Christū de torrente passionis, vt laborum aquas amarissimas suaues suo contactu redderet: quo etiam sensu, vt annotauit D. Chrys. hom. 66. in Matt. dixit filijs Zebedæi Matt. 20. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* et paulò post: *Calicem quidem meum bibetis*: idcirco enim addidit, *meum*, & *quem bibiturus sum*: vt moneret discipulos non esse propter amaritudinem formidandum illum calicem, quem ipse labijs suis pulcherrimis, plenisque gratiarum admouisset: itaque suauissimum, & maximè expetendum reddidisset. Et sanè meritò; cum enim Cant. 5. eius labia lilia dicantur: et Ps. 44. in ijsdem gratia diffusa sit: quid non suauitatis, & gratiæ in calice illo hæreat, cui ipse tã pulchra labia admouerit? Hanc quoque vim habet illud secundæ Corint. 4. *Semper mortificationem IESV in corpore nostro circumferentes*: vbi Græcè est, νέκρωσιν τοῦ κυρίου ἰησοῦ, i. *mortificationẽ Domini Iesu*: quo loco Paulus addidit Dñi cognomẽ, ne seruos pigeret pati similia; sed mortificationẽ libenti animo susciperent, quã & à Christo Dño vniuersorum propter hominum salutẽ susceptam videbãt. Quanquam & illam etiam ob causam cognomen Domini additum est, ne mortis nomen Christo contemptum afferre videretur, ne ipsi ignominię loco duceremus Christo in iurijs, laboribusque ferendis similes esse; sed potiùs id maximè glorioſum, & honorificum putaremus. Idcirco enim Petrus. 1. sua epist. cap. 2. cum de Christo sub nomine lapidis à Iudæis reprobati disputaret, eum sic despectum honorem fidelium appellauit: *Ad quem*, inquit, *accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatũ: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini*: et paulò post: *vobis igitur honor credentibus*, id est, Christus ipse ab hominibus quidem reprobatus, sed à Deo electus, & honorificatus est honor credẽtibus: hæc enim est germana huius loci expositio. Quarto annotandum dici Christum, cum passus est, bibisse de torrente in via non solùm, quia citò desijt eius passio: sed quia summo cum desiderio passus est. Enim verò videtur Regius vates eo in loco Christum Dominum quasi viatorẽ æstu laborantem cõsideraſſe; qui cum in torrentem incidit, non potest præ siti sibi tẽperare, quin auidissimè bibat. Eam igitur ob causam Christus, quia maximè optabat pati pro hominibus, dicitur in via instar viatoris de passionis bibisse torrẽte, quasi labores tanquam aquam amore videlicet exæstuãs sitibundus appeteret, ijsq; quasi frigida ardentem patiendi sitim restingueret: quæ tamen tanta in eo fuit, vt immẽsis passionis aquis omnino restingui non potuerit, quin potiùs in cruce mirum in modum adhuc sitiens exclamauerit: *Sitio*.

Sed quid, est cur Regius Propheta sitim, Hieremias famem commemorat, cum ait Thren. 3. *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs?* Sanè illud indicatur Christo opprobria pro cibo, tormẽta pro potu fuisse: et multò veriùs, quàm Micheam sustentatum fuisse pane tribulationis, & aqua angustię. 3. Reg. 22. Itaq; sicut post sumptum cibum potum exigimus: ita Christus post tam multa opprobria quasi post cibum sibi gratissimũ potum laborum requirẽs dixit in crũce: *Sitio*. Hæc de torrente passionis, cum Hieron. Aug. & alijs dicta sint, nam qui phrasim Hebraicam magis premunt, aiunt *de torrente in via bibere* hoc loco significare maximam hostium stragem, cum tanta nimirum sanguinis vis effunditur, vt instar torrentis decurrat, quem victores victis hostibus insultantes dicantur bibere. Itaq; persistere Prophetam in describenda Regis Messiæ de suis hostibus victoria, vaticinariq; tantam futurã hostium internecionem, vt torrens sanguinis fluat, de quo ipse possit bibere. Eodem enim sensu alias legimus in sanguine manus lauare, & pedes tingere, veluti Ps. 57. *Manus suas lauabit in sanguine peccatoris*: quam loquendi formulam vsurpauit Balaam de Israele vaticinans Num. 23. *Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur*

5 Laborũ aquas amaritissimas, suaues reddidit Christus. D. Chrys. Matth. 20. 22. 23.

Cant. 5. Psal. 44.

2. Cor. 4. 10.

Pati Pro Christo honorificũ.

1. Petr. 2. 4. 7.

Christus passus est cum summo desiderio.

6

Thren. 3. 30.

Christo opprobria pro cibo, tormenta pro potu fuerunt.

3. reg. 22.

Ioan. 19. 28.

Psal. 57. 11.

Num. 23. 24.

getur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.

Et stetit supra arenam maris.

FRVSTRA laborant interpretes in exponendo, cur draco dicatur stetisse supra arenam maris, & quid per arenã maris significauerit Ioannes, dicentes per arenã maris accipiendã esse multitudinẽ impiorũ, cuius similitudinis rationẽ c. 1. explicauimus, cũ dixim⁹ multas ob causas per stellas Sanctos, impios per arenã significari iuxta illud dictũ Abrahamo Gen. 22. *Multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cæli, & velut arenã, quæ est in littore maris.* Frustra, inquam, interpretes in expositione huius loci laborant, cum non sit legẽdum, *stetit*, sed, *steti*, vt patet ex Græco cõtextu, ἔστην: & ita legit Arethas, Rupertus, & Biblia Complutensia. Quare nõ draco stetit super arenam maris: sed ipsemet Ioannes per visum existimauit se ab Angelo in littore collocari, ad nouam videlicet visionem conspiciendam, quę statim capite sequenti commemoratur illis verbis: *Et vidi de mari bestiam ascendentẽ.* Cũ enim ostẽdẽda ei foret bestia ascẽdens de mari, cõuenienter ipse in littore maris constituẽdus fuit, vt bestiã de mari ascendẽtẽ intueri posset. Atq; hæc de literali expositione huius visionis: nũc eandẽ de Virgine mysticè exponamus.

Arethas. Rupert. Biblia Comp.

Gen. 22. 17.

Eadem mulieris, quæ in cœlo apparuit, visio de Virgine Deipara mysticè exponitur: in qua præcipuę Virginis laudes commemorantur.

QVR HOC loco post traditã literalẽ de Ecclesia expositionẽ de eximijs Virginis beatissimæ laudibus paulò fusiùs agere instituerimus, id causæ in primis fuit, quòd hanc mulieris amictæ sole visionẽ ad Virginẽ pertinere existimarũt Andr. Cæsar. Pann. Haymo, Ansb. Gagneius, Method. (vt auctor est Areth.) in comm. super 12. cap. Apoc. imo & D. Epiphan. serm. de laudibus Mariæ, D. Aug. lib. 4. de symbolo ad Catechumenos c. 1. D. Bern. serm. super *signũ magnũ*, Dionys. Carth. lib. 3. de laudibus Virginis a. 29 & plures alij. Deinde quoniã visio in se est illustrissima, & ad laudes Virginis persequẽdas maximè accomodata, vt ex ijs, quæ dicemus perspicuũ fiet. Nec verò refert, quòd vt initio diximus, non sit sermo ad literam de Virgine, sed de Ecclesia. Etenim in ipso sensu mystico omnia paucis quibusdam exceptis ita mirificè in Virginem quadrant, vt videatur Ioan. ex professo Virginem beatissimam non tantùm adumbrare, sed ad viuum exprimere voluisse. Illud interim cum omnibus Patribus nobis præfandum est, nihil in laudem Virginis non dico à nobis, qui nihil sumus, sed ne ab omnibus quidem scriptoribus pro eius dignitate afferri posse. Cum enim Deus sit in Sanctis omnibus suis admirabilis, in Virgine tamen beatissima sic omnẽ admirationẽ superauit, vt in tanto opere cũ satis mirari non possimus, iustiusq; multò esset illũ silendo, quã loquendo suspicere. Quòd etiã videtur spectasse Regius vates, cũ dixit Ps. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion*: pro quo transtulit D. Hieron. iuxta veritatem Hebraicam: *Tibi silentium laus Deus in Sion.* Cur enim in Sion potiùs, quã alibi silentiũ laus Dei est, nisi quia Virgo beatissima Sion est multò, quã terrestris illa præstantior, in cuius fabrica admirabili si Deum eius opificem laudare quis expetat, silentium pro laude adhibendum sit? Quare quæ in eius laudẽ deinceps cũ Ioãne dixerimus, silentij potiùs loco, quã commendationis vllius haberi, ac duci volumus. Hãc igitur nostrã in tractandis Virginis laudibus infantiã ingenuè confitentes aggrediamur iã cũ Moyse Exodi 3. ad videndam visionem hanc magnam; simulq; deponamus calceamẽta de pedibus, & inuolucra carnaliũ cogitationũ: quẽ admodũ in eandẽ sententiã interpretatur D. Bern. serm. super *signum magnum*, vt videlicet nihil in Virgine terrenũ, nihil humile, sed omnia planè Diuina, ac sublimia de Dei matre & cogitatione cõprehendẽda, & oratione explicãda esse arbitremur.

Andr. Cæsar. Pannon. Haymo. Ansbert. Gagneius. Methodius. D. Epiphan. D. Aug. D. Bern. Charthus.

Ps. 64. 1. D. Hieron.

Exod. 3.

D. Bern.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De sanctissima Deipara: in quo explicatur, quomodò ea sit signum magnum: & cur in cœlo dicatur apparuisse.

Virginem beatissimã esse signum magnum, id est, miraculum magnum.

SECTIO I.

RECOLENDA est ex superiori commentario triplex illa signi vsurpatio pro miraculo, pro vexillo, pro scopo, quæ omnia cũ in Virgine demonstrãda sint, nũc de prima acceptione disserendum.

I

B. Virgo miraculum maximum.

Primùm igitur Virgo ipsa per se maximum quoddam in mũdo miraculum, & prodigium fuit. Sic enim eam appellat D. Ignatius epist. ad Ioannem his verbis: *Sicut nobis à fide dignis narratur, in Maria matre Iesu humanæ naturæ natura sanctitatis Angelicæ copulatur, & hæc talia excitauerunt viscera nostra, & cogunt valdè desiderare aspectum huius: si fas est fari, cœlestis prodigij, & sacratissimi spectaculi*: cui concinit D. Epiphan. serm. de laudibus Deiparæ, vbi eam appellat cœli, terræq; mysterium, & stupendum miraculum: & D. Chrys. serm. de Virgine, *Magnum*, inquit, *reuera miraculum fratres dilectissimi fuit beata semper virgo Maria*. Et D. Ioan. Damasc. orat. 1. de Mariæ natiuitate appellat Virginem miraculum omnium miraculorum maximè nouũ, imo & miraculorum abyssum, ita vt in ea tanquam in abyssо quadam profundissima multa lateant miracula, quę vt in abyssо recondita omnino penetrari nequeant: additq; *Sileat iã sapientissimus Salomon, nec iam nihil sub sole nouum esse affirmet*. Ecclesiastæ 1. Et quidem meritò, cum Hieremias exclamet cap. 31. *Creauit Dominus nouum super terram: fœmina circundabit virum*. Nec verò Patres dumtaxat Virginem miraculum appellant; sed idem etiam non obscurè innuunt sacræ literæ, veluti Exod. 3. cum rubus ille ardens in figuram Virginis magna visio appellata est à Moyse, hoc est, prodigiosa quædam visio. Aduerte autem Virginem fuisse miraculum non solùm comparatione operum naturæ; sed quòd magis est, cõparatione operum gratię. Pro cuius rei maiori intelligentia annotandum est ex D. Th. 1. p. q. 105. a. 7. miraculum dici ab admiratione, eamq; cõsurgere, cum effectus est manifestus occulta causa: verùm non quicquid, cuius causa latet, miraculum esse; sed illud tantùm, quod totius naturæ vires excedit: quæ enim causas habent naturales, etsi incognitas, non miracula, sed mirabilia appellantur. Illud aduertendum requiri præterea ad rationem miraculi, vt non fiat à Deo ordinariè, & cõmuni lege: itaque non sufficere effectum esse supernaturalem. Hinc enim est, quòd peccatoris iustificatio non dicatur miraculũ, etsi omnes naturę vires superat.

Exod. 3.

D. Thom.

Quid mirabile, & miraculum.

2

Ex his iam manifestè collige, cur Virgo inter omnes Sanctos miraculi appellationem mereatur: quanuis enim communis sanctitas cursum naturę superet; quia tamen innumerabiles in Ecclesia Sancti omni ætate floruerunt, nõ potuit eorum sanctitas rationem habere miraculi. At quoniam sanctitas Virginis, præterquam quòd fuit supra naturam, fuit etiam extraordinaria; imo sine exemplo: inde est, quòd miraculum, & prodigium optimo iure appellari possit. Itaq; sicut datur miraculum comparatione operum naturæ, quia excedit om-

D. Epiphan.

D. Chrys.

D. Ioan. Dam.

In B. Virgine multa latent miracula.

Eccles. 1.

Hier. 31. 22.

B. Virgo etiã comparatione operũ gratię miraculum.

nem ordinem naturæ: ita Virgo comparatione operum gratiæ miraculum fuit, quia in genere ſanctitatis fuit ſupra cõmunem ordinem gratiæ non tantùm in hominibus, ſed in ipſis etiam Seraphim ſupremis. Inde eſt enim, quòd Virgine cœlum ingreſſa eius magnitudine, & nouitate quaſi ad quoddã miraculũ omnes illæ cœleſtes Hierarchiæ in admirationem, & ſtuporem conuerſæ fuerint, quẽ admodùm ipſæmet confitentur Cant. 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens*, id eſt, prẽter communem legem gratijs circunfluens. Quo loco eſt aduertẽdũ nomen *deliciarum* hoc ipſum non obſcurè indicare: quaſi enim gratiarum omniũ delicias extraordinario more Deus in Virgine collocauit. Vt enim Principes prẽter communem hortorum nitorem ſolent viridaria pulcherrima regali planè magnificentia, & extraordinarijs ſumptibus ad ſui ipſorum delicias peregrinis plantis conſerere: ita videtur Deus prætor communes sãctorum hortos topiarium iſtud Virginis ad captandam auram delicijs omnibus, & extraordinariis quibuſdam plantis conſeruiſſe. Eundem Angelorum ſtuporem propter portentoſam Virginis magnitudinẽ intueri licet in illis Cherubim, quos prẽcepit Deus Moyſi, vt in propitiatorio collocaret, qui ſeſe mutuò reſpiciebant conuerſis vultibus in propitiatorium, qui eſſe ſolet admirantium habitus: quaſi enim ſtupefacti propitiatorio conſpecto ad ſe iterum admirabundi oculos cõuertebant. Nemo verò crediderit Cherubim in materialis illius propitiatorij obſtupuiſſe cõpectum, niſi propter myſterium, quippe qui intelligerent in eo & Chriſtum, & Virginem repræſentari. Porro ſciendum illos Cherubim ex traditione Hebræorum habuiſſe elegantiũ puerorũ formam, vnumq; ex iis marẽ, alterum fœminam fuiſſe, vt auctor eſt Arias Mont. in ſuo tract. de tabernaculo cap. de propitiatorio, vt ita Deus auctor naturæ mõſtraretur: quo fit, vt Virginẽ & natura, & gratia admirẽtur tãquã grãde quoddã & naturę, & gratię miraculũ.

Cant. 8. 5.

Eadem viridarium deliciarũ Dei.

Arias Mont. B. Virginem & natura admiratur, & gratia.

3

At quænam iſta miracula fuerũt? Reſpondet Epiphanius ſermone de laudib⁹ Deiparæ: *O Virgo ſanctiſſima, quæ exercitus Angelorum in ſtuporem deduxiſti: ſtupendũ enim eſt miraculum in cœlis mulier amicta ſole; ſtupendum miraculum, in cœlis mulier geſtans lucem in vlnis: ſtupẽdũ miraculũ in cœlis alter thronus Cherubicus.* Adde: ſtupendũ miraculũ in terris fœmina mater Dei, ſtupendum miraculum in terris fœmina mater ſimul, & virgo; ſtupẽdum miraculũ in terris fœmina maior mundo, quæ videlicet in vtero clauſit, quẽ totus non capit orbis: et ex D Baſilio in annunciatione Mariæ: *Vidit creatura, quod antea viſum eſt nuſquam, nẽpe prolem, quæ ſuæ matris erat parens, & infantem, qui genitricem ætate longè anteibat.*

D. Epiphan.

B. Virgo ſtupendum miraculũ, in cœlis, & in terris.

D. Baſil.

Nec uerò dumtaxat Virgo miraculũ eſt, ſed vt D. Ioan. Damaſ. elegãter dixit orat. 1. de natiuitate Mariæ, miraculorũ officina. Eundẽ loquendi modũ vſurpauit Andr. Hieroſolymit. ſermone in ſalutationẽ Deiparę, cum eam Verbi officinã appellauit: et Arnoldus Carnotẽſ. tractatu de laudibus Marię Spiritus ſancti officinã. Sed elegantiùs Damaſc. officinã miraculorũ: nimirũ ſummus illic miraculorũ opifex Deus, cũ ſparſis multis in locis miracula tanquã propria potẽtię ſuæ opera cõficeret, tãdem vt artẽ ſuam magis cõmendaret, ſacratiſsimã Virginẽ veluti quandã miraculorũ officinam decreuit extruere, ex qua tanquam ex officina omnia miracula prodirent: & qui miraculum aliquod eximium requireret, ad hanc accurreret officinam Virginis, vbi ea & plura, & maiora efficerentur. Atq; vt interim omittam innumera miracula, quæ quotidie intercesſione Virginis fieri cernimus, quis non videat optimo iure Virginem miraculorum officinam appellari poſſe propter myſterium incarnationis in ea perfectũ, quæ ab Eſai. cap. 10. conſummatio, & abbreuiatio dicitur, videlicet omniũ Diuinorum operum? Enim verò cum incarnatione admiranda quædam prodigia coniuncta ſũt, ex quibus Dionyſ. Carth. lib. 1. de laudibus Virginis art. 30. nõnulla cõmemorat, cuiuſmodi illa ſũt, infinitè diſtãtiũ immediata vnio, præſubſiſtẽtis perſonę vera generatio, Diuinę, & humanę naturæ hypoſtatica cõiunctio, ęterni recẽs productio, deniq; cũ humanitas ſit

4

D. Ioan. Dam.

Officina miraculorum. Andr. Hieroſ.

Arnol. Carnot

Eſai. 10. Incarnationis myſterium cõſummatio operum Dei. Charthuſian.

vnita Verbo personaliter, tamen nō vbi cūq; est persona Verbi, ibi & humanitatem esse. Sed vt vno verbo complectamur omnia, maximum omnium prodigium est ipsa Verbi incarnatio ex Virgine, quod vel simpliciter dictum tantum est miraculum, vt omnium miraculorū instar obtineat, quemadmodùm non obscurè indicat Esai. cap 7. vbi cum de mādato Domini diceret Achaz Regi Iuda, vt peteret sibi signum à Domino siue in profundum inferni, siue in excelsum supra: & ille per summam impietatem illis verbis occultaram: *Non petam, & non tentabo Dominum*, recusaret, subiūxit Prophe ta: *Propter hoc dabit vobis ipse Dominus signum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*, quod interpretatur, *nobiscum Deus*. Quibus verbis indicauit incarnationem verbi ex Virgine comprehendere in se omnia miracula, quæ siue in cœlo sursum, siue in inferno deorsum ab Achaz pro libito postulari potuissent: de quo loco fusiùs Sect. sequenti.

Idem mysterīū instar omniū miraculorum.

Esai. 7. 12. 14.

5 Quodnam verò maius miraculum, quàm illud, quod tempore Ezechiæ Regis cōtigit, cum in horologio Achaz patris eius sol decem lineis regressus Diuinam de Ezechiæ vita proroganda promissionem confirmauit? 4. Reg. 20. et Esaiæ. 38. quod sanè miraculum multò verius factum est in Virgine. Illa enim fuit horologiū quoddam solare, ac Diuinū, quod Christi solis iustitiæ & altitudinē, & declinationem monstrauit: eamq; virtus altissimi instar styli erecti ad cursū solis monstrandum obumbrauit. Denique sol iustitiæ decem lineis regressus Diuinas de generis humani salute, & redemptione promissiones impleuit. Decem, inquam, lineis regressus, quia minoratus paulò minùs ab Angelis per nouē Angelorum ordines descendens in decimam vsq; humanæ naturæ lineam remeauit. De Christo enim hanc horologij figurā accipit Eucher. lib. suo. 4. in libros Reg. cap. 28. quanquam aliter decem lineas interpretatur, quas non est huius loci commemorare. Accedit, quòd in Virgine, & ex Virgine formatus fuit Christus Dominus, qui summum quoddā per se prodigium fuit, vt vel hac vna ratione Virgo officina miraculorum dicēda sit. Quòd enim Christus summum quoddā prodigium, & miraculū fuerit, ipsemet confitetur Ps. 70. *Tanquam prodigium factus sum multis*. Cuius loci triplex est lectio: vna est, *Prodigium factus sum multis*, vt Vulgatus transtulit, redditurq; is sensus: Multi me refugiunt tāquam monstrū aliquod, & rem prodigiosam: vnde & me Samaritanum, & Dæmonium habentem vocāt. Quam expositionē sequitur D. Hieron. illiq; concinit, quod sequitur: *sed tu adiutor fortis*. Atq; id quidem magis conuenit Christo in passione, & cruce: maximum enim prodigium fuit videre hominem tam extraordinariè patientem, tanta animi æquabilitate, vt instar mōstri, & prodigiosę rei fuerit tam insignis patientia. Altera lectio est: *Tanquam portentum factus sum multis*: sic enim transtulit D. Hieron. in sua versione ex Hebrēo. Tunc verò significatur Christum fuisse insigne exēplum Diuinorum iudiciorum, & iræ aduersùs peccatores: siquidem eo quòd humani generis peccata in se ipso susceperit vindicanda, tanta in eum Diuino iudicio tormenta irruerunt: itaq; suo exemplo portendit, & significauit incredibilia peccantes apud inferos manere supplicia. Hoc eodem sensu Dominus cum præcepisset Esaiæ, vt nudus, & discalceatus incederet, subiunxit: *Sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus, & discalceatus, trium annorū signum, & portentum erit super Ægyptum, & super Æthiopiam*. Esaiæ. 20. Similiterq; Ezechielem cap. 12. ad captiuitatem, & transmigrationem populi designandam voluit instar transmigrātis sarcinas humeris portare, & de loco in locum per medium populi veluti peregrinum huc, & illuc discurrere: & subiunxit: *Quia portentum dedi te domui Israel*: imo ipsimet Sancti dum à Deo in hac vita laboribus exercētur, portenta quædam sunt, quæ mortalibus significant sempiternam felicitatem laboribus comparandam, & inferorum cruciatus pœnitentia, & laboribus redimendos. Sic enim accipiendum est illud Zach. 3. *Audi Iesu Sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portēdentes sunt*. Tertia lectio, quę iam ad rem facit,

4. reg. 20. Esai. 38.

B. Virgo horologium solare, ac Diuinum.

Eucherius.

Christus summum miraculum. Psal. 70. 7.

Vulgatus.

D. Hieron.

Patientia Christi prodigiosa.

D. Hieron.

Esaię 20. 3.

Ezech. 12. 6

Sancti portenta quędam.

Zach. 3. 8.

ea est: *Miraculum factum sum multis*: eamq; tradit Caiet. in sua ex Hebræo translatione, quanquam de Dauide interpretatur, qui dicatur fuisse miraculum sui tẽporis, quoniam adhuc puer vrsum, & leonem, imo & Gigantem interfecit: sed rectiùs ad Christum pertinet, qui maiori iure omnium seculorum miraculum fuit. Cum igitur Christus, qui summum, & maximum, imo solus per excellentiã miraculum fuit, ex Virginis vtero tanquam ex officina prodierit: quis iam dubitet Virginem illustrissimam quandam miraculorum officinam appellare, nec videat meritò Ioanni non quodlibet signum, sed signum magnum in cælo apparuisse? Atq; hæc de prima signi acceptione.

Caietan.

Christus per excellentiam miraculum.

Virginem esse signum magnũ, hoc est, vexillum magnũ.

SECTIO II.

1 PRIMA SIGni pro miraculo acceptione explicata iam dicendũ de secunda, qua signum pro vexillo sumitur, quæ non minùs, quàm præcedens in Virgine beatissimam conuenit. Primùm igitur Virgo fuit vexillum quoddam magnum, quod Deus suę potentię, misericordiæq; erexit: siquidem hæc in Virgine multò magis illuxerunt per incarnationis mysterium, quàm in cæteris omnibus operibus illustrissimis, quæ Deus in omni ętate confecerat.

B. Virgo vexillum potentię & misericordię diuinę.

2 Pro quo est aduertendum mysterium incarnationis peculiari quadam ratione appellari in sacris literis opus Dei, vt est perspicuum ex Abac. 3. *Domine audiui auditionem tuam, & timui: Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.* Quem locum vel ipsi Hebræi, vt testatur D. Hieron. ad Messiam spectare existimarunt, vocariq; à Propheta in memoriam ipsi Deo aduẽtum Messiæ tanto ante promissum. Porro obseruandum obiter pro *viuifica illud*, esse Hebraicè, חיה הוה à radice, חיה, quæ in cal significat viuere, & in piel viuificare, vt sit sensus vniuersa Dei opera ante incarnationem veluti mortua; postea verò per incarnationem fuisse viuificata ad eum ferme sensum, quo prima illa lineamenta, quibus pictor in tabella imaginẽ designat, mortua sunt, & postea cum superinductis coloribus illustrantur, spiritum recipere, & viuificari dicuntur: quare illud indicauit Propheta Deum per omnia opera præcedentia quasi quasdã lineas incarnationis descripsisse ad perfectam quandam imaginem suæ potentiæ, & misericordiæ exprimendam, randemq; per incarnationẽ eam quasi superinductis coloribus illustrasse. Dicitur etiam idem verbum de reparatione, & instauratione ædificiorum, quæ diruta, & collapsa fuerant, veluti. 1. Paralip. 11. *Ioab instaurauit residuum ciuitatis*: vbi D. Hieron. transtulit, *Extruxit*, seu *ædificauit reliqua vrbis*: iuxta quam acceptionem incarnatio fuit veluti quędam instauratio omnium ædificiorum, quę Deus extruxerat: omnia enim per peccatum veluti diruta, collapsaq; fuerant: quod etiam nõ prætermisit Paulus, cum dixit ad Ephes. 1. *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt*: et Amos. 9. *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo.* Altero etiam testimonio probatur incarnationẽ esse peculiari ratione Dei opus, quod desumitur ex Esai. c. 6. vbi Diuinæ personæ ita secum loquuntur: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Cum enim ait Deus: *Quis ibit nobis?* significat opus illud suum esse, ad suumq; honorem spectare: aliàs enim non dixisset: *Quis ibit nobis*: sed, quis ibit hominibus? notandusq; est maximus Dei affectus erga homines, si quidem vtilitatem hominum appellat suam: & obiter obseruandum mysterium Trinitatis in illa mutatione numeri, *mittam, & nobis*.

Abac. 3. 2.

Hebręi. Incarnatio per excellentiam opus Dei

Opera Dei per Incarnationẽ viuificata, & instaurata.

1. Paral. 11. 8. D. Hieron.

Ephes. 1. 10.

Amos. 9. 11.

Esai. 6. 8.

Affectus Dei erga homines.

3 Sed quare mysterium incarnationis peculiari ratione dicitur opus Dei? Duplici nimirum de causa: primùm quia fuit opus summę potentiæ; deinde quia opus summæ misericordię, quæ duo peculiaria sunt Diuinitatis iuxta illud Ps. 61. *Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi*

Ps. 61. 12.

Incarnatio opus potentię Diuinę. Luc. 1. 51.

Domine misericordia. Quòd autem incarnatio op⁹ fuerit sũmę potẽtię, ipsamet Virgo sanctissima significauit Lucæ 1. cum dixit: *Fecit potẽtiam in brachio suo.* Quo loco primùm aduerte incarnationem appellari per excellentiam non opus potẽtię; sed ipsammet potentiam Diuinam hoc sensu: *Fecit potentiam,* id est, operatus fuit incarnationis mysteriu m, quod tãtæ potentię est, vt appellari possit ipsamet Diuina virtus, & potentia. Secundò. Obseruandum hanc potentiam, siue hoc potẽtiæ opus eximium dici factum fuisse in brachio Dei, vt indicetur quantum conatum Deus in eo conficiendo adhibuerit, vt more nostro loquamur. Cœlos enim manu dumtaxat, imo & summis digitis formare suffecerat iuxta illud Ps. 101. *Opera manuum tuarum sunt cœli:* et Ps. 8. *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum.* Mirabilia etiam illa, quæ in Ægypto patrauit, vno digito effecisse memoratur Exod. 8. *Digitus Dei est hic.* At verò in incarnatione, quod erat opus maioris negotij, integro brachio potentissimo opus fuit; imo ad vltimum vsq; suæ potentiæ peruenit Deus. Verũ enim verò etsi omnẽ suam potentiã exerat, non potest ex genere operis maius opus efficere, quàm incarnationis mysterium: quam potissimùm ob causam in eo conficiendo comparatur figulo Hierem. 18. *Descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotã. Et dissipatũ est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusq; fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius:* in quo typo hominis lapsus, & instauratio exprimitur. Verè enim homo, quem Deus è luto formauerit, vas erat fictile, quod tã citò fractum est, vt adhuc voluẽte rota fractum fuisse videatur: idcirco enim dicitur: *Faciebat opus suum super rotam, & dissipatum est.* Verùm eo fracto figulus alterum vas longè pulchrius Christum videlicet efformauit, in quo genus humanum in primo Adam dissipatũ rursus tanquã in secundo instauraretur. Ratio verò similitudinis prẽter alia colligitur ex figuli descriptione, quę cõmemoratur Eccli. 38. *Figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & in numero est omnis operatio eius* (aliàs legitur, *numerata:*) *in brachio suo formauit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam:* vbi notanda sunt postrema illa verba: *Curuabit virtutem suam:* quasi enim necesse fuit, vt omnipotentiam suã Deus vsq; ad vltimum exereret, & quasi curuaret, & flecteret, vt ad tantum opus efficiendum pertingeret: imo innuitur quodammodò ipsam Dei potentiam tanti operis magnitudine, ac difficultate curuatam fuisse, quemadmodùm figulus flectit fortitudinem suam incuruãdo se deorsum ad perfectionem operis.

Pſal. 101. 26. Pſal. 8. 4.

Exod. 8.

In Incarnatione vsque ad vltimum potẽtiæ peruenit Deus.

Hierem. 18. 3.

Eccli. 38. 32.

Ex quibus iam liquidò patet incarnationem esse opus summæ potẽtiæ. Quòd verò præterea sit misericordię opus, dixit Zacharias Pater Ioannis Baptistæ, cũ de incarnationis mysterio loquens cecinit: *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti:* et in cantico Virginis: *Suscepit Israel puerũ suum recordatus misericordiæ suæ:* quasi enim prẽcedentibus seculis oblitus fuerat Deus misericordię potentiam magis, & iustitiam, quàm misericordiam ostẽdens. At qùe ad hanc ipsam misericordiam spectauit Abac. cap. 3. illis verbis: *Cũ iratus fueris, misericordiæ recordaberis,* hoc est, illius misericordiæ, quam promisisti de incarnatione Filij, vt videlicet cum iratus fueris, tantæ misericordiæ recordatione suppliciũ, & iram temperes. Quod verò hæc etiam misericordia sicut & potẽtia summa fuerit, nec maior ex genere esse potuerit, inde manifestè concluditur, quòd tanta fuit, quãta est ipsa Dei magnitudo: quemadmodùm non obscurè indicatur Eccli. 2. cum dicitur: *Secundùm magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est:* seu vt habetur Græcè: *Sicut magnitudo illius, sic & misericordia illius,* vt non sit tantũ sermo de misericordiæ attributo, prout est in Deo, sed etiam de eius effectu ad extra per incarnationis mysterium, in quo opere tanta reperta est misericordię magnitudo, vt maiorem Deus exhibere non possit.

4

Luc. 1. 70. 72.

Incarnatio sũmę misericordię opus.

Abac. 3. 2.

Eccli. 2. 11.

Cum igitur opus incarnationis Dei sit proprium propter potentiam, & misericordiam, quę in eo summa fuerunt, illud qùe in Virgine, & ex Virgine perfectum fuerit, meritò in ea Deus magnum suæ

5

potentiæ

potentiç, & misericordiæ vexillum erexisse dicitur: id quod disertis verbis dixit Esaias cap. 7. *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*: nam pro eo, quod nos habemus, *signum*, est Hebraicè תֹּאת, quod nomen etiam vexillum significat, vt patet Num. 2. *Singuli per turmas signa, atq; vexilla castrametabuntur*: vbi pro *signa* est Hebraicè *Otboth*. Verùm pro huius loci, quem iam superiùs retigimus, perfecta intelligentia sciendũ est Rasim Regem Syriæ, & Phacee Regẽ Israel conspirasse aduersùs Achaz impijssimum Regem Iuda, & Hierusalẽ grauissima obsidione cinxisse: Deum tamẽ misisse Esaiam, qui Achaz Regi pollicerẽtur fore, vt soluerẽtur obsidio, dubitanti q; Regi dixisse: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra*: quasi diceret, vt interpretatur D. Hieron. Vis, inquit, *vt scindatur terra, & grandi hiatu inferi pateant: an vt aperiantur cœli?* At Rex impijssimus respondit: *Non petam, & non tentabo Dominum*: quod non humilitatis fuit, sed impietatis, & superbiæ: sciebat enim, inquit Hieron. Rex impius si signum peteret, continuò dandum, Deũque, quod ipse maximè refugiebat, glorificandum præ omnibus idolis, quæ ipse venerabatur. Deniq; iratus Propheta, quod non solùm Prophetas persequerẽtur, eorumq; dicta contemneret: (hoc enim est molestum esse hominibus) sed etiam iubentis Dei sentẽtiç repugnaret, adiecit: *Propter hoc*, hoc est, quia times fore, vt Dei potentia, & bonitas declarẽtur soluta obsidione, & impleto signo, quod postulaueris, ob hoc ipsum, id est, vt Dei bonitas, potentiaq; resplendeant, *Dominus ipse dabit vobis signum*, hoc est, iuxta ea, quæ diximus, suç potentiæ, bonitatisq; vexillum eriget, quod omnibus sit conspicuum: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*. Itaq; vexillum Deus misericordiæ suæ, & potentiç erexit in Virgine tanquã in sublimi aliqua turri, quod à mortalibus omnibus videretur, & potentiam suam, ac bonitatem Gentibus omnibus prædicaret.

Esai. 7. 14.

Num. 2. 2.

Esai. 7. 11. 14. Achaz regis impietas. D. Hieron.

In Virgine tãquã in turri misericordiç vexillum erexit Deus.

Secundò. Est Virgo vexillum pulchritudinis: enim verò tot, tantisq; & naturæ, & gratiç dotibus eam Deus locupletauit, vt quasi vexillum pulchritudinis in vniuerso Sanctorum omnium exercitu gestare ipsa videatur. Et quoniam tã eximia pulchritudo omnium in se amorem, præcipuèq; ipsius Dei conciliabat, per antonomasiam, & quasi poetico more ea ipsa pulchritudo dicta est amor Cant. 2. vbi pro eo, quod nos habemus: *Ordinauit in me charitatem*: est ad verbũ in Hebræo, quemadmodùm trãstulit Sãct. Pag. *Vexillum eius super me amor*: nam vt superiore cõmentario ãnotauimus, verbũ *Dagal*, quod eo loco habetur, idem est, ac vexillari, seu vexillũ gerere, & significat, eminentem esse in re aliqua, sicut ducis est vexillum præferre, quod totus sequatur exercitus. Itaq; significatur Virginẽ totius probitatis, & gratiarum vexillum præferre, & cæteris omnibus excellere. Nec verò est insolens aliquid per excellentiam appellari in sacris literis amorẽ propter eximiã pulchritudinẽ: etenim eodem libro Cant. c. 3 cũ dicitur de ferculo Salomonis: *Media charitate*, seu *amore constrauit*, ibi charitas, siue amor pro ipso Salomone ponitur, qui propter pulchritudinem, quam in eo ferculo præ se ferebat, amor ipse per excellentiam dicitur, vt sit sensus *Media*, id est, sellã, quæ erat in medio ferculi, ipsemet amor, hoc est, Salomon occupabat, vt aliàs fusiùs diximus.

B. Virgo vexillũ pulchritudinis.

Cant. 2. 4.

Sanct. Pagn.

Item gratiarũ omnium.

Cant. 3. 10.

Porrò notandum duplici de causa vexillum in vrbe aliqua, seu turri collocari solere, tum vt argumento sit eam vrbem bello victam fuisse, sub eiusq; potestatem redactam, cuius est eiusmodi vexillum: tum etiam, vt indicetur eam vrbem non victam, sed victricem esse reliquarum, atque ei cæteram omnem regionem subiectam, eamq; vt principẽ, & vexilliferam agnoscere. Ob vtramq; igitur rationem vexillum pulchritudinis, siue amoris in Virgine erectum dicitur, tum quia ipsa à Deo victa per amorem fuerit; tum etiam quia ipsa Deum sua pulchritudine quodãmodò vicerit, & ad sese amandam, imo ad sibi parendum per carnis assumptionem pertraxerit. Et quidẽ, quòd Virgo victa à Deo fuerit, eamq; ob causam vexillum præferat

7

B. Virgo per amorem victa a Deo.

Cant. 5. 8.

ferat quasi subiecta, nō obscurè elicitur ex illis eius verbis Cant. 5. *Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo*: sanc tanquam victa amore sponsum suum de nocte quærebat, sauciata nimirum amoris eius telo, quod sanè simul cum manu per ostij foramen misit, cum eam ad se de nocte colligendum muitauit: hæsit enim iam inde infixa in eius corde nō lethalis, sed vitalis arundo amoris ab sponso contorta. Etenim pro, *langueo*, est Hebraicè, חולת שׁ ràdice, ח ל ה, quę non solùm ægrotare significat, sed etiam vulneratū esse, vt patet. 3. Reg. 22. *Educe me de exercitu, quia vulneratus sum*: vnde Septuaginta transtulerunt: *vt nuncietis ei, quia vulnerata amore ego sum*. Si igitur sponsa se vulneratam confitetur, planè bellum indicat, in quo, eam sponsus vulnerauerit, superauerit, subiecerit, vt vexillum amoris quasi eius captiua gestare meritò dicatur.

3. Reg. 22. 34

Septuag.

8

Eadem victrix Dei.

Cant. 4. 9.

Rursus, quòd Virgo sponsum sua pulchritudine superauerit, eamq; etiam ob causam tanquam victrix vexillum amoris gestet, sponsus ipse cōfitetur Cant. 4. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorū, in vno crine colli tui*: vbi Septuaginta pro: *Vulnerasti cor meū*, transtulerunt, ἐκπλήσσω σας, id est, *extordasti, & stupefecisti*: quanquam hanc sententiam non ad sponsum, sed ad filias Hierusalem retulerint transferentes: *extordasti nos*, vt filię Hierusalem eximia spōsæ pulchritudine quasi obstupefactæ fuerint: sed iuxta editionem vulgatam, sponsus est, qui loquitur, & confitetur se à Virgine victum, & quodammodò prostratū, eamq; sibi ita prostrato quodammodò blandè insultantem cor eripuisse, ita vt iam ipsius cor in Virginis potestate remanserit, eiusq; domina effecta fuerit. Atq; hinc colliges, cur sponsa sponsum cor suum appellauerit Cant. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat*: sic enim cum locū intellexit. R. Salom. *Cor meum vigilat*, id est, qui meum est cor, cum ego dormio, ipse ad me custodiendam vigilat. Et quidē meritò, cum enim cor sponso eripuisset, suumq; fecisset, potuit nimirum cum per illam amoris transformationem cor suū appellare quippe cum eo tanquam cor de iam viueret, vt siquis deinceps sponsum ei auferre conaretur, perinde faceret, ac si ei cor ipsum auelleret, viramq; eriperet. Hac igitur victoria, quā de sponso consecuta est Virgo tam opimis ei spolijs detractis, ipso nimirum corde, quid glorioſius esse poterat ad vexillum amoris erigendum in tam glorioſæ victoriæ monumentum?

Cant. 5. 2.

R. Salom. Sponsa sponsum cor suum cur appellauerit.

Sed elegantius est, quod sequitur: *In vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui*: quēadmodùm enim in bello primùm quis vincitur, deinde capitur, & ligatur tanquam captiuus: ita hoc loco fatetur spōsus se primùm sponsæ oculo tāquam telo deiectum, deinde tanquam captiuum ligatum eiusdem crinibus: hanc enim ob causam & oculi, & crinis fit mentio. Multò autē illustrior victoria redditur, cum tantus Rex non vtroq; Virginis oculo, sed vno tātùm victus, ac deiectus, nec tota eius cæsarie, sed vno tantùm eius crine, fragilisimo nimirum func ligatus dicitur: ex eo enim magis adhuc appareret Virginis pulchritudo, quæ sufficerit ad Regem potentisimum vel vno aspectu superandum, & vno tātùm crine vinciendum. Idem quoq; habes expressum illis verbis Cant. 7. quæ iam aliàs vberius obseruauimus: *Comæ capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus*: quem locum ita Septuaginta transtulerunt: *Cæsaries capitis tui sicut purpura, Rex ligatus in canalibus*: vbi crines sponsæ canalibus comparātur, quia crispantes capilli similes videntur vndātibus aquis per canales quasi crispato more decurrentibus. In suis igitur crinibus Virgo ligatum Regem quasi captiuū gerit, quem videlicet amoris telo deiecit, sibiq; per incarnationem subiectum reddidit, vt iam deinceps Salomon mulierem illam fortē quærere desinat Prou. 31. Quanquam & illis verbis mihi ille ad Virginem spectasse videtur, & dixisse: quis fortem illam mulierem tandem fortunatus inueniat, quę caput serpēris cōterere, & Regem potentisimum Messiā debet oculis suis capere, & aureis crinibus irretitum veluti captiuum per amorem gestare, toto orbe instar prodigij ostentandum? Hac igitur duplici de causa, quam cōmemorauimus, vexillum amo-

9

Virginis oculo tanquam telo victus Deus.

Cant. 7. 5.

Septuag.

Prou. 31.

ris erectum in Virgine dicitur.

9 B. Virgo fidei vexillum.

Tertiò. Est Virgo vexillum fidei, quia sub Virgine tanquam sub vexillo fides militat: etenim vniuersę fere Hæreses duo potissimùm fidei nostræ mysteria, TRINITATIS videlicet, & incarnationis oppugnarunt: vtrunque tamen ex Virgine facilè constituitur: nam eo ipso, quod mater Filij asseritur, simul & Diuinarum personarum pluralitas, & vera Verbi Diuini incarnatio astruitur. Quo sensu accipiendum videtur illud, quod de Virgine canit sancta Ecclesia: *Cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.* Quare iure optimo vexillum fidei appellari potest, sub quo militans fides de vniuersis suis hostibus glorioßissimè triumphauit. Nec multùm abhorret ab hac appellatione illa, qua vsus est Diuus Cyrillus Alexandrinus homilia sexta contra Nestorium, cum Virginem appellauit *Sceptrum orthodoxæ fidei*, vt si fides tanquam Princeps, ac Regina pingenda esset, ei Virgo pro regali sceptro apponenda foret.

Cyrill. Alex.

Ité fidei sceptrum.

10

Postremò est Virgo vexillũ, quò omnes præsidij causa confugiunt, cum se laboribus, tentationibus, persecutionibus, imo ipsa etiam Dei ira premi conspiciunt. Cur enim non ad Virginem referre liceat illud Regij vatis Psalmo quinquagesimo nono: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.* Nam quòd eo loco intelligendum sit vexillum, perspicuũ est ex Hebræo; vbi pro *significationem* habetur נס, quod nomen *vexillum* significat à radice נסס, quod est vexillum erigere. Vnde Rabbi Dauid in libro radicum, & in commentarijs de vexillo interpretatur. Idemque nomen habetur apud Esaiam capite vndecimo, cum de CHRISTO Domino dicitur: *Qui stat in signum populorum*, Hebraicè, *lenes*, id est, in vexillum, ad quem videlicet omnes homines, & vniuersi populi tanquam ad ducem vexilliferum, imo tanquam ad vexillum Patris sub eo militaturi confugiant. Et Numerorum vigesimo primo, cum est sermo de serpente illo æneo in figuram CHRISTI in cruce pendentis, dicitur ad Moysen: *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo*, Hebraicè, נס, id est, *pro vexillo*, vt indicetur Christum in cruce vexillum fuisse, quod Pater æternus tanquam in loco altissimo erexit, vt ad illud omnes, qui præsidium, & salutem optarent, possent tutò confugere. Ergo vt ad Virginem beatissimam reuertamur, dedit eam Deus tanquam vexillum timentibus nomen suũ, vt sub tanti vexilli præsidio fugerent à facie arcus, quem siue Deus ipse per labores, ac supplicia; siue Dæmon per tentationes intenderet: imo Hebraicè non est, *vt fugiant*, sed, *vt vexillentur*, siue, *vt instar vexilli axaltentur*, nimirum super inimicos suos, quemadmodùm Rabbi Dauid interpretatur. Sic enim, qui ad Virginem confugiunt, ipsi quoque super inimicos suos glorioßum victoriæ vexillum erigunt.

Pßal. 59. 6.

R. Dauid. Ad Virginem Filiumque tanquã ad vexillum præsidij causa fugiẽdũ. Esai. 11. 10.

Num. 21. 8.

R. Dauid.

Virginem beatissimam esse signum magnum sumpto signo pro scopo.

SECTIO III.

1

VPE Restat postrema signi pro scopo acceptio, quæ non minùs, quàm præcedentes in Virginem conuenit. Fuisse igitur Virginem signum magnum, hoc est, scopum ampliss imum, & omnibus conspicuum, in quem Heretici, Dæmones, omnesque CHRISTI hostes suarum persecutionum, & blasphemiarum per summam impietatem sagittas collimarunt, docet Thimotheus Presbyter Hierosolymitanus in oratione de Propheta Simeone, vbi vult de Christo simul, & Virgine accipiendũ esse illud Luc. 2. *Hic positus est in ruinã, & in resurrectionẽ multorum, & in signum, cui contradicetur.* Meritò etiam Ioannes Apoca-

Timoth. Hier.

Luc. 2. 34.

lypsis decimo tertio de Antichristo differens ait: *Datum est ei os loquens magna, & blasphemias: aperuitque os suum in blasphemias ad Deū, blasphemare nomen eius, & tabernaculū eius.* Quo loco per Dei tabernaculum ipsam quoque Virginem beatissimam possumus accipere, de qua cecinit Reg. vates Ps. quadragesimo quinto, *Sanctificauit tabernaculum suū altissimus.* Sic enim cum locum intellexerunt Methodius in Hypopantia Domini, & D. Athanasius in Euangelium de Deipara: cum enim viderent Hæretici non posse se in carnationis veritatem eleuare, nisi & virginitatem, & maternitatem Mariæ prius euerterent, aduersus eam sibi potissimum dimicandum putarunt, vt matris ignominia redundaret in filium. Id quod multò ante prædictum fuerat Genesis tertio, cum dictum est ad serpentem: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius:* quem locum in hanc eandem sententiam affert D. Bernardus sermone super *signum magnum.* Verè enim inimicitię sunt inter Virginem, ac Dęmonem, & Hæreticos eius administros, qui Virginis calcaneo insidiantur, cum eam illius pede opprimendi insectantur. Etenim Eluidius impiè dixit Virginem post Christi natiuitatem fuisse carnaliter cognitam à Ioseph, contra quem duobus integris libris acerrimè disputat D. Hieron. Alij Hæretici dixerunt Virginem non esse dicendam θεοτόκον, id est, Deiparam, sed χριστοτόκον, siue ἀνθρωποτόκον, id est, Christi, siue hominis matrem: in qua hæresi fuit Nestorius, qui impiè duas in Christo personas inuexit. Mahometani etiam negant Mariam potuisse esse Dei matrem: & idcirco negant Christi Diuinitatem. Mitto Marcionem, & Manichæos, qui negabant fuisse in Christo veram carnem, atque adeo astruebant Virginis carnem ad substantiam Christi minimè pertinere. Sanè optimo iure potest Virgo petræ illi comparari, de qua exiuit aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel, vt refertur Numerorum vigesimo. *Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis*, id est, sanctum se declarauit, conferendo videlicet beneficium in ingratos, & incredulos: verè enim ex Virgine egressa fuit aqua contradictionis, in qua iurgati sunt omnes Hæretici contra Dominum, qui tamen ijs omnibus compressis sanctum se, sanctamque simul Virginem declarauit. Quòd autem Virgo appelletur petra, perspicuum est ex loco illo Esaiæ decimo sexto: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de Petra deserti ad montē filiæ Sion:* quo loco petit Propheta aduentum Messiæ, vt aliàs aduersus Iudæos disputauimus. Per Petram autem deserti ad literam vrbs quædam Moabitarum intelligitur, ex qua erat oriunda Ruth, quæ ad genealogiam CHRISTI pertinet. Non desunt tamen, qui eiusdem petræ nomine Virginem adumbratam fuisse autument, in quibus est Abbas Guerricus sermone secundo de annunciatione beatę MARIÆ, vbi hanc reddit loci paraphrasim. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra deserti, hoc est, abscinde petram de petra, sanctum, & inuiolabilem sancta, & immaculata proferat virginitas.*

Cæterùm quicunque in hoc signum tela direxerunt, miserè omnes perierunt: idcirco enim Ioannes docet signum hoc in cœlo apparuisse, imo intra ipsum cœlum: (si quidem mulier illa pedibus lunam calcabat, atque adeo superior luna erat) Constat autem sagittas, quæ in cœlum iaciuntur in ipsos recidere sagittarios. Accedit, quòd nec ad cœlum vsque possunt pertingere, nec si pertingerent, mulieri intra cœlos inclusæ nocere potuissent, cum oporteret priùs cœlum ipsum penetrare, quòd fieri non potest. Itaque Virgo in cœlo, imo supra cœlum constituta nihil sibi timet à sagittarijs: quare illud tantùm superest, vt sagittę in ipsorum sagittariorum capita retorqueantur, quemadmodùm accidit omnibus Hæreticis: & vt vnum de multis exemplum in medium affe-

Apoc. 13. 5.

Ps. 45. 5.

Methodius. D. Athan.

Gen. 3. 15.

D. Bernard.

Hæreticorum probra in Virginem.

Num. 20. 13. De Virgine vt ex petra aqua contradictionis exiuit.

Esai. 16. 1.

Abb. Guerric.

2

ramus, constat Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum in Virginem, si quis alius, impium maximè, & sacrilegum extitisse, negasseque vt supra diximus, appellari posse Virginem θεοτόκον. Verùm quàm miserè perierit, inde est manifestum, quòd linguam illam, qua in Virginem blasphemauerat, ebullientes innumeri vermes tanquam satellites missi à Virgine certatim corroserunt, ac depasti sunt, vt refert Niceph. lib. 14. hist. Eccles. cap. 36. & Euagr. lib. 1. cap. 7.

Nicephor. Euagrius.

3 Atq; hanc etiam ob causam præter alias, quas sequenti commentario de mira Virginis pulchritudine commemorabimus, arbitramur eius collum Cant. 4. comparari turri Dauidicæ: *sicut turris Dauid*, inquit sponsus, *collum tuum, quæ ædificata est cũ propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cum enim collum sit ea in homine pars, quæ gladio feriri solet, vt significaret sponsus Virginẽ, quantumcunq; eius collum ab hostibus pateretur, nunquam tamen ei caput præcidi posse, hoc est, nulla vi eius præstantiam minui, comparauit eius collum turri Dauidicæ omnium armorum præsidio munitissimę: vt perspicuum esset gladiũ, qui in Virginis collum stringeretur, in scuta, & clypeos impenetrabiles incurrere, & præterea non solùm hebetari, sed etiam infringi. Idcirco etiam Virgo platano confertur Eccli. 24. *Quasi platanus exaltata sũ iuxta aquas*: quoniã platani folia referunt speciem scutorum, vt obseruauit Hugo Cardinal. Itaq; tot quasi scutis platanus cingitur, quot foliis vestitur, in typum videlicet Virginis, quę tot clypeis munitur, quot prærogatiuis exornatur: quo fit, vt hæreticus, qui Virginem insectatur, in scuta innumera, & instar foliorum implicita, totamq; Virginem protegentia necessariò incurrat. Illud etiam efficitur, vt qui ad huius platani vmbrã cõfugit, sub innumeris veluti scutis protectus lateat, atque adeo hostium ictus protegente Virgine tutus, ac securus irrideat.

Virginis præstantia nulla ui minuiq; potest.

Eccli. 24. 19.

Hugo Card.

B. Virgo tot clypeis munitur, quot prærogatiuis ornatur.

4 Comparatur etiam idem collum Virginis Cant. 7. turri eburneæ tum propter mirum puritatis cãdorem, tum propter terrorem, quem hostibus incutit vel ipso eboris nomine, quod quia dens elephanti est, ipso nomine deterret Virginis aduersarios, dum cogitant sibi cum elephantorum dentibus rem futuram. Quid ni eandem ob causam Virginem Salomonis throno comparauerim, quẽ duodecim leones seni ex vtraque parte per sex gradus ambiebant? 3 Regum 10. vt inter leones sibi incedendum persuadeat, quicunque ad hunc veri Salomonis thronum irreuerenter accedere tentauerit, à quibus momento temporis corripiendus, ac deuorandus sit. Meritò igitur concludit D. Bernardus, sermone super *signum magnum*: *Nimirum*, inquit, *ipsa est quondam à Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius planè calcaneo in multis versutijs insidiatus est, sed sine causa. Sola enim contriuit vniuersam hæreticam prauitatem: alius non de substantia carnis suæ Christum edidisse dogmatizabat: alius paruulum non peperisse, sed reperisse sibilabat: alius vel post partum viro cognitam blasphemabat: alius Dei matrem audire non sustinens magnum illud nomen θεοτόκος impiissime suggillabat. Sed contriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicunt omnes generationes.*

Cant. 7.

B. Virgo hosti bꝰ suis terror.

3. Reg. 10.

D. Bern.

Cur virgo dicatur in cœlo apparuisse?

SECTIO IIII.

I DVPLICEM ex positionem recipit hęc sententia: vna est, si ita legamus: *Signum magnum apparuit in cœlo*: quodnam signum? *Mulier amicta sole.* &c. ita vt ipsa mulier amicta sole lunam calcans pedibus, gerensque in capite coronam duodecim stellarum appelletur à Ioanne *signum magnum*: de qua expositione dicendum postea. Altera est, si ita contextum dispungamus: *Signum magnum*, videlicet mihi ostensum est: quodnam tandem illud? *Apparuit in cœlo mulier amicta sole*, vt miraculum in eo sit, quod mulier in cœlo posita, eaque amicta sole apparuerit

Ioanni in terrâ existenti, vt verbum, *apparuit*, non cùm signo magno, sed cum sequentibus verbis iungatur: de qua expositione in præsentia differemus.

2 Arbitramur igitur tanquam signum magnum commemorari à Ioanne, quòd ipsi mulier, eaq; amicta sole in cœlo apparuit: cum enim sol, qui centum sexaginta vicibus, vt Astrologi demõstrant, magnitudine terram superat, tam exiguus nobis appareat, sanè instar prodigij est, quòd mulier in cœlo constituta à Ioanne in terris agente videri potuerit, neque tanta distantia, solisq; ipse splendor satis fuerit ad eam occultandam. Quo mysterio mirum in modum resplendet Virginis magnitudo, quæ tanta est, vt eã neq; Christi solis iustitiæ eam ambientis splendor, & magnitudo obruat, neq; quę cunq; etiam summa distantia oculis eripiat. Sanè magnæ loco laudis dictum est de Ioanne Baptista Lucæ 1. *Erit magnus coram Domino*: parum enim esset magnum coram hominibus esse virum omni ex parte maximum: at coram Deo, qui immensus est, & cuius comparatione nihil sũt omnia, magnum esse, id verò eximiq; est, & extraordinariæ magnitudinis. Audi quid Esaias dicat cap. 40. *Ecce gẽtes quasi in stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: ecce insulæ quasi puluis exiguus. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.* In quem locum aduertendum est pro eo, quòd nos habemus, *momentum staterę*, esse Hebraicè שחק, quod nomen propriè significat tenuissimum puluerem, qui adhęret staterę. Itaq; sicut tenuissimus puluis staterę lancibus adhærens nihil addit ponderis: ita vniuersæ gẽtes coram Deo nullius sunt momenti. 70. transtulerunt: *Omnes gentes quasi stilla, & situla*: hoc sensu, quem nõnulli afferunt: sicut qui portat situlam plenã aqua, parùm curat, si vna excidat guttula: ita se habet Dei cõparatione scientia, & potestas omnium gentium, vt si omnes gentes perirent, perinde esset, ac si Deo vna guttula ex situla decideret. Esse autem sermonem de hominũ scientia ad literã, patet ex præcedẽtibus: *Quis adiuuit spiritũ Dñi? aut quis cõsiliarius eius fuit? Ecce gẽtes quasi stilla situlæ* &c.

Alij transferunt ex Hebræo: *quasi lenitas bilancium*: iuxta quam versionem significatur Deum, si velit, facillimè posse gentes conuertere: facillimum enim est bilances staterę in hanc vel illam partẽ vel minimo digiti impulsu inclinare. Adde illud etiam indicari, sicut in hanc, & illam partem facile est bilãces impellere: ita Deo facillimum esse mundi imperia in hanc, vel illam partem inuertere, vt quæ magnam in gloriam creuerãt, & altiùs quasi altera lanx staterę sublimior eminebant, facta rerum conuersione iterum decidant: & quę subiecta antea erant, in sublime rursus elata dominentur. Itaq; in hac bilancium similitudine non solùm Dei potentiam, sed rerũ humanarum omnium inconstantiam licet agnoscere. Id quod iam aliàs ostendimus ex illis verbis Prouerb. 8 *Ludens in orbe terrarum*, videlicet quasi pila, vt interpretatur Lyr. Quãta igitur erit Virginis magnitudo, quæ Dei ipsius vicinitate nõ obruitur, & solis splendore non ita vincitur, quò minùs appareat, & luceat, & tanto interuallo non occultetur? Quare meritissimò Ioannes id tãquam signũ quoddam magnum, prodigiumq; cõmemorauit. Ex quo illud etiam concluditur, quãtùm cęteris omnibus Sanctis Virgo antecellat, quippequi in cœlo positi prope Virginem videri à nobis in terra nequaquã possint. Vnde Petr. Damian. serm. de Assumpt. Virginis, *In illa*, inquit, *inaccessibili luce perlucens sic vtrorumq; spirituum, id est, hominum, & Angelorum hebetat dignitatẽ, vt in comparatione Virginis nec possint, nec debeãt apparere*. Hęc ille. Imo vt vno verbo dicamus, tanta est magnitudo Virginis, vt ex ea liceat infinitam Dei magnitudinẽ, & immensitatem conijcere, & quodãmodò dimetiri, nec Dei immensitas bene nota sit illi, qui non habeat satis exploratã Virginis magnitudinem, quemadmodũ disertis verbis dixit Petrus Chrysol. serm. 104. *Tanta*, inquit, *est Virgo, vt quantus sit Deus satis ignoret, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur*. Nec verò tãtùm solis amictus, & circunfusio ipsam non obscurauit: sed quod est longè mirabilius, magis apparere, & eminere fecit: quod contra accidit sideribus sole fulgẽ-

3

Mundi imperia inuertere Deo quàm sit facillimum.

Inconstantia rerum humanarum. Prou. 8. 30.

Lyran.

Omnibus sanctis quantum præstet B. Virgo. Petr. Damian.

B. Virgo quodãmodo mensura Dei.

Petr. Chrys.

te

B. Virginis mira excellentia.

Luc. 1. 15. Ioannis Baptistę excellentia.

Esai. 40. 15. 13.

Omnes gentes coram Deo instar guttulę.

te. Quòd enim ex ſolis vicinitate mulier magis apparuerit, quàm ſi abſēs ſol eſſet, inde oſtenditur, quòd huius mulieris magnitudo ex ipſius ſolis præſentia naſcebatur, & quò erat ſoli propinquior, eò maior extabat, vt ſuo loco oſtendemus, cum de hoc ſolis amictu diſputabimus.

4 B. Virgo cęleſte ſignum.

Secundò. Apparuit Virgo in cœlo tā quam cęleſte ſignum. Quemadmodùm enim Virgo vnū eſt ex duodecim ſignis Zodiaci: ita Ioannes eodem ſenſu Virginem hanc in cęlo ſignum magnum appellaſſe videtur, innuens eam eſſe vnū ex ſignis cęleſtibus, ſed prę cęteris admirabile Et quidem meritò: ſicut enim ſoldum obit ſignum Leonis, ardentiſsimus eſt, & noxius animantibus; ſed is ardor per ingreſſum eius in Virginem temperatur: ita Deus ante incarnationis myſterium perfectum in Virgine quaſi ſignū Leonis luſtrabat terribilis admodū mortalibus: ſed vbi ingreſſus fuit in ſignum magnum Virginis, ardorem & iram in homines mitigauit. Nec vacat myſterio, quòd Virgo cęleſte ſignum inter Leonē, Libramq; ſit conſtituta: nimirum Virgo beatiſsima Leonis iram, iuſtitiæq; rigorē diſiungit, & quaſi in medio collocata vtrūque tēperat, Leonis videlicet furore mitigato, & rigore ſtateræ tēperato. Quid enim ſupplicij nō inferret Leo Libręcō iunctus, hoc eſt, Deus iratus iuſtitiā exercens? Et quidem quod ad Leonem attinet, ad Deum Leonem ante incarnationem, mitigatum tamen in Virgine videtur ſpectaſſe Regius vates, cum dixit Pſ. 84. loquens de aduentu Meſsiæ: *Benedixiſti Dominè terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum: mitigaſti omnem iram tuā.* D. Hieron. tranſtulit, *Continuiſti*: ſed Hebraicè ad verbum eſt, *collegiſti*, hoc eſt, retraxiſti eo ſenſu, quo dictum eſt Ioelis 2. vbi habetur eadem vox Hebræa: *Stellæ collegerunt lucem ſuam*, id eſt, retraxerunt. Indicat verò verbum illud, *mitigaſti omnē iram tuam*, Deum olim inſtar leonis rugientem, & iratum hominibus, randē per myſterium incarnationis perfectum in Virgine manſuefactum, & tractabilē peccatoribus effectum.

Diuinę iuſtitię rigorē tēperat B. Virgo.

Pſ. 84. 2. 12.

D. Hieron.

Ioel 2. 10.

Per incarnationem manſuefactus Deus.

5 Quod verò ad iuſtitię ſtateram ſpectat, cuius etiam Virgo rigorem temperauit, non obſcurè, vt quidam volunt, ſignificatur illis verbis eiuſdem Pſ. *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit.* Pro quo aduertendum eſt Diuinam ſtateram duabus lancibus conſtare, vna miſericordię, iuſtitię altera: ſed ante incarnationē lanx iuſtitiæ magis ponderabat, & alteram miſericordiæ lancem in cœlum vſque eleuabat: ibi enim miſericordia in Angelis præcipuè ſplendebat. At per Virginē factum eſt, vt præpōderaret Lāx miſericordiæ, ad terrasq; vſquè deſcendens iuſtitiam in ſublime ferret. Quare hunc ſenſum recipiunt verba, quę citauimus, *Veritas de terra orta eſt*, id eſt, vt interpretatur D. Aug. Chriſtus ortus eſt de Virgine: ſimulq; cū illo apparuit in terra veritas completę promiſsionis de miſericordia largienda hominibus. Itaquè altera miſericordiæ lanx beneficiorum pondere preſſa ad terras vſquè deſcēdit: *& iuſtitia de cœlo proſpexit*, id eſt, altera iuſtitiæ lanx, quæ antea in terris videbatur, iam in altū euecta in cœlo apparuit, prę ponderante nimirum lance miſericordiæ. Scio ſenſum literalem eum eſſe præcipuum, vt commemoretur fœcunditas bonorum ſpiritualium Meſsiæ tempore futura, ſignificeturq; tantam fore ſpiritualium bonorum affluentiam, vt terra nihil aliud videatur, quàm veritatem germinare, & cœlum iuſtitiam depluere. Fauetq; vox Hebręa, nam pro, *orta eſt*, habetur Hebraicè תִּצְמַח, id eſt, *germinabit*, à radice צָמַח.

Miſericordię lanx poſt incarnationem ponderat magis.

D. Aug.

Bonorum ſpiritualium fęcunditas tempore Meſsiæ.

6 Porro in eo etiam hoc ſignum Virginis eſt admirabile, quòd poſtquam ſol in illud ſemel per incarnationem, & miſericordiam fuit ingreſſus, nunquàm ampliùs inde exierit, contra quàm ſoli accidit, qui ſingulos menſes in ſingulis ſignis obeundis cōſumit. Vnde meritò Ioannes hoc ſignum non qualecunq;, ſed *magnum* appellauit, tantę videlicet magnitudinis, vt ſemper ſit, quod à ſole luſtrari poſsit. Sunt enim innumeræ rationes in Virgine, propter quas Deus ad beneficia mortalibus cōferēda permoueri poteſt: quę quia nunquam in ea deficient, nunquam etiam ſol ex hoc Virginis ſigno egredietur. Itaquè Virgo Leonis iram

Sol iuſtitiæ ſemper in Virgine.

cohibuit

Per Virginem irã suã quã deposuerit Deꝰ.

cohibuit, rigoremqùe iustitiæ temperauit: imo vsqùe adeo Deus per Virginem iram deposuit, vt manus sibi omnino teneri, vinciri, imo & in cruce fixas esse voluerit, ne sese ad puniendum mouere vllo modo possent: quæ est annotatio

Georg. Venet. Georg. Venet. tomo 1. problem. in sacram scrip. sect. 5. probl. 338. vbi obseruauit Deum priscis temporibus plena vtraq; manu punire solitum, atq; ideirco decem plagis Ægyptum percussisse, quia vtraq; manus aperta, & extenta in decem digitos fuit super Ægyptios: vnde dictum est Exod. 8. *Digitus Dei est hic.*

Ante incarnationẽ vtraque manu puniebat Deꝰ. Exod. 8. 19. Cęterùm post incarnationem vtranqùe istam manum cohibiram, imo & in cruce validissimis clauis confixam, ne sese ad puniendum excitaret: imo eo habitu, & forma expansas manus, vt Patrem exorarent, eumq; nobis conciliarent. Adde eo etiam habitu amplexantis speciem retulisse: hanc enim ob causam præter alias Christus brachium Patris dicitur

Esai. 53. 1. Christo tanquam brachio suo homines amplexat? est Pater. Esaię. 53. *Brachium Domini cui reuelatum est?* quia videlicet Christo tanquam brachio Pater in humani generis collum extento amplexatus fuit mortales in signum beneuolentiæ, & factę iam per Christum reconciliationis.

7

Eandem Virginis potentiam ad Dei furorem mitigandum alia quoq; similitudine desumpta ex rhinocerote animali ferocissimo illustrare possumus, de quo

D. Greg. illud refert D. Greg. lib. 31. Mor. c. 13. tãtæ esse fortitudinis, vt nulla vi capi possit, nisi miro quodã artificio. Virgo enim ei puella proponitur, quæ venienti sinũ aperit, in quem ille omni feritate deposita caput iam mansuetus infert: itaq; ab eis, à quibus quæritur, repente velut inermis inuenitur. Id quod ad rem præsentem maximè pertinet: quòd enim Christus rhinoceroti comparetur, patet ex

Deut. 33. 17. Deut. 33. vbi Moyses in benedictione Ioseph sic ait *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* Sunt & aliæ quoque huius similitudinis rationes. Primùm, quia rhinoceros cum elephante bellum gerit, eumq; cum aggreditur eo cornu, quod nare gestat, in ventrẽ elephãtis adacto interimit: ita enim

Rhinoceroti cur comparetur Christus. Christus Damonem cornu Diuinitatis euertit. Deinde, quoniam vt loco Deut. citato dicitur, instar rhinocerotis vnico Diuinitatis cornu suos omnes inimicos ventilauit, gentesq; vniuersas suo imperio subiecit. Hic igitur rhinoceros ferocissimus ante incarnationem existens, & omnino insuperabilis tandem ad conspectum Virginis ferocitatem deposuit, & mitissimus in eius sinum immisso capite sese ab omnibus capi, vinci, imò & vinciri passus est: sic enim hoc rhinocerotis capiendi artificium Virgini accõmodat Dionys. Carth. lib. 3 de laudibus

Dion. Carth. Virginis art. 22. Itaq; impletũ est illud, quod tanquam adynaton, & impossibile Deus Iobo proponebat cap. 39. *Nunquid*

Iob. 39. 12. *volet rhinoceros seruire tibi? aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerota ad arãdum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te? Quid enim?* nonnè hunc rhinocerota in præsepio vidimus? nonne cruce vt aratro terram proscidit, vt nobis gloriam inde nascituram seminaret?

8

Cæterùm D. Hieronymus in cõmentarijs eius loci, cuius expositionem obiter perstringẽdam duximus, per rhinocerota Gentilem populum intelligit, qui

D. Hieron. Gentilis popul⁹ ante Euãgelij prædicatiõnẽ rhinoceros. antea superbus, & indomitus tandem victus prædicatione Euangelica Ecclesiæ seruiuit, alligatus nimirum charitatis loro. *Lorum*, inquit, *charitatem Christi intelligere debemus, de qua loquens Apostolus ad Coloss. secundo ait: Copulati in charitate: cuius vinculis*

Coloss. 2. 2. *colligãdos mortales Esaias olim prædixerat cap. 45*

Esai. 45. 14. *Labor Ægypti, & negociatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, & post te ambulabũt, vinčli manicis pergent. Et Dauid exponens, quemadmodùm charitatis vinculis per ministros verbi Dei vinciendi essent credentes, ita loquitur*

Ps. 149. 8. *Ps. 149. Ad alligandos Reges eorum in cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quorum vinculorum nominibus charitatis Christi fortitudinem voluit demonstrare, quæ etiam fortis, & potens in manicis ferreis ad amorem Domini constringit.* Hæc Hieronymus.

9

Postremò apparuit Virgo in cœlo, quia tota fuit cœlestis, nihilq; habuit terrenũ:

In B. Virgine terrenũ nihil. quam ob causam adumbrata fuit in throno illo sapphirino, super quẽ Deus ipse residebat, vt refertur Ezech. 1. *Super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium,*

Ezech. 1. 26.

quasi

quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Constat enim sapphirum esse cœlestis coloris, vnde pieriq; in eum locum docent per firmamentũ posse intelligi Angelos, per thronum autem sapphirinum super firmamentum collocatum beatissimam Virginem, quę super omnes choros Angelorum fuit euecta: thronum, inquam, non iudicij, & vindictæ, sed misericordię, & gratię iuxta illud ad Hebr. 4. *Adeamus cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam in auxilio opportuno.* Non vacat autem mysterio, quòd super hũc thronum sapphirinum homo quidam ex electro residebat, qui Christum natũm ex Virgine figurabat: & meritò quidem ex electro, quia in Virgine residens benignus est omnibus, & misericordiæ suę electro ad se amandum attrahit vniuersos. Ipse etiam solus super thronum residet, quia solus matris suæ merita, & gloriam trãscendit. Porro vsq; adeo Virgo sapphirina est, hoc est, cœlestis, vt fundata in sapphiris dicatur Esai. 54. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles*: quo loco est sermo ad literam de Ecclesia per Christum fundãda. Nec enim, vt nugantur Hebræi, ad Hierusalem illam materialem pertinere potest huiusmodi fabrica. Et quidem lapides per ordinem sternendi significãt Ecclesię ministros suo quenq; gradu, & ministerio disponendos iuxta illud 1. ad Cor. 12. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores*, quorũ quisq; suo gradu cõtẽtus esse debet: ideo sternẽdi dicũtur per humiliratem, & charitatem ordinandi, vt nimirum sinant se sterni, & ex Architecti præscripto ordinari. Fundanda etiã dicitur in sapphiris, id est, in hominibus planè cœlestibus, cuiusmodi Apostoli fuerunt, qui fundamenta Ecclesiæ appellãtur ad Ephes. 2. *Superædificati super fundamentum Apostolorum*. Propugnacula iaspidis sunt Martyres propter fidei fortitudinem, & venas effusi sanguinis. Dicitur autem inter alia iaspis vim habere contra phantasmata, quia nihil fortiùs Martyrum exemplo ad inanem mundi gloriam contemnendam, quæ instar phantasmatum aliquid primo aspectu esse apparet, sed nihil habet solidi: nihil etiam aptius ad vana Dæmonum terriculamẽta vincenda, laboresq; omnes animi magnitudine superãdos, quę omnia præ Martyrum laboribus, ac tormentis quasi inania quędam phantasmata iudicanda sũt. Portę ex lapidibus sculptis viros probitate excellẽtes, potissimumq; religiosos, prædicatoresq; significãt virtutũ omniũ sculpturis exornatos, qui portę dicũtur, quoniã alijs aditum in cœlum verbo, & exemplo patefaciunt. Deniqùe lapides desiderabiles omnes in vniuersum fideles, qui animum student virtutibus excolere.

Sed quanquam de Ecclesia ad literam sit hoc Esaię vaticinium accipiendum, iure tamen optimo Virgini etiã potest accõmodari propter virtutũ omniũ, & gratiarum varietatem simul, & pulchritudinem, quæ ijs pretiosorum lapidum generibus explicantur. Illud præcipuè ad rem facit, quòd dicitur fundanda in sapphiris, qui lapides sunt cœlestis coloris. Verè enim Virgo beatissima fuit in sapphiris fundata, quia omnes eius virtutes, & gratiæ cœlestes planè, ac Diuinæ fuerunt. Nec prętereundum, quòd non *ædificata*, sed *fundata* in sapphiris dicitur, quoniam etiam ea, quæ in Virgine inferiora videbantur, & quasi totius ædificij fundamenta, cælestia planè fuerunt: potissimùm verò eius humilitas, in qua tanquam in sapphiro fundata cœlum quoddam splendidissimum retulit. Accedit, quòd sapphirus, si excellat, insigniri solet pulcherrima stella, vt colligitur ex Plin. lib. 37. cap. 9 quòd pręcipuè ad Virginem pertinet, quæ sapphirus fuit gerens pulcherrimam stellã, hoc est, Christum, qui stella appellatur Apoc. 2. *Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam*, id est, me ipsum, vt nonnulli interpretantur. Deniq; cur non dicatur Virgo omnino cœlestis, quam sol vestit, Luna calceat, stellæ coronant?

*

B. Virgo thronus sapphirinus.

Hebr. 4. 16.

Christ⁹ in Virgine & benignus omnibus, & attrahit vniuersos.

Esai. 54. 11.

Ecclesię fabrica quàm sit elegans.

Cor. 12. 28.

Apostoli Ecclesiæ fundamenta & cœlestes homines. Ephes. 2. 20.

Martyres Ecclesiæ propugnacula.

Religiosi, & prędicatores portæ Ecclesię.

10

Virginis virtutes omnes cęlestes.

Plinius.

B. Virgo sapphirus stella t. Christo insignita. Apoc. 2. 28.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De Virgine Dei para, in quo mulieris appellatio explicatur.

De nomine sanctissimæ Virginis.

SECTIO PRIMA.

1 SEQVITVR ORDINE in visione Ioannis explicandum, cur Virgo sanctissima dicatur mulier. Et quoniam postulat doctrinæ ratio, vt non solũ, cur Virgo appelletur mulier, sed etiam qualis mulier illa fuerit? doceamus: disputabimus hoc cõmentario de eximia Virginis forma, vel de duplici & animi, & corporis pulchritudine: hæc enim solet esse præcipua in fœminis prærogatiua. Sed priùs de excellentis huius mulieris nomine differendum.

2 Pro ampliori igitur cognitione eorũ, quæ dicturi sumus, oportet altiùs repeti to principio aduertere tria esse Hebræa nomina tetragrammata, vel quadriliteratra mysteriorum pleniſsima, & quę maximè pertinent ad excellentiam nominis Mariæ explicandam. Primum est nomẽ Dei ineffabile, quod ab Hebræis dicitur, *Sem hammephoras*, id est, nomen expositũ: id nomen cõmuniter dicitur *Iehouah*: sed multò verius est germanã eius nominis pronunciationem ignotam veteribus fuisse, & adhuc ignorari: vnde quidam efferebant *Iahoh*, vt Clemens Alex. lib. 5. Strom. alij *Iauch*, siue *Iah*, vt Theodoret. in quæst. super Exod. q. 15. Nullus verò antiquorum *Iehouah*, vt modò cõmuniter pronunciatur, imo omnes eiusmodi nomen ἀνεκφώνητον, id est, ineffabile appellarunt: quemadmodùm docent D. Hieron. epist. 136. ad Marcel. D. Greg. Nazian. orat. 4. de Theologia, Origen. hom. 14 super Num. Euseb. Cæsar. lib. 11 de præpar. Euang. c. 8. Theodoret. loco citato: quanquam Hebræi dicant appellari ineffabile, nõ quòd pronunciari nõ possit, sed quòd nemini illud pronuncia re licitum fuerit, præterquam summo Sacerdoti, idq; solùm in benedictionib⁹, quæ fiebant in templo: imo putabant, si quis illud irreuerenter pronunciasset, fore periculum, ne rueret vniuersa mundi fabrica. Itaque vbicunq; illud in sacris literis offenderent, loco eius legebant *Adonai*, vel *Elohim*. Cæterùm licet eius germana pronunciatio ignota sit, illud constat nomen esse tetragrammaton, id est, quatuor literis constans consonantibus, quæ sũt iod, he, vau, he יהוה. Quænam verò puncta, quibus loco vocalium Hebræi vtuntur, subintelligenda sint sub eiusmodi consonantibus, hoc verò dicimus ignotum olim fuisse vel ipsis Hebręis, quippe qui sine punctis legebant. Punctorum enim vsus, & inuentio fuit à posterioribus Hebræis excogitata, ne lingua Hebræa penitùs interiret: id quod factum fuisse anno quadringentesimo trigesimo sexto ab euersione tẽpli Hierosolymitani, hoc est, anno Domini quadringẽtesimo septuagesimo sexto apud Tyberiadem Palæstinæ existimat Helias cuita Germanus in præfat. Massereth.

3 Quod ad mysterium nominis pertinet, primò certum est vel ipsis Hebræis auctoribus nomen hoc ineffabile nunquam tribui in sacris literis nisi Deo per essentiam: ex quo multa testimonia aduersùs Hebræos depromuntur ad probãdam Diuinitatem Messię, cui in sacris literis sæpissimè nomen ineffabile tribuitur, veluti Hierem. 23. *Suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium, & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter:*

Tria nomina tetragrãmata apud Hebræos.

Clem. Alex. Theodor.

D. Hieron. Greg Nazian. Orig. Euseb. Cæsar.

Theodor.

Nomen Dei cur ineffabile.

Punctorum inuentio quando excogitata ab Hebręis.

Helias Leuitæ.

Nomen ineffabile solum tribuitur Deo per essentiam.

Hierem. 23. 5.

&

& hoc est nomen, quod vocabunt eum, Iehouah iustus noster. Quo testimonio cum se premi viderent Hebrçi, conati sunt immutatis punctis textum corrumpere, & pro יקרא, i. *vocabit* facere יקרא, id est, *vocabit*, vt sit sensus Messiã vocaturũ Deũ *Iehouah, iustum nostrum*; non ipsum appellãdum *Iehouah*. Quorum tamen corruptelam manifestè redarguit Paraphrastes Chaldaicus, cum ita transtulit: *Hoc est nomen, quod ipsi vocabunt eum, Iehouah, iustus noster*. Mitto sexcenta alia testimonia, quę nõ est huius loci cõmemorare. Secundò. Nomen ineffabile in antiquis Hebrçorum codicibus reperitur compendio literarum scriptum tribus literis iod in trianguli formam dispositis suppositio vno camets, & vno circulo inclusis: id quod ad sanctissimæ Triadis mysterium significandum pertinebat. Enim verò quoniam Iod interpretatur principium, ratio autem principij conuenit omnibus tribus personis Diuinis comparatione creaturarũ: idcirco tres Diuinæ personæ per tria iodim exprimebantur. Includebantur autem tria illa iodim vno circulo tum ad significandam naturæ Diuinæ in tribus personis idẽtitatem, quod etiam per camets suppositum innuebatur, tum vt indicaretur personas Diuinas cõparatione creaturarum non tria esse principia, sed vnũ dumtaxat principium. Tertiò. Ipsis literis nominis ineffabilis explicitè positis idem Trinitatis mysterium innuitur, vt expendit Galatinus libro secũdo arcanorum Catholicę veritatis capite decimo. Prima enim litera Iod, quæ interpretatur principiũ, significat Patrẽ, qui principium est reliquarum personarum. Secunda he, quę esse, vel viuere significat, innuitur persona Filij, in quo omnia vita erant. Tertia vau, quæ apud Hebrços est dictio copulatiua, notat Spiritum sanctum, qui nexus est Patris, & Filij, cum sit vtriusque amor. Quarta est He, geminatur enim secunda litera, quæ Filium innuit, duplicem ob causam: vna est, quia solus Filius habet relationem producentis, & producti, cum Pater sit producens, & non productus; Spiritus sanctus productus, & nõ producẽs. Altera propter duplicẽ naturã, & vt in ipso nomine ineffabili mysterium incarnationis etiam ineffabile declaretur.

Paraph. Chald

Sanctiss. Triadis mysterium literis nominis ineffabilis innuitur.

Galatinus.

Quartò. Ex quatuor literis nominis ineffabilis Hebrçi tria nomina cõficiũt: vnũ est *Iah*, quod Deum significat, estq; finis vocis *Hallelu ah*, i. *laudate Deũ*. Hoc nomen volũt designare personam Patris. Alterum est הו, quod interpretatur *ipse*; Filiumq; designat, quem Prophetæ venturum, & digito monstrãdũ pronunciarunt iuxta illud Esaiæ capite trigesimo quinto: *Deus ipse veniet, & saluabit vos*: & Esai. quadragesimo secũdo: *Ego Deus, Ipse est nomen meũ*. Sic enim transferri potest ex Hebræo, pro quo nos habemus: *Ego Dominus, hoc est nomen meum*: *Hu* enim, id est, *Ipse* apud Hebræos etiam est Dei nomen. Vnde R. Moyses Gerundensis super illa verba Leuit. 26. *Ambulabo inter vos, & ero Deus vester*: sic ait. In futuro tẽpore pueri Israelitici Deũ sunt digito demonstraturi iuxta illud Esai. 25. *Ecce Deus noster iste, expectauimus eum*. Tertiũ nomen est *Vehu*, hoc est, *Et ipse*, designatq; Spiritũ sanctũ: quià ipse quoq; visibiliter mittẽdus erat per visibile signum, tametsi absq; vllius naturæ hypostatica vnione. Quintò. Literæ nominis ineffabilis cõponunt tria tẽpora, id est, præteritum, præsens, & futurum, nimirum היה, id est, *fuit*; הוה *est*; & יהיה *erit*. Itaq; eodem nomine ineffabili æternitas Dei explicatur. Imo non sine probabilitate Aug. Eugub. in annotat. super Exod. c. 3. existimat nomen ineffabile nihil aliud esse, quàm tertiã personã futuri verbi substantiui, quę tertia persona habetur Exod. 3. cũ Deus dixit Moysi: *Ego sum, qui sum*: nã si ad verbum trãsferas ex Hebrço, dicendum est: *Ero, qui ero*: hoc enim significãt illa verba אהיה אשר אהיה: volũtq; nõnullis eo loco posuisse Deum nomen ineffabile, quod nihil aliud sit, quam tertia illa persona futuri. Verũ quoniã apud Hebræos futura pro præteritis, & præsentibus vsurpari solent, cum Deus dicit: *Ero, qui ero*: omnia tempora complectitur. Postremò. Nomen ineffabile in aurea lamina insculptũ gestabat summus Sacerdos tiarę impositum, & à fronte pendens, quemadmodùm præcipitur Exod. 28.

4

Item & mysterium Incarnationis.

Ex literis nominis ineffabilis quot nomina conficiant Hebrçi. Esai. 35. 4. & 42. 8.

R. Moyses. Leu. 26. 16. 12.

Esai. 25. 6.

Item quot cõponant tẽpora

Aug. Eugub.

Exod 3. 14.

Exod. 28. 36.

Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cœlatoris Sanctum Domino. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram imminens fronti Pontificis. Quo loco per *sanctũ Domino* D. Hieron. ad Fabiolam de veste sacerdotali intelligit nomen ineffabile. *Octana*, inquit, *est lamina aurea, in qua scriptum est Dei nomen Hebraicis quatuor literis iod, he, vau, he, quod apud illos ineffabile nuncupatur.* De eodẽ nomine est sermo Sap. 18. *Magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat*: quibus verbis nomen ipsum ineffabile appellatur per excellentiam *magnificentia Dei*, eo quòd Deũ non per ordinem ad creaturas, sed vt in se est, significet.

Nomen ineffabile gestabat in fronte summus Sacerdos. D. Hieron.

Sap. 18. 24.

5

Secundùm nomen tetragrammaton est nomen seruatoris nostri, qui Hebraicè appellatur ישוע, cõstatq; quatuor literis, nimirum iod, schin, vau, & ghain, à radice, ישע quę & salutare, & salutem significat. Qua quidem etiam in re Hebręi nobis aduersantur non ferentes seruatoris nostri nomen tetragrammaton esse, & à salute deriuatum: itaq; non esse appellandũ ישוע *Iesuagh*, sed *Iesu*, vt nos dicimus, tribus tantùm literis iod, schin, & vau: in quibus etiam est Helias Leuita Germanus. Circunfertur etiam in plumbeis imaginibus (quarum vnam vidimus) insculpta imago Christi cum inscriptione Hebraica nominis Iesu per literas aleph, iod, schin, & vau: sed perperam, omnino enim in nomine Saluatoris ponenda est litera ghain, vt à salute deriuari possit, vt inferiùs dicemus. Quare rumpãtur licet Hebræi, Saluator *Iesuagh* appellatur nomine tetragrammato, siue quadrilitero, & deducto à salute: id quod in primis multò ante aduentum Christi affirmauit R. Haccados summæ apud Hebrœos auctoritatis, qui floruit tempore Consulum Romanorum. Is enim (vt refert Galat. in lib. 3. arcan. cap. 18.) Antoninum Consulẽ alloquens sic ait: *Quia Messias homines saluabit, vocabitur Iesuagh: gentes autem alterius nationis, quæ fidem eius sectabuntur, vocabunt eũ Iesum: & propterea inuenies hoc nomen Iesus designatum in textu Gen. 49. Veniat, qui mittendus est, & ipse. Si enim accipies in Hebræo primas literas harum dictionum, conficies nomen Iesu.* Hæc R. Haccados, quem Iudæi *Magistrũ sanctum nostrum* vocant. Non continetur autem in iisdem literis nomen ipsum integrum Iesuagh, sed Iesu, vt nos appellamus, vt indicaretur ita à Gentibus appellandum. Vt verò id ita esse intelligas Hebręę dictiones sunt huiusmodi: ישילה ולי. Eodem artificio vsa est Sibylla Erythræa, quæ circa tempora Ezechiæ Regis floruit: ea enim quædã Græca carmina de Christo composuit, quorũ primæ literę, vnde inchoantur, conficiũr huiusmodi sententiam: Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, id est, *Iesus Christus Dei filius Saluator*, vt auctor est D. Aug. lib. 18. de ciuit. cap. 23. Secũdò. Probatur seruatoris nomen scribendum esse Hebraicè quatuor nominatis literis ex Hebraico Euangelio, quod Matthæi nomine circunfertur, vbi capite 1. ita legimus. *Virum Mariæ, de qua natus est Iesuagh.*

Helias Leuita

R. Haccados.

Gen. 49. 10.

Sibylla Eryth.

D. August.

Matth. 1. 16.

6

Tertiò. Ex titulo Dominicæ crucis, qui Romæ in sancta cruce in Hierusalẽ etiam nunc visitur, vbi *Iesuagh* scriptũ est per quatuor literas, vt refert Pagninus in suo Hebraico dictionario, quẽ citat Cornel. Iansen. in Concord. Euang. cap. 7. idemq; restatur Xystus Senens. lib. 2. suæ Biblioth. in Põtio Pilato, vbi affert titulum crucis Hebraice, Græcè, & Latinè, & in titulo Hebraicè cõscripto habetur nomen Iesuagh. Cõfirmatur, quia vt refert frater Rodericus de Yepes Hieronymianus in sua Palæstinæ descriptione, & Christi peregrinatione, sententia Pilati aduersùs Dominũ pronunciara inuenta fuit Amitherni Hebraicis literis cõscripta: vbi etiã nomẽ seruatoris ponebatur Hebraicè *Iesuagh*. Denique Gabriel Luce 1. dixit seruatorem appellandũ IESVM à saluando: *Vocabis nomen eius IESVM: ipse enim saluũ faciet populum suũ à peccatis eorũ*: vbi manifestè tradidit etymon nominis: non potest autem deriuari à salute, nisi sit Iesuagh cum ghain infine: salus enim Hebraicè est iasagh per ghain in fine, vt diximus.

Titulus S. crucis visitur Romæ. Pagninus.

Iansenius. Xyst. Senens.

Roder. Yepes.

Pilati sententia aduersùs Dominum inuenta Amitherni.

Luc. 1. 31.

7.

Ex his triplex error conuincitur: vnus est Osiandri Germani contendentis nomen Saluatoris ijsdem prorsùs literis constare, quibus nomen ineffabile, interposita tantùm litera schim, qua nomen illud ineffabile factum sit effabile,

Conuincitur Osiadri error circa nomen Saluatoris.

postquam inuisibilis olim Deus factus est per incarnationem visibilis: quæ sententia refertur à Galat. lib. 3. Arcan. cap. 18. Eam verò conatur ostendere Osiander primùm ex eo, quòd Hebræi nomen Saluatoris dicunt esse Iesu quasi abbreuiantes nomen ineffabile, reijcientesque, vt sæpe solent, literam he in medio, & in fine. Deinde, quia Paulus ad Philip. 2. docet datum fuisse Christo nomen, quod est super omne nomen: quod de nullo alio nomine verum esse potest, quàm de nomine ineffabili. Verùm hæc nullam vim habent: si enim Hebræi CHRISTI nomen volunt esse Iesu, id faciunt per contemptum auferentes literam ghain, ne Christum dictum Saluatorem cogantur admittere. Est etiam nomen Iesuagh super omne nomen, tum quia in solo isto nomine Deo genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum: tum quia ipsum nomẽ ineffabile in nomine Iesuagh, continetur, vt inferiùs dicemus. Secundus error fuit aliorum, qui putarunt Saluatoris nomen non esse Iesuagh, sed Iehosuagh, id est, quinq; literarum, quibus etiam consensit Bellar. in exercitatione Grammatica Hebræa super Ps. 34. versu 7. existimans Iesuagh non Saluatorem, sed salutem significare: cum contrarium necessarijs rationibus demonstratum sit, & apertè doceat Sanctes Pagninus Hebræę linguæ peritissimus in radice iasagh, vbi multis testimoniis ostendit salutem appellari Hebraicè iasagh, non iesuagh, nisi post ghain addatur tau, & dicamus iesuaght, quorum nominum similitudo errandi fortasse occasionem præbuit. Tertiùs error fuit Petri Galatini libro tertio Arcan. cap. 18. aientis nullum alium præter Messiam appellatum fuisse Iesuagh, eamque ob causam nomen Messiæ nouum futurum prænunciari Esai. 62. *Vocabitur tibi nomẽ nouum quod os Domini nominabit.* Itaq; Iesum filiũ Naue, Iesum filiũ Syrach, & Iesum filiũ Iosedech Sacerdotis magni nõ fuisse dictos Iesuagh, sed Iehosuagh, quod nomen sonat, *Deus saluabit*: perspicuè enim fallitur. Nã 1. Esd. 2. vbi pos habem⁹ *filii Iesue*, Hebraicè est *filij Iesuagh* ijsdẽ quatuor literis, quibus constat nomen Saluatoris: & inferiùs, *In domo Iesue*, Hebraicè, *Iesuagh*: & paulò post, *filij Iesuagh*. Alius etiam nominatur Iesuagh 1. Paral. 24. & alius 2. Paralip. 31. Itaq; quãuis illi tres, quos affert Galatinus, nõ Iesuagh appellentur: habemus tamen alios minimum quatuor, qui eodem Saluatoris nomine dicti sunt: mirorq; Galatinum commotum fuisse testimonio illo Esaiæ 62. *Vocabitur tibi nomen nouum*: cum ibi non sit sermo de Christo, sed de Ecclesia, vt patet ex contextu Hebræo, vbi vox illa, *tibi*, est fœminini generis: habetur enim Hebraicè לָךְ: si autem de messia sermo esset, dicere oportuisset לוֹ.

Philip. 2.

Secundus error circa idem nomen.

Bellarmin.

Tertius asserens nullum alium præter Messiam appellatũ Iesuagh.

Esai. 62. 2.

Esd. 2. 6.

8

Quod ad mysterium nominis Iesuagh attinet, primũ duę literę nominis ineffabilis, nimirum iod, & vau in saluatoris nomine continentur: imo quidam apud Galatin. loco citato existimarunt nomẽ Iesu, vt à nobis effertur, esse veluti cõpendium nominis ineffabilis. Præcipuę enim literæ nominis ineffabilis sunt illę tres iod, he, vau: quarta enim non est distincta à secunda: at hæ tres literæ simul iunctæ efficiunt *Ibu*, quibus si superponatur vna crux instar tituli, relinquetur scriptum per compendium nomen Iesu: atque ita nomen ineffabile manebit inclusum in nomine saluatoris. Secũdò Ioan. Cheradamus in suo alphabeto linguæ sanctæ mysticè expositæ obseruauit maximo quodam mysterio data esse Hebræis tot præcepta affirmatiua, quot sunt ossa in corpore humano, videlicet ducẽta quadraginta octo: & tot negatiua, quot sunt nerui in eodem corpore, nimirum trecenta sexaginta quinq;: nam isti duo numeri efficiunt tredecim, & sexcenta: quẽ eundẽ numerũ reddũt duo nomina *Elohim*, & *Iesu*, tribus tantũ literis Hebraicè scriptũ. Si tamẽ non literæ cõponentes nomẽ Elohim, sed nomina ipsa literarũ cõputẽtur, & vna addatur vnitas: tunc iuxta doctrinam secretiorũ Theologorũ illud mysteriũ indicari existimat, quod plenitudo iudicij contẽta in nomine Elohim (quod interpretatur iudices) data sit Iesu iuxta illud Ioãnis quinto. *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio*: & quia ratio

Nomen Iesu compendium nominis ineffabilis.

Ioan Cherad.

Tot præcepta affirmatiua Hebreis, quot ossa sunt in corpore, & tot neg. quot nerui.

Ioan. 5. 22.

reddenda est omnium, quæ fient contra præcepta tum affirmatiua, tum negatiua, idcirco numerum omnium præceptorum ijs duobus nominibus contineri.

9 B. Virginis nomẽ tetragrãmaton.

Tertium deniq; nomen tetragrammaton est nomen sacerrimæ Virginis, quod quatuor literis constat, *mem, res, iod, mem*. Est enim nomen Virginis Hebraicè quidem Miriãm dissyllabum cum accentu in vltima pronunciato iod tanquam consonante, vt patet Luc. 1. Chaldaicè autem Mariam etiam dissyllabum lecto iud, vt consonante. Quod autem Hebraicè nomen Virginis sit Miriam, perspicuũ est ex eo, quòd ita legimus nomen Mariç sororis Moysi Exod. 15. vbi Septuag. trãstulerunt *Mariam* cum accentu in vltima, indeclinabile, trisyllabum. Syriacè etiã appellatur Virgo *Mariàm* dissyllabum, vt patet Luc. 1. imo & Græcè ibidem etiam legimus *Mariam* trisyllabum, indeclinabile: quanquam qui Matthæum Græcè transtulit, nomen *Mariæ* declinauerit c. 1. transferens *virum Mariàs*, quemadmodũ etiam id nomẽ vsurpat Sibylla Erithræa lib. 8. oraculorum. Itaq; cernis nomen Virginis Hebraicè, Chaldaicè, & Syriacè esse tetragrammaton: vocales enim, quibus legitur, neqùe apud Hebræos, neqùe apud Syros literæ sunt, sed quædam puncta, siue notulç, quæ vicem vocalium subeunt. Quod verò ad mysterium spectat, notandum primò ex Georg. Veneto in Harm. mundi cant. 1. ton. 5. cap. 7. Hebræos inter sua arcana abditissima, & sacerrima illud etiam tradere vnam esse creaturam omnibus alijs excellentiorẽ, & veluti Principem reliquarum, quã *Mitraton* appellãt, hoc est, *Principem facierum*: quia nimirum semper assistat corã summo Imperatore Deo, potestatẽq; habeat reliquos ad eius faciem, & conspectum introducendi: adduntq; literas, ex quibus constat nomen *Mitraton*, conficere numerum nongentorum nonaginta nouẽ: quem eundem numerum reddunt literç nominis *Mariæ*, vt non immeritò credi debeat illam esse creaturam illã præstãtissimam Principem facierum, ad quam pertineat reliquos ad conspectum Dei introducere.

Septuag.

Sibylla Eryth.

Georg. Venet.

B. Virgo cur princeps facierum dicta.

Quem numerum efficiant literç nominis MARIAE.

10 Secundò. Aduertendum ex Galatino lib. 7. Arcan. c. 2. hæc duo nomina *IESV*, & *Mariam* ratione Arithmetica ascendere ad numerum *Berith*, quod nomen significat pactum: vnde Cabalistç locũ illum Hieremiæ 33. *Nisi pactum meum*, (supple, *esset*) *diem ac noctem, leges cœlo, & terræ nõ posuissem*: (ita enim transferunt ex Hebræo pro eo, quod nos habemus, *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo*) sic interpretantur. *Nisi pactũ meum esset*, id est, nisi amore mei Iesu, & Mariç *diem & noctem, leges cœlo, & terræ non posuissẽ*, id est, mundum non creassem. Itaq; volunt mundum à Deo conditum propter Iesum, & Mariam.

Galatinus.

Hier. 33. 20.

Mundus cõditus propter IESVM, & MARIAM.

11 Tertiò. De nomine Miriàm matris Messiç illud expendit R. Haccados apud Galatinum lib. 7. Arcan. cap. 13. contineri eiusmodi nomen in illis verbis Esaiç. 9. לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה, i. *ad multiplicandũ imperium*: pro quo nos habemus: *& multiplicabitur eius imperium*: vbi est sermo ad literam de Messia. Docet igitur R. Haccados in ijs verbis contineri hæc duo nomina *Miriàm sarah*, id est, Maria domina, quod fusè colligit, vt nimirum indicaretur Mariam matrem Messiæ esse dominam vniuersi, simulq; cũ principatu Messiç eius principatum multiplicandum. Illud etiam obiter obserua verbum *Lemarbeh*, id est, *ad multiplicandum* habere illud *M* clausum in medio dictionis præter morem Hebræorum: habent enim duo *MM*, vnũ clausum ם, quo vtuntur tantùm in fine dictionum; alterum apertum מ, quo vtũtur in principio, & medio. Quare Hebræi non sine magno aliquo mysterio docent in medio huius dictionis esse *M* clausũ: sed illud est potissimùm Messiam, cuius imperium multiplicandum prædicitur, ex Virgine omnino clausa nasciturum. Postremò nomen *Mariæ* non solùm est tetragrammaton, sed etiam suo modo ineffabile non tantùm hominibus, sed etiã ipsis Angelis. Idcirco enim arbitramur Gabrielem Luc. 1. cum primùm est allocutus Virginem, non dixisse: *Aue Maria*, sed: *Aue gratia plena*: quia nimirum nõ est ausus præ reuerentia nomen Virginis, vt pote ineffabile efferre; nisi postquam ex colloquio Virginis familiarior iam red-

R. Haccados.

Esai. 9. 7.

B. Maria vniuersi Domina.

Eiusdem puritas, & integritas.

Mariæ nomen etiam Angelis ineffabile. Luc. 1. 28. 30.

ditus

ditus tandem dixit: *Ne timeas Maria.*

De significatione nominis Mariæ.

SECTIO II.

1 HACTENVS ostendimus nomen Virginis tetragrammaton esse: nunc de eius etymologia dicendum, & deinde nonnulla Virginis encōmia eruēda. Igitur D. Hieron. lib. de nominibus Hebraicis titulo *De nominibus ex lib. Exodi.* sic ait. *Maria illuminatrix mea, vel illuminans eos, aut smyrna maris, vel stella maris.* In titulo autem *De Euāgelio Matth.* idem fusiùs explanans hęc addit: *Mariam pleriquè æstimant interpretari, illuminant me isti, vel illuminatrix, vel smyrna maris: sed mihi nequaquam videtur. Melius autem est, vt dicamus sonare stellam maris, siue amarum mare: sciendumque, quòd Maria sermone Syro domina nuncupatur.* Hæc ille. Idemq; docent Eucher. lib. 2. Instruct. cap. 1. *Maria,* inquit, *illuminata, siue stella maris: sed sermone Syro domina.* D. Epiphan. serm. de laud. Virg. D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 15. Petr. Chrysol. serm. 146. et Beda in caput Lucæ: quæ nominis interpretationes mirificè quadrant in Virginem.

2 Primùm igitur non inconcinnè Petr. Chrysol. serm. citato, & Albert. Magn. tract. super *Missus est*, cap. 167. obseruarunt nomen ipsum *Maria* dictum Latinè idē esse, quod maria, eo quòd sicut Deus Gen. 1. præcepit, vt congregarentur aquę in locum vnum, congregationesq; aquarum appellauit maria: ita etiam voluit, vt omnes gratiæ in Virgine congregarē tur, & gratiarum omnium congregationes Maria dicerētur. Vnde Pet. Chrysol. loco citato appellat Virginem collegiū sanctitatis, eo quòd vniuersa sanctitas in Virginem quasi in mare collecta fuerit. *Congregationes,* inquit, *aquarum appellauit Maria: nomen hoc renascentibus salutare, hoc Virginitatis insigne, hoc pudicitiæ decus, hoc collegium sanctitatis.* Similemq; loquendi modū vsurpauit Pet. Damian. serm. in Assumpt. Virginis, cum dixit virtutum omnium conuentum in Virgine sibi thalamum consecrasse: *Vniuersus,* inquit, *orbis pigmentarius in Virgine proiectus est, quādo in ea virtutum cōuentus recrendum sibi thalamum consecrauit.* Ad eandem maris appellationem alluſit D. Ioan. Damasc. orat. 1. de Assumpt. Mariæ, cum Virginem appellauit Abyssum gratiæ. Ad quod etiam explicandum affert D. Bonauent. in speculo B. Virginis lectione 3. illud Eccles. 1. *Omnia flumina intrant in mare. Omnia,* inquit, *flumina, id est, omnes gratiæ intrant in Mariam, flumē gratiæ Angelorum, flumen gratiæ Patriarcharum, flumen gratiæ Martyrum, flumen gratiæ Confessorum. etc. iuxta illud Eccli. 24. In me gratia omnis vitæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis.* Fuit autem mare amarum Dæmonibus per ipsam oppressis, sicut mare rubrū amarum fuit Ægyptijs.

3 Secundò. Meritò Virgo Domina dicta est, cuius typus eā ob causam fuit Sarah, quæ cum antea diceretur Sarai, idest, Domina, seu Princeps mea, postea Deo iubente dicta est Sarah, quod nomen sonat Principem, siue Dominam absolutè. Gen. 17. Est enim Virgo per excellentiā domina, & Princeps omnium creaturarum, vt egregiè expēdit Arnold. Carnot. tract. de laudib. Virg. & refertur tom. 6. Biblioth. sanct. Patrum. *Maria,* inquit, *lingua Syriaca Domina dicitur, Christus Dominus, Maria Domina: & licet ipsa se Christi profiteatur ancillam, hoc seruitutis genus omni regno sublimius esse intelligit. Constituta quippe est super omnem creaturam, & quicunq; IESV curuat genu, matri quoq; pronus supplicat: & filij gloriam cū matre non tam communem iudico, quam eandem.* Cui concinit D. Ioan. Damasc. orat. 2. de Assumpt. Mariæ, cum docet filium matri res omnes conditas in seruitutem addixisse. Elegāter dixit Ioā. Gerson tract. 4. super *Magnificat* loquens de Assumptione Virginis illud, quod Rex Assuerus obtulit Esther: *Quid vis Esther Regina? quæ est petitio tua? Etiamsi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.* Esther. 5. id completum fuisse in Virgine, cui nimirum Deus dedit dimidium regni sui. Regnum quippe Dei duobus ait cōtineri, potētia, & misericordia iuxta illud Psal. 61. *Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Ò testate igitur Deo remanēte cessisse quo-

dam-

D. Hieron. Etymon nominis Mariæ.

Eucherius.

D. Epiphan. D. Ioan. Dam. Petr. Chrysol.

Beda.

Gen. 1. Gratiarū omnium congregationes in Virgine.

Petr. Damian.

B. Virgo thalamus virtutū.

D. Ioan. Dam.

D. Bonauent. Eccles. 1. 17. B. Virgo mare gratiarum.

Eccli. 24. 25.

Gen. 17.

Arnold. Carn. B. Virgo omnium creaturarum domina.

D. Ioan. Dam.

Ioan. Gerson.

Esther 5. 3. Diuisum cum Deo habet imperium.

Psalm. 61. 13.

dammodò misericordiam Dei matri, sponsaq; regnanti. Itaq; Virginem diuisum habere cum Deo imperium, & id circo Ecclesiam appellare Virginem matrem, ac Reginam misericordiæ *Gloriabatur ante*, inquit Gerson, *se introductam in cellaria Regis Cant. 2. quæ quasi sub claui custodiebantur: modò ei tanquam Reginæ patent omnia.*

Cant. 2.

4

Denique non est prætermittenda mystica illa, sed ad principatum Virginis explicandum aptissima D. Bonau. expositio in speculo Virginis, cum expendit, quo modo Esther Reginam duæ comitabantur ancillæ, quarum vna dominam sequebatur defluentia vestimenta colligens, alteri ipsa Esther præ delicijs innitebatur. Esth. 15. *Duæ*, inquit, *famulæ, quarũ domina est Regina Maria, sunt Angelica, & humana creatura: humana est famula illa, quæ sequitur dominam suam in mundo colligens vestimenta dominæ, hoc est, virtutes, & exempla Mariæ: Angelica verò est illa altera, super quam in cœlo innititur se sociando, ac delicando cum Angelis, innititur insuper tanquam potentissima Angelis imperando.* Et rectè quidem Bonauentura. Quid ni enim super Angelicam naturã innitatur ea, quę vel super ipsum dilectũ innixa graditur Cant. 8. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum?*

D. Bonauent.

Esth. 15. Angelica & humana creatura Mariæ famulę

Cant. 8. 5.

5

Tertiò. Rectè etiam in Virginem quadrat nomenclatura stellæ maris: siquidẽ homines in huius vitæ mari summo cum discrimine nauigantes ad felicissimum gloriæ portum dirigit, quemadmodùm piè expendit D. Bern. hom. 2. de B. Virgine: ibi inter alia, *Nomen*, inquit, *Virginis Maria, quod interpretatum maris stella dicitur, ipsa est præclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & spatiosum subleuata, micans meritis illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas, & tẽpestates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis: respice stellam, voca Mariam.* Quartò. Dicitur *Illuminatrix*: quã ob causam pleriq;, nec immeritò volunt Virginem expressam fuisse in luce illa, quæ facta dicitur prima die, & quę diuisit lucẽ à tenebris Gen. 1. de qua luce sentit Magist. sent. in 2. dist. 13. formatũ postea fuisse corpus solis: sed quicquid sit de eius sententiæ veritate, verè Virgo beatissima lux fuit diuisa à peccatorum tenebris, ex eaq; postea formatus est sol, ipse nempe Christus. In eandem sententiam interpretari possumus illud Gen. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas.* Luminare nãq; maius est Christus Dominus, qui præest Diei, id est, iustis peculiari quadam ratione: luminare minus est Virgo beatissima, quæ præest nocti, id est, peccatoribus, quorum est aduocata: stellę autem sunt reliqui omnes sancti. Illa etiam est fons solis, cuius fit mentio Iosue 15. vt vel hanc vnam ob causã optimo iure illuminatrix dici possit, cum sit perennis quidam fons solis: quippe cum ex ea sol iustitiæ tanquam ex fonte prodierit. Ad hanc illuminatricis appellationem pertinet illud D. Fulgentij serm. de laud. Mariæ, cum Virginẽ appellat fenestram cœli, per quam videlicet quasi per fenestrã vniuersa è cœlo lux vniuersis cõmunicatur mortalibus. *Facta est*, inquit, *Maria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit seculis lumen*: quãquã Fulgentius his verbis de Christo loqui videatur, qui vera lux est, & qui nobis per Virginem illuxit.

Maria stella maris. D. Bernardus.

Gen. 1. Magist. sent.

Ex Virgine vt ex luce formatus Christus.

Gen. 1. 16.

Christus & Virgo luminare maius, & luminare minus.

Iosue. 15.

B. Virgo fons solis.

D. Fulgentius.

Item & fenestra cœli.

6

Verùm omissis multis alijs breuitatis gratia, quæ de nominis Mariæ prædictis interpretationibus afferri à nobis potuissent, non est prætermittendum in laudem tanti nominis illustrissimum illud doctissimi Idiotæ encomium libro suarum contemplationum de Virgine c. 5. (& refertur libro tertio Biblioth. Vet. Patrum.) vbi loquens cum Virgine sic ait. *Dedit tibi Maria tota Trinitas nomen, quod post nomen filij tui est super omne nomen, vt in nomine tuo omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Hoc nomen super omnia sanctorũ nomina reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, vngit agonistas, iugum Diaboli extrudit. Tantæ virtutis, & excellentiæ est, vt ad eius inuocationem cœlum rideat, terra lætetur, Angeli congaudeant, Dæmones contremiscant, & infernus conturbetur. Dicitur Prou. 20. Lucerna Domini spiraculum hominis quæ inuestigat omnia secreta ventris: sic etiam dicere tibi possumus, Lucerna Dominæ, id est, Mariæ, quæ doctrix, & magistra maris interpretaris, spiraculũ hominis: quia*

Idiota.

Maria post Filij nomen super omne nomen.

Nominis Mariæ excellentiæ.

Prou. 20. 27.

peccator

peccator per te respirat in spe veniæ, & gratiæ. Hæc ille. Vbi obserua appellari Virginē *spiraculum peccatoris*, quo nihil elegantiùs de Virgine dici potuit, quasi sublato Virginis patrocinio perinde, atq; anhelitu intercluso peccator viuere diutiùs non posset. Quo etiam sensu Christus Dominus appellatur *spiritus ori nostri* Thren. 4. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris*: quia videlicet sicut si alicui anima intercludatur, halitusqùe omnis, & respiratio impediatur, viuere nequaquam posset: ita ablato nobis Christi auxilio viuere spiritualiter nō possumus, quippe qui sit spiritus oris nostri, & halitus ipse, quo viuimus.

B. Virgo spiraculum peccatoris.

Thren. 4. 20.

Christus spiritus oris nostri cur dicatur.

7

Denicq; refertur in reuelationibus sanctæ Brigittę (vt auctor est Dionys. Carth. lib. 3. de laudib. Virg. cap. vltimo) ei beatam Virginem apparuisse, & in hunc modum loquutam fuisse: Audi, quantùm filius meus nomē meum honorauit: meū nomen dum Angeli audiunt, gaudent, Deoq; gratias agūt, quòd per me, & mecū talē gratiā fecit. Et quoniam vident humanitatem filij mei in Deitate glorificatam, qui in purgatorio sunt, gaudent nomine meo audito: quemadmodùm æger iacens in lecto, cùm audit verbum solatij. Angeli etiam boni audito hoc nomine iustis magis propinquant, & de eorum lętātur profectu, quibus sunt ad custodiam deputati: omnes quoq; Dęmones verentur hoc nomen Maria, eoqùe audito aufugiunt.

Dion. Charth.

Mariæ nomine audito gaudēt in purgatorio animę.

De corporali Virginis pulchritudine.

SECTIO III.

I

POSTQVAM de sacerrimę Virginis nomine disseruimus sequitur, vt de eius specie, & venustate dicamus: in fœminis enim forma potissimùm spectatur: quare priùs de corporali eius pulchritudine, deinde verò de spirituali disputabimus. Quod igitur ad corporalem Virginis pulchritudinē spectat, fuisse eam in Virgine omnibus numeris absolutam, sacerrimamq; Virginem reliquis omnibus fœminis formæ elegantia excelluisse, docent cōmuniter Doctores, Richar. Vict. c. 26. super Cant. D. Antonin. 4. p. summę Theologicæ tit. 15. c. 10. §. 2. And. Hierosol. serm. de Assumpt. Albert. Mag. tract. de Virgine, Dion. Carthus. lib. 1. de laud. Virg. art. 34 imo & Greg. Naz. in tragœdia de Christo patiente. Idemq; legitur reuelatum fuisse sanctę Brigittę lib. 1. suarum reuelat. c. 50. & 51. Vnde etiam Cant. 1. appellatur *pulcherrima inter mulieres*: et cap. 5. *pulcherrima mulierum*. Cuiusmodi autem fuerit forma Virginis, tradit Nicephorus lib. 2. hist. Eccles. cap. 23. ex Epiphanio his verbis. Mores eius, & staturæ eius modus (vt inquit Epiphanius) talis fuit. Erat in rebus omnibus honesta, & grauis; pauca admodum, eaq; necessaria loquens; ad audiendum facilis, & perquàm affabilis; honorem suum, & venerationem omnibus exhibens; statura mediocri, quanuis sint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinē excessisse dicāt: decenti dicendi libertate aduersùs homines oēs vsa est; sine risu, sinè perturbatione, & sine iracundia maximè: colore fuit frumentum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas, & tāquam oleę colore pupillas habentibus, supercilia inflexa, & decenter nigra; nasus longior, labia florida, & verborum suauitate plena; facies non rotunda, & acuta, sed aliquantò longior; manꝰ simul, & digiti longiores: erat deniq; fastus omnis expers, simplex, minimeq; vultum fingēs, nihil mollitiei secum trahens, sed humilitatem præcellētem colens: vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris natiui contenta fuit, id quod etiam nunc sanctum capitis eius velamē ostendit, & vt paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitùs inerat gratia. Hæc Nicephorus.

Omnibus fœminis excelluit pulchritudine B. Virgo.

Richard. Vict. D. Antonin. Andr. Hierosol. Albert. Magn. Dion. Carth. D. Greg. Naz.

Cant. 1. 8. & 5. 9. 17.

Nicephor.

Mores eius, & statura.

Et quidem consentaneum erat, vt Virgo esset pulcherrima, quæ speciosū præ filijs hominum erat paritura: confert enim parentum forma ad liberorum elegantiam: tum etiam vt hac quoq; ex parte inter Virginem, & filiū maioris esset amoris occasio: vnde eam alloquēs spō-

Vestimenta eius natiui coloris.

2

sus

sus Cant. 6. *Pulchra, inquit, es amica mea, suauis, & decora sicut Hierusalem.* Quo loco est obseruandum comparari Virginem in pulchritudine vrbi Hierusalem, quia sicut in nobilissima aliqua ciuitate, & quæ multa habet ad conspectū præclara, non possunt omnia breui temporis spatio videri, ac notari: ita Virgo erat velut vrbs quædam amplissima, cuius pulchritudo, decorisq; varietas non poterat facilè spectari. Erant nimirum in ea multę visendæ spirituales virtutū porticus, multa palatia, multa atria, turres, propugnacula, excelsa, ac sublimia ædificia, & reliqua omnia, quę in vrbe aliqua nobilissima reperiri solent. Hinc est, quòd D. Ioan. Damasc. orat. 1. de Natiuit. Mariæ pulchrè appellauerit Virginem venustatem naturæ. *O Deo, inquit, digna filia, humanæ naturæ venustas, primigenæ matris Euæ correctio, mulierum ornamentum: certabant inter se secula, quodnam ortu tuo gloriaretur.* Hanc Virginis pulchritudinem duæ præter morē elegantes fœminæ adumbrarunt, vna Esther, de qua dicitur eius libro cap. 2. *Erat Esther formosa valdè, & incredibili pulchritudine, omnium oculis amabilis, & gratiosa videbatur:* altera Iudith, cuius miram pulchritudinem demirantes Assyrij dicebant: *Nō est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborū.* Iudith. 11. Vnde & filię Hierusalem cum Virgine loquētes dicebant Cant. 5. *Quo abijt dilectus tuus ò pulcherrima mulierum?* id quod dixerunt, cum ipsa culturam corporis negligeret, neq; ardorem solis multùm curaret natura lis decoris conseruandi gratia, vt ipsamet confitetur Cant. 1. *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decoloravit me sol.* Itaq; cum decolorata à sole esset, adhuc tamē illam filiæ Hierusalem ex oris lineamētis pulcherrimā mulierū appellabant.

Cant. 6. 3.

B. Virgo vrbs, in qua multa visenda.

D. Ioan. Dam.

Item humanę naturę venustas.

Esth. 2. 15. Virginis pulchritudo in Esther, & Iudith adumbrata.

Iudith. 11. 19.

Cant. 5. 17.

Cant. 1. 6.

Quęrit Dion. Carth. lib. 1. de laudib. Virginis cap. 36 num supernaturalis aliquis splēdor in Virginis vultu radiaret? Cui dubitationi respondet interiorem illam Virginis puritatem, & sanctitatem in eius facie visibiliter radiasse, tantamq; fuisse, vt opus fuerit eiusmodi radiationem diuinitùs temperari, quò posset cū hominibus conuersari. Idq; probat ex eo, quòd quamplurimi sancti cū ex cōtemplatione egrediebātur, igneum quēdam splendorem vultu ipso prę ferebāt, & roseo quodam colore, lumineq; Diuino perfundebantur. Præterea si Moysi accidit ex consortio Domini, vt vultus eius tanto splendore emicaret, vt nō possent filij Israel in faciem eius intēdere, opusq; esset velo faciē operire. Exod. 34. cur id denegandum sit Virgini, cuius tanta erat cum Deo familiaritas? In quo quidem Virgo beatissima similis fuit filio, in cuius vultu docet D. Hieron. super 9. caput Matthæi quendam radium Diuinitatis coruscasse, quo omnium animos ad sui amorem pertrahebat: indeq; factum, vt non temerè Matthæus vno tantùm eius verbo incitatus telonium reliquerit, Christoq; adhæserit. *Certè, inquit Hieron. fulgor ipse, & maiestas Diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu.* Sic igitur Virgo mira sui vultus pulchritudine, cœlestiq; quodam splēdore exteriùs micante, videlicet ex interna mentis harmonia redundāte omnium ipsam intuētium amorem conciliabat. Illud tamen obseruandum, cum tam eximia esset Virginis pulchritudō, nunquam tamen intuentes ad sinistram aliquam cogitationem, vel motum, sed ad castitatem, purissimumq; amorem incitasse, quemadmodùm docet D. Ambros. libro de institutione Virginis cap. 7. D. Bonau. in 3. dist. 3. 1. p. art. 2. Alens. 3. p. summæ q. 9. memb. 3. art. 1. vbi ait Virginem suo aspectu concupiscentiæ motus extinxisse, D. Thom. in 3. dist. 3. quæst. 1. art. 2. quęstiuncula prima vbi id tribuit singulari effectui gratiæ, qua Virgo abundabat: aliàs enim naturalis forma ad id omnino non sufficeret. Deniq; Titelman. in annotationibus in Ps. 44. super illa verba, *speciosus forma præ filijs hominum.* Non sunt prætermittenda verba Ambrosij. *Tanta, inquit, erat eius gratia, vt non solùm in se virginitatem seruaret, sed etiam siquos inuiseret, integritatis insigne conferret.*

Exod. 34.

D. Hieron. Radius Diuinitatis in vultu Christi coruscabat.

D. Ambros. D. Bonauent. Alensis. Aspectus Virginis integritatē conferebat. D. Thom.

Titelman. Psal. 44. 3. D. Ambros.

3 Dion. Carth. Supernaturalis splendor in vultu Virginis radiabat.

De spirituali Virginis pulchritudine in genere.

SEC-

SECTIO IIII.

I

Corporis, mentisque pulchritudo vnde oriatur.

SICVT pulchritudo corporis ex apta membrorũ compositione cum quadam coloris suauitate oritur: ita pulchritudo mẽtis ex virtutũ inter se cõcinentiũ nexu, & varietate cũ suauitate coloris, quem charitas vt potè ardẽs, & rubicũda virtutibus omnib⁹ aspergit, proficiscitur. Igr̃ tãta fuit hęc in Virgine pulchritudo, vt Deus ipse de tã perfecti operis elegãtia quasi iactabundus dixerit Cãt. 6. *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerũt.* Quo loco est obseruandũ pro eo, quod 70. & nos habemus, *me auolare fecerũt*, esse Hebraicè, הרהיבוני à radice רהב, quæ significat roborare, superare, extolli, superbire. Vnde R. Abrahã sic interpretatur: *Auerte oculos tuos à me*, quia ipsi fortiores fuerũt me, pręualuerunt mihi, & abstulerunt mihi robur meum, & dominium meum: quasi nimirũ Deus conspecta Virgine tanto incitaretur amore, vt deliquium mentis pateretur: & præterea dominium sui amitteret totũ se Virginis esse confitens, quod propriũ est amentium. Verùm R. Salom. potiùs vult legendum esse, *Quia ipsi me superbire fecerunt*; neq; id pugnat cum editione vulgata: nam qui volant, se in altum extollunt, & in sublime feruntur, quæ est superbientium conditio. Quare iuxta hãc postremam trãslationem fatetur spõsus se ad Virginis conspectum quodammodò de sua potentia, & sapientia superbire, qui tam eximium, & pulchrum opus potuit, & nouit effingere. Itaque quia conspecta Virgine quodammodò, vt more nostro loquamur, periculum arrogãtiæ, & superbię incurrebat, sibiq; ipse gloriabundus efferri, & superbire videbatur, monebat huius periculi sponsam, commendabatq;, vt à se oculos interdũ auerteret, ne de tanto opere sese præter morem iactabundus efferret. Atque huc videntur allusisse adolescentulę Hierosolymitanæ, cum dixerunt Cant. 1. *Recti diligunt te*: pro quo Septuag. transtulerunt, *rectitudo dilexit te*: quę verba Græci Patres volunt esse adolescentularum, quę cum viderent sponsum conspecta sponsa animo deficere, & mentis pati deliquium, manifestè coniecerunt maximo in illam amore inflammari. Itaque per quandam inuidiam dicebant: *Rectitudo dilexit te.* O te, inquiunt, felicem, ò beatam, siquidem ipsamet rectitudo, hoc est, sponsus, qui rectissimus est in amore, cuiusque est certissimum, nulloque modo fallax de pulchritudine iudicium, te dignam prę cæteris amore suo iudicauit: quare iam nihil nobis supereſt, cur tecum de pulchritudine certemus.

Cant. 6. 4.

Septuag.

R. Abraham. De pulchritudine mentis Virginis quã glorietur Deus.

R. Salomon.

Cant. 1. 4.

Hęc spiritualis pulchritudo Virginis duplici, eaque elegantissima similitudine explicatur in lib. Cant. Vna est illa, quæ habetur cap. 1. vbi postquam sponsus eam pulcherrimam inter mulieres appellãuerat, subiecit: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea*, hoc est ad literam, In curribus Pharaonis euertendis, ac dissipandis similis fuisti equitatui meo firmissimo. Ea verò similitudo vr̃ primo aspectu ab instituto aliena: quid enim conueniẽtiæ habet cũ equitatu pulchritudo? sed tñ aptissima est ad explicandã vim, qua pulchritudo Virginis hominũ, Angelorũ, imo & Dei ipsius amorẽ sibi cõciliabat, & quodãmodò expugnabat, quasi spõs⁹ diceret: Vsq; adeo pulchritudine excellis, vt oris tui species sit veluti equitatus quidã potentissimus ad omniũ animos vincẽdos. Vt enim in bello equitat⁹ plurimũ potest, eoq; immisso acerrimũ solet esse, cruentũq; certamẽ: ita virtutes omnes, prerogatiuæq; Virginis â charitate quasi duce instructę erãt veluti quidã equestris exercitus ad omniũ animos per amorẽ vincẽdos potẽtissimus. Eandẽ similitudinẽ continẽt verba illa Cãt. 6. *Pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorũ acies ordinata.* Vt quid enim lunæ, solisq; pulchritudinẽ cũ castrorũ terrore coniunxit? nimirum acies instructa est ad aspectum pulcherrima, & cum quodam mentis stupore admirabilis: hanc enim vim habet vox illa, *terribilis*. Præterea est ad quamlibet arcem oppugnandam, & expugnandam potentissima: quare significatur Virginis pulchritudinem, quæ ex multarum virtutum varie

2

Cant. 1. 9. Pulchritudo mentis Virg. equitatui Pharaonis assimilatur.

Virginis virtutes equestris exercitus. Cant. 6. 9.

tate conflatur, veluti numerosum quendam exercitum esse, & aciem instructã potentissimam ad quodlibet ferreum pectus molliendum: imo & esse non quouis modo ad aspectum pulchram, sed cum quodam quasi mentis stupore: quia videlicet intuentes non in admirationẽ tantùm, sed in stuporem conuertit, quę summa esse poterat pulchritudinis in Virgine amplificatio.

3 Cant. 7. 6. Altera similitudo desumitur à palma, & habetur Cant. 7. *Quàm pulchra es, & quàm decora charissima in deliciis! statura tua assimilata est palmæ.* Alij trasferunt ex Hebræo: *Quàm pulchra es, & quàm iucunda ò amor in deliciis! hæc statura tua similis est palmæ.* Quibus verbis commendatur Virgo à totius corporis elegantia, aptaque mẽbrorum omnium conformatione, quæ tam eximia est, vt propterea Virgo ipsemet amor videri possit. Deinde comparatur statura eius palmæ tum propter altitudinem, & proceritatem, quæ multùm facit ad pulchritudinem; tum vt indicetur ipsam inter omnes pulchras fœminas palmam præripere pulchritudinis. Itaque *statura tua assimilata est palmæ*, hoc est, reliquos omnes Sanctos spirituali pulchritudine, & elegantia antecellis, cum ipsisq; comparata victricis palmæ instar obtines. Accedit, quòd palmæ folium refert speciem gladii: itaque tot quodammodò gladijs armatur palma, quot foliis vestitur. Ita nimirũ Virgo quot virtutibus, donis, prærogatiuisq; exornatur, tot quasi fortissimis, & acutissimis armatur gladiis ad omnia sibi per amorem subijenda. Quòd enim pulchritudo appelletur gladius in sacris literis, perspicuum est ex Psal. 44. *Accinge gladio tuo super femur tuum potentissime*: quo, inquam, gladio? *Specie tua, & pulchritudine tua intẽde, prosperè procede, & regna.* Tua enim pulchritudine Rex Messia tãquã gladio tuo, hoc est, tibi proprio, quippe cũ tibi sit propria pulchritudo, & mansuetudo, prosperè procedes, imperioseq; regnabis.

Pulchritudinis spiritualis palmam præripit B. Virgo.

Psalm. 44. 4.

4 Nec verò mirum videri debet tã pulchrã prædicari Virginẽ: siquidẽ in ea Deus creaturarũ omniũ pulchritudinẽ coniunctã esse voluit, fecitq; eãquasi breuiariũ, & epitomẽ omniũ perfectionũ. Imo videtur Deus diligẽter in creaturis sibi ex ęternitate obiectis notasse, quid in singulis emineret, vt totũ id cõferret in Virginem: quòd non obscurè Ecclesia docet, cũ Virgini accommodat locũ illum Prou. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum: ab æterno ordinata sum. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: quando præparabat cœlos aderã, cũ eo erã cuncta cõponẽs.* Quid enim aliud est affuisse Virginem Deo mundũ mente designãti, & exæternitate molienti, nisi in illa creaturarum archetypa molitione Diuino intellectui obiectam fuisse, quasi iam tunc Deus in singulis creaturis inuestigaret, quicquid in illis excelleret, vt inde decerptũ in Virginem trasunderet: quẽadmodũ pictori magnum aliquod opus cogitatione versanti in omnibus aliis operib⁹ sẽper illud ante oculos obuersatur, quasi in reliquis veluti præludat, & manum exerceat, vt cum illi, quod mente voluit, manum admouerit, sit iam apprimè exercitatus. Id ergo innuũt illa verba, *Ab æterno ordinata sum. Ego iam concepta eram. Cũ eo eram cuncta componẽs. Quando præparabat cœlos, aderam.* Hæc enim omnia significant Virginem ex ęternitate Deo obiectã fuisse in omnibus efficiendis operibus quasi opus quoddam eximium, ad quod perficiendũ iã tunc ars Diuina sese accingebat. Quòd verò in reliquis operib⁹ quasi præluderet, & manũ quodãmodò exerceret, non obscurè elicitur ex illis verbs, *ludens in orbe terrarum.* Deniq; artẽ suã Deus mirabiliter in Virgine cõmendauit: pro quo èst obseruãdũ ex Plin. lib. 35. c. 10. summam picturæ subtilitatem cerni in extremis lineis: *Corpora enim, inquit, pingere, & media rerum est quidem magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere, & desinentis picturæ modũ includere rarum in successu artis inuenitur. Ambire enim debet se extremitas ipsa, & sic desinere, vt promittat alia post se, ostẽdatq; etiã, quæ occultat.* Sic igitur artẽ suã Deus subtilissimã extremis in Virgine lineis ducẽdis mirificè ostẽdit. Etenim cũ ola in Virgine sint sũma, & ad extremũ perfectionis perueniant, quãcũq; eius prærogatiuã cõsideres, ex ea tãquã ex vltima linea intelliges innumeras alias occultari tanquam exam-

B. Virgo omniũ perfectionum epitome.

Prou. 8. 22.

In Virgine artem suam cõmẽdauit Deus. Plinius.

Picturę subtilitas in quo cernatur.

bientę

biante se extremitate, & multa alia post se quodammodò promittente.

De pulchritudine Virginis sigillatim: & primùm de pulchritudine capitis.

SECTIO V.

1 VT ILLVSTRIOR reddatur Virginis pulchritudo, quã generatim superiori sectione perstrinximus magis, quàm descripsimus, operæpretium erit eam in singulis eius partibus cõtemplari sumpto à capite initio. Igitur de capite Virginis ita legimus Cant. 7. *Caput tuum vt Carmelus.* Carmelus mons est in Iudæa altissimus, & pulcherrimus, multisq; herbis odoriferis refertus, & vestitus. Vnde ad explicandam Ecclesiæ Catholicæ felicitatem adhibuit Esaias similitudinem depromptam ex Carmelo monte cap. 35. *Lætabitur deserta, & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.* In quem locum Lyran. docet per tres istos montes, qui reliquis in Iudæa fertilitate, amœnitateq; præstabant, significari, quicquid erat spiritualis amœnitatis in Synagoga fuisse in Ecclesiam tranferendũ: itaq; dãdam Ecclesiæ fuisse gloriam Libani, decoremq; Carmeli, & Saron. Igitur Dionys. Carth. art. 24. super Cant. per caput Virginis sanctam eius voluntatem intelligit, quæ instar Carmeli montis in Deũ semper altitudine ferebatur, & bonorũ operum fructibus abundabat: additq; posse etiam accipi eius intentionem in rebus omnibus altissimam. Sed vniuersè rectiùs per caput Mariæ animæ eius pars superior intelligenda est, quæ Carmelo monti comparatur, tum quia sublimitate, & pulchritudine reliquos omnes mõtes circa se positos, id est, reliquos omnes sanctos longè superat: tum etiã, quia abundat omnium florum, odorumq; suauitate, hoc est, omnium virtutum, & gratiarum fragrantia.

Cant. 7. 5.

Carmel⁹ mõs felicitatis Ecclesiæ typus. Esai. 35. 1.

Dionys. Cart.

Virginis volũtas semper ferebatur in Deum.

Fragrantia virtutum, & gratiarum B. Virginis.

2 Secundò. Erat Carmelus mons propter altitudinem, & viriditatẽ cõtemplationi aptissimus, quã ob causam Helias eò contẽplandi gratia se recipere cõsueuerat. 3. Reg. 18. At quis locus ad cõtẽplãdũ aptior capite Virginis, hoc est, suprema eius animę parte, in qua tam multa Dei dona, prærogatiuæq; resplendent? in quem montẽ siquis per contẽplationẽ ascẽderit, profectò in summã Diuinę bonitatis, sapientiæ, potentięq; admirationẽ rapietur. Alia quoq; expositio in hãc eandem sententiam colligitur ex Beda lib. 6. in Cant. vbi expẽdit, quòd Helias in monte Carmelo flexis genibus orauerit, & post lõgam siccitatẽ, à Domino pluuiam impetrauerit. 3. Reg. 18. Ex quo deducit caput sponsę simile esse Carmelo, quia corda electorũ & sublimia sũt per conuersationẽ, & Domino in se ascẽsum præbent per quotidianos virtutũ profectus. Et præterea quoniam Helias, id est, Christus Dominus in his orat Patrem, & velut arentibus aruis pluuias de cœlo euocat: quia hęc ad orandũ Deum inuisibiliter accẽdit, & per eorũ preces, ac merita sępiùs mundo periclitanti sua dona largitur. Quæ omnia multò maiore iure in Virginem cõueniunt: siquidem in superiori mentis eius parte tãquam in Carmelo mõte altissimo verus Helias Christus orat Patrem merita matris simul cũ suis Patri offerendo, multaq; pro hominibus dona consequitur: imo Virginẽ ipsã ad orandum quoq; incitat, vt eius oratione, & inuocatione pluuia gratiarum arẽtibus peccatorum aruis infundatur. Quare siquis gratiarum pluuias à Deo cupit obtinere, in hunc Carmelum montem conscendat, Virginemq; aduocatam frequenter adhibeat.

Carmelus contemplationi aptissimus. 3. Reg. 18.

Beda.

3. Reg. 18.

B. Virgo Carmelo similis ob multa.

3 Tertiò. R. Abenesra vult Carmelũ hoc loco non significare montem illũ in sacris literis celebratissimum, sed colorem coccineum: quòd enim eiusmodi colorẽ nomen ipsum *carmel* Hebraicè significet, perspicuum est ex. 2. Paral. 2. vbi pro eo, quod nos habemus, *coccino*, est Hebraicè *carmil*. Itaq; iuxta hanc translationẽ procul dubiò per caput Virginis accipienda est charitas, quæ caput, & princeps est virtutũ reliquarũ, meritoq; carmel, id est, punicea, siue coccinea appellatur, quia tota ardẽs est proper amãdi feruorẽ. Nõ

R. Abenesra.

2. Paral. 2.

Charitas Virginis ardentissima.

potest autē dubitari, quin charitas Virginis ardentissima fuerit, atq; adeo cocci-
no comparari debeat. Et quoniam Carmelus mons erat vberrimus, fontibusq;
ac riuulis amœnissimus, semperq; virēs pulcherrimis floribus, rectè charitatem Virginis adumbrauit, quę vberrima fuit operibus, fontibusq;, & riuulis, qui in aliorum vtilitatem deriuabantur amœnissima: deniq; virtutum omnium quasi florum semper virentium varietate gratissima. Porro Hebrei non legunt: *Caput tuū sicut Carmelus*, sed *Caput tuū super te sicut Carmelus*, vt indicetur caput sponsæ nō fuisse super humeros depressum, sed supra humeros eminēs, quod multum facit ad pulchritudinem: & in eo sensu, quem de Virgine persequimur, illud significat charitatem Virginis eminentem fuisse, non humeris ipsis cohærentem, id est, operibus tantùm respondentem, sed altitudine, & eminentia omnia omnino opera transcendisse: itaq; non contentā fuisse Virginem operibus, ad quę lege tenebatur: (hoc enim erat depressū super humeros habere caput) sed semper ad opera pererogationis aspirasse, quod est eminens habere caput super humeros. Postremò est aduertendum Carmelum interpretari scientiā circuncisionis: quoniam conspecta Virgine nosse omnes facilè poterant, quid in vita, moribusqūe circuncidere oporteret: nimirum ex eius humilitate superbiam, ex virginitate libidinem, ex patientia iram, ex charitate inuidiam, deniq; ex sanctitate malitiā resecare omnes Virginis exemplo docebantur, vt meritò scientia circuncisionis appellari potuerit.

Ad pererogationis opera aspirabat B. Virgo.

Ex Virgine quid in nobis resecandū, discimus.

De Cœsarie Virginis.

SECTIO VI.

MAXIMI FIT IN fœminis crinium pulchritudo, quibus in spirituali sensu cogitationes adumbrātur, vt aliàs fusè docuimus. Virginis igitur cæsariem illis verbis cōmendat sponsus Cant. 4 *Capilli tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*: quę eadem similitudo reperitur cap. 6. Alia quoq; similitudo adhibetur Cāt. 7. *Comæ capitis tui sicut purpura Regis, vincta canalibus*: & vniuersè crinium Virginis decorem suspiciens sponsus dixit Cant. 4 *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorū tuorū, in vno crine colli tui.*

Cant. 4. 1.

Cant. 6. & 7. 5.

Cant. 4. 9.

Primùm agendum de priori similitudine, in qua illud meritò quęrat aliquis, quo nexu, & conuenientia crines sponsæ gregibus caprarum Galaaditicarum similes dicantur, quod proculdubiò nō de capris ipsis, sed de caprarum pilis accipiendum est. Cęterùm rectè dictum putabit, si consideret Galaaditicas capras fere aut nigras esse, aut subrufas. Quoniā igitur eiusmodi color laudari solet in crinibus, idcirco ea similitudo adhibetur ad explicādam crinium sponsę pulchritudinē. Nec verò quibuslibet capris, sed capris tonsis comparantur, vt crinium æqualitas explicetur. Quod ad rem attinet, niger color capillorum significat inexplicabilem perfectionem Virginis in cogitationibus vel minimis, quæ capillorum nomine exprimūtur: nigredo enim obscuritatem continet, simulq; aspectū congregat: quo fit, vt vna ex parte cogitationum Virginis pulchritudo ad se rapiat, & quodammodò congreget, & colligat vniuersam intelligendi aciem: & nihilominus ex altera ab omni eo aspectu simul vnito, & collecto penetrari, & inspici omnino non possit ob summam nigredinem, siue obscuritatem, quam tanta perfectio secum affert, propter quam quodammodò est inexplicabilis. Hanc enim eandem ob causam sponsa de spō si cæsarie dixit Cant. 5 *Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus*: quę est expositio Theodoreti. *Dicuntur*, inquit, *comæ eius nigræ, vt per profundum, & ob eurum colorē abdita, & inaccessa incarnationis eius ratio declaretur.* Imo expositio trium Patrum, cum per comas accipiat bonas Patris voluntates à Christo impletas, docet appellari nigras instar corui eādem ob causam: quia nimirum imperuestigabili Diuinorum iudiciorum ratione mentis oculos in contemplatione corroborant: nam vt color albus visum disgregat, ita niger

I Sponsę crines caprarum Galaaditicarum cur comparentur.

Cogitationum Virg. pulchritudo, & perfectio inexplicabilis.

Cant. 5. 11.

Theod.

Mysterij incarnationis obscuritas.

confirmat. Nec verò hoc tantùm accipi debet de vniuersa Virginis cæsarie, id est, de omnium cogitationum eius multitudine, sed de qualibet etiam vel minima, vt vel vna Virginis cogitatio omnẽ creatum intellectum, mẽtisq; aspectum quasi colligat, congreget, & requirat: & tamẽ omnino inspici propter nigredinem nõ possit. Idcirco enim sponsus Cant. 4. vulneratum se confitetur vel vno Virginis crine, seu vt etiam dicere potuisset, ligatum, & illaqueatum quasi fortitissimo vinculo. *Vulnerasti*, inquit, *cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui.* Cant. 4. 9.

2 Subrufi etiam dicuntur crines Virginis, qui color ardens est, & quodammodò aureus, & in fœminarum crinibus maximè commendabilis: quia omnes eius affectus, cogitationesq; ardentes erant, & charitate aureę. Et quoniam interdũ fœminarum crines vsq; adeo excrescunt, vt totum corpus cooperiant: quid pulchrius Virgine, quę aureis suis crinibus, id est, aureis cogitationibus, & affectibus tota cooperta, tota etiam aurea apparebat, imo non tantùm aurea, sed & veluti aurum ipsum splendebat propter charitatis affluentiam, & redundantiam, quæ in omnibus eius actionibus quasi aurum rutilabat? Atq; hanc potissimùm ob causam Virgo charitas ipsa, siue amor per antonomasiam appellatur, semel quidẽ Cant. 2. vbi sponsus ita loquitur: *Adiuro vos filiæ Hierusalem, per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoad vsq; ipsa velit.* Quo loco Septuag. pro, *dilectam*, transtulerunt, *dilectionem*, siue *amorem*, quod magis adhuc ardentissimum Virginis amorem declarat, cum non tãtùm charitas, sed dilectio ipsa nominetur. Hanc enim vim habet verbũ Græcum ἀγάπαω, tum quia semper fere erat in actu charitatis; tum quia quicunq; eã aspiceret, quàm primùm eius casto amore accenderetur. Sed illud magis ad literam, sponsum appellare Virginem *amorẽ*, siue *dilectionem*, id est, amorem suum, delicias suas: id deniq;, in quo eius amor cõtinuò versaretur. Deinde iterum appellatur charitas, siue amor Can. 7. vbi eã sponsus sic per admirationem alloquitur: *Quã pulchra es, & quàm decora charissima in deliciis?* Cant. 7. 6.

Affectus Virginis, & cogitationes charitate aureæ.

Cant. 2. 7.

B. Virgo per antonomasiã charitas, siue amor.

Itẽ & deliciæ.

Quo loco similiter Septuag. pro *charissima* transtulerunt ἀγαπω: & similiter Hebraicè est דודה, quę vox propriè amorem significat, vt patet 2. Reg 1. cum de Ionatha dicitur, quòd esset amabilis super amorem mulierum. Meritò igitur Virgo amor ipse, siue charitas dicitur, cũ quãta quãta sit, charitas, & amor sit, tota nimirũ cooperta aureis suarũ cogitationũ crinibus. Nec verò prętereundũ est, quòd pręcipuè capreis Galaaditicis cõparatur: sonat enim Galaad aceruũ testimonij. Quod mirè etiam quadrat in Virginem, in qua omnia omnium gentium testimonia coaceruantur, cum ab omnibus gentibus testimonium accipit probitatis: eam enim vel ipsi fidei hostes suspiciunt, & admirantur, quemadmodùm ipsa prænunciauit Luc. 1. *Ecce*, inquit, *ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Denique quod spectat ad posteriorem similitudinem, qua Cant. 7. comæ capitis eius dicuntur esse sicut purpura Regis iuncta canalibus, iam superiùs annotauimus Septuag. trãstulisse: *Cæsaries capitis tui sicut purpura: Rex ligatus in canalibus.* Itaq; crines Virginis purpuræ comparantur propter colorem purpureum, qui est pulcherrimus, & regalis, imo etiã cœlestis. Deinde in eius crinibus Rex ligatus apparuit: quoniam Rex ille cœlestis vinciri, & ligari se patiebatur Virginis crinibus tanquam regalibus, & aureis quibusdam vinculis, vt iam superiùs diximus, vbi etiam explicauimus, cur canalibus cõparẽtur. 2. Reg. 1. Luc. 1. 48. Cant. 7. 4.

De pulchritudine oculorum in Virgine.

SECTIO VII.

1 PVLCHRITVDINEM oculorum Virginis describit sponsus duplici similitudine, quarũ altera habetur Cant. 1. *Oculi tui columbarum*: et Cant. 4. *Oculi tui columbarum absq; eo, quod intrinsecùs latet*: altera Cant. 7. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis*. Vtraq; hoc loco est à nobis explicanda. Cant. 1. 15. & 4. 1. Cant. 7. 4.

Quod ad priorem attinet, comparauit

sponsus

Oculi columbarum Palestinę magnitudine præstabant. Rupert.

sponsus Virginis oculos oculis columbarum, quę in Palęstina nutriebantur, quarum oculi præstabant & magnitudine, & splendore. Et quidem Rupert. per *oculos columbarũ* in Virgine intellexit septem dona spiritus sancti: & idcirco dictũ *columbarum*, non columbę, eo quòd colũba sit Spiritus sancti symbolum, hoc sensu: *Oculi tui columbarum*, id est, *oculi omnium gratiarum: omnium quippe gratiarum, siue spirituum tu effecta es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti.* Hugo Card. & alij per *oculos columbarum*, quæ de simplicitate laudãtur, intelligunt simplicem intentionẽ, hoc est, non duplicatam vel erroris, vel delectationis malitia. Verũ rectius est, vt absolutè intẽtionẽ Virginis in omnibus per oculos accipiamus, quæ semper in Deum respiciebat. Quòd enim intentio in sacris literis oculo comparetur, perspicuum est ex Matth. 6. *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*: solis enim operibus ex bona intentione perfectis remuneratio à Deo tribuitur: quemadmodùm significauit Apostolus, cum dixit ad Rom. 2. *Qui reddet vnicuique secundùm opera eius: iis quidẽ, qui secundũ patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam*, id est, iis qui Dei honorem spectant per rectam intentionem. Hoc sensu accipit D. Greg. hom. 4. super Ezech. illud c. 1. quod dicitur de animalibus: *Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper. Facies*, inquit, *& pennæ extentæ desuper describuntur, quia omnis intẽtio, omnisque contemplatio sanctorum super se tendit, vt illud possit adipisci quod in cœlestibus appetit. Nã qui bona agere videtur, & per hæc non Deo, sed hominibus placere desiderat, intentionis suæ faciem deorsum premit: & qui in contemplatione Dei nõ dulcedine beatitudinis satiari appetit, sed doctus videri, ille nimirum intellectus sui pennas desuper non extendit.*

Omnia spiritꝰ Sancti dona in Virgine.

Hugo Card.

Virginis intẽtio semper in Deum.

Mrtth. 6. 22.

Rom. 2. 6.

D. Greg. Ezech. 1. 11.

2

Cæterùm Virgo beatissima & faciem, & pennas desuper extentas habuit, quia omnes eius intentiones siue in agendo, siue in contemplando ad solius Dei cultum, honoremq; referebantur: id quod ipsamet significauit primis illis verbis sui cantici Luc. 1. *Magnificat anima mea Dominum*. Quo loco est aduertendum nõ dixisse Virginem, *Magnifica anima mea Dominum*, quasi excitando animam ad magnificandum Deum, sed dixisse *Magnificat*, vt intelligeremus non opus fuisse animam illam excitari, quæ continuò Deum magnificabat. Nimirum reliqui omnes sancti citharæ quidem fuerunt, quę Dei gloriam concinebant: sed tamen interdũ per carnis fragilitatem dissonabant: vnde opus erat, vt subinde ad harmoniam, & concentum reducerentur: quò videtur spectasse Regius vates, cum diceba; Ps. 102. *Benedic anima mea Dominum*: videlicet indicans suam ipsius animam citharam quandam esse, quæ interdum à Dei gloria concinenda cessabat, atq; adeo ne cesse habebat iterum ad Deum benedicendum excitari, & quodammodò attẽperari. At Virgo beatissima, quoniã perpetuò Deum benedicebat, nihilq; nõ ad eius gloriam referebat, cithara erat Spiritus sancti suauissima harmoniam, & cõcentum semper retinens: quæ videlicet nunquam dissonuit. Quare meritò Virgo non dixit, magnifica, sed, *Magnificat anima mea Dominum*. Illud etiam obiter obseruãdum illum appellari magnificum, qui grandia tribuit: quam ob causam humanitas Christi dicitur *Magnificentia* Ps. 8. *Eleuata est magnificentia tua super cœlos*: quia Deus per humanitatem se ostendit summopere magnificũ eximia beneficia hominibus conferendo: quanquam etiam magnificentiæ nomine eo loco ipsa Dei munificentia accipi possit. Virgo igitur magnificare Deum dicitur, quia non quibusuis laudibus, sed summis, & eximijs Dei prædicat magnitudinem.

B. Virgo Deũ continuò magnificabat.

Ps. 102. 1.

B. Virgo Spiritus S. cithara nunquam dissona.

Ps. 8. 2.

Deus per Christi humanitatem magnificè apparuit.

Luc. 1. 46.

Sed magnam habent difficultatẽ verba sequentia: *Absq; eo, quod intrinsecùs latet*: quæ necessariò ad perfectam huius loci intelligentiam explicanda sunt. Ea verò bis leguntur Cant. 4. primùm, cum dicitur: *Oculi tui columbarum absq; eo, quod intrinsecùs latet*: deinde, cum subiungitur: *sicut fragmen mali punici genæ tuæ absq; eo, quod intrinsecùs latet*: et præterea cap. 6. vbi eadem sententia totidem verbis repetitur: *Sicut cortex mali punici genæ tuæ absq; occultis tuis*. Quibus omnibus in locis Septuag. transtulerunt: *extra silentium tuum*: eodem modo transtulit Symmachus: in Hebræo respondet verbum, אבדד. Contendit au-

3

Cant. 4. 1. 10.

Canticorum locus obscurꝰ elucidatur. Cant. 6. 7.

Septuag. Symmachus.

tem

D. Hieron.

tem D. Hieron. in comment. super c. 47. Esaię eam vocem significare pudenda mulieris, & ita accipiendam esse in Canticis, atq; idcirco à Symmacho, & Septuaginta translatum fuisse *silentium, & taciturnitatē*, τὴν σιώπησιν, quòd eiusmodi partes præ verecundia, & modestia taceri debeant. Nam quòd vox Hebræa eam significationem habeat, probat D. Hieron. ex eodem cap. 47. Esaiæ, vbi ad Babylonē sub typo fœminæ dicitur: *Denuda turpitudinem tuam*: vbi ad literam sermo est de fornicationibus Babylonis, & manifestè turpitudinis nomine obscœnæ meretricis partes innuuntur, habeturq; eo loco eadem vox Hebræa. Verùm hæc vsquè adeò displicuerunt Luysio Legionensi in suis comment. super Cant. vt acriter Hieronymum incusser, quòd putauerit tē omnium turpissimam à Spiritu sancto nominatam fuisse. Itaquè contendit nomen *tsamatech* eo loco Canticorum sumi pro ea capillorum parte, quæ fronti, & temporibus imminet, sub quibus oculi latentes, atq; micantes quodam veluti errore capillorum, & incerto motu pulchriores apparere solent. Quare Legionensis verbum *tsamatech* non deducit à *tsama*, vt deduxit Hieron. sed à nomine *tsamam*, quod significat cincinnum capillorum, quo etiam modo deduxit Sanct. Pagn. in suo Hebraico dictionario, & lexicon Complutense, imo & Rabbini Hebræi in expositione super Cantica. Quâ quam verò Hieronymi sententiam magis probamus, quippe qui Hebrææ linguę peritia vel ipsos Rabbinos Hebræorum superauit: tamen hæc etiam Legionensis expositio probabilis est. Quare iuxta illam, cum dicitur: *Oculi tui columbarum absq; eo, quod intrinsecùs latet*: significatur tantam esse oculorum Virginis, hoc est, eius rectæ intentionis pulchritudinē vt multò plura lateant quamlibet etiam perspicacissimam videndi aciem, quàm sint illa, quę exteriùs apparent.

Esai. 47. 1.

Luys. Legion.

Intētionis pulchritudo plus latebat, quàm apparebat in Virgine.

4

Elegans quoq; est Septug. translatio: *Extra silentium tuum*, vel *Extra taciturnitatem tuam*: quæ illud significat tantam esse beatissimæ Virginis præstantiam, vt dici neq; at, sed silentio tantùm explicari possit. Itaq; eius perfectionem inexplicabilē esse, satiusq; multò esse, vt ille alius dixit de Carthagine, silere, quàm pauca dicere: quo eodem sensu dictum est de Deo Ps. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion*: pro quo est in Hebræo, quemadmodùm trāstulit D. Hieron. *Tibi silentium laus Deus in Sion*: quibus verbis significatur maximè propriam laudem Dei esse silentiū, quia nimirum eius immensa magnitudo cōprehendi nequeat. Munster. Campens. & Interpres pro Caiet. vertunt: *Te expectat laus Deus in Sion*, hoc est, vt Caietanus interpretatur: In Sion Deus laudaberis, vbi extructum est tabernaculum. Quanquam alia potest afferri expositio: *Te expectat laus*, id est, laus omnis consequi te minimè potest, sed quasi expectat, vt te captui nostro accōmodes, quò in te laudando versari possit. Sanct. Pagninus, & alij transferunt: *Tibi silet laus*, hoc sensu: Laus omnis tibi silētium est, seu quantū cunq; te laudibus efferamus, perinde est, atq; si omnino sileamus, quia laus omnis nostra præ tua magnitudine nihil est, & silentium potiùs, quàm laus existimāda. Quę omnia suo modo in Virginem conueniūt, de qua propterea meritò ab spōso non semel inculcatur, *Extra silentiū tuū, extra taciturnitatem tuam, absque occultis tuis*, hoc est, omnis tua pulchritudo silentiū quoddam est, & taciturnitas, tum quia silentio potiùs honoranda est, quàm impari laude, balbutientibusq; vocibus commendanda: tum etiam, quia quicquid de te dicatur, tam longè abest à tua eximia dignitate, vt silentium potiùs, & taciturnitas laus omnis appellanda videatur. Accedit, quòd tua eximia magnitudine sanctis omnibus imposuisti silentiū, imo & creaturis omnibus, ne possent tecum de perfectione, & pulchritudine contēdere. Atq; hæc de priori similitudine.

Pro posterioris intelligentia aduertē dum est primò Hesebō, siue Hesbon vrbem esse citra Iordanem in sorte filiorū Ruben, in qua olim fuit Regia Seō Regis Amorrhæorum stagnis, aquisq; abundātem. Deinde obseruandum pro eo, quod nos habemus, *filiæ multitudinis*, esse Hebraicè, בת־רבים, quod nomen propriū est eius portę, ad quam istæ piscinę dicūtur fuisse, quę appellabatur porta, בת־רבים

Virginis præstantia inexplicabilis.

Psal. 64. 12.

Munster. Cāp. Caietan.

Sanct. Pagnin. Laus nostra præ Dei magnitudine nihil est, & silētiū.

B. Virgo silentio potiùs honoranda, quā impari laude commendāda.

5

Hesebon vrbs citra Iordanē.

ideſt

id est, *filiæ multitudinis*, quòd iuxta illam forum esset peramplum, & hominũ frequentia celeberrimum. Tertiò notandũ in oculis præcipuè laudari magnitudinẽ, splendorẽ, serenitatem. Quia igitur piscinæ illæ amplæ erant, aquasq; habebãt clarissimas, & stabiles: ideirco Virginis oculi eiusmodi piscinis cõparantur, laudanturq; à magnitudine, splendore, & serenitate. Hæc enim omnia habuit Virginis intentio, quæ ampla fuit per multitudinem operum, splendidissima propter puritatem: deniq; serenissima, quia nullam vel minimam perturbationem admissam habuit.

Virginis oculi comparantur piscinis in Hesebon.

De pulchritudine genarum in Virgine.

SECTIO VIII.

1 RÆCIPVVM quiddã in facie sũt genæ, quas nõ præteriuit sponsus, cũ dixit Cant. 4. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Sciendum autem Hebraicè pro genis esse vocem רַקָּתֵךְ, quæ propriè tempora significat à radice רָקַק, id est, attenuare, eo quòd cutis temporum tenuissima sit: & ita sumit eam vocem hoc loco Sanct. Pagnin. Verùm Septuag. *genas*, siue *malas* transtulerunt: R. Abenesr. probabilius existimat vocem Hebrçam transferendam esse *florem mali punici*, qui totus est rubore perfusus. Igitur Beda per genas verecundiam designari putat: quia illas nobis erubescentibus solet rubor perfundere: similẽque colorem facies contrahit illi, quem præ se fert cortex mali punici. Eodemq; modo interpretatur Rup. de Virgine locum intelligens, quam meritò sponsus à verecundia cõmendat; quoniam est vna ex præcipuis adolescentium, virginumq; virtutibus iuxta illud Eccli. 26. *Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.* Vnde D. Ambros. lib. 2. in Lucam expendens verba illa capitis 1. *Ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, Discę*, inquit, *Virginem moribus; discę Virginem verecundia; discę Virginẽ oraculo; discę mysterio. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari.*

I

Cant. 4. 3.

Sanct. Pagnin. Septuag. R. Abenesra.

Beda.

Rupert.

Verecũdia ex præcipuis virginũ virtutib⁹ Eccli. 26. 19. D. Ambros. Luc. 1. 28.

Idemq; Ambr. lib. 3. de virginibus ponderans, quomodò Rebecca Isaac sponso suo cõspecto vultũ pallio operuit Gen. 24, sic ait. *In virginibus pudor ornat ætatem; taciturnitas commendat pudorem. An verò mediocre pudoris exemplum est, quòd Rebecca, cum veniret ad nuptias, sponsumq; vidisset, velamen accepit? Et vtiquè pulchra virgo non decori timuit, sed pudori.* Et paulò inferius. *Virginẽ mihi priùs grauitas sua nuncìet pudore obuio* (vbi Ambr. pudorem quasi famulum virginis præeuntem appellat) *gradu sobrio, vultu modesto, & prænuntia integritatis anteeant signa virtutis: non satis probabilis virgo est, quæ requiritur, cũ videtur.*

Rebecca exẽplum pudoris. Gen. 24.

Pudor virginitatis famulus.

Eodẽ pertinet illud, quod Abimelech Rex Geraræ dixit Saræ Gen. 20. *Ecce dedi mille argenteos fratri tuo: hoc erit tibi in velamẽ oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocũquè perrexeris, memento te deprehensam*: qui locus est vnus ex difficilioribus in lib. Genes. Pro cuius intelligentia sciendum est Hebraicè sic haberi: *Ecce dedi mille argẽteos fratri tuo. Ecce ipse tibi operimentum oculorum omnibus, qui tecum sũt, & increpata es.* Vbi pro, *ipse*, est Hebraicè הִוא, quæ vox referri potest & ad argẽtũ, & ad fratrẽ: est enim Hebraicè argentum numero singulari. Et quidem si ad fratrẽ referatur, ita plerique intrepretantur. Ecce dedi mille argenteos Abrahæ, quem tu falsò fratrem tuum appellas: ipse sub nomine fratris erit tibi velamen oculorum, id est, velamen verecũdiæ, si minùs casta esse volueris. Aut etiam aliter: Ipse erit tibi velamen oculorum, siue verecundię ad omnes, qui tibi voluerint hoc, quod tibi mecum accidit, exprobrare, habes, quo te excusses dicendo ipsummet Abraham persuasisse tibi, vt eum non virum, sed fratrem diceres, ex quo discrimen adulterij incurristi. Verùm alij meo iudicio planiùs, & faciliùs pronomen הִוא ad argẽtum referunt, vt dicatur Abimelech dedisse Abrahę mille argenteos in velamẽ oculorum Sarę, id est, quibus velũ emeret, quo se Sara velaret, oculosq; occultaret præ reuerentia, ne alicui posset esse cõcupiscentiæ occasio. Itaq; Abimelech

2 Gen. 20. 16.

Genesis difficilis locus explicatur.

commen-

commendasse Saræ pudorem, & verecũdiam. Quam expositionem sequutus est Lipom. in catena super Gen. & Marginal. Scholiast. in Bibliis Sanct. Pagnini. Hoc argumentum eleganter persequitur Tertull. lib. de velandis virginibus, reprehendens morem sui temporis, quo non solùm nuptæ, & illę virgines, quæ ad nuptias aspirabant, sed etiam virgines Christo dicatæ caput pręsertim in Ecclesiis ostentationis causa non velabant contra Apostoli præscriptum, & inter alia hæc habet. *Tam sancti viri est suffundi, si virginem viderit; quàm sanctæ virginis, si à viro visa sit. Sed enim vera, & tota, & pura virginitas nihil magis timet, quàm semetipsam confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersùs ictus tentationum. Induc igitur armaturam pudoris; circunduc vallum verecundiæ.* Eleganter dixit Aug. epist. 202. ad Nectarium Dæmonem nulla hostia magis delectari, quàm si ipsi pudor immoletur. *Vt quiuis, inquit, intelligat, quale Dæmonium sit, quod placari aliter non potest, nisi illi non sanguis humanus, sed multò scelestiùs pudor humanus tãquã immolatꝰ intereat.* Et meritò quidem Aug. quoniã abiecto pudore nullũ est scelus tã nefariũ, quod non facilè suscipiatur.

Lipomanus. Scholiastes.

Tertullianus.

Velamen capitis in virgine galea, & clypeus.

Pudor armatura castitatis.

D. Aug.

Dæmoni nulla gratior hostia pudore perdito.

3

Quoniam igitur Virgo beatissima exemplar erat omnis pudoris, & virginalis verecundię: idcirco genas habere dicitur similes cortici mali punicii: id quod oẽs fere Doctores põderãt in eo, quòd intra sui cubiculi penetralia se cõtinebat, & nõ obscurè significauit Lucas illis verbis, *Et ingressus Angelus ad eam*, quasi videlicet in interiori domus parte reconditam. Vnde Euseb. Emissen. in expositione Euangelij de Annunciat. *Nõ in plateis, inquit, erat; non in publico morabatur; intus erat; in penetralibus sola sedebat, nec tamen sola tanto virtutum exercitu circunscripta.* Et meritò Angelo conspecto quodammodò trepidauit, vt annotauit Ambr. quoniam vbi timor, ibi & pudor: quemadmodũ Suidas dictum ab Epicharmo commemorat. Et Tertull. in lib. de cultu fœminarum, *Qui præsumit, inquit, minùs veretur; minus præcauet; plus periclitatur: timor fundamentum salutis est.* Legendus est D. Bern. serm. super *signum magnum*, quo loco post quam ruborem in facie gemmę in diademate, & micanti in capite stellæ comparauit, subiunxit: *An verò quis putat, quòd hac caruerit gratia, quæ gratia plena fuit? Pudibunda fuit Maria: ex Euangelio id probamus, vbi enim aliquando loquax, vbi præsumptuosa fuisse videtur? Foris stabat quærens loqui filio, nec materna auctoritate aut sermonem interrupit, aut in habitationem irruit, in qua filius loquebatur.*

Luc. 1. 28.

Euseb. Emiss.

Vbi timor, ibi & pudor.

Suidas.

Tertull. Plus periclitatur, qui minùs veretur.

D. Bernard.

Rubor in facie, gemma in diademate ex Bern.

4

Secundò. Comparantur genę Virginis non simpliciter *malo punico*, sed *fragmini* mali punici: quoniam sicut in malo punico quadam ex parte fractò, & aperto apparẽt grana illa purpurea, & pulcherrima: ita in facie Virginis pudore aspersa eminebat omnium virtutum, & gratiarum decor, atque elegantia, vt ei qui in eam intueretur, statim sese obiicerent quasi mali punici grana purpurea omnium virtutum pulcherrima ornamenta. Aliam quoque eius rei causam affert Rupert. *Fragmen, inquit, mali punici & rubet, & amplius, quàm integrum malum, redolet. Sic tu* (loquitur cum Virgine) *& singulariter verecunda es, & multis per bonam opinionem bono exemplo proficis absque eo, quod intrinsecùs latet. O verè laudabilis verecundia, vbi & intùs conscientia munda, & foris facies est verecunda.* Potest & tertia reddi ratio: quoniam sicut grana mali punici, non nisi fracto malo punico apparent, & rutilãt: ita Virginis quemadmodum & reliquorũ sanctorũ virtutes eximiæ non ita resplendent, nisi cum laboribus frangũtur.

In Virginis facie omnium gratiarum decor.

Rupert.

Verecundia verè laudabilis quę.

5

Tertiò. Iuxta Bedæ expositionem de Ecclesia genas mali punici Virgo habuit: quia de rubore in facie propter passionem filij non erubuit, imo de eo gloriabatur. *Malum enim punicum, inquit Beda, quia rosei coloris est, passionis Dominicæ mysterium adũbrat.* Hunc igitur colorem Virgo in facie habens non erubescat, quia de sui filij morte, & passione non confundebatur; imo ipsam confusionem, & ruborẽ tãquã gloriã reputabat. Quartò, & postremò iuxta translationẽ R. Abenesræ: *Genæ tuæ sicut flos mali punici:* quid pulchrius, quã genas Virginis esse veluti flores mali granati? quasi nimirũ ex ipsis genis mala granata tãquam ex floribus pullularent. Sanè ita res habet: ex ipsius enim Virginis conspectu, & con-

Beda.

B. Virgo de filij passione nõ confundebatur.

R. Abenesra.

Genę Virginis flores mali granati.

Apostoli mala punica.

suetudine Apostoli magis ad mortē pro Christo oppetendam fuerunt incitati, vt ipsi veluti mala punica fuerint ex Virginis genis tanquā ex floribus enata. Quod enim malum punicū symbolū sit martyrij, siue martyrum, docet multis in locis D. Greg.

D. Greg.

De Pulchritudine labiorū virginis.

SECTIO IX.

1

Cant. 4. 3. 11.

LABIORVM PVLchritudo, quæ rubore præcipuè continetur, maximè etiam cōmendatur ab spō so in Virgine Cant. 4. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuū dulce:* seu vt alij transferunt ex Hebræo: *Tāquā filum coccini labia tua, & sermo tuus decorus est.* Et paulò inferiùs. *Fauus distillās labia tua spō sa: mel & lac sub lingua tua.* Quod ad rē attinet, per Virginis labia eius in loquendo prudentia exprimitur, quæ vittæ coccineæ comparatur, quoniam sicut fœminę solent vitta coccinea crines, ne effluant, constringere: ita prudentiæ examine cō stringūtur sermones, ne temerè effluāt. Est autem ea vitta in Virgine coccinea: quoniam eius in loquendo prudentia, sicut & reliquę virtutes, charitate rubebat. Hac de re loquitur D. Bern. serm. super *signum magnum*, vbi obseruat non nisi quater loquutam Virginē legi in Euangelio: primò quidem ad Angelum, sed cū iam semel, atq; iterum alloquutus eā fuisset: secundò ad Elisabeth, quando vox salutationis eius Ioannem exultare fecit in vtero, & ea magnificante Mariam ipsa magis Dominū magnificare curauit: tertiò ad filium, cum iam esset annorū duodecim, quòd ipsa, & pater eius eum dolē tes quęsiuissent: quartò in nuptijs ad filium, & ministros: & is quidē sermo certissimus index ingenitæ manſuetudinis, & virginalis verecundiæ fuit. Deinde obseruat mirum esse, quòd Virgo nihil legatur dixisse neq; pastoribus, neq; Magis, neq; Simeoni in templo. *Numquid*, inquit, *non ab initio venisse pastores, & primam omnium Mariam inuenisse leguntur? sic & Magi quoque non sine Maria puerum inuenerunt: & inducens in templum Domini templi Dominum multa quidem à Simeone audiuit tam de eo, quàm de se ipsa: & tamen ad loquendum tardat in omnibus, neq; de ipso incarnationis Dominicæ sacramento quodcunque verbum fecisse reperies.*

D. Bernard.

B. Virgo quater locuta legitur in Euangelio.

Virginis mirū silentium.

2

Pſ. 140. 3.

D. Greg.

Os congruo tempore & aperiendum, & claudendum.

Hæc vitta, qua labia constringenda sunt exemplo Virginis, alijs quoq; similitudinibus explicatur in sacris literis. Primùm nomine ostij Pſ. 140. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis.* Ratione verò similitudinis eam affert D. Greg. lib. 7 Mor. cap. vlt. & 3. p. curæ pastoral. admonitione. 15. quia nimirum ostiū & aperitur, & clauditur. *Qui ergo*, inquit, *os in suo poni non obstaculum, sed ostium petijt, & apertè docuit, quòd & per disciplinam retineri lingua debeat, & ex necessitate laxari, quatenus os discretum, & congruo tempore vox aperiat, & rursus congruo taciturnitas claudat.* Quę ratio etiam affertur à D. Chrys. in cōment. super Pſ. 140. vbi addit rationem esse clauem huius ostij. *Os*, inquit, *nostrum perpetuò custodiamus rationem ei tanquā clauem adhibentes.* Dicitur autem huiusmodi ostium *ostium circunstantiæ*, hoc est, circunstans: quia discretio, & prudentia debet totum os ambire apponendo temporis, loci, personarum circunstantias, vt meritò ostium circunstantiæ dici possit. Est & alia vis in eadē similitudine, quòd sicut in domum, quæ nullo clauditur ostio, patet sine delectu aditus vniuersis, qui ingredi, egrediq; voluerint: ita per os, quod nullo discretionis ostio clauditur, egrediuntur turmatim, ac temerè in condita verba, quæcūq; in buccam venerint. Secūdò. Non satis est hoc ostiū clausum esse, nisi etiam vectibus, & repagulis diligēter obseretur: hoc enim etiam maximè commendant sacræ literæ, veluti Eccli. 28. *Ori tuo facito ostia, & seras*: seu vt legit D. Greg. in expositione. 4. Pſal. pœnitentialis: *Ori tuo fac ostium, & vectem.*

D. Chryſoſt.

Ratio oris clauis.

Eccli. 28. 28.

3

Silentii seruandi difficultas.

Tertiò. Tanta est bene loquendi, sileniijq; suo tēpore seruandi difficultas, vt ne ostio quidē vectibus, & repagulis obserato fidere quis debeat: sed prēter ostiū, & vectes adhibēda sit diligēs custodia, & excubię ad custodiēdū ostiū, ne quis illud absq; necessitate detractis seris aperiat. Idcirco enī regius vates dixit Pſ 140

Pone

Psal. 140. 3.

Pone Domine custodiam ori meo. Sicut enim obsessam vrbē non satis est claudere, sed præterea opus est ad portarū custodiam præsidium adhibere: ita non sufficit arcem cordis, quæ continuò à Dæmone obsidetur, clauso ostio seruare, sed præterea adhibenda est vigilantissima custodia, quam D. Chrys. loco citato vult esse memoriam mortis, quam ipse pingit quasi fœminam præferentem manu ignem inferni. *Hunc*, inquit, *adhibe ianitorem, & custodem intentantem minas conscientiæ, & hanc portā nunquam intempestiuè aperies iuxta illud Eccli 7. In omnibus operibus tuis memento nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Deinde aduertit non sine mysterio mentionem fieri & *ostij*, & *custodiæ*, vt intelligamus huiusmodi ostium nec semper debere esse apertum; nec semper clausum: sed interdum aperiendum; interdum etiam claudendum iuxta illud Eccles. 3. *Tempus tacendi, & tempus loquendi. Si enim*, inquit, *oporteret ora perpetuò patere, nō factæ essent portæ: si autem perpetuò clausa esse, non esset opus custodia.*

Mortis memoriam vt pingat Chrysostom⁹.

Eccli. 7. 40.

Eccles. 3. 2.

4

Quartò. Frænos etiam adhibere iubemur ori quasi indomito, & effrænato equo Eccli. 28. *Facito frænos ori tuo rectos*, hoc est, vt interpretatur D. Ambr. lib. 1. Officiorum cap. 3. *Restringatur lingua habenæ vinculis, frænos habeat suos, quibus reuocari possit.* Eademque similitudine vsus est Iacobus Apostolus in epist. sua canonica, cap. 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam fræno circumducere totum corpus*: quibus verbis significat eum, qui linguam nouit frænare, reliquum omne actionum suarum corpus posse gubernare: sicut totus equus fræno ori adhibito regitur; quemadmodùm statim subiungit: *Si equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.* Quintò. Non tātùm frenos in ore, sed etiam stateram in manu, cum loquimur, vt habeamus, admonemur Eccli. 28. *Verbis tuis facito stateram.* In quē locum D. Ambr. loco proximè citato, *Profer*, inquit, *sermones ad mensuram libra examinates iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, in verbis modus.* Et D. Chrys. in Psalm. 140. eundem locum exponens stateram, & lancem docet faciendam linguæ, vt non solùm verba, quæ oporter, efferamus: sed etiam cum ea, qua par est, cautione veluti ponderantes expendamus. *Si enim*, inquit, *hoc facimus in auro: multò magis faciendum est in verbis, vt nihil desit, nihil redundet.* D. Ambr. legit. *Ori tuo fac iugum, & stateram*: per iugumq; intelligit humilitatem, & subiectionem, vt lingua sit subiecta rationi, eiusq; iugum libēter subeat. Atq; hęc omnia Virgo beatissima diligēter obseruauit: ipsa nimirū oris sui ostium claudebat, aperiebatq; opportuno tempore; ipsa verbis suis fecit stateram singula prudentiæ libra examinās; ipsa aureos quosdā silentij frænos ori admouendos exemplo suo docuit; ipsa demq; vitta coccinea sermones constrinxit, tū ne diffluerēt, tū vt charitatis quasi colore coccineo in proximorum vtilitatem ruberent, vt meritò ei sponsus dixerit: *Vitta coccina labia tua.*

Ecclí. 28. 30. D. Ambros.

Iacob. 3. 2. 3.

Reget totum corpus qui liuguam frenat.

Statera vt auro, sic facienda linguę.

D. Ambros.

Virginis verba ad iustitiæ libram examinata.

Quanquā & alia quoq; ratio reddi potest, cur labia Virginis vittæ coccineę cōparētur, quæ ex Beda colligitur: quoniā scilicet Virgo sermones suos passionis Dominicę memoria solebat tingere, & veluti coccineos efficere. Adūbrari enim passionē Christi per filum coccineū perspicuū est ex Iosue 2. cū Raab meretrix ex fenestra funem appēdit coccineū, ad cuius conspectum sibi, domuiq; suæ parceretur, vt in eum locū Origenes elegāter obseruauit. Meritò autem memoria passionis Christi vitæ coccineæ cōparatur: quoniam, vt ait Beda, nihil est, quod magis nefarios, & profligatos homines à peccando cohibebat, quā cū recolūt pro eis Dominū passum fuisse. Præterea pulcherrima tunc sunt labia, & quasi coccinea, cū de passione Christi sermonē habent. Rectè etiā subiungitur: *Et eloquium tuū dulce*: quia gratissimū est Deo, & Angelis, cum de passione Christi mysterijs inuicem loquimur.

5

Beda.

Passio Christi vitta coccinea Iosue. 2.

Orig.

Eius virtus ad cohibēda peccata.

Nec verò vittæ coccineæ dumtaxat labia Virginis conferuntur, sed etiam distillāti fauo, vt initio diximus, propter incredibilem suauitatem, ac dulcedinē. Præterea fauus erant per dulcedinem amoris, distillans per affabilitatem. Nec vacat mysterio, quòd fauus distillans, non effusus dicuntur, nimirum,

9

Virginis labia distillanti fauo cur comparentur.

Eccli. 28. 29. D. Ambros. Sermones ad iustitię librā examinandi. D. Chrys.

quia non debet quispiam, quicquid scit, effundere; sed præmeditatò loqui, & habita ratione loci, temporis, ac personarũ quodammodò distillare. Quod mirum fuit in Virgine, quæ cum tam multa, tantaq; sciret, paucissima tamen loquuta legitur. In cuius rei figuram dicitur Num. 19. *Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit*: & est sermo de tentorio mortui, in quo vas omne, quod non habuisset operculum, immundũ cẽsebatur. Cuius rei mysterium sic expendit D Greg. lib. 23. Moral. cap. 4. *Tegmen operculi, vel ligatura est censura disciplinæ, qua quisquis non premitur, quasi vas immundum, polluitumque reprobatur: quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, qui per studium ostensionis patens nullo velamine taciturnitatis operitur.*

Num. 19. 15 Vas sine operculo effuso in loquendo.

D. Greg.

7

Verùm optabit quispiam reddi sibi rationem, cur labia Virginis tam suauia, ac dulcia fuerint, vt mellis fauo comparentur. Sanè non alia est, nisi quia tam sæpe, ac frequenter oscula filij sui infantis delibauit, quemadmodùm ipsa exoptabat, cum dicebat Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui*, seu vt est Hebraicè, & Septuag. etiã transtulerunt: *Osculetur me osculis oris sui*: vt videlicet non vnum tantùm osculũ, sed multa expetierit. Quid nõ enim gratiæ, suauitatisq; Virginis labijs adhæreret ex ore, & labijs suauissimi illius infantis, cui veluti blandiens Regius vates dicebat Ps. 44. *Speciosus forma præ filijs hominũ, diffusa est gratia in labijs tuis*. Quo loco primùm est obseruandũ Psalmi eius titulũ Græcè quidem esse: *Pro ijs, qui commutabũtur*: Hebraicè autem: *Pro lilijs* vel, *super lilia* & iuxta Symmachum: *Triumphus pro floribus*. Volunt autem Hebræi lilia hoc loco non significare flores, sed musicũ instrumentum, quod lilijs insculptis esset insigne, quod genus instrumentorũ etiã hodie in vsu est, cum in corpore lyrarũ, & vnde sonus redditur, sunt lilia, roseæq; insculptæ: quam expositionẽ sequũtur Rab. Abenesra, & Rab. Dauid. Potestq; ea sententia confirmari ex eo, quòd in titulis aliorum Psalmorũ instrumẽta quoq; musica, ad quæ canebantur, poni solent, veluti Ps. 53. *Victori in organis eruditio Dauid*: et Ps. 60. *Victori super organum Dauid*: et Ps. 6. & 11. *Pro octaua*, vel *super octauam*: nam ibi etiam *octaua* iuxta expositionem Hebræorum est genus odæ, vel instrumẽti musici. Existimat autem D. Hieron. hæc lilia significare virgines: nam ideirco ait se hunc Psalmum voluisse exponere Principijq; virgini, eo quòd inueneratin titulo lilia, & flores, quæ pertinent ad virginitatis decus immortale: cui etiam concinit titulus ille: *Pro ijs, qui cõmutabuntur*: quia virgines mutantur in Angelos; eaq; mutatio perfectissima erit in cœlo iuxta illud Matth. 22. *Neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo*. Nec à virginibus dissidet illa alia liliorum acceptio pro instrumẽris musicis: verè enim virgines sunt musica instrumenta pulcherrimis virtutum lilijs insculpta, quę ad sublimem quendam concentum Diuiuarũ laudum in cœlo adhibentur iuxta illud Apoc. 14. *Vocem, quam audiui, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis: & cantabant quasi canticum nouum, & nemo poterat discere* (sic enim legendum est, non, *dicere*,) *canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia*. Quòd enim huiusmodi citharædi virgines sint, statim explicauit Ioannes subiungens: *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt.*

D. Hieron.

Virgines mutantur in angelos.

Matth. 22. 30

Virgines & sunt musica instrumenta, & citharœdi.

Apoc. 14. 1. 4.

8

Cæterùm quanquam vniuersè hæc lilia ad virgines spectent: præcipuè tamen referenda sunt ad Christum, sanctissimãq; eius matrem: siquidem eo Psalmo agitur de Messię nuptijs, eiusq; sponsa, quæ potissimùm fuit eius mater. Quare non mirum, si Virgo tantam habuit gratiam in labijs, cũ labia habuerit pulcherrimi lilij: folia enim illa lilij inflexa quãdam præbẽt speciem labiorum. Vnde. 2. Paralip. 4. dicitur de mari æneo: *Vastitas eius habebat mensuram palmi, & labiũ illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij*: imo labia ipsa sponsi lilijs comparantur Cant. 5. *Labia eius lilia*. Secundò. Aduertendum est ex August. Eugub. in cõment. super Ps. 44. cũ dicitur: *Diffusa est gratia in labijs tuis*, significari maximam copiam, & abundãtiam gratiæ, quæ veluti torrens, & quasi flumen appelletur: quasi dicat: *Circunfusum est gratia os tuum. Sicut fons sese largiter effundit: sic effudit sese vbertim gratia in ore tuo.*

Gratia labiorum Virginis ex Christo.

2. Paral. 4. 5.

Cant. 5. 13.

Aug. Eugub. Psal. 44. 3.

Tertiò Obseruauit in eundem locũ Fr. Titelm. Titelm. cisc. Titelman. plenũ mysterij esse, quòd

Pſal. 44. 3.

Tituli Pſalm. 44. varia lectio.

R. Abeneſrà. R. Dauid. In titulis Pſalmorum adhibentur inſtrumenta, ad quæ canebantur.

Septuag.

Cant. 1. 1.

Virginis labia vnde tam ſuauia.

Septuag.

in

in labijs Christi potiùs, quàm in facie, fronte, aut oculis dicatur diffusa fuisse gratia: quia nimirum Christus venerat, vt legationem quandam maximè arduã, ac difficilem perageret, fœdusq; inter homines, Deumq; grauissimè offensum percuteret: atq; adeo opus fuisse, vt in labijs multam haberet diffusam gratiã, vt hoc hominibus posset facilius persuadere, Patremq; sermonis suauitate mitigare: aduocatus enim, qui gratiam non habet in loquendo, non est idoneus difficillimis negocijs expediendis, animisq; vtriusq; partis conciliandis. Cum igitur in labijs Christi tanta esset diffusa gratia, eiusq; infantis oscula Virgo beata frequentissimè delibaret, inde ortũ est, vt eius labijs tãta insideret gratia, vt distillanti mellis fauo meritò comparari debuerint.

Gratia cur potius in labijs, quam in Christi facie dicatur diffusa.

De pulchritudine colli in Virgine.

SECTIO X.

QVONIAM COLlum præcipuum quendam in corporis compositione locum obtinet, in eo describẽdo præcipuè quo què versatur sponsus. Vnde Cant. 4. sic ait. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* seu vt alij transferũt ex Hebræo: *Sicut turris Dauid collũ tuũ constructa ad disciplinas: mille clypei suspẽsi sũt super eam, omnes pharetræ fortium.* Sanctes Pagn. paulò aliter: *Quæ ædificata est ad docendũ transeuntes.* Et cap. 7 *Collum tuum sicut turris eburnea.* Deniq; cap. 1. *Collum tuum sicut monilia.*

Cant. 4. 4. & 7. 4. & 1. 10.

Sanct. Pagn.

I Virginis intercessio turris Ecclesiæ.

Primùm igitur per *collum* Virginis eius apud Deum gratia, & intercessio intelligitur, ita vt eius intercessio sit veluti collum, per quod à Deo omnes gratiæ, præsidiaq; in homines transfunduntur. Iraq; hæc Virginis intercessio turris quædam est Ecclesiæ fortissima, ad quã omnes, cum ab hostibus obsidentur, sese salutis causa recipiunt. Ea munita est firmissimis propugnaculis, hoc est, præsentissimis in omni tentationum, & persecution umgenere præsidijs. *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium* non solùm, quia mille protectionum genera in tercessione Virginis continentur, propter quę multa etiam inuocationum genera promeruit: sed etiam, quia quotquot fortissimi milites, ac duces in Ecclesia extiterunt, victorias suas Virgini in primis acceptas retulerunt, & hodie quo què referunt: & ideirco arma sua ex huiusmodi turri quasi ex tholo suspendũt, hoc ipso testantes se Virginis potissimũ beneficio de hostibus tum animę, tũ corporis victoriam reportasse. Vnde meritò alij transferunt ex Hebræo: *Quæ constructa est ad disciplinas*, siue, *quæ constructa est ad docendum transeuntes*: quoniam quicunq; ad hanc turrim aspexerint, viderintq; tam multa intercessionis eius monumenta, cognoscent facilè, quãtum spei sit in Virginis præsidio collocandum. Quid enim quæso aliud vident, qui templum Virginis ad aquas Lupias, Lauretanum, & Mõtis serrati ingrediuntur, quàm huiusmodi clypeos, & armaturam fortium è turri suspensam, arma videlicet omnis generis, compedes, vincula, linteamina mortuorum, quæ inuicta huius turris præsidia omnibus transeuntibus clarissimè testantur.

Milites, ac duces Ecclesiæ victorias suas Virgini referunt.

In Virgine quantum spei collocandum.

Iraq; habes intercessionis Virgineæ duo præclara symbola, vnum colli, turris alterum. *Collum* enim dicitur, quia per Virginem vniuersa in nos à Deo tanquã à capite beneficia deriuantur: *turris* autẽ, quia firmissimum est, ac tutissimũ eius præsidium. Ad priorem appellationem spectauit D. Bern. serm. in Natiuit. Mariæ, cum Virginem appellauit aquęductum gratiæ. *Sanè*, inquit, *ipsa sese plenitudo exinaniuit, vt fieret nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: deriuatus est fons vsque ad nos, descẽdit per aquæductũ vena illa cœlestis. Aduertistis iam, ni fallor, quem velim dicere aquæductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiẽs nobis edidit illum: nostis enim cui dictum sit: Aue gratia plena. An verò inueniri potuisse miramur, vnde tantus, ac talis fieret aquæductus, qui nimirum instar profectò scalæ illius, quam vidit Iacob, cœlos tangeret, imo & transcenderet, vt viuidissimum illum aquarum, quæ super cœlos sunt,*

2 Virgineę intercessionis duo symbola præclara.

D. Bernard.

B. Virgo. aquęductꝰ gratię.

Luc. 1. 28.

Ephrem Syr⁹.

Andr. Cretenſ. Vallum item fidelium, & mũdi propitiatorium.

3

Coloſſ. 3. 14.

Matth. 22. 40.

Omnes virtutes ex charitate pendent.

Epheſ. 6. 11.

1. Cor. 13. 4.

4

Humilitas Virginis turris eburnea. Rupert.

Exod. 32. 10.

Gen. 32.

poſſet attingere fontem. Ad poſteriorem ſpectauit Ephræm Syrus in orat. ad Virginẽ, cum eam *vallum fidelium* appellauit. Ad vtranque demum Andreas Cretenſis ſermone de Aſſumpt Virginis, cum eam vocat cõmune mũdi propitiatiorum: qua eadem appellatione vtitur Ephræm loco citato.

Secundò. Poteſt etiam per *collum* Virginis eius intelligi charitas. Sicut enim collum reliquum corpus capiti annectit: ita charitas Deo nos maximè cõiungit; imo & vinculum eſt omnis perfectionis ad Coloſ. 3. *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis*: et Matth. 22. *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.* Atq; hoc eſt, quod ſubiungitur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: quia omnes omnino virtutes ex charitate pendent, quibus armatura ſanctorum continetur iuxta illud ad Epheſ. 6 *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli*: quælibet enim virtus eſt veluti clypeus quidã fortiſsimus aduerſus omnes Dæmonũ ictus. Quòd autem ex charitate pendeant virtutes reliquæ, diſertis verbis ſignificauit Apoſtolus, cum dixit ſecundę ad Cor. 13. *Charitas patiens eſt, benigna eſt. Etc.* Meritò etiam charitas turri comparatur: quoniam ſicut capta, vel diruta turri facilè oppidum ipſum expugnatur, ita charitate deperdita ciuitas virtutum occupatur. Propugnacula, quibus hęc turris defenditur, ſunt ipſa opera, quæ ſi ab hoſtibus capiãtur, ceſſeturq; à bonorũ operum profectu, turris omnino defendi non poteſt.

Tertiò. Per *collum* Virginis accipiendam quoque eſſe eius humilitatem, qua veluti collo omnibus ſe ſubijciebat, exiſtimat Rupert. lib. 6. in Cant. additq; humilitatem in Virgine fuiſſe maximã fortitudinem, & idcirco turri eburneæ comparari: præſtat enim ebur ſoliditatem, & fortitudinem. Atque hanc fuiſſe etiam fortitudinem Moyſis, qua Deũ tenebat, ne populum deleret; vnde illi Deus dicebat: *Dimitte me.* Exod. 32. et qua Iacob contra Deum præualuit, quando cum eo luctatus eſt. Gen. 32. *Qua fortitudine*, inquit Rupert. *luctabatur iſte, vel ille? Profectò humilitate: nam de Moyſe Dicitur* Pſ. 105 *Si non Moyſes electus eius ſtetiſſet in contractione* (id eſt, vt ipſe interpretatur, *in nimia mentis humilitate*) *in conſpectu eius. De Iacob autem Oſeæ.* 12. *cum dictum fuiſſet: In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & inualuit ad Angelum, confeſtim fortitudinem eius exprimens Propheta ſubiunxit: Fleuit, & rogauit eũ. Igitur ò dilecta collum tuum, quod eſt humilitas tua, turris eſt eburnea id eſt, fortiſsima, atque pulcherrima.* Hæc Rupert. Accedit, quòd ebur dens eſt Elephantorũ maximè formidabilis: nihil autem Dæmones magis perhorreſcunt, quàm humilitatem: quemadmodùm teſtatur D. Antonius Eremita, vt auctor eſt D. Athanaſius in eius vita.

Pſ. 105. 23.

Oſeæ 12. 3.

Humilitatem maximè perhorreſcunt dæmones.

D. Athanaſ.

5

Cant. 1. 10.

Origen.

Virginis obedientia.

Poſtremò. Collum Virginis eſt eius obedientia: quam ob cauſam de illo dicitur Cant. 1. *Collum tuũ ſicut monilia.* Quæ expoſitio eſt Orig. hom. 2 in Cãt. vbi legit: *Ceruix tua ſpecioſa facta eſt ſicut redimicula. Et meritò*, inquit, *quam enim priùs præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei ſpecioſam fecit, & pulchram. Ceruix ergo tua ſpecioſa facta eſt, ſicut redimicula: redimicula enim ſunt cõnexiones monilium, quæ in ceruicibus ſedere ſolent, ex quibus deſcendit per omne collum reliquus ornatus. Ceruicem verò diximus ſubiectionem, & obedientiam, eo quòd quaſi iugum Chriſti ſuſcipiat, & fidei eius obedientiam præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius, quæ eſt obedientia, Chriſtus eſt: ipſe enim prior factus eſt obediẽs vſque ad mortem: ornamentum ergo, & monile ceruicis ſponſæ obedientia Chriſti eſt.* Atq; hæc quidem Origen. Quæ quanquam ille ad Eccleſiam refert, optimè tamen quadrãt in Virginem, quæ obedientiſsima fuit. Si malq; aduertendum monile ornamẽtũ pectoris eſſe è collo appenſum, pendentem gemmam habens incluſam auro, id quod ad inſtitutum maximè pertinet. Verè enim obedientia è collo per ſubiectionem dependens obedientis pectus exornat, geritq; Chriſtũ, qui gemma eſt pretioſiſsima, ex collo ad pectus pendẽtem, cum Chriſtum Patri obedientiſsimũ ſibi tanquã exemplar ad imitandum proponit. Deinde obſeruandum nõ dictum eſſe: *Collum tuum ornatum eſt monilibus*, ſed, *Collum tuum ſicut monilia*, hoc eſt, tã pulchrum, vt ipſum met ſit monilia,

Obedientia ornamentũ Chriſtus.

nec

Obedientię eximia pulchritudo.

nec vllo externo, addititioq; ornatu ad pulchritudinem indigeat, sed ipsum per se sit instar omnium monilium, omnemque in se ornatum contineat. Quod maximè declarat, & amplificat obedientiã Virginis, quæ ipsa per se fuit pulcherrima, Deoq; gratissima. Imo & ipsius obedientiæ in vniuersum pulchritudinẽ declarat, quę adeo pulchra virtus est, vt omnibus monilibus, & ornamentis comparari possit.

6

Obedictia turris cũ propugnaculis.

Quoniam verò cœpimus collum Virginis eius obedictiam interpretari, percurramus breuiter in eundem sensum reliquas colli similitudines, quòd in obedientiam aptissimæ sint. Obedientia igitur turris est ędificata cum propugnaculis: quoniã si vera est, & perfecta, expugnari non potest, imo per eam glorioſæ de hostibus victorię comparantur: & idcirco additur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*, videlicet quasi spolia detracta hostibus in monumentum victorię iuxta illud Prou. 21. *Vir obediens loquetur victorias*. Est autem victoria præcipua obedientis se ipsum vincere: sic enim eũ locum interpretatur D. Greg. lib. 34 Moral. cap. 34. *Vir*, inquit, *obediens loquitur victorias, quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosmet ipsos in corde superamus.*

Prou. 21. 28.

D. Greg. Obedientis quę sit præcipua victoria.

7

Denique eadem turri eburneę similis dicitur propter puritatem, & innocentiam, quam obedientia debet habere cõiunctam. Id quod expendit D. Greg. in eo, quòd amici, & cognati Iobei ouem vnam, & inaurem auream vnam obtulerunt: quia enim obedictia ex auditu est, rectè per inaurem, quod aurium est ornamentũ, exprimitur. Igitur amici Iob obtulerunt ei ouem vnam, & inaurem vnam, *Quoniam*, vt ait Greg *innocuis mẽtibus ornamentum obedientiæ iungitur: quare Iobo nemo inaurem sine oue, nemo ouem sine inaure obtulit, quia Redemptori suo non obedit, qui innocẽs nõ est, & innocens esse non potest, qui obedire contẽnit. Quia verò ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est: idcirco inaurem obtulerunt, vt videlicet in ea quæ exhibetur, obedictia charitas fulgeat, quæ virtutes omnes quasi aurum cætera metalla transcendit.* Hęc ille. Cui concinit illud, quod de Salomonis throno dicitur 3 Reg. 10. quòd scilicet thronum fecerit ex ebore grandem, & vestierit auro fuluo nimis. Quid enim vetat per Salomonis thronum obedientiã intelligere, in qua veluti in excelso throno Deus ipse residet, cui nimirum maximè glorioſum est habere sibi omnes subiectos, & dicto audientes?

Innocens esse nõ potest, qui obedire contemnit.

Obediendum non seruili metu.

3 Reg. 10.

8

Plenumq; mysterij est in hanc sentẽtiam, quòd thronũ illum duodecim leonis seni ex vtraq; parte ambiebant; tum quia multi leones, hoc est, multæ difficultates obedientiæ thronum ambiunt, vt qui ad huiusmodi thronum conscendere expetit, sibi inter ferocissimos leones incedendum pro certo habeat: tum etiam quia illi potissimùm ad obedientiæ celsitudinem aspirant, qui leoninã quandam fortitudinem, & generositatẽ æmulantur, eo quòd maximè ardua sit obedientię virtus. Quam eãdem ob causam turris illa Dauid, de qua ante diximus, multa habebat propugnacula, multos appensos clypeos, multam armaturã fortium: omnia enim propugnacula, & munimenta, omniaq; armorum genera necessaria sunt ijs, qui obedictiæ turrim, atq; arcem seruare, ac tueri contendunt, quam nimirum omnis generis tentamẽta, bellaq; impugnant, cũ in materia versetur vniuersarum virtutum. Hęc igitur omnia maximè ad Virginem pertinent, quę in virtute obedientiæ ita excelluit, vt sponte se legi purificationis subiecerit, qua tamẽ nequaquam tenebatur, in exemplum videlicet non solùm humilitatis, sed etiam obedientię, quemadmodùm docet D. Thomas 3. p. q. 37. art. 4. Imo affirmant Patres Virginem, cũ stetit iuxta crucem, heroicum actum obedientię exercuisse simul, & charitatis offerendo filium suum Patri. Quia de re legendus est Ioan. Gerson tract. 2. de cãtico de cachordo, id est, *Magnificat*, D. Bonau. in 1. dist. 48. q. vlt. Abul. q 14. in prologum Matthæi. Addit sanctus Bernardinus serm. 15. de festiuitatibus Virginis Virginem actu fidei, & obedientię, cum consensit annunciationi Angelicæ illis verbis Lucæ 1. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*, plus meruisse, quàm omnes sanctos omnibus suis actibus, cum eo actu meruerit saltem de cõ-

Obedictię difficultates.

Obedientes quàm debeant esse fortes, & generosi.

In exemplum obedictiæ purificationi se subiecit B. Virgo. D. Thom.

Ioan. Gerson.

D. Bonauent. Abulensis. D. Bernardin.

Luc. 1. 38. Annunciationi angelicæ consentiens quantum meruerit B. Virgo.

grũo

gruo, vt esset mater Dei: atq; ad id probandum affert illud Prou. 30. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.*

Prou. 31. 29.

De murenulis, quibus collum Virginis ornabatur.

SECTIO XI.

1

DE MVRENVlis Sponsæ sic loquitur Sponsus Cāt. 1. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Septuag. transtulerunt: *Similitudines auri faciemus tibi cum punctis argenti.* Alij: *Margaritas aureas faciemus tibi cum punctis argēteis.* Aduertēdum est autem pro murenulis esse Hebraicè *thore* in regimine: aliàs enim dicendū foret, *thorim*, à radice *thur*, quæ significat considerare, seu contēplari, vnde deducitur *thorà*, id est, lex, quòd in ea meditandum sit: ab eademq; radice deducitur *thor*, id est, turtur, vt habes Gen. 15. imo eo ipso cap. 1. Cant. idē nomen habetur, cum dicitur: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*: pro quo Hebræi legunt: *Pulchræ sunt genæ tuæ in murenulis, siue in quibusdam alijs ornamentis*: ex quo intelligimus turtures muliebre ornamentum esse. Itaque Hebraicum *thorim*, quod Vulgatus modò turtures, modò murenulas trāstulit, quidam catenas ex auro esse volunt; alij plures gemmas vno filo insertas; alij sigilla perexigua ex auro, & argento conflata: Legionensis aliud quiddam cogitat de vitta linea acu picta, ex qua multi pendeant margaritarum ordines vsque ad cilia. Verùm si vulgatā editionem sequamur, murenulę sunt ornamenta colli, & catenę ex auro instar murenarum: vnde D. Hieron. ad Marcellā, Aurum, inquit, colli sui, quod murenulā vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente quædam ordinis flexuosi catena contexitur, absq; parentibus vendidit. Quare nō rectè D. Bernardus serm. 41. in Cant. alijq; existimarūt murenulas non colli, sed aurium esse ornamenta.

Cant. 1. 11.

Septuag.

Gen. 15.

Cant. 1. 10.

Legionens.

Murenulæ ornamēta colli.

D. Hieron.

D. Bernard.

His animaduersis veniamus iā ad murenularum mysteria, quæ etsi multa, diuersaq; sunt, aptissimè tamen in Virginē concinunt. Primùm igitur Beda lib. 2. in Cāt. vult has spōsæ murenulas esse scripturas Diuinas, quas anima iusti collo circundat, cum in omnibus, quę loquitur, & agit, continuò scripturis sanctis intēdit, quæ nimirum sunt colli pulcherrima ornamenta. Secundò. Citat antiquam illā translationem: *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoad vsque Rex in recubitu suo est*, docetq; nomine auri claritatem cœlestis patrię adumbrari, cuius similitudines, & non ipsa claritas nobis in hac vita ostenduntur iuxta illud 1. ad Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* Fiunt autem similitudines cum distinctionibus argenti, quia cum nitore spiritualium eloquiorum cœlestia nobis arcana panduntur: & quoniam in hac vita dumtaxat, non autem etiam in futura talium similitudinum solatijs, & auxilijs indigemus, aptè subiungitur: *Quoad vsq; Rex in recubitu suo est*, id est, quoad vsq; Christus in secreto suo est, & necdum nobis in gloria Patris sui apparet: tunc enim, sicut ait Esaias cap. 33. Regem in decore suo videbūt oculi sanctorum. Et hęc quidem Beda iuxta translationē Septuag. nam nostra editio, quæ est ex Hebrœo, illa verba, *quoad vsque Rex in recubitu suo est*, iungit cum sequenti sententia.

2

Beda.

Scripturæ Diuinæ sponsę murenulæ.

1. Cor. 13. 12

Esai. 33.

Tertiò. Alij per murenulas aureas vermiculatas argento accipiunt charitatem ornatam sapientia. Cum autem argentum inaurari soleat, hic è contrario super aurum argētum ponitur: quia prior debet esse charitas, quàm scientia, & super charitatem induci distinctiones argenti, seu vt habent Septug. *puncta argentea*: subtilissima enim scientiarum placita, quæ appellamus, puncta super charitatem fundari debent. Quartò. Alij interpretantur murenulas cum vermiculationibus, vel puntis argenti fidem, siue charitatem bonis operibus distinctam, vt fides, vel charitas sit murenula quædā aurea, & quæ per eam fiunt bona opera, vermiculationes sint, seu puncta argentea. Vel aliter per murenulas aureas posse accipi dilectionem erga Deū, per pū-

3

Scientiarum placita super charitatem fundanda.

cta

Dionys. Carth. B. Virginis prœconia.

Rupert.

cta autem, & vermiculationes argenti actus dilectionis erga proximũ. Quintò. Dion. Carthus. per murenulas intelligit glorioſa prœconia, quibus tum in ſacris literis, tum à nobis cõmendatur Virgo beatiſsima. Quam expoſitionem videtur mutuatus à Ruperto, qui eodẽ modo murenulas iſtas interpretatur. *Murenulas*, inquit, *aureas faciemus tibi, vermiculatas argento, id eſt, ornamenta benedictionis, & gratiarum actionis benedicendo, & gratias agendo Deo, quòd ſic fecit tibi, ita vt non ſit locus, vbi vox laudis huius non audiatur, quæ tuũ nomen celebrãs iugiter te ãbiat, & quodãmodò de collo tuo depẽdeat.*

5

Obedientiæ præmia.

Sextò. Poſſumus etiam iuxta traditam illam colli expoſitionem, qua ex Origine diximus ſignificari obedientiam, per murenulas intelligere prœmia, & ornamenta, quæ obedientię promittuntur: pẽdent quippe ex obedientis collo in cœlo ornamenta glorioſiſsima, & pulcherrima. Par enim eſt, vt collum illud, quod iugum Domini portauit, tandem ablato iugo multis ornamentis decoretur. Vnde Paulus ad Hebr. 5. *Factus eſt*, inquit, ſcilicet per paſsionem & glorificationẽ ſuam, *omnibus ſibi obtẽperantibus cauſa ſalutis æternæ*: & Cant. 4. poſtquã dictũ fuerat, *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni*, ſubiungitur: *Coronaberis*: quia videlicet illi coronantur, qui voci ſponſi vocantis obediunt: quanquam & per vocẽ illam, *veni*, tertiò repetitam tria religionis vota poſſumus accipere, per quæ ad Deum prœcipuè accedimus, & propter quæ iuſtorum animę tanquam Dei ſponſę coronantur. Atq; ad hanc murenularum de obedientię præmio expoſitionẽ pertinet illa D. Bernardi ſentẽtia ſerm. 41. in Cant. cũ per murenulas non colli, ſed aurium ornamenta accipienda eſſe exiſtimat, docens tum murenulas, ſiue inaures dari ſponſę in hac vita, cũ illi ornamẽta auriũ, hoc eſt, variæ dantur Diuinarũ rerũ cognitiones, ac ſimilitudines ſupernæ patriæ ſtatũ adumbrãtes, *Quæ ad aures*, inquit, *fidei pertinent, & interim eam, dum ſponſo non fruitur, conſolantur, vt per auditus obedientiam ad gloriam perueniat viſionis.* Quàm pulchras igitur murenulas Deũ Virgini dediſſe exiſtimandum eſt, quę vſq; adeo obediens fuit, vt (quod affirmat Gerſon tract. ſuper *Magnificat*.) ſtans iuxta crucẽ altiſsimum habuerit actum obedientiæ offerens ipſa filium ſuũ Patri, & conformãs ſe etiam in illa filij ſui morte acerbiſsima cũ Diuina volũtate. Planè in die eius Aſſumptionis dictũ eſt ei: *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis; murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* In cuius rei figuram Rebeccę ſpõſæ Iſaac datę ſunt inaures aureæ, & armillę. Gen. 24. quia nimirũ Virgini, & cuilibet ſanctæ animę, quę & aures Deo per obedientiã, & manus per opera præbet, dantur inaures ad cultum aurium, & armillę ad brachiorum ornamentum.

Gerſon.

B. Virgo ſtans iuxta crucem altiſsimum habuit obedientię actum.

Gen. 24.

De vberibus, & ventre Virginis.

SECTIO XII.

DE ſponſæ vberibus ita legimus Cant. 4. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis*: & iterum: *Pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*: & cap. 7. *Dixi: Aſcendam in palmã, & apprehendã fructus eius, & erũt vbera tua ſicut botri vineæ, & odor oris tui ſicut malorum.* Qui hęc ſponſę vbera ad Eccleſiam referunt, partim duo teſtamenta, partim omnes in vniuerſum prædicatores interpretãtur, qui varijs nominibus eo libro Cant. dicantur: appellenturq; Eccleſiæ oculi, quia occulta myſteria perſpiciũt, dentes, quia doctrinę cibos terunt, cõminuũtq; fidelibus; collũ, quia ſtatũ vitalẽ Eccleſiæ miniſtrãt; deniq; vbera, quia parvulis in Chro lac doctrinæ ſalutaris inſtillãt. Duo autẽ dicũtur, quia duplex doctrinę lac cõtinẽt, vnũ de aſtructione fidei, alterũ de cõpoſitione morũ: pertinet enim ad concionatoris officium & fidem aſtruere, & ad bonos mores incitate. Comparantur hinnulis capreę propter perſpicacitatem aſpectus quoad intellectum; propter hilaritatem quoad affectum; propter velocitatem quoad executionẽ operũ etiam arduorum, atq; difficilium. Deniq; paſcuntur in liliis, id eſt, in floridis ſcripturarum campis, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ,

Cant. 4. 5. 10. & 7. 8.

I

Prędicatores variis nominibus dicuntur in Canticis.

Virginitas, & fœcunditas duo vbera in B. Virgine. Rupert.

id est, dum vitæ huius tempus perdurauerit. Verũ omissa Ecclesia, de qua modò non agimus, duo hæc Virginis vbera virginitatem, & fœcunditatem eius interpretatur Rupert. lib. 3. in Cant. quæ duo vbera hinnulis comparantur propter lætitiam, quam mundo attulerunt: sunt enim hinnuli festiui, ac lęti, dum huc, & illuc cum spectantium lætitia in montibus saliunt. Gemellis autem hinnulis similia dicuntur, quia in sola Virgine duo hęc inuenta fuerunt, ut filium lactaret, & virgo esset. Denique dicuntur pasci in lilijs propter summam fœcundę huius virginitatis pulchritudinẽ.

2

D. Bernard. Esai. 11.

Eadem duo vbera virginitatem scilicet, ac fœcunditatem in Virgine expendit D. Bern. hom. 2. de B. Virgine in eo, quòd Esai. 11. virga dicitur floruisse. *Florem*, inquit, *filium, virgam intellige matrem, quoniam & virga floruit absque germine, & Virgo concepit non ex homine: nec virgæ virorem floris læsit emissio, nec Virginis pudorem sacri partus editio.* Et in eo præterea, quòd Iudic. 6. Gedeonis vellus de carne tonsum, sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur, vt significaret carnem assumptam de carne Virginis absque detrimento virginitatis cum distillantibus cœlis tota se infudit plenitudo Diuinitatis, adeo vt ex hac plenitudine omnes accepimus, qui verè sine illa nõ aliud, quã terra arida sumus. Cui Gedeonico facto propheticum dictum pulchrè conuenit, cum dicitur Psal. 71. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Atque hæc duorum vberum coniunctio est vnum ex tribus illis mirabiliter singularibus, & singulariter mirabilibus, quæ idem Bern. commemorat sermone 3. in vigilia Natiuitatis. *Tria*, inquit, *opera fecit omnipotens illa maiestas in assũptione nostræ carnis ita singulariter mirabilia, & mirabiliter singularia, vt alia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram. Coniuncta quippe sunt ad inuicem Deus, & homo, mater, & virgo, fides, & cor humanum. Mirum est enim, quomodò cor humanum his duobus fidem accomodauit: quomodò credi potuit, quòd Deus homo esset, & quod virgo manserit, quæ peperisset.*

Partus Virginis puritsimꝰ.

Iudic. 6.

Psal. 71. 6.

D. Bernard.

3

Dicuntur autem vbera virginitas, & fœcunditas in Virgine, quia inde humanum genus spiritualiter infans lac salutis, & gratiæ hausit ex eo videlicet, quòd in Virgine cum eius virginitate coniuncta est fœcunditas, qua Deum hominem peperit: nihil enim nobis eius virginitas profuisset, nisi fœcunda fuisset. Fit deinde mentio liliorum ad exprimendam virginitatis pulchritudinem: est enim lilij flos pulcherrimus, & hieroglyphicum spei: vnde in multis antiquorũ Imperatorum numis ex altera facie dea sculpta erat lilium dextera prætendens cum hac inscriptione, *Spes publica*: quod mirificè conuenit in sanctissimæ Mariæ virginitatem cum fœcunditate coniunctam, in qua spes humani generis publica reposita est. Deinde de vberibus illud est maximè obseruãdum, quòd dicitur Cant. 7. *Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut odor malorũ.* Obseruandumq; tunc dein vbera Virginis, id est, eius virginitatem, & fœcũditatem mundo maximè profuisse, fuisseque instar hinnulorũ delectationem, & hilaritatem spectantibus exhibentium, pulchriora etiam vino, & sicut botros vineę suauissimos, postquam Christus in crucis palmam ascendit: tunc enim perfecta est humani generis redemptio, & apparuit fœcũdæ virginitatis vtilitas, & suauitas. Quòd enim per ascẽsum in palmam eleuationem Christi in crucẽ accipere debeamus, docet Beda lib. 6. in Cãt. Quod verò ait sponsus: *Ascendam in palmã, & apprehendam fructus eius*, ad illud tempus spectat, cum Salomon ista scribebat: tũc enim Dominus se crebris Prophetarum vocibus promittebat ad redemptionẽ generis humani vẽturũ, & ascensurũ in arborem crucis, vt destructo mortis imperio ad vitã victor rediret. Fructus autem palmæ, quos se apprehensurum cõmemorat, posteriores sunt gloriæ, quæ crucis sequebantur ascensum, hoc est, claritas resurrectionis, & ascensionis eius, aduentus Spiritus sancti, & salus mũdi credentis. Itaq; tũc Virginis vbera fœcundissimi, & suauissimi botri fuerunt, cũ Christus crucem triũphator ascẽdit: simul etiam odor oris eius sicut odor

Fœcũda Mariæ virginitas spes publica humani generis.

Cant. 7. 8.

Vtilitas fœcundæ virginitatis Mariæ quã do apparuerit

Beda.

Crucis fructꝰ.

malorum

malorum: quia ex eo tempore Virginis fama, quæ per odorem exprimitur, vniuersum orbem peruasit.

4 Cant. 7. 2. Dionys. Carth

Quod ad ventrem spectat, de eo ita legimus Cant. 7. *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.* Dionys. Carthus. lib. de præconio, & dignitate Mariæ art. 37. & alij existimant in aceruo tritici fœcunditatem Virginis, in lilijs virginitatem adumbrari. Itaque venter eius aceruus tritici fuit, quia fœcunditatem habuit; septus liliis, quia virginitatem retinuit. Et meritò venter Virginis aceruo tritici confertur, quia ad eius ventrem tanquam ad immensum, & inexhaustum tritici aceruum mortales omnes, imo & Angeli cibi quærendi causa confluxerunt. Sed cur aceruus iste tritici dicitur non plenus, non ornatus, sed vallatus lilijs? Sanè illud significatur lilia fuisse pro uallo, quo defenderetur tritici aceruus. At, inquies, quis vnquã tritico vallũ cõfecit ex lilijs? quamve defensionem poterant lilia præstare tritico? Haud dubiè maximam, & inuictam. Primùm enim, quod ad Virginem attinet, nisi ei vallum virginitatis tutum futurum promitteretur ab Angelo, dubium, an mater Dei esse voluisset? imo non electurã fuisse esse Dei matrem, nisi aliud Deum velle intelligeret, sentit Bernardin. Senens. serm. de Concept. probariq; potest ex illis verbis: *Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco?* nec priùs consensit, quàm ei ab Angelo diceretur: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrauit tibi.* Itaque lilia vallauerunt aceruũ tritici, quia vt haberemus fœcunditatẽ Virginis, fecerunt virginitatis lilia.

Venter Virginis aceruo tritici cur comparetur.

Virginitatem suam quanti fecerit B. Virgo.

Bernardin. Senens.

Luc. 1. 34. 35

5 Castitas custos virtutum reliquarum.

Deinde si vniuersè loquamur, lilia pro vallo acerui ponuntur, quia nihil ad custodiendum omnium bonorũ, virtutũq; aceruum fortius, acfirmius est castitate. Hanc enim ita Dæmon formidat, vt vbicũq; vallum huiusmodi reperit, de acerui rapina omnino desperet. Hinc est, quod D. Anselm. hom. super Euangel. Luc. 10. *Intrauit* IESVS *in quoddam castellum*, docet castellum appellari turrim muro circundatam, quę duo sese inuicẽ defendunt: tum ait beatissimam Virginẽ castellũ esse, in qua humilitas turris, Virginitas muri instar obtineat, quę duo se se inuicem tuentur, nimirũ & turris humilitatis virginitatis murũ, & murus Virginitatis humilitatis turrim, imo & reliquarũ omnium virtutum. *Quia igitur*, inquit Anselm. *virginitatem cum libido non potest, solet impugnare superbia, est in eadem Virgine turris humilitatis, quæ à muro virginitatis omnem repellit superbiam.* Et quidem merito Ansel. nam virgo quæpiam nisi humilis sit, in maximo versatur virginitatis amittẽdę discrimine. Vnde D. Aug. ad initiũ 2. lib de ciuitate Dei quęrẽs, cur permisit Deus in vrbis Romæ vastatione virgines Deo sacras à barbaris violari? respõdet tandẽ capite 28. cum ijsdem loquẽs: *Quodsi forte, cur permissi sint? quæritis, alta quidem est prouidentia creatoris, & inscrutabilia iudicia eius: veruntamen interrogate fideliter animas vestras, num forte de isto integritatis, & cõtinẽtiæ, vel pudicitiæ bono vos inflatiùs extuleritis.*

Humilitas quàm virginitati necessaria. sit D. August.

Deniq; de ventre Virginis exclamat D. Epiph. serm. de Virg. laudib. *O vterum impollutũ habẽtẽ circulũ cælorũ, qui Deũ incõprehẽsũ in te verè cõprehẽsũ portasti. O vterũ cælo amplioręm, qui Deũ in te nõ coarctasti. O vterũ, qui cælũ es septẽ circulis cõstans, & capacior illis existis. O vterũ cælis sublimiorẽ, atq; latiorẽ. O vterũ habẽtẽ inextinguibile lumẽ septẽs lucẽtis gratiæ.* Hęc ille, & multa alia in hanc sententiam.

6 D. Epiphan. Vterus B. Virginis cœlo amplior, & sublimior.

De calceamentis, & gressu Virginis.

SECTIO XIII.

VSQVE ADEO calceamentorũ Virginis pulchritudine, & incessus elegãtia captus est sponsus, vt per admirationem dixerit Cãt. 7. *Quàm pulchri sunt greßus tui in calceamẽtis filia Principis*: & quoniam in ponẽdo pede, & incessus, gressusq; venustate, & gratia ingenua quædam indoles elucet, ideo considerato incessu sponsę eam sponsus Principem nominauit.

1 Cant. 7. 1.

Quod ad rem attinet, putamus per calceamenta Virginis accipiendã esse eius humilitatem, cuius est ad pedes semper accidere, infimumq; locum appetere: quã virtutẽ difficillimã esse, facillimeq;

2

deperdi indicauit Petrus. 1. sua epist. c. 5. cum dixit: *Omnes autem inuicem humilitatem insinuate*: vbi pro eo, quod nos habemus, *insinuate*, est Græcè, ἐγκομβώσασθε, hoc est, *innodate*, seu *alligate*: κόμβος enim nodū significat, & ἐγκομβόω, innodare. Est igitur is sensus Apostoli: Humilitatē arctissimis nodis alligate, & innodate, ne elabatur: est enim humilitas vsq; adeo difficilis, vt nisi magna cura, & vigilantia retineatur, & quasi vinciatur, facillimè quauis occasione incidente elabatur. Verū ea, virtus etsi difficilis, tanta fuit in Virgine, vt eam Deus quasi admirans, & suspiciens dixerit. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!* quibus verbis etiam innuit humilitatem, quanuis per calceamēta exprimatur, virtutem tamē esse Principis, eaq; maximè ipsos etiam Reges, ac Principes decorari; imo ex ea dignosci tāquam ex calceamētis, & gressu generosum, ac regium cuiusq; animū. Atq; idcirco ad hanc vnam virtutē Deū in Virgine respexisse ipsamet cōfitetur in suo cantico Lucę 1. cum ait: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*. Vt autem intelligas eo loco *humilitatis* nomine ipsam etiā virtutem humilitatis accipi debere, aduerte pro eo, quod nos habemus, *humilitatem*, esse Græcè, ταπείνωσιν, quæ vox in primis significat afflictionem: estquè hæc acceptio creberrima in sacris literis, veluti Gen. 29: cum dixit Lia: *Vidit Dominus humilitatem meam*: et Ps. 24. *Vide humilitatem meam, & laborem meum*: et Ps. 135. *In humilitate nostra memor fuit nostri*. Deinde significat vilitatem, & exiguitatem, vt perspicuū est ex illo loco ad Philip. 3. *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*: et Iacob. 1. *Glorietur frater humilis in exaltatione sua, dives autem in humilitate sua*: vbi humilis, seu ταπεινὸς idē est, quod vilis: & humilitas idem, quod vilitas: nam humilitas, quæ est virtus superbię cōtraria, dicitur ταπεινοφροσύνη, vt ad Ephes. 4. *Obsecro itaq; vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine*: et ad Philipp. 2. *Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes*. Quoniam igitur eo loco non dixit Virgo, ταπεινοφροσύνην, sed ταπείνωσιν, multi ita interpretantur, vt Virgo dicat Deum respexisse suā ipsius vilitatem, & exiguitatem. Quam expositionem sequuntur Ianſenius in sua concordia, Vatablus in scholijs super eundē locum, ibidēq; Caietanus, Isidorus Clarius, Euthymius, Erasmus, imo & D. Bernardus serm. de B. Virgine super illud Apoc. 12. *Signum magnū apparuit in cœlo*: vbi sic inducit Virginem cum Elisabetha loquentem. *Beatā esse dicis, quæ credidit: sed credulitatis, & beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis, vt ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes, quia ancillam humilem, & exiguam respexit Deus*. Potestq; hęc expositio confirmari, quia non videtur conueniēs summę modestię Virginis, vt dicat Deū respexisse ad meritum humilitatis suæ: id enim esset gloriari & de merito, & de virtute humilitatis, quod à verè humilibus longè abest.

Verùm ne vel minimam maledicendi ausam prębeamus Hęreticis, qui ex hoc loco perperā intellecto occasionē acceperunt Virginem iniurijs proscindē di appellando eam abiectam, ac vilē ex sua ipsius confessione: aduertimus verbum ταπείνωσις nō sēper vilitatem, sed interdum ipsam etiam humilitatis virtutem significare, vt exploratum est ex illa sententia à D. Petro. 1. sua Epist. c. 5. et à Iacobo cap. 4. vsurpata: *Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam*: vbi pro *humilibus*, est Gręcè, ταπεινοῖς: imo & Christus Dominus Matthęi. 11. ait. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, Gręcè, ταπεινὸς: quibus in locis manifestum est sermonem esse de humilitatis virtute. Accedit, quòd eo loco virtutem humilitatis accipiendam esse cōmunior est Patrum, & interpretum sententia, quam dissertis verbis tradunt Origen. hom. 8. in Luc. D. Aug. serm. 2. in Assumpt. Virg. Euseb. Emisen. in Euangelium ferię sextæ in aduentum, Beda in caput. 1. Luc. D. Bernard. serm. 42. & 45. in Cant. & hom. 1. super *Missus est*, & serm. 3. in Annunciat. Dominica, Glossa ordinaria Luc. 1. Rupert. serm. 1. in Cant. D. Bonauent. in speculo B. Virg. cap. 8. D. Thom. 2. 2. q. 161. art. 1. referens, & approbans expositionem Origenis; sanctus Ildephons. serm. de Assump. Virginis. Ambr. Ansb.

1. Petr. 5. 5. Humilitas facillimè deperditur.

Quanta fuerit in B. Virgine.

Humilitas virtus regia.

Luc. 1. 48.

Gen. 29. 32.

Psal. 24. 18.

Psal. 135. 23. Locus cantici B. Virginis illustratur.

Philipp. 3. 21.

Iacob. 1. 10.

Ephes. 4. 2.

Philip. 2. 3.

Ienſen.

Vatablus. Caietanus. Isider. Clarius. Euthymius. Erasmus. D. Bernard. Apoc. 12.

2

Iacob. 4. 6.

Matth. 14. 25.

Origenes. D. Aug. Euseb. Emiss. Beda. D. Bernard.

Gloss. ordin. Rupert. D. Bonauent. D. Thom. D. Ildephons. Ambros. Ansb

lib.

Hugo. Card. lib. 2. in Apocal. Hugo Card. in cap. 1. Lucę, & plures alij. Nec verò propterea Virgo de humilitate sua in se gloriatur, sed in Domino, à quo agnoscit se humilitatis donum recepisse, Deumq; humilitatem illam tanquam fundamentum iecisse ad reliquorum donorum fabricam superstruendam: quemadmodum & Paulus absq; humilitatis præiudicio gratiam se habere lætabatur, & charitatē, à qua certus erat separari nō posse ad Rom. 8.

Rom. 8.

3 Quare concludimus vtranq; expositionem literalem esse, sed posteriorē cōmuniorem Patrum: & verò prior expositio multùm etiam cōmendat humilitatem Virginis, quippe quæ cū posset quatuordecim Reges, & eo âpliùs in suo stēmate numerare, & tot pręterea, ac tantis esset à Deo donis, & prērogatiuis locupletata, vilem tamen se, & abiectam prædicabat, considerans videlicet se eiusmodi donis non suo meritò, sed Diuino beneficio cumulatam, imo cum videret se vndiq; spiritualibus opibus circunfluentem, recurrit ad naturā, & inde se humiliandi ansam arripuit, quę est summa humilitatis prēstantia: quemadmodum D. Chrysost. hom. 23. in posteriorē epistolam ad Corinth. in Abrahamo obseruauit expendens illa eius verba Gen. 18. *Ego autem sum terra, ac cinis. Quoniam*, inquit, *non habebat peccata, quæ diceret; sed vndique bonis operibus fulgebat, circumcursans, & nihil contra se inueniens ad naturam ipsam confugit: & quoniam terræ nomen videtur quodammodò honestum esse, cineris addidit.*

Humilitatis ansam vnde arripuerit B. Virgo.

D. Chrysost.

Gen. 18. 23.

Abrahami humilitas.

4 Verùm vt ad posteriorem expositionem, quę cōmunior est Patrum, reuertamur, gratissima sanè fuit Deo Viginis humilitas, ad quam potissimū respexisse dicitur suspiciens calceamentorū eius pulchritudinem: in cuius rei figuram dicitur de Iudith cap. 16. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius*, id est, Holophernis: mirū enim est, quòd cū Iudith tā multis alijs ornamentis pulcherrimi exornata esset, ad sola sandalia, id est, pedum calceamē tarespexisse dicatur Holophernes, eorū que captus pulchritudine, in typum videlicet Virginis, cuius humilitatem vsq; adeo Dominus adamauit, vt meritò dixerit Bern. serm. super *Missus est*: *Virginitate placuit, humilitate concepit.* Etenim tūc primùm Deus humanitatem induit, cū Virgo illa verba humilitatis plenissima pronunciauit: *Ecce ancilla Domini.* Atq; hoc est, quod ipsa Virgo cōmemorat Cant. 1. cū ait: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*: nardus enim, qui frutex humilis est, humilitatem designat. Anno tauit autem Rupert. in cōment. eius loci tantum fuisse odorem huius nardi, id est, humilitatis in Virgine, vt ad ipsum Deū in accubitu suo Regali in cœlis consistētem peruenire potuerit, eumq; ita delectare, vt è cœlo ad Virginis gremiū per incarnationem traxerit.

Humilitas Virginis Deo quā gratissima. Iudith. 16. 11.

D. Bernard.

Luc. 1. 38. Cant. 1. 13.

Rupert.

Odor humilitatis in Virgine quantus.

5 Præterea obseruandum est, quod iam cœpimus dicere, humilitatē regalē quandam virtutem esse: idcirco enim spōsus de humilitate sponsam cōmendans eam *filiam Principis* appellauit. Est enim humilitas altissima, & humilis eo ipso, quòd humilis est, maximè excelsus, ac sublimis, quemadmodùm & superbus eo ipso quòd superbus est, infimus, & abiectissimus. Itaq; quod Christus ait: *Qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur*, non solùm accipiendum est, postquā se humiliauerit ille, & iste exaltauerit, sed in ipso humilitatis actu supremam quandam altitudinem, & in ipso actu superbiæ summam abiectionem contineri: atque adeo Virginem beatissimā eo ipso, quòd se humiliauit, supra omnem fuisse euectam celsitudinem. Id quod ità exponit D. Aug. lib. 14. de ciuit. cap. 13. *Est*, inquit, *aliquid humilitatis miro modo, quod sursum faciat cor: & est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, vt elatio sit deorsum, & humilitas sursum: sed pia humilitas facit subditum superiori, nihil est autē superius Deo, & ideo exaltat humilitas, quæ facit subditum Deo: elatio autem, quæ in vitio est eo ipso, quòd respuit subiectionem, cadit ab illo, quod non est quidquam superius, & fit quod scriptum est Psal. 72. Deiecisti eos, dū eleuarentur: non enim ait: Dum eleuati fuissent, vt prius extollerentur, & postea deijcerentur: sed cum extollerentur, tunc deiecti sunt: ipsum quippe extolli iam deijci est.* Hæc Aug. Aliam eiusdem rei præclaram etiam rationem effert D. Gregorius lib. 6. Mor. c. 6. 8. super illa verba Iob. 5. *Qui ponit humiles in sublimi.* Quo

B. Virgo se humilians super omnē euectā celsitudinem. D. Aug.

Matth. 23. 12.

Humilitas vir tus regalis.

Deiciunt se, dum extollūt superbi. Psal. 72. 18.

D. Greg. Iob. 5. 11.

loco

loco docet D. Greg. humiles eo ipso, quòd se humiliant, altissimos fieri. *In sublimi*, inquit, *humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substernũt, altæ mentis iudicio cuncta temporalia transcendunt: & cum se indignos in omnibus æstimant, rectè cogitationis examine huius mundi gloriam transcendentes calcant.* Idem eleganter persequitur Ioan. Gerson. 2. p. sermonis in cœna Domini considera tione. 1. vbi primùm docet veram humi litatem, dum exit à summa potentia, & gloria, & magnificẽtissima maiestate Dei ad suam impotentiam, seruilitatemq; intuẽdam, effici potentissimam, & gloriosissimam, & monarchicã super omnia, quia nimirum facit ipsum Deum suam gloriam, & potentiam, dum propter Deum se, & omnia alia contemnenda arbitratur. *Quantum igitur*, inquit, *est humilitatis dominium habere omnia sub pedibus per generosum contemptum iuxta illud Deut. 11. Omnis locus, quẽ calcauerit pes vester, vester erit. Quid maius? & quam latum imperium nihil aliud à Deo magni pendere, nullique alteri rei subijci?*

Ioan Gerson.

Humilitatis dominium.

Deut. 11. 24.

Secundò. Visionem Ioannis de mulie re amicta sole humilitati accõmodat, aitque eam esse signum magnum apparens in cœlo intelligibili, & supremo animæ rationalis: mulierem, inquam, amictã sole iustitiæ. Quid enim iustius humilitate, quæ implet omnem iustitiam Matth. 3 in capite eius coronam esse stellarũ duodecim, hoc est, perfectionem omni virtutum fulgore radiantem: lunam deniq; sub pedibus, hoc est, omnia terrena sub affectionibus per generosum contẽptũ.

Humiltas signum magnum in cælo. Matth. 3.

Tertiò. Aduertit ad humilitatis tanquã Principis, & Reginæ imperium militare, & seruire omnia: aduersa quidem ad exercitium, & tutelam, prospera verò ad modestiam, sobriamq; consolationem. *Dicam amplius*, inquit Gerson, *militant pro ea sui hostes fortissimi: nam ex peccatis redditur cautior, firmior, ac potentior. Imo vide miraculũ: ipsa ex morte propria reuiuiscit sæpius, fortiorque resurgit: nam quis neget magnam esse humilitatis recuperandæ rationem humilitatem perdidisse? Quin etiam oritur ex suo contrario, quod est superbia nõ minori miraculo, quàm si frigiditatẽ calor gignat: humilitatis quippe non parua est occasio animam contra Deum suum creatorem, ac redemptorẽ superbijsse.* Quartò. Docet humilitatem suo modo esse ambitiosissimã, cupidissimã, maximi cordis, & altissimi spiritus: quoniam dedignatur nisi summo bono, nisi sũmis opibus, nisi sũma gloria impleri. Postremò ait humilitatem similem esse speculo concauo, in cuius centro vniuntur omnes radiosæ incidentiæ illustrationum diuinarum: quia nimirum humili omnes gratiæ cõmunicantur à Deo, eamq; ob causam appellari posse abyssũ sorbentem omnium viuentium aquarũ fluenta; imo & vacuum quoddam spirituale, ad quod implendum confluunt omnia, nec implere sufficiunt, nisi Deus. Ex his perspicuum relinquitur, quanto iure Virgo propter humilitatẽ filia Principis dicta sit, sponsusq; eius humilitatẽ demiratus dixerit: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis!*

Humilitatis imperium super omnia.

Humilitas, spirituale vacuũ

COMMENTARIVM TERTIVM EXEGETICVM.

In quo de sanctissimę Deiparę virginitate, & maternitate disseritur ad illa verba: *Mulier amicta sole.*

Amictam sole fuisse Virginem, cum Verbum absque vllo virginitatis præiudicio concepit.

SECTIO PRIMA.

SVPERIORIBVS commentarijs docuimus sanctissimam Virginem signum magnũ fuisse iuxta triplicẽ signi in sacris literis acceptionem, pro miraculo videlicet, scopo, atq; vexillo: eandem in cœlo apparuisse ostendimus ob eximiam in omni genere magnitudinem: explicauimus etiam mulieris appellationem, vbi de nomine Mariæ, eiusq; tum corporis, tum animi pulchritudine aliquanto fusiùs disputauimus. Sequitur iam in visione Ioannis exponendum, quomodò fuerit amicta sole: id quod tertio hoc commentario præstabimus. Et quoniam Virgo beatissima non solùm fuit amicta sole, sed solem quoq; ipsa amiciuit iuxta illud Hieremiæ 31 *Fœmina circundabit virum*: vtrumq; isto cõmẽtario complectemur, quod adeo in Mariæ virginitate, maternitateq; potissimùm versabitur, cuius vtriusque prærogatiuę fuit sanè admirabilis, & maximè Diuina coniunctio, & vnũ ex tribus illis operibus mirabiliter singularibus, & singulariter mirabilibus, quę cõmemorat D. Bern. serm. 3. in vigilia Natalis Dñi. *Tria*, inquit, *opera fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ carnis ita singulariter mirabilia, & mirabiliter singularia, vt talia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram: coniuncta quippe sunt ad inuicem Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum.*

Hier. 31. 22.

D. Bernard.

1

Vt igitur hinc ordiamur, D. Bern. serm. de Virgine variè exponit hunc amictũ solis in Virgine. Primùm enim docet dici amictam sole propter singularem clementiam, qua vniuersos instar cuiusdam solis misericordiæ radijs illustrat, vt nõ tantùm solarem naturam, sed solem ipsum ad omnia suo splendore pertingentem induisse videatur. *Ea*, inquit, *est, quæ velut alterum solem induit sibi: quemadmodùm est ille super bonos, & malos indifferenter oritur: sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu.* Altera Bernardi expositio desumitur ab stabili simul, & perfectissimo splẽdore, atq; feruore virtutum Virginis: cùm enim lunæ splẽdor sit instabilis, & incertus, feruoremq; nõ habeat: is tamen, quo sol splendet, habet cum ardentissimo feruore stabilitatem coniunctam. Quia igitur Virgo beatissima à Deo tanquam sole vndiq; collustratur, accipiens ab eo perfectum, & stabilem, imo & ardentissimum charitatis, virtutumq; cæterarum fulgorẽ, meritissimò amicta sole apparuit. *Amicta*, inquit, *dicitur sole, & luna sub pedibus eius: in sole nimirum & feruor, & splendor stabilis; in luna solus splendor, atque is omnino instabilis, & incertus, qui nunquam in eodem statu permaneat. Iure ergo Maria sole perhibetur amicta, quæ profundissimum Diuinæ sapientiæ vltra, quàm credi valeat, penetrauit abyssum, vt quantum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa: illo nimirum igne Prophetæ labia purgantur, illo igne Seraphim accẽdũtur. Longè verò aliter Maria meruit non velut sũmam tim tangi, sed operiri magis vndiq;, & circunfundi, & tanquam ipso igne concludi. Candidissimus sanè, sed & calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata nosc untur, vt nihil in eâ non dico tenebrosum, sed obscurũ saltẽ, vel minùs lucidum sed ne tepidum quidem aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari.*

Virtutum Virginis perfectæ & stabilis splẽdor

Tertia expositio Bernardi ad incarnationem Domini pertinet, quę in Virgine perfecta est, non tantùm seruata, sed magis adhuc perfecta eius virginitate, vt idem sit mulierem amictam sole fuisse, atq; Spiritum sanctum ei superueniisse, & virtutem altissimi obumbrasse: quod haud dubiè ad virginitatem eius pertinuit, vt ex Virginis ad Angelum interrogatione Angeliq; responsione manifestum est. Cum enim Virgo quæsisset, *Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco?* respondit Angelus: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Deniq; idem est amictam esse sole mulierem, atq; rubum illum Exod. 3.

2

Marię virginitas per incarnationem perfectior. Luc. 1. 34.

arsisse,& tamen minimè combustũ fuisse: quam visionem omnes fere Patres de incarnatione Verbi in Virgine absq; vllo vel minimo virginitatis detrimẽto accipiunt, vt postea dicemus vberiùs. *Quomodò*, inquit Bern. *in tam vehementi feruore tam fragilis natura subsistit? Meritò quidẽ admiraris Moyses sancte,& curiosiùs desideras intueri: verùtamen solue calceamenta de pedibus tuis,& inuolucra pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis: Vadam, inquit,& videbo visionem hanc magnam. Magna planè visio rubus ardens sine combustione: magnum signum mulier illæsa manens amicta sole: non est rubi natura opertum vndiq; flammis manere nihilominus incõbustum: non mulieris potentia, vt sustineat solis amictum, non est virtutis humanæ, sed nec Angelicæ quidem, sublimior quædam necessaria est: Spiritus sanctus inquit, superueniet in te:& tanquã riss. ödeat illa: Quoniam spiritus est Deus,& Deus noster ignis consumens est: Virtus, ait, non mea, nõ tua, sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaq; mirum, si sub tali vmbraculo talis etiam à muliere sustineatur amictus. Quã familiaris ei facta es Domina, quàm proxima, imò quàm intima fieri meruisti! quantam inuenisti gratiam apud Deum! in te manet,& tu in eo,& vestis eum,& vestiris ab eo: vestis enim eum substantia carnis,& vestit ille te gloria suæ maiestatis, vestis solem nube,& sole ipsa vestiris.* Hęc ille. Itaq; Bernardus amictam sole Virginem ad illud tempus refert, quo ipsa Dei filium concipiens superueniente Spiritu sancto, & virtute altissimi obumbrante nihil de suæ virginitatis puritate, & integritate amisit: sed instar rubi ardebat, quin combureretur, hoc est, sole vestiebatur, quin eius virginitas deperiret. De virginitate quoque sanctissimæ Deiparę eundem amictũ solis intellexit Ambr. Ansb. in comment. huius loci: *Mulier, inquit, amicta sole, ac si diceretur, beata, semperque virgo Maria obumbrata altissimi virtute, cui videlicet dictum ab Angelo scimus: Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi: illa scilicet virtus, de qua Paulus dicit primæ ad Corinth. primo Christum Dei virtutem,& Dei sapientiam.* Eodem modo Haymo, Cœlius Pann. & alij acceperunt, ex quibus Cœlius, *Tunc*, inquit, *amicta sole fuit quando virtus altissimi eam obumbrauit, illamque intra vterum concepit, qui intra omnia, extra omnia, super omnia,& infra omnia incomprehensibilis exiſtit.*

Exod. 3.

B. Virgo quo tempore fuerit amicta sole

Ambr. Ansb.

1. Cor. 1. 24.

Haymo. Cœlius Pann.

Porro aduerte pro eo, quod nos habemus, *amicta sole*, haberi Græcè, περιβεβλημένη hoc est, circumamicta, seu vnde quaq; amicta sole: quoniam omni ex parte manſit virgo purissima, neq; in eam aliqua ex parte alicuius vel minimæ labeculæ vmbra in filij conceptione, atq; ortu irrepsit, vt ex ijs, quę deinceps dicemus, manifestum erit. Instituimus enim hoc cõmentario aliquanto susiùs perpetuam Mariæ virginitatem in isto solis amictu expressam à Iudæorum, Hæreticorũq; calumnijs sartam, tectam tueri, eo quòd sit vnum ex præcipuis fidei nostræ dogmatibus, quod propterea non solùm Iudæi vniuersi, sed etiam complures Hæretici labefactare, imo & conuellere conati sunt, veluti Carpocrates, vt auctor est D. Epiphan. hæresi. 27. & Cerinthus, vt idem refert hęresi 28. contra Cerinthianos, siue Marinthianos, quod etiam memorię prodidit D. Irenęus lib. primo contra hæreses cap. 25. ij in ea hæresi fuerunt, vt dicerent Christum ex Maria,& Ioseph fuisse procreatum, eandemq; Mariæ virginitatem oppugnarunt Ebionitæ, vt habes apud Tertul. libro de carne Christi: Heluidius quoq; Auxencij discipulus impiè asseruit Ioseph ex Maria post Christi ortum plures filios suscepisse, qui eam ob causam in Euangelio fratres Domini appellentur: contra quem susè disputat D. Hieron. Ab Heluidio originẽ traxere Heluidiani Hæretici, qui apud Epiphaniũ Antidicomariani Græco vocabulo, hoste est, Mariçaduersarij nominantur. Aggrediamur igitur ostendere ex clarissimis,& grauissimis Diuinarũ literarum testimonijs sanctissimam Dei param in conceptu,& ortu Christi amictam sole fuisse, hoc est, eum absq; vllo vel minimo suæ integritatis præiudicio edidisse, eamq; integritatem perpetuò conseruasse: sed priùs ex præcedenti interpretatione nonnulla colligamus, quę ad maiorem eiusdem mysterij cognitionem faciunt.

3

D. Epiphan. Marię perpetuam virginitatem qui Hęretici conuellere sint conati.

D. Irenęus. Tertull.

Obseruationes literales depromptæ ex præcedentibus.

SECTIO II.

DIXIMVS EX communi Patrum, Doctorumq; sentẽtia idem esse amictam sole mulierẽ, atq; Virginẽ incõceptu,& partu Christi fuisse virtute altissimi obumbratam: ex quo simul ostendebatur eius in conceptu,partuq; illæsa omnino,atque illibata virginitas:nunc vberioris doctrinę causa nonnulla ad literã obseruabimus, quæ & ad illustriorem eorum, quæ dicta sunt,cognitionem spectant,& B. Virginis præstantiã mirificè declarãt,id quod in omnibus sequẽtibus testimonijs,quę citabimus,præstare conabimur.

I

Habemus igitur Virginem simul amictam sole,&obumbratam,cuius mysterij rationem meritò aliquis requirat: cum enim vmbra, & solis splendor pugnare videantur ,quî fieri potest,vt Virgo dici possit obumbrata,quę sole non tantùm amicta, sed circumamicta est,vt ex Greco contextũ confirmauimus. Et quidem ponendũ in primis est amictũ solis illæsam,& intemeratam Virginis integritatem significare:cuius rei illa est in prõptu ratio,quoniam mulier illa, quæ sole erat amicta,nihil amittebat splendoris, atqùe adeo nihil etiam deperdebat pulchritudinis, quin multò splendidior, & pulchrior ex eo solis amictu reddebatur. Quid enim splendoris amitteret, quæ ipsam lucem,& splendorem cõcipiebat, & gestabat in vtero? Eam enim credo ob causam,cum de cõceptu,& ortu Christi in scripturis agitur, interdum splendoris fieri mentionem,veluti Esaię. 62. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam,donec egrediatur vt splendor iustus eius,& saluator eius vt lampas accendatur*: vbi cernis incarnationem Verbi in Virginis vtero fuisse quandam veluti lampadis accensionem ad orbis tenebras depellẽdas, ortum verò eius quasi quendam splendoris egressum. Certè de incarnatione Verbi locũm intellexitt Cyrillus Alex. lib. 10 in Esaiã: *Salutare*, inquit, *Dei quid aliud quã Verbũ Patris qui ob salutem humani generis carnem assumpsit? ita nanque per Esaiam ait: Videbunt gentes iustitiam meam,& salutare meũ sicut lampas accendetur*. Alij legunt ex Hebræo: *Donec egrediatur sicut fulmẽ iustus meus*. Vbi disertè virginitas sanctissimæ Deiparæ in partu ostenditur: fulmen enim integra,&illæsa omnino relinquit,in quibus nihil reperit,quod resistat, idcirco enim integra vagina gladiũ destruit. Sic igĩ Christus quasi fulmẽ ex vtero Virginis prodijt:quoniã integrã, & illæsam eius virginitatem seruauit. Hoc posito illud disquiritur, cur cũ Virgo nihil in cõceptu,& partu splendoris amiserit,ob umbrata tamẽ virtute altissimi dicatur.

Quomodo Virgo obumbrata dicatur, cum fuerit amicta sole.

Esai. 62. 1.

Incarnatio Verbi fuit veluti quædam lampadis accẽsio.

Cyrill. Alex.

Tanquam fulmen prodiit Christus ex Virgine.

2

Prima ratio ducitur ex mysterij incarnationis,quod in Virgine perfectum est, altitudine,quam nulla vis intelligẽdi creata potest omnino comprehendere: itaque splẽdor solis,quo Virgo amicta est, excellentiam, & prẽstantiam dicit operis;vmbra verò significat lucem istam in accessibilẽ esse mortalibus, vt si de perfecta omnino eius cognitione sit sermo, tenebræ,& vmbra omnibus creatis mẽtibus esse videatur. Hanc enim eandem ob causam dicitur Deus ipse & lucẽ habitare inaccessibilem primæ ad Timot. 6.& nihilominus posuisse tenebras latibulum suum. Ps. 17. quia videlicet quanuis ob infinitam perfectionem,& intelligibilitatem lux sit,tamen ob incomprehẽsibiliratem inaccessibilis est,tenebræque, & caligo crearis mẽtibus,vt interpretatur D. Greg. Nazianz. lib. 2. de Theologia. Sic igitur Virgo beatissima ob illustrissimum incarnationis mysterium in ea perfectum amicta sole visa est: quia tamen id mysterium comprehendi omnino non potest,obumbrata dicitur,& quasi caligine,& tenebris circũfusa, vt qui ad contemplandum incarnationis mysterium in Virginẽ perfectum accesserit,& in solem propter altitudinem,& præstantiam, & in vmbram, atque caliginem propter incomprehensibiliratem incurrat. Hæc nimirũ est germana ratio,cur Virgo sanctissima in cõceptu Christi mõs vmbrosus appellatur Abac. cap. 3. vbi pro eo,quod nos habemus: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan*,Septuag. transtulerunt,*Deus*

1. Tim. 6.

Psal. 17.

Incarnationis mysterium incomprehensibile. D. Greg. Naz.

B. Virgo in cõceptu Christi mõs vmbrosus.

Abac. 3. 3.

Septuag.

ab Austro veniet, & sanctus de monte vmbroso: quem locum Hebræus quidam, vt auctor est D. Hieron. in comment. super Abacuch, de ortu saluatoris in Bethlehem, quæ ad Austrum est comparatione Hierosolymorum, intellexit: eodemq; modo interpretatus Rupert. iuxta quã expositionem aptè possumus per *montem vmbrosum* sanctissimam Virginem accipere virtute altissimi abumbratam. Meritò etiam id cõticum Abacuch, in quo de Verbi incarnatione in Virgine perfecta differitur, *oratio pro ignorantiis*, seu *pro ignorationibus* inscribitur, vt præter alias eius inscriptionis rationes eadem mysterij incarnationis incomprehensibilis ratio innueretur, de quo quãuncunq; multa, eaque præclara, & excelsa assequamur, semper nihilominus possumus, ac debemus nostram insciriam, & ignorationem profiteri, Deumque orare pro ignorantijs, vt videlicet mentem nostrã sui luminis radio, & splẽdore collustret, nostræq; ignorationis tenebras depellat, vt vberiorem tãti mysterii notitiam cõparemus: quam eius inscriptionis rationem tradit in eum locum Rupert.

Rupertus.

3 D. Athanas.

Secunda ratio est D. Athanasij serm. de sanctissima Deipara aientis vmbram istam Virgini affusam fuisse quasi quasdã vmbras, quas pictores solent efficere, & lineamenta quædam imaginis, in quibus qualis imago futura sit, perspicitur: itaq; Spiritum sanctũ in incarnatione Verbi, quam perfecit in Virgine, quasi vmbras quasdam, & lineamenta duxisse, in quibus Virgo Diuinitatis imaginem posset vtcunque intueri, siquidem in ipsum per se Diuinitatis radium non poterat pro illo statu aciem mentis intendere, nisi carnis vmbra, & velamine temperatum, vt ipsa Verbi incarnatio quædam veluti Diuinitatis obumbratio fuisse videatur. *Obumbrauit*, inquit, *eam virtus altissimi corroborans eam, & Diuinæ vmbræ imagine induxit, vt inde lineamentis collectis videre posset, quatenus possibile est, Deum formæ expertem in se concipi: non enim suspicandum est, quòd secundùm simplicem naturæ suæ propietatem Virgo in se habitantem Deum videre potuerit, sed quatenus possibile fuit, vtpote obumbrante illam virtute altissimi, & vmbras, lineamentaq; quasi faciente, vt videret, quatenus fieri poterat, Deum in se habitantem.* Hæc ille.

Verbi incarnatio obumbratio Diuinitatis

Tertia ratio est Gregorij Nysseni sermone de sancta Christi Natiuitate, fuisse obumbratam Virginem virtute altissimi, vt per eam vmbram magnitudinẽ mysterij, quod in ipsa perficiebatur, intelligeret, sicut ex vmbra magnitudo, & figura corporis colligitur: intelligit verò per virtutẽ altissimi ipsũmet Dei filiũ, qui virtus Dei appellatur 1. ad Corinth. 1. Itaque vult per incarnationis mysterium Deum quasi vmbram quandam effeciſſe, ex qua suæ Diuinitatis, potentiæ, sapientiæ, bonitatisque magnitudo perspici, & intelligi posset, sicut ex corporũ vmbris eorum magnitudo, figuraq; intelliguntur, quanuis ipsa corpora minimè videãtur: itaq; adeo incarnationis mysteriũ maximè inter reliqua Diuina opera Diuinã magnitudinẽ declarare. *Quin etiã*, inquit Greg. *virtus altissimi obũbrabit tibi: quid hoc nomine Scriptura significat? Christus Dei virtus, & sapiẽtia est, ut, inquit Apost. ergo altissimi Dei virtus, qui est Christus, superuẽtu Spiritus sancti in Virgine informatur. Quẽadmodũ enim vmbra corporũ ex forma prægredientis effingitur: eodem modo figura, atque indicia filij Dei in virtute nascentis elucebunt, & apparebunt, imago videlicet, & sigillum, & vmbra, & splendor primarij auctoris, qui per mirabilem effectũ actionum ostẽditur.* Hæc Nyssenus. Ex his perspicuũ relinquitur minimè inter se pugnare Virginẽ fuisse amictã sole in incarnatione Verbi, & simul altissimi virtute obũbratã: siquidẽ hæc altissimi vmbra nihil dicit tenebrarũ, & caliginis, sed incõprehensibilitatem mysterij, vel lineamenta quędã secundũ Athanasiũ, ex quibus colligi posset, qualis esset Diuinitatis imago, vel etiam secundùm Nyssenũ Diuinæ naturæ magnitudinẽ, quæ in mysterio incarnationis mirificè resplendet.

4 D. Greg. Nyss.

1. Cor. 1.

1

Inter diuina opera Dei magnitudinem maximè declarat mysterium incarnationis.

Ostenditur virginitas Mariæ ex illis verbis Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum.*

SECTIO III.

Ante

1

Varia lectio.

Gen. 2. 11. & 19.

Pro neutro genere masculino, & fœminino vtuntur Hebræi.

Psal. 26. 4.

Sanct Pagnin.

Gen. 3. 12.

2

Helias Leuita. Quo anno & loco inuenta puncta apud Hebræos.

ANT Equam vim huius loci expendamus, statuēda primùm est germana eius lectio quoad illa præcipuè verba, *Ipsa conteret caput tuū*, in quibus magna est translationū varietas. Sciendum est igitur Hebraicè pro eo, quod nos habemus, *ipsa*, haberi הוא tribus literis ה, ו, & א, he, vau, & aleph, quæ dictio est pronomen tertiæ personę, *ipse*, vel *ipsum*, veluti Genes. 2. *Ipse est, qui circuit omnē terram Heuilath*: & ibidem: *Ipsum est nomen eius*: cum enim Hebræi careant neutro genere, pro eo fœminino, & masculino etiam vtuntur, veluti Psalm 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram*. Præterea aduertendum est, quanuis, *ipse*, apud Hebræos sit הוא tribus literis conscriptum he, vau, & aleph cū surech in vau; *ipsa* verò dicatur הוא per he, iod, & aleph, & chirich sub he: tamen, *ipsa*, etiam conscribi iisdem literis, quibus scribitur, *ipse*, vt cum est, *ipse*, legatur *hu*, cum vau surech; cum autem *ipsa*, hi, per chirich, vt aiūt Cōplutēse, & Sāctis Pagn. lexicū, & manifestè ostenditur ex Gen. 3 nā vbi nos legimus, *Mulier, quā dedisti mihi sociam, ipsa dedit mihi de ligno, & comedi*, pro, *ipsa*, est Hebraicè הוא eisdē literis scriptū, quibus scribitur, *ipse*, i. he, vau, & aleph, & habet chirich sub he.

Tertiò sciendum est veteres Hebræos non legisse cum punctis, quibus modò vtuntur recentiores: etenim puncta multò post inuenta fuerunt, & excogitata à Rabbinis, ne linguę Hebraeæ peritia paulatim deperiret, id quod accidit, vt auctor est Helias Leuita Germanus in præfatione Massoreth, apud Tiberiadē Palæstinę anno ab euersione tēpli per Titū 436. Atq; ex hoc iā perspicitur potuisse eo loco Genesis ante inuentionem punctorum trāsferri, & *ipse*, & *ipsa*: nam si scriptum erat per he, vau, & aleph, manifestum est potuisse vtroque modo verti: si autem erat per he, iod, & aleph; facile etiam fuit protendi aliquātulùm iod, & in vau conuerti, vnde eadem relinqueretur ambiguitas, & translationū varietas. Quare non mirum videri debet, si vtraque lectio apud veteres reperitur: nam, *ipse*, masculino genere trāstuleruut Septuag. interpretes, qui reddiderunt αὐτός: quanquam id nomen referri non potest ad Græcum σπέρμα, cum αὐτός masculinum sit, σπέρμα autem neutrum: quo fit, vt sub audiendum videatur nomen σπορος, quod semen quoque significat, & masculinum est. *Ipse*, etiam transtulit Paraphrast. Chald. eamque lectionem secuti sunt D. Hieron in quæst. Hebraicis in Gen. D. Iren. lib. 4. contra hæreses cap. 78. D. Cyprian. lib. 2. testimoniorū aduersus Iudæos cap. 9. Petrus Chrysol. serm. 173. E cōtrario verò *ipsa*, fœminino genere legerunt nobilissimi Patres, D. Ambros. lib. de fuga seculi, c. 7 D. August. lib. 12. de Genesi ad literam, cap. 36. & lib. 2. de Genesi contra Manichęos cap. 18. D. Chrysost. hom. 17. in Gen. D. Greg. lib. 1. Moral. ad illa verba c. 1. *Ne forte peccauerint filij mei*, D. Bern. hom. 2. de laud. Virginis, & serm. 2. super *signum magnum*, Eucher. lib. 2. in Genes. cap. 29. Beda in cap. 3. Genesis: eamq; lectionē Ecclesia ab antiquissimis vsq; temporibus approbauit. Ex quo apparet Hæreticorum imperitia simul, & impudentia, præcipuè verò Georgij Maioris, & alterius Georgij Fabricij, & Tillemanni, Hesbusij oblatrantium Scripturam sacram à Catholicis adulterari, eum in lib. Genes. legunt: *Ipsa conteret caput tuum*: ostēdimus namq; eam lectionem potuisse optimè ex Hebræis codicibus depromi, fuisseq; ātiquissima Ecclesiæ cōsuetudine, & grauissimorū Patrū auctoritate cōprobatā.

Septuag.

Paraphrast. D. Hieron. D. Irenæus. D. Cyprianus. D. Petr. Chrys

D. Ambros.

D. August. D. Chrysost. D. Greg. D. Bernard. Eucherius, Beda.

Hæreticorum imperitia, & impudentia.

3

Hoc ita constituto deducunt ex hoc loco Patres testimonium grauissimum ad ostendendam sanctissimæ Deiparæ in conceptu, & partu Christi integritatem, idq; secūdùm vtrāq; lectionē, quæ, quod ad sensū spectat, siue legas, *ipse*, siue, *ipsa*, semper eodem recidit, cum exploratum sit Virginem non per se ipsam potissimùm, sed per filiū serpentis caput contriuisse. Ratio igitur argumenti ea est, quoniā eo loco de solo semine mulieris fit mētio, sumitur enī semē pro filio *Inimicitias*, inquit, *ponā inter te, & mulierē, & semen tuū, & semen illius*. Si enim Deipara ex viri *semine* concepisset, non ipsius, sed viri semen præcipuè Christus dicere

tur, qui serpentis caput contereret: quare cum de solius Virginis semine sit sermo, manifestè concluditur Christū, qui semen, id est, filius mulieris appellatur, solius Virginis, non etiam viri semẽ fuisse. Ita eũ locum intellexit Serapion antiquus auctor apud Lipomanum Gen. 3. Serapion. *Inimicitias*, inquit, *ponam inter semen tuum, & semen illius: nonne clarum est pronuntiatum de Christo, quem sine semine peperit intemerata Virgo? singulare enim est semen, non numero multitudinis semina.* Rupert. quoq; eodẽ sensu accepit: Rupert. *Inter semẽ*, inquit, *tuum, & semẽ illius: quo de semine hæc dicũtur, nisi de vno, qui est Christus? ipse namque solus ita semen mulieris est, vt non etiam viri semen sit.* Eadem est expositio D. Leonis Papæ serm. 2. de natiuit. Domini: D. Leo papa. tractans enim eum locum Genes. ad virginitatem Mariæ in Christi conceptu, atq; ortu retulit: *Deus*, inquit, *omnipotẽs, & clemens statim, vt nos Diabolica malignitas veneno suæ mortificauit inuidiæ, prædestinata remedia inter ipsa mundi primordia præsignauit, denuntians serpenti futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationẽ sua virtute contereret, Christum scilicet in carne venturum, qui natus ex Virgine violatorem humanæ propaginis incorrupta natiuitate damnaret.* Et multò luculentiùs D. Cyprianus, D. Cyprian. *Ponam*, inquit, *inimicitias inter te, & mulierem: nõ dicit pono, ne ad Euam pertinere videretur, sed: Ponam inimicitias inter te, & mulierem, id est, suscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi non solùm te non audiat, sed ipso etiam Gabriele deferente verbum rationem de promissionis exigat nouitate dicendo: Quomodò fiet istud, quoniã virũ non cognosco? ecce illud semen mulieris, quod non per traducem genitalium immisteriorum cõmistione sexus vtriusq; infunderetur in vtero, sed clauso claustro indeplorate virginis inueniretur in vtero.* Luc. 1. 34. *Ex hac ergo semen promissum est mulieris, quod semen secũdùm hominem Dominus Deus noster est, qui non infusus est in vtero, sed inuentus Euangelista confirmante, cum dicit de Maria: Inuenta est in vtero habẽs.* Hæc ille. Matth. 1. 18. Christus non infusus, sed inuentus in vtero. Huc etiam spectat illa loquendi formula, quam vsurpauit Angelus Lucæ. 1. cũ dixit: *Idcoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*: Luc. 1. 35. ex te, inquam, dumtaxat, absq; vllo viri congressu. Et Paulus ad Galatas. 4. *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factũ ex muliere*: Galat. 4. 4. quasi diceret, factum ex muliere tantùm, non etiam ex viro, quemadmodùm interpretatur D. Hieronymus: D. Hieron. *In eo*, inquit, *quod dicit, Ex muliere, mõstrat non more solito ex conuentu viri, & fœminæ, sed per Spiritũ sanctum ex matre tantùm Christum incarnationem hominis suscepisse. Nam idem Apostolus ad Corinthios scribens ait: Sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: vnde sicut in principio generationis mulier ex viro sumpta est, ita & Christus secundùm carnem ex matre tantùm est.* 1. Cor. 11. 12.

Obseruationes literales circa præcedens testimonium.

SECTIO IIII.

I

SIT PRIMA OBSERuatio circa illa verba: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem*: in quibus aduertit Cardinalis Caiet. non dictum esse *inimicitiam* singulari numero, sed *inimicitias* numero multitudinis: quoniam omne inimicitiæ genus suscipiendum est cum Dæmone, nec vlla cum illo habenda amicitia. *Nec enim*, inquit, *satis est inimicum esse Diabolo quoad ea, quæ sunt fidei, aut spei, sed oportet secũdum omnes partes inimicum esse, videlicet secundũ ea, quæ sunt castitatis, abstinentiæ, liberalitatis, misericordiæ, & cæterarum virtutum.* Hæc ille. Caietanus. Cum dæmone omne inimicitiæ genus suscipiendum. Quæ quidem inimicitiarum genera perfectissimè inter sanctissimam Virginẽ, & antiquum serpentem interceserunt: quoniam nihil habuit Virgo, in quo cũ serpente illo conueniret: sed ei omni ex parte bellum mouit, in omni genere inimicitias cum eo gessit: in omni materia eũ deuicit, ac de ec omnibus modis triũphauit. Quam ob causam Cant. 7. nõ aliqua pars Virginis, sed tota corporis eius compositio similis esse palmæ dicitur illis verbis: *Statura tua assimulata est palmæ*, hoc est, omnis tui corporis compositio palmam, & victoriam refert. Itaq; quacunq; ex parte te aspicio tota mihi palma quædam, & victoria videris: quia nihil in te est, quod non glorioſam victoriam de antiquo serpente consequatur. Accedit & illud, quòd palmę folia omnia sunt instar gladij, quo fit, vt eam etiam ob causam conueniat Virgini ob multi Can. 7. 7. B. Virgo tota palma, & victoria.

plicem

pisicem cum serpente pugnam, multiplicemq; victoriam: quoniam omnia huius virgineæ palmæ folia, hoc est, omnia in omni genere opera gladij erant acutissimi, & fortissimi, quibus antiqui serpentis iugulum petebatur, cũ omnia ex ardentissima charitate nascerentur, quã præcipuè Dæmon execratur.

2 Rupert. Secunda obseruatio est Ruperti lib. 3 in Gen. cap. 19. nõ dictum esse fraudẽ, astutiam, dolum, sed *inimicitias*, vt indicetur multò maiorem futuram mulieris in superando Dæmone potentiam, quàm fuerit Dæmonis in vincenda muliere: siquidem Dæmon per fraudem, & astutiã, simulatamq; amicitiam fœminam decepit: at mulier non per fraudem, ac dolũ, sed indicto bello, & inimicitijs publicatis, aperto Marte congrediens serpentẽ superauit. *Hoc*, inquit Rupert. *inimicitiæ à fraudibus differunt, quòd fraudes pacatam sermonis, vel cuiuslibet rei prætendunt superficiem: inimicitiæ verò manifestam contrarietatis habent intentionem. Constat autem, quòd subdolus Diabolus in serpente non tanquam armatus aduersarius occurrit; sed tanquam fidus consiliarius lateri eius in via sese adiunxit. Cum igitur Deus dixit: Ponam inimicitias inter te, & mulierem: profectò magnum gratiæ suæ opus promittit, quod victorem Diabolum, qui vicerat fraude, victa nunc mulier vincere quandoque debeat fortitudine. Porro hæ inimiciæ non per ipsam mulierem, sed per semen illius exercendæ, & vsque ad victoriam perducendæ sunt, hoc est, per Christum, qui planè cum illo antiquo serpente fortiter sese exercuit, & accinctus gladio super femur suum potentissimus intendit, prosperè processit, & regnauit, hostemque publicum ante pedes suos productum contriuit.* Hęc ille. Itaque vult Rup. Christum, qui est semen mulieris, per inuictam fortitudinem aperto Marte, & inimicitijs denũciatis Dæmonem superasse, non per fraudem, simulatamq; amicitiam, quemadmodùm serpens mulierem deiecit: & id circo non dictum esse, Ponam fraudẽ inter te, & mulierem, sed, *Ponam inimicitias*.

Dæmonem nõ per fraudẽ, vt ille mulierem, sed aperto marte deiecit Christus.

3 Colos. 2. Id verò perfectum fuisse à Christo docet eleganter Paulus ad Colloss. 2. cũ ait Christum deleuisse chirographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum cruci affixisse, expoliasse principatus, & potestates, traduxisseque palam confidẽter de illis in se ipso triumphando: hæc enim omnia apertas inimicitias, & bellũ palam publicatum, & inuictam Christi fortitudinem demonstrant. Vbi aduerte pro eo, quod nos habemus, *traduxit*, habeti Græce, ἐδειγμάτισεν, quod ad verbũ sonat, exẽplauit, seu posuit in exẽplũ: & est sensus, Christũ Demones palã ostentasse subactos, & superatos ad exẽplũ cæterorũ, vt in eis discerent eius imperiũ recipere, & potentiam formidare, ducta similitudine à victoribus, qui idem facere solent de Regibus à se debellatis: ostẽtant enim illos in triumpho superatos in exemplum, vt videlicet alij eo exemplo conspecto eorum arma reformidẽr, similemque pœnam, & ignominiam pertimescant. Eandemque vim habet illud Matth. 1. cum de Ioseph sponso Virginis dicitur: *Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere*: quo loco pro *traducere* est idem verbum Græcũ παραδειγματίσαι, hoc est, exẽplare, in exemplũ proponere, id est, infamare. Sic igĩ Christus, et Virgo per Christum dæmones deuictos, superatosq; traduxit, seu exemplauit, sumpto scilicet de eis exemplari supplicio. Ob hãc eximiam fortitudinẽ ad Virginem spectasse Salomonem, cùm dixit Prou. 31. *Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit*: & paũlò post: *Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum*: existimauit D. Bernard. sermone de Natiuitate Mariæ, quæ sanè fortis fuit illa mulier, cum potuerit antiquum serpentem aperto Marte, & potentiæ magnitudine omnino superare. Porro illud: *Et spoliis non indigebit*: duplicem habet explicatum, vnus est: Vir huius fortis mulieris non indigebit spoliis hostium, vt dines sit, & locuples, cũ mulier ista ita rem gerat domesticã, vt fortunas omnes viri sua industria mirum in modũ augeat. Alter, vt sit sensus mulierem istam fortem, tam multa, & tã opima hostibus spolia detrahere, vt vir eius spolijs non indigeat: sed abundet. Sic nimirum Deus multa, imo & innumera habet spolia, quæ per Virginem sanctissimam suis hostibus, hoc est, Dæmonibus quotidie detrahit. Meritò igitur

Inuicta Christi fortitudo, & triumphus de dæmone.

Math. 1. 19.

Virginis fortitudo in dæmone superando.

Prou. 31. 10. 17.

D. Bernard

Cant.

Cant. 6. dicitur Virgo *terribilis, vt castrorũ acies ordinata*: ipsa nanq; sola instar est numerosi exercitus, vniuersis Dæmonibus formidabilis, ac terrifica: quod mirum sanè videri debet, tantam videlicet esse vnius mulieris fortitudinem, & potẽtiã, vt ipsa sola pro fortissimo, & numeroso exercitu ab hostibus habeatur. Et verò quãquam, quod ait Rupertus, verissimũ sit istas inimicitias potissimùm inter semen mulieris, & semen serpentis gestas fuisse, eaq; de causa dici quoq; exercitas inter serpentem, & mulierem, quod mulier per semen, hoc est, per filium Dæmonem superatura esset: non est tamen negandum ipsam quoq; Virginem per se ipsam Dei beneficio vicisse Dæmonem, & inimicitias cum serpente gessisse: capitales siquidem eo loco Geneſis non tantùm inter semen mulieris, & semen serpentis, sed etiam inter ipsam mulierẽ, & serpentem inimicitias futuræ memorantur: *inimicitias*, inquit, *ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius*. Id verò ita de Virgine accipiendum est, vt in eo Dæmonem superauerit, quòd nulla vnquam ex parte serpenti antiquo subiecta fuerit, vt potè ab omni peccati labe prorsus immunis: in eo etiam caput serpentis contriuerit, quòd peccatum originis non contraxerit: quod caput serpentis dicitur, quia ex eo peccato serpẽs vires omnes suas expromit tanquam ex capite, & radice cæterorum.

B. Virgo serpẽti antiquo nũquã subiecta.

Originale peccatum caput serpentis cur dicatur.

4

Tertia obseruatio sit circa illa verba: *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius*. Mirum sanè est, quod in eum locum notauit Rupert. id quod simul docet fuisse vsu, & experimento ipso comprobatum. *Inter mulierem*, inquit, *& hoc genus animantis, per quod mulier seducta est, grandes inimicitiæ positæ sunt: vtriq; non tam rationis iudicium, quàm sensus naturalis perpetuũ seruat odium. Hæc enim etsi non semper actu, semper tamen potestate conterit caput illius: ille autem vtpote humi depressus, & non arduus calcaneo huius insidiatur: nam si prudẽs mulieris planta cẽtem serpentis præuenerit, & vinaciſſimum caput eius vel leuiter preſſerit, statim totum cum capite corpus repẽte interit, ita vt nullius omnino motus, nullus sensus in aliqua parte reſiduus sit, quod nec malleis certe, aut vectibus, nec gladijs cõcidentibus citò, aut leuiter effici potest: siquidem excisum caput cum tribus, aut duobus digitulis viuere, & abi reperhibetur. Hoc, quod prædictum est, ita esse ipsorum, qui per industriam explorauerunt, fida relatione comperimus*. Hæc ille. Et verò quid quid sit de reliquis fœminis, id certe in Virgine sanctissima verissimũ est, quippe cuius planta premens vel leuiter antiqui serpẽtis caput omnem ei motum, sensumq; adimit: quod tunc fit, cũ tentati â serpente ad Virginis opem, præsidiũ que confugimus. Satis enim est ad omnẽ serpentis vim frangendam Virginẽ serpentis caput pede vel leuissimè calcare, in quo significatur summa sanctissimæ Deiparæ ad vincendum Dæmonem facilitas, siquidem pede tantùm leuiter impresso potest illum tãquam abiectũ vermiculum subitò opprimere.

Rupert.

Deiparę ad uincẽdum Dæmonem facilitas.

5

Porro aduerte pro eo, quod nos habemus, *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius*, Septuag. trãstulisse: αὐτὸς σὺ τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ τὴν ἔφυαν, ideſt, *Ipse tuum obseruabit caput, & tu calcaneum eius obseruabis*. Sic enim apud Septuag. legendũ esse, hoc est, τηρήσει, & τηρήσεις, *obseruabit, & obseruabis*, non autẽ τρώσει, & τρώσεις, *conteret, & conteres*, ostendunt vetusti codices & Græci, & Latini: probaturque ea lectio à Sixto quinto Põt. max. in editione Septuag. interpretum ex eius mandato, & auctoritate correcta: iuxta quam lectionem obseruat D. Greg. lib. 1. Moral. ad illa verba cap. 1. *Ne forte peccauerint filij mei*, summo studio, & cura esse à nobis caput serpentis obseruandum, ne ab ipso vel in principio actionis, vel in medio, vel in calcaneo, hoc est, in fine mordeamur. *Intentionem*, inquit, *in bono opere antiquus serpẽs polluit, quia cum facilia ad decipiendum corda hominum conspicit, eorum desideriis auram trãsitorij fauoris apponit: vnde sub Iudææ specie de vnaquaq; anima miseræ intentionis laqueo capta dicitur Thren. 1. Facti sunt hostes eius in capite: ac si aperte diceretur: Cum bonum opus non bona intentione sumitur, huic aduersantes spiritus ab ipso cogitationis exordio principantur, eamq; plenius possident, quãtò & per initium dominantes tenent: cum verò intentionem vitiare non præualent, in via positos laqueos tegunt, vt in eo, quod bene agitur, cor exaltans se ex latere ad vitium deriuetur; quatenus*

Septuag.

D. Greg.

Intentio in bono opere quã, sit curandum ne vitietur a dæmone. Thren. 1. 5.

quod

quod inchoans aliter proposuerat, in actione longè aliter, quàm cœperat, percurrat. Cum verò antiquus hostis neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quos laqueos Propheta conspexerat, cùm dicebat Ps. 55. *Ipsi calcaneum meum observabunt: quia enim in calcaneo finis est corporis, quid per hunc nisi terminus signatur actionis? Vnde & eidem serpenti dicitur: Ipsa tuum observabit caput, & tu calcaneum eius: caput quippe serpentis observare est initia suggestionis eius aspicere, & manu solicitæ considerationis à cordis aditu funditus extirpare: qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneū mōlitur, quia etsi suggestione prima intentionem non percutit, decipere in fine tendit. Si autem semel cor in intētione corrumpitur, sequentis actionis medietas, & terminus ab hoste callido securè possidetur: quoniam totam sibi arborem fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiauit.* Hactenus Greg.

Psal. 55. 7.

Virginitas Mariæ ostenditur ex illis verbis Leuit. 12.

Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus.

SECTIO V.

1 SECVNDVM TESTimonium, quo ad literā sanctissimæ Deiparæ illæsa in conceptu, & partu virginitas ostenditur, habetur Leuit. 12. vbi lex purificationis his verbis proponitur: *Locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ. Et die octauo circumcidetur infantulus: ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, neque ingredietur in Sanctuarium, donec impleātur dies purificationis suæ. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturem pro peccato ad hostium tabernaculi testimonij, & tradet Sacerdoti, qui offeret illa corā Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum, aut fœminam. Quodsi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitq; pro ea Sacerdos, & sic mundabitur.*

Leuit. 12. 1.

Verùm antequam ad probationē aggrediamur, explicanda breuiter est lex purificationis proposita. Igitur fœmina si pariebat masculum, erat immūda quadraginta diebus: si verò fœminā, duplicato numero, hoc est, diebus octoginta. Sed erat tamen quędam istorum dierum partitio, quę in contextu ponitur: nā in partu masculi primis septē diebus erat omnino immunda, ita vt ei esset interdicta nō solùm cōmunicatio rerum sacrarum, quæ duplex erat, nimirum ingressus in Sanctuarium, hoc est, in tabernaculum, & postquam templum fuit ædificatum, in illud etiam ingressus, & preterea esus de carnibus sacrificij: sed etiam cōmunicatio profana cum hominibus, nec enim cum illa cibum, aut potum sumere aliquis poterat, quin pollueretur, nec vestes eius contingere, nec ad illam vir eius accedere. Transactis verò primis septem diebus poterat quidem reliquis triginta tribus diebus cōmunicare cum alijs, ac cibum sumere, nec manebat immundus, qui vestes eius contingeret: cæterùm adhuc non poterat tangere res sacras, hoc est, nec ingredi in Sāctuariū, nec sacrificiorum carnibus vesci, & ita quadraginta dies immunditiæ illius cōplebantur.

2 Quenam fuerit lex purificationis.

Quæ essent interdicta mulieri in partu masculi, primis 7. diebus.

Quę item reliquis triginta tribus.

Quodsi fœminam pepererat, vtriusq; immūditię dies duplicabātur: nā prima illa maior immunditia durabat duabus hebdomadibus, hoc est, quatuordecim diebus, in quibus & à cōmunione rerum sacrarum, & à consuetudine cum alijs arcebatur: altera verò sexaginta sex diebus, quibus cōmunicare quidem poterat cum alijs, sed interdictus tamen illi erat ingressus in Sanctuarium, & esus carniū sacrificiorum, & ita octoginta dies perficiebantur. Porro illud, quod dicitur: *Si pepererit masculum, immūda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ*: & paulò post: *Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus*

3 In partu fęminę vtraque imunditia duplicabatur.

bus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui: illum sensum habet septem illis diebus, si masculũ pariebat, aut quatuordecim, si fœminam, ita se debere gerere, quemadmodùm se gerebat secundùm legem mulier menstruata, quę septẽ etiã diebus separabatur, vt dicitur Leuit. 15. vbi ita scriptum est: *Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis, qui tetigerit eam, immundus erit vsq; ad vesperam: & in quo dormierit, vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua pollutus erit vsque ad vesperam.* Aduertit verò Abulensis non omne immundum in lege veteri fuisse etiam separatũ, sed illud dumtaxat, cui conuictus, & cõmunicatio cum reliquis interdicebatur: mulierem autem menstruatam non solũ fuisse immundam, sed etiam separatam, similiterq; omnem mulierem à partu separatam quoq; fuisse vel septem diebus, si masculum ederet, vel quatuordecim, si fœminam. Atq; hæc erat lex purificationis mulierum, quæ vel marem, vel fœminam pariebant.

Mulier menstrua 7. diebus separabatur. Leuit. 15. 19.

Abulensis. Non omne immundum in lege veteri fuit separatum.

4 Dubium.

Hoc ita constituto quæri solet à Doctoribus, cur lex purificationis, quã modò explicauimus, illis verbis proposita à Deo fuerit: *Mulier si suscepto semine pepererit masculum?* cum enim nulla mulier concipere, parereve possit, nisi suscepto semine, superuacaneũ videbatur cõditionem illam adiungere, *Mulier si suscepto semine*, nisi aliquod ibi mysteriũ latere Spiritus sanctus voluisset, videlicet futurã aliquando fœminam, nempe Virginem sanctissimam, quæ non suscepto semine & conceptura, & paritura esset. Abulens. q. 2. in. 12. cap. Leuit. contendit particulam illam, *si suscepto semine*, non fuisse adhibitam ad excipiendam Virginem, idq; nititur probare primò, quoniam si lex illa sub ea conditione lata esset propter Virginẽ, necesse erat, vt huiusmodi lex aliquid Virgini prodesset, vt nimirũ crederetur à Iudæis sine semine concepisse, atq; adeo liberam, & immunem esse à lege purificationis: id quod factum fuisse non cernimus, cum Virgo legem seruauerit, & Iudæi similem de illa opinionem, atq; de reliquis matribus habuerint, quod scilicet suscepto semine concepisset: quin potiùs constat Iudęos putasse Christum fuisse filium Ioseph, vt habes Luc. 3. *Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph.* Secundò argumẽtatur ex eo, quòd si illa particula apposita in legę fuisset ad excipiendam Virginem, profectò ipsa Virgo tentasset se ab ea lege eximere, nec voluisset illam, vt reliquę mulieres immundę, obseruare. Itaque concludit Abulensis illam particulam nõ fuisse ad Virginẽ excipiendã adhibitã, sed more loquẽdi Scripturæ, quę dictiones aliquas ad maiorem explicationem apponere consueuit. Deniq; colligit. q. 3. sequenti B. Virginem obligatam fuisse ad seruandam purificationis legẽ; imo addit temerarium esse asserere eam nõ fuisse purificationis lege obligatam. Caiet. quoq; nullum mysterium in illis verbis latere arbitratur in cõment. suis super Leuit. legens enim ex Hebręo, *Mulier si faciet semen, & pariet masculum*, ait non esse hoc loco sermonẽ de semine, quod est principium generationis, sed de semine accepto pro fœtu, ac prole, vt sæpe aliàs, veluti Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius*, quasi dictum sit: Mulier si fecerit prolẽ, hoc est, si sterilis non fuerit, sed prolem generauerit. Eodem deflexit Hieron. ab Oleastro in. 12. cap. Leuit. vbi legit ex Hebręo: *Mulier cum seminificauerit, & pepererit masculum*: affirmatq; non esse, cur vllum mysterium in iis verbis quęratur, cum seminificare sit prolẽ generare, atq; adeo locum ita explicandum: *Mulier cum seminificauerit*, id est semen, hoc est, prolẽ habuerit: additq; ad hunc sẽsum facilè trahi posse editionem vulgatãm, cum semẽ pro filio, & prole sępe vsurpetur, veluti Gen. 15. cum Abraham Domino dixit: *Mihi autem non dedisti semen*, id est, filium: & 1. Reg. 2. cum Heli Sacerdos dixit Helcanæ patri Samuelis: *Reddat tibi Dominus semen de muliere hac.* Deniq; eidem sententię subscripsit Cornel. Ianseu. in sua cõcordia Euangelica cap. 10.

Abulensis sententia.

Luc. 3. 23. Iudæi putabãt Christum filiũ Ioseph fuisse.

B. Virginem teneri lege purificationis asserit Abul.

Caietani sententia. Gen. 3.

Hieron. ab Oleast.

Semẽ pro prole aliquãdo in sacris literis. Gen. 15. 3.

1. Reg. 2. 20.

Cornel. Ianſ.

Verùm hęc sententia nullo modo est amplectenda, cum aduersetur cõmuni Patrum sententiæ, quos inferiùs citabimus. Nec rationes Abulẽs. quidquam efficiunt

5

ficiunt, non prima: quoniam non id fuit Spiritus sancti consilium in illa particula, & conditione adhibenda, vt Virgo purificationis legem non seruaret, quan quam illa non teneretur, aut vt eo tempore crederetur sine vllo virginitatis præiudicio peperisse; sed vt postea ex eo testimonio probari posset intemerata eius virginitas, id quod omnes fere Patres, Doctoresq; communiter præstiterunt: quo fit, vt non superuacanea iudicanda sit illa conditio, cum tantùm Ecclesiæ profuerit ad virginitatem Deiparæ à Iudæorum perfidia, & Hæreticorum impietate vindicandam. Non etiam secunda: quoniam tametsi Virgo sanctissima lege illa non tenebatur; ad humilitatem tamen eius, aliaque pietatis officia pertinuit eam more cæterarum mulierum obseruare, vt postea fusiùs dicemus. Quòd verò Caiet. & Oleaster affe runt, *suscepto semine*, idem esse, atque suscepta prole ex eo, quòd Hebraicè sit: *Mulier cum seminificauerit*, hoc est, vt ipsi interpretantur, si prolem ediderit, nullã vim habet: verbũ enim זָרַע, quod eo loco est, propriè serere, & seminare significat, veluti Ps. 125. *Qui seminãt in lacrymis, in exultatione metẽt*: & nomẽ ipsũ זֶרַע, id est, semen non solùm pro filio, sed etiã pro principio generationis accipitur, veluti Gen. 1 *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen*: quare optimè vertit vulgatus, *Mulier si susceptο semine*: & ita quoque legunt Galatin. lib. 7. Arcan. cap. 14. Hadrian. Finus lib. 2. Flagelli contra Iudæos, cap. 3. ex eoque testimonio arguimentantur ad virginitatem Deiparæ in conceptu, & partu Christi confirmandam. Accedit, quòd si *susceptο semine*, idem esset, atque suscepta prole, nec mysterium aliquod lateret, essent haud dubiè ea verba superuacanea: satis enim fuisset dicere, *Mulier, quæ pepererit masculum*. Imo non obscurè ex ipsa lege colligitur fuisse mysterij causa eam conditionẽ adhibitã, solũ nãq; adhibetur in fœmina pariente masculũ: *Mulier*, inquit, *si susceptο semine pepererit masculum*; nõ verò in muliere pariente fœminam, de qua postea dicitur: *Si autẽ fœminã pepererit*. Cur enim non similiter dixit, *si autem susceptο semine fœminam pepererit*, nisi quia vna tantùm mulier futura erat, quæ non susceptο semine masculũ erat paritura, ad quã solã excipiendã fuit ea particula adhibẽda? Atque hoc eodem modo Septuag. interpretes legem illam intellexerunt, ita Græcè trasferentes γυνὴ ἐὰν σπερματίσῃ hoc est, *Mulier quæcunq;, si seminata fuerit*, hoc est, semen à viro receperit.

Respondetur Caiet. & Oleastro.

Pſal. 125. 5.

Gen. 1. 11.

Galatin. Adrian. Fin.

Septuag.

Sed age ostendamus ex Patribus eam conditionẽ propter Virginem adhibitã in lege fuisse. Atq; in primis Origenes hom. 8. in Leuit. *Consideremus*, inquit, *secundum historiam, si nõ videtur quasi ex superfluo additum: Mulier, quæ conceperit semen, & pepererit masculum, quasi posset masculum aliter parere, nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur, ad discretionem namq; illius, quæ sine semine concepit, & peperit, istum sermonem præ cæteris mulieribus legislator adiecit, vt non omnem mulierẽ, quæ peperisset, designaret immũdam, sed eam, quæ concepto semine peperisset*. Et paulò post. *Itaq; non de superfluo addidit legislator: Mulier si conceperit semen, & pepererit filium: sed exceptionem posuit, quæ solam illam mulierẽ à reliquis mulieribus segregaret, cuius partus non ex conceptione seminis, sed ex præsentia Spiritus sancti & virtute altissimi fuerit*. Idem docet Euseb. Emissen. in purificatione sanctæ Mariæ: *Scriptũ est in lege Moysi, quòd mulier, quæ susceptο semine pepererit masculum, immunda erit: hac lege beata Virgo non tenetur, quæ nullo susceptο semine virgo cõcepit, virgo peperit, ad cuius distinctionẽ Moyses non dixit: Mulier, quæ pepererit masculum, sed cum additamento Quæ susceptο semine*. Consentit Cyril. Alex. lib. 8. in Leuit. *Consideremus*, inquit, *secundum historiam, si non videtur quasi ex superfluo additum: Mulier, quæ susceperit semen, & peperit masculum &c. Sed non ex superfluo additur: ad discretionem namque illius, quæ sine semine concepit, & peperit, istũ sermonẽ præ cæteris mulieribus legislator adiecit*. Subscribit quoq; D. Bern. serm. 3. in purificatione Mariæ. *Quis*, inquit, *non aduertat in ipso sententiæ huius initio liberam matrem Domini ab hoc præcepto? putas enim, quia dicturus Moyses mulierem quæ peperisset filium, immundam esse, non timuerit super matre Domini blasphemiæ crimen incurrere, & idcirco præmiserit: si susceptο semine? aliquin, nisi parituram præuidisset sine semine Virginem, quæ necessitas*

6

Orig.

B. Virginem non teneri lege purificationis statuitur ex Patribus.

Euseb. Emiss.

Cyrill. Alex.

D. Bernard.

erat de susceptο semine fieri mentionem? Patet itaque, quòd lex ista matrem Domini nõ includit, quæ non susceptο semine filium peperit. Putas ergo non poterat mouere animas eius, & dicere: Quid mihi opus purificatione? cur abstineam ab ingressu templi, cuius vterus viram nesciens templum factus est Spiritus sancti? cur non ingrediar templum, quæ peperi Dominum templi? nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimirum cum proles ista fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictorum, quid in me legalis purificet obseruatio, quæ purissima facta sum in so partu immaculato? Verè ô beata Virgo, verè non labes causam, nec tibi opus est purificatione: sed numquid filio tuo opus erat circuncisione? esto inter mulieres tanquam vna earum, nam & filius tuus sic est in numero puerorum. Hæc ille. Et ne in singulorum Patrum verbis recensendis immoremur, idem expressè docent Beda, Theophyl. Euthym. in Luc. Titus Bostrorum Episcopus in expositione Euangelij Luc. 2. Sanctus Ildefonsus Episcopus Toletanus serm. 1. in purificat. Mariæ, Ericus hom. de purificat. Haymo Episc. in expositione Euangelij Luc. 2. Guerricus Abbas Igniacensis serm. 1. in purificat. Virginis, Laurẽtius Iustinian. in eodem festo, Petrus Blesensis serm. 1. in Purificatione, Procop. & alij. Denique idem obseruarunt plerique omnes eius legis interpretes, Lyranus, Hugo Cardinalis, Dionysius Charthusianus, Paulus Burgensius super eam legem Leuitici.

Beda. Theophyl. Euthym. Titus. D. Ildefons. Ericus. Haymo.

Guerricus.

Laurent. Iust. Petr. Blesens.

Lyran. Hugo Card. Dion. Carthus. Paulus Burg.

7

Ex his manifestum relinquitur mysterij causa conditionem illã in lege adhibitam fuisse, videlicet ad excipiendam Virginem sanctissimam, significandãq; ad literam illibatam eius in conceptu, & partu integritatem, atque adeo sacerrimam Deiparam non fuisse lege purificationis obligatam, vt cæteri omnes Patres disertis verbis affirmant, vt nimis audacter dixerit Abulensis temerarium esse dicere fuisse Virginem à lege purificationis exemptam: cùm potius plusquam temerè dicatur obligatam ea lege fuisse, nec in illis verbis vllum latere mysteriũ, cũ non solũ sit cõtra cõmunẽ Doctorũ, & interpretũ expositionẽ, sed etiã cõtra vnanimẽ Patrũ doctrinã, iuxta quorũ sensũ Scripturã sacram interpretari debemus, quemadmodùm definit Concilium Trident. Sess. 14. Præterea, inquit, ad coercenda petulantia ingenia decernit sacrosancta Synodus, vt nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationẽ doctrinæ Christianæ pertinentium sacram Scripturam ad suos sensus contorquens contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum, aut etiam contra vnanimẽ consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeant, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contra fecerint, per ordinarios declarentur, & pœnis à iure statutis puniantur. Hactenùs Concilium. Cum igitur sit vnanimis consensus Patrum in illa lege Leuitici fuisse eam conditionem appositam ad sanctissimam Virginem excipiendã, efficitur, vt ex eo loco ad literam sanctissimæ Deiparæ integritas in conceptu, & partu Christi efficaciter cõprobetur.

Concil. Trid.

Concluditur Deiparam nõ fuisse lege purificationis obligatam.

Scriptura sacra interpretãda iuxta vnanimem consensũ Patrum.

Cur Virgo sanctissima purificationis legem seruauerit.

SECTIO VI.



OSTENDIMVS in superioribus ex vnanimi Patrum cõsensu, & communi interpretum sententia sacerrimam Virginẽ fuisse in lege purificationis exceptam, nec ad illam seruandam ex vi legis obligatam fuisse: nunc illud explicandum superest, quænam Virginem causa permouerit, vt legem illam, qua non tenebatur, impleret, idque Deus, cuius consilio illa omnia gerebantur, ita fieri à Virgine voluerit. Prima igitur ratio ducitur ab eximia perfectione, & sanctitate Virginis, quæ non cõtenta eorũ obseruatione, ad quæ sub præcepto obligabatur, illa etiam, à quibus erat immunis, & libera, cumulatissimè implebat: pro cuius maiori cognitione sciendũ triplicem modum spectari posse seruandi legem.

Eximia Virg. perfectio.

Triplex modus seruandi legem.

Primus est, cũ lex quoad illa præcisè, quæ

I

præ-

præcipit, obseruatur: quæquidē præcepti obseruatio quoad id, quod omnino præcipitur, diligēs, & exacta esse debet, quēadmodùm docet Regius vates Psal. 118. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*; vbi pro *nimis* est Hebraicè, מְאֹד, quæ vox significat nimis, valdè, vehemēter, veluti Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: & Gen. 15. *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*: et c. 17. *Multiplicabo te vehementer nimis*. Quare significatur mandata Dei exactissimè implenda esse quoad id, quod præcisè præcipiunt. Quòd enim non sit sermo de operibus supererogationis, quæ quis in legis obseruatione non nunquam agit, manifestum est ex verbo illo, *mandasti*: neque enim eiusmodi opera sub præceptū cadunt, sed in integrum est cuiq; ea vel agere, vel omittere. Cum igitur dicatur: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*: palam est sermonem esse de implendis mādatis quoad ea, quæ sub eorum obligationem cadunt: verùm quoniam ea obseruatio exacta esse debet, nec aliquid, quod præcepto comprehenditur, prætermittendum: idcirco dicitur Deus præcepere mandata sua custodiri *nimis*, id est, exactè, & perfectè. Ita eum locū exponit D. August. simulq; aduertit particulā *nimis* non vitium, sed exactam obseruationē significare: *Quid est*, inquit, *Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis? vtrum nimis præcepisti, an nimis custodiri? quodlibet horum intelligamus contra illam memorabilem, nobilemq; sententiā dictum videtur*: Ne quid nimis. *Si enim hoc verum est, vt ne quid nimis fiat, quomodò verè est, quod hic dicitur: Tu mandasti mandata tua custodiri nimis? quando Deus aliquid vel nimis præciperet, vel custodiri nimis vellet, si omne nimium reprehensione dignum esset. Verùm aliquando Latina lingua hoc verbo sic abutitur, vt nimis pro eo, quod est valdè, & positum inueniamus in sacris literis, & ponamus in sermonibus nostris: quanquā hoc loco non sit Græce ἄγαν, id est, nimis, sed σφόδρα, id est, valdè.* Hæc Aug.

Ad eandem exactam legis obseruationem pertinere arbitrātur pleriq; illud Psal. 93. *Nunquid adhæret tibi Domine sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?* hoc est, Nunquid commune aliquid habes cum throno, & imperio tyrānico, qui vis tua præcepta maximo cum labore, solicitudine, diligentiaq; seruari? quasi dicat: Minimè verò, neq; enim iniustum est, aut tyrannicum velle, vt præcepta tua exactissimè seruentur, & in eorum obseruatione labor aliquis suscipiatur. Scio Hebræos, & Græcos nō legere: *qui fingis*, sed, *qui fingit*, in tertia persona, vt referatur ad thronum iniquitatis, & sit sensus: Nunquid adhæret tibi impiorum, & sceleratorum principum thronus fingens, hoc est, qui fingit laborem in præcepto? siquidem eiusmodi thronus impius, ac tyrannicus cōdit laboriosa, arduaq; præcepta, vt occasionem habeat vexandi: & opprimendi subditos. Etquidem cū Hebraicè, & Græcè pro illis verbis, *qui fingis*, sit participium, *fingens*, potest & ad thronum referri in tertia persona, vt Hebræi, & Græci referunt: potest etiam ad Deū ipsum spectare in secunda persona, cū quo Propheta ipse loquitur, quemadmodùm retulit vulgatus interpres. Tunc verò duplex sensus efficitur, vnus est: Nunquid adhæret tibi Domine sedes iniquitatis, hoc est, nunquid es Princeps aliquis iniustus, & tyrannus, qui fingas laborem in præcepto, hoc est, qui præcepta imponas difficilia, & ardua, vt per eā occasionem subditos possis opprimere? quasi dicat: Minimè. Alter ille, quem iam superiùs tradidimus, & ad rem præsentem facit: Nunquid credendus es habere sedem tyrannicam, quòd fingas laborem in præcepto, hoc est, quòd præcepta tua velis cum labore, & magna solicitudine seruari? quasi dicat. Nequaquam, cum æquissimum sit, vt tua omnia mandata à nobis exactissimè impleantur.

Secundus gradus est iā perfectior, ac præstātior, cū quis legē ipsā, quā tenetur, cumulatiùs, & perfectiùs implet, quā illa præcipiat, maiori videlicet conatu, & intensiori actu, aliisq; maioribus pietatis, & obedientiæ argumentis: hæc nimirum sunt illa monilia, & ornamenta colli Spōsæ, de quibus dicitur Cant. 1. *Collum tuum sicut monilia*: ea enim monilia Origenes in eum locum ad perfectionem obedientiæ referenda existimat. Tunc verò collum ornatur monilibus, cum in præceptorū, quibus se per obedientiam

Psalm. 118. 4.

Gen. 1. 31. & 15. 1. & 17. 2.

Mandata Dei exactissime seruanda.

Supererogationis opera non cadunt sub præceptū.

D. August.

2

Psal. 93. 21.

Mandata diuina a nobis exactissimè implenda, est æquissimum.

Tyranni laboriosas condūt leges ad opprimendos subditos.

3

Cant. 1. 10. Origen. Obediētiæ ornamenta quæ sint.

subijcit, obseruatione adhibet ornamẽta quędam, quæ ad ornatum tantùm, & perfectionem obedientiæ spectant, non ad ipsam obligationem legis.

4 Tertius denique gradus perfectissimus est, cum quis lege ipsa non tenetur, & nihilominus eã perfectissimè obseruat, acsi ad illam seruandam teneretur: ad quem gradum sanctissima Virgo consecêdit, cum enim vt in superioribus constat mauimus, purificationis lege minimè teneretur, eam tamen cumulatissimè implenit, acsi lex illam, sicut & cæteras mulieres, comprehenderet. Atq; ad eundẽ gradum pertinet, cum quis facultate sibi per legem concessa, qua licitè vti potuisset, vti tamen non vult maioris perfectionis causa, id quod præstitit Paulus Apostolus: cum enim licitè posset, vt reliqui concionatores, aliquid pro concionibus eleemosynę causa recipere: ea tamen facultate vti noluit, quoniam id magis gloriosum, & Apostolico concionatore dignũ putauit, vt ipsemet testatur. 1. ad Cor. 9. *Quis, inquit, militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sũt, quare nõ potius nos? Sed nõ vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Nescitis quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Ego autẽ nullo horum vsus sum. Non autẽ scripsi hæc, vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet:* quod expendens D. Chrysost. *Non dixit, inquit, bonum est mihi magis mori quam vt legem meam quis soluat, sed quam vt gloriam meam quis euacuet, ne quis diceret, quòd non lato animo id faceret, adque gloriam appellat: tantùm abest, vt conqueratur, quoniam & gloriatur, & mori vult potius, quàm huiusmodi gloriam amittere.* Deinde adiungit Paulus non esse magnam gloriã seruari ipsum præceptũ, sed aliquid supra præceptum facere: *Si euangelizauero, inquit, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ autem mihi est, si non Euangelizauero. Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium prædicans sine sumptu ponam Euangelium Christi.* Nam cum Paulo impositũ esset præceptum concionandi, ait gloriam suam non in eo positam esse, quòd prædicaret, cum ad id præcepto teneretur, sed in eo consistere, quòd sine sumptu, & stipẽdio prædicaret, id quod ipsi minimè præceptũ erat: *Quasi dicat,* inquit Chrys. *Nõ est mihi gloria prædicare, quoniã id mihi præceptũ est; sed sine sumptu Euãgelium ponere, quod est meæ voluntatis officium.* Hæc est igitur prima ratio, cur Virgo Purificationis legem seruauerit, quoniam pro sua sanctitate voluit eam legem, etsi ea non teneretur, cumulatissimè implere.

Perfectissimus gradus seruandi legem.

1. Cor. 9. 7.

Nihil pro concionibus eleemosynę causa recipere gloriam suam appellat Paulus. D. Chrys.

Aliquid supra præceptum facere gloriosũ.

5 Secunda ratio, cur Virgo purificationis legem seruauit, depromitur ex eius humilitate: voluit quippe instar reliquarum fœminarum per quadraginta dies se domi continere, nec in templum ingredi, & facto ipso quodam modò ostendere se legali illa purificatione indigere, qui est perfectissimus humilitatis gradus: Sunt enim qui se humiliant, suamq; vilitatem, & abiectionem prędicãt, sed ex re ipsa, occasione, circunstantijs statim apparet id non verum in se esse, sed ex humilitate proficisci: verùm illa est omnibus numeris & partibus absoluta humilitas, cum quis ita se gerit, vt alij opinionem de eius vilitate, & abiectione planè concipiant nec id, quod facit existiment ex humilitate & modestia sed ex veritate procedere. Id verò dupliciter contingit: vel enim qui se ita humiliat, defectum illum habet, quem alij de ipso concipiunt, vel non habet quidem, sed habere creditur, eaq; opinatio oritur ex eo, quòd qui se ita humiliat, facto ipso eius modi existimationem ingenerauit in aliorum mentibus, qui humilitatis gradus est omnium præstãtissimus, atq; is in sanctissima Virgine resplenduit. Etenim cũ in cõceptu, & partu Christi Angelos puritate vinceret: tamen per quadraginta dies ab ingressu tẽpli abstinuit, & instar reliquarum fœminarũ purificationis legẽ seruauit, atq; ita facto ipso persuasit cæteris se instar cæterarũ mulierum peperisse, atq; adeo purificatione indigere: cum tamen nec lege ipsa purificationis teneretur, nec purificatione opus

Perfectissimę humilitatis gradus in quo consistat.

Præstãtissimę humilitatis gradus resplẽduit in Virgine.

haberet

haberet illa, quæ vel ipsam Angelicam puritatem in ipso etiã conceptu, & partu longè superabat. De duplici hoc humilitatis genere loquitur D. Bern. serm. 42. in Cant. *Est*, inquit, *humilitas, quam nobis veritas parit, & non habet calorem: & est humilitas, quam charitas formut, & inflammat: atque hæc quidem in affectu, illa in cognitione consistit. Etenim tu si temetipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, ac sine palpatione diiudices, non dubito, quin humilieris & tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione, quamuis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum: quodsi sicut veritatis splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses, voluisses proculdubiò, quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis. Nec est idem hominem de se ipso altum sapere veritatis lumine redargutum; & humiliter sponte consentire munere charitatis adiutum*: id quod confirmat exẽplo Christi, qui hoc humilitatis gradu semet ipsum humiliauit, etenim vt dicitur ad Philipp. 2. *Semet ipsũ exinaniuit formã serui accipiens: Ipse*, inquit Bernard. *se exinaniuit, ipse se humiliauit nõ necessitate iudicij, sed charitate nostri: voluntate enim humilis fuit, & non iudicio, qui talẽ se obtulit, qualẽ esse nesciuit: magis autem placuit minimum reputari, qui se summũ non ignorabat. Denique ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, corde, dixit cordis affectu, id est, voluntate: itaque necessitatem exclusit, qui voluntatem confessus est. Non enim quomodò ego, vel tu inuenimus nos in veritate dignos dedecore, & contemptu, dignos omni extremitate, & inferioritate, dignos etiam suppliciis, dignos plagis, non, inquam, ita & ille: quæ tamen omnia expertus est, quia voluit tãquã humilis corde, humilis videlicet illa humilitate, quã cordis suasit affectio, non quam extorsit discussio veritatis.* Hæc Bernard.

D. Bernard.

Duplex humilitas.

Philipp. 2. 7.

Christus humilis voluntate, non iudicio.

Matth. 11. 29.

Eandem humilitatem habuisse Paulum Apostolum docet D. Chrysost. in epist. 1. ad Cor. ad illa verba cap. 15. *Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi, ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiã Dei. Vide*, inquit, Chrysost. *extenuandi verbis quàm largè sit vsus: Visus est, inquit, mihi veluti abortiuo, minimo Apostolorum, & ipso nomine Apostoli indigno: neque his est contentus: ne enim verbis humilis tantùm videretur; causas etiam, & rationes adducit, quòd abortiuus quidem sit, quia IESVM postremus vidit; quod Apostoli nomine indignus; quia sit Ecclesiem persecutus.* Itaq; vult Chrys. Paulum ad perfectissimum illum humilitatis gradum ascendisse ex eo, quòd conatus fuerit efficacibus rationibus persuadere aliis se minimum esse Apostolorũ, & Apostoli nomine indignum: idemque repetit in comment. super cap. 1. epist. ad Galatas. *Paulus*, inquit, *abortiuum se appellat, & omnium peccatorum primum, & minimum Apostolorum, & huius honore nominis indignum, atque hæc dicebat, cum plus omnibus laborasset*: quod quidẽ præcipuum est modestiæ argumentum. Ereni enim cum is, qui sibi nullius bonæ rei cõscius est, submissè de se ipso loquitur, prudens est, non modestus: at qui post tot emeritas coronas talia loquitur, ille nouit, quid sit modestia. Atque hæ sunt rationes præcipuæ, quibus permota fuit Virgo sanctissima ad legem purificationis, qua minimè tenebatur, obseruandã.

6

D. Chrysost. 1. Cor. 15. 8.

Pauli facũdia in se extenuando.

Tertium testimonium ex illis verbis Psalmi 71. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.*

SECTIO VII.

ANTE quam ad huius loci expositionem, confirmationemque ex eo illibatę integritatis sanctissimę Deiparę accedamus, præmittẽda sunt nonnulla, quæ ad vim probationis explicandam, & alia, quæ posteà dicturi sumus, intelligenda non parùm pertinẽt. Primùm igitur est aduertendũ in fine huius Psalmi haberi hæc verba: *Completæ sunt*, seu, *defecerunt orationes Dauid filij Iesse*: quæ sanè non ad titulum Psalmi sequentis, vt D. Ambros. Cassidor. Mag. sentent. & alii in comment. super Psal. 72. existimarunt, referenda sunt, sed ad finem præcedẽtis Psalmi, hoc est,

Psal. 71. 20.

71. quem habemus præ manibus, spectãt: quemadmodùm docet D. Hieron. Ex iis verò minimè eliciendum est nullius Psalmi eorum, qui sequuntur, Dauidem auctorem esse, cum Psalmum 109. negari non possit fuisse à Dauide compositum: siquidem eum Dauidis nomine citauit Christus loquens cum Pharisæis Matth. 22. *Nonne*, inquit, *Dauid in spiritu vocat Christum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis?* Non igitur ideireo hic Psalmus illis verbis concluditur, quòd nullus Psalmus ex sequentibus Dauidem auctorem habeat: quare in eius clausulæ afferenda ratione laborant fere interpretes. Enim verò sunt, qui existiment propterea dici: *Completæ sunt orationes Dauid*: quoniam hic Psalmus fuit postremus eorum, quos Dauid composuit, tametsi non sit vltimus ordine, nec enim omnes Psalmos eum nunc inter se ordinem in libro Psalmorum seruare, quem primò tenuerunt, & quo fuerunt à Dauide compositi, sed cum sparsi essent, collectos fuisse, ac sine pristino ordine distributos: itaq; hunc Psalmũ vltimum esse eorum, quos Dauid cõscripsit, & quasi testamento Salomoni filio reliquit: quam sententiam secutus est Caiet. & Genebr. eáq; putat probabilẽ Titelm. Cæterùm Euthym. & alij non faciũt hũc Psalmum postremum eorum, quos Dauid composuit: tunc verò verba illa: *Cõpletæ sunt orationes Dauid*: variè interpretãtur. Nam Euthym. eũ vult esse sensum, vt non dicantur completi Psalmi Dauidis, sed completę orationes, seu hymni Dauidis, id est, illi tantùm Psalmi, quos ipsemet tanquam hymnos, & laudes Dei per se ipsum in sua cithara cantabat: nã qui sequuntur, non ipse, inquit, cecinit, sed vel Asaphi cantorum Principi, vel alijs cantoribus dedit decantandos. Flãminius aliam excogitauit rationẽ, ideirco videlicet eam clausulam appositam fuisse, non quòd fuerit vltimus Psalmus Dauidis, sed quia aliquot Psalmi, qui statim sequuntur, non sunt Dauidis, atq; adeo præcedẽtes omnes, qui Dauidis omnino censentur, & continuata serie positi fuerunt, completi, & finiti dicantur. Alij quos sequitur Titelm. dicũt sensum esse, completas fuisse orationes Dauidis, quoniam hoc Psalmo complexus est Dauid omnia, quæ in reliquis omnibus Psalmis optabat, atq; à Deo postulabat. Cum enim Psalmorum omnium finis sit Rex Messias, eiusq; aduentus, & regnum: meritò, inquiunt, dicuntur completę orationes, preces, ac vota Dauidis in eo Psalmo, in quo elegantissimis, & magnificentissimis verbis de Messiæ aduentu, amplitudine, atq; splendore, florentissimoq; imperio, & principatu differit. Res est omnino incertá, nec potest facilè definiri.

Secundò. Sciendum est inscriptionem Psalmi esse *Salomoni*, vel *in Salomonẽ*: quod non ita est accipiendum, vt Salomon huius Psalmi auctor fuerit, cum ex citatis verbis, quæ in fine eius adhibentur, *Completæ sunt orationes Dauid*, manifestum sit eum fuisse à Dauide compositum. Et quidem Cornel. Iansen. more suo existimat, ideirco inscriptum esse Salomoni, quoniam ad literam Dauid in eius cõpositione ad Salomonem filium respexit, in typum tamen Messię: id quod nulla ratione dicẽdum putamus, sed potiùs ad literam sermonem esse de Rege Messia: itaq; nomen Salomonis, hoc loco non propriè accipiendum pro Salomone Dauidis filio, vt egregiè docent Theodoret. Cassiod. Caiet. & alij, sed pro epitheto Regis Messiæ secũdum nominis etymõ: idem enim est Salomon, atq; pacificus, vt inscriptio ea sit *Pacifico*, hoc est, Regi Messiæ. Nã quod Psalmus ad literam ad Messiam pertineat, non verò mysticè sub figura Salomonis, intellexit vel ipse Paraphrast. Cald. cum ita Psalmũ inchoauit: *Deus sententiam iudiciorum tuorum Regi Christo da*: probaturq; manifestè, quoniam quæ in hoc Psalmo continentur, nullo pacto possunt in Salomonem conuenire, atq; adeo non potuit Salomon in eiusmodi figuram Messię gerere. Quomodò enim in Salomonem quadret illud: *Permanebit cũ sole, & ante lunam: orietur in diebus eius iustitia, & abũdãtia pacis, donec auferatur luna?* & illud: *Dominabitur à mari vsq; ad mare, etc.* & illud: *Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Sabba dona adducent: & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei*

D. Hieron.

Matth. 22. 43

Fuerit ne Ps. 71. postremus eorũ, quos Dauid cõposuit.

Caietanus. Genebrd. Titelmanus. Euthymius.

Flaminius.

Titelm.

Psalmorum omnium finis rex Messias.

2

Cornel. Iansen

Psalmus 71. ad literam ad Messiam pertinet, non ad Salomonem.

Tertullian. Cassiod. Caiet.

Paraphrast.

&

& illud: *Ante solem permanent nomen eius: & benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gẽtes magnificabunt eum*: hæc enim omnia cõstat non posse vllo modo Salomoni illi Dauidis filio, sed soli Regi Messiæ conuenire. Vnde meritò Theodoret. *Quòd Salomoni*, inquit, *propositus psalmus nequaquã congruat, opinor Iudæos etiam confiteri, si veritatem dicere voluerint, nedum fidei aluumnos. Primũ enim nec Salomon finibus terræ dominatus est; deinde cum esset homo, & vixisset tempus naturæ congruens, finem vitæ accepit, & hũc non glorioſum: psalmus verò solẽ, & luna antiquiorem eum, qui per vaticinationem promittitur, ostendit. Cæterùm inscriptio non inepta est, sed verè Saluatori congruit: si quidem Salomon pacificus interpretatur, quam appellationem habet Christus, de quo Paulus ait ad Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.*

Theodoret.

Ephes. 2. 14.

3

Eodem modo argumentatur D Hieronymus in caput. 11. Danielis. *In psalmo*, inquit, *71. quæ dicuntur, Salomoni non valent conuenire: nec enim permansit ille cum sole, & ante lunã, in generatione, & generationem: neque dominatus est à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum; neque omnes gentes seruiunt ei; neque ante solem permansit nomen eius; nec benedictæ sunt in ipso omnes tribus terræ*. Eademq; fuit sententia Tertulliani lib. 5. aduersus Marcionẽ cap. 18 Euseb. Cæsar. lib. 7. demonst. Euangelicę demonstratione 8. Iustini Philosophi & Mart. in dialogo aduersus Tryphonẽ, D. Ambrosij in Apologia Dauid D. August. lib. vno de vnitate Ecclesiæ cap. 8. & reliquorum fere Patrum. Id quod cum viderent Hebræi, nec possent ea, quę habẽtur in psalmo, Salomoni accommodare, conati sunt per contradicendi libidinem germanum sensum aliò detorquere. Itaque cum dicitur: *Permanebit cum sole, & ante lunam*: aiunt esse apostrophen ad ipsũ Deum, & ita transferunt: *Timebunt te Deus omnipotẽs, quãdiu sol durabit*. Præterea illud: *Ante lunam, in generatione, & generationem*: ita exponunt, vt *ante lunam*, idem sit, atque coram luna, seu in conspectu lunæ. Illud: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna*: similiterque verba sequentia: *Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei*: per modũ optantis, & precantis legunt: *Oriatur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna: adorent eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruiant ei*. Volũt enim his omnibus faustas, & felices acclamationes cõtineri, quibus Dauid, & vniuersus Hebræorum populus Salomoni regni felicitatem, & amplitudinem precantur. Sed hæc omnia manifestam vim contextui afferunt, cum ostensum sit ad literam sermonem esse de Rege Messia. Quo tanquã certo constituto illud est psalmi huius argumentum: Postulat Dauid à Deo aduentum Messię, eumq; prædicit fore Regem iustissimum, qui in virga æquitatis omnes gẽtes iudicaturus sit: Principem etiam potentissimum, qui latissimum, & amplissimum habeat principatum, qui toti orbi terrarum dominetur, & cui omnes Reges, ac Principes vectigales, & stipendiarij sint futuri. Agit etiam disertis verbis de nouo, & admirabili eius cõceptu, atq; ortu, quod nimirum sit à Virgine concipiendus, & ex Virgine nasciturus absq; vlla viri opera, illis verbis, quæ initio proposuimus: *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram*: quæ iam explicare aggredimur.

Psalmi 71. argumentum.

Tertullian. Euseb. Gęsar. Iustin. Mart.

D. Ambros. D. August.

Hebræorum contradicendi libido.

4

Verùm priùs statuẽda est vera, ac germana lectio huius loci: Septuag. habent, vti diximus: *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram*. Paraphrast. Chald. vertit: *Descendet sicut pluuia spontanea super herbam corrosam à locustis, sicut stillæ pluuiæ serotinæ stillantes super terram*. Interpres pro Caiet. *Descendet sicut pluuia super tonsam, & velut imbrium gutta terræ*: quæ translationum varietas orta est ex dictione Hebræa, gez, pro qua nos habemus *vellus*. Nam ea vox deducitur à radicè, gazaz, quæ significat tõdere, indeq; deducitur, gez, id est, vellus, quòd tondeatur; eademq; dictio significat herbã demessam, eo quòd herba, cùm demetitur, tonderi videatur, & idcirco interpres pro Caietano vertit *super tonsam*, hoc est, super herbam tonsam: quæ fuit etiã causa, cur Chaldaicus verterit: *super herbam corrosam à locustis*: huiusmodi enim herba etiam tonsa apparet. Verũ dictionem gez hoc loco nõ pro herba demessa, sed pro vellere accipiendã esse, vt fiat allusio ad vellus Gedeonis Iud. 6. inferiùs ostẽdemus:

Varia lectio. Caiet. Septuag.

Paraphrast.

interim

interim verò sufficiat auctoritas grauissima Septuag. interpretum, qui non herbã demessam, sed *vellus* transtulerunt.

5 Caietan.

Quod igitur spectat ad literalem, & germanã expositionẽ huius loci, Caiet. sequens suam translationem existimauit sermonem esse his verbis non de primo, sed de secundo Christi aduentu hoc sensu: *Descendet sicut pluuia super tonsam. Tonsa*, inquit, *appellatur terra producens pascua sectu fœno: tunc enim est velut tonsa, pluuiãque ad germinandum desiderat: qua similitudine describitur secundus Christi aduentus opportunus, desideratus, & fœcundus comparatione terræ tonsæ ad nouum germen, quod sanè conuenit expectationi iustorum post tonsionem: siquidem cum eis huius vitæ germen præcisum fuerit, expectant nouum resurrectionis germen.* Idemq; putat significari posteriori similitudine, cum dicitur: *Et sicut stillicidia stillantia super terrã*. Cæterùm hæc Caietani expositio nullo modo est amplectenda: primùm, quoniam pugnat cũ ipso contextu: etenim postquam dictũ fuerat, *Descendet sicut pluuia in vellus*, subiungitur, *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent*: & reliqua, quæ sequũtur, quę omnino de primo aduentu accipere oportet, neq; in secundum vllo modo cõueniunt. Deinde, quia ea interpretatio cõmuni Doctorum expositioni, & quod plus, vrget, cõmuni Patrum sententię aduersatur, quos inferiùs citabimus: ijenim de primo aduentu Christi locũ accipiũt, imo & de purissimo eius conceptu, atque ortu. Isidorus Clarius de primo quidem aduẽtu interpretatur, sed pertinere putat ad dona supernaturalia, quæ Christus suo aduentu mundo attulit: *Vt pluuia*, inquit, *resectam herbam crescere facit: ita Christus veniens suos copiosis perfudit donis*. Eodemque deflexit Vatablus existimans illud dumtaxat significari, sicut herba desecta adueniente pluuia crescit, ita futurũ, vt omnia bona per aduentum Christi efflorescerent, atq; germinarẽt. Aliam quoque expositionẽ excogitauit Lyran. indicari scilicet mansuetudinem Messiæ, qui in primo aduentu summa cũ humilitate, & mansuetudine venturus prænuntietur; sicut pluuia in vellus nullo strepitu descendit: itaq; hoc loco illud idem à Regio vate prædici, quod etiam prænũtiauit Zacharias cap. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam*. etc.

Sententia Caietani reijcitur.

Isidor. Clariꝰ.

Vatablus.

Lyran.

Zrchar. 9. 9.

Verùm his omnibus expositionibus reiectis cõmunis Doctorum, Patrumq; sententia est his verbis integritatem sanctissimæ Deiparæ in conceptu, & partu Christi contineri, eamq; duplici eleganti similitudine explicari facta allusione ad vellus Gedeonis Iudic. 6. cum ad eius petitionem descendit ros in vellus lanæ, quod erat in area, quo postea à Gedeone expresso impleta est concha illo eodem rore, qui in vellus descenderat. Atq; hoc testimonio ad virginitatem Mariæ comprobandam vtitur Adrian. Finus lib. 2. flagelli cõtra Iudæos, cap. 12. imo & plerique omnes Patres. Ratio verò similitudinis in eo consistit, quòd sicut in vellus illud Gedeonis siccum, & aridum descẽdit miraculosè ros è cœlo placidè absq; vllo strepitu, & absq; vllo nocumento, læsioneq; velleris, siue cum ros descẽdit siue cum ex illo fuit expressus: ita Verbum descendit in Virginẽ instar cœlestis roris, absq; vllo eius integritatis prę-iudicio siue in ipso descensu, hoc est, in conceptu, siue cum ex illa fuit expressus, hoc est, in ipso partu, idemq; posteriori similitudine explicatur. Sicut enim stillicidia imbrium placidè, ac leniter in terram delabuntur, eamq; fœcundant: ita verbum è cœlo in vterum Virginis placidè, leniterq; descendit tribuens illi fœcunditatem cum summa puritate cõiunctam, natumq; ex illa vniuersum orbem doctrinæ suæ saluatoribus imbribus irriganit. Ita locum intellexit D. Hieron in cõment. eius Psalmi, *Sicut*, inquit, *in vellus Gedeonis pluuia descendit, ita hic illapsus est in vterũ Virginalem per Spiritus sancti infusionẽ: & sicut stillicidia stillantia super terram: arida enim erat terra humani corporis, cum aduenit, nec vllum fructum exhibere poterat sanctitatis: sed ipse eam prædicationis suæ stillicidijs fœcundatam fructibus repleuit æternis*. Et multò luculentius D. Ambros. serm. 13. in Natali Domini, *Descendet sicut pluuia in vellus, Quid*, inquit, *tam silenter, & sine strepitu fit, quàm cum imber in lanæ vellus infunditur? nullius aures sono ver-*

6 Communis doctorum, & Patrum sentẽtia.

Iudic. 6.

Adrian. Fin.

Virginis fœcũditas cum summa puritate coniuncta. D. Hieron.

Christi prędicatio terram fructibus fęcũdauit æternis. D. Ambros.

berat, nullius corpus humore repercussionis aspergit; sed sine inquietudine hominum totum imbrem per multiplices effusum partes toto corpore in se trahit. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eum hauriret corpore, nec eius discißuram corporis paterétur: sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est, siquidem de molli sinu eius agnus egreßus est, qui & ipse matris lanitium, hoc est, carnem gestans molli vellere cunctorum operit vulnera populorum: omne enim peccati vulnus Christi lana suffunditur, Christi fouetur sanguine, & vt sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur. Hæc Ambr. Theodoretus quoque in commentariis, *Sicut lana*, inquit, *imbrem recipiens nullum fragorem emittit, & stillicidia instar roris in terram delata sensum nullum auribus præbent: sic Domini conceptio facta est, neque ipso sponso rescisceute, qui cum ipsa habitabat: deinde enim post vterum aliquam indignitatem suspicatus occulte dimittere eam voluit: verùm ab Angelo fuit edoctus cœlestem esse fœtum, non humanum.* Eodem modo interpretantur Euthym. Arnob. Remig. Cassiod. Lyran. & alij.

Peccatorum vulnera Christi vellere operiuntur.

Theodoret.

Euthym. Arnobius. Cassiodor. Lyran.

7

Habemus igitur ex communi Patrũ, Doctorumque sententia hoc loco ad literam sermonem esse de integritate sanctißimæ Virginis in conceptu, & partu Christi. Nec verò propterea reiicienda est ea expositio, quam D. Chrysost. & D. August. afferunt, videlicet per *rorem* gratiam intelligi, quæ priùs in vellus, hoc est, in Synagogã descẽdit, sed postea relicto vellere aream, hoc est, Gentilitatem perfudit seruata eadem allusione ad vellus Gedeonis. *Descendet sicut pluuia in vellus, hoc est*, inquit Chrysost. *prædicatio in Synagogam: quando scilicet Christus sedebat, & docebat in templo, tunc pluuia in vellus descendit. Nam & Esai. cap. 45. prædixerat: Rorate cœli de super: nubes pluant iustum: sed postea relicto velleri in aream pluuia infundi tur, quoniam trãslatis sacrificiis à Synagoga tota mundi area impleta est prædicatione Christi.* Ad eundem modum exponit D. Aug. *Idem*, inquit, *Christus descendit sicut pluuia in vellus, cum adhuc area sicca esset: vnde etiam dixit Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: & discipulis dixit. Matth. 10. In viam Gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ite primùm ad oues, quæ perierunt domus Israel. Cum dicit: Ite primùm ad illas: ostendit postea, cum esset iã area compluenda, ituros eos ad alias oues, quæ nõ essent ex veteri populo Israel, de quibus dicit Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, illas oportet me adducere. Sic pluuia descendit super vellus sicca adhuc area: sed videmus iam gratia Christi siccam remansisse gentem Iudæorum, totumque orbem terrarum in omnibus gentibus Christianæ gratiæ plenis nubimus complui: vnde sequitur: Et sicut stillicidia stillantia super terram, hoc est, non iam super vellus, sed super terram.* Hæc Augustinus. Non est, inquam, hæc expositio contemnenda, cum sit tantorum Patrum, idemq; locus Scripturæ sæpe multos sensus literales recipiat: sed tamen ea, quam primo loco tradidimus de virginitate Mariæ, omnino præponenda est, cum sit Doctorũ, parumque communis.

Relicta Synagoga, Gentilitas prædicationis rore perfusa est.

Esai. 45. 8.

Matth. 15. 24. & 10. 6.

Ioan. 10. 16.

Nonnullæ obseruationes literales circa testimonium precedens.

SECTIO. VIII.



VM ostensum sit Psalmo 71. citato haberi sermonem ad literam de aduẽtu Regis Messiæ, eiusque purissimo ortu ex Virgine absq; vllo integritatis eius præiudicio, quem postea consecuta est ea imperij amplitudo, quam Regius Propheta grauissimis verbis describit: nunc aliqua ex eo psalmo ad id ipsum magis illustrandum doctrinæ causa eruemus. Sit igitur prima obseruatio circa illam clausulam, qua psalmus concluditur: *Completæ sunt*, seu *defecerunt orationes Dauidis filii Iesse*: nam iuxta eam sententiam, quæ non facit eũ psalmum postremum eorum, quos Dauid conscripsit, illa traditur à plerisque ratio, cur Dauid ita psalmum illum concludendum putauerit, quòd

I

Messię aduẽtus summa voto rum Dauidis.

scilicet, cum omnia eius vota, desideria, ac preces eò spectarent, vt Rex Messias aduenire t, florentissimumque toto orbe imperium constitueret, idque ipse eo psalmo magnificis verbis postulasset, iure optimo dicere potuit in eo psalmo omnia sua vota, precesque compleri, quasi diceret: Hæc est meorum omniũ votorum summa; hac vna petitione omnes meę preces, desideriaque continentur; nihil habeo amplius, quod exoptẽ, nihil, quod â Deo præcipuè postulem: Itaque hoc vno psalmo complentur, & & deficiũt, hoc est, finiuntur omnes orationes Dauidis. Id verò non tantùm Dauid, sed reliqui omnes Prophetæ, ac iusti dicere potuerunt, cum vnius Messiæ aduẽtu bona omnia, quæ desiderari, postulariq; poterant, continerentur: sic nimirum sponsa Ecclesię nomine sua omnia desideria in Canticis canticorum cõpleuit. Etenim drama illud illis sponsæ verbis concluditur: *Fuge Dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes aromatum*: quibus verbis aduentũ Messię postulat: illud namq; *Fuge*, non significat, vt ab sponsa recedat, sed potiùs, vt ad illam veniat ea celeritate, qua fugientes currere solent, vt sit sensus: Fuge ad me dilecte mi summa velocitate, & in isto aduentu tuo assimilare capreę, hinnuloq; ceruorũ: hæc enim animalia summã habẽt in currendo celeritatem. Porro aduerte spõsam primis etiam illius cantici verbis aduentũ spõsi postulasse, cum dixit: *Osculetur me osculo oris sui*, hoc est, non iam me per Prophetas visitet, & per ora Prophetarum loquatur; sed suo ipsius ore loquatur mihi: eodemque me suauissimè exosculetur. Vnde iam cernis spõsam & primis, & postremis verbis eius cantici aduentum sponsi petiisse, vt indicaret suorum omnium desideriorũ & principiũ, & finem hoc vno beneficio contineri. Mitto ea sacrarũ literarũ testimonia, in quib⁹ Messias desideriũ, & expectatio nũcupatur, de quibus iã sępe aliàs diximus.

Cant. 8. 14.

Sponsę desideria de Christi aduentu.

Cant. 1. 1.

2 Secunda obseruatio sit circa prima illa verba: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis*: quibus postulat regius vates, vt mittat Deus iam tandem filium suum factum hominem, eique det iudicandi potestatem; sic enim sperat fore, vt mitius sit iudicium, & multò magis, quàm antea clementia, & misericordia temperatum, quasi dicat: Nimis te Domine iustum, seuerumq; exactorem nostrorum scelerum exhibes: mitte igitur filium tuum Regem Messiam, eique sceptrum tuum, & iudicandi potestatem committe: ipse namque per assumptam humanitatem multò maiora dabit pietatis, clementiæque argumenta, eiusque iudicia magis ad misericordiam, quàm ad iustitiãs spectabũt. Quò pertinet Paraphrasis Chald. *Deus*, inquit, *itinera rigoris tui, vel sententiam iudiciorum tuorum Regi Messiæ da*. Nec verò hîc intelligas Verbum in assumpta humanitate clementiorem habuisse naturam, quàm ante eius assumptionem; sed illud dumtaxat multò maiora, & illustriora clementiæ, & misericordiæ documenta præbuisse, quæ quoniam Regi us Prophe ta præuidebat, idcirco eam ob causam præter alias Messię aduentum optabat dicens: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis*. Eundem sensum habet illud Psalmi octogesimi quinti. *Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ*. Quanuis enim plerique ita locum accipiant, vt Dauid se ipsum puerum Domini, id est, seruum Domini appellet, postulerque à Deo, vt imperium suũ confirmet, detq; sibi inuictam fortitudinem ad victoriam de hostibus suis reportandam: alij verò ea verba Christo attribuant, qui dari sibi iudicandi potestatem in extremo iudicio à Patre postulet, & se dicat filium ancillæ Domini, id est, Virginis, quę dixit Lucæ 1. *Ecce ancilla Domini*: minimè tamen dubium esse debet, quin etiã eũ sesũ recipiãt, vt Regius Propheta petat Messiæ aduẽtum, optetq;, vt Pater sceptrum suum, & iudiciariam potestatem puero suo, i. Regi Messiæ tradat: tũc enì se õni ex parte misericordię Diuinę cõpotẽ futurũ, seruãdũq; cõfidit.

Cur Dauid postulet à Deo, der Filio iudicandi potestatẽ.

Pharap. Cald.

Psal. 85. 16.

Luc. 1. 38.

3 Et quidẽ facile, blãdũ, plenũq; clemẽtię imperiũ Messię futurum nõ obscurè prædixit Esaias cap. 11. cũ dixit: *Egredietur*

Esai. 11. 1.

virga

virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, quo loco Hebræi, vt auctor est D. Hieronymus, & virgæ, & floris nomine Messiam significari putant, atque in virga regnantis potentiam, in flore pulchritudinem demonstrari: iuxta quam interpretationem in florente virga facilis, & blanda imperandi ratio exprimitur, quę & pulchritudinem, & suauitatem, mansuetudinemque continet. Quid enim pulchrius, & suauius, quàm florente virga percuti, siquidem is, qui percutitur, simul floribus ex virga decidentibus aspergitur, quod est in ipsa punitione plurimis, & maximis amoris argumentis, & beneficiis cumulari, quos sanè flores nõ ita legimus in virga Dei ante incarnationem mundum administrantis? Verùm enim verò Hieremias testatur cap. 1. se virgam vidisse *vigilantem*, seu vt Septuag. transtulerunt *baculum nuceum*, & Theodotio *virgam amygdalinam*: siue autem virgam vigilantem, siue baculum nuceum, siue virgam legamus amygdalinam, semper Diuinę iustitiæ seueritas ante incarnationem indicatur, quæ videlicet super peccata hominum vigilabat, vt acerrimè puniret, & instar nucis, siue amygdali amarissimo cortice, & osse durissimo cingebatur: cum tamen Messię virga florens dicatur ad mansuetudinem, & facilitatem eius imperij declarandum: id quod hoc eodem psalmo magis explicauit Regius Prophera, cum subiunxit: *Descendet sicut pluuia in vellus*. Etenim præter communem illam expositionẽ, quã de virginitate Mariæ tradidimus, significatur etiã Messiæ Regis in primo suo aduentu mansuetudo, & humilitas, quippe qui sine strepitu, sine fastu, sine regio apparatu, summo cum silentio, & placiditate sicut pluuia in mollissimum lanæ vellus descẽdit, quod videtur interpretatus fuisse Esaias, cũ de eadem mansuetudine differens, ac de facili, & misericordiæ plenissimo eius imperio dixit cap. 42. *Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.* Venit enim sicut pluuia in vellus descendit, cuius tanta erat mansuetudo, vt etiã in iudicãdo nõ clamoribꝰ ageret, sed ita quietè, pecatẽ, blandeq;, ac sine vllo strepitu iudicaret, vt vox eius foris non audiretur: ad eandemque mansuetudinem spectat, quod sequitur: *Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet*: quæ videntur esse prouerbia è vulgo petita ad notandam alicuius mansuetudinem, & procliuem ad benefaciendum naturam, qui nemini scilicet noceat, ne minem ad ruinam impellat: calamum quassatum non studeat cõterere, sed potius coagmentare: linum fumigans non extinguat, sed potius magis exsuscitet.

Quantùm verò mansuetudo ista Messiæ momentum habuerit ad subditorũ amorem conciliandum, omnesq; ad suũ cultum, & venerationem facilè pertrahendos, explicatur consequentibus verbis: postquam enim dictum fuerat: *Descendet sicut pluuia in vellus*: nequis putaret Regem Messiam propter naturæ facilitatem, & mansuetudinem contemptui fore, nec posse sibi mundi Reges subiicere, & imperium toto orbe constituere, statim subiungitur: *Dominabitur à mari vsque ad mare, à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Sabba dona adducent: & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei.* Et quidem meritò: nihil enim ad conciliandum amorẽ mansuetudine, & naturæ facilitate potentius, potissimùm verò in iis, qui dignitate, & præclaris in omni genere ornamentis reliquis antecellunt: imo ex hac mansuetudine, & beneficentia ostendit Rex Messias se naturalem esse Dei filiũ, qui facilem, & munificam Patris haberet naturam, quemadmodùm dicitur in sequentibus: nam pro eo, quod nos habemus: *Antę solẽ permanet nomen eius*: trãsferunt alij ex Hebræo: *Faciebus solis filiabitur nomen eius*: id est, vt interpretatur Caiet. palam in toto orbe, (id enim significat *Faciebus solis*,) nomen Messię filiatione cognoscetur, hoc est, omnes intelligent eum esse naturalem Dei filium, & hoc esse ei proprium nomen.

D. Hieron.

Messię imperũ clementię plenum.

Esai. 1. Septuag. Theodotio.

Seueritas iustitiæ Diuinæ ante incarnationẽ

Messiæ in primo aduẽtu mãsuetudo.

Esai. 42. 1.

4

Messiæ mansuetudo ad subditorum amorem conciliandum quantum momenti habuerit

Caiet.

5 Virgo vellus.

Tertiò, & postremò obserua Virginẽ sanctissimam appellari *vellus* facta allusione ad vellus Gedeonicũ Iudic. 6. quod primò quidem fuit repletum rore: tunc verò Gedeon vellus expressit, atq; ex rore inde expresso concham impleuit. Sic enim cœlestem rorem, qui in Virginem descendit, hoc est, siue Christum, siue Dei gratiam ex Virgine tanquam ex uellere exprimimus, & mentium nostrarum cõchas implemus: quod tunc fit, cum Virginem ad beneficia Diuina impetranda aduocatam adhibemus. Idcirco enim cũ ipsa plena iam esset gratia, adhuc in eã Spiritus sanctus superuenit, vt quod super plenitũdinem acciperet, in nos redundaret, & cum plena esset sibi, adhuc superplena fieret nobis. Id quod elegãter expendit D. Bern. serm. in Natiuit. Mariæ: *Plena*, inquit, *est gratia, & gratiam adhuc inuenit: digna prorsus inuenire quod quærit, cui propria nõ sufficit plenitudo, nec suo potest esse contenta beneficio: petit superfluentiam ad salutẽ vniuersitatis. Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te, & pretiosum illud balsamum tanta tibi copia, tantaq; plenitudine influet, & vt copiosissimè effluat circumquaq;. Intuere ò homo consiliũ Dei: cœlesti rore aream rigaturus totum vellus priùs infundit; redempturus humanum genus pretium vniuersum contulit in Mariam: altiùs ergo intuemini, quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius beneficij plenitudinem posuit in Maria, vt siquid spei in nobis est, siquid gratiæ, siquid salutis ab ea nouerimus redundare, quæ ascendit delicijs affluens, hortus planè deliciarum, quẽ non modò afflauerit veniens, sed & perflauerit superueniens Auster ille Diuinus, vt vndiq; fluant, & effluant aromata eius, charismata scilicet gratiarum.* Hęc ille.

D. Bernard.

Quod in nobis est spei, & gratiæ redũdat ex Maria.

Quartum testimoniũ ducitur ex illis verbis psalmi. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te.*

SECTIO IX.

1 SVPPONENDVM est in primis hunc Psalmum 109. ad literam accipiendũ esse de Messia, id quod Iudęi inficiari cõtendũt: etenim vt auctor est Iustin. Philosoh. & Mart. in dial. cũ Tryphone aduersus Iudæos, plerique Hebræorum eum de Rege Ezechia interpretabãtur: *Illud*, inquit *Dauidicum: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: de Ezechia Doctores vestri ausi sunt interpretari, quasi verò imperatũ ei sit, vt ad dexteram templi sederet, cum ad eum misit Rex Assyriorum cum minis, eique denunciatum est ab Esaia, ne illum timeret: vnde Angelus Domini interfecit in castris Assyriorum ad centum octoginta quinque millia. Sed perspicuum est psalmũ illũ de eo non fuisse dictum: quis enim Ezechiam non esse Sacerdotem perpetuum ordinis Melchisedech non fatetur? aut eundem non esse, qui Hierosolymã redemerit quis ignorat? quis etiam nescit eum non misisse Hierosolymam virgam potentem, quæ domi ata sit in medio illius hostium: sed Deum esse, qui ab eo flẽte, & tristi hostes auerterit? IESVS autem noster, qui nondum in gloria venit, virgam potestatis Hierosolyma emisit, id est, verbum vocationis, & pœnitentiæ ad gentes omnes, vbi Dæmoniaeas dominatu, imperioque suo tenebant. Illud etiam: In splendore sanctorum ex vtero ante Luciferum genuit te: de Christo dictum esse iam diximus.* Hęc Iustin. Idem refert Tertul. lib. 5 aduersus Marcionem cap. 9. *Necesse est*, inquit, *ad meam sententiam pertinere defendam eas scripturas, quas & Iudæi nobis auocare conantur. Dicunt denique hunc psalmum in Ezechiam cecinisse, quia, is, aiunt, sedit ad dexteram templi, & hostes eius auerit Deus, & abstumpsit: propterea igitur, & cætera: Ante Luciferum ex vtero genuite: in Ezechiam conuenire, & in Ezechiæ natiuitatem.* Hęc Tertul. D. Hierony. in cõmẽt. super Matth. cap. 22. ait alios Iudæos coactos fuisse hunc eundem psalmum referre ad Abraham. *Iudæi*, inquit, *ad deludẽdam interrogationis veritatem friuola multa cõfingunt, vernaculum Abrahæ asserentes, cuius fuerit filius Damascus Eliezer, & ex eius persona scriptum psalmum, quòd post cædem quinq; Regũ Dominus Deus Domino suo Abrahæ dixerit: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Iust. Mart.

Psalmum 109. ad literam intelligendum de Christo asserũt Patres contra Hebræos.

Tertullianus.

D. Hieron.

Verùm hęc omnia coacta sunt, & manifestam vim contextui afferunt, vt euidenter ostendunt Iustin. Tertul. & D. Hieron. Ionis citatis: quomodò enim vel Abrahã, vel Ezechias dici potest in splẽdoribus sãctorum ante Luciferum geni

2

tus? quomodò Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech? Fit igitur, vt psalmus ad literam de Messia accipi debeat: id quod vel ipsi Pharisæi, cum quibus Christus loquebatur Matth. 22. & apud quos eum psalmum de Messia interpretabatur, nō ausi sunt negare; sed videntes haud dubiè sermonem esse de Messia obmutuerunt nescientes nodū dissoluere, quomodò scilicet Dauid Messiam, si filius ipsius erat, Dominū appellasset suū. Atque hæc quidem sunt, quibus couinci possunt Hebræi. Quod verò ad nos attinet, exploratum omnino esse debet, certumque de fide hūc psalmum de Christo intelligendum esse ad literā: siquidem Christus ex eo argumentatus est cum Pharisæis Matth. 22. initiūque eius ad Messiam retulit, cum eos interrogauit. *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?* illisq; respondentibus: *Dauid*: dixit: *Quomodò ergo Dauid in spiritu vocat eū Dominū dicēs: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodò filius eius est?* Eundemque locum citat Paulus ad Hebr. 1. de Christoque interpretatur, cum ait: *Ad quem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoad vsque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* Alia quoque eiusdem Psalmi testimonia de Christo accipienda esse constat ex alijs locis Scripturę, veluti ad Hebr. 5. *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech*: et cap. 7. *Alij quidem sine iure iurando Sacerdotes facti sunt: hic autem*, id est, Christus, *cum iure iurando per eum, qui dixit ad illū: Iurauit Dominus, & nō pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum.*

Matth. 22. 42.

Hebr. 1. 13. & 5. 6. & 7. 20.

3

Hoc ita posito accedamus iam ad sanctissimæ Deiparæ in conceptu, & partu Christi integritatem comprobādam ex illis verbis: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Et quidem Tertull. id ipsum iuxta translationem Septuag. interpretum ostendere nititur lib. 5. cōtra Marcionem, cap. 9. *Sed*, inquit, *nec generaui te, dixisset Deus, nisi filio puero: nam etsi de toto populo ait Esai. 1. filios generaui: sed non adiecit: ex vtero. Cur autem adiecit, ex vtero, tam vanè, quasi aliquis hominum ex vtero natus dubitaretur, nisi quia curiosiùs voluit intelligi in Christum: Ex vtero generaui te, id est, ex solo vtero sine viri semine.* Hæc ille. Idēq; mysterium agnoscit idem Tertull. lib. 3. contra Marcionem, cap. 20. subtiliter, & elegāter expēdēs verba illa psalmi 131. *Ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, seu vt ipse legit, *collocabo super thronum tuū. Quis*, inquit, *iste venter est? ipsius Dauid? Vtiq; non, neq; enim pariturus esset Dauid: sed nec vxoris eius: non enim dixisset: Ex fructu ventris tui, sed potiùs, Ex fructu ventris vxoris tuæ. Ipsius ergo dicēdo vētrem supereſt, vt aliquē de genere eius ostenderit, cuius vētris futurus esset fructus caro Christi, quæ ex vtero Mariæ floruit, ideoq; & fructum vētris tantùm nominauit, vt propriè vētris, quasi solius vētris, non etiam viri: & ipsum vētrē ad Dauid redegit ad principē generis, & familiæ patrē: nam quia viro deputare non poterat, Virginis eum vētrum patri deputauit.* Hęc Tertull. quem cernis purissimum ortum Christi sine præiudicio integritatis Marię ex eo probare, quòd dicatur ex vtero genitus, hoc est, vt ipse interpretatur, ex solo vtero, nō etiam ex viri semine: in cuius expositione verba illa, *Ante Luciferum*, quæ vidētur pugnare cum generatione Christi temporali ex Virgine referri debent ad æternum Dei consilium, quo ante Luciferum, hoc est, ex æternitate decreuit, vt Christus in tempore ex Virgine nasceretur.

Tertull.

Ortus Christi sine præiudicio integritatis Mariæ.

Esai. 1. 2

Psal. 131. 11.

Christus fructus ventris, non vitis.

Æternum Dei consilium de tēporali Christi generatione.

Verùm nos non vulgatam editionē, sed aliam quandam trāslationem ex Hebrǽo expendemus, quæ vulgatæ minimè repugnat, imo eam magis declarat, eaque cum cōmuni Doctorū sententia virginitatem sacerrimæ Deiparę in conceptu, & partu Christi confirmabimus. Igitur pro eo, quod nos habemus, *Ex vtero ante Luciferum genui te*, est Hebraicè, *Ex vtero aurorę ros natiuitatis tuæ*, seu, *Ex vtero ex aurora ros natiuitatis tuæ*. D. Hieron. transfert: *Quasi de vulua oriatur tibi ros adolescentiæ tuæ*: potest & ita verti: *Ex vtero ex aurora tibi ros natiuitas tua*: pro cuius loci expositione primùm Caiet. existimat describi tantū generationem fidelium prædicatione Apostolorum, dicique similem eam generationi roris in aurora propter multitudinē eorum, qui per Apostolorum prædicationem ad fidem conuersi sunt, vt sit sensus: Generatio fidelium nō erit, sicut generatio, qua vna mulier vnum, aut duos

4

Varia lectio.

D. Hieron.

Caiet.

edit

edit liberos; sed erit sicut generatio, qua aurora generat rorem. Sicut enim aurora innumerabiles roris guttulas simul producit, ita erit fidelium generatio per cõuersionẽ ad fidẽ simul enĩ multa hominũ millia vnius Apostoli prædicatione ad fidẽ cõuertẽtur, sicut accidit in die Pẽtecostes. Deinde R. Salomon de Abrahã interpretatur, vt ros adolescẽtiæ Abrahã sit eius probitas, & æquitas: sed more suo facit Salomõ, quia cĩa fere loca Scripturæ, quæ ad Messiã pertinent, ad alienos sensus detorquet: etenim omnes tũ nostri, tum veteres Hebræi hunc locum ad generationem Messię spectare docent, etsi inter eos sit aliqua interpretationũ varietas. Pleriq; enim Hebræorum illud dumtaxat significari putant, Messiam à die, qua fuit conceptus, fuisse omniũ donorum, & gratiarũ cœlestium rore perfusum iuxta illud Psalmi. 44 *Diffusa est gratia in labijs tuis: & vnxit te Deus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis*: vt sit ea verborum sententia à vulua, seu ab vtero, siue ab aurora, hoc est, ab ipso initio tuæ conceptionis fuit ros natiuitas, siue cõceptio tua, hoc est, ros Diuinæ gratiæ in te copiosè descendit. Alij de ęterna Messiæ secundùm naturam Diuinam generatione accipiunt, vt ante auroram, & ãte matrem genitus secũdùm Diuinitatem dicatur, in quibus est R. Isaac Arama super Genesim. *Non inuenimus*, inquit, *hominem etiam Prophetam, cuius prophetata sit natiuitas ante natiuitatem patris, & matris, nisi tantummodò Messiam iustũ nostrum, & propterea dicit Dauid: A vulua ex aurora tibi ros natiuitatis tuæ, hoc est, antequam crearetur vulua genitricis tuæ, prophetata fuit natiuitas tua, & huic conuenit illud: Ante solem propagatur nomen eius, vel, filius nomen eius: quoniam antequã crearetur sol subsistens, firmũq; erat nomẽ Messiæ nostri, eratque sedens ad dexteram Dei.*

Cum qua expositione consentiunt omnes Patres, qui sequẽtes editionẽ Septuag. *Ex vtero ante Lucif rũ genui te*: interpretãtur de æterna Christi generatione, qua à Patre secũdùm Diuinitatem fuit ante Luciferum, hoc est, ex æternitate generatus. Sic enim intellexerunt Iren. lib. 3. cõtra hæreses, cap. 6. D Hilar. lib. 12. de Trinitate, D Athanas. lib. 1. de fide sua, D. Ambr. lib. 4. de fide cap. 4. & lib. de benedictionib⁹ Patriarcharũ, cap. 11. Theodoretus lib. 2. de curandis affectionibus Græcorum, & alij. Quæ expositio haud dubiè literalis est, & germana, traditaq; à Paulo ad Hebr. 1. Verùm ea non obstat, quominus iuxta citatam translationem ex Hæbrço alia quoq; eius loci interpretatio literalis afferri possit, de temporali nimirũ Messię generatione, seruata omnino matris integritate, ita vt Virgo sanctissima appelletur hoc loco aurora, & ex huius pulcherrimę, & purissimę aurorę vtero absq; vlla viri opera Messias tãquam ros quidam cœlestis summa cũ totius orbis lætitia, imo & fœcũditate prodierit: hęc enim duo ros secum affert, cũ in terram labitur. Hanc expositionem tradidere antiquissimi Hebrçorum, in quibus est R. Barachias in Genes. quem citant August. Eugub. Lyran. & Cornel. Ianscn. in cõmẽt. huius Psalmi, & Adrianus finus lib. 2. Flagelli cõtra Iudęos c. 9 quam expositionem Barachię etiã commemorat R. Moyses Hadarsan, vt ipsemet testatur in. 25. cap. Genes. vbi ita scribit: *Dixit R. Barachias: Deus sanctus, & benedictus ait Israeli: Vos dixistis coram me: Pupilli facti sumus absque patre: redemptor, quem suscitabo vobis, absque patre erit, sicut dictum est Zach. 6. Ecce vir germen nomen eius, & de subter germinabit: & Esai. 53. Ascendet vt virgultum coram eo, & sicut radix de terra sicca: de ipso quoque ait Dauid: De matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ.* Hæc ille. Itaq; iuxta hanc expositionem cõfirmatur ex hoc loco sanctissimæ Dei paræ in conceptu, & partu Christi intemerata virginitas: quoniam sicut aurora rorem generat uirtute cœlesti absq; vlla terrę permistione, ita ex virgine tãquam ex aurora Messias vt ros quidã cœlestis absq; vlla viri opera conceptus, natusq; est. Quò etiam spectat illud Esaię 45. *Rorate cœli de super*: quibus verbis Prophęta Messię aduentum postulat, eiusq; conceptum, atque ortum descensui roris similem dicit, quoniã virtute cœlesti in Virginis vterum descendit.

R. Salomon.

Psal. 44. 3.

Aeterna Messiæ generatio secundùm naturam Diuinã. R. Isaac.

Psal. 71. 17.

5

D. Irenæus. D. Hilarius. D. Athanas. D. Ambros.

Theodoret.

Ros ex aurora Christus ex Virgine.

R. Barachias.

R. Moyses.

Zachar. 6. 11.

Esai. 53. 2.

Esai. 45. 8.

Christum rorem, Virginẽ autem sanctissimam auroram appellari.

SEC-

SECTIO X.

1 VPPOSVIMVS præcedenti sectione Christũ Dominũ appellari rorẽ; Virginem autem sanctissimam dici auroram, atque adeo cum dicitur Ps.109. iuxta lectionẽ Hebræam rorem ex vtero, seu matrice auroræ generari, significari purissimum Christi & conceptum, & ortum ex Virgine: nunc illud magis est explicandum, cur Christus roris, Virgo autem sanctissima aurorę nomine cẽseatur? Igitur quòd Christus appelletur ros, perspicuum est ex Esaię 45. cum dicitur: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem.* Quibus verbis Esaiam aduentum Messiæ postulare, quem cœli tanquam rorem terris infundant, cõmunis est Doctorum, Patrumq; sententia. Esai.45.8.

Ad Christum etiam pertinet illud Esai. 26. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus*: sic enim interpretatur Procopius: *Ros*, inquit, *tuus est vnigenitus filius tuus, qui stillans guttis viuificantibus mortuis tuis medicinam faciet peccatorum, quæ contraxerunt, simulque æternam vitam reddet.* Ita q; iuxta Procopij sententiam Christus ipse ros dicitur, sed eiusmodi tamẽ ros, tantęq; virtutis, ac potentiæ, vt vitã mortuis tribuat: id enim illa verba significãt: *Viuent mortui, interfecti mei resurgent*: quod quis non miretur, rore videlicet aspersos mortuos resurgere, & interfectos ad vitam reuocari. Esai.26.19. Procopius. Christus ros viuificans.

2 Ratio verò, cur Christus appelletur ros, multiplex est. Prima, quia vt superiùs diximus, è cœlo instar roris cœlesti virtute procreati in vterũ Virginis absque vlla viri opera descendit. Secunda propter fœcunditatem: sicut enim ros mirum in modum terram fœcundat; ita Christus aduentu suo spiritualem gratiarum omnium fœcunditatem mortalibus tribuit: vnde Ps.71. postquam dictum fuerat: *Descendet sicut pluuia in vellus*, hoc est, sicut ros, in vterum Virginis facta allusione ad vellus Gedeonicum, super quod ros descẽdisse dicitur Iudic.6. statim subiungitur: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis*, id est, post huius cœlestis roris in terras descensum quamprimùm omnium virtutum, & gratiarũ genera pullulabunt: hanc enim vim habet verbum Hebręum יִפְרַח, pro quo nos habemus, *orietur*, significat enim florere, crescere, multiplicari. Tertia ratio ducitur à lętitia, & gratia, qua ros terram perfundit: nam hanc etiam ob causam Ps.132. fratrũ concordia similis dicitur rori, hoc est, nõ solùm propter fœcunditatem, sed etiam propter summam iucunditatem, & lætitiam. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum: sicut ros Hermon, qui descendit in mõtem Sion*: cum enim vtilitas simul, & iucunditas concordiæ fratrum similitudine roris exprimatur, manifestum est rorem non tantùm fœcundare, sed etiã exhilarare terram, & lętas segetes, camposq; facere: *Sicut ros*, inquit, *Hermon, qui inde ventorum flatu in montem Sion humiliorem descendit.* Summam autem fuisse lætitiam, quam Christus aduẽtu suo terris attulit, non obscurè colligitur ex Esai.45. cap. citato, vbi pro eo, quod nos habemus, *Rorate cœli desuper*, transtulerunt Septuag. *Exultent cœli desuper*, vt indicarẽt cœlos, cum rore isto cœlesti terras perfuderunt, vt quodammodò exultasse, ac risisse; imo huius roris descensum nihil aliud fuisse, quàm cœlorum, totiusq; mũdi lætitiam, ac risum. Nec verò id mirũ videri debet exultasse, risisseq; cœlos, cũ Christum terris miserunt, quandoquidem Christus ipse nihil aliud est, quàm cœli, terræq; risus, eã scilicet ob causam in Isaac, qui risus interpretatur, ad viuũ expressus, vt eleganter docet D. Ambr. lib. de Isaac, & anima, cap. 1. *Isaac*, inquit, *risum significat, risus autem insigne lætitiæ est: quis autem ignorat, quòd is vniuersorũ lætitia sit, qui formidolosæ mortis vel pauore compresso, vel mœrore sublato factus omnibus est remissio peccatorum.* Psal.71.7. Fœcũditas donorũ spiritualiũ in aduẽtu Christi. Septuag. Christi natiuitas totius mũdi risus, ac lætitia. D. Ambros.

3 Quod verò sacerrima Virgo dicatur aurora, palam est ex Cant. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgẽs, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Et quidem Rupert. lib. 6. in Cãt. existimat Virginem tũc fuisse auroram, cum nata est: sic enim locum interpretatur Cant.6.9. Rupert. Iudic.6.

tur

B. Virgo quando fuerit aurora.

tur: *Quando, inquit, nata es ô Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit, aurora prænuntia diei sempiterni: quia sicut aurora finis est præteritæ noctis, & diei sequentis initium; sic nativitas tua finis dolorum, & consolationis fuit initium, finis tristitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium. Quando autem Spiritus sanctus in te superuenit, & filium virgo concepisti & virgo peperisti, tunc fuisti pulchra vt luna: sicut enim luna lucet, & illuminat luce non sua, sed ex sole concepta: sic tu hoc ipsum quòd tam lucida es, non ex te habes, sed ex Diuina gratia: quando autem de hoc mundo assumpta, atque ad æthereum thalamum translata es, tùc es electa vt sol.* Hæc Rupert. qui etsi aurorę appellationem ad natiuitatem Virginis referat; nos tamen etiam referendam arbitramur ad illud tempus, quo Virgo sanctissima Christum concepit, & peperit: tunc enim veluti cœlestis aurora solem iustitię terris attulit, quemadmodùm in superioribus confirmauimus. Illud verò in hac expositione est sane præclarũ, & admirandum, quòd sol ex vtero istius aurorę prodierit: licet enim aurora sit solis prænuntia, tamen non ipsa solem cõtinet: at Virgo fuit eiusmodi aurora, vt solem ipsa concluderet, ex ipsiusq; vtero quasi ex quodam Oriẽte sol Christus fulgentissimus prodierit.

Quando pulchra vt luna.

Quando electa vt Sol.

Quintum testimonium ex illis verbis Prouerb. 30.

Tria sunt difficilia mihi, & quartũ penitus ignoro: viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viã nauis in medio mari, & viã viri in adolescentia.

SECTIO XI.

HIC LOCVS EST vnus ex præcipuis, quo sanctissimæ Virginis integritas in cõceptu, & partu Christi cõfirmari solet, eoq; aduersus Hebræos vtuntur Adrian. Finus lib. 2. Flagelli, c. 5. Galatin. lib. 7. Arcan. cap. 15. & alij. Cœrerùm, vt vis huius argumenti perspiciatur, statuenda primũ est vera, ac germana lectio huius loci.

Adrian. Fin. Galatin.

Sciendum est igitur variam esse eius lectionem: etenim D. Hieron. transtulit: *Viam viri in adolescentia*, eamq; lectionem sequitur, & exponit in cõment. eandemque habent pleriq; omnes codices Latini. 70. etiam interpretes reddiderũt, τὴν ὁδὸν ἀνδρὸς ἐν νεότητι, hoc est, *& vias viri in adolescentia*: eodẽq; modo legit D. Ambr. lib. vno de Salomone. Alij cõtra legũt, *viã viri in adolescẽtia*, veluti Symmac. qui transtulit τὴν νεανίδα, id est, *in adolescẽtula*, & Paraphrastes Chaldaicus multò clarius: *& viam viri in virgine*: quo eodem modo transtulerunt ex Hebræo Sanctes Pagninus, Isidorus Clarius, & Caietanus, & ita legendum esse docet Lyranus. Confirmaturq; ea lectio, quoniam Hebraicè pro eo, quod nos habemus, *in adolescentia*, est, בְּעַלְמֻת, id est, *in adolescẽtula*: cõstat enim עַלְמָה significare adolescentulã, sed virginem tamen: deducitur enim à radice עָלַם, id est, latere, abscõdere, occultare, quasi dicas adolescentulam absconditam, seu incognitam viro. Habetur id nomen Gen. 24. vbi dicitur de Rebecca, quòd esset puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro: quibus postremis verbis traditur etymõ nominis, & ratio, cur Rebecca dicatur עַלְמָה, quia nimirũ erat incognita viro, ex quo patet עַלְמָה significare pro priè adolescẽtulam virginem. Eodemq; sensu accipitur Cant. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te*: vbi pro *adolescentulæ* est Hebraicè עַלְמוֹת: et Cãt. 6. *Adolescentularum nõ est numerus*. De qua voce ita loquitur D. Hieron. in cõment. super. 7. cap. Esaiæ, עַלְמָה, inquit, *nõ solũ puella, vel virgo sed cũ epitaſi virgo abscondita dicitur, & secreta, quæ nũquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit: lingua quoq; Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, propriè virgo alma appellatur. Et quãtum cũ mea pugno memoria, nunquam me arbitror alma in muliere nupta legisse; sed in ea, quæ virgo est, vt non solùm virgo sit, sed virgo iunioris ætatis, & in annis adolescentiæ: potest enim fieri, vt virgo sit vetula.* Hæc Hieron. Verùm nos de huius nominis significatione plura dicemus, cum ventum fuerit ad Esaiam: interim illud cõstet עַלְמָה non adolescẽtiã, sed adolescentulam significare, eamq; virgi-

Varia huius loci lectio.

D. Hieron.

Septuag.

D. Ambros.

Symmach.

Paraphrast. Sanct. Pagn. Isidor. Clar. Caiet. Lyran.

Gen. 24.

Cãt. 1. 3. & 6. 7.

D. Hieron.

Alma quid propriè significet.

nem

nem: nã adolescentia dicitur Hebraicè, עלומים vel עלומות numero multitudinis, id est, adolescentiæ, & pueritię pro adolescentia, & pueritia, nec enim id nomẽ singulari numero reperitur, veluti Ps. 88. *Minorasti dies tẽporis ei⁹*, Hebraicè dies עלומים, id est, *dies pueritiarũ*, pro quo Hieron. vertit: *Abbreuiasti dies adolescentiæ eius*: et Iob. 20. *Ossa eius plena sunt* עלומים, *id est, adolescẽtijs*, hoc est, peccatis adolescẽtiæ. Maneat igitur constitutũ עלומים nõ adolescentiã, sed adolescẽtulam, eãq; virginẽ significare: eiquã ob causam Chaldaicus, & reliqui, quos citauim⁹ *virginẽ* trãstulerunt: eodẽq; modo coniicimus trãstulisse 70. videlicet, ἐν νεότητι, hoc est, *in adolescẽtula*: nõ verò vt modo habetur, ἐν νεότητι, id est, *in adolescẽtia*: postea verò corruptam fuisse lectionem, & pro νεότητι irrepsisse ὁράτι, quæ corruptio erat facillima, vt patet. Ratio verò nostræ coniecturæ ea est, quoniã Septuag. interpretes ignorare minimè potuerunt Hebraã vocẽ עלמה adolescentulam virginem, non verò adolescentiam significare.

Ps. 88. 46.

D. Hieron.

2 Hominis incõstantia in adolescentia.

Igitur iuxta duplicẽ huius loci lectionẽ duplex quoq; est eius expositio: nã qui legunt, *viã viri in adolescẽtia*, exponũt de instabilitate hominis, atq; incõstantia in adolescẽtia. Sic nãq; in singula fere momẽta mutatur adolescẽs, atq; à varijs animi appetitionibus huc, illucq; subinde agitatur, vt difficillimũ sit vias eius, hoc est, studia, volũtates, cõsilia cõprehẽdere, id quod meritò Sapiẽs difficili⁹ putauit, quã viã aquilæ in cœlo, viã colubri super petram, viã nauis in medio mari intelligere: ita interpretatur D. Ambr. de obitu Valẽtiniani Imperatoris: *Magnũ*, inquit, *est vel abstinere a vitijs iuuẽtutis, vel ea in ipso iuuentutis vestibulo derelinquere, atq; ad saniora cõuerti. Lubricæ enim, & perplexæ viæ sunt iuuentutis. Deniq; Salomõ ait: Tria mihi impossibilia sũt intelligere, & quartũ quod nõ cognosco, vestigia aquilæ volantis, vias serpentis in petra, semitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuentute.* Hæc ille. Vnde meritò Dauid dicebat Ps. 24. *Delicta iuuentutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris*: quod idem Ambr. expẽdit lib. 1. de interpellatiõe Iob super illa verba c. 13. *Quia scripsisti aduersum me mala, & apposuisti mibi adolescentiæ peccata: Pulchrè*, inquit, *ad ætatis arripuit ad querelam, quæ magis ad vitiũ lubrica esse consueuit: adolescentia sola est imbecilla viribus, infirma consilijs, vitio calẽs, fastidiosa monitoribus, illecebrosa delicijs: vnde præclarè Dauid totius eius temporis veniam sibi à Domino postulauit dicẽs: Delicta iuuentutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris.* Et elegãti⁹ in Ps. 38. *Tria*, inquit, *sibi impossibilia Salomon esse dixit ad intelligendũ, & quartum, quod ille habẽs inter homines sapientiæ locum, se nõ agnoscere, viarum videlicet viri in iuuentute processum: vnde nõ immeritò ipse Dauid delictorum iuuentutis suæ nõ defensionem obtulit sed oblitionẽ rogauit: Delicta, inquit, iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: & fortasse delicta iuuentutis ad feruorem retulit carnis, ignorantiæ autem ad verborũ prolapsionẽ, quæ nõ ex sententia nostra, sed impetu quodam, & cursu loquendi plerũque fundũtur.* Atque hæc de prima expositione huius loci secundùm priorem lectionem.

Ps. 24. 7.

Iob. 13. 26.

Iuxta alteram verò lectionem, quam ex Hebræo tradidimus, magisq; germanam putamus, offert sese in primis Card. Caiet. qui existimat hoc loco dictionem עלמה positam quidem esse pro *adolescentula*, sed quæ priùs tamen corrupta fuerit, vt sit sensus difficile esse cognoscere viam viri in adolescentula iam ante corrupta, moueturq; ea ratione, quoniã via viri in adolescentula virgine facilè deprehenditur, cum signaculum integritatis depereat: at si iam ante sit corrupta, nullo pacto nouus congressus dignoscitur, nec sciri potest, num ad illam rursus vir accesserit. Confirmat hanc suã expositionem ex sequentibus, nam statim subiungitur: *Talis est via mulieris adulteræ*: quibus verbis manifestè videtur concludi sermonem fuisse in præcedentibus de adolescentula iam corrupta. Hæc tamen Caietani expositio aduersatur proprietati dictionis Hebrææ עלמה, quæ vt in superioribus ostendimus, significat adolescẽtulam virginem omnino incognitam viro: quam parum autem momẽti habeant eius rationes, inferiùs planũ faciem⁹. Aliam responsionẽ excogitauit Cornel. Ianſen. in commentarijs super Prouerbia Salomonis, videlicet sermonẽ quidem esse de adolescentula virgine, sed per viam viri accipiendum esse pri-

3 Caetani sentẽtia,

mũ cũ ea congressum. Cũ autẽ obiicitur non esse difficile eiusmodi viam viri in adolescentula, hoc est, primum congressum deprehendere, cũ signaculũ virginitatis depereat, idq; facillimè deprehẽdi possit; respõdet ita locũ esse accipiendũ, vt difficile sit uiã viri in virgine post corruptionẽ cognocere, nõ quòd difficile sit intelligere eã corruptã fuisse, sed quòd ipsa puella corrupta omnibus modis studeat rem ipsã occultare, imo adhuc se pro virgine venditet, & ita se gerat, acsi nihil omnino ipsi accidisset. Quã expositionẽ nititur confirmare ex eo, quod statim de adultera subiicitur: *Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergit os suum, & dicit: Non sum operata malũ*: itaq; sub adulteræ, & virginis corruptæ similitudine, quæ sua scelera solicite cõtegunt, & abscondunt, significari à Salomone esse quosdã, qui recusent sua flagitia confiteri, & cũ profligatis sint moribus, sese pro mundis, iustisq; gerãt. Verùm neq; hęc Iansenii sẽtẽtia nobis probatur: primùm, quia non tãta difficultas cernitur in cognoscẽda via ejusmodi hominum, qui sua flagitia celare studẽt, vt Salomon eã penitus ignorauerit, tãtoq; verborũ apparatu, vt rem penitus recõditã, & abstrusã amplificauerit, ad eãq; exaggerandam triplicem illam aquilę, serpentis, nauisq; similitudinem adhibẽdã putauerit. Deinde, quia humile quiddam, & Salomone, qui Spiritu sancto afflatus loquebatur, indignum videtur, de via viri in adolescentula, hoc est, de congressu cum virgine tam copiosè disputare, eamq; viam sibi omnino incognitam esse dicere, nec eo verborũ ambitu mysteriũ aliquod altius, & sublimius explicare voluisse. Quid enim quæso attinebat inter ea, quę sibi difficilia cognitu videbantur, illud afferre, quod viã corruptæ puellæ ignoraret? quaue vtilitate id nobis mandatũ literis reliquisset? Vidit hoc nimirũ Iansenius, & idcirco sẽtentiã suã ita tẽperãdã putauit, vt vtrũque sensum ab Spiritu sancto intentũ arbitrareur, & illũ videlicet humiliorẽ de virgine corrupta, & alterũ de virginitate Deiparæ sublimiorẽ: sed non est tũ, cur sacra profanis misceam⁹, & integritatem sanctissimæ Deiparæ cum corruptæ puellæ sœditate, ac turpitudine copulemus.

Opinio Iansenii refellitur.

Existimamus igitur Salomonẽ, cũ dixit difficilẽ sibi esse ad cognoscẽdũ viã viri in adolescentula, de virginitate sanctissimæ Deiparæ in conceptu, & partu Christi ad literã loquutũ fuisse: quòd mysteriũ vt pote altissimũ, & Spiritus sancti obumbrãtis virtute in Virgine perfectũ ipse penitus inspicere, cõprehendereq; nõ põtuit iuxta illud Esai. 53. *Generationẽ eius quis enarrabit?* quẽ locũ nõ solũ ad æternã Christi generationẽ ex Patre, sed etiã ad tẽporalem ex Virgine refert D. Hieron. initio cõment. in Matth. Ita locũ Prouerbiorũ citatũ intellexerũt Lyran. Galatinus, & Finus Adrian. locis citatis, & Hugo Card. in Prouerbia Salomonis: ex quibus Lyran. *Et viam*, inquit, *viri in adolescẽtula*: hæc est vera litera, quia sic est in Hebræo, & dicitur hic adolescentula B. virgo Maria, quæ in iuuẽtute Christũ cõcepit Spiritus sancti virtute, quod fuit valde mirabile, propter quod dicit Hieremias c. 31. *Nouum creauit Dominus super terram: Mulier circundabit virũ*: quia Christus in vtero Virginis fuit vir perfectus, scientijs scilicet, & virtutibus ab instanti cõceptionis, & in natiuitate exijt clauso vtero Virginis, & ideo de hac via viri in adolescentula dixit Salomon hoc esse quartum, quod penitus ignorat. De nulla autẽ alia via viri in adolescentula potest rationabiliter dici, quòd fuerit penitus ignota Salomoni, cũ habuerit sciẽtiã infusam de rebus omnibus, vt habetur 3. Regũ 4. Cõfirmatq; idẽ Adrian. Finus ex eo, quòd hic locus Prouerbiorũ concinere videatur cũ loco Hieremiæ citato: nã sicut Hieremias appellauit Christũ virũ in ipsa cõceptione, cũ dixit: *Fœmina circundabit virũ*: ita Salomũ cũ quoq; virũ nominauit: *Viã*, inquit, *viri in adolescẽtula*, quoniam in ipso primo conceptionis instãti Christus quoad rationis usum sciẽtiã, & reliqua omnia ornamẽta, excepta tãtùm mole corporis, non infans, non puer, sed perfectus vir erat.

4 Sententia autoris.

Esai. 53. 8.

D. Hieron.

Lyran. Galat. Finus. Hugo Card.

Hier. 31. 22.

Christus ab instanti conceptionis vir perfectus.

3. Reg. 4.

Verùm contra hanc expositionem obiiciunt Hebræi non esse verisimile Salomonem locutum fuisse de via viri;

5

in adolescentula, hoc est, de conceptu Messiæ in Virgine, partuque absque vllo integritatis eius præiudicio, sed potius de via viri in adolescentula corupta: siquidem postquam dixit: *Et viam viri in adolescentula*: statim subiunxit: *Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergēs os suum dicit: Non sum operata malum*: quæ etiam ratio permouit Dionys. Carthus. vt diceret nostram hanc expositionem allegoricam potiùs esse, quàm literalē. Sed respondemus primò ea verba, *Talis est via mulieris adulteræ*, non esse referēda ad postremam illam sententiam, *Et viam viri in adolescentula*; sed ad præcedentes de aquila, serpente, ac naui hoc sensu: Sicut via aquilæ post volatū non apparet, nec vestigium serpentis, postquam per petram transiuit, vllum relinquitur, neque nauis post confectū cursum: ita nullum vestigium in muliere adultera apparet post eius cum viro concubitum, tum quia re ipsa nullum præcedentis congressus vestigium relinquitur; tum quia ipsa illum nititur occultare dicens: *Non sum operata malum*: instar illius, qui comedit, & tergens os suum se comediſſe dissimulat. Itaque non ad postremam sententiam de via viri in adolescentula, sed ad precedentes de aquila, serpente, ac naui referenda est via mulieris adulteræ: indignum namq; est viam mulieris adulteræ cum purissimo Christi conceptu, atque ortu ex sanctissima Deipara comparare. Secundò, & fortasse melius responderi potest verba illa, *Talis est via mulieris adulteræ*, non cohærere cum superioribus, sed cum sequentibus nectenda esse, vt sit sensus: Si quis scire cupiat, qualis nā sit via mulieris adulterę, hoc est, quales mores & ingenium, ea via huiusmodi est: comedit, & tergit os suum dicens: *Non sum operata malum*: Hebraicè enim non est, *quæ comedit*, sed tantū, *comedit*: *Talis est*, inquit, *via mulieris adulteræ*: *comedit, & tergit os suū dicens*: *Non sum operata malum*: significaturque mulierem adulteram conari sua flagitia omnibus modis occultare. Tertiò, & postremò Lyranus, & Adrianus Finus respondēt cum subiungitur: *Talis est via mulieris adulteræ*: non de cōmuni adultera sermonem esse, sed de Synagoga Iudaica, quæ hoc loco nomine mulieris adulterę exprimatur: ea enim in monte Syna in susceptione legis sponsa Dei effecta statim per adorationem vituli adulterium spirituale cōmisit, & cum Regem Messiā non susceperit, imo impiè in crucem egerit; negat tamen se quidquam in Deum peccasse, & quasi tergens os suum dicit: *Non sum operata malum*. Optimo autem nexu, postquam de via viri in adolescentula, hoc est, de conceptu, & ortu Messiæ in sanctissima Virgine dictum esset, statim sermo est habitus de adulterio Synagogæ, vt indicaretur eam Regē Messiam non fuisse recepturam. Atq; hęc de literali sensu huius loci.

Hebræorum obiectio.

Dionys. Carth.

Respondetur primò.

Respondetur secundò.

Respondetur tertiò.

Synagoga adultera.

Obseruationes literales in præcedēs testimonium.

SECTIO XII.

I PRIMVM ADVERTIMUS, cum dicitur, *viam viri adolescentula*, pro viro esse Hebraicè geber, quod nomen deducitur à radice gabar, hoc est, roborare, præualere, fortem, & violentum esse, veluti Gen. 7. *Et aquæ præualuerunt nimis super terram*: et c. 49. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt*: et Ps. 64. *Verba iniquorum præualuerunt super nos*: et Ps. 102. *Corroborauit misericordiam suam super timentes se*: denique Iob. 36. *Indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt*. Hinc ergo deducitur nomen gibor, id est, potēs & robustus, & gebir, id est, dominus, vel dominator, & geber, siue gebar, id est, vir à fortitudine, & robore: quare non est prætereundum, quòd cū tā multa sint apud Hebrēos nomina, quę hominē, & virū significent, illud potissimū delectum fit ad Christū exprimēdū, cum de eius cōceptu, & natiuitate ex Virgine habetur sermo, quod à robore, & fortitudine deducitur: quod mysteriū vt magis intelligas, oportet aduertere multa esse apud Hebræos nomina, quę hominem significant. Primùm est Adā אדם, ab humo, seu terra rufa, ex qua corpus hominis fuit efformatū: habetur id nomē

Gen. 7. 19 & 49. 26.

Psal. 64. 4. & 102. 11. Iob. 36. 9.

Nomina apud Hebræos hominem significantia.

Psal.115. 11.

Psal.115. cum dicitur, *Omnis homo mendax.* Secundum אישׁ, quod nomen licet quẽ cũq; hominem generatim significet, sumitur tamen pro viro nobili, & primario, vt 1.Reg.26. *Nunquid nõ vir tu es? & quis ali⁹ similis tui in Israel?* Tertiũ אנוש, quod deducitur à miserijs, & laboribus, quibus humana vita est obnoxia, à radicè, אנשׁ, hoc est, dolere, & infirmari: habetur id nomen Psal.102. *Homo sicut fœnum dies eius:* et Esaiç.51. *Ego ipse consolabor vos: quis tu, vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita aresceret?* Quartum denique nostrũ geber, quod à robore, & fortitudine desumitur.

1.Reg.26.15

Psal.102. 15. Esai.51.12.

2

Cum igitur tam multa sint nomina, quæ hominem, virumq; in genere apud Hebræos significent, non vacat sanè mysterio, quòd nullo alio Christus in incarnatione eo loco Prouerbiorũ fuerit expressus, nisi illo, quod fortitudinem, roburq; significaret, vt videlicet exploratum esset Deum in incarnationis mysterio in Virgine perfecto summam potentiam, fortitudinemq; declarasse, quippe qui absq; vllo integritatis Mariæ præiudicio tantum, ac tam sublime mysteriũ in ea perficere potuisset: Quare meritò de incarnationis mysterio loquẽs Regius Propheta dixit Psal.102. *Quoniam secundùm altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se.* Dicitur autem Deus corroborasse, seu fortem fecisse misericordiam comparatione præcedentium temporum, quę incarnationẽ fuerunt antegressa: quoniam tunc quasi debilis, & infirma misericordia quodammodò videbatur, quòd nemini cœlum reseraret, quam idcirco Deus confirmandam, & corroborandam duxit per incarnationem Filij. Et quoniam eadem radix gabar, à qua deducitur nomen geber, significat etiam violentum esse, id quoq; mirificè quadrat in incarnationis mysteriũ, vt Deus homo geber, hoc est, violentus in amore dicatur, quoniam præ amoris violentia, atq; vehementia omnes superauit difficultates, quæ ex parte hominũ mysterium incarnationis aut impedire, aut retardare potuerunt, cuiusmodi erãt innumera in omni genere flagitia, quibus homines tam singulari beneficio indies magis, ac magis indigni reddebantur. Id quod eleganti similitudine expressit Dauid loco citato illis verbis: *Quoniam secundùm altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam:* quorum verborum Caiet. eum vult esse sensum, Diuinã videlicet gratiam nullis peccatis debilitatam fuisse, sed potius magis roboratã, & confirmatam resistendo tam multis demeritis, locutione metaphorica, qua id roboratum dicimus, quod à multis impugnatum firmitatem tamen suam retinet, ad quod explicandum adhibetur similitudo altitudinis cœlorum à terra. Etenim sicut, inquit, nullæ mutationes, quæ circa terram, & vniuersè circa actiuorum, & passiuorum sphęram fiunt, peruenium ad altitudinem cœlorũ, quin potius cœli secundùm suam à terra altitudinem firmi, & stabiles in sua dispositione perseuerant, quantumcũq; inferiora immutentur; ita Diuina gratia, & misericordia in suo robore, & fortitudine perseuerauit, nec propter hominum flagitia aliquam mutationẽ subijt, quia multò magis excelsa, & eminens est super vniuersam hominum malitiam, quàm sit cœlum super terram. Dicatur igitur Verbum in assumpta natura geber, host est, homo violentus præ magnitudine amoris, quoniam sui amoris violẽtia oẽs omnino aggeres, & obiectas moles perrupit, & euertit, quas homines suis sceleribus ad impediẽdũ, vel retardandum misericordię eius cursum excitabant: quã ob causã pulchrè Bern. serm. 64. in Cãt. Dei in homines amorem violentum appellauit: *Ita ne, inquit, summus omnium vnus factus est omnium? quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, dignatione dives, affectu potẽs, suasu efficax: quid violẽtius? triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor est: quæ est ista vis, quæso, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam?* vbi obseruãda sunt illa verba, *tam violenta ad victoriam:* verè enim Diuinus erga homines amor violẽtus fuit ad victoriam, hoc est, ad vincendas omnes difficultates, quæ ex hominũ sceleribus, & demeritis nascebantur, nec enim tantis flagitiis impediri vnquã potuit, quo minus sese magno impetu ad illos adamandos, fouendosq; incitaret.

Caietan.

In perficiẽdo incarnationis mysterio in Virgine summam potentiã declarauit Deus.

Misericordiã item suam corroborauit.

Per incarnationem quàm se violentum in amore ostenderit Deus.

Diuini amoris violentia in hominum peccatis superandis. D.Bernard.

3

Mysterium incarnationis, quam sit sublime.

Secundò obseruandum est tam sublime esse incarnationis mysterium, vt nulla intelligendi vis creata ad illius perfectam cognitionem possit pertingere: id enim significatur, cum dicitur multò esse facilius cognoscere res omnes abstrusas, ac reconditas, cuiusmodi est via aquilæ in cœlo post volatum, via serpentis in petra post tractum, & via nauis in medio mari post cursum, quã viam viri in adolescentula, hoc est, incarnationem Verbi in Virgine. Hanc nimirum ob causã Paulus charitatem Christi, quę videlicet in eius tum passione, tum etiam incarnatione resplenduit, dixit superemineret omni scientiæ: hunc enim sensum habet illud ad Ephes. 3 *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.* Quo loco illud *scientiæ*, dandi casus est, & cum *supereminentem*, cõstrui debet, vt sit sensus charitatem Christi esse supereminentẽ omni scientiæ, hoc est, omnem scientiam, & cognitionem excedere, longeq; superare: habetur enim Græcè, ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, nec refert, quòd τῆς γνώσεως, id est, *cognitionis*, huic *scientiæ*, est in gignendi casu: etenim verbum ὑπερβάλλω gignendi casum postulat apud Græcos: itaq; idem est Græcè supereminẽtem cognitionis, atq; Latinè supereminẽtem cognitioni. Ita hunc locum interpretatur D. Ambrosius in suis commentariis super epistolam ad Ephesiss, refer que ad amorem, illum quem Christus tum in incarnatione, tum in passione demonstrauit. *Post Dei Patris*, inquit, *infinitam, & incomprehensibilem cognitionem, & inenarrabilem clementiam Christi quoque agnoscere nos vult charitatem, quia supereminẽs est scientiæ, & subintelligitur humanæ, vt super scientiam hominũ habeatur dilectio Christi. Quis enim potest colligere mysterij huius charitatis rationem, vt & Deus hominis causa homo nasceretur; & deinde moreretur pro hominibus? nunquid non charitas hæc super scientiam hominum est. Hoc ergo vult nos scire, quod sensus noster assequi non potest, nec perspicere, profunditatem beneficiorum Christi erga nos.* Hæc ille.

Ephes. 3. 18.

Christi charitas omnem superat cognitionem.

D. Ambros.

4 Tertia obseruatio est Lyrani existimãtis Salomonem hoc loco præcipua Christi mysteria complexum fuisse, ab incarnatione scilicet vsque ad eius in cœlum ascensionem, inuerso tamẽ ordine sumpto initio ab ascensione: itaq; per viam aquilę in cœlo Christi in cœlum ascensionem accipiendam esse; per viam colubri super petram eius resurrectionẽ, quoniam ex petra clausi sepulchri Christus in serpente æneo, quem in deserto Moyses exaltauit, adumbratus mirabiliter resurrexit; per viam nauis in medio mari sanctissimam Christi in hoc mundo conuersationem intelligi oportere; deniq; per viam viri in adolescentula eius incarnationem in Virgine. Et quoniam hæc omnia mysteria propter summam præstantiam, & altitudinem perfectè à nobis intelligi nequeunt, idcirco ea Salomon in rebus ad cognoscendum difficillimis numerauit. Nec verò multùm repugnauerim, siquis cum Lyrano arbitretur Salomonem ad literam de his omnibus mysterijs sub aquilæ, serpentis, nauisq; metaphorica similitudine locutũ fuisse, quãquam cõmunis expositio aliò deflectat. Atq; vt cętera interim mittamus, quòd Christus aquila fuerit in ascẽsione, perspicuum est eo, quòd altissimè sese extulit, & super omnes cœlos ascendit, vt Paulus docet ad Ephes. 4. *Quòd autẽ ascendit, quid est nisi, quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia:* vbi in primis aduerte rationem ascẽsus reddi ex eo, quòd priùs descenderit: & quia descendit in inferiores partes terrę, idcirco supra omnes cœlos ascendisse, vt profunditati humilitatis responderet ascensionis sublimitas: deinde ascẽdisse super omnes cœlos, vt impleret *omnia*, id est, vt interpretatur D. Tho. vt impleret omne genus hominum spiritualibus donis, & præterea, vt omnia, quæ de ipso erant scripta, adimpleret. Eundem aquilæ volatum descripsit Regius Propheta Ps. 67. *Qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem:* et Micheas cap. 2. *Ascendet pandẽs iter ante eos.* Sanè Christum aquilæ in ascẽsione comparauit sanctus Maximus Episc. hom. 2. de Pentecoste, vbi afferens illud Ps. 102. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus*

Lyran.

Præcipua Christi mysteria.

Christus aquila in Ascensione. Ephes. 4. 9.

D. Thom.

Psalm. 67. 34.

Mich. 2. 13.

D. Maximus. Psalm. 102. 5.

tua

tus. *Sicut aquila*, inquit, *humilia deserit, alta petit, cœlorum vicina conscendit: ita & Saluator humilia inferni deseruit, paradisi altiora petijt, cœlorum fastigia penetrauit. Sed quid facimus, quòd aquila prædam frequenter diripit? nec in hoc dissimilis est Saluator, prædam enim sustulit, cum hominem, quem suscepit, inferni raptum faucibus portauit ad cœlum, sicut scriptum est: Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem.* Hęc Maximus. Ad ascensionem quoq; Domini referri potest illud Deut. 32. quod ad literam de populo Hebręorum dictum est, quẽ Dominus ex Ægypto in terram promissionis eductum instar aquilæ toto itineris tempore mirificè prorexit: *Sicut aquila*, inquit, *prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans*: dicitur enim aquila, vt pullos ad volãdum, exeũdumq; è nido inciret, super ipsos alas expãdere, & subinde volitare: quo eodem modo instar aquilæ Christus in die ascensionis super discipulos quasi volitans in cœlum conscendebat, vt eos advolandum, atq; in cœlũ quoque ascendendum incitaret.

Ephes. 4. 8.

Deut. 32. 11.

Sextum testimonium ex illis verbis Cant. 3.

Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

SECTIO XIII.

1



VPPONENDVM est in primis hoc loco non esse sermonẽ de Rege Salomone Dauidis filio, quoniã is nunquam legitur à Bethsabee matre diademate aliquo coronatus, in quo quidem hallucinãtur Hebræi, quorum non nulli dicũt fuisse Salomonẽ coronatũ diademate, & corona Regali à matre Bethsabee, quando illa ad Regem Dauidem morti proximum ingrediens postulauit, vt Salomonem filium regni hęredem declararet; vt refertur 3. Reg. 1. cum enim Dauid ad eius preces Salomonem successorem suum nominauerit, Regemq; statim constituerit, optimo iure dici posse Bethsabee filium Salamonem Regio diademate coronasse. Verùm hæc Hebræorum responsio cum cõtextu minimè cohæret, subiungitur enim: *In die desponsationis illius*: constat autem eum diem, in quo Salomon matris opera, ac precibus regnum obtinuit, non fuisse diem desponsationis illius, cum eo die vxorem non duxerit: quod cum vel ipsi Hebræi viderẽt, aliam responsionem ex cogitandam putarunt, vt dicerent, cum Salomon vxorẽ duxit filiam Pharaonis Regis Ægypti, eo ipso die dedisse illi matrẽ diadema, quod dam pulcherrimum pretiosissimis gemmis exornatum, illudq; capiti eius imposuisse. Sed hoc merum est Hebræorũ cõmentum: nihil enim eiusmodi vel in sacris literis, vel in probato aliquo auctore memoriæ proditum reperitur: accedit, quòd canticum illud sublimius est, quàm vt de Salomonis amoribus, & nuptijs intelligi debeat. Quam ob causam antiquissimi Hebræorũ cõmuni cõsensu docuerunt, quoties in eo cantico Salomon nominatur, non Salomonem illum Dauidis Regis filium, sed Deum ipsum accipiendum esse, qui Salomon, id est, pacificus iuxta nominis etymon appellatur: itaq; nomen Salomonis eo loco non proprium, sed appellatiuum esse, à pace scilicet deriuatum ad Deum ipsum pacis auctorem exprimendum.

Salomonem quando a matre coronatũ asserunt Hebræi.

3. Reg. 1.

2

Est igitur prima expositio Hebręorũ asentium per Salomonem Deum ipsum intelligendum esse, per matrem verò accipiendam Synagogam. Etenim, vt refertur in cõmentarijs Hebræorũ super Cantica, quæsitus R. Eliezer à R. Simeone, quomodò exponeret propositam sentẽtiam? respondit Salomonem istum Deũ esse, qui à principio amore prosequens Israel, id est, Hebræos appellauit eos filiam iuxta illud Ps. 44. *Audi filia, & vide*: deinde, maiori quodam amore inflammatus vocauit eos sororem Cant. 5. *Aperi mihi soror mea*: deniq; multò magis incensus appellauit eos matrem Esai. 51. *Attẽdite ad me popule meus, & mater mea auscultate*

Prima Hebrẽorũ expositio.

R. Eliezer.

Psal. 44. 11.

Cant. 5. 2.

Esai. 51. 7.

me

mẽ: sic enim ipsi legunt pro eo, quod nos habemus: *Attendite ad me popule meus, & tribus mea audite.* Sed non explicauit R. Eliezer, quodnã esset illud diadema, quo Deus à Synagoga fuerit coronatus; nec sanè explicare potuit: nec enim Synagoga Deum Regẽ effecit; sed potiùs Deus Synagogã regali honore decorauit, quẽ admodùm scribitur Ezech. 16. vbi Deus fœminæ similitudine Synagogam depingens addit inter alia: *Ornata es auro, & argento, & vestita es byßo, & polymito, & multicoloribus, & profecisti in regnum*, hoc est, ad regalem dignitatem euecta fuisti, cum tibi Saulem Regem constituit, quem reliqui consequentes Reges exceperunt. Plerique Hebræorum respondent dici Deum coronatum tanquam Regem à Synagoga in monte Sina in susceptione legis: nam cum Synagoga, inquiunt, legem recepit, tunc Deum quodammodò coronare visa est, eum tanquam Regem, Dominumq; suum agnoscens. Cęterùm prętер quam quòd hoc violẽtum est, & impropriè dicitur subditus Regem cotonare, cum sese illi subijcit, explicandum prætерea fuerat, quo modo Synagoga in susceptione legis mater Dei appellari potuerit, quod necessarium fuit exponere ad expositionem huius loci: siquidem non tantùm dicitur Salomon coronatus, sed coronatus à matre sua: at Synagogam matrem Dei appellatam fuisse in susceptione legis Hebræi docere non possunt nec ex illo, nec ex alio quouis Scripturæ loco, nam quod afferũt ex Esaia cap. 51. id nomen non matrem, sed tribum, nationemve significat.

Synagogam Deo regali honore decorauit. Ezech. 16. 13

Hebræorum expositio refellitur.

3

Secũda Catholicorum sẽtentia.

Quare prætermissa hac expositione Hebræorum est secunda Catholicorũ sẽtentia per Salomonem Christum accipientium, per matrem verò Synagogam, ex qua ipse tanquam ex parente secundùm carnem traxit originem, quæ eum in passione coronasse dicitur, spineo scilicet diademate, & corona. Quam expositionem tradit Theodoretus in suis cõment. super Cant. *Ita*, inquit, *dilexit mundũ, vt tanquam ouis ad occisionẽ ductus sit: sic enim coronauit eum mater sua: matrem namque appellat Iudæam, quantùm pertinet ad eius humanitatem, quæ hanc illi in vita coronam imposuit: spinis enim illum contemptus causa coronauit, ipse verò per spinas suscepit diadema charitatis: sponte enim ignominiam pertulit, atque vltro ad mortis cruciatus accessit. Quam ob rem desponsationis diem illam vocauit, & diem lætitiæ cordis eius: tunc enim nuptiarum cõmunio facta est.* Cõsentit expositio trium Patrũ, quæ simul cũ cõmentarijs Theodoreti in Cant. circũfertur. *Spectate*, inquiunt, *dispensationis rationem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis ipsius, in spinea nimirum corona, quam Christi capiti imposuit Iudæorum Synagoga, ex qua ipse est secundùm carnem in die salutiferæ mortis eius, in qua proprio sanguine Ecclesiã sibi desponsauit, & in die lætitiæ cordis eius, qua salutarem pro nobis mortem oppetens nos ab hostis seruitute liberauit, atque ita Patris obtemperans voluntati lætatus est spiritu, licet carnis cruciatibus vexaretur.* Subscribit quoq; D. Bern. serm. 5. in festo omniũ sanct. vbi inter alia, *Mater*, inquit, *Synagoga non matrem sanè se exhibẽs, sed nouercam Regem nostrum corona spinea coronauit: pudeat sectari gloriam membra, quibus caput suum tam inglorium exhibetur; pudeat sub spinato capite membrum fieri delicatum.*

Theodoret.

Christi amor erga nos in patiendo.

Christi lætitia in passione.

D. Bernard.

Synagoga, Christi nouerca.

4

Tertia expositio est per *coronam* accipiendam esse humanitatem, qua eũ Virgo sanctissima in instanti conceptionis coronauit: quam expositionem afferũt D. Ambr. lib. de Isaac. cap. 5. D. Greg. in Cant. D. Bern. serm. 2. in Epiphania. *Si Rex est*, inquit, *diadema eius vbi est? sed vos eum verè videtis in diademate, quo coronauit eum mater sua in sacco mortalitatis, de quo resurgẽs ait Psal. 29. Quia cõscidisti saccum meum, & circũdedisti me lætitia. Egredimini virtutes angelicæ, incolæ ciuitatis supernæ. Ecce rex vester, sed in corona nostra, in diademate, quo coronauit eum mater sua.* Verùm in hac expositione aliud quoddam latet mysterium de assumptione carnis ex Virgine conseruata eius integritate, quod mysterium agnoscit Finus Adrian. lib. 2. flagelli, cap. 5. aitq; explicatũ fuisse in eo, quòd humanitas sũpta ex Virgine corona, siue diadema appellatur: suppositа enim præcedenti expositione, iuxta quam diadema, quo Rex Messias fuit coronatus, intelligitur humanitas accepta ex virgine, adhuc explicandum supereſt, cur eiusmodi humanitas nomine coronę regalis, siue diadematis expressa fuerit. Illud igitur mysteriũ

Humanitas Christi corona. D. Ambros. D. Greg. D. Bernard.

Psal. 29. 12.

Adrian. Fin.

ea similitudine comprehendi existimat Adrianus, quòd Verbum humanitatẽ ex Virgine sũpserit absq; vllo virginitatis eius detrimento: itaq; significari nõ more hominum cęterorũ factum fuisse hominem in Virgine, sed tam excellenti, pręstantiq; ratione, vt inter cœteros homines regalem coronam, regiumq; diadema propter nouum conceptionis modum gestauerit, natus videlicet ex matre virgine: cum enim virginitas regalis sit virtus, planè Messias eo etiã nomine, Rex existimari debet, regalemq; coronã præ alijs hominibus gestare, quòd non tantũ virgo, sed ex matre etiam virgine natus sit. Ex quo illustrissimum depromitur virginitatis encomium, quę videlicet coronę regali conferatur, imo & ipsius Virginis sanctissimę laus eximia, quę tãquã Princeps, & Regina propter hanc virginitatis prærogatiuam filium quoq; regali virginitatis diademate coronauerit. Nec mirum, cum ipsa Virgo beatissima corona virginitatis fuerit, vt eam appellat Cyrill. Alex. epist. 6. contra Nestoriũ: corona, inquam, virginitatis, quoniã cũ in sanctissima Deipara virginitas fœcunditatem coniunctam habuerit, quę vna perfectio virginitati deerat, optimo iure in Virgine virginis coronata dicitur, quantam ad supremum gradum dignitatis, ac perfectionis euecta quasi Princeps, ac Regina coronam regalem consequuta est. Itaq; Virgo sanctissima nõ solum filium humanitatis diademate, sed etiam ipsam virginitatem corona fœcũditatis coronauit. Porro dicitur Virgo coronasse filium *in die desponsationis illius*, hoc est, in ipso primo conceptionis instanti, tunc enim Verbum per incarnationem sponsalia cum humanitate arctissimo vnionis hypostaticę vinculo celebrauit: id quod quoniam summa cum eius lætitia, & gaudio perfectum est, merito additur. *Et in die lætitiæ cordis eius*. Atq; hęc de hoc testimonio dicta sufficiant.

Deiparæ virginitas filium coronauit.

Virginitas corona regalis.

Cyrill. Alex.

B. Virgo virginitatis corona.

Verbi lętitia in incarnatione.

Septimum testimonium ex verbis illis Esaiæ cap. 7.

Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

SECTIO XIIII.

HOC TESTIMONIO mirum est, quàm torqueantur Hebræi, quantumq; conentur illius auctoritatẽ grauissimam aut eleuare, aut aliò deflectere: sed frustra tamẽ laborant, cum luculente ex illo (rũpãtur licet) integritas B. Virginis in cõceptu, & partu Christi cõprobetur, vt patebit ex sequẽtibus. Atq; vt res fiat illustrior, sciẽdum est primò regnante Hierosolymis Achaz impijssimo Rege Iuda Rasin Regem Syrię, & Phacee Regem Israel coactis copijs aduersus illum mouisse bellũ, obsedisseq; Hierosolyma: tũc verò Deũ misisse in occursum eius Esaiam, qui solandam vrbis obsidionem prædiceret, Regemq; securũ esse iuberet, atq; in tanti beneficij confirmationem moneret, vt signum aliquod siue in cœlo sursum, siue in inferno deorsũ postularet. Quod cum Rex petere per summam impietatem renueret, veritus nimirum, ne ex eo magna in Deum gloria redundaret, subdolè, & fallaciter prætexens nolle se Dominum tentare, *Non petam*, inquit, *& non tentabo Dominum*: quod responsum nõ humilitatis, sed superbię fuit, vt ait D. Hieronymus, imo & summę impietatis: nec enim erat tentare Dominum tunc signũ petere, cum Deus ipse, vt peteret, hortabatur. Iratus ijs verbis Dominus promisit daturum se aliud signum longè pręstantius, ac sublimius, ex quo multò maiorem ipse gloriam, honoremq; consequeretur, conceptum videlicet, atq; ortum Messię ex virgine. *Audite*, inquit, *Domus Dauid: Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*. Itaq; cernis signum hoc de conceptione, & partu Virginis idcirco à Deo promitti, vt Deus suam ipsius gloriam, potentięq; magnitudinem demonstraret, quam Achaz Rex impijssimus obscurare moliebatur: hanc enim vim habent illa verba, *propter hoc*, quæ ratio no-

1

Achaz regis superbia, & impietas. D. Hieron.

3

Conceptio & partus Virginis Diuinę potentiæ signũ.

bis

bis inferiùs aduersus Hebræorum peruicaciam multùm inseruiet.

2 Deinde est aduertêdũ, p eo, quod nos habemus, *virgo*, esse Hebraice, הָעַלְמָה vbi littera ה cum puncto camets posito in principio non pertinet ad sublantiã nominis, sed est hè notificatiuum, vt Hebræi appellant, & loco articuli ponitur: nomen autem עַלְמָה ex vi verbi significat adolescentulam virginem. Quod vt melius intelligas, rursus aduerte apud Hebræos esse tria nomina cognata, & affinia: vnum est עַלְמָה alterũ בְּתוּלָה, siue בְּתוּלָה, tertiũ עַלְמָה, quæ ita discriminãtur. *Naarà* solius ætatis rationẽ habet, significat enim puellã, siue illa virgo sit, siue non: *bethulà* verò ad solam virginitatem spectat nulla ætatis habita ratione: significat enim virginem, siue ea adolescentula sit, siue anus: deniq; *almà* vtrumq; complectitur, ætatis namq; simul, & virginitatis rationem desiderat. Significat enim non solũ adolescentulã, nec solùm virginem, sed adolescentulã virginem: itaq; nec virgo anus, nec puella corrupta potest appellari *almà*, sed sola illa, quæ virgo simul sit, & adolescẽtula. Quare mulier siue iuuencula sit, siue prouectæ iã ætatis, si virgo tamẽ sit, dicitur *bethulà*: id enim nomẽ propriè apud Hebræos virginẽ significat: quãdiu autẽ est adolescentula, siue virgo sit, siue corrupta, appellatur *naarà*: at nulla vocari potest *almà*, nisi sit & adolescẽtula, & virgo.

Tria nomina cognata apud Hebræos.

Eorundem discrimen.

3 Traditur hoc trium istorum nominũ discrimen à Galarin. lib. 7. Arcan. ca. 15. & Adriano Fino lib. 2. Flagelli, cap. 6. et apud Hebræos potissimùm veteres est receptissimum, atq; ex sacris literis manifestè ostenditur. Etenim *naarà* nunquã legitur nisi de puella, & adolescentula, veluti Gen. 24. *Puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, vt bibam*: et inferius: *Vocemus puellam*, vbi est sermo de Rebecca, quę virgo erat, & adolescentula. Quòd autẽ etiã dicatur de puellis, quę virgines nõ sint, nõ obscurè probatur ex Ruth cap. 2. vbi Booz dixit ad Ruth. *Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere.* Quo loco pro puellis est Hebraice *benaaroth*, id est, cum puellis: intellexit autem Booz puellas suas, id est, famulas, quas non cogimur omnes virgines confiteri. Itaq; *naarà* puellam significat, siue virgo sit, siue corrupta. Cõtra verò, quod *bethulà* virginem significet, siue puella sit, siue anus: probatur in primis ex Gen. 24 vbi de Rebecca virgine adolescentula dicitur: *Puella decora nimis, virgoq; pulcherrima.* Quòd verò etiam dicatur de virgine, etiam si anus sit, manifestè conuincitur ex Leuit. 21. vbi ita lex de Sacerdotibus sancitur: *Ne contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis, ac propinquis, id est, super patrem, & matrem, & filium, & filiam, fratrem quoque, & sororem bethulà* (id est, virginem) *quæ non est nupta viro*: quo in loco certum est etiã virginem illam comprehendi, quæ esset prouectę ætatis, imo & extremæ senectutis: quis enim dixerit Sacerdotem contaminandum in sorore virgine, si anus esset? Cum ergo eo logo habeatur *bethulà*, perspicuum relinquitur id nomen virgini omni accõmodari nulla habita ætatis ratione. Deniq; quod *almà* vtrumq; complectatur, & puellam scilicet, & virginẽ, ex eo confirmari potest, quòd in sacris literis non nisi virginibus, ijsq; adhuc puellis accõmodatũ reperitur, vt patet Genesis 24. vbi seruus Abrahæ quærẽs vxorem Isaac filio Domini sui, vtique virginem, & puellam dixit: *Ecce ego iuxta fontem aquæ, & almà quæ egredietur ad hauriendam aquam*, etc. Quod autem Rebecca, de qua tunc loquebatur, virgo esset, & puella, ibidem disertis verbis scribitur: *Puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro.* Et Cant. 1. vbi nos habemus: *Adolescentulæ dilexerunt te*, Hebraicè est, עַלְמוֹת, quod in Hebraico cõmẽtario exponitur *bethuloth*, id est, virgines, quæ simul erant adolescentulę: et Cant 6. *Adolescentularũ non est numerus*, Hebraicè *alamoth*, id est, puellarum virginum: has enim spõsus adamabat: et Ps. 67. *Præuenerunt principes coniũcti psallẽtibus in medio iuuẽcularũ tympanistriarũ*, Hebraicè, *alamoth*, id est, virginũ puellarũ.

Galarin. Adrian. Fin.

Gen. 24. 14. 57.

Probatur id discrimen ex Sacris.

Ruth. 2. 8.

Gen. 24. 16

Leuit. 21. 2.

Gen. 24. 42.

Cant. 1. 3. & 6. 7.

Psal. 67. 26.

Ex his manifestè conuincitur Hebræorum peruicacia aientium eo loco Esaię non haberi, *bethulà*, sed *almà*, atque adeo non concludi sermonem esse de virgine, sed de adolescentula dumtaxat:

4

neque enim vnquam poterunt ostendere *almà* sumi aliquando pro puella, quæ virgo non sit, maleque contendunt per contradicendi libidinem nusquam *almà* inueniri pro *bethulà*, id est, pro virgine, cum certum sit nusquam nisi pro virgine vsurpari, vt superioribus testimoniis manifestum fecimus. Confirmatur quę præterea ex radice עלם, à qua deducitur, quæ significat abscondere, latere, occultare, vt idem sit *almà*, atq; abscondita, & incognita viro, & opponatur mulieri reuelatę, id est, cuius turpitudo reuelata fuerit, quemadmodùm loqui solet Scriptura. Imo vt docet D. Hieron. in comment. huius loci, vsque adeo *almà* significat virginem absconditam, & incognitam, vt non dicatur *almà* nisi ea potissimùm, quę nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit. Etmultò luculentius lib. 1. contra Iouinian. tractans eundem locum, *Scio*, inquit, *Iudæos opponere solere in Hebræo verbum almà non virginem sonare, sed adolescentulam: & re vera virgo propriè bethulà appellatur, adolescentula autem, vel puella non almà dicitur, sed naarà. Quid est igitur, quod significat almà? Absconditam virginem, id est, non solùm virginem, sed cum epitasi virginẽ, quia non omnis virgo abscondita est, nec ab hominum fortuito separata conspectu. Denique & Rebecca in Genesi ob nimiam castitatem, & Ecclesiæ typum, quam in sua virginitate, signabat almà scribitur, non Bethulà, sicut manifestum esse poterit ex sermonibus pueri Abraham Genesis vigesimo quarto. In eo enim loco, in quo ait: Virgo, quæ egredietur, vt hauriat aquam: in Hebræo scriptum est almà, id est, virgo secreta, & nimia parẽtum diligentia custodita: aut certè ostendãt mihi, vbi hoc verbo appellentur & nuptæ, & imperitiam confitebor.* Hęc Hieronymus. Idemquè docet Galatinus loco citato, *almà* scilicet esse adolescentulam aspectibus hominum absconditam, & omnino inctatam, de cuius pudicitia, & integritate nullum sit dubium. Maneat igitur *almà* puellam virginem significare, nec vnquam pro puella, quæ virgo non sit, positum inueniri.

Hieronymi testimonium de significatione nominis Alma.

Galatinus.

5 Tertiò est aduertendum hoc loco non tantùm esse *almà*, sed *haalmà* cum articulo, seruit enim litera He apud Hebræos articuli loco, quasi dicas: *Illa adolescentula virgo*: affirmat autem Galatinus libro septimo Arcanorum capite decimo quinto tribus tantùm locis reperiri in sacris literis nomen *almà* cum articulo ha: primò quidem Genesis vigesimo quarto, cum ait seruus Abrahæ: *Ecce sto iuxta fontem aquæ, & erit haalmà, id est, adolescentula virgo egrediens ad hauriendum*: quę verba dixit de Rebecca, quam constat ex ipso contextu fuisse virginem incognitã viro. Deinde Exod. secundo, cum de Maria sorore Moysis scribitur: *Et Perrexit haalmà, & vocauit matrem ipsius infantis*, quę Maria tum temporis puella erat, & virgo. Tertiò Denique hoc loco Esaię: reliquis omnibus in locis Scripturæ non reperitur *haalmà* cum articulo. Quare cum duobus prioribus locis sit sermo de adolescentula virgine, vt ipsimet Hebręi confitentur: consequens est, vt etiam apud Esaiam hoc loco adolescentula virgo intelligenda sit: præponitur verò nomini articulus ad significandam peculiarem prærogatiuam, eximiamq; præstantiam certę alicuius adolescentulæ, quę per excellentiam virgo appelletur, quam eandem ob causam Septuaginta hoc loco virginem cum articulo dixerunt, trasferentes, ἡ παρθένος.

Nomen Almà tribus tantùm locis reperitur cum articulo.

Gen. 24.

Exod. 2. 8.

Articulus præponitur nomini, excellentię causa.

Septuag.

6 Quartò est aduertendum, cum dicitur, *Et vocabitur nomen eius Emmanuel*, prò *vocabitur*, esse Hebraicè תִּקְרָאנָה, id est, *vocabis* in genere fœminino: habẽt enim verba apud Hebręos genera, sicut & nomina, masculinum scilicet, fœmininum commune. Quanquam verò תִּקְרָאנָה est in præterito, tamen propter vau cõuersiuum habet significationem futuri: mutat enim vau conuersiuum præteritum in futurum, & futurũ in præteritũ quoad significationẽ. Quod autem תִּקְרָאנָה sit secunda persona generis fœminini in præterito coniugationis Kal, norunt ij, qui vel leuiter Hebræas literas attigerũt: quod verò sit in voce actiua, ex eo patet, quòd sit in coniugatione Kal, quę actiua est: nã si passiuã haberet significationẽ, debuisset esse in Niphal, quę

Verba apud Hebræos habent genera sicut & nomina

est

est passiua vox coniugationis Kal, debe reque habere præpositam literam Nun, quæ est characteristica eius coniugationis. Itaque Propheta postquam dixisset: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, quasi apostrophe facta ad eandem virginem subiunxit: *Et vocabis nomen eius Emmanuel.* Et quidem Hebraicè multò clarius res proponitur sine vlla mutatione personę: sic enim est Hebraicè ad verbum: *Ecce virgo prægnans, & pariens filium, & vocabis nomen eius Emmanuel*: vt totus locus per apostrophen legi possit in hanc sententiam: *Ecce tu virgo prægnans, & paries, & vocabis nomen eius Emmanuel.* Sic nanque vertit Sanctes Pagnin. in sua trãslatione ex Hebræo, eodemque modo locum intellexerunt Septuag. trasferentes etiam in secunda persona: καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτῷ, hoc est, *Et vocabis nomen eius*: atq; idcirco Gabriel Luc. 1. alludens haud dubiè ad hũc locum Esaiæ dixit Virgini: *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius*: nec enim dixit, *vocabitur*, sed *vocabis*. Et quanquam Paraphrast. Chald. in tertia persona trastulerit, *& vocabit*, idem tamen seruatur mysterium, quod inferiùs explicabimus: ducitur enim hinc nouum argumentum ad comprobandam sanctissimæ Deiparę in concep tu, & partu Christi integritatem.

Sanct. Pagn.

Septuag.

Luc. 1. 31.

Paraphrast.

4

His ita positis ostendamus iam ex loco Esaiæ citato purissimum conceptum, & partum Christi ex Virgine absq; vllo virginitatis eius detrimento. Id quod primùm probatur ex eo, quòd eiusmodi signum tanquã prodigiosum, ac miraculosum promittitur ad coarguendam Regis Achaz impietatem, ostẽdendamq; Diuinæ potentiæ magnitudinem, quam ille, vt pote cultor idolorũ, obcurare nitebatur: *Propter hoc*, inquit, *Dominus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet*: nullum autẽ signum, prodigiumq; promitteretur, si prędiceretur virgo conceptura, & paritura amissa per viri congressum virginitate. Secundò, quoniam in ipso contextu res eiusmodi tanquam miraculosa proponitur, cũ dicitur: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum*: quasi diceret: Siquidem Rex Achaz renuit signum, hoc est, miraculum, siue in cœlo sursum, siue in inferno deorsum postulare, Deus ipse dabit signũ aliud multò magis prodigiosum, & admirandũ: nã cũ signũ, quod Achaz iubebatur postulare, miraculosum esset, liquidò constat, cũ eo renuente aliud quoddã signũ dandũ promittitur, id necessariò miraculosum, prodigiosumq; esse debuisse. Et cõfirmatur, quoniã signa, quæ Deus in alicuius pollicitationis cõfirmationẽ promittebat, efficiebatq;, omnia erant supra naturæ vires, vt patet in virga Moysis, Gedeonis vellere, & horologio Ezechiæ: quare cũ Deus hic signũ etiã promittat ad potẽtię suæ magnitudinẽ declarandã, cũ etiã ei⁹ signi nouitatẽ, sublimitatẽq; vsq; adeo illis verbis ãplificet: *Propter hoc Dominus ipse, & Ecce*, perspicuũ est signũ, quod promittitur, nouũ, insolitũq; esse debere, atq; adeo prædici virginẽ concepturã, paritu rãq; fore absq; vllo suæ virginitatis detrimẽto: alioqui ridiculũ planè esset illud pro signo polliceri. quod familiare, ordinariũq; esset, sicut est virgines ex viri cõgressu, atq; adeo deperdita virginitate cõcipere, & parere. Quam ob causã Patres hoc testimonio tanquã grauissimo, & clarissimo virginitatẽ sanctissimæ Deiparę confirmãr, in quibus est Tertull. lib. aduersus Iudæos, cap. 9. *Virginẽ*, inquit, *parere natura non patitur, & tñ credendũ est Prophetæ, & meritò: præstruxit enim fidẽ incredibili rei dicendo, quòd signũ esset futurũ. Propterea, inquit, dabitur vobis signũ: Ecce Virgo concipiet*, etc. *Signũ autẽ à Deo, nisi noxitas aliqua monstruosa fuisset, signũ nõ videretur. Denique siquãdo ad deijcien dos aliquos ab hac Diuina prædicatione mentiri audetis, quasi nõ virginẽ, sed iuuenculã concepturã, & pariturã Scriptura cõtineat, hinc quoq; reuincimini, quòd vibil signi videri possit res quotidiana, iuuenculæ scilicet prægnatus, & partus: in signũ ergo nobis posita Virgo mater creditur.* Hæc ille. Legendus est idem Tertull. lib. 3. contra Marcion. capite decimo tertio, vbi totidem verbis eandem repetit sententiam, D. Irenęus lib. tertio aduersus hæreses cap. vigesimo quarto D. Cyprian. lib. 2. testimoniorũ aduersus Iudæos, cap. 9. & in expositione Symboli Apostolorũ super illa verba, *Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine*, D. Basil. hom. in Natiuit. Domini, & alij.

Tertull.

Virgo mater posita in signum.

D. Irenęus. D. Cyprian.

Ostenditur Deiparæ virginitas in cõcep tu & partu Christi.

8

Prædicto testimonio vt respondeant Hebræi.

Sed videamus, quid ad tam illustre testimonium respõdeant Hebrçi, in quibus est Tryphon apud Iustinum in dialogo, & plerique Rabbini Hebræorũ apud Galatinum, & Finum Adrianum locis citatis. Primùm igitur aiunt non legendũ esse: *Ecce virgo concipiet, & pariet*, sed: *Ecce adolescentula concipiet, & pariet*, per congressum scilicet viri corrupta, idq; tantùm volũt significare vocem *almà*, & propterea Theodotionem Ephesium, & Aquilam Ponti cum transtulisse, *Ecce adolescentula*. Cũ Hebræis hac in re senserunt Ebionei Hæretici, Carpocrates, & alij. Verùm hoc Iudæorum effugium duplici ratione euidenter conuellitur: primùm, quia *almà* virginem interpretati sunt Septuag. interpretes, & Paraphrast. Chald. & nos superiùs multis sacrarum literarum testimonijs comprobauimus. Deinde ijs rationibus, quibus paulò ante vsi fuimus, vt ostenderemus prænuntiari eo loco signũ aliquod, prodigium q; miraculosum, atq; adeo conceptum, partum q; Virginis absque vllo integritatis prçiudicio, cum ridiculum esset pro signo polliceri cõceptum, & partum adolescentulç post corruptionem. Atq; hinc etiam facilè confutatur aliorum quorundam Iudæorum responsio apud Cyrill. Alex. lib. 1. in Esaiam aientium loqui Prophetam de vxore Achaz, promittiq; conceptum, & partum Ezechiæ filij, darique pro signo, quòd ipsa filium, & non filiam paritura esset: & quoniam nemo potest discernere, vtrum is qui concipitur, aut in vtero gestatur, masculus sit, an fœmina, optimo iure potuisse dari pro signo eiusmodi prædictionem, quòd vxor scilicet Achaz filium, & non filiam conceptura, & paritura esset. Sed frustra tamẽ laborãt, iam enim ostensum est in superioribus sermonem haberi de virgine, quç manẽs virgo parirura prænuntietur, prçterquã quòd, vt rectè argumentatur Cyrill. ea, quæ eo vaticinio continentur, nullo pacto in Ezechiam quadrare possunt: neque enim is dictus est, aut dici potuit *Emmanuel*, id est, *nobiscum Deus*. Accedit, quòd num mulier aliqua marem, fœminam ve conceperit, multis, ijsque certis argumẽtis naturaliter deprehendi potest: etenim licet ante conceptum no possit certò prçdici marem, fœminamve conceptum iri, post conceptum tamẽ multis ex signis naturaliter deprehenditur, masve, an fœmina gestetur in vtero. Atq; hçc de priori membro huius vaticinij.

Theodotio. Aquila.

Eorũ effugiũ conuellitur. Septuag. Paraphrast.

Confutatur aliorũ Iudæorum responsio.

Quod ad posterius spectat, idem mysterium integritatis Deiparæ apparet in eo, quod statim subiungitur: *Et vocabitur nomen eius Emmanuel*. Etenim pro, *vocabitur*, diximus initio haberi Hebraicè, *vocabis*, fœminino genere, pertinereque ad virginem, de qua sermo præcesserat, significarique ipsammet virginem impositurã filio suo nomen. Vnde nouum argumẽtum pro Mariæ virginitate ducitur: in lege namque veteri patres ipsi solebant nomina filijs imponere, sicut & apud reliquas gentes in vsu est: quare cum Virgo ipsa dicitur imposiura nomen filio, indicatur eiusmodi filium patrem in terris non habiturũ, sed ex sola Virgine absque vlla viri opera nasciturum.

6

Ad Virginem pertinebat filio nomen imponere.

In vetere lege patres filiis nomen imponebant.

Hebrçorum aduersus prædictam expositionem obiecta diluuntur.

SECTIO XV.

1

SVPEREST NVNC, vt respondeamus nõnullis Hebræorum obiectionibus, quibus verã, ac germanam superioris vaticinij expositionem à nobis traditam infirmare conantur. Primò igitur obijciunt in Hebræo non haberi tantùm *almà*, hoc est, adolescẽtula, sed cũ articulo, *haalmà*, quasi dicas, illa adolescẽtula, atque adeo significari sermonem esse de aliqua adolescentula celeberrima, omnibusque notissima: eam namque vim habere *he* notificatiuum apud Hebræos: at Virginem beatissimam non fuisse eo tempore cognitam, & celebrem, vt de ea tanquam de notissima fœmina dicere debuerit Esaias *haalmà*. Sed hæc tamen obiectio facilè diluitur, nam cũ virgo illa, quæ mater Messiç futura erat, ex multis alijs Scripturæ sacrç vaticinijs iam ante Esaiam notissi-

Prima Hebrçorũ obiectio.

Diluitur.

ma esset, vt patet ex ijs, quæ hactenus cõmemorauimus, optimo iure potuit Esaias eâ appellare *haalmà*, hoc est, illam adolescentulam, illam virginem, illam celebratissimam fœminam, iam âte à Deo promissam. Accedit, quòd licet nulla præcessissent de Virgine vaticinia, nihilominus proprer eximiam eius magnitudinem potuit per excellentiam, & antonomasiam *haalmà*, id est, illa adolescẽtula, & virgo præter modum magna, & eximia appellari.

2 secunda.

Secundò argumentãtur non posse eo locõ Esaiæ sermonem esse de B. Virgine: etenim cum signũ, quod Achaz Regi promittebatur, eò spectaret, vt ipse certò crederet se è duorum illorum Regum Syriæ videlicet, & Israel potestate liberandum, Hierosolymitanq; vrbis obsidionem soluendam, necesse inquiunt fuisse, vt promissio statim coram ipso impleretur, & signum, quod Deus pollicebatur, eo ipso tempore daretur, quo durabat obsidio: at Virginis partum plusquam quingentis annis postea accidisse, atque adeo nullo pacto signum soluẽdæ obsidionis esse potuisse. Quam rationem confirmant Gedeonis exemplo, cui, vt refertur Iudic. 6. statim impletum fuit in vellere signum reportandæ de Madianitis victoriæ: & Ezechiæ Regis, cui prorogatio vitæ per quindecim annos promissa est, factaque statim fides in Horologio Achaz sole per decem lineas ab occasu in ortum miraculosè remeante, vt habes Esai. 38. Respondemus in primis signum istud parituræ virginis nõ Achaz Regi, sed domui Iuda fuisse promissum, id quod liquidò constat ex ipso contextu, vbi ita legimus: *Audite ergo domus Dauid. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet.* etc. Itaque non fuisse id signum promissum, vt Achaz de soluẽda obsidione certus redderetur: sed in detestationem eius impietatis, qua signum postulare recusabat, ne signo edito, & patrato Dei potentia, Diuinitasque splendescerer, voluit Deus signum aliud longè sublimius, & admirabilius polliceri ad magnitudinẽ suæ potentiæ declarandã, quod futuris tẽporibus non ipse quidẽ Achaz, sed domus Iuda impletum conspiceret.

Iudic. 6.

Esai. 38.

Soluitur secũda.

Signum parituræ Virginis non Achaz, sed domui Iudæ datum.

Secundò dicimus duo esse in sacris literis signorum genera, quæ Deus dare consueuit: quædam enim sunt, appellanturque prognostica, quibus videlicet Deus vult aliquem certum reddere de veritate alicuius promissionis, cuiusmodi illa fuerunt, quę Gedeoni, & Ezechiæ data memorantur, atque hęc signa rẽ ipsam, quę promittitur, antecedunt, habẽtque ordinem ad effectum futurum. Alia sunt, dicũturque rememoratiua, quæ nõ dantur, vt quis certus de promissionis veritate reddatur, sed vt postea per signum illud futurum præteriti beneficij recordetur, agatque Deo immortales gratias, quòd propterea non ad effectũ futurum, sed ad beneficium præcedẽs spectat, & quod est consequẽs, nihil ei officit, quantuncunque temporis spatium à Diuina pollicitatione decursum: habes huiusce rei in sacris literis exempla clarissima. Primùm enim huius generis signum fuit illud datum Moysi Exod. 3. Cũ ei dictum est: *Hoc habebis signum, quòd miserim te: cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum*: certum nãque est immolationẽ illam à Moyse post eductum populum faciendam nõ fuisse signum prognosticum rei futuræ, id est, legationis illius, quam ipsi Deus eo tempore demandabat, cum ea legatio Moysis ad Pharaonem multo tempore eiusmodi immolationem præcesserit, sed signum dumtaxat rememoratiuũ, quo Moyses postea ad agendas gratias pro sua legatione, & populi liberatione excitaretur. Deinde simile etiam fuit signum illud datum Ezechię Regi 4. Reg. 19. cum ei liberatio a Senacherib Rege Assyriorum, à quo per id tempus Hierosolyma obsidebãtur, promissa est. *Tibi*, inquit, *Ezechia hoc erit signum: Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porro in tertio anno seminate, & metite: plãtate vineas, & comedite fructum earum. Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum*: quę omnia eò promittebantur, vt Ezechiã certum redderent de nęce Assyriorum, soluendaque obsidione, cum illa eadẽ nocte Angelus Domini percusserit in castris Assyriorum centum octoginta quinque

3 Duo signorũ genera in Sacris, prognostica, & rememoratiua.

Exod. 3. 12.

4. Reg. 19. 29

millia

Virginis partus apud Esaiã signum rememoratiuum.

militia hominum, & ipse Sennacherib relictis Hierosolymis Niniuen fugiẽs properauerit. Sic igitur partus Virginis hoc loco Esaiæ rememoratiuum signum est præteriti beneficij, non prognosticũ futuri, atq; adeo non oportuit ante liberationem vrbis, & soluram obsidionem impleri, sed multò post, tempore scilicet à Dei consilio, & prouidentia constituto.

7 Tertia obiectio.

Tertiò, & postremò obijciunt eum locum Esaiæ coactè ad Christi conceptum, ortumq; ex beata Virgine detorqueri: si quidem is, de quo dixerit Esaias, dicitur appellandus *Emmanuel*, cum dicitur: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Cum igitur Christus noster Mariæ filius nunquam *Emmanuel*, sed *IESVS* fuerit appellatus, manifestũ est, inquiunt, eo loco non eius, sed alterius conceptum, ortumq; prænuntiari. Facilis est ad hanc obiectionem responsio, ni mirum licet *Emmanuel* non fuerit nomen proprium Christi, seu nomen impositionis, vt vocant, (id enim fuit nomẽ IESVS, vt patet Lucæ 2.) fuisse tamen nomẽ naturæ, quod ipsi tantùm accõmodari potest: sonat enim *Emmanuel*, *nobiscum Deus*, hoc est, Deus homo, compositum videlicet ineffabile duplicem habẽs naturam, Diuinam scilicet, & humanam, quod solius Christi est. Itaq; *Emmanuel* non est sicut nomen *homo*, quod nomen etiam naturę dicitur comparatione Socratis, quoniam *homo* ita est comparatione Socratis nomen naturę, vt non illi solùm tribuatur, sed ad reliquos etiam homines pertineat: at *Emmanuel* ita est nomen naturæ, seu potius naturarum, vt soli Christo tribui possit, quippe qui solus in vna hypostasi duplicem naturam habeat. Quoniam verò homines non nominibus naturæ, sed impositionis, & proprijs appellari consueuerunt, inde est, quòd Christ⁹ cõmuniter non *Emmanuel*, sed *IESVS* fuerit appellatus. Sed quid respondebimus ad Esaiam, qui disertis verbis ait: *Et vocabitur nomen eius Emmanuel*? Nimirum illud tantùm significari Messiam Deum simul, & hominem futurũ, reque ipsa, & facto *Emmanuelem* appellandum, cum eum fideles Deum, & hominem esse crederent, & identidem ita nominarẽt. Quid enim aliud confitemur, cum dicimus Christum verum Deum, verumq; hominem esse, quã esse *Emmanuelẽ*, duplici scilicet in vno, eodemq; supposito natura constantem? Quo eodem sensu dixit Esaias c. 8. eum appellandum: *Velociter spolia detrahe, citò prædare*: et c. 9. dicendum esse admirabilem, consiliarium, Deum, fortem, patrem futuri seculi, Principem pacis: non quòd hæc nomina propria eius, & vt aiunt, impositionis esse deberent, sed quoniam re, factoq; ipso his eum nominib⁹ appellamus, cum eum spoliatorem, deprædatoremq; inferorum, operibus, & prodigijs admirabilem, Dei sapientiam, instauratorem seculorum, sempiternæq; pacis inter homines, Deumque auctorẽ, deniq; verum, naturalemq; Dei filiũ confitemur. Hanc responsionem affert Lactãt. Firmian. lib. 4. Diuinarum institut. cap. 12. *Christus*, inquit, *Emmanuel nunquam vocatus est, sed Iesus: sed Propheta declarauit hoc nomen, quòd Deus ad homines in carne venturus esset. Emmanuel autem significat, Nobiscũ Deus, scilicet quia illo per Virginem nato confiteri homines oportebat Deum secum esse, id est, in terra, & in carne mortali.* Hęc ille. Eodem modo respondet Tertul. lib. 3. contra Marcionem cap. 12. *Si*, inquit, *Emmanuel Nobiscũ De⁹ est, Deus autem nobiscum Christus est: tam proprius est Christus in significatione nominis, quod est, Nobiscum Deus, quàm in sono nominis, quod Emmanuel, atque ita constat venisse iam illum, qui prædicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel, venit, id est, Nobiscum Deus.* Hæc Tert.

Emmanuel nõ fuit nomen impositionis, sed naturæ respectu Christi.

Christus communiter non Emmanuel, sed Iesus appellatus.

Esai. 8. 1. & 9. 6.

Lactant. Firm.

Emmanuelidẽ quod nobiscũ Deus.

Tertull.

Nonnullæ obseruationes literales in præcedens vaticinium.

SECTIO XVI.

1

CONSTITVTA vera, ac germana superioris vaticinij explanatione sunt iã nonnulla ad literã eruenda, quę ad mysterij incarnationis sublimitatem, sanctissimæque Deiparæ præstantiã magis intelligendam non pa-

rùm pertinent. Prima igitur obseruatio sit circa illa verba, *Propter hoc*: ex ijs enim colligitur incarnationem Verbi in Virgine, eiusdemq; conceptum, & partum ad Diuinæ potentiæ magnitudinem declarãdã magnopere spectare. Quia enim Rex Achaz, vt superiùs diximus, idcirco signũ petere à Deo recusabat, ne per illud Dei potentia, & magnitudo perspecta esset, statuit Deus vel ob eam ipsam causam aliud signum multò sublimius, atque admirabilius efficere, quo sua ipsius magnitudo, Diuinitasque magis emineret: hanc enim vim habet illud, quod subiungitur: *Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum*. Quòd autem huiusmodi signũ esset Verbi incarnatio in Virgine absque vllo integritatis eius præiudicio, perspicuum est ex verbis sequentibus: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*. Et confirmatur ex eo, quod annotauit Galat. in lib. 7. Arcan. cap. 15. pro eo, quod nos habemus: *Non petam, & non tentabo Dominum*: legi posse ex Hebræo: *Non petam, & non exaltabo Deum*: verbum enim Hebraicum, נסה, non solùm *tentare*, sed etiam *exaltare* significat. Cum igitur Achaz idcirco signum nollet postulare, ne per eam occasionem Deus maiorem celebritatem sui nominis, Diuinitatisque apud omnes existimationem consequeretur, palàm est propterea Deũ mysterium incarnationis in Virgine à se perficiendum promisisse, vt Diuinitatem suam, magnitudinemque ostenderet, atque idcirco dictum esse: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum*. Verùm quoniam iam in hoc ipso tractatu de Virgine latiùs hoc argumentum persecuti fuimus; ostendimusque in mysterio incarnationis multò illustrius, quã in reliquis omnibus Diuinis operibus infinitã Dei magnitudinem resplenduisse, satis fuerit illud hoc loco breuiter perstrinxisse.

Verbi incarnatio in Virgine signum diuinæ potentiæ.

Galatin.

2 Secundò. Obseruãdum est optimo iure Virginẽ sanctissimã appellari עלמה non solùm ob integritatem, ac virginitatem, quam in conceptu, & partu Christi retinuit, sed etiam quoniam, vt aiebat D. Hieron. עלמה virginẽ significat omnino occultam etiam conspectibus hominũ, ita vt de eius virginitate nullo modo dubitari possit. Etenim sacerrima Virgo ita occulta, vereq; עלמה erat, vt in cubiculi sui penetralibus latẽs nullius viri pateret aspectibus, quemadmodũ expẽdit D. Amb. lib. 2. Cõment. in Luc. ad illa verba Luc. 1. *Et ingressus Angelus ad eam: Sola*, inquit, *in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperiret; sola sine comite, sola sine teste, nequo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur*: in quo quidem virgines omnes deberent sanctissimam Deiparam imitari, vt sublimem nomen clationem *almà* promereri possent. Præclarè Tertullianus libro de velandis virginibus, *Ipsa*, inquit, *concupiscentia non latendi non est pudica: patitur aliquid quod virginis nõ sit, studium placendi vtique & viris: quantùm velis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis, & multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimiùm amatur: sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desiderare*. Et D. Cyprian. lib. de disciplina, & habitu virginum, *Virgo*, inquit, *non esse tantũ, sed & intelligi debet, & credi, vt nemo cum virginem viderit, dubitet, an virgo sit? Parem se integritas in omnibus præstet, nec bonum corporis cultus infamet*. Eleganter quoque D. Ambros. in exhortatione ad Virgines. *Cõsidera*, inquit, *quanta fuerit Maria, & tamen nusquam alibi, nisi in cubiculo reperitur, cum quæritur: decet solitudo verecundiam, & gymnasium pudoris secretum est*. Denique D. Hieron. ad Lætam de institutione filiæ, *Imitetur*, inquit, *Mariam, quã Gabriel solam in cubiculo suo reperit, & ideo forsitã timore perterrita est, quia virum quem non solebat, aspexit: æmuletur eã, de qua dicitur* Psal. 44. *Omnis gloria eius, filiæ Regis ab intus: loquatur & ipsa electo charitatis iaculo vulnerata: Introduxit me Rex in cubiculum suum* Cant. 1. *Nunquam exeat foras, ne inueniant eam qui circumeunt ciuitatem, ne percutiant, & vulnerent, & auferãt thoristrum pudicitiæ, & nudam in sanguine derelinquant: quin potiùs cum aliquis ostium eius pulsauerit, dicat: Ego dormio, & vbera mea turris: laui pedes meos, nõ possũ inquinare eos*. Hæc Hieron.

Quàm studeret solitudini B. Virgo. D. Ambros. Luc. 1. 28.

Tertull.

Virginalis pudoris custos solitudo.

D. Cyprianus.

Cultus corporis virginitatis infamia. D. Ambros.

D. Hieron.

Psal. 44. 14.

Cant. 1. 4.

Cant. 8. 10.

Tertiò aduerte, pro eo, quod nos habemus ex Hebræo: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filiũ*, 70. trãstulisse: *Ecce Virgo in vtero accipiet, & pariet filiũ*: quod nõ sine aliquo mysterio factũ videtur: etenim cõcipere quodammodò cõgressum viri videtur innuere, quem tamen non sonat in vtero ac-

3 Septuag.

cipere

Verbum concipiendi vsurpauerit Gabriel. Luc. 1. 31.

cipere. Cur autem Angelus Gabriel citãs translationem Septuag. *concipiendi* verbũ vsurpauerit Lucę 1. cum dixit ad virginem: *Ecce concipies in vtero, & paries filium?* id causæ fuit, quoniam explicaturus statim erat eiusmodi conceptum non per viri operam, sed per virtutem Spiritus sancti futurum. Nec verò in dubium vocari debet, quin Gabriel ad locum Esaiæ alluserit, vt indicaret Virgini beatissimæ eã esse illam adolescentulam virginem, quæ conceptura, pariturąq; absque vllo virginitatis detrimento ab Esaia prædicta fuerat, vt facilè intelliges, si verba Septuaginta interpretum, & Archangeli Gabrielis expenderis. Nam vbi Septuag. dixerunt, *Ecce virgo*: Gabriel dixit, *Ecce tu*, quę nimirum virgo illa es: (id enim pronomen necessario sub audiẽdum est in verbo, *concipies*) Septuag. dixerunt, *In vtero accipiet*: Angelus, *concipies in vtero*. Septuag. *Et pariet filium*: Angelus, *Et paries filium*. Septuaginta, *Et vocabis nomen eius*: Angelus, *Et vocabitur nomen eius*. Quod verò Gabriel dixit *IESVM*, Septuag. autem *Emmanuel*, nihil ad mutationem facit: etenim eodem recidit vtrumq; nomẽ, idem namq; est re, significationeque *IESVS*, & *Emmanuel*, eo tantùm discrimine, quòd *IESVS* est nomen propriũ, & impositionis, vt vocant, *Emmanuel* autem nomen naturæ, quod tamẽ soli Christo tribuitur. Accedit, quòd neque Gabriel nomen *Emmanuelis* prętermisit: siquidem illud in suo ipsius nomine adumbrabat, vt subtiliter annotauit Proclus Episcopus in hom. Constantinopoli habita coram Nestorio. Gabriel namq; interpretari possumus hominem Deum: geber enim Hebraicè virum significat, ita dictum à robore, & fortitudine, deductum à radice gabar, quę significat roborare, vincere, prævalere, quã ob causam cõmuniter Doctores, ac Patres Gabriel fortitudinem Dei interpretãtur. Cum igitur geber virũ, El autẽ Deũ significet, fit vt Gabriel præter fortitudinẽ Dei, sonet quoque hominem Deũ, atque adeo nomen Emmanuelis per nomẽ Gabrielis exprimatur, siquidem vti diximus, Emmanuel sonat, *Nobiscũ Deus*, quod idem est, ac Deus homo. Quare meritò Proclus loco citato ad Nestorium sermonem dirigẽs, *Reuerere*, inquit, *nomen Archangeli, qui nuntium illud lætissimum apportauit Mariæ, qui Gabriel est appellatus, dictus Gabriel, id est, Deus homo* (geuer enim homo est, El Deus) *nomine ipso significans nuntium, quem apportat: quoniam is quem euangelizat, Christus Deus, & homo erat nasciturus*. Hæc ille. Itaq; sicut legati pro ratione legationis vel festiuis, vel tristibus vestibus induuntur, ita Deus voluit, vt Archãgelus Gabriel, qui pro mysterio incarnationis perficiendo legatus ad Virginem mittebatur, nomine etiam ipso rationem, mysteriumque suæ legationis prę ferret.

Proclus Episc. Gabriel idem quod Dei fortitudo, & homo Deus.

Quartò. Sicut nomen *Emmanuelis* significat Messiam Deum simul, atque hominem esse, ita quod subiungitur, *Butyrum, & mel comedet*, indicat eum non phantasticè, id est, apparenter, vt nonnulli Hæretici impiè asseruerunt, sed verè hominẽ esse, & instar reliquorum infantium butyro, melleq; altum, nutritumque fuisse. Itaque his verbis nihil aliud significare voluit Propheta, quàm Messiam verum hominem futurum, & tanquam verum infantem naturę humanę participem illis eisdem cibis alendum, quibus cęteri infantes nutriri solẽt. Quæ expositio literalis, ac germana est, traditurq; à Tertull. in lib. aduersus Iudæos capite de Natiuitate Christi: & multò luculentiùs à D. Irenæo libro tertio aduersus hæreses, capite vigesimo sexto. *Diligenter*, inquit, *significauit Spiritus sanctus per ea, quæ dicta sunt, generationem eius ex Virgine, & substantiam, quoniam Deus: Emmanuel enim nomen hoc significat, & manifestat, quoniam homo, in eo quod dicit: Butyrum, & mel manducabit*. Idem docet D. Hieron. *Ne*, inquit, *cum putes in phantasmate nascituri cibis vtetur infantiæ, butyrum comedet, & lac*. Denique idẽ habet Cyrill. Alex. lib. 1. cõmentariorum in Esaiam: *In carne*, inquit, *verum hominem fuisse conatur certò persuadere, càm dicit cibum ei fore paruulis conuenientem, butyrum, & mel*. Qua expositione, quæ vera est, constituta existimamus Prophetam non sine magna quadam admiratione dixisse: *Butyrum, & mel comedet!* quasi diceret: Ille filius, quẽ Virgo concipiet, & pariet tanta nouitate, & miraculo, vt nullum passura sit suæ virginitatis detrimentum: ille, inquam,

4

Christum butyro, & melle alendum cur prædixerit Esaias.

Tertull.

D. Irenæus.

D. Hieron.

Cyrill. Alex.

Christus verus homo, non phantasticus.

qui

qui dicendus est Emmanuel, hoc est, verus Deus, verusque homo, vsque adeo se abiiciet, vt infans sit futurus, & ipsfar reliquorum infantium tantus Deus butyro, ac melle nutriendus. Quo eodem sensu accipienda sunt illa omnia vaticinia, quæ de Deo infante, pueroque loquuntur: certè Abacuch cap. tertio: cum de eius ortu, & infantia in Bethlehem ad literam loqueretur illis verbis: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan:* (vbi D. Hieron. docet de natiuitate Christi in Bethlehem, quæ australis est Hierosolymis, sermonem esse, statim ob tanti mysterii magnitudinem quodammodò obstupefactus, vt initio eius cantici dixerat, quòd videlicet Deus ille sempiternus, & immensus infãs more cæterorum infantium in terris appareret, adhibẽdam putauit dictionem, סלה, quę dictio erat nota cantorum, cosq; vel pausæ, vel mutationis, & eleuationis vocis, aut productionis syllabę ob eius rei, quæ canebatur, magnitudinem admonebat, reperiturque tãtùm in isto cantico Abacuch, & in psalmis, vbi 73. vicibus posita inuenitur, vt notauit Caiet. in Ps. 10.

Quam se abiecerit Deus, dũ infans apparuit. Abach. 3. 3.

D. Hieron.

5

Quintò. Aduerte illa verba: *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum:* non continere causã finalẽ, sed dicere dũtaxat consecutionẽ, vt sit sensus: Tametsi tãquã vere infãtulus butyro, ac melle nutrietur; tamen in ipsa etiam infantia erit sapientissimus, scietq; inter malũ, bonũq; discernere. Sic interpretatur D. Hieron. *Adhuc,* inquit, *pãnis inuolutus, & butyro pastꝰ, ac melle habebit boni, maliq; iudiciũ, vt per hæc verba noscamus infantiã humani corporis Diuinæ nõ præiudicasse sapiẽtiæ.* Cui expositioni cõcinit textus Hebræus, qui ad verbũ sonat, *scire ipsius,* vel *ad scire suũ,* seu potiùs *sciendo,* iuxta quã expositionem probatur perfecta Christi scientia etiam creata, rerũq; omnium cognitio in ipsa infantili ætate. Septuaginta interpretes aliter transtulerunt: *Butyrum, & mel comedet, antequàm sciat ipse repellere mala, & eligere bona:* vnde plerique aliam horum verborum expositionem colligunt in hanc planè sententiam: *Butyrum, & mel comedet,* hoc est, infantiũ cibo nutrietur, antequàm per ætatem experimento, & ministerio corporis sciat malum reiicere, bonumque eligere. Sed butyrum, & mel comedet, donec infans fuerit, quousque scilicet adolescat, perueniatque ad ætatem grandiorem, in qua ipso experimento sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Christꝰ adhuc infans, sapientissimus.

D. Hieron.

In Christo perfecta scientia etiam creata. Septuag.

Postremò sciendum est pro eo, quod Hieron. transtulit ex Hebræo: *Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?* septuag. transtulisse: *Nunquid parum vobis agonem exhibere hominibus, & quomodò Domino exhibetis agonem?* quod Tertull. lib. contra Iudæos cap. 9. ita legit: *Num pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat certamen?* & D. Iren. lib. tertio contra hæreses, capite 26. *Num pusillum uobis agonem præbere hominibus, & quemadmodum Dominus præstat agonem?* & D. Cyprian. lib. 2. contra Iudæos capite 9. *Num pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agonem?* Itaq; videntur isti Patres aliqua exemplaria habuisse, in quibus apud Septuag. aliter legeretur, quàm modò habeatur: etenim modò Septuãg. habent: *Quoniam Domino exhibetis agonem:* citati verò Patres legunt: *Quoniam Dominus præstat agonem,* seu certamen. Quæ sanè lectio mysterii est plenissima: significat enim Deũ per mysterium incarnationis, quod eo loco promittebat, certamẽ quoddam cum hominibus cõmitendum præstitisse, non armorum tamen, sed amoris certamen. Quid enim quæso aliud fuit Dei filium non necessitate vlla, sed amore dumtaxat incitatum in Virginis descẽdisse vterum per assumptionem humanitatis: deinde in tanta pauperate, atque humilitate natum in terris apparuisse, seseque postea facilem, munificumque exhibuisse mortalibus: denique ad humanũ genus ex Dęmonis seruitute in libertatem vindicandũ sublatum in crucem mortẽ oppetiisse tormẽti, dedecorisq; plenissimã, quã nouũ certamen, ad omninũ amorẽ sibi cõciliandũ suscepisse, & quasi bello indicto, gestoq; feliciter humanas sibi voluntates admiranda quadam potentia subiecisse? Itaq; iuxta prædictam lectionem ita locum Esaiæ interpretari licet: Parum, inquit, vobis est certamẽ habere cũ hominibus, etiã ne cũ Deo

6

D. Hieron.

Septuag.

Tertullian.

D. Irenæus.

D. Cyprian.

Amoris certamen mortalib. Deus factus homo.

ipso belliger. re contẽditris? sit planè ita, iã hinc vobis spõdeo Deũ nouo quodã genere bellandi in aciẽ proditurũ, mirandũq; certamen omnibus oblaturum. *Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel*, hoc est, Deus ipse homo factus, natus ex Virgine, sese bellatorẽ exhibebit, amoriscq; certamen vniuersis mortalibus denũciabit, vt eos ad se amãdum fortiter simul, suauiterq; alliciat. Porro felicẽ huius certaminis exitũ describit idẽ Esaias c. 8. sequenti: *Quia*, inquit, *antequam sciat puer vocare patrẽ suum, & matrẽ suã, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ*: id quod nobilissimi Patres de cũuersione Gentiũ per Magos illos, qui quasi gentilitatis primitiæ ad Christũ in fantẽ adorandũ ex Oriente aduenerũt, accipiendũ putarunt. Et verò cuius animum infans ille natus ex Virgine tã eximia præditus pulchritudine, tantisque erga homines amoris facibus inflammatus non vinceret? hoc enim armorum genere nouus ille bellator dimicauit, vt aliàs diximus, & elegãter docet Tertull. expendens locum Esaiæ citatum, vt fusiùs in sequẽti testimonio docebimꝰ.

Felix prædicti certaminis exitus. Esai. 8. 4.

Tertull.

Octauum testimonium ducitur ex illis verbis Esai. 8. *Accessi ad Prophetissam, & cõcepit, & peperit filium.*

SECTIO XVII.

ALIVD quoq; validũ argumentũ ad idẽ cõprobandum depromitur ex c. 8. Esaiæ, de cuius expositione nõ solũ inter Iudæos, & Catholicos, sed etiã inter nostros magna vtrinq; rationũ cõtentione certatur: sed ostendemus tũ verã, germanãq; eius interpretationẽ ad B. Virginis integritatẽ cõfirmãdã pertinere. Ita igĩ scribit eo loco Esaias: *Dixit Dñs ad me: Sume tibi librũ grandẽ, & scribe in eo stylo hominis, Velociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriã sacerdotẽ, & Zachariam filiũ Barachiæ: & accessi ad Prophetissã, & concepit, & peperit filiũ. Et dixit Dñs ad me: Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere, festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum.*

Esai. 8. 1.

Mirum sane est, quantum conentur Hebræi, recentiores potissimum hoc nobis testimonium illustrissimum de manibus eripere: quàm multã etiam cum falsa, tum dictu fœda, audituque turpia confingant, quantaque amentia, vt vaticinii veritatem aliò deflectant, Esaiam sanctissimum vatem, eximiumque pudicitiæ, atque honestatis cultorem præter modum impudentem faciant, quin & Deum ipsum omnis sanctitatis, puritatisq; auctorem indignè loquentem inducant, interpretatione illa sua impurissima, quam de stylo hominis afferunt, multisque aliis per summam contradicendi libidinem confictis, ex quibus ob eorum turpitudinem facilè possent falsitatis, erroris que conuinci: nos tamen ea dumtaxat perstringemus, quæ omnino postulauerit nostri instituti ratio, & ad rem propriùs accedere videbuntur. Contendunt igitur Hebræi loco Esaiæ citato nullum verbum de Messiæ aduentu fieri, sed totum vaticinium spectare ad ipsum Esaiam, qui videlicet iubeatur adhibitis illis duobus testibus ad vxorem suam accedere, ex eoque congressũ promittatur conceptio, partusque infantis, qui appellandus sit, *Accelera spolia detrahere, festina prædari*: quoniam per eiusmodi filium ita nominatum prædicebat Dominus euersionem decem tribuum, depræ dationemque, ac vastitatem Samariæ, quæ ipso adhuc infantulo, nesciẽteq; patrẽ suum, ac matrẽ suis nominibus appellare, facienda erat. Atq; vt suam hãc expositionem plausibilẽ faciant, afferũt illud Oseę 1. cũ Deus ipsi Oseę præcepit vt fœminam fornicariam, hoc est, siue corpore prostituta, siue secta Gentilem (solet nãq; idololatria appellari in sacris literis fornicatio) vxorẽ ducere eu ex eaq; liberos procrearet, eisq; nomina imponeret, quibus vtriusq; regni & Israelis, & Iuda euersio prædiceretur. Consueuit enim Deus non solùm verbis, sed etiam factis ventura prænuntiare, quemadmodum eidem Esaiæ capite vigesimo præcepit, vt nudus, & discalceatus per

I

Iudæorum cõtradicendi libido.

Eorum sententia circa locũ citatum.

Oseæ. 1.

vrbem incederet, vt Ægypti, & Æthiopiæ vastitatem exprimeret: sic enim futurum, vt Ægypti, Æthiopiæque inuenes nudi, & discalceati in captiuitatem ab Assyriorum Rege abducerentur. Simili que mysterio Ezechielem Prophetam fecit cum Sarcinis instar peregrini, & viatoris incedere, vt populi captiuitatem, atque in alienas terras perigrinationem portenderet. Sic igitur, inquiunt Hebræi, iubetur hoc loco Esaias ad vxorem suam accedere, ex eaque filium gignere, qui nomine suo regni Syriæ, ac decem tribuum vastitatem significet. Nec verò mirum videri debet, si Hebræi insensissimi nostræ religionis hostes sic scripturarum vaticinia, quæ de nostris rebus loquuntur, eludere conentur: illud demirari satis non possum, cur plerique etiam ex nostris cum Iudæis consentiãt, veluti Vatablus, Isidorius Clarius, Forerius, & quod magis miror D. Thom. in comment. super Esaiam: tametsi illam expositionem, quã inferiùs afferemus, non omnino reiiciat.

Vatablus. Clarius. Forerius. D. Thom.

2 Sed ostendamus iam Hebræorum sententiam & absurdam, & falsam omnino esse: & quidem esse admodum absurdam ex eo fit perspicuum, quoniam vt alia interim omittamus, Esaiam vatem sanctissimum præter modum inpudentem faciunt, qui videlicet non erubuerit coram testibus ad vxorem accedere, illisq; spectantibus rem peragere, idq; velint Deum Prophetæ mandasse, quam indignitatem peruidentes pleriqne Hebræorum aliquanto modestiores dixeruntnõ fuisse adhibitos testes ad huiusmodi Esaiæ cum vxore congressum spectandũ, sed vt conscribendo ab Esaia libro interessent: siquidem Deus præcipiebat, vt librum grandẽ sumeret, & in eo pauca illa verba conscriberet, quę paulò ante commemorauimus. Vt igitur omne effugium Hebræis intercludamus, probemus id, quod secundo loco proposuimus, falsam scilicet esse hanc eorum sententiam, & neq; cum vaticinii veritate, maiestateq;, neq; cum ipso contextu cã de Esaiæ filio interpretationẽ cõuenire.

3 Primùm igitur in filium Esaiæ nullo pacto quadrare potest nomen illud excellens, atque magnificum, quod infanti, de quo agitur, imponendum præcipitur: *Voca*, inquit, *nomen eius, Accelera spolia detrahere, festina prædari*: cum neque Esaiæ filius ita fuerit appellatus, neque de eius vita, aut factis vlla fiat in sacris literis mentio, propter quę tantum nomen illi attribui potuisset; quã aptè verò in Christum conueniat, inferiùs docebimus. Deinde duo illi testes, qui adhibẽtur, Vrias scilicet Sacerdos, & Zacharias filius Barachiæ non possunt vlla ratione ad Esaiã ipsum, eiusve filium spectare iuxta interpretationem Hebræorum. Ait nanq; R. Salomon Vriam, qui hic testis inducitur, fuisse Vriam filium Semei, qui prophetauit tempore Ioacim filii Iosiæ, vt refertur Hierem. 26. *Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei de Chariathiarim, & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc iuxta omnia verba Hieremiæ. Et audiuit Rex Ioacim, & quæsiuit interficere eum.* Addit quoque R. Salomõ secundum illum testem, qui dicitur Zacharias filius Barachiæ, fuisse illum, qui in duodecim Prophetis minoribus vndecimus est. At ex his liquidò euincitur falsam esse Iudæorum expositionem. Etenim si tales fuerunt eiusmodi testes, vt scribit R. Salomon, non potuerũt ab Esaia adhiberi, inducíq;, vt conscribẽdo à se libro interessent, cum multò posteriores ipso Esaia fuerint. Verũ enim verò à quarto anno regni Achaz, quo tempore, vel circiter Esaias hoc edidit vaticiniũ, vsq; ad Regẽ Ioacim, sub quo Vrias ille fuit vaticinatus, fluxerunt anni plusquã centũ: & ab eodẽ quarto anno regni Achaz vsq; ad tẽpus Zachariæ filij Barachiæ, si fuit vndecimus Prophetarũ minorũ, trãsierunt plusquã ducenti aũi, vt affirmãt Galatin. lib. 7. Arcan. Catholicę veritatis c. 16. Lyran. & Dionys. Carth. in cõm. huius loci, idq; breuiter ita ostenditur.

Achaz regnauit sexdecim annis. 4. Reg. 16. ex quibus desumẽdi sunt tantũ duodecim, quoniã vt diximus, quarto anno regni eius, aut circiter, edidit hoc vaticiniũ Esaias. Ei succesit Ezechias, qui viginti nouem annis regnauit. 4. Regum 18. post quem imperauit Ma-

Nomen Accelera &c. In filium Esaiæ nullo pacto quadrat.

R. Salom.

Hier. 26. 20. Cuius filius, & quo tempore prophetauerit Vrias.

Quo tempore ediderit hoc vaticinium Esaias.

Galatin. Lyran. Dion. Carth. A tempore huius vaticinii vsque ad tempus Zach. II. prophet. min. quot fluxerint anni.

4 Quot annis regnauit Achaz.

Quot item Manasses, Iosias, Ioacim, & Sedechias.

nasses quinquaginta quinque annis. 4. Reg. 21. Post quem regnauit Amon, cuius principatus duobus tantùm annis perdurauit. 4 Reg. 21. Hunc excepit Iosias, qui vno, & triginta annis regnauit. 4. Reg. 22. quē subsequutus est Ioacim, qui regnauit vndecim annis. 4. Reg. 23. Postea Sedechias decem annis. 4 Reg. 24. cuius tempore cœpta est Babylonica illa septuaginta annorum captiuitas vsque ad primum annum Cyri fundatoris Monarchiæ Persarum, quo tempore iacta sunt templi fundamenta: sed paulò post tempore Cambysis eius filii fuit intermissum opus vsque ad imperium Darij Hystaspis, quo imperante prophetauit Zacharias ille minorum Prophetarum vndecimus, vt fusè disputauimus in nostris super eum Prophetam commentariis. Si igitur Superiores annos in summam redigas, facilè reperies, si Vrias, & Zacharias, qui hoc loco nominantur, sunt illi, quos putat R. Salomon, non potuisse illos ab Esaia pro testibus adhiberi, cum illos Esaias tanto spatio anteiuerit, atque adeo vniuersam R. Salomonis interpretationis fabricam facilè corruere. Nec verò possunt Hebræi eò confugere, vt dicant Zachariam istū non fuisse illum, qui est vndecimus Prophetarum minorum, sed Zachariam filium Ioiadæ, de quo agitur 4. lib. Reg. & quem nos initio commentariorum in Zachariam probauimus fuisse illum, de quo Christus differit Matthęi vigesimo tertio: quoniam is etiam Zacharias non potuit in testem produci ab Esaia, cum is Esaiam per centum, & amplius annos præcesserit, quod ita intelliges. Post Ioas, qui eum Zachariam interfecit inter templum, & altare, regnauit Amasias filius eius viginti nouem annis. 4. Reg. 14. cui successit Ozias, qui quinquaginta duobus annis principatū tenuit. 4. Regū 16. Post quem regnauit Ioathan sexdecim annis. 3. Reg. 16. cui successit Achaz, cuius anno quarto hoc accidit vaticinium, qui anni in summam collecti centum, & eo amplius conficiunt.

Quo tempore cæpta fuerit Babylonica illa 70. anorum captiuitas.

Zach. minorū prophetarum II. prophetauit tempore Darii Hystaspis.

Quisnam fuerit Zach. ille occisus inter templum, & altare Matt. 23. & quo tempore vixerit.

Qui ex nostris cum Iudęis consentiūt, aliò deflexere: aiunt enim Vriā, de quo hic agitur, non fuisse illum, qui vixit tempore Ioacim, cuius fit mentio Hierem. 26. sed alium qui fuit tempore Regis Achaz, vt refertur 4. Reg. 16. vbi ita legimus: *Perrexit Rex Achaz in occursum Thelgathphalasar Regi Assyriorum in Damascum. Cūque vidisset altare Damasci, misit Rex Achaz ad Vriam Sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias Sacerdos altare iuxta omnia, quæ præceperat Rex Achaz de Damasco.* Deinde similiter adiiciunt Zachariam filium Bararchiæ, qui etiam testis inducitur, neque fuisse illū filium Ioiadæ tempore Regis Ioas, neq; illum, qui in duodecim Prophetis minoribus vndecimus est; sed alium quendā ita appellatum, qui Regis Achaz tempore floruerit. Verùm hæc quoque responsio facillimè conuellitur: etenim quod attinet ad Vriam illum, qui vixit tempore Regis Achaz, cum is fuerit idololatra, atque in cultu idolorū Regis ipsius Achaz impiissimi imitator, ut patet ex iis, quæ paulò ante ex 4. lib. Reg. citauimus, quod vel ipsi aduersarii non inficiantur, nullo pacto est credibile Esaiā illum pro teste adhibuisse, eo potissimū, quòd duo isti testes, qui inducti sunt ab Esaia, appellantur fideles: *Et adhibui, inquit, mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ.* Etenim huiusmodi fidelitas, quidquid dicat D. Thomas, & alij, non solùm ad officii dignitatem, id est, sacerdotium, sed etiam et maximè ad vitæ ipsius benè institutam rationem referenda est: alioqui quomodò vir idololatra, & acerrimus idolorum propugnator testis Diuinorum vaticiniorum fidelis censeri potest, quibus Diuina auctoritas confirmatur, cum ipse pro falsorum Deorum cultu, & veneratione certaret, atque adeo veri Dei existimationem minimè curaret; quin potiùs ad eā eleuandam, ac deprimendā testimonio suo abuteretur, vt meritò ei fides haberi ab Esaia minimè debuisset? Quare nullo pacto est credibile Esaiam adhibuisse in testem eiusmodi Vriam idolorum cultorem, atq; adeo veri Dei hostem infestissimum. Quod verò ad tertium illum Zachariam spectat, quem absque vllo fundamento confingunt, eadem facilitate

Catholicorū sententia.

4. Reg. 16. 10.

Vrias qui vixit tempore Achaz, fuit idololatra.

D. Thom.

Non potuit adhiberi in testem ab Esaia.

reiicitur

reiicitur, qua astruitur, cum id nullo vel Scripturæ, vel probati auctoris testimonio comprobetur.

6 Reuincitur vltimò hæc de filio Esaiæ expositio.

Denique ad totam hanc de Esaiæ filio expositionem omnino reuincendam illud satis esse deberet, quòd de infante, de quo agitur, eo loco expressè dicitur illo adhuc infantulo, videlicet antequã sciret vocare patrem, & matrem, Syriæ, & Samariæ vastitatem euenturam fuisse, vt patet ex illis verbis: *Auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ.* At huiusmodi vastitas non potuit contingere infantulo adhuc filio Esaiæ, siquidem ea calamitas accidit sexto anno Regni Ezechiæ, quo tempore necesse fuit filium Esaiæ habuisse iam septemdecim, aut octodecim annos, cum conceptus esset quarto anno Regni Achaz, a quo anno vsque ad sextum Ezechiæ, qui ei successit, fluxerunt octodecim anni: nam Achaz, vt paulò ante diximus, sexdecim annis regnauit. Cum igitur eo tẽpore filius Esaiæ iam minimum compleret octodecim annos, profectò non accidit eo infantulo ea Syriæ, Samariæque calamitas, quemadmodum dixit hoc loco Esaias, atque adeo nullo modo ad eum potest vaticinium referri, quantuncunque ad libitũ duo illi testes siue ab Hebræis, siue à nostris confingantur. Omitto etiam illud, quòd sine fundamento vxorem Esaiæ Prophetissam faciunt: siquidem illa verba, *Et accessi ad Prophetissam*, sic accipiunt, vt Esaias ad vxorẽ suã accessisse dicatur.

Syriæ, & Samariæ vastitas quo tempore acciderit.

7 Statuitur sermonem esse ad literã de Christo. D. Irenæus. Euseb. Cæsar. D. Epiphan. Tertullian. D. Chrysost.

Illud igitur pro certo statuendũ hoc loco Esaiæ sermonem esse ad literam de Christo, deq; eius conceptu, & ortu ex Virgine, absque vlla vel minima eius integritatis iactura. Ita docent D. Iren. lib. 3. contra Hæreses cap. 18. Euseb. Cæsar. lib. 7. demonst. Euang. in secundo testimonio ex Esaia, D. Epiphan. lib. 3. contra Hæreses hæresi 78. contra Antidicomarianitas, & hæresi 79. contra Collyridianos, Tertull. multis in locis tractans verba illa, *Antequam sciat puer vocare patrem & matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ*, veluti lib. aduersus Iudæos cap. 9. & lib. de resurrectione carnis c. 20. & lib. 3. contra marcionem capite 12. & 13. & lib. 5. cap. 18. D. Chrysost. hom. 1. in cap. 1. Ioan. & hom. 5. in 1. cap. Matthæi, D. Ambros. in Psal. 118. ad illa verba *Exultaui in verbis tuis*: D. Hieron. Proclus, Cyrill. Alex. in comment. super Esaiam, D. Greg. Nazianz. in sanctũ Pascha: & est communis Patrum, Doctorumque sententia. Confirmaturque efficaci ratione, quoniam nulli alteri, præterquam Messiæ, potest nomen illud attribui, quod infanti imponi præcipitur: *Voca*, inquit, *nomen eius, Accelera spolia dextrahere, festina prædari.* Cuius argumentis vis magis apparet ex translatione Septuag. interpretum, qui pro eo, quod nos habemus, *Antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ*, ita transtulerunt: *Antequã sciat puer vocare patrem, & matrem, accipiet fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ.* Ex qua translatione licet colligere verbum illud, *Auferetur*, quod ex Hebræo transtulit D. Hieron. ad ipsummet infantem pertinere, vt sit sensus: Antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, auferetur, nimirum ab eodem infante, fortitudo Damasci, & spolia Samariæ. At quis alius vnquam infans præter Messiam, dũ adhuc nesciret patrem, ac matrem suis nominibus appellare, hoc est, dum infãs esset, accepit, aut accipere potuit fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ? Sanè nũquam alium poterunt Iudæi ostẽdere nisi vnum Messiam, quem in ipsa infantia Damascum, Samariamque spoliasse inferiùs demonstrabimus.

D. Ambros. Psal. 118. D. Hieron. Proclus. Cyrill. Alex. D. Greg. Naz.

Nomen illud Accelera &c. nulli præterquam Messiæ attribui potest. Septuag.

8

Hoc igitur constituto sermonem esse de Messia aggrediemur iam explicare purissimum conceptũ, partumque sanctissimę Deiparę. Aduerte igitur pro eo, quod nos habemus, *Adhibui mihi testes fideles*, Septuag. trãstulisse, *Testes mihi facfideles*, vt non Esaias, sed Deus ipse loquatur: *Dixit*, inquit, *Dominus ad me: Testes mihi fac fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ*: ita q; testes istos non Esaię, sed Domino ipsi adhiberi: eodemque sensu accipiendam esse vulgatam editionem, vt nimirum verba illa, *Adhibui mihi testes fideles*, non Esaiæ, sed Dei ipsius verba sint, qui eiusmodi testes sibi adhibuerit. Sed etiam hinc oritur grauissima controuersia, quinam eiusmodi testes fuerint?

Septuag.

Qui nam eiusmodi testes fuerint.

ri
ut? Prima expositio est Cyrilli Alexan. in Comment. super Esai. aientis, quo tẽpore ab Esaia hoc editum fuit vaticiniũ, fuisse quendam Vriam Prophetã, & Zachariam legis doctorem. Verùm mistagogycè poni hoc loco Vriam pro omnibus Propheris, & Zachariam pro omnibus legis Doctoribus: sensumque esse vniuersos Prophetas, totãq; legem veterem mysteria legis gratiæ, & ea omnia, quæ ad Regem Messiam pertinent, confirmasse, quippe cum Messias fuerit totius legis, & Prophetarum omniũ finis: eodemq; mysterio in transfiguratione Domini Moysem, & Heliam apparuisse cum illo colloquentes de excessu, quem completurus erat in Hierusalẽ: per Moysem namq; legem, per Heliam verò Sacerdotium, siue Prophetiã esse accipiendam, quòd lex nimirum, & prophetiæ omnes ad Christum spectarent. Atque hæc quidem Cyrillus, qui tamen si existimat, cum Esaias hoc edebat vaticinium, vixisse aliquem Zachariam, qui Prophetã fuerit, non rectè videtur sentire, cum nullum similem Zachariam eo tẽpore extitisse legamus in sacris literis. Etenim Zacharias filius Ioiadæ, qui floruit tempore Regis Ioaz, præcessit ipsum Esaiam multo tempore, & Zacharias vndecimus Propherarum minorum fuit posterior Esaia plusquam ducentis annis: siquem verò alium Zachariã ipse confingit, necesse habuit id vel ex sacris literis, vel ex veterum annalibus confirmare. Vriam quidem rectè dicit tempore Esaiæ extitisse; sed cum nos superiùs idololatram fuisse ostendimus, atq; adeo non potuisse fidelem testem appellari, nec idoneum, qui ad Diuina vaticinia attestãda adhiberetur. Illud prẽterea, quod Cyrillus adiungit, nomine duorum istorum testium omnes Prophetas, vniuersamq; legem intelligi, quod etiam affirmat Eusebius loco citato, mysticum planè est: cum enim duo isti testes suis propriis nominibus appellentur, haud dubiè duos aliquos viros ita nominatos debemus accipere, qui testes eius vaticinij adhibeantur.

Prima sententia Cyrilli Alex.

Cyrilli sententia refellitur.

9 Secunda D. Hieronymi.

Secunda est D. Hieronymi per *Vriam* accipientis Vriam illum, qui vixit tempore Regis Achaz, cui Rex præcepit, vt altare iuxta altaris Damasci similitudinem Hierosolymis extrueret; per Zachariam verò quendam Zachariam, *De quo*, inquit, *dierum narrat liber, quod Ezechias filius Achaz quæsierit Dominum in diebus Zachariæ eruditi in timore Dei.* In qua quidẽ expositione illud maximè displicet, quòd affirmet Vriam esse illum, qui vixit tempore Regis Achaz, cultorq; fuit idolorũ: imperare enim mihi non possum, vt credam virum idololatram in testem tã præclari vaticinij adductum fuisse, vt superiùs fusiùs diximus.

Tertia est aliorum, qui ad nominum etymologiam recurrũt, vt videlicet hoc loco Vrias, & Zacharias non pro aliquibus certis hominibus ponantur; sed secundùm nominum etymologiam, qua Vrias idem est, atque illustratus à Domino, & Zacharias idem, quod memor Domini: significentq; omnes Prophetas, Doctoresq; qui à Domino illustrantur, sacramq; Scripturam memoria retinẽt, & assiduè meditantur, fore venturis temporibus veritatis huius vaticinij testes locupletissimos, cum viderent suo tempore impletum, quod Esaias tanto ante prædixerat: quam expositionem affert quoque Euseb. lib. 7. Demonst. Euang. nec ab ea multùm abhorret D. Hieron. Etenim postquam illam de Vria, & Zacharia paulò ante commemoratam expositionem attulisset, subiunxit: *Vrias interpretatur lux Domini, Zacharias memoria Domini, & Barachias benedictio Domini: quibus testibus Christi natiuitas comprobatur.* Sed mihi sanè vt ingenuè fatear, hæc interpretandi ratio, quæ nominum etymologiis nititur in exponendis potissimùm Prophetarum vaticiniis, semper parum firma visa est, nisi vt interdum accidit, manifestè ex ipso contextu eliciatur.

10 Tertia aliorũ.

Euseb. D. Hieron.

Quare his omnibus reiectis sententiis arbitramur per *Vriam* hoc loco accipiendum esse illum Vriam filiũ Semei, qui vixit tempore Regis Ioacim filij Iosiæ, cuius fit mentio Hierem. 26. cum enim Prophetam fuisse perspicuum est ex eo loco Hieremiæ, vbi dicitur aduersùs ciuitatem Hierosolymam, & aduersùs terram Palæstinæ prophetasse iuxta

11 Sententia autoris.

omnia

omnia verba Hieremiæ: per *Zachariam* verò *filium Barachiæ* illum intelligendũ, qui vndecimus est Prophetarum minorum. At inquies: Quomodo duo isti viri potuerant adduci testes ab Esaia, cum à quarto anno regni Achaz, quo anno Esaias, vt supra diximus, hoc edebat vaticinium, vsque ad Vriam filium Semei plusquam centum anni, & vsque ad Zachariam vndecimum Prophetarum minorum plusquam ducenti anni transierint? Respondemus duos istos testes nõ adduci ab Esaia, sed ab ipso Deo, vt superiùs ostendimus: & sicut accessus ad Prophetissam non fuit corporalis, sed spiritualis, vt patebit ex sequentibus; ita quoque adductionem testium non corporalem, sed spiritualem esse, non quòd non essent futuri veri testes duo illi, qui hoc loco nominantur: sed quoniam eorum exhibitio, cum hæc Esaias scribebat, non re ipsa, sed spiritu tãtùm, & promissione fiebat. Futurũ enim erat, vt Zacharias post captiuitatem Babylonicam illustrissima ederet de Rege Messia vaticinia, quibus eius aduentum in mansuetudine explicaret, cum diceret cap. 9. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi iustus saluator, & ipse pauper*: sed qui tamen in ea paupertate opima spolia gentibus detraheret, vt habes ab eodem magnificis verbis illo ipso capite prænuntiatum. Futurum quoque erat, vt Vriæ illius, cuius fit mentio Hierem. 26. vaticinium de euersione vrbis, ac templi, & postrema hac captiuitate, quam modò Hebræi patiuntur, tandem impleretur, idque pro supplicio infligeretur populo Hebræo, quòd eundem Messiam actum in crucem per summam impietatem occidisset. Quibus duobus vaticiniis futuro tempore adimplendis præsens Esaiæ vaticinium de Messiæ conceptu, atque ortu ex Virgine confirmabatur: atque adeò meritò iam tunc duo illi Prophetæ Vrias, & Zacharias tanquam locupletissimi testes promittebantur, qui futuris deinceps temporibus rem eandem Esaiæ promissam suorum vaticiniorum impletione testarentur. Hanc expositionem affert Lyran. in comment. huius loci, Galatinus lib. 7. Arcan. catholicæ veritatis cap. 16. imo & Ionathas Paraphrastes Chald. cũ in suo Targo ita transtulit: *Contestare coràm me testibus fidelibus maledictiones, quas dixi, vt inducerem in diebus Vriæ Sacerdotis, Ecce venerunt: & etiam omnes consolationes, quas dixi in prophetia Zachariæ filij Barachiæ, ego adducturus sum*: vbi cernis Paraphastem Chaldaicum per *Vriam* Sacerdotem illum eũdẽ intelligere, qui Hierem. 26. dicitur vastitatem vrbis, populiq; captiuitatẽ prædixisse, quam nomine *maledictionis* Chaldaicus explicauit: per *Zachariam* verò intellexisse Zachariam vndecimum Prophetarum minorum, qui lætissima scripsit de Messiæ aduentu, & victoriis vaticinia, quæ Paraphrastes *Consolationes* appellat.

Paraphrast.

Adductio testium non corporalis, sed spiritualis.

Zach. 9, 9.

Lyran. Galatin.

Cum igitur liquidò constet duos illos testes, qui adducuntur, nondum eo tempore natos fuisse, perspicuum relinquitur eos non fuisse eo tempore adductos, quo hæc ab Esaia scribebantur, sed adducendos ab ipso Deo suo tempore promitti: atque adeò neque Prophetissam, quæ concepit, & peperit, illo quoq; tempore extitisse: sed promitti multo post tempore futuram, conceptúramq; infantem illum, de quo in eo vaticinio differitur: & quod est consequens, nec vxorem Esaiæ fuisse illam Prophetissam: sed sanctissimam Virginem ex Spiritu sancto conceptúram, parituramq; eiusmodi infantem.

12

Prophetissa, quæ concepit & peperit non fuit vxor Esaiæ, sed B. Virgo.

Pro cuius rei illustriore cognitione sciendum est verba illa, *Accessi ad Prophetissam*, variè exponi: & quidem D. Hier. ait per Prophetissam hoc loco Spiritũ sanctum esse accipiendum, qui sermone Hebraico vocatur Ruach רוח genere fœminino, ad quem Spiritum sanctum Esaias accesserit disponendo nimirum se, vt ab Spiritu sancto prophetiæ spiritu illustraretur, iuxta illud Psal. 33. *Accedite ad Dominum, & illuminamini*. Verùm non explicat Hieronymus, sed nec aptè explicare potest, quomodò Spiritus sanctus Christum cõceperit, & pepererit: quod necesse tamen fuit ostendere, siquidem de Prophetissa illa dicitur, *Et concepit, & peperit filium*. Quare hæc Hieronymi interpretatio (venia dicam sapientissimi

D. Hieron.

Psal. 33. 6.

Patris

Patris) videtur omnino impossibilis, nisi, *Concepit, & peperit*, pro facere concipere, & parere accipiat, quod alienum tamen est à contextu, vbi ipsamet Prophetissa post eum accessum, cuius sit mētio, dicitur concepisse, & peperisse filiū. Omitto illud, quòd insolens omnino est Spiritum sanctum appellari Prophetissam. Hac igitur præterm ssa sententia, positoq; ex communi Patrum doctrina, quos superiùs retulimus, & paulò post etiam citabimus, hanc Prophetissam esse beatissimam Virginem, duplicitèr potest verè, ac propriè hic locus intelligi: vno modo, vt verbum illud, *Accessi*, ad ipsum Esaiam referatur, qui dicatur accessisse ad B. Virginem per spiritualem quendam accessum, Diuinam scilicet reuelationem, & sublimem quandam tantæ fœminæ contemplationem, & per spiritum interfuisse conceptui eius, ac partui multo post tempore ex Spiritus sancti virtute obumbratione futuri. *Accessi*, inquit, *ad Prophetissam*, mente scilicet, ac spiritu eam contemplatus, vidiquè per spiritum, ac reuelationem Virginem quandam concepisse, peperisseq; filium absque vllo integritatis suę præiudicio, qui infantulus, dū adhuc loqui nesciret, neque patrem, aut matrem suis nominibus appellare, iam tunc Damasci, ac Samariæ spolia detrahebat. Ita hunc locū intellexere Dionys. Carthus. Hugo Cardin. & alij: videtur accedere D. Epiph. lib. 3 contra Hæreses, cap. contra Collyridianos. Altero, vt verbum, *Accessi*, non ad Esaiam, sed ad Spiritum sanctum pertineat, quę expositio & germanior est, & communior, ac reliquis omnibus præferanda. Germanior quidem, quoniam cū verba præcedentia, *Adhibui mihi testes* Dei ipsius sint, vt superiùs ex Septuaginta interpretum translatione probauimus, ex quibus ostēdimus illud, *Mihi*, ad Deū ipsum spectare, consequens quoque est, vt verba sequentia, *Et accessi ad Prophetissā*, quæ continuata serie ponuntur, ad ipsū quoque Deum pertineant, atque adeò Deus ipse sit, qui toto hoc vaticinio in persona sua loquatur. Quod verò sit cōmunior, inde apparet, quòd eam plerique omnes Patres communi consensu affe-

Duplicitèr explicatur illud Accessi.

Accessus pro reuelatione.

Dion. Carthu. Hugo Card. S. Epiphan.

Expositio germanior & præferenda.

runt, veluti Euseb. Cęsar. lib. 7. Demonstrationis Euangelicæ in secundo testimonio ex Esaia. *Cum quo*, inquit, *oriretur, vnde nam esset conceptura, quæ virum ex se ita nō esset? Ipsum hoc, ac quo quæritur, nunc oraculum docet: Et accessi, inquit, ad Prophetissam, & in vtero accepit, & peperit filium. Est autem intelligendum de Spiritu sancto, à quo afflatus Propheta diuinabat: ipse enim Spiritus sanctus se accessisse ad Prophetissam fatetur, quod quidem ipsū planè completum est in Christi ortu, quo tempore missus est Angelus Gabriel ad Virginē, dixitq; ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Et Cyrillus Alexā. lib. 1. in Esaiam cap. 8. *Quod*, inquit, *non ex sanguine & carne, neque ex voluntate viri Christi natiuitas secundùm carnem peracta fuerit, sed insolita, & vltra leges humanæ naturæ extiterit, Deus Prophetæ reuelauit. Etenim ipse inquit, qui dicit, Cape tibi librum nouum magnum, accessit ad Prophetissam: illud enim sanctissimū corpus ex Spiritu sancto & supernis verbo formatū esse, cui dubium esse poterit? Quocirca Spiritus sancti virtus, ac vis, per quam illud corpus in sanctissima virgine formatum est, hoc congressus habitu, ac figura obliquè significatur.* Quod de nicq;, vt cœteros omittā, habet Procopius in Esaiā: *Ait*, inquit, *Dominus, quod ipse superueniet Prophetissæ, & sic vocat Prophetissam matrē Christi, quod Spiritus sancti particeps sit futura iuxta illud Lucæ 1. Spiritus sanctus superueniet in te.* Cum igitur de communi Patrum sententia illa sit huius loci vera, germanaq; interpretatio, Spiritum sanctū accessisse ad Virginem, ex eoq; accessu illam concepisse, peperisseq; infantem: planum efficitur ex hoc vaticinio perspicuè probari intemeratā virginitatem sanctissimæ Deiparæ, quippe quæ non ex viri congressu, sed ex purissimo, & sanctissimo Spiritus sancti in eam supernenientis, & obumbrantis accessu conceperit: idē enim est accessisse Deū ad Prophetissam, atque Spiritum sanctū in Virginem superuenisse, & virtutem altissimi ei obumbrasse, vt Angelus Gabriel, cum dixit: *Spiritus sanctus superueniet in te* ad hunc ipsum locum Esaię respexisse videatur. Porro Virginem optimo iure appellatam fuisse Prophetissam ex eo apparet, quòd in suo illo cantico præclarissimum edidit vaticinium, cum di-

Euseb. Cæs.

Luc. 1. 35.

Cyril. Alex.

Spiritus sancti descensus in Virginem.

Procopius.

D. Virgo verè prophetissa.

B. Virgo verè Prophetissa, Cyrill. Alex. D. Basil. D. Epiphan. Euseb. Cæsar. Greg. Naz. D. Ioan. Dam.

xit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: quod cumulatissimè impletũ cernimus. Ita docent Cyrill. Alex. & D. Basil. in hũc locũ Esaiæ D. Epiphan. hæresi 78. Euseb. Cæsar. Greg. Naz. & alii, quos superiori sectione citauimus. Quin & D. Ioan. Damasc. oratione 2. de B. Mariç dormitione librũ ipsũ nouũ, quẽ Propheta iubetur accipere, ad virginitatem Deiparç pertinere arbitratur: *Vbi*, inquit, *nouus liber, quo inenarrabili modo Deus Verbum citra omnem manus operam inscriptus est?* Atq; hæc de vera, ac germana huius vaticinij expositione vniuersè dicta sint: nunc vt eadem illustriora reddantur, erit operæ pretium nonnulla, quæ maiorem lucem desiderant, magis explanare.

Eadem liber nouus.

Cur librũ grandem sumere iubeatur Esaias, vt in eo pauca quędã verba conscribat.

I

SECTIO XVIII.



IN superiori vaticinio in primis mysterij plenissimũ est illud, quod Dominus præcipit Esaiæ: *Sume tibi librũ grandẽ, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, cito prædare*: quid enim causæ fuit, cur librum grãdem iuberetur accipere ad tã pauca verba conscribenda? Quocirca vt res fiat illustrior, explicare primùm oportet contextũ. Igr 70. transtulerũt: *Et dixit Dominus ad me. Sume tibi τόμον καινὸν μέγαν*, id est, *tomum*, seu *librum nouum magnũ, & scribe in eo stylo hominis, vt velociter deprædationem faciat spoliorũ, adest enim*: pro libro Hebraicè est gilaiõ, quod nomẽ volumẽ significat à radice galal, i. voluere, inuoluere, circumire, quod solerent veteres membranas, in quibus scribebant, cõplicare. Alii tamen volũt deduci potiùs à radice gala, quæ inter alia significat discoopere, & reuelare: ita enim plerique apud Pagninum in suo Hebraico dictionario deducunt; tum verò significat librũ, qui deberet omnibus ad legẽdũ publicè proponi, vt in eo, quæ abscondita, & incognita essent, reuelarentur, eũq; librũ fuisse huiusmodi videtur sẽsisse Paraphrast. Chald. cũ transtulit, *Sume tibi tabulã grandẽ*, deducẽs scilicet idẽ nomẽ à radice gala: itaq; significari librũ aliquẽ explicatũ, & publicè propositũ instar tabulæ, quod videlicet in eo paterent omnibus, quç inscripta erant, & manifesta, perspicuaq; essent vniuersis, eã enim vim habet vox gilaiõ, si ab ea radice deducatur: vnde in numero multitudinis *specula* significat propter claritatẽ, & manifestã notitiã. Verũ siue ab vna radice, siue ab altera deducatur, probabilius videtur huiusmodi librũ debuisse proponi omnibus euolutũ, & explicatum. 70. transtulerũt τομον καινὸν μέγαν, id est, *tomũ nouũ grandẽ*: licet autẽ *tomus* ex vi verbi significet partẽ libri, quã sectionẽ appellamus; tamen hoc loco pro integro libro, & volumine vsurpatur: itaq; liber hic fuit non solũ magnus, sed etiam nouus, vt addidere 70. D. Hieron. per librũ istũ intelligit hoc ipsũ volumen Esaiæ, quod in Bibliis circumfertur: *Dixit*, inquit, *Dominus ad Prophetam, vt nequaquã in populos proferat nouæ natiuitatis arcanũ, sed scribat eã in isto grãdi volumine, quod modò legimus*. Cæterũ probabilius videtur non hoc volumen Esaiæ, in quo omnia eius vaticinia cõtinẽtur, nomine huius libri accipiendũ esse, sed peculiarẽ quẽdã librũ, in quo illa tãtũ verba cõscriberet, quç reliquis vaticinijs postea adiũgeret.

Septuag. Explicatur Esaiæ contextus.

Sanct. pagn.

paraphrast.

Septuag.

D. Hieron. Nomine libri quod volumẽ accipiendum.

2

Secundò. Expositionẽ desiderat illud, quod sequitur: *Et scribe in eo stylo hominis*. D. Hieron. stylũ hominis interpretatur, stylũ, quo homines scribere consueuerunt: *Præcipit*, inquit, *Dominus Prophetæ, vt humanis verbis, & stylo, quo homines scribere consueuerunt, Dei sacramẽta cõprehendat*. Id quod magis explicauit Lyran. præcipi nimirũ Prophetæ, vt ea verba stylo hominis cõscribat, i. clarè, & planè, vt ea quilibet homo etiã parũ doctus possit legere, & intelligere: cui cõcinit Paraphrast. Chald. cum transtulit: *Sume tibi tabulam grandem, & scribe in ea scripturam claram*. Itaque illud Prophetæ præcipitur, vt verba illa dictionibus claris, notisque characteribus, & vocibus, & vt quidam arbitrantur, literis etiã maiusculis in tabulla illa grandi, seu volumine conscriberet, vt & facilè, & à longè ab omnibus etiam imperitis legi, & intelligi possent.

D. Hieron.

Stylus hominis, quid hic. Lyran.

Paraphrast.

3

Tertiò. Quidnam in eo libro grandi scribendum esset ab Esaia, mox verbis sequẽtibus explicatur: *Scribe*, inquit, *in eo stylo hominis, Velociter spolia detrahe, cito prædare.* Hebraicè est, לְמַהֵר שָׁלָל, חָשׁ בַּז hoc est, si verbũ verbo reddas: *Ad festinandum spolium accelerauit prædam.* Non desunt autem, qui arbitrentur in volumine illo sola illa duo vltima verba monosyllaba, חָשׁ בַּז, id est, *Accelerauit prædam*, conscribenda fuisse: itaque transferunt: *Scribe super ipsum stylo hominis de acceleranda spoliatione: Accelerauit prædam*, seu *festinata direptio*, vt videlicet verba illa præcedentia, *Ad festinandum spolium*, seu vt nos habemus, *Velociter spolia detrahe*, nõ scribenda fuerint in libro, sed contineãr tantùm materiam, & argumentum scriptũ, dequo agunt duo postrema verba, quæ erant conscribenda. Cæterùm nostra editio vulgata magis sonat omnia illa verba fuisse conscribenda, *Velociter spolia detrahe, cito prædare*: potestq; cõfirmari ex eo, quod statim de nascituri infantis nomine dicitur: *Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere, festina prædari*: ex quibus videtur non obscurè colligi in libro illo grandi conscribendum mandari nõmen nascituri infantis, quod integra illa sententia explicatur, vt liber nihil aliud cõtineret, quàm infantis nomen. Cũ igitur eiusmodi nomen sit totum illud, *Accelera, spolia detrahe, festina prædari*: verisimile est integram in libro fuisse cõscriptam: idq; videtur etiam Ionathas in sua paraphrasi intellexisse, cum ita transtulit: *Scribe in tabula scripturam claram, Festina ad prædandum prædam, & auferendum spolium.*

Quidnam scribendum ab Esai. in volumine.

Paraphrast.

4

His ita explicatis sit prima obseruatio, mandari Esaiæ, vt sumat librum grãdem, in eoq; pauca illa verba cõscribat, imo iuxta aliquorum sentẽtiam, duas tãtùm voces monosyllabas, vti diximus: quoniam in illis paucis verbis quasi per compendium magna cõtinebantur mysteria, quæ postea explicatiùs toto illo libro, ac volumine tradẽda erãt, atq; adeo necesse fuit, vt liber, volumenq; magnũ esset, quod posset omnia illa aptè cõplecti. Quid nãq; breuius, & concisius, quã illud, quod in libro scribi iubetur, *Velociter spolia detrahe, citò prædare?* At si idem explicetur, & pro dignitate tradatur, nihil fusiùs, nihil vberiùs fingi potest: siquidẽ paucis illis verbis Messiæ Regis aduentus, bella, victoriæ, triumphi, totiusq; eius principatus, & imperii felicitas, ac per orbem vniuersum propagatio continetur. Hoc eodem sensu Esaias cap. 10. legem nouam abbreuiationem appellauit, quoniam per compendium quidem paucis verbis traditur: sed eius tamẽ explicatio infinitos libros, ac volumina requirit: *Cõsummationẽ*, inquit, *& abbreuiationẽ Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ*, seu vt habent Septuag. *Verbum abbreuiatum Dominator Dominus exercituum faciet in orbe terræ vniuerso.* Nam quòd eo loco per *cõsummationem, & abbreuiationem*, seu *verbum abbreuiatum* lex noua intelligenda sit, quæ paucis verbis, & præceptis cõplectitur vniuersa, quæ in lege veteri sub multiplici figurarum, cœremoniarum, sacrificiorum, præceptorumq; multitudine tradebantur, atq; adeo sit quoddam veluti legis veteris compendiũ, docet D. Hieron. in cõmẽt. super Esaiã: *Abbreuiatus*, inquit, *& perfectus sermo Euãgelicus est, qui pro cunctis lacinioſæ legis cœremoniis dedit præceptũ grauissimum, & breuissimum dilectionis, & fidei: vnde Dominus in Euangelio Matth. 22. ait: In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Quod Hieron. videtur accepisse à Tertull. lib. 4. aduersus Marcion. vbi eundẽ locum expendens sic ait. *Decisum sermonẽ faciet Dominus, vel verbum abbreuiatum, id est Euangelium: compendiatum est enim nouum testamentum, & legis lacinioſis oneribus expeditum.* Id quod egregiè exponit D. Thom. in c. 9. Epist. ad Rom. vbi is locus Esaiæ citatur à Paulo: docet namque verbum Euãgelii esse abbreuians verba legis, quia omnia legalia sacrificia vno Eucharistiæ sacrificio comprehendit, omniaq; præcepta moralia in duobus præceptis charitatis includit iuxta illud Mat. 22. *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* Addit verò D. Thom. posse quoq; per *verbum abbreuiatum* Verbum in assumpta humanitate intelligi.

Esai. 10. 23. Lex noua abbreuiatio, & consummatio cur appelletur ab Esaia.

Septuag.

D. Hieron.

Lex noua veteris cõpẽdiũ. Matth. 22. 40.

Tertull.

D. Thom.

Legalia sacrificia comprehẽdit Eucharistia.

5

Ex superioribus igitur manifestũ relinquitur optimo iure præcipi Esaiæ, vt sumat librum grandem ad pauca illa verba conscribendu: quoniam ea mysteria,

quæ

quę per compendium in illis verbis tradebantur, erant post ea fusiùs explicanda in nouo instrumento, quod in illo grandi volumine adumbratum fuisse docent multi Patres. Quanuis enim volumen illud magnum esset, si cum paucis illis verbis conferretur: tamen breue admodùm, exiguumque censeri debet, si ad mysteria ipsa referatur, quæ tanta sũt, vt si explicatè tradi debeant, non vnum tantùm, sed infinita voluminare quirant, atque adeo licet liber ille grandis nouũ testamentum expresserit, adhuc tamen lex noua compendium appellari potest non solùm comparatione legis veteris, sed etiam ratione eorundem mysteriorũ quæ proponit, quæ multò adhuc longius, maiusque volumen desiderant ob eorum magnitudinẽ, & maiestatẽ. Quis enim vel incarnationis Diuini Verbi præstantiam, vel Eucharistię sublimitatem, vel Diuinæ gratiæ splendorem possit pro dignitate etiam longissima oratione complecti? Quę porro vis dicendi poterit vnquam ad Ecclesiæ breuissimo tempore amplitudinem, amplificationẽ fidei, Gentiumq; conuersionem explicãdã pertingere? Et tamen hęc omnia paucissimis, iisq; simplicissimis verbis in nouo instrumenti volumine traduntur. Iã verò si de ipsa Euangelica doctrina dissertamus, nihil sanè in speciem simplicius, nihil breuius traditur: si verò prematur, atque explicetur, nihil grauius, nihil grãdius dici, aut excogitari potest. Quod quia Ethnici, & insipientes non intelligunt, sumunt ex simplicitate, qua mysteria fidei traduntur, occasionẽ illa contemnendi, id quod in baptismo præcipuè expendit Tertull. lib. de baptismo aduersùs Quintillam fœminam. *Nihil adeo est*, inquit, *quod obduret mentes hominum, quàm simplicitas Diuinorum operum, quæ in actu videntur, & magnificentia, quæ in effectu repromittitur, vt hic quoque, quoniam tanta simplicitate, sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumptu homo in aquã demissus, & inter pauca verba tinctus, non multò, vel nihilo mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio æternitatis. Proh misera incredulitas, quæ denegas Deo proprietates suas simplicitatem, & potestatem. Quid ergo? nonne mirandum & lauacro diluã mortem? atqui eo magis credendum, si quia mirandum est, idcirco non creditur. Qualia enim decet esse opera Diuina, nisi super omnem admirationem? Nos quoque ipsi miramur. sed quia credimus. Cæterùm incredulitas miratur, non credit: miratur enim simplicia quasi vana, magnifica quasi impossibilia.* Hęc Tertull.

Mysteriorum legis nouæ magnitudo, & maiestas.

Doctrina Euãgelica in speciem simplex cum sit grauis & grandis.

Tertull.

Secunda obseruatio sit circa verbum illud, *nouum*, quod Septuag. addiderunt: *Sume*, inquiunt, *tomum nouum magnum*. Meritò quidem nouus liber sumi præcipitur, cum in eo noua quædam, & admiranda conscribenda essent, tum vt rerũ nouitati nouitas quoque libri responderet; tum vt ex libri nouitate intelligerẽt Hebræi veterem legem abolendam, nouamque aliam multò nobiliorem, perfectioremq; sanciendam, de qua nouitate multa sũt in Prophetis vaticinia. Primùm enim eam Dominus pollicetur per Esaiam cap. 43. quo testimonio ad idem confirmandum vtitur Tertull. lib. 4 cõtra Marcion. cap. 1. *Ne memineritis priorũ, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nũc orientur, vtique cognoscetis ea: ponã in deserto viã, & in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darẽ potũ populo meo, electo meo. Populũ istũ formaui mihi, laudẽ meam narrabit.* Quo loco est sermo ad literã de mysteriis legis gratiæ, quæ noua appellantur, & de cõuersione Gẽtiũ, quę tãquã vna ex præcipuis istis nouitatibus commemoratur: admirandum enim fuit, & nouum poni in deserto viam, & flumina in inuio, hoc est, in Gentilitate Euangelicæ doctrinę fluenta, laudarique Deum à barbaris, efferatisque gentibus, quæ idcirco bestiis agri, draconibus, & struthionibus comparantur, quemadmodum exponit D. Hieron. *Nequaquam*, inquit, *memineritis veterum, quoniam in Euangelio multò sũ maiora facturus, quorum comparatione præterita silere debeant: neque enim vnus fluuius, sine fons erumpet de petra, sed multa flumina, quæ non corpora, vt priùs, sed animas sitientes reficiant: & impleatur illud, quod supra legimus cap. 12. Bibẽt aquas de fontibus salua'oris tunc, quod vũquã factũ est, fiet, vt ões bestiæ, & dracones, & struthiones, qui in solitudine gentiũ morabantur, & idolotriæ sanguine, morũq; feritate bestiarum similes erant, glorificent me, atque collaudent.*

6

Nouus liber cur ab Esaia sumi præcipiatur.

Esai. 43. 18. Tertull.

Mysteria legis gratiæ, noua.

D. Hieron.

Esai. 12. 3.

7 Septuag.

Cyrill. Alex. Oratores ac poetę Gentiũ, sirenæ ac struthiones.

D. Hieron.

Voluptarii homines, sirenæ.

Ethnicorum sapientum ad fidem conuersio, res eximię nouitatis.

Cæterùm est aduertendum Septuag. interpretes pro draconibus sirenas trãstulisse: *Benedicent*, inquiunt, *mihi bestiæ agri, sirenes, & filiæ struthionum*: quod expendens Cyrillus Alexandr. lib. 4. in Esaiã ait per sirenas, & struthiones accipiendos esse Gentiũ Doctores, Oratores, ac Poetas, qui apud Ethnicos ornatè loquebantur, dictionemq; pulchrè expoliebant: ij enim ad fidem Christi conuersi multò suauiùs, & elegantiùs Diuinas laudes suis operibus decantarunt. *Sirenas*, inquit, *& filias struthionum dicit eos, qui apud Gentes ornatè loqui norant, & qui melodicũ quiddam, ac numerosum resonabant, cuiusmodi erant Græcorum superstitiones Doctorum, Poetæ, & Oratores*. D. Hieronym. etiam obseruat præter Theodotionem reliquos omnes interpretes loco *Draconum, Sirenas*, transtulisse; sed non Gentilitatis Philpsophos, vt Cyrillus, verùm homines voluptuarios, deliciisq; deditos *Sirenarum* nomine intelligit: *Sunt*, inquit, *sirenes animalia portentosa, quæ dulci carmine, atque mortifero nauigantes Scyllæis canibus lacerandos præcipitabãt, illudq; significant, quòd voluptati priùs, & luxuriæ dediti ad seruitutem Domini conuertantur*. Cęterùm siue per sirenas cũ Hieronymo homines luxui, & voluptati deditos, siue cum Cyrillo Gentium Philosophos, sapientesq; intelligamus, vtrunq; sanè eximię cuiusdam nouitatis fuit, atque potentiæ, vel eos, qui delicioscè viuebant, asperitatem crucis Christi, & carnis mortificationem, quæ in Euangelio comendatur, amplexatos fuisse: vel eos, qui apud Ethnicos sapientiæ nomine gloriabantur, & qui omnia ad naturalis rationis lumen exigenda arbitrabantur, nihilominus captiuantes intellectum in obsequium Christi crucis secundùm insipientium opinionem stultitiam, vt Paulus loquitur, quanquam Dei virtutem, & sapientiam, vt reuera est, magna omniũ admiratione suscepisse, atque ex draconibus, hoc est, fidei persecutoribus, imo & irrisoribus in sirenas euasisse, quæ suis elucubrationibus tanquam suauissimis vocibus eadem fidei mysteria, quæ antea irridebant, modulatè decantarent, & sicut antea noxiarũ sirenum instar alios ad certissimum salutis naufragium præcipites dabant; ita postea è contrario tãquã Diuinę quædã sirenes plurimos suo cantu ad salutis portũ pertraherẽt, vt videre licet in Dionys. Areop. Cypriano, Augustiuo, & alijs, quos anteà tanquã dracones sæuissimos, & immanissimos Ecclesia formidabat; nũc verò tanquam suauissimas, Diuinasq; sirenes mysteriorum fidei suauissimas cantatrices admiratur: atque huc spectat illud, quod ad cap. 5. huius operis diximus de quatuor animalibus ante Dei thronum citharas habentibus, & in illis Diuinas laudes suauissimè concinentibus.

Sacri doctores, sirenæ suauissimę.

8 Hierem. 4. 3.

Lex vetus abroganda prędicitur. Tertull.

De eadem nouitate loquitur Hieremias cap. 4: *Hæc dicit Dominus viro Iuda, & Hierusalem: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Hierusalem*: quo etiam testimonio vtitur loco citato Tertull. vt probet fuisse abrogandam legem veterem, nouamque aliam sanciendam, quanquam legit paulò aliter: *Nouate*, inquit, *vobis nouamen nouum*. Eleganti sanè similitudine explicauit Hieremias abrogationem legis veteris, & alterius pro illa sãciendæ nouitatem, cum *nouale* faciendum dixit. Est enim *nouale* terra, vt quidam volunt, de nouo culta, spinis, & sentibus plena, aut vt alii existimant, illa quæ aliquanto tempore à cultura cessauit, quæ de nouo proscinditur, vt nouum in illam semen iaciatur. Sic namque Hebræorum populus tandiu fructũ non ferebat, quin potiùs, spinis, sentibusque horrebat, qui propterea nouandus, hoc est, de nouo proscindendus prædicitur, vt nouam legis nouæ sementem accipiat. Accedit, quòd terra illa, quæ nouale primùm fit, solet priùs aratro proscindi, nec tamen statim seminatur; sed per annum, & eo amplius ita procissa relinquitur, vt postea de nouo aretur, semineturque: sic enim Deus Hebræorum populum per legem veterem, legalesque cœremonias tãquam terram hactenus incultam proscidit, noualeque fecit, vt ita paratior, aptiorque redderetur, vt suo tempore de nouo araretur, nouamque legis gratiæ sementem reciperet. Et quoniam in nouali solent spinæ, tribulique exoriri, in

Lex vetus ad nouam suscipiendam Iudęos reddebat aptiores.

eo

eo quoque Synagoga nouali iure optimo similis dicitur, quæ innumerabilem spinarum, hoc est, deprauatorum morũ segetem procreauit, & spinas quoque illas protulit, quæ caput Domini cruentarunt. Meritò igitur Hieremias legem veterem abrogandam, nouamque aliam fãciendam prænuntians nouandum dixit nouale, præcepitque terram de nouo proscindi, vt spinis legalibus auulsis noua legis nouæ sementis iaceretur, quæ est germana, & literalis huius loci expositio. Non est tamen contemnenda, moralis interpretatio, quam affert D. Hieron. in eam videlicet sententiam, vt dicatur priùs auellendas esse curas, solicitudinesque rerum temporalium, quæ in Euangelio spinæ appellantur, actum demum virtutum semina iacienda. *Præcipitur*, inquit, *viris Iuda, & Hierusalem, qui veram sectantur fidem, & habitant in Ecclesia, vt non seminent super spinas, quas Euangelicus sermo significat, quæ suffocant sementem Dei, sed priùs nouale faciant, & omnes suffodiant vepres, sentesque auferant, vt munda semina arua suscipiant.*

Cæremoniæ legales, spinę.

D. Hieron.

Temporaliũ rerum curæ, spinæ.

9 Carthus.

Alii locum etiam tropologicè exponentes, in quibus est Dionys. Carthus. illud significari putant non esse seminãda bona opera super spinas lethalium criminum, quoniam nihil ad promerendum conferunt; sed priùs spinas peccatorum esse per pœnitentiam auellẽdas: non quòd non sit consulendum homini etiam lethalibus criminibus implicito, vt bonis operibus incumbat; sed quoniã per huiusmodi opera nihil gratiæ consequitur, quippe quæ ad gloriam promerendam, consequendamque non pertinent, atque adeò perinde sit (quod attinet ad gratiam, gloriamque promerendam) hominem lethali aliquo scelere inquinatum bonis ex genere suo operibus distineri, atque frumentum super sentes, spinasque seminare, à quibus omnino obruendum, & suffocandum sit. Quare meritò Oseas cap. 10. exhortatur: *Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitiam*, hoc est, Innouate nouale cordis vestri auulsis per pœnitentiam omnium vitiorum spinis, ac sentibus, & tunc seminate in iustitia, id est, ad iustitiam metẽdam, atque colligendam. Si enim hac ratione sementem feceritis, haud dubiè metetis in ore misericordiæ, hoc est, vberrimos fructus colligetis, quibus vos Deus pro sua liberalitate, & misericordia cumulabit. Porro quod additur, *Tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitiam*, non est tacitè prætereundum: significatur enim tunc præcipuè futurum tempus innouandi cordiũ noualia, seminandique in iustitia, cũ Christus ipse aduenisset, atque adeò non esse tunc eam occasionem prætermittẽdam bene operandi, totisque viribus in omne genus probitatis incumbendi. Itaque tunc tempus felicissimum futurum, quo maximo cum fructu, & lucro Deus exquiri debeat, qui in assumpta humanitate doctor sit futurus iustitiæ, magisterquè huius spiritualis arationis, sementisque virtutum faciendę. Docebit enim, qua arte, & quibus potissimùm operib⁹ possimus amplissimos iustitiæ fructus colligere, Deumque maximè promereri.

In lethali crimine bene operantes semi nant super sentes.

Oseæ 10. 12.

Tempus requirendi Dominum, quod præcipue.

Tertia, & postrema obseruatio sit circa illa verba, *Et scribe in eo stylo hominis*: quibus iubetur Esaias pauca illa verba stylo claro, ac perspicuo, notisque characteribus, imo & grandioribus conscribere, vt ab omnibus etiam imperitis & legi, & intelligi possent. Cuius rei illud est mysterium, futurum scilicet, vt mysteria, quę in lege, & Prophetis sub obscuris figurarum, visionumque ænigmatis detrahebantur, quam ob causam vix à doctioribus intelligebantur, tandem adueniente Christo, cuius eo loco aduentus promittitur, ita perspicuè, & explicatè docerentur, vt etiam à rudibus, & imperitis percipi possent. Id quod cumulatissimè impletum cernimus, siquidem mysterium Trinitatis, Incarnationis, Eucharistię, & multa alia per se obscurissima, & altissima nũc à rudibus mulierculis, gentibusque omnino barbaris, à cognitione, atque peritia longè abhorrentibus & creduntur, & quantùm satis est, explicatè intelliguntur. Atque hoc etiam sensu præter alios accipiendum est illud Esaię hoc ipso cap. *Liga testimoniũ*

10

Mysteria in veteri instrumento obscurissima in nouo explicate intelliguntur.

signa

signa legem in discipulis meis, & expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob: quasi diceret Dominus Prophetæ: Hæc tu vaticinia interim liga, & claude in libro, obscurisque imaginibus, & symbolis inuolue, reseruaque ea discipulis meis, id est, Apostolis, eorumque successoribus: ij enim sigilla disrumpent, librũ aperient, & ea mysteria clarè, distinctèq; fidelibus proponent, vt ab omnibus intelligi possint. Nec verò id mirum videri debet, cùm Deus per se ipsum immediatè homines docuerit iuxta illud ad Hebr. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.* Quis enim quantumcunque rudis sub tanto magistro non intelligeret etiam difficillima? id quod prædictum habes Esai. 54. vbi est sermo ad literam de Ecclesia: *Ecce ego,* inquit Dominus, *sternã per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam in iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles: vniuersos filios tuos doctos à Domino,* seu vt Septuag. transtulerunt, διδακτοὺς θεοῦ, id est, *doctos Dei,* seu *discipulos Dei,* seu vt citatur Ioannis 6. *docibiles Dei.* Si igitur homines futuri erant discipuli ipsius Dei sibi per se ipsum immediatè loquentis, non mirum si altissima, atque abditissima mysteria à tanto Doctore explicata facilè intelligere potuerũt. Id verò ex eo perspicies, quòd discipuli Christi natura sua rudes, & imperiti vsque adeo in altissimarum rerum cognitione profecerunt, vt vel ipsi Angeli in plerisque eorum postea discipuli fuerint, multaq; per eos didicerint, quę antea nesciebãt, vt disertè testatur Apostolus ad Ephes. 3. vbi ita ait: *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit: vt innotescat principatibus, & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Vnde, inquit, hoc manifestum est Angelis? Per Ecclesiam. Quid igitur hoc est? non cognouerunt Angeli? si enim Principatus non cognouerunt, multò minus Angeli cognoscere potuerunt. Nunquid igitur cognouerunt Archangeli? Nec profectò illi. Vnde autem scire debuerunt? quo reuelante? quando nos didicimus, tunc & illi etiam per nos. Et multò clariùs D. Thomas in Comment. eius epist. *Per quid autem,* inquit, *in principatibus, & potestatibus in cælestibus innotescat multiformis sapientia Dei, subdit dicens: Per Ecclesiã. Quod quidem habet magnam difficultatem, nam gloss. habet: id est, per Apostolos in Ecclesia prædicantes. Vnus quidem intellectus esse potest, quòd scilicet Angeli ab Apostolis didicerunt, & hoc videtur quandam rationem habere: videmus enim, quòd in cœlo inter Angelos superiores, qui immediatè à Deo illuminantur, illuminant, & docent inferiores Angelos, qui non immediatè illuminantur à Deo. Non videtur ergo irrationabile, quòd docẽtur Angelos Apostoli, qui immediatè à Deo sunt edocti iuxta illud Ioan. 1. Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit* Hæc D. Thom. quãuis paulò post aliam expositionem afferat, quam immeritò propabiliorem putat. Idem sentit Theodoret. *Nec potestates,* inquit, *quæ sub aspectum non cadunt, sciebant mysterium, sed per dispẽsationem, quæ est in Ecclesia, ineffabilem Dei sapientiam didicerunt.* Igitur vt ad institutum reuertamur, stylo claro, atque perspicuo iubetur Esaias aduentum Regis Messiæ, & mysteria legis gratię conscribere: quoniam Rex ipse Messias ea erat clarè, & distinctè suis discipulis traditurus, quę ipsi tametsi difficillima, & maximè recondita, ita cumulatè cognoscerent, vt vel ipsorum Angelorum præceptores, ac magistri esse possent: nec erubescerent cœlestes Principes discipuli esse Apostolorum, pauperum, inquam, rudiumque piscatorum, atque ab illis tanquam à superioribus quibusdam Angelis de multis, quę ad Ecclesiæ œconomiam, progressumque spectabant, illuminari.

Hebr. 1. 1.

Esai. 54. 11.

Septuag.

Ioan. 6. 45.

Apostolorum scientia, & cognitio.

Ephes. 3. 8.

D. Thom.

Angeli Apostolorum discipuli.

Ioan. 1. 18.

Theodoreth.

Quomodò verum sit Christũ, antequam sciret vocare pãtrẽ, & matrem, abstulisse fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ.

SECTIO XVIIII.

Illud

1

ILLVD denique in superiori vatitinio peculiarem continet difficultatem, quòd infãs ille, cuius conceptus, ortusque ex Spiritus sancti virtute promittitur, id est, Christus, vt hactenus ostendimus, antequàm sciat vocare patrem, & matrem, hoc est, in ipsa infantia ablaturus dicatur fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum. Id quod antequam doceamus, quomodò accipiendũ sit, aduertendum est ex hoc loco manifestè probari Messiæ Regnum non temporale, sed spirituale futurum, eiusq; prælia, de quibus non semel mentio fit in sacris literis, non bello, & armis gerenda, quemadmodum Iudæi perperam arbitrantur, & quod est consequens victorias non coactis toto orbẽ copiis, descriptoque milite, sed sublimiori alia ratione fuisse comparandas. Si enim Messias, dum adhuc esset infantulus, auferre prædicitur fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ, palam est eiusmodi spolia longè diuersa futura fuisse, quàm Hebræi per summam imperitiam nugantur. Quo argumento non semel contra Iudæorum peruicaciam vtitur Tertull. Etenim in lib. aduersus Iudæos, cap. 9. ita ex his verbis aduersùs eos eleganter ludit. *Sono etiam nominis inducuntur, cum virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersùs Regem Assyriorum sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christum, non animaduertentes, quid Scriptura præmittat, quoniam priusquam cognoscat puer vocare patrem, aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus Regem Assyriorum. Ante est enim, vt infantiæ ætatis demonstrationem, an virum iam Christum exhibere ista ætas possit, nedum Imperatorẽ? Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signũ belli non tuba, sed crepitaculo daturus, nec ex equo, vel de muro, sed nutricis, & gerulæ suæ dorso, siue collo hostem designaturus, atque ita Damascum, & Samariam pro mammis subacturus. Aliud est, si penes vos infantes in prælium erumpunt, credo ad solẽ vocati priùs, deinde parmis armati, & butyro stipendiati, qui ante norint lacerare, quã lacinare. Enim verò si nusquam hoc natura concedit ante militare, quàm virum facere; ante virtutem Damasci sumere, quam patrem nosse, sequitur, vt figurate pronunciatum videatur.* Hæc Tertullianus. Idem totidem verbis repetit lib. 3. contra Marcionem capite 13. legendus est & lib. 5. contra eundem Marcionem capite 18. Porro illud, quod ait Tertull. figuratè pronunciatum videri, *accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ*, non ita est accipiendum, quasi senserit non esse sermonem ad literam de Christo, sed illud dumtaxat, non vt verba sonãt, id intelligi oportere, quemadmodum Hebræi contendunt de præliis, spoliisq; temporalibus, sed per metaphoram, & trãslationem de spirituali victoria, Gentiumque spoliis per earum ad fidem conuersionem diripiendis, vt paulò post explicabimus.

Messiæ regnũ spirituale, nõ temporale.

Contra Iudæorũ peruicaciã eleganter ludit Tertull.

Dicimus igitur nomine *Damasci*, quæ vrbs erat Metropolis Syriæ, & nomine *Samariæ*, quæ erat Metropolis Regni Israel, in quibus duabus vrbibus idolorum cultus maximè viguit, Gentilitatem, seu Gẽtes idololatriæ deditas adumbrari, quarum Christus adhuc infantulus fortitudinem abstulit, spoliaque diripuit, cum Magos illos tanquam Gẽtium primitias ex Orientis partibus ad se infantulum adorandum, venerandumque stella duce euocauit. Ij enim quia & Reges, & sapientes simul erant, meritò Gentilitatis fortitudo, & opima Gentium spolia appellari potuerunt. Quod verò additur, *coram Rege Assyriorum*, vel de Dæmone ipso, vel de Herode intelligẽ: iis enim Regibus videntibus, ac fremẽtibus bellator noster potentissimus ea spolia Gentibus incredibili potentia, fortitudine que detraxit. Atque hæc est communis veterum Patrum expositio: sic namque in primis interpretatur Tertull. in lib. aduersus Iudæos proximè citato: *Spolia*, inquit, *Samariæ accepit ipsos Magos, qui cum illum cognouissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent, quasi Dominum Regem sub testimonio indicis, & ducis stellæ spolia sunt facti Samariæ, id est, idololatriæ, credẽtes in Christo: idololatriã eni Samariæ nomine notauit, vt ignominiosæ ob idololatriam, quæ desciuerat à Deo sub Rege Hieroboam. Aduersus autẽ Regem Assyriorum, hoc est, aduersus Diabolum, qui ad hoc se regnare putat, si Sanctos à religione*

2

In Damascẽo, & Samaritanũ adumbratæ Gentes.

Trés illi Orientis Magi Gentilitatis fortitudo, & spolia.

Tertull.

Dei

Dei deturbat. Hæc ille. Iustin. quoq; Philosoph. & Mart. in dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos, *Antequam*, inquit, *posſit puer patrem, & matrem appellare, Damaſci potentiam, Samariæque ſpolia capiet: nec cuiquã eorum, qui apud Iudæos fuerunt Reges, hoc vnquã accidiſſe poteſtis docere; nos autem in noſtro Chriſto factum docere poßumus. Simul namque atq; natus eſt, Magi ab Arabia venerunt, eumque adorauerunt, cum veniſſent ad Herodem, qui tunc in terra veſtra regnabat, quem verbum propheticum Regem Aſſyriorum appellat.* Eodem ſẽſu hæc Damaſci, Samariæque ſpolia intellexerunt D. Epiphan. lib. 3. contra hæreſes, poſt hæreſim 80. titulo *Compendiaria doctrina de fide Catholica & Apoſtolica Eccleſia*, D. Ambroſ. lib. 3. in Luc. D. Chryſoſt. hom. 2. in cap. 2. matth. D. Aug. ſerm. 1. in feſto Epiphaniæ, & alij.

Iuſtin. Mart.

D. Epiphan.

D. Ambroſ. D. Auguſt. D. Chryſoſt.

3

At quæres, quonam armorum genere, quibusvè copiis hic infans abſtulerit fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ diripuerit? Id verò eleganter exponit Tertull. in lib. illo citato contra Iudæos capite 9. vbi docet eam fortitudinem fuiſſe admirabilem eius infantis pulchritudinem, eximiamque naturæ lenitatem, & manſuetudinem. Etenim poſtquam illam ſpoliorum detractionẽ de Magorum ad Chriſtum adorandum ex Orientalibus partibus aduentu explicaſſet, exponens paulò poſt, quibuſnam armis pugnauerit, ſubiunxit: *Adiuuabitur*, inquit, *hæc noſtra interpretatio, dum & alibi bellatorem Chriſtum Scripturæ deſignant ob armorum quorundam vocabula, ſed ex reliquorum ſenſuum comparatione conuincentur Iudæi: Accingere, inquit Dauid, enſem ſupra femur. Sed quid ſupra legis de Chriſto? ὡραῖος τῷ κάλλει, id eſt, Tempeſtiuus decore ſuper filios hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Valde autem abſurdum eſt, ſi quem ad bellum enſe cingebat, ei de tempeſtiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur, de quo ſubiungens dicebat: Extende, & proſperare, propera, & regna: & adiecit: Propter lenitatem, & iuſtitiam tuam. Quis enim enſem accingitur, & non contraria lenitati, & iuſtitiæ exercet, id eſt, dolum, & aſperitatem & iniuſtitiam, propria ſcilicet negotia præliorum? Videamus ergo, an aliud ſit enſis ille, cuius eſt alius actus, id eſt, ſermo Dei uus, biſacutus, duobus teſtamentis legis antiquæ, & legis nouæ?* Hæc ille. Ex quo habes enſẽ Meſsiæ fuiſſe eius decorem, & pulchritudinem: ſiquidem Regius vates, vt expẽdit Tertull. antequam eum enſe cingeret, de pulchritudine, & venuſtate commendauit, qua cum Diuini verbi prædicatione coniuncta tanquam gladio anciptiti vniuerſum ſibi orbẽ ſubiecit. Quanquam enim Tertull. per enſem accepit verbum Dei, non excludit tamen ipſius Meſsiæ decorem, & pulchritudinẽ; imo eam præcipuè intelligit, vt patet ex verbis ſequentibus, cũ ait: *Licuit ergo & Chriſto enſem ſermonis Dei præcingi, cui prædicta tempeſtiuitas congruat cum gratia labiorum.* Nec verò prætereundum, quòd Tertull. pro eo, quod nos habemus, *Speciosus forma*, legit, *Tempeſtiuus decore*: verè enim tempeſtiuus decore fuit Chriſtus, qui vel in ipſa infantia tantam præſtulit pulchritudinem, vt Reges Orientales ad ſe adorandum, amandumque pertraxerit. Quare meritò hæc ipſius pulchritudo gladius dicitur, & eo cum cingitur, non tantùm potens, ſed potentiſsimus appellatur: *Accingere*, inquit, *gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime.* Similique emphaſi idem decor, & pulchritudo Meſsiæ dicitur eius fortitudo Pſal. 92. *Dominus regnauit, decorẽ indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinẽ*: quo loco, id quod dicitur, *Indutus eſt Dominus fortitudinem*, repetitio eſt, & explicatio eius, quod præceſſerat, *Decorem indutus eſt*, vt idem ſit indutum fuiſſe Meſsiam decore, atque armatum fuiſſe fortitudine. Itaque eius arma, quibus in aciem deſcendit armatus, quibus pugnat, quibus ſpolia diripit, nulla alia eſſe, quàm ipſius decorem, & pulchritudinem, qua mortalium corda vel ipſo aſpectu fortiſsimè ſimul, ac ſuauiſsimè ſuperat, ſibique devincit. Vnde Cant. 5. de eius capitis pulchritudine dicitur: *Comæ eius ſicut elatæ palmarum*: tam eximia enim eſt eius pulchritudo, & tanta vel in ipſis crinibus potentia ob ſingularem decorem ad omnium amorem ſibi conciliandum, vt quot capillos habet in capite, totidem nobiliſsimas gerat palmas, hoc eſt, totidem victorias de humanis cordibus conſequatur, totidemq; præferat longè clariſsima monimenta triumphorum, quorum palmæ ſunt ſymbolum.

Tertull.

Chriſti lenitas & pulchritudo, fortitudo maxima.

Quo gladio orbẽ ſibi ſubiecerit Meſsias.

Pſal. 92. 1.

Meſsiæ arma, decor ipſius & pulchritudo.

Cant. 5. 11.

Nonum testimonium depromitur ex illis verbis Esaię 9. *Multiplicabitur eius imperium.*

SECTIO XX.

1 VIS commemoratam sententiam in speciē considerans existimare possit in ea latere aliquod virginitatis sanctissimę Deiparæ argumentum? & tamen nescio, an elegantiori alio vaticinio ea in sacris literis expressa, prænuntiataq; fuerit: quod vt illustrius reddatur, illud in primis animaduertere oportet, certissimum esse eo loco Esaię sermonem haberi ad literam de Messia. Ita verò habet integrum vaticinium: *Paruulus*, inquit, *natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis*: quæ omnia palam est in vnum Regem Messiam conuenire, nec vllo pacto quadrare posse in Ezechiam filium Regis Achaz, vt quidā Hebręi impudenter contendunt, contra quos non est hic fusiùs disputādi locus.

Deiparæ nomen prędicitur ab Esaia.

2 Deinde aduerte pro eo, quod nos habemus, *Multiplicabitur eius imperium*, haberi Hebraicè, לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה, id est, *Ad multiplicandum imperium*, in quibus Hebraicis dictionibus nomen sacerrimæ Virginis includitur, quod Hebraicè est *Miriā*, vti diximus in 2. exegetico huius tract. de Virgine, vt ex veteribus Rabbinis annotauit Galatinus lib. septimo Arcan. capite 13 id quod ita ostenditur. In dictione הַמִּשְׂרָה habemus duas literas huius nominis M. & R. in dictione autem לְמַרְבֵּה habemus alterū M. vnum tantùm Iod desideratur, quod Hebręi arcano quodam mysterio ita ex eisdem dictionibus colligunt. Etenim in duabus commemoratis dictionibus sunt duo ה, vnum in dictione לְמַרְבֵּה, alterum in dictione הַמִּשְׂרָה: cum igitur litera ה apud Hebræos sit nota numeri quinarii, efficitur, vt duo ה significent vnum denariū, cuius nota est litera Iod, atq; adeo dvo ה valeant vnum Iod, quo addito reliquis literis integrum nomē *Miriam* conficitur, quod Hebraicè est nomen sanctissimæ Virginis. Rursus aiunt in dictione illa הַמִּשְׂרָה includi tres literas ש, ר, ה, quæ hanc dictionem *Sarah* conficiunt, quæ dictio *Dominam* significat: itaque in duabus illis dictionibus לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה duo ista nomina includi *Miriam Sarah*, hoc est, *Maria Domina*, atque adeo cum eo loco Esaiæ de Messię aduentu ad literam disseratur, eo planè mysterio in illis dictionibus לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה, in quibus Messię principatus & imperium declaratur, nomen *Mariæ* in clusum esse, vt simul indicaretur nomen matris eiusdem Messiæ, illumque filium, qui nobis datus, & paruulum, qui nobis natus dicitur, cuiusque imperium toto orbe propagandum prædicitur, ex fœmina quadam clarissima, quæ *Maria Domina* appellaretur, fuisse nasciturum.

3 Tertiò, vt ad rē propriùs accedamus, obseruandum est apud Hebræos duplicem esse literam M. vnam apertam ex vna parte, quoad scriptionē מ. quæ tantùm seruit in initio, & mediodictionum, semelque tantùm inuenitur præter ordinem posita in sacris literis in fine dictionis, videlicet lib. 2. Esdræ cap. 2. in dictione, הֵמָּ, id est, *illi*, cuius mysterii causam ad calcem huius sectionis inuestigabimus: alterā omnino clausam quadrangulari figura ם. quæ tantùm in fine dictionum adhibetur, eāque ob causam M. finale appellatur. Obseruant igitur omnes Hebræi literā ם M. clausam præter vsum, & consuetudinem magno quodā mysterio poni in medio illius dictionis לְמַרְבֵּה, seu potiùs in principio dictionis, מַרְבֵּה, nam ל præfixum est litera seruilis, non radicalis, neque de substantia dictionis, sed quasi præpositio *ad*: idē est enim לְמַרְבֵּה, atq; *Ad multiplicādū*. Itaq; non sine mysterio eo loco poni M. clausū, cū deberet esse apertum; id quod non sine magna admiratione Hebræi cō memorāt, & quidē meritò, cū nusquā alibi in vniuerso sacræ paginę volumine reperiatur ם M. clausū vel in principio, vel in medio alicuius dictionis, sed in fine dūtaxat. Aduerterūt hāc nouā, & mysterij plenā scriptionē Hadr. Fin. lib. 2. Flagelli cōtra Iudęos c. 7. Galat. lib. 7. Arcan. c. 13.

1. Esd. 2. Duplex litera M. apud Hebræos.

Galat.

Adrian. Fin. Galat.

Lyran. & omnes fere recentiores in c. 9. Esaiæ, imo & veteres Hebræi, veluti R. Hauehu celeberrimus Thalmudista apud Hadrian. Finum loco citato, & R. Haccados summæ apud Hebræos auctoritatis apud Galatinum lib. 7. Arcanorum capite 15.

Lyran.

R. Hauehu.

R. Haccados.

4

Cum hæc ita se habeant, conātur omnes interpretes huius nouitatis rationē, mysteriumque indagare, illudque præcipuè censent adumbrari, prædici videlicet futuram virginem, quæ omnino clausa, incorruptaq; permanens paruulum illum admirabilem, & cuius imperium toto orbe multiplicandū, propagandumque erat, & conciperet, & pareret. Cum enim, vti diximus, in duabus illis dictionibus Hebræis nomen Mariæ includatur, cuius nominis prima litera est M. optimo iure, vt eius virginitas omnino clausa, intactaque prædiceretur, ea dictio מרים per M. omnino clausum præter Hebræorum scribendi rationem conscribenda fuit: quia enim præter naturæ ordinem Virgo partura erat, meritò etiam præter scriptionis ordinem M. clausū eo loco pro aperto poni oportuit, vt mysterio ratio quoque scriptionis responderet. Hoc mysterium eo loco Esaiæ agnouerūt, tradiderūntque veteres Hebrei, & præcipuè R. Haccados in tertia petitione eius libri, qui *Reuelator arcanorum* inscribitur, Galatin. lib. 7. Arcan. cap. 13. Hadrian. Fin. lib. 2. Flagelli cap. 7. Lyran. 9. cap. Esai. & alij: vt immeritò dixerit Forerius nullum in ea scriptione latere mysterium, sed eam literam vitio librarij irrepsisse. Si enim mēdum scribæ fuissent, reliqua saltem exemplaria reperirentur, quæ M. apertum haberent: at cum in omnibus Hebræis codicibus, vt vel ipsi Hebræi confitentur, M. clausum positum reperiatur, ad mysterium potiùs, quod omnes ibi agnoscunt, quàm ad librarii oscitantiam confugere oportet. Illud annotauit Leo à Castro in hunc locum in plerisque codicibus dubiam præferri lectionē, quòd scilicet aut legendum sit, *Marbeh*, id est, multiplicabitur, aut, *Sarbeh*, id est, spina, vel rebellio, vt sit sensus: *Spina, vel rebellio eius imperium*, significetuŕq; initium imperii Messiæ ab spinea corona, qua fuit coronatus, vel à rebellione Iudęorū, qua eum egerunt in crucem, fuisse auspicandum: attamen lectio vulgata retinēda est, nec in dubium reuocandum, an eo loco *Marbeh* legere debeam⁹. Sed vt ad Virginē reuertamur, hoc de eius virginitate mysteriū est, quod pręcipuè ea scriptionis nouitate fuit ab Esaia adūbratum.

Deiparę virginitas prędicitur ab Esaia.

R. Haccados.

Galatin.

Finus.

Lyran.

Leo à Castro.

I

5

Cœterùm præter hoc de integritate Marię arcanum quidam recentiores, in quibus est Leo à Castro in Esaiam, arbitrantur M. omnino clausum, & quadratę simul figuræ prętер ordinem fuisse appositum in dictione illa *emarbeh*, id est, *multiplicabitur*, seu *ad multiplicandum*, vbi est sermo de propagatione imperii Messiæ, vt indicaretur regnum Messię futurū stabile, firmum, ac sempiternum, nec vllis vnquam aduersariorū viribus euersum iri: nam in litera M. omnino clausa innuitur nulla ex parte patere aditum, per quem in regnum Messiæ possint hostes irrumpere, sed semper in se clausum, & insuperabile futurum, in eademque litera quadrāgularis figuræ eiusdē regni nūquā casuri stabilitas explicatur. Idquod etiam apud Danielem prædictum reperies cap. 2. *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum nō dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum.*

Leo à Castro.

Regnum Messiæ stabile, & sempiternum.

Dan. 2. 44.

6

Denique alii in M. illo clauso posito prætер ordinem in explicatione imperii Messiæ expressam putant Iudæorum cœcitatem, quibus videlicet regnum, imperiumque Messiæ clausum, absconditumque erat futurum: quippe qui cum iam Rex Messias imperium toto orbe constituerit, atque fundauerit, ipsi tamē in meridie palpantes rem tantam adhuc non videant, nec intelligant Messiam iā aduenisse, totoque orbe regnare. Et quo etiam illud alterum mysteriū de M. aperto positio etiā prętер ordinē 2. Esdr. 2. ad Iudæos quoque pertinet, illud etiā hoc loco, vt ante promisimus, breuiter explicabimus. Sciendū est igitur lib. 2. Esdræ c. 2, sic haberi: *Considerabam*, inquit Nehemias, *murum Hierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igni*. Pro quo Hebraicè sic

Iudęorem cęcitas.

2. Esdr. 2. 15.

est

est ad verbum: *Fui considerans muros Hierusalem, qui ipsi rupti, & portæ eius consumptæ igni*: vbi pro *ipsi*, est Hebraicè הֵמּ articulus masculinus pluralis numeri, id est, *ipsi* muri ciuitatis Hierusalem, scribiturque per M. apertũ, cum clausum esse deberet, siquidem est in fine dictionis. Nec sanè vacat mysterio eo tantùm loco adhiberi M. apertum in fine dictionis, nec vsquam alibi in sacris literis simile quiddam reperiri: quod mihi quidem illud videtur significare, ciuitatem Hierusalem, de cuius vastatione ibi igitur, simulque de templi, vrbis, ac murorum instauratione anno vigesimo Artaxerxis Longimani Imperatoris Persarum, à quo anno sumendum est initium septuaginta hebdomadum Danielis, fore iterum sub Tito excidendam, mœnia eius diruenda, templumq; inflãmandum. Itaque licet sub Artaxerxe vrbs instauretur, murisque cingatur, non tamen omnino clausam Diuinæ iræ, ac supplicio futuram, sed amplissimum quendam aditum aperiendum, per quem Deus ad eam iterum diruendam Romanum exercitum inferet propter necem Messiæ. Atque hæc de mysterio duplicis istius literæ extra ordinem positæ. Quanquam verò, quod ad dictionem *lemarbeh* spectat, variè mysterium M. clausi ab interpretibus tradatur, vt in superioribus explicauimus: illa tamen sententia magis excellit, quę docet, idcirco eam literam eo loco pręter ordinem fuisse adhibitã, vt Virginis sanctissimæ præter naturæ ordinem clausam omnino, & illibatam integritatem in conceptu, & partu Christi adumbraret.

Hierosolymorum sub Tito uastatio prędicitur.

Nonnulla ex eodem vaticinio ad literam eruuntur.

SECTIO XXI.

I PRIMAM obseruationem colligimus ex eo, quod in verbis illis Hebręis, לְמַרְכֶּה מִמְשָׁרָה pro quibus nos habemus, *multiplicabitur imperium*, continetur inclusum nomẽ sanctissimę Virginis, vt superiùs ex veterum Hebræorum sentẽtia annotauimus. Ex quo illud eximium sanctissimæ Deiparę encomium elicitur, voluisse nimirum Deum nomen Mariæ cum imperio Messiæ tam admirabili ratione, & artificio connectere, vt vbicunque Messiæ imperium propagatum legeretur, ibi quoque sanctissimum Mariæ nomen audiretur: nec possent Messię principatus, regnique fines porogari, & extẽdi, quin simul Virginis laudes, nominisque eius amplitudo augeretur: & quò Messiæ regnum pertingeret, eò ad vltima vsque sola terrarum sanctissimum Deiparę nomen penetraret. Idcirco enim vbi imperium Messię multiplicandum prędicitur, Mariæ nomen indissolubili vinculo attextum, inclusumq; esse voluit simili artificio, (si magna licet paruis componere) quo Phidias ille sculptor cum primis illustris, cum Mineruam armatam finxisset ex ebore, in eius clypeo suam ipsius imaginem tanto artificio, ingenioq; cœlauit, vt eam nemo posset abradere, quin vniuersum statuæ opus perderet, vt auctor est Arist. in lib. de mundo ad Alexandrum, aliiq; nobiles scriptores attestantur. Sic mihi sanè videtur Deus ita Virginis matris memoriam cũ suo ipsius imperio coniunctam esse voluisse, vt nemo, qui ipsius imperium cõmemoraret, de Virgine silere posset; nemo Virginis magnitudinem obscurare, quin magna ex parte Messię dignitatem comminueret: siquidem & Virginis laus prędicipua in eo posita est, quòd mater sit Messię, & Messię splendor in eo etiã elucet, quòd ex matre virgine fuerit progenitus: quod fidei dogma credere oportet eum, qui Messiæ Regis dominatum, imperiumque receperit. Quare meritò vbi de propagatione imperii Messiæ agitur, Mariæ nomen intexitur: sic enim quotidie impletur illud, quod ipsa in cantico suo prædixerat Lucæ 1. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: quoniam omnes generationes, quæ credunt in Christum, eum quoque ex Virgine natum credunt; atq; adeo Virginem

Mariæ nomen æque ac Messiæ imperium prorogari voluit Deus.

Arist.

B. Virginis quę sit prędipua laus.

Messię splendor, quod ex matre virgine sit progenit⁹.

Luc. 1. 8.

ginem felicem, beatamque prædicant, cùm Dei matrem confitentur.

2 Per Crucem obtinuit principatum Messias.

Secunda obseruatio sit, cum Esaias ait imperiũ Messiæ multiplicandũ, simul docere eam multiplicationẽ & propagationẽ per Crucem adimplẽdam fuisse, atq; adeo Messiam per Crucem obtinuisse principatum. Quod ita esse accipiendum manifestè ostenditur ex eo, quod præcesserat: *Et factus est principatus super humerum eius*: quibus verbis Crux ipsa appellatur principatus Messiæ: significatur namq; ad literam Messiam suis humeris Crucem gestaturum, & eo ipso, quòd Crucem humeris gestauit, gestasse super humeros suum principatũ, & imperium. Sic namq; præter alios eum locum intellexit Tertull. in lib. aduersus Iudæos cap. 10. *Cuius*, inquit, *imperium factũ est super hæmerum ipsius? quis omnino Regum insigne potestatis suæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notam? Sed solus nouus Rex seculorũ Christus Iesus nouæ gloriæ & potestatem, & sublimitatem suam in humero extulit, Crucem scilicet, vt secundum superiorem Prophetiam Dominꝰ regnaret à ligno. De hoc enim ligno etiam Deus insinuat per Hieremiam cap. 11. quod essetis dicturi: Venite, mittamus lignum in panem eius, & conteramus eum à terra viuorum, & nomen illius non memorabitur amplius: vtique in corpus eius lignũ mittam est, sic enim Christus reuelauit panem corpus suum appellans.* Hæc ille. Itaque cernis Esaiam Crucem ipsam appellasse principatum, & imperium Messiæ, quia per eã erat toto orbe regnaturus iuxta illud Psal. 95. *Dominus regnauit à ligno*, quam dictionẽ, *à ligno* erasam, & expunctam fuisse à Iudæis docuimus aliàs cum Iustino in dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos. Hoc ipsum fuit expressum Apoc. 19. vbi Christus apparuit super equum album indutus veste aspersa sanguine, de qua veste paulò post dicitur: *Et habet in vestimẽto suo scriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium*: cum enim vestis aspersa sanguine sit humanitas Christi in passione cruentata, vt ad eum locũ docuimus: haud dubiè cũ postea dicitur in veste illa scriptum fuisse, *Rex Regum, & Dominus Dominãtium*, tanquam illustrissimum quoddam Messię elogium, illud significatur Christum per passionem imperium super omnes mundi Principes, Regesq; fuisse consequutum. Quare meritò Paulus Christũ in Cruce considerans Dominum gloriæ appellauit 1. ad Cor. 2. *Si cognouissent, nũquã Dominum gloriæ crucifixissent*: tunc enim potissimũ Dominus gloriæ dictus est, cũ de Cruce agebatur, quoniã per Crucẽ nobis quidẽ tũ esset ialẽ, tũ accidẽtalẽ gloriã, sibi autẽ gloriam corporis, celebritatẽ nominis, & omnẽ istum super omnes Principes, ac Reges principatum promeruit: vnde D. Chrysost. in eum locum, *opportunè*, inquit, *Dominum gloriæ appellat loquens de Cruce*.

Christꝰ in cruce dominꝰ gloriæ. 1. Cor. 2. 8.

D. Chrysost.

3

Tertiò notanda sunt illa verba, quibꝰ Esaias totum hoc vaticinium concluſit: *Zelus* inquit, *Domini exercituũ faciet hoc*. Vbi dictio, *hoc*, ad omnia præcedentia referẽda est, quasi dicat Propheta: Si quis rationem quærat, cur paruulus natus sit nobis? cur datus filius? cur voluerit crucem humeris gestare, in eaq; imperiũ, & principatum constituere? intelligat hęc omnia ex ardentissimo quodam aduersus homines amore profecta fuisse. Est enim zelus ea mentis affectio, qua quis ita diligit quempiam, ab eoq; vicissim diligi exoptat, vt totum illum sibi vẽdicet, suũque tantùm esse velit, nec patiatur eũ alĩ quam amoris sui partem in alium deriuare. Quia igitur Deus sic hominem diligebat, vt non pateretur eum quidquam aliud præter se, aut non nisi propter se vnum amare; dicitur ex zelo, siue zelotypia ea omnia fecisse, quæ ad hominem sibi arctissimo amoris vinculo obligandũ pertinerent. Eodem amoris affectu præcipiens Hebræis, ne alterum præter se Deum venerarentur, zelotem se appellauit Exod. 20. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Nõ adorabis ea, nec colues: ego sum Deus tuus fortis, zelotes*: & cap. 34. *Noli adorare Deũ alienum. Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator*. Vbi cernis tantam esse Dei circa hominem zelotypiam, vt non patiatur eum nõ dico adamare Deum alienũ, sed ne eius quidem imaginem, & similitudinem secum habere, ne per eam occasionem ad illum amandum moueatur,

Omnia Christi opera operatus est amor.

Diligi à nobis quàm exoptet Deus. Exod. 20. 4.

Exod. 34. 14.

Tertull.

Hier. 11. 29.

Crux principatus Christi.

Psal. 95. 10.

Apoc. 19. 16.

Origen.

id quod expendens Origen. hom. 8. in Exod. *Hæc*, inquit, *qui loquitur, zelans est, & zelo cõmotus hæc dicit: post agnitionem enim sui, post illuminationem verbi Diuini, post gratiã baptismi, post confessionem fidei, & tot tantisque sacramentis matrimonium confirmatum nõ vult nos vltra peccare: non patitur animam cuius ipse vel sponsus, vel vir appellatur, cum Dæmonibus ludere, meretrari cum immundis spiritibus, cum vitijs & immunditijs volutari.* Hęc ille. Cuius rei illustrissimum exemplum habes Ezech. 16. vbi loquens Deus de Synagoga quasi de puella, & virgine, quam adamaret, grauissimis verbis conqueritur, quòd ipsa alios amatores quæsiuisset: sic namq; cum illa eo loco expostulat: *Trãsiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amãtium,* (seu vt alij vertunt, *tempus amorum*, seu *tempus vberum*, & 70. transtulerunt καιρὸς καταλυόντων, i. *tẽpus diuertentium*, quia videlicet tẽpus pubertatis, quod appellatur tempus amorum, seu vberum, est tempus, quo fœminę, & adolescentes solent in hanc, vel illam partem diuertere, & amorem suũ bene, vel male collocare) *& expandi amictum meũ super te. Et iurauí tibi, & ingressus sum pactum tecum, & facta es mihi. Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byssο, & indui te subtilibus, & decora facta es vehementer nimis, & profeciſti in regnum. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres.* Tum verò sequitur ob huiusmodi fornicationes Diuina indignatio, & supplicium: *Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam iustificationem tuam, &c.* pro quo alij transferũt, *Diminuam statutum cibum tibi*: ex quo illud colligitur Deum pro supplicio sæpe inferre caritatem annonę, & instar irati Domini consuetum, & statutum cibum, ac portionem seruo diminuere. Cum igitur Deus non quouis, sed ardentissimo, & zelotypo quodam amore hominẽ diligat, & idcirco homo fieri, mortemq; acerbissimam, & ignominię plenissimã opperere, subitoque voluerit, vt eum ad se amandũ obligaret: meritò Esaias, post quã de incarnatione, Cruceq; differuisset, subiunxit: *Zelus Dñi exercituũ faciet hoc.*

Ezech. 16. 8.

Septuag.

Annonę caritatem pro supplicio infert Deus.

Postrema obseruatio sit adhũc etiam locum spectasse Gabrielem Angelum in

4

sua illa legatione, & sermocinatione cũ Virgine, qũ nimirum dixit: *Ecce concipies filium, & vocabis nomen eius IESVM: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.* Eam namque sententiam habes hoc loco totidem fere verbis ab Esaia pronuntiatam: *Multiplicabitur*, inquit, *eius imperium, & pacis non erit finis: super solium Dauid, & super regnũ eius, sedebit vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo, & vsq; in sempiternum.* Quod verò Angelus dixit: *Et vocabis nomen eius Iesum*: id ipsum Esaias explicauit, cum dixit: *Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis*: hæc enim omnia nomina sunt veluti quædam elegans periphrasis, imo & explicatio nominis IESV, id est, Saluatoris. Quid enim aliud est esse Iesum, quàm mundi saluatorem, operibus admirabilem, consiliarium, seu vt addiderunt Septuag. *magni consilii angelum*, siue nuntium, Deum fortem, nouorum seculorum fundatorem, Principẽq; atque auctorem pacis sempiternę inter Deum, & homines constitutæ? Hæc enim omnia in nomine IESV continentur, quod etsi compositione, & prolatione paruum videtur, est tamen propter mysteria, quæ continet longè maximum. Vnde illud Regius vates Ps. 98. nomen magnum appellauit, cum dixit: *Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & sanctum est.* Eodemque mihi videtur spectasse Iosue capite 7. eius libri, cum videns ab habitatoribus vrbis Hai Hebrços in fugam conuersos, ad eius nominis præsidium, quo Deus se Iesum, id est, liberatorem, ac seruatorẽ illius populi profitebatur, & venturis tẽporibus totius mundi Iesus, & Saluator erat appellandus, sibi confugiendum putauit, vt saltem ob tanti nominis honorem, & existimationem Deus ignominiam illã à populo suo propulsaret. Itaque dixit: *Quid facies magno nomini tuo?* habuitque Deus tantam eius nominis, quod sibi quasi in memoriam reuocabatur, rationem, vt quamprimùm victoriam Hebrçis tribuerit.

Nominis Iesu elegans periphrasis.

Septuag.

Psal. 98. 1. Iesus nomen magnum.

Decimum

Decimum uaticinium ex illis verbis Esai. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.*

SECTIO XXII.



EST sanè de sanctiſsima Virgine optimè meritꝰ Esaias, quippe qui eius virginitatem tam multis, iiſque præclariſsimis uaticiniis teſtata nobis reliquerit. Ait igitur cap. 11. Esai. 11. 1. *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini*: quem locum de Meſsia ad literã eſſe intelligẽdum non ſolùm noſtri, ſed omnes etiam Hebræi confitentur, idque etiam Paraphraſt. Chald. intellexit, cum ita tranſtulit: *Et egredietur Rex de filiis Ieſſe, & Meſſias de filiis filiorum eius vngetur.* Paraphraſt.

1

Quoniam verò præcipua uis huius uaticinii in floris appellatione poſita eſt, opus eſt priùs uulgatam editionem à quorundam calumniis vẽdicemus. Aduertendum eſt igitur pro eo, quod Vulgatus tranſtulit *flos*, haberi Hebraicè dictionem נֵצֶר netſer per literam צ tſade à radice נָצַר, id eſt, ſeruare, & cuſtodire; vnde flos, & tener ſurculus, ſeu vt ait D. Hieron. ad cap. 14. Esaiæ, virgultum illud, quod ad radices arborum naſcitur, appellatur נֵצֶר, quòd videlicet flos, & ſurculus magna cura, ac diligentia cuſtoditi ſoleant, cum indè totus fructus pendeat: fortaſſe autem nomen נֵצֶר deducitur à radicè נָצַץ, id eſt, florere. Porro arbitrantur plerique ad hũc locum ſpectaſſe Matthæum cap. 2. cum dixit: *Et veniens habitauit in ciuitate Nazareth, vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetas: Quoniã Nazaræus vocãbitur*: quia enim Chriſtus hoc loco Esaiæ נֵצֶר, id eſt, flos appellatur, inde putant dictum eſſe Nazarçum quaſi floreum. Quę controuerſia neceſſariò priùs eſt expedienda, vt faciliora reddantur, quæ de germana huius uaticinij expoſitione dicturi ſumus: tota verò controuerſia ex eo pendet, vtrum Chriſtus dicatur Nazarçus à radice נֵצֶר per צ, à qua radice deducitur נֵצֶר, id eſt, flos: an verò à radice נָזַר per Zain, hoc eſt, diuidere, & ſeparare, imo & ſanctificare: à qua radice haud dubiè dicti ſunt Nazaræi legales, quoniam diuiſi, ſeparatique erant à reliquis in ratione uiuendi, ſiquidem & comam nutriebant, & à uino, & iis omnibus, quæ cum uino aliquam habebant cognationem, abſtinebant, eamque ob cauſam ſancti ab omnibus cenſebantur. Et quidem Leo à Caſtro in comment. huius loci, & lib. 6. Apologetici pro editione uulgata pugnaciſsimè contendit Chriſtum dictum fuiſſe Nazarçum à poſteriori radice נָזַר per Zain: itaque non dictum eſſe Nazaræum à flore, ſed quia erat ſanctus, & ſãctitate à reliquis omnibus hominibus ſeparatus. Eoque nititur fundamento, quoniam in Euangelio ſemper dicitur Nazarçus per Z. non autem Naſaræus per ſ. at ſi à נֵצֶר, id eſt, à flore dictus fuiſſet Nazarçus, nõ eum Nazarçum, ſed Naſaræum appellare oporteret. Atque hac tantùm ratione permotus clamoribus magis, vt ſæpe ſolet, quàm rationibus diſceptãs implorat Deum, atque hominum fidem, quòd contra Scripturam Chriſtus Naſarçus, aut Naſarenus per ſ. non verò Nazarenus, aut Nazaræus per Z. dicatur: & quod cõſequens eſſe exiſtimat, Chriſtus noſter negetur verus eſſe Chriſtus, & Meſsias. Cæterùm nõ eſt, cur tantas ob vnam literulã excitet tragædias, neq; inde timeat, ne vniuerſa Chriſti fides corruat: quam parum autem probabilitatis habeat eius ſententia ex iis, quæ iam dicemus, palam erit. Vulgata editio à calũniis quorundam uendicatur. D. Hieron. Matth. 2. 23.

Nazarçi comã nutriebant, & à uino abſtinebant.

Leo à Caſtro.

2

Igitur pro certo habemus Chriſtum dici Nazarçum à נֵצֶר, id eſt, à flore, non autem à נָזַר, id eſt, ſeparari. Id quod primùm oſtenditur, quoniam Chriſtus non fuit quoad uiuendi rationem Nazaræus, cum à uino non abſtinuerit, nec alios ritus Nazaræorum ſeruauerit, vt ex eo Nazaræus, uel ſeparatus appellari debuerit. Deinde quoniam Matthæus cap. 2. diſertè docet eum fuiſſe dictum Nazaræum à ciuitate Nazareth, ubi fuit educatus: unde Ioannis 1. dixit Philippus Nathanaeli: *Inueni Ieſum filium Ioſeph, à Nazareth*: cui reſpondit Nathanael: Christus dictꝰ Nazarçꝰ à flore. Matth. 2. Ioan. 1. 45. 46

A Nazareth potest aliquid boni esse? & Matth. 21. *Hic est Iesus propheta à Nazareth*: Nazareth autem à flore dictam esse docet D. Hieron. in epist. ad Marcellam, vt commigret Bethlehem. *Ibimus*, inquit, *ad Nazareth, & iuxta interpretationem nominis eius florem videbimus Galilææ*: & in cõmēt. in Matth. ad cap. 21. *A Nazareth*, inquit, *Galilææ, quia ibi educatus fuerat, vt flos campi nutriretur in flore virtutum.* Accedit, quòd de sententia D. Hieronymi in cap. 11. Esaiç, eruditi Hebrçorũ, quos ipse sequitur, illud quod habetur Matth. 2. *Quoniam Nazaræus vocabitur*, de hoc loco Esaiæ sumptũ existimant, cum dicitur: נֵצֶר, id est, *flos de radice eius ascendet. Illud*, inquit, *quod in Euangelio Matthæi omnes quærunt Ecclesiastici, & non inueniunt, vbi scriptũ sit: Quoniam Nazaræus vocabitur: eruditi Hebræorum de hoc loco sumptum putant.* Sed sciendum, quod hic נֵצֶר per צ tsade literam scribitur, cuius proprietatem, & sonum inter Z. & S. Latinus sermo non exprimit. Promitur quoq; efficax argumentum ex titulo sanctissimę Crucis, vbi scriptũ est *Natsaræus* per Tsade, non autem Nazaræus per Zain, quem admodũm refert Xist. senensis lib. 2. suæ Bibliothecæ in Pontio Pilato: & affirmat Sanctes Pagnin. in sua interpretatione Hebraicarum dictionũ, quę habetur ad calcem trãslationis Scripturæ, quam edidit ex Hebrço, vbi in dictione *Nazareth* testatur se suismet oculis non semel vidisse titulum sanctissimę Crucis, legisseque ibi: *Iesuagh hanotseri melech haieudim*, id est, *Iesus Natsaræus Rex Iudæorum*: vbi scriptum est Natsaræus per tsade, non verò Nazaræus per Zain: ex quo fit, ut cum Natsaræus per tsade idem sit, atque floridus, Christus à netser, id est, à flore dictus fuerit Nazaræus. Frustra autem Leo à Castro conatur hoc argumentum fortissimũ eludere, cum ait se Pagnino non credere, aut si ita res habet, vitiosè scriptam fuisse eam vocem in Crucis titulo, per imperitiam scilicet satellitum, qui Hebraicè nesciebant: nec enim par est credere vel Pagninum hominem & literis, & religione grauissimum in re quoq; grauissima mẽtiri eo potissimum, quòd facilè eius mendacii argui posset, cum titulus Crucis hodieque Romæ extet, visaturque, ac legatur à plurimis Romæ in sancta Cruce in Hierusalem: vel per errorem ita in titulo crucis scriptum fuisse, cùm adessent Hebrçi, qui satellitum errorem facilè emendarent, Christique nomen, & cognomen esset notissimum, ac celebratissimum, ut quomodò dicere tur, ignorare satellites non potuerint, si ii fuerunt, qui titulum illum Hebraicè conscripserunt, & non aliquis Iudæus, cui id negotii à Pilato commendatum fuerit, siquidem ex Pilati præscripto titulus ille in Cruce fuit appositus.

Matth. 21. 11.

D. Hieron. Nazareth sic dicta à flore.

Xist. senens.

Sanct. Pagn.

Titulus crucis quibus literis scriptus ex stet Romæ.

Denique non finit nos dubitare auctoritas D. Hieronymi, qui disertis verbis docet Christum à netser, ideſt, à flore dictum fuisse Nazaræum. Etenim in primis constanter affirmat eum dictum fuisse Nazaræum à Nazareth, cuius nominis etymologiam à flore deductam esse testatur locis paulò ante citatis. Deinde in commentariis super Esaiam ad cap. 11. ait eruditos Hebræorũ, vti diximus, illud Matth. 2. *Quoniam Nazaræus vocabitur*, ex hoc loco Esaię desumptum esse, cum dicitur: *Netser*, id est, *flos de radice eius ascendet*, quam opinionem commemorat, nec tamen refellit. Præterea in comment. super Matth. cap. 2. tractans illam sententiam: *Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt impleretur, quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur*: cum eam sententiam, quam impugnamus, commemorasset, tandem postremo loco hanc nostram, vtpote sibi magis probatam apposuit, spectasse videlicet Matthęum ad hunc locum Esaiæ, in quo Christus netser, id est, flos nuncupatur. *Nazaræus*, inquit, *sanctus interpretatur: sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat.* Possumus & aliter dicere, quòd etiam iisdem verbis iuxta Hebraicam veritatem in Esaia scriptum sit: *Exiet virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius conscendet.* Denique, vt hanc esse Hieronymi sententiam planè intelligas, audi, quid scribat in libro de optimo genere interpretandi ad Pammachium: *Illud*, inquit, *quod in eodem Euangelista scribitur: Et veniens habitauit in ciuitate, quæ dicitur Nazareth, vt impleretur, quod dictum est per prophetas, Quia Nazaræus vocabitur: respondeant*

3

logodædali, & fastidiosi æstimatores omnium tractatorum, vbi legerunt, discant; in Esaia posito. Nam in eo loco, vbi nos legimus, atq; transtulimus: *Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*: in Hebræo iuxta linguæ illius idioma ita scriptum est: *Exiet Virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius crescet*. Hæc ille. Ex quibus liquidò constat D. Hieron. existimasse Christum dictum fuisse Nazarçum à netser, id est, à flore. Quem secutus est Beda homilia. 1. in Euang. Lucæ, vbi sic ait: *Testatur Esaias Propheta, quòd Redemptorem nostrum in Nazareth oportet exire, cum dicit: Egredietur virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendet: interpretatur autem Nazaræus flos: quo vocabulo incarnatus pro nobis Dei filius rectè potuit cognominari, quia in se credentibus flos spiritualium fructuum, origine processit*. Cum eodemq; cõsentiunt Pagnin. in interpretatione Hebraicarum dictionum, Cornel. Iansen. in sua cõcord. Euãgelica, cap. 11. super illa verba Matth. 2. *Vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur*: ibidemque Lyran & Caiet. Finus etiã Hadrian. lib. 2. Flagelli contra Iudæos, cap. 11. & complures alij.

Beda.

Sanct. Pag.

Cornel. Iãsen.

Lyran. Caiet. Fin. Adrian.

4

Maneat igitur vt omnino certum dictum fuisse Christum Nazaræum à נצר, id est, à flore, Matthæumq; ad hunc Esaiæ locum respexisse, cum dixit: *Vt impleretur, quod dictum est per Prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur*. Nec refert, quòd numero multitudinis dixit, *per Prophetas*. Etenim mos est Scripturæ sacræ cum numerum, etiam cùm de vno tãtùm sermo est, vsurpare, & vt multa alia interim omittam, est exemplum ad hanc rem aptissimum Ioan. 6. vbi ita legimus: *Est scriptũ in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei*: & tamẽ id apud vnum Esaiã reperitur cap. 54. Porro fundamentum Leonis à Castro aientis Christum appellati Nazarçum per Z non verò Nasaræum per S. ex quo putat confici nõ à flore, sed à separatione, & sanctitate dictum fuisse Nazaræum, ex angue ad modum est, & infirmum, quoniam vt superiùs ex D. Hieron. annotauimus, litera צ, per quam scribitur נצר, id est, flos, & Natsarçus, id est, floridus habet sonum quendam medium inter Z & S. atque vtriusque litere vim participat: quare potuit optimè à Græcis, & Latinis siue per S. siue per Z. scribi: placuit tamen magis sola litera Z. vt ita prolationis asperitas molliretur, cum tamẽ si integrè pronuntiari deberet, dicẽdum foret Natsaræus, vel Natzaræus. Eadem que ratione credendum est Nazareth, quæ vox auctore Hieron. etiã à flore deducitur, vt supra diximus, quanuis id nomen in veteri testamento non reperiatur, scriptam etiam Hebraicè per tsade, atque adeo Natsareth, vel Natzareth appellatam, appellandamq; etiam fuisse in testamento nouo, si dictio integrè proferenda esset: verùm molliendæ quoque asperitatis causa dictam fuisse à Græcis, & Latinis Nazareth. Illud non prætereirim, quod annotauit Iansen. loco citato, non eodem modo scribi à Græcis Nazaræum, cùm Nazaræis legalibus, & cũ Christo tribuitur: etenim cum de illis est sermo, scribitur Nazaræus per literã Alpha in medio, vt patet Thren. 4. *Candidiores Nazaræi eius niue*: cum verò de Christo dicitur, scribitur Nazoræus per Omega in medio dictionis, vt est perspicuũ ex Matth. 2. *Quoniam Nazoræus vocabitur*: et Ioan. 19. in titulo crucis, *Iesus Nazorenus*: Et Matth. 26. *Et hic erat cum Iesu Nazoreno*: et Luc. 18. *Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazorenus transiret*: & reliquis omnibus in locis præterquam apud Marcum, qui Romæ scribens Latinos voluit imitari, & Christum appellare Nazarenum per Alpha in medio dictionis. Iuuat quidem aliquid hæc Cornelij annotatio: sed quoniam video Græcos authores veluti Epiphanium hæresi. 29. Nazaræos legales, Nazoreos etiam per Omega appellare, nos in eavim minimè facimus, sed in superioribus rationibus, quibus, ni fallimur, luculente demõstrauimus Christum à netser, id est, à flore Natsaræum per tsade, hoc est, floridum, non verò à nazar per Zain quasi separatum, & sanctum fuisse nuncupatum.

Iansen. Nazaræ⁹ diuerse scribitur cum legalib. Nazaræis, & cum Christo tribuitur. Thren. 4. 7.

Matth. 2. 23. Ioan. 19. 19.

Matth. 26. 71. Luc. 18. 37.

D. Epiphan.

Numerũ multitudinis vsurpat aliquando Scriptura cũ sermo est de vno. Ioan. 6. 45.

5

Hac expedita difficultate aggrediamur iam propositi varicinij expositionem afferre. Igitur Hebræi, vt auctor est D. Hieron. in cõment. huius loci, cum dicitur: *Exurget virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*: vtrumque & virgam videlicet,

Hebræi.

Christ⁹ & flos & virga Ieſſe.

& florem Meſsiam interpretantur, quòd ſcilicet in virga regnantis potentia, in flore pulchritudo monſtretur. Quâ eandem expoſitionẽ ſecutus eſt Paraphraſt. Chald. ſiquidem vtroq; loco Meſsiã intellexit, vt apparet ex eius paraphraſi, quę ita habet: *Egredietur Rex de filiis Ieſſe, & Meſsias de filiis filiorum eius vngetur.* Nec verò ſoli Hebræi in ea fuerũt ſententia, ſed nonnulli etiam ex Patribus, qui per *virgã* Chriſtum quoq; & ipſi acceperunt, veluti Clem. Alex. lib. 1. Pædagogi, cap. 7. *Quibus*, inquit, *non medentur minæ, eis virga medebitur: quibus verò virga non medetur, eos ignis depaſcit. Egredietur virga de radice Ieſſe: vide pædagogicam ſapientiam, & poteſtatem*: quibus verbis vult Clemẽs Chriſtum eo loco Eſaiæ propter poteſtatem appellari *virgam*. Et Origen. hom. 9. ſuper Num. vtrũq; etiã, & virgam ſcilicet, & florem ad Chriſtũ retulit: *Habemus*, inquit, *hæc omnia non tam in virga Aaron, quàm in ea virga, quæ exijt de radice Ieſſe, de cuius etiã radice flos aſcendit, in quo nec hoc ipſum videtur otioſum, quòd exire dicitur virga, & flos aſcendere. Quãuis enim vnus ſit Chriſtus per ſubſtantiã, ſingulis tamen diuerſus efficitur, prout indiget is, in quo operatur. Qui ergo ſegnior eſt, & negligentior, fit ei pro diſciplina Chriſtus virga, & in virga non aſcendere dicitur, ſed exire: exeundum nãque eſt ei, qui inerſ, & ſegnis eſt, de eo ſtatu, in quo non rectè conſiſtit, & tranſeundum ad alium tanquam virga compulſo, id eſt ſeueritate doctrinæ rigidioris admonito: qui verò iuſtus eſt, quia iuſtus, ſicut palma floret, in hoc aſcendere dicitur Chriſtus. Sic ergo qui verberibus indiget, exit ad eum virga: qui autem proficit ad iuſtitiam, aſcendit in florem: aſcẽdet autem, vſquequo afferat fructus ſpiritus.* Hæc Orig. Cui cõſentit Cyrill. Alex. lib. 2. Cõment. in Eſaiã: *Virgam*, inquit, *nominauit Chriſtũ ex radice Ieſſe iuxta carnem, & præterea etiam florem: & per virgam quidem Regiam eum dignitatẽ habere ſubindicare videtur. Flos verò rurſum dicitur, quoniã hominis natura in illo ad incorruptionem, vitam, & nouitatem conuerſationis Euangelicæ floruit.* Idem præterea habet D. Hilar. in Pſal. 2. ad illa verba: *Reges eos in virga ferrea*: vbi & virgã, & florẽ Chriſto attribuit, docẽs per *virgã* ſignificari Regiã poteſtatẽ, quã ne tyrãnicã arbitraremur, additũ eſſe florẽ, vt ſeueritatẽ virgę floris ſuauitas tẽperaret.

Est quidem hæc ſententia propter tã torum Patrum auctoritatem admodùm probabilis: ſed non video tamen, quàm aptè cum contextu ipſo cohæreat. Etenim *virga* dicitur exire de radice Ieſſe, *flos* autem de radice ipſius virgæ pullulare: quo fit, vt non poſsint hæc duo vni, & eidem perſonę conuenire, cum diuerſam planè habeant ſuæ natiuitatis originem. Præterea ſi flos de virga naſcitur, quî fieri poteſt, vt idem ſit, quod virga, alioqui iam idẽ ex ſe ipſo oriretur: quare aliud omnino virgam, aliud florem eſſe fateamur, neceſſe eſt. Putamus igitur virgę nomine Sanctiſsimam Virginẽ, floris autem appellatione Chriſtum eſſe accipiendum, quę eſt D. Hieronymi expreſſa ſententia in commentarijs ſuper vndecimum caput Eſaiæ. *Nos autem*, inquit, *virgam de radice Ieſſe ſanctam Mariam virginẽ intelligamus, quæ nullum habuit fruticem cohærẽtem: de qua & ſupra legimus. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & florem Dominum ſaluatorem, qui dicit in cantico canticorum: Ego flos cãpi, & lilium conuallium.* Idem multis in locis docet Tertullianus, veluti in libro aduerſus Iudæos cap. nono. *Naſcetur*, inquit, *virga de radice Ieſſe, quod eſt Maria: & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper illum ſpiritus Dei. Neque enim in vllum hominum vniuerſitas ſpiritalium documentorum competebat, niſi in Chriſtum, flori quidem ob gratiam adæquatum, ex ſtirpe autem Ieſſe deputatum, per Mariam ſcilicet cenſendum.* Et libro de corona militis, cap. decimo quinto, *Habes*, inquit, *florem ex virga Ieſſe, ſuper quem tota Diuini ſpiritus gratia requieuit, florem incorruptum, immarceſcibilem, ſempiternum*. Et libro de carne Chriſti, cap. vigeſimo primo probans Chriſtum ex Dauid ortum habuiſſe, *Ipſe eſt*, inquit, *flos de virga profecta ex radice Ieſſe: radix autem Ieſſe genus Dauid, virga ex radice Maria ex Dauid, flos ex virga filius Mariæ, qui dicitur Ieſus Chriſtus, ipſe erit & fructus: flos enim fructus, quia per florem, & ex flore omnis fructus eruditur in fructum. Quid ergo negant & fructui ſuũ florẽ, & flori ſuã virgã, & virgæ ſuã radicẽ.* Lege eundẽ lib. 3. cõtra Marcion. cap. 17. & lib. 4. cap. 1. Sic etiam locum intellexerunt Ephræm Syrus orat. de matris Dei laudibus D. Ioan. Damaſc. orat. 1. & 2. de Natiuit. Mariæ, Leo Magnus ſerm. de Natiuit.

Clem. Alex.

Christi poteſtas deſignata per virgam.

Origen.

Christus ſegnib⁹ virgã, proficiẽtibus flos.

Cyrill. Alex.

Regia Chriſti dignitas.

D. Hilar. Pſal. 2. 9.

D. Hieron.

B. Virgo virga Ieſſe, filius flos virgæ Cant. 2. 1.

Tertull.

Chriſtus flos immarceſsibilis.

Flos item, & fructus.

Ephræm Syr. D. Ioan. Dam. Leo. Magn.

D. Chrysost. Psal. 122. 4. D. Isidor. D. Bernard.

tiuit. Domini. D. Chrysost. in Ps. 22. ad illa verba: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*: D. Isidor. ad sororem Florentinam, D. Bernard. serm. 2. de Aduentu, & hom. 2. super *Missus est*, & serm. 2. in annunciat. Dominica, & alij.

7

Deiparæ puritas pulcherrimâ.

His ita positis iam ex eodem loco luculentè ostenditur purissimus conceptus, & partus Virginis. Quid enim pulchrius, aut purius fingi potest, quàm pulchri, & elegantis cuiusdam floris egressus ex pulcherrima virga? Virga quidē beatissima Virgo est, quę ex radice Iesse, hoc est, ex progenie Dauid (cuius pater fuit Iesse dictus alio nomine Isai) traxit originem: ex Virgine autem Christus ceu flos pulcherrimus tanta puritate, & pulchritudine erupit, quanta flos ex virga pullulare consueuit. Sicut enim flos non ex semine, vt arbor ipsa, sed ex virga, frondeque arboris cœlesti tantùm vi, roreque perfusa oritur: ita Christus absque vllo virili semine ex Virgine Diuina altissimi virtute, sanctique Spiritus rore fœcundata natus est. Et quemadmodùm virga in florem erumpens tantùm abest, vt aliquid venustatis, & pulchritudinis amittat, vt potiùs spectosior, pulchriorque euadat: ita Virgo sanctissima tantùm abfuit, vt per conceptum, & partum Christi aliquid de sua integritate amiserit, vt tunc potiùs eius virginitas sanctior, pulchriorque facta fuerit. Vnde Euseb. Emiss. hom. 2. de Natiuitate Domini, *Quid primùm*, inquit, *mirer, quid ve postremum? quod sine conceptu est collata fœcunditas, an quod per partum magis est glorificata virginitas?* Et D. Bernard. serm. 1. in Vigilia Natiuit. Domini docet vterum virgineũ fuisse ipso partu quasi templum quoddā consecratum: *O partus*, inquit, *solus nescius pudoris, corruptionis ignarus, non reserans sed consecrans virginalis vteri templum*. Meritò igitur ex hoc loco ad probandam virginitatem sanctissimæ Deiparæ argumentatur Finus Hadrian. lib. 2. Flagelli contra Iudęos cap. 11. imo & multi Patres, veluti D. Bern. hom. 2. super *Missus est*: *Egredietur*, inquit, *virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*, Virginem *virgam*, *florē* Virginis partum intelligens. Et D. Leo serm. 4. de Natiuitate Domini, *In qua*, inquit, *virga? Non dubiè, quòd beata Virgo Maria prædicta est, quæ de radice Iesse progenita, Spiritu sancto fœcundata nouum florem carnis humanæ vtero quidem materno, sed partu est enixa virgineo*. Et D. Hieron. in comment. super Esaiam, *Nos*, inquit, *virgam de radice Iesse sanctam Mariam virginem intelligamus, quæ nullum habuit sibi fruticem cohærentem, de qua, & supra legimus: Ecce virgo concipiet, & pariet filiū*. Legēdus est quoq; in eādē sententiā D. Ambros. lib. 2. c. 1. de Spiritu sancto. Itaq; illud in hac virga prodigium considerare licet, quòd cum reliquæ omnes virgæ, atque arbores, cum fructum edunt, florē amittant; hæc tamen virga supra omnē naturæ cursum retento virginitatis flore fructum vitæ mundo attulerit. Vel, si malis, istius vnicæ virgę fructus flos ipse fuerit, quę est obseruatio D. Bernardi in lib. de passione Domini cap. 46. *Si diligentiùs*, inquit, *volueris intueri, intelliges in omni arborum genere in ortu fructus florem decidere, & perire: in hominibus quoq;, & fere cūctis animantibus fructus filiorum florem virginitatis abscindit. Non sic erat in natiuitate vitis nostræ: beatissima enim mater illius fructum protulit benedictum non amisso virginitatis flore: imo magis per partum mirabilem, & mundissimum est decorata, vbi lex, vbi iura naturæ abscissa sunt.* Quod etiam expendens Greg. Nyssen. in orat. de sancta Christi Natiuit. *O Miraculum*, inquit, *ingens, virgo mater fit, & virgo permanet. In aliis fœminis, quandiu virgo aliqua est, mater non est; cum autem mater facta fuerit, virginitatē non habet: hic verò neque virginitas partū prohibuit, nec partus virginitatē soluit.*

D. Hieron.

D. Ambros.

In sola Maria & flos cū fructu, & flos fuit fructus.

D. Bernard.

D. Greg. Nyss.

Euseb. Emiss. Deiparæ virginitas per Christi partū sanctior & pulchrior.

D. Bernard.

Fin. Hadrian.

D. Bernard.

D. Leo.

8

Cœterū illud adhuc ad perfectā literæ expositionē explicandū supereſt, cur *Virga* non de arboris cacumine, sed de ipsa radice prodierit? Cur etiā flos iste prę ter omnē naturæ ordinē non de summitate virgæ, sed de ipsa ima radice pullulauerit? Augeturq; difficultas ex eo, quòd pro radice, quam vertit Vulgatus, habetur Hebraicè gezaa, quę vox propriè significat truncū arboris, qui præcisis, truncatisque frondibus in terra supereſt: imo, vt vult Rabbi Kimhi, eam tantùm partem truncatæ arboris, quæ super terrā eminet, nō quæ terræ infixa, & occultata latet. Vt igitur res intelligatur, oportet aduertere, quo tēpore Virgo sāctissi

Cur flos Christi de radice arboris, non de virgę summitate pullulauerit.

ma nata est, & multò etiam magis, cum Christus fuit conceptus, & natus, Iudæorum principatum, & regnum iure optimo potuisse trunco arboris præcisis frõdibus conferri: siquidem legitima Regũ Iudæorum successio omnino defecerat, atque adeo Iudaicum regnum carens legitimis Principibus quasi virgis, frondibusque regalibus truncatum iacebat, ex quo nulla sceptra, nullę virgę regales hæreditaria, ac legitima successione adnascebantur: quo fit, vt cum Virgo sanctissima ex tribu Iuda, imo & ex familia Dauid nata est, ex ipso regali trunco dissectis ramis, & frontibus iacente ceu ex regia radice quasi virga pullulauerit, vt verè dictum sit ab Esaia: *Egredietur virga de radice Iesse*. Præterea, quoniam Christus ex Virgine nullis in sua familia regalibus sceptris fulgente, sed potiùs secundùm viuendi rationem humili, & paupere ortus est: meritò etiam non de splendida, & excelsa virgæ sumnitate, sed quasi ex ignobili radice ascendisse dicitur: quò spectauit Lucas cap. 3. cum statum Iudaicæ Reipublicæ in Tetrarchias dissectum describens dixit: *Anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam. Ect.* Quibus verbis Hebræorũ Rẽpublicam quasi truncum pręcisis ramis, ac frondibus nobis ante oculos proponit, tacitè innuens hunc Esaię locum, à quo prædictũ fuerat Messiã eo tẽpore vẽturũ, cũ Iudaica Respublica quasi truncus iaceret ignobilis, ex quo ipse Messias esset quasi flos ex radice nasciturus.

Legitima regum Iuda successio conceptionis Christi tempore defecit.

Luc. 3. 1.

9

Ex quo illud colligas licet, quantam Christus rationem veræ humilitatis habuerit: siquidem cum re ipsa oriturus esset ex Regia Dauidis familia; noluit tamen eo nasci tempore, quo Regnum Iuda erat florentissimum sub Dauide, ac Salomone felicissimis, potentissimisq; Regibus, nec in sequẽtium Regum temporibus ante captiuitatem Babylonicam, cum adhuc Iudæorum res, ac principatus vigebat, sed ea ętate, qua vniuersa Regni Iudaici felicitas corruerat, Regnumq; ipsum quasi truncus iacebat, nullusque regalis splendor in matre eminebat. Quæ humilitas adhuc magis elucet in eo, quòd non dictum est: *Egredietur virga de radice Dauid*, sed: *de radice Iesse*: quia enim Iesse pater Dauid non Rex fuit, sed pastor; Dauid autem ad Regiæ dignitatis fuit euectus fastigium: magnæ perfectò humilitatis fuit, cum potuisset Dauidem familiæ, & gentilitiæ nobilitatis caput, & principem nominare; voluisse tamen potiùs Iesse pastorem, nulloq; regio splẽdore fulgentem auctorem generis censere. Atque hæc vniuersè de præsentis vaticinii literali, ac germana explanatione dicta sint. Nunc vberioris doctrinæ causa nonnulla adnotabimus, quibus maior aliqua lux eidem afferri possit.

Christũ iure optimo netzer, id est, florem, & Natzarçum, id est, floridum appellari.

SECTIO XXIII.

Christi nascentis humilitas.



ACTENVS ostendimus Christum dictũ fuisse Nazaraum, seu potius Natzaraum à נצר, hoc est, à flore, quemadmodùm diserris verbis tradit superiori vaticinio Esaias. Diximus etiam ideirco germinationi floris ex virga ortum eius similem dici, quoniam ex Virgine prodiit, non solùm seruata, sed pulchriori etiam effecta eius integritate: nunc quanto iure eiusmodi cognomentum, appellationẽq; sibi vendicet, explanandum est. Vt igitur hinc ordiamur, Christus ipse se florem appellat illis verbis Cant. 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium*: quãquam enim dubium sit, num hæc verba sponso, an sponsæ tribui debeant, nec desint, qui ea ad sponsã potiùs referẽda existiment, vt Greg. Nyssen. expositio trium Patrũ apud Theod. & alii: nostũ cũ Theod. D. Greg. D. Bern. Beda, & cõmuniori fere sẽtẽtia illa sponso tribuimus. Pro flore est Hebraicè הנצל, quæ vox, vt quidã volũt, significat rosã nigro colore, sed eleganti, & venusta specie, odoreq; suauissimo, solumq; reperitur hoc loco Cant. & Esai. 35. cum dicitur: *Et florebit quasi lilium*. Pro *lilio* verò habetur Hebraicè שושנת, quod Hebræi dicunt esse florem candidum vulgo lilium, vacarique

1

Cant. 2. 1.

D. Greg. Nyss. Theodor. D. Greg. D. Berdard. Beda.

Esai. 35. 1.

שושנת, quòd perpetuò habeat sex folia: alii volunt esse floris genus, quod inter spinas nascitur. Totum hunc locum Paraphrast. Chald. ita transtulit: *Ego similis sum lilio viridi ex paradiso voluptatis, & opera mea pulchra sunt sicut rosa, quæ est in cãpo horti voluptatis.* Ex his habemus in primis Christum esse lilium ex paradiso voluptatis, quoniam in eo omnes deliciæ, voluptatesque continentur, vt qui huiusmodi lilium decerpserit, eo ipso omnia voluptatum, deliciarumque genera colligat. Deinde esse florem, qui inter spinas enascitur: quoniam Christus inter huius vitæ labores acerbissimos, quos pertulit, & inter ipsas passionis suæ difficultates, imo & inter spinas, ac sentes, quibus fuit coronatus, quasi flos extitit, eleganti specie, eximioque decore visendus. Quare meritò his verbis sponsus suam sponsæ commendat pulchritudinem, vt eam ad se magis amandum alliciat: inuitauerat quippe illa paulò ante sponsum ad consortium thalami commemorata lecti pulchritudine, quem floribus, rosisque insperfum dixerat: *Lectulus*, inquit, *noster floridus*: cui cõtra sponsus respõdet non esse opus, vt externam florum pulchritudinem, & elegantiam desideret, cùm ipsemet sit flos omniũ pulcherrimus, & qui vnus omnium florum, ac liliorum instar ipsi spõsę esse debeat: *Ego*, inquit, *flos campi, & lilium conuallium*; Cui expositioni concinit alia quorundã translatio, qui ita reddunt: *Ego flos satietatis*: solus enim ille flos est, qui suo odore, & pulchritudine sponsę, id est, Ecclesiæ appetitum, ac voluntatem implere, satiareque potest. D Bernard. serm. 47. in Cãtica existimat responsum sponsi eò pertinere, vt sponsam cõmoneat, nihil illâ habere pulchritudinis, quod non debeat acceptum sponso referre. *Ne*, inquit, *sibi flores adscriberet illos, quibus lectulus decoratus, & venustatus thalamus videbatur, infert sponsus se esse florem campi, nec de thalamo prodire flores, sed de campo suoque munere, & sui participatione fieri, quod renitet, & quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset, & dicere: Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? ipse dilectæ suæ sicut ambitiosus amator, ita informator benignus piè illi, dignantera que demonstrat, cui nitorem, de quo gloriabatur, ac nasi redolentiam lectuli deleat deputare. Ego flos campi, inquit, de me est, quod gloriaris.* Hęc ille.

Paraphrast. Christus flos, & lilium ex paradiso voluptatis.

Solus Christus Ecclesiæ appetitum satiat.

D. Bernard.

Ecclesiæ pulchritudo tota à Christo.

Dicitur autem huiusmodi flos, *flos campi* primò, quoniam à Virgine nulla viri opera, sed cœlesti tantùm virtute originẽ habuit ad discrimen floris, qui in horto aliquo, ac topiario progignitur: flos enĩ, qui in horto plantatur, solet humana industria coli, & irrigari; at ille qui in campo nascitur, cœlesti tantùm virtute, pluuia, roreque efflorescit. Quam rationem affert D. Bern. loco citato. *Hortus*, inquit, *vt floreat, hominum manu, & arte excolitur; campus verò ex semetipso producit flores absque omni humanæ diligentiæ adiutorio. Putasne tibi iam videris aduertere, quinam ille sit campus nec sulcatis vomere, nec defossus sarculo, nec manu hominis seminatus, venustatus tamen ni fallimur nobili illo flore, super quem constat requieuisse Spiritũ Domini?* Secundò, vt interpretatur Beda, quoniam flos campi non paucis tantùm, vt flos horti, sed vniuersis patet, suumq; odorem, & pulchritudinem omnib⁹, qui accedere voluerint, impertitur; itaque omnes pro libito illum possunt sibi decerpere, odorarique. Sic namque Christ⁹ propter vniuersos venit in mundũ: vnde Simeon suo illo cantico cecinit: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* Quæ etiã fuit causa, cur apud Zachariam cap. 13. fons non signatus, sed patens appellatur. *In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ*: vt in nostris super Zachariam cõmẽt. diximus. Tertiò appellat se florem campi, quoniam eum in campo, & certamine oportet delibare, atque decerpere: id circo enim, vt ad notauit Bern. cum sponsa sponsum ad thalamum inuitasset illis verbis: *Lectulus noster floridus*: sponsus è contrario illam ad campum prouocauit. *Illa*, inquit, *monstrante lectulum ille vocat ad campum: Ego, inquit, flos campi*, (quasi dicat: Qui diligit me, veniat in campum, non refugiat mecũ, & pro me inire certamẽ.) *Non putat quicquam persuabilius fore sponsæ ad ineundum certamen, quàm si se ipsum certantis aut exemplum proponat, aut præmium: Ego flos campi. Vtrumque es mihi Domine IESV, & speculum patienti, & præmium patientis.* Itaque

2

Flos Christus non humana sed cœlesti virtute efflorescit ex Virgine D. Bernard.

Beda.

Christus propter vniuersos natus. Luc. 2. 30.

Zach. 13. 1.

D. Bernard. Christus fortiter dimicantiũ præmium.

vult Bern. Christum appellare se florem campi, tum quia exemplo suo in campo est, hoc est, in certamine ad sponsam, id est, Ecclesiam in certamen quoque incitandam: tum quia fortiter dimicantibus est tanquam præmium in campo, flosculi cet pulcherrimus, quo is qui vicerit, quā primū sit gloriosè coronandus. Nā quòd Christo ceu flore coronētur Christi milites, docet Tertull. in lib. de corona militis: *Quid tibi*, inquit, *cum flore morituro? habes florem ex virga Iesse super quem tota Spiritus Diuini gratia requieuit, florem incorruptum, immarcescibilem sempiternum.* Ex hoc nimirum flore illud sertum contexitur, seu potiùs flos iste sertum illud est, quo nos Deus apud Esaiam cap. 28. cupit exornatos, coronatosque incedere: *In die*, inquit, *illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui*: quem locum de ipso Messia intellexit Paraphrastes Chal. ita transferēs: *In tempore illo erit Messias Dominus exercituum in coronam gaudij, & in diadema laudis residuo populi sui.*

Tertull. Eorundem ité corona.

Esai. 28. 5.

Paraphrast.

3

Porro flos iste primùm natus in vtero virgineo quasi in cœlesti quodam paradiso: inde enim, vt superiùs cum Esaia docuimus, flos ille eximia puritate, & pulchritudine primùm erupit, vt iure optimo incarnationem Verbi eleganti similitudine germinationem floris possimus appellare: ac tum primùm Natzaræus noster totus floridus, eleganſque terris apparuit, suoque odore vniuersū orbem compleuit, qui tam latè, longéq; fusus est, vt tres illos Orientales Reges ex remotissimis partibus ad se propriùs odorandum, adorandumq; pertraxerit. Ad cuius sanè floris odorē respexit Isaac Patriarcha, cum filium Iacob benedicēs dixit: *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Gen. 27. iis enim verbis Patriarcham ad Christum potissimùm spectasse docet D. Bernard. serm. 47. in Cant. *Ecce*, inquit, *odor filii mei sicut odor agri pleni: nondum specie suā ille flos agri induerat, & iam dabat odorem suum, quando eum, vt hoc præ gaudio exclamaret, præsensit spiritu corpore marcens sanctus, & senex Patriarcha, caligans visu, sed odoratu sagax.* Appellauit autē Isaac odorem huius floris, *odorem agri pleni*: quoniam sicut ager multis, ac variis vestitus floribus longè, lateque odorem fundit, ita flos iste Christus toto orbe odorem suum sparsit, & in Bethlehem ortus remotas Orientis oras odoris sui admirabili suauitate compleuit.

Per incarnationem floris apparuit Deus.

Gen. 27. 27.

D. Bernard.

Christi suauissimus odor lōge lateque fusus.

Deinde verò postquam flos iste adoleuit, tunc verò multò maiorem odorē emisit, præcipuè cum laboribus, quos assiduè patiebatur, quasi manibus premebatur. Sicut enim flores cum manu premuntur, & attrectantur, magis redolēt; ita Christus laboribus, quos perferebat, ipsaque potissimùm passione Iudæorū manibus quasi flos compressus, contrectatusque, mirum est, quantum odoris emiserit, vsque adeo, vt vel ipsum iudicem propter maximarum virtutū odorem, quem in illo sentiebat, in admirationem adduxerit: sed præcipuè in Cruce spinis coronatus quasi flos inter spinas apparuit, eximio decore, odoreq; visendus, vt meritò Natzaræi, hoc est, floridi cognomentum in ipso titulo Crucis prætulerit, quemadmodùm eleganter expendit D. Ambros. libro 2. de Spiritu sancto cap. 5. *Exiet*, inquit, *virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: Virga Maria, flos Mariæ Christus, qui bonum odorem fidei toti sparsurus orbe virginali ex vtero germinauit, sicut ipse dixit: Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos odorem suum successus reseruat, & contritus accumulat, nec auulsus amittit. ita & Dominus IESVS in illo patibulo Crucis nec cōtritus emarcuit, nec auulsus euanuit. Sed illa lanceæ punctione succisus speciosior fusi cruoris colore vernauit, morti senescius, & mortalis æternæ vitæ munus exhalans.* Hæc ille. Quo circa in Cruce maximè Christus nerzer, Natzaræusque extitit, cū inter spinas collocatus, imo & ab spinis punctus salutarem odorem mundo afflauit, & animā exhalans instar floris odorem vitæ, vt aiebat Amb mortalibus exhalauit, vt Christum exhalasse animam nihil aliud fuerit, quàm instar floris odorem salutis exhalasse. Quadrat verò in Christum coronatum spinis illa alia quorundam expositio, qua existimāt vocem Hebræam *Habatseleth*, quam Vulgatus *florem* transtulit, significare *rosam*: cum enim rosa inter spinas, imo & spinis circumsepta nascatur, quid ni Christum coronatum spinis rosam dixerim?

4

Christus cruce compressus instar floris magis redoluit.

D. Ambros.

Odorem salutis exhalauit in cruce.

partim

partim cãdore, partim rubore suffusam, & ob eam vtriusque coloris permistionẽ sanè pulcherrimã iuxta illud Cãt. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus*. Veré igitur Christus in Cruce Natzaræus, id est, floridus, imo netzer, id est, flos dicitur: nec tantùm flos, sed flos quidam Regius, eamque ob causam in Crucis titulo regalis dignitas cũ Natzarei appellatione coniuncta est, scriptũque: *Natzaræus Rex*: vt in Cruce prodigiũ illud accidisse existimari possit, de quo ille apud Poetam sciscitabatur: *Dic quibus in terris nascantur nomina Regũ Inscripti flores?* siquidem in Cruce Christus verè, ac propriè flos illustrissimo Regis nomine, ac titulo inscriptus apparuit.

Cant. 5. 10. — Christ⁹ in cruce, regalis flos.

5 Tertiò. Quanquam in ipsa morte flos ille succisus quadam ex parte languere visus est; nox tamen tertia die resurgẽs quasi reflorescens elegantissimum sese omnium oculis obtecit. Eo namque mysterio voluit in horto sepeliri, vt habes Ioan. 19. *Erat*, inquit, *in loco, vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat*: vt videlicet indicaret se per resurrectionem tãquam pulcherrimum florem ex horto illo proditurum. Quò spectat illud Ps. 27. *Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei*: eo namque in Psalmo ad litteram loquitur Christus suam à Patre resurrectionem, & vindictam de suis hostibus efflagitans, illisque verbis, *Refloruit caro mea*, resurrectionem eleganti similitudine explicauit. *Caro Christi*, inquit Hieron. *in resurrectione refloruit*. Eodemq; sensu interpretatur D. August. Dicitur autem Christus in resurrectione refloruisse, quoniam, qui antea mortalis erat, & passibilis, postea immortalis, & impassibilis resurrexit: & qui antea flos erat marcescibilis, hoc est, laboribus, mortique obnoxius, per resurrectionem flos omnino immarcescibilis extitit, & illam immortalitatis veneram, sempiternamq; naturam quasi flo em æternitatis perpetuò conseruauit iuxta illud Pauli ad Rom. 6. *Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur: mors illi vltra non dominabitur*. Deusdemq; suæ resurrectionis floribus loquitur Cant. 2. cum sic sponsi inuitat: *Surge, propera amica mea, colũba mea formosa mea, & veni: tũ enim hyems transiit, imber abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit*: quibus verbis tempus ipsum veris describitur; quo tempore putantur arbores, campique omnes efflorescunt: significaturque tẽpus resurrectionis Christi fuisse ver quoddã cæleste, quo ipse cœpit per resurrectionis suæ gloriã, & corporis immortalitatẽ efflorescere, & deinceps etiã homines deberẽt ad gloriã immortalẽ resurgere, & tãquã flores in Ecclesiæ cãpo pulcherrimi pullulare. Id quod in ipso die resurrectionis Christi accidisse ad initium horum commentariorum docuimus ad illa verba capitis primi: *Primogenitus mortuorum*. Ita hunc locum Canticorum intellexit D. Bernar. serm. 58. super Cant. *Quæris*, inquit, *quando hoc fuit, quando putas, nisi cum refloruit caro Christi in resurrectione? Hic primus, & maximus flos, qui apparuit in terra nostra: nam primitiæ dormientium Christus: ipse, inquam, flos campi, & lilium conuallium, vt putabatur filius Ioseph à Nazareth, quod interpretatur flos. Is ergo flos apparuit primus, sed non solus, nam & multa corpora sanctorum, qui dormierant, pariter surrexerunt, qui veluti quidam lucidissimi flores simul apparuerunt in terra nostra*. Hæc ille.

Tempus resurrectionis Christi, ver cæleste.

Apoc. 1. 5. D. Bernard.

Surrexerunt multi cũ Christo.

Ioan. 19. 41. — Refloruit per resurrectionẽ Christus.

Psal. 27. 7.

D. Hieron. D. August.

Rom. 6. 9.

Cãt. 2. 10. 13.

6 Quartò. Optimo iure subiunxit Esaias super hunc florem septemplicem spiritum requieuisse: *Et requiescet*, inquit, *super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini*. Itaque super hunc florem suauissimum septem spiritus Domini, hoc est, vniuersæ virtutes, quæ per septẽplicem spiritum significantur, requieuerũt, vt tanquam Diuinæ quædam, cœlestesq; apes ex eo flore suauitatem, dulcedinemque haurirent. Scitum namque est vniuersas virtutes eo ipso faciliores, suauioresque nobis extitisse, quòd Christus earum in se ipso dedit præclara documenta. Itaque humilitas, patientia, cæteræque omnes virtutes, quæ ãtea insuaues, ac difficiles hominibus videbantur, exẽplo Christi dulcissimæ, ac mellitissimæ effectæ fuerunt, tantamque ex hoc flore suauitatem hauserunt, vt nihil iam suauius, atque dulcius sit hominibus, quàm

Virtutes omnes exemplo Christi nobis extiterunt suauiores.

in

in illis sese ad Christi exẽplum, formãque componere. Nec multùm abhorret ab hac sententia illud Ps. 117. *Circundederunt me sicut apes*, seu vt Græcè habetur, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κήριον, id est, *Circũdederunt me sicut apes fauũ*: sicut enĩ virtutes omnes, vt modò diximus, Christum, ceu apes florem, circundederũt, vt inde suauitatem, dulcedinemque conciperent: ita dicuntur persecutores Christi eundem tanquam apes fauum circundedisse, hoc est, cum eum iniurijs prosciscindebãt, cum tormentis excruciabant, fauum illum nobis suauissimum cõstruxisse, quem comedere, hoc est, imitari delectaremur. Sic enim eum locum interpretatur D. Augustinus. *Ipsum*, inquit, *Dominũ rectè accipimus circũdatum à persecutoribus, sicut circundant apes fauum, mel quippe apes operantur in fauis. Nescientes ergo persecutores Domini fecerunt eum nobis in passione dulciorem, vt gustemus, & videamus, quàm suauis est Dominus.* Eodemque modo locum accepit Beda: *Circundederunt me sicut apes: Quia*, inquit, *sicut apes magno studio, & diligentia fauum artificioſè componunt: ita hostes mei quantò maiorem diligentiam in me excruciando insumpserunt, tantò quasi artificiosiorem, id est, exemplabiliorem fecerunt. Potest quoque & in bonum sic accipi: Circundederunt me quidã ex gentibus sicut apes, quia sicut apes valde confertim stipant fauum, vt quod dulce est, inde colligant: ita ipsi multùm me stipãtes dulcedinem verbi Dei de me quasi de fauo mel excusserunt. Tum sequitur: Et exarserunt sicut ignis in spinis, id est, tam vehemens dilectio accensa est in eis, quanta ardoris vis in igne illo est, qui ardet in spinis.* Hactenus Beda.

Psal. 117. 12. — Christ⁹ in tormentis fauus mellis suauissimus. D. Aug. — Beda.

Quod verò de spinis adiungit, pulchrè potest ad spinas illas referri, quibus noster flos fuit circumseptus: ignis namque amoris, qui in his spinis accenditur, vehementissimus est: magnopere enim amor in Deum considerata Christi passione, & spinea eius corona exardescit. Sanè sponsa Christum in passione vsq; adeo dulcem, odoriferumque sentiebat, vt eius omnibus cõtumelijs, cruciatibus que in vnum collectis se mirificè recreari, oblectarique confessa fuerit illis verbis Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur*: quo loco per *fasciculum myrrhæ* accipiendus est fasciculus ex myrrhæ floribus, ac folijs confectus, non tamen cuiusuis myrrhæ, sed eius, quę in Syria prouenit, cuius flores, ac folia suauissimi sunt odoris: & est spõsæ oratio in hanc intelligenda sententiã. Cœreræ quidem fœminę solent sibi fasciculos ex floribus contexere, quos & naribus admoueant, & in sinu recondant: at ego te sponse omnibus floribus, rosis que prę fero: itaque tu mihi es suauissimus florum fasciculus, quem ad cor exhilarandum in sinu meo geram perpetuò reconditum. Cur verò myrrhę potius, quàm alterius generis florum fasciculũ nominauerit, illud est causæ, quòd cum sponsus ei in cœteris omnibus actionibus gratissimus esset, atque dulcissimus, in passione tamen ipsa, quam hoc loco myrrham appellat, multò suauior, dulciorque videbatur. Porro aduerte pro *fasciculo* haberi Hebraicè צְרוֹר à radice צָרַר, quæ significat angustiare, claudere, ligare: vnde צְרוֹר, id est, fasciculꝰ, aut facculus, in quo pecunia, aut aliquid aliud ligatur, & reconditur, veluti Gen. 42. *Repererunt in ore saccorum ligatas pecunias*: et Aggęi 1. *Misit eas in sacculum pertusum*. Quo fit, vt hoc etiam loco per *fasciculum myrrhæ* possimus sacculũ intelligere myrrhæ folijs, floribusq; refertũ: solent autem huiusmodi sacculi floribus, rebusque alijs odoriferis referti ad pectus, stomachumque adhiberi confouendi, & exhilarandi causa. Illud itaque sponsa significat, se vsque adeo laboribus, & passionibus sponsi oblectari solitam, vt eis refertum sacculum ad vbera admoueret, cum eoque pectori adhibito obdormisceret ad fouendum, & exhilarandum cor tanquam floribus maximè salutaribus, atque odoriferis. *Myrrha*, inquit Theodoretus, *sponsi mortem, & quæ inde ad sponsam peruenit, indicat suauitatem. Subiicit autem In medio vberum meorum commorabitur, hoc est, in præcipua animæ meæ parte, nempe in corde, quod inter vbera situm est.* Obserua hic obiter in loco Esaiæ citato pro eo, quod nos habemus, *Replenit eum spiritus timoris Domini*, haberi Hebraicè: *Et olfacere*, seu *spirare ipsius cum timore Iehouah*: quibus verbis significatur vsque adeo timorem Domini, cœterasque virtutes in Christo locũ habuisse

Cant. 1. 13. — Exardescit amor in Deum ex Christi passione. — 7

Myrrhæ folia in Syria suauissimi sunt odoris.

Christi passionibus quàm oblectaretur Sponsa.

Gen. 42. 8. Agg. 1. 6.

Theodor.

buisse, vt nihil aliud, quàm virtutem, & sanctitatem spirare videretur. Quę metaphora non est aliena ab appellatione floris, florum enim quoque est odorem afflare, & spirare: quo fit, vt is sit sensus, huiusmodi florem loco odoris spiraturū, atque afflatorum esse timorem Domini, omnemque sanctitatem. Cum igitur tanti odoris sit iste flos, potissimum verò cū in passione, Cruceque spectatur: meritò sponsa ex eo sibi sacculum conficit, cum quo ad pectus adhibito continuò dormiat fouendi, & exhilarandi cordis causa.

Omnem sanctitatem afflabat Christus.

8 Postremò huius floris odor mānsit quoque in Apostolis, qui eundem etiam cæteris fidelibus cōmunicarunt. Nec mirū, cum enim flos est magni odoris, si contrectetur, gestetur que in manibus, solet in eo, qui gestauit, eadem odoris suauitas adhærescere. Et verò, quòd Apostoli Christum ceu florem manibus tractauerint, scriptum reliquit Ioan. Apost. in 1. sua Epist. Canon. cap. 1. *Quod fuit*, inquit, *ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, quod perspeximus, & manus nostræ cōtrectauerunt de verbo vitæ*. Quòd verò eius floris odor Apostolis adhęserit, quē deinceps fidelibus communicauerint, docet Paulus .2. ad Cor. cap. 2. illis verbis. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo IESV, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus*. Quo loco nomine *odoris notitiæ Dei* intelligit Christum ipsum D. Ambr. seu quicunque est auctor commētariorum in Paulum, qui Ambrosio tribuuntur: Odor, inquit, notitiæ Dei in Christo, & per Christū est: odorem autem idcirco dixit, quia sicut quædam res cum non videantur, per odorem tamen cognoscuntur, & intelligis in aliquo loco esse, quod non vides: ita & Deus, quia inuisibilis est, per Christū se voluit intelligi, vt prædicatio Christi Deum Patrem insinuaret creatorem, & filium eius vnigenitum, cuius etiā rei legatione fungentes Apostoli odorē notitiæ Dei, & Christi per signa, & prodigia manifestarent: quorum prędicatio ideo in odore significata est, quia cum Deus non videatur per eam, quæ inuisibiliter operatur, in Apostolis esse intelligitur.

Apostoli, odor Christi.

1. Ioh. 1. 1.

2. Cor. 2. 14.

D. Ambros.

Iuxta quam expositionem habes Christum odorem fuisse Patris; Apostolos autem odorem Christi, qui cū ipsum Christum tanquam florem, & rem maximè aromaticam contrectauerint, tantùm odorem inde conceperunt, vt non tam redolentes Christum, quàm odores Christi appellari potuerint: *Christi*, inquit, *odor sumus*.

Christus odor Patris.

Vndecimum testimonium ex illis verbis Esaię 16.

Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deserti, ad montem filiæ Sion.

SECTIO XXIIII.

EXPLODENDA est primùm quędā Hæbręorum sententia, cō tendentiū haberi hoc loco sermonem ad literam de centū millibus agnorum, centumque millibus arietum, quæ pro tributo Mesa Rex Moabitarum pendebat Regi Israel, quemadmodum refertur 4. Reg. 3. vbi ita scriptum leginus: *Porro Mesa Rex Moab nutriebat pecora multa, & soluebat Regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis. Cumque mortuus fuisset Achab, præuaricatus est fœdus, quod habebat cum Rege Israel.* Cum igitur Rex Moabitarum id tributū pendere recusaret, volunt Hębræi Prophetam regnante Ezechia Moabitas excitare, vt rursum eiusmodi tributum potentissimo Regi soluāt, factaque ad eos apostrophe dicere: *Mittite agnum Dominatori terræ*, (sic enim ipsi legunt) hoc est, mittite agnos, seu pendite tributum centum millium agnorū Ezechię Regi, & potentissimo principi. Et verò quanuis, vt auctor est D. Hieron. vtroque modo legi posit ex Hebræo, videlicet, *Emitte agnum dominatorem terræ*, & *Emittite agnum Dominatori terræ*, cùm Hebraicè habeatur מרשל absque vlla litera seruili earū, quæ apud Hebręos distinguēdis casibus inseruiūt. Nihilominus hanc Hebræorum expositionem merum esse figmentū ex eo pers

I

Hebræorum figmentum.

4. Reg. 3. 4.

D. Hieron.

picuè

ſpicuè oſtenditur, quòd illud tributum non Regi Iuda, ſed Regi Iſrael ſolueba tur, vt patet ex 4. Reg. 3. iam citato, atq; adeo non erat, cur Eſaias Moabitas ad hortaretur, vt Ezechiæ Regi Iuda illud perſoluerent, neque cur ad mõtem Siõ, id eſt, ad Hieruſalem illa agnorum mil lia mitti iuberentur. Ex quo euidenter Hebrçorum commentum reuincitur, nâ ſi eſſet ſermo de tributo, quod pendeba tur Regi Iſrael, ad Samariam eius regni metropolim, non ad Hieruſalem caput Regni Iuda illa agnorum multitudo mit ti deberet. Accedit, quòd Ezechias non potuit abſolutè, & ſimpliciter *dominator terræ* appellari, quippe qui duabus tantùm tribubus in vnâ Palçſtinç parte im perabat. Nec verò dici poteſt, quò alij confugiunt, per dominatorem terræ accipiendum eſſe Oſee vltimum Regem Iſ rael, qui decem tribus obtinebat: etenim cum hoc vaticinium edebatur, reg nabat in Iuda Ezechias, quo regnante Regnum Iſrael fuit omnino euerſum, decéque tribus ab Aſſyriis in captiuita tem abductę cũ Oſee ipſarũ Rege: quare nõ erât in eo ſtatu res illius regni, vt tâ imperioſè mãdari potuerit Regi Moab tarũ, vt tributũ illud Regi Iſrael perſol ueret. Non deſunt etiam ex noſtris, qui vaticinium aliò detroqueant, velintque eſſe ironiam, qua Moabitarum ferocia, & arrogantia rideatur, quando conuo catis in auxiliũ Ammonitis aduerſùs Io ſaphat Regem Iuda exercitum compa rarunt, vt ſit ſenſus: Mittite nunc ò Mo abitæ exercitum illum veſtrum domina torem terræ, qui monti Sion dominetur: ſcilicet eo ſtatu res veſtrę ſunt, vt aduer ſùs Regem potentiſsimum bellum mo uere cogitetis. Itaque iſti per *agnum*, ſeu potius, vt volunt, *arietem* inſtrumentum bellicum accipiunt, quod *arietem* appel lamus, aut certè belli Duces, ac Princi pes, qui etiam eodem Hebraico nomine continentur. Verùm hæc, quæ cũ Iudæo rum commentis cognationem habent, omittamus: nec enim eſt à communi ex poſitione recendum in iis potiſsimùm teſtimoniis, quibus noſtrę fidei myſte ria confirmantur.

Reuincitur Hebrçorum commentum.

Vt ergo perſpectum ſit hoc loco Meſ ſię Regis aduentum poſtulari, qui eſſet ex puriſsima Virgine naſciturus, aduerten dum in primis eſt pro eo, quod nos hab em⁹, *Emitte*, haberi Hebraicè שלח תו, id eſt, *Emittite*, numero multitudinis: tunc verò vel cum cœlis ipſis loquitur Pro pheta, vt ſentit Vatablus, quemadmo dum & capite quadrageſimo quinto: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum*: vel vt pleriq; exiſtimant, ad Deũ ipſum ſer monẽ dirigit propter myſteriũ Trinita tis, quæ expoſitio magis quadrat cũ edi tione vulgata, quæ habet, *Emitte Domine*. Quanquam enim uoci illi, *Domine*, nulla modò in Hebræo textu vox reſpõdeat, credibile tñ eſt aliquã in Hebræo fuiſſe, vel Elohim ſcilicet, vel Adonai, quã He bræi more ſuo expũxerint, vt faciliùs sẽ tentiã ſuã de Rege Ezechia ſtatuerẽt. Et verò Septuaginta interpretes ad Deũ ip ſum ſermonẽ referendũ eſſe putarũt: ſi quidẽ Deũ ita loquentẽ faciũt: *Mittã agnum dominantẽ ſuper terrã*: ex qua trãslatio ne nouũ ſumitur contra Iudæos argumẽ tum, qui contendũt legendũ eſſe nõ *Dominatorẽ terræ*, ſed *Dominatori terræ*, quod tñ aliter Septuaginta interpretes intellexe rũt, non dici videlicet, vt agnus mittatur Dominatori terrç, ſed vt agnus Domi nator terrç mittatur. Quo fit, vt non ſit ſermo de tributo, quod Regi Iſrael, pendebatur, ſed de agno dominatore terrç, hoc eſt, Meſsię, cuius aduen tus prędicitur, & quem non Rex Moabitarum, ſed Deus ipſe miſſu rus ſit.

Vatablus. Eſai. 45. 8.

Septuag.

Argumẽtũ cõtra Iudæos.

Secundò eſt obſeruandũ pro *agno* eſ ſe Hebraicè כר, quod nomen non ſo lum agnum, & arietem animalia ſig nificat, ſed etiam bellicas illas machi nas, quibus muri quatiuntur, quas *arietes* appellamus, imo & milites, bel lique Duces, ac Principes. Pro *agno* ponitur Eſaiæ trigeſimo: *Paſcetur in poſ ſeſsione tua in die illa agnus ſpatioſè*: pro *ariete* Pſal. ſexageſimo quarto: *Induti ſunt arietes ouium*: pro *bellico inſtrumento* Ezechielis quarto: *Dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro*: deniq; pro militibus 4. Reg. 11. *Et aſſumens centuriones, & milites*. Hinc or-

Eſai. 30. 23.

Pſal. 64. 14.

Ezech. 4. 2.

4. Reg. 12. 4.

ta est multiplex huius loci expositio: quidam enim Hebræi existimant intelligendum esse *arietem*, id est, bellicum instrumentum, ac per ironiam irrideri Moabitarum superbiam, conuocarique, vt aduersùs Iosaphat Regẽ Iuda bellum moueant, afferãtque ferreos arietes, quibus Hierosolymorum mœnia quatiantur: quam expositionem secuti sunt quidam ex nostris. Alii cum

R. Dauid.

R. Dauid de militibus, ducibusq; Moabitarũ eodem sensu accipiunt. Quæ omnes expositiones nõ solùm falsæ sunt, sed etiam vulgatæ editioni aduersantur, quæ non *arietem*, sed *agnum* habet, eumque appellat Dominatorem terræ, quod neque in bellicũ instrumentum, neque in militem Moabiti cum quadrare potest. Quę eadem lectio efficaciter confirmatur ex translatione Septuag interpretum, vt paulò ante monuimus, qui non solùm *agnvm Dominatorem terræ* transtulerunt, sed Deum ipsum loquentem in hoc vaticinio fecerũt, promittentemq; agnũ illum Dominatorem terræ. Tertiò scire oportet Petram deserti fuisse vrbem quandam Moabitarũ,

Ruth vnde oriunda.

ex qua fuit oriunda Ruth præclara illa fœmina, quæ nupsit Booz, ex eoque concepit, & peperit Obed patrem Isai patris Dauidis, vt fusè traditur in lib. Ruth. Itaque illud ex eo coniugio consecuta est, vt in Christi genealogia non infimum haberet locum: siquidem Obed eius filius fuit auus Dauidis. Denique aduerte filiam Sion in sacris literis idem esse, atque Hierusalem, quę filia Sion appellatur, quòd arci Sion esset subiecta, ab eaque quasi filia protegeretur.

Hierusalẽ cur filia Sion dicatur.

4

D. Hieron.

Igitur germana huius vaticinii interpretatio ea est, quam affert D. Hieron. postulari videlicet hoc loco aduentum Messiæ, qui ex Ruth Moabitide, oriundaque ex Petra deserti trahere deberet originem. *Hoc*, inquit, *quod in Hebræo interpretati sumus, Emitte agnum Dominatorem terræ, id est ita legi: Emitte agnum Dominatori terræ. Iste igitur agnus, qui vel ipse est Dominator terræ, vel immolatur Dominatori terræ, de gente Moabitarum est. Significat autem Ruth, de qua generatus est Christus, quam vocat Petram deserti.* Vbi cernis Hieronimũ per *Petram deserti* non vrbem Moabitarum, sed ipsam met Ruth Moabitidem intelligere: ad eandemque expositionem spectauit in epist. ad Paulinum de omnibus Scripturæ sacræ libris, cum dixit: *Ruth Moabitis Esaiæ explet vaticinium dicentis, Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de Petra deserti ad montẽ filiæ Sion.* Hęc ille. Verùm siue per *Petram deserti* ipsam Ruth Moabitidem, siue vrbem ita dictam, ex qua erat oriunda, intelligamus, eodem semper recidit huius vaticinii interpretatio de aduentu Messiæ, quam post Hieronymum plerique omnes interpretes tradiderunt.

Per petram deserti, Ruth intelligit Hier.

Verùm latet quoque aliud in eodem vaticinio mysterium, quod ad intemeratam Deiparæ virginitatem pertinet, si per *Petram deserti* ipsam sanctissimam Virginem accipiamus, quæ *petra* nuncupetur, quoniam de ea sine manibus absq; vlla viri opera abscissus est ille lapis, de quo fit mentio Dan. 2. id est, Christus: petra, inquã, solida semper, atque integra, & quæ nullam sensit in conceptu carnis illecebram, vtpote quę ex Spiritus sancti virtute conceperit tanta puritate, tãque omnis sensus, & carnalis illecebræ expers, vt hac in re petra quędam insensibilis fuisse videatur: nec tantùm petra, sed petra etiam deserti dicatur, vt eadẽ exprimatur virginitas. Etenim Virgo sãctissima quoad plẽdorẽ, decusq; virginitatis verè desertũ fuit nulla humana industria excultũ, sed ab Spiritu sancto dũtaxat Diuinitus fœcũdatũ. Ita hoc vaticiniũ accepit Abb. Guerric. D. Bernardi discipulus serm. 2. de Annũtiat. Dominica: *Emitte*, inquit, *Domine agnum de Petra deserti, id est, abscinde petram de petra, sanctum, & inuiolabilem sancta, & immaculata proferat virginitas.* Sanè in hoc ipso satis decenter Christi occasus ortui, sepultura conceptioni respondet, dum videlicet emittitur agnus de *Petra deserti* condendus in petra monumenti. & cuius corpori monumentum excidendum erat in petra, ipse ab initio cõceptus sui corpus sibi excidit de petra, & corpori locum in petra, sic integritatem petrę, cum de ea emitteretur, non imminuẽs, sicut nec signatã sepulturæ petrã, cũ de ea egredere-

5

Dan. 2. B. Virgo Petra deserti propter integritatem.

Abb. Guerr.

Inter Christi ortũ, & occasũ correspõdẽtia

tur

tur, aperiens. Si ergo petra Christus, vt ait Apostolus 1. ad Cor. 10. non degenerat à matre filius, quoniam & ipsa petræ nomine censetur. An non rectè vocatur petra, quæ & in amorẽ integritatis propositò firma, affectu solida, sensu quoq; ipso aduersùs illecebram peccati tota insensibilis erat, & lapidea? An non rectè petra virginalis integritas, quæ & nihil parit per naturã sui, & eũ parit roris virtute Diuini, nec admittẽs cõceptũ, nec emittens partũ nouit aperiri? Hæc ille.

1. Cor. 10.

B. Virga aduersus illecebram peccati insensibilis.

6

Porro cum additur, *ad montem filiæ Sion*, communiter interpretes vel vrbem Hierosolyma accipiũt, in quam ingressurus erat Messias, vel Ecclesiam, quam erat suo aduentu fundaturus: nos tamen pòtius montem Caluariæ intelligẽdum putamus, in quo agnus iste erat immolandus, vt sequenti sectione docebimus, si priùs illud obseruemus, magno mysterio dictũ esse *agnum Dominatorẽ terræ*. Quis enim non miretur Christũm non sub potentis leonis typo, quo nomine sæpè appellatur in sacris literis, sed sub agni in bellis animalis appellatione Dominatorem terræ nũcupari? Verùm duplex huius mysterij ratio afferri potest, vna, quę à Christi passione ducitur, altera, quæ ab eius mansuetudine depromitur. Verũ enim verò vt intelligeremus Christum per passionem, & crucẽ orbis imperiũ obtinuisse, quemadmodum sect. 20. cũ eodem Esaia explicauimus, meritò cum Dominator terræ prænunciatur, non *Leo*, sed *agnus* dicitur, quod erat animal immolatitium, & sacrificiis deputatum: eũ etiam non bello, & armis, sed mansuetudine orbem sibi subiicere statueret, optimo iure eius imperium, atque dominatus non in bellicoso aliquo, & præcipuo animali, sed in mitissimo, & mansuetissimo agno adumbratur. Et quoniam de hisce argumentis iam aliàs multis diserimus, satis fuerit idem hoc loco paucis perstrinxisse.

Passione orbis imperium obtinuit Christus.

Quisnam sit mons ille filiæ Sion, ad quem agnus mittendus prædicitur.

SECTIO XXV.

DIXIMVS paulò ante per *montem filiæ Sion* communiter interpretes vrbẽ Hierosolyma, aut Ecclesiam intelligere; nobis tamẽ probabilius videri montem ipsum Caluariç accipiendum, in quo agnus iste Dominator terræ, vel iuxta aliam lectionem, Dominatori terræ erat immolandus: itaq; hoc loco Esaiã non solùm de ortu Christi ex Virgine, sed etiam de eius sacrificio vaticinari, & idcirco eum nomine *agni*, immolaticii scilicet animalis ex presisse: Dominatorem quoque terræ appellasse, vtpote per crucem consecuturum principatum. Quæ res vt fiat illustrior, scire oportet montem illum, in quo Deus præcepit Abrahamo, vt Isaac filium immolaret, dictum fuisse Moriah: nam Gen. 22. pro eo, quod nos habemus, *Vade in terram visionis, & ibi offeres eum*, est Hebraicè, *Vade in terram moriah* הַמֹּרִיָּה, pro quo Septuag. transtulerunt, εἰς τὴν γὴν τὴν ὑψηλὴν, id est, *In terram excelsã*. Eodẽ que nomine appellatur locus, in quo Angelus percutiens Dauidi apparuit, ipseque Dauid prosedãda peste altare cõstruxit, & in quo postea templum exædificauit Salomon, vt refertur 2. Paral. 3. vbi ita scriptum legimus: *Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Hierusalem, in monte Moriah, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius in loco, quem parauerat Dauid in area Hornã Iebusæi*. De etymologia autem nominis Moriah variè sentiunt interpretes: quidam enim existimant deduci à radice יָרֵא, id est, timere, quòd ibi aliquando Deus timendus, colendusque esset. Alij à יָרָה, id est, docere, ac descẽdere, quòd eo ex loco lex, atque doctrina in vniuersum orbem esset proditura iuxta illud Esaiæ 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem*. Alij à מַר, hoc est, amaritudine, quasi dictus sit mons amarus ob amaritudinem, angoremq; animi, quem sensit Isaac, cum eo loco iamiam se à patre occidendum cerneret. Nobis tamen videtur probabilius deduci à רָאָה, quod est videri, id quod primò confirmari potest ex vulgata editione, siquidem Gen. vigesimo secundo pro *terra Moriah*, vt est in Hebræo, habet *terram visionis*. Dein-

I

Mons in quo præceptũ est Abrahamo vt Isaac ĩmolaret quo diceretur nomine. Gen. 22. 2. Septuag.

2. Paral. 3. 1.

Etymon nominis Moriah.

Esai. 2. 3.

Gen. 22.

de, quoniam postea Abraham monti nomen imposuit, *Dominus videt*, & Iudæi deinceps quasi prouerbiali figura dicebãt, *In monte Dominus videbit*, quibus in locis est Hebraicè verbum יראה, Dicebatur porro antea mons ille *Moriah*, id est, *visionis*, propter altitudinem, quia ex eo latus patebat in omnem terræ partem prospectus, quæ etiam fuit causa, cur Septuag. interpretes *terram excelsam* transtulerint. Deinde verò Abraham monti illi nomẽ impósuit, *Deus videt*, ab effectu, quia scilicet ibi Deus obedientiam ipsius, & Isaac filij afflictionem cõspexit; aut certè quia ibi Abraham vidit arietem diuinitus à Deo paratum, quem pro filio immolaret. Nam Gen. 22. ita scriptum legimus. *Leuauit Abraham oculos, viditque post tergũ arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumẽs obtulit holocaustum pro filio*: tunc verò statim sequitur: *Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt*. Postea verò Hebræi quasi Prouerbiali formula ita de eodem monte loquebantur, *In monte Dominus videbit*, fortasse, quia ex traditione acceperãt fore ibi templum Hierosolymitanum extruẽdũ, in quo Deus per peculiarem prouidentiam resideret, suisque rebus prospiceret. Postremò dictus fuit Sion ab arce, quæ à Iebusæis ibi fuit erecta: etenim Sion arx, siue specula interpretatur, vt auctor est D. Hieron. in epitaphio Paulæ ad Eustochium virginem.

Septuag.

Gen. 22. 13.

D. Hieron.

2

Habemus itaq; ex superioribus in mõte Moriah præceptum fuisse Abrahæ, vt filium immolaret, ibique postea Dauidẽ in area Hornan Iebusæi, quam non datã gratis, sed pretio emptam voluit, altare pro sedanda peste extruxisse, hostiasque Deo litasse, & multò post Salomonem templum illud celeberrimum exædificasse: quæ omnia ex Diuinis literis manifestè colliguntur. Illud incertum, quod addũt Hebræi, eodem etiam loco Caim, & Abel sua sacrificia Deo obtulisse, imo & Noe etiam sacrificasse finito diluuio. Cum igitur templum fuerit in monte Sion adificatum, efficitur, vt mõs Moriah, & mõs Sion idem planè fuerit, vt sentit Abulẽ. quæst. 7. in. 3. cap. 2. lib. Paralip. aut certè quod alij volunt, mons Moriah, pars quædam fuerit montis Sion.

Quonam in loco Caim & Abel sua sacrificia obtulerint.

Abulensis.

Rursus in eodem monte Moriah fuit arx illa Iebusæorum, quæ Sion appellabatur, à qua mons ipse dictus est *Sion*, vt paulò ante diximus, quam arcem Dauid expugnauit, sibique subiecit. Quanuis enim regnante Saule vrbs ipsa Hierusalem in Iudæorum ditione, ac potestate esset, arx tamen ipsa adhuc tenebatur à Iebusæis, quam ideirco Dauid obsidẽdam duxit, tãdemq; expulsis Iebusæis sub suã dictionem, imperiumque subiunxit, eamque deinceps ciuitatem suã appellauit, vt refertur 2 Reg. 5. *Cepit*, inquit, *Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid*, & paulò inferiùs: *Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum à Mello, & intrinsecùs*: id quod accipiendũ est dumtaxat de ipsa arce, reliqua enim ciuitas nunquam dicta est ciuitas Dauid. Itaque postquam Dauid cepit arcẽ Siõ, ibique domos sanè magnificas, ac regias sibi extruxit, ciuitas Dauid appellari cepta est, à qua ciuitate Dauid, siue arce simili trudo illa depromitur Cant. 4. cum dicitur: *Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis*.

3

2. Reg. 5. 7.

Ex quonam tempore Sion cæperit appellari ciuitas Dauid.

Cant. 4. 4.

Denique, vt ad rem ipsam propiùs veniamus, mons iste *Moriah* dictus est postea *mons Caluariæ*, in quo Christus crucifixus est, vt verisimum sit, quod à Doctoribus communiter asseritur, Christum in eodẽ loco passum fuisse, vbi Abrahamo præceptum fuit, vt filium immolaret, vbi Dauid pro supplicio pestis propulsando altare erexit, hostias que litauit, vbi denique Salomon templum illud magnificentissimum, celeberrimumque ædificauit. Nec verò te moueat illud, quod ait Apostolus ad Hebr. 13. Christum extra portam passum esse, cum tamen mons Caluariæ modò intra ipsa vrbis mœnia includatur. Est enim eo tempore, quo Christus mortẽ subijt, extra muros erat mõs Caluariæ, sed illum postea Ælius Hadrianus Imperator intra murorũ septa concluſit. Cur verò mons ille dictus fuerit Caluariæ, controuersum est: & quidẽ traditio fuit, veterum Patrum dictum ita fuisse à caluaria, seu capite primi hominis qui eo in loco sepultus fuerit, eandemq; ob causam appellari Hebraicè *Golgotha*, quoniam *Gulgoleth* caput hominis signifi-

4

Hebr. 13.

Mons Caluariæ olim extra nunc intra vrbis mœnia.

Cur ita dictus

cat

In eo fuisse Adamum sepultũ asserunt nobilissimi PP. Tertull. Origen. D. Basilius. D. Athanas.

cat à radice *Galal*, id est, voluere, & circũdare propter rotũdam capitis figuram. Et verò fuisse eo in loco sepultum Adã primum hominem affirmarunt nobilissimi Patres, veluti Tertull. lib. 2. carminũ contra Marcionem, Orig. tract. 25. in Matth. D Basil. in cap. 5. Esaiæ, vbi affirmat esse communem traditionem, D. Athanas. lib. de Cruce, & passione Domini, vbi ait magistrum Hebræorum id ipsum affirmare, D. Cyprian serm. de resurrectione Christi, D. Ambr. lib. 5. epistolarũ, epist. 19. D. August. serm. 71. de tẽpore, & tractatu 84. in Ioan. Quanquam verò D. Hieronymus in commentarijs in Matth. cap. 27. hanc traditionem non recipiat, velitq; locum idcirco dictum fuisse Calvariæ, quoniam ibi damnati morte afficiebantur, capitaque, atque ossa mortuorum resecabantur, quem secuti sunt Rupert. Lyran. Dionys. Carthus. Isid. Clarus, Cornel. Iansen. imo & D. Thom. 3. p. q. 46. art. 10. nos tamen propter grauissimam tot, tantorumque Patrum auctoritatem prædictam traditionem amplectẽdam arbitramur, à qua nos non cogit recedere fundamentum, quo eam infirmare conatur D Hieronymus. Argumentatur namque Adam non esse sepultum in monte Calvariæ ex eo, quòd Iosue 14. dicatur sepultus in Hebron illis verbis: *Nomen Hebron ante vocabatur Cariatharbe, Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* Eo etenim argumento nihil planè conficitur, siquidem *Adam* eo loco non est nomen alicuius viri proprium, sed commune: *Adam* enim Hebraicè *hominem* significat, illudq; tantùm eo loco scribitur virum quendã *Arbè* nomine appellatum mole corporis inter Enacim, id est, Gigantes maximum in Hebron sepultum fuisse, à quo ciuitas illa Cariatharbe nomen sumpsit, idem namque est Cariatharbe, atq; ciuitas Arbè. Itaque non est sensus Adam primum hominem sepultum fuisse in Hebrõ, sed *Arbè* illum proceritate corporis inter Gigãtes maximum. Quare immeritò Ioan. Lucidus lib. 1. de emendatione temporum, cap. 4. ex eo loco Iosue conatur persuadere Adamum primum hominem fuisse corporis mole, & magnitudine Gigãtem, imo omnes omnino Gigantes proceritate corporis superasse, cum ostensũ sit eo loco Iosue non esse sermonem de primo homine: & falsum etiam sit primum hominem Gigantem fuisse, siquidem ex cap. Geneseos exploratum est Gigantes multò post procreationem Adami extitisse.

Ioan. Lucid.

Ad hunc igitur montem Caluariç noster agnus Dominator terræ mittendus prædicitur. Id quod ex eo non obscurè elicitur, quòd *agnus* appellatur, & *ad montẽ filiæ Sion* emittitur: cum enim in illo mõte Siõ templum esset, in quo iuge illud sacrificium peragebatur duorum agnorum, quorum vnus singulis diebus mane, alter vesperi in altari holocausti offerebatur ad nostri agni sacrificiũ adumbrãdum: sanè cum is ad montem filiæ Sion mittendus prædicitur, eundem montem Sion, vbi erat locus Caluariæ, consentaneum est intelligere, vbi iste agnus erat pro vniuersis mortalibus immolandus. Atque hęc est prima ratio, cur eũ in mõte Sion pati oportuerit. Secũda ratio depromitur ex eo, quòd ibi primus homo sepultus iacebat, vt videlicet ipsa quoque sanguinis Christi cum Adami capite coniunctio totius generis humani, quod ab Adamo tanquam capite descẽdit, ablutionem, & pro peccato satisfactionem declararet, quæ passione Christi continebatur: quæ est ratio D. Athanasij in lib. de passione, & Cruce Domini. *Congruum*, inquit, *erat Dominum, cum vellet revocare primum Adam, in eo loco pati, vt illius abolito peccato ab vniuerso eius genere illud profligaret, & quia audierat Adam: Terra es, & in terrã reuerteris, ideo illic denuo positus est, vt Adamum inibi inuentum à maledictione liberaret, & pro istis verbis, Terra es, & in terram reuerteris, eidem diceret: Excitare, qui dormis, & surge ex mortuis, & illuminabit te Christus, vt non vlteriùs in terra consistas, sed ad cœlos ascendas.* Eandem rationem Tertull. loco citato cõplexus est illis elegantibus carminibus.

Iuge sacrificiũ duorum agnorum Christi passionem adumbrabat.

D. Athanas.

Gen. 3. 19.

Ephes. 5. 14.

Hic hominem primum suscepimus esse sepultum. Tertull.
Hic patitur Christus, pro sanguine terra madescit,
Puluis Adæut possit veteris cum sanguine Christi
Cõmixtus stillantis aquæ virtute lauari.

Eodem spectauit D. Basil. *Dominus*, inquit, *in loco Caluariæ passus est, vt quemadmodũ mors inualuit in Adam, ita & in Christi morte inefficax*

D. Basilius.

D. Ambros.

6

Gen. 22. Christus in ariete ab Abrahamo immolato, ad vmbratus.

Septuag.

Quo pacto aries ille pro Isaac immolatus Abrahamo apparuit.

Procop.

Vellèretur, & pessùm iret. Et D. Ambr. lib. 10. in Lucam, *Conueniebat*, inquit, *vt ibi vitæ nostræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia*: et lib. 5. epistolarum epist. 19. Ecclesiam suscepit Christus in Galgotha, vbi Adæ sepulchrum, vt illum mortuum in sua Cruce resuscitaret.

Tertiò. Iure optimo eo ipso in loco, vbi Abraham arietem sibi diuinitus ostensum inter vepres hærẽtem cornibus pro Isaac filio sacrificauit, vt dicitur Gen. 22. Christus se ipsum coronatum spinis pro humano genere immolauit, vt indicaret se in illo ariete fuisse adumbratum. Ad quem sanè arietem Abrahç ostẽsum credi potest Esaias hoc loco respexisse, cum dixit: *Emitte agnum dominatorẽ terræ*, seu, vt transferri potest ex Hebræo *Emitte arietem dominatorem terræ ad montem filiæ Sion*, hoc est, ad montem Moriah, vbi Abraham alterum arietem in huius nostri typum, & figuram Deo litauit. Vt autem hoc luculẽtiùs appareat, nõ est prætereunda quædam recondita, & arcana quorũdam obseruatio, quæ est huiusmodi, Gen. 22. pro eo, quod nos habemus: *Vidit arietem inter vepres: hærẽtem cornibus*, Septuag. transtulerunt: *Et ecce aries vnus detentus ex cornibus* ἐν φυτῷ σκληρῷ, id est, *in plãta*, seu *arbore sabec*: qua translatione respexerũt ad vocem Hebræam סבך sic enim Hebraicè ad verbum legimus: *Et ecce aries post detentus in sebac*, id est, *in perplexitate*, videlicet spinarum, à radice סבך, hoc est, ligari, implicari: significaturque arietẽ illum apparuisse implicitum, & quasi ligatum cornibus in ipsa spinarum perplexitate, quod tamen Septuag. interpretes ita intellexerũt, vt apparuerit ligatus in planta, seu virgulto, quod ab ipsa implicatione diceretur *sabec*, eamq; vocẽ magno mysterio in sua trãslatione, sic vt erat Hebraicè, reliquerũt. Adijcit Procopius in cõmentarijs super Esaiam in Syriaca translatione legi: *Ecce aries vnus pendens in arbore sabec*, atque illum arietem apparuisse instar ascendentis in arbore sabec, nec tantùm cornibus, sed pedibus etiam anterioribus innixum hæsisse in illius arboris ramis, eaque figura Christum in arborem Crucis ascendentem, in ea pendentem, illi affixum clauis, hærentemq; repræsentasse. Idẽq; expendit D. Ambr. lib. de Abraham patriarcha cap. 8. vbi in primis ita legit: *Et ecce aries vnus suspensus cornibus in virgulto sabec*: deinde addit: *Quis significatur, nisi ille, de quo scriptum est Ps. 148. Exaltauit cornu populi Sui. Cornu nostrũ Christus est eleuatus, & exaltatus à terris: hunc vidit Abraham in isto sacrificio; huius passionem aspexit; & ideo ipse Dominus ait de eo: Abraham vidit diem meum, vidit, & gauisus est: vnde ait Scriptura: Vocauit Abraham nomen loci illius, Dominus vidit, vt dicant hodie, In monte Dominus apparuit, hoc est, quod apparuerit Abrahæ reuelans futuram sui passionem corporis, quæ mundum redemit, demonstrans etiam genus passionis, cum suspensum ostẽdit cornibus arietem: virgultum illud patibulum Crucis est.* Hæc Ambr. Adnotauit etiã D. Athanas lib. quæst. ad Antiochũ q. 98. ad mysterium quoque spectare, quod *sabec* interpretatur *remissio*, seu *condonatio*, quam Christus nobis per Crucem promeruit. *Planta*, inquit, *sabec est veneranda Crux, iuxta Hebræos videtur sabec remissio esse, & condonatio aries verò, qui in sabec hærebat ad plantam, quem pro Isaac Abraham holocaustum obtulit, figurauit Christum pronobis in Cruce immolatum.*

D. Ambros.

Psal. 148. 13.

Diem Christi quando viderit Abraham. Ioan. 8. 56. Gen. 22. 4.

D. Athanas.

7

Quartò. Subtiliter animaduerterunt plerique, in quibus est Leo à Castro lib. 6. Apolog. & in cap. 29. Esaiç, eũ Christus in Cruce dixit *Eli Eli Lama sabacthani*, ad eãdem plantam *sabec* alluisse, vt indicaret se esse illum arietem pendentem, atque suspensum ex arbore *sabec*, id est, in Cruce, quam Dominus sub typo alterius arietis pendentis ex planta sabec Abrahæ olim ostenderat: itaque idcirco verbum illud *sabacthani* potius, quàm aliud vsurpasse, vt nomine quoque ipso plantã illã *sabec*, ex qua ille alter aries pependerat, fidelibus in memoriam reuocaret, seq; ostenderet tunc temporis figuram illam cumulatissimè adimplere: verbũ enim, *sabacthani* à nomine *sabec* inflexum videtur. Quo fit, vt ijs verbis duplicem Christus prophetiam adimpleuerit, vnã ductã ex figura eius arietis, quã Deus Abrahamo ad ipsius sacrificium in Cruce ad vmbratum demonstrauit: alteram depromptam ex Ps. 21. *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* quç verba nomine ipsius Christi scripta erant à Dauide. Sed est aduertẽdũ Hebraicè ita haberi: עזבתני

Leo à Castro. Matth. 27. 46

Allusio ad plãtam sabec.

Psal. 21. 2.

אלי אלי למה, vbi cernis, nō legi Hebraicè *sabacthani*, sed *azabthani*. Est autē lōgè diuersa vtriusq; verbi significatio: etenim *sabac*, à quo est *sabacthani*, significat ligare, & implicare, vti diximus; at verò *azab*, à quo est *azabthani*, significat derelinquere: vnde Erasmus in suis scholijs super Matthæum emendandam censet vulgatam lectionem *sabacthani*, in *azabthani*: quam eandem lectionem reperies apud D. Hieron. in suis cōmētarijs super Matth. Cęterùm nos cōmunem lectionem retinendam ducimus, cum in Græcis quoque codicibus sit, σαβαχθανί: tum verò non placet responsio Leonis à Castro Euangelistam videlicet, vt locum vnum ex duplici prophetia coagmentaret, pro *azabthani*, scripsisse *sabacthani*: non placet, inquam, quoniam Euangelista, id ipsum, quod Christus dixit, debuit cōmemorare; at si Christus non dixit *sabacthani*, sed *azabthani*, planè non seruasset rei gestæ, & historiæ veritatem, quòd impium est de scriptore sacro affirmare. Quare illud potiùs dicendum est Christū Chaldaica, & Syriaca lingua vsum esse, quę erat eo tempore vulgaris, atque adeo Syriacē *sabacthani* pro *azabthani* eodem sensu pronūtiasse: in quo adhuc expendi optimè potest mysteriū illud de arbore *sabec*, quod paulò ante cōmemorauimus.

Erasmus.

D. Hieron.

2

Postremò obseruandum Abrahamū loco illi nomen imposuisse, *Dominus videbit*, deinceps q; dictum esse in monte, *Dominus videbit*, tū propter eas rationes, quas superiùs attulimus; tum præcipuè, quòd in ea arietis immolatione Deus filij sui sacrificium, & immolationem in eodem monte Moriah expressam, adumbratam que esse voluit, vt cum Abraham nomē loco imposuit, *Dominus videbit*, prophetico spiritu præuiderit Deum aliquando ad genus humanum respecturum, prospecturumque saluti mortalium per sacrificium sui filij in eodem illo monte peragendum, quēadmodùm tūc saluti Isaac ostēso, datoque in sacrificium ariete prouidebat. Ita eius nominis mysterium explicauit D. Ambr. lib. 1. de Abraham patriarcha cap. 8. Quare eo ipso tempore reuelatum est Abrahamo mysteriū passionis Christi in eo loco perficiendum: atque hunc esse diem illum, de quo Christus loquitur Ioan. 8. cum ait: *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est*: docet D. Amb. loco proximè citato, & D. Chrysost. hom. 54. in Ioannem, *Diem*, inquit, *meum: hoc in loco Crucē mihi significare videtur; quam in arietis oblatione, & in Isaac præfigurauit*. Scio alias esse eorū verborum Christi expositiones, quas nō est huius loci persequi longiùs.

Quo mysterio montem Moriah, Dominus videbit, appellauerit Abraham.

D. Ambros.

Ioan. 8. 56.

D. Chrysost.

Duodecimum testimonium ex illis verbis Esaiæ 19.

Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.

SECTIO XXVI.

1

ILLVSTRE ETIAM est ad eandem sanctissimę Deiparæ integritatem cōprobandam vaticinium illud, quod idem Esaias literis consignatum reliquit cap. 19. *Ecce*, inquit, *Dominus ascendet super nubem leuem*. Hebraicè est הנה יהוה רכב עב קל, quod sic ad uerbum reddi potest: *Ecce Iehouah equitans super nubē leuem*: etenim רכב significat propriè *equitare*, quod Vulgatus ascendendi verbo solet exprimere, veluti Ps. 17. *Qui ascendit super Cherubim*: & Ps. 67 *Iter facite ei, qui ascendit super occasum*: & Abacuch 53. *Qui ascēdis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio*: quibus omnibus in locis Deus tanquam eques equitare describitur: quo fit, vt etiam hoc loco, *ascendendi* verbum pro *equitare* sumi debeat, Deusq; ipse super nubem leuem ascendere tanquam eques nobilissimus describatur. Est igitur multorum sententia hoc loco Ægypti vastitatem ab Assyrijs inferendam prædici, eorumque exercitum nubē appellari propter turbulētam belli, malorumq; tempestatem, quam suo aduentu Ægyptijs attulerunt: dici autem *nubem leuem* ad significandas veloces, expeditasq; eorundem Assyriorum copias, quæ veluti subita quædam procella, repentinusq; turbo in Ægyptum irruerūt, præcipuè eū eadem vox Hebręa קל velocem quoq; significet, veluti Amos. 2.

Esai. 19. 1.

Psal. 17. 11. & 67. 5. Abac. 3. 8.

Belli calamitas per nubem designatur.

Amos. 2. 15.

Velox pedibus suis non saluabitur. Quoniam igitur, inquiunt, Deus ipse Assyrios ad vastandam Ægyptum incitauit, dicitur super eorum exercitum equitare, duxq; illis, & imperator fuisse ad pœnas de Ægyto bello, armisq; depoſcendas. Quam ſententiam confirmant cum ex eo, quòd Propheta in ipſo ſtatim capitis veſtibulo ſe de Ægypti vaſtitate locutorum præmittit: *Onus*, inquit, *Ægypti: Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem*: tum etiam, quòd ſtatim Ægypti euerſio manifeſtè deſcribitur: *Et cõmouebuntur*, inquit, *ſimulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio eius.*

2

Ezechiel 30. 2.

Accedit, quòd apud Ezechielem quoque cap. 30. Ægypti vaſtitas eadem nobis ſimilitudine declaratur, cum eius excidendę tempus dies nubis nũcupatur: *Hæc*, inquit, *dicit Dominus Deus: Vlulate, væ, væ dici: quia iuxta eſt dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis tempus Gentium erit. Et veniet gladius in Ægyptum, & erit pauor in Æthiopia.* Et verò inficias ire non poſſumus Eſaiam hoc capite plerasq; de Ægypti vaſtitate vaticinari, quemadmodùm D. Hieronymus cõfitetur: verùm multa ſimul alia Propheta complectitur, quæ neceſſariò ad tempus Meſsię, eiusq; fidem in Ægypto propagandam referenda ſunt: cuiuſmodi eſt illud: *In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum*: & illud: *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti*: & illud: *Et mittet eis ſaluatorem, & propugnatorẽ, qui liberet eos*: & illud: *Et cognoſcetur Dominus ab Ægypto, & cognoſcent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs, & muneribus: & vota vouebunt Domino, & ſoluent*: quę omnia puritatem illam fidei, religionem, Dei cultum, eximiamque in omni genere sãctitatem, quæ in Ægypto per Chriſti aduentum floruit, mirificè declarant, vt iure optimo Patres aſcenſum iſtum Iehouah ſuper nubem leuem de verbi incarnatione intellexerint, cuius fidẽ ſanctiſſimam tanto cum fructu probitatis Ægyptus receptura prænũtiatur. Sanè Euſeb. Cæſar. lib. 6. de demõſtr. Euang. cap. 20. quem ſequitur Lyranus, locum hunc de ingreſſu Chriſti in Ægyptum accipiendum putat, cum ſcilicet infans adhuc, vt Herodi Regi furenti, ſibique necem molienti locum daret, in Ægyptum ad tempus ſeceſſit, nubemque leuem, ſeu iuxta Aquilę verſionem, quam ipſe citat, *craſſitudinem leuem* corpus ipſiusmet Chriſti ſumptum ex Virgine, & Spiritus ſancti opera fabricatum interpretatur. Tũ verò vaſtitatem Ægypti, quam Propheta commemorat, ad illud tẽpus refert, cum Romanorum imperator Auguſtus (quo imperante natus eſt Chriſtus) pugna illa Actiaca M. Antonio, & Cleopatra Ægypti Regina ſuperatis eam prouinciam ad Romani imperij ditionem adiunxit. Contendit porro Euſebius omnino de Chriſti aduentu vaticinium accipi oportere: *Dicant*, inquit, *Hebræi, quando poſt Eſaiæ tempora dominus apud Ægyptios ſit verſatus, & quis dominus ſuper craſſitudine leui hic inuectus eſſe dicatur: interpretẽtur præterea craſſitudinem leuem, quæ tandem ea ſit. & quam ob rem non ſine hac dicatur Dominus verſari in Ægypto: et quandò memoriæ proditum ſit cõmota eſſe ſimulachra Ægypti, & Ægyptios cum Ægyptijs pugnaſſe propter Domini ad homines aduentum, & Deos illorum, Dæmones videlicet, qui multũ priùs valebant, nihil amplius poſſe, neque reſpondere ſciſcitantibus.* Hæc, & multa alia eo loco Euſebius, cui conſentiunt D. Athanas lib. de incarnatione Verbi, eiusque corporali ad nos aduentu, quanquam pro *nube leui* legit *nimbum leuem*, Cyril Alex. lib. 2. cõment. in Eſaiam, Procopius in cõment. eius capitis, & alij, quos inferiùs citabimus.

Aquila.

D. Athanaſ.

Cyrill. Alex. Procop.

3

Cum igitur ex horum Patrum auctoritate exploratum ſit Eſaiam eo capite de Chriſti in Ægyptum ingreſſu verba facere, illud iam meritò aliquis ſciſcitabitur, quęnam ſit leuis illa nubes, in quã aſcendere, ſeu equitare dicitur. Qua quidem in re licet aliquã ſit varietas, quibuſdam de ipſo Chriſti corpore, alijs de ſanctiſsima Virgine interpretantibus, eodẽ tamen quoad noſtrum inſtitutum omnes expoſitiones recurrunt: ſiquidem ſiue caro Chriſti, ſiue Virgo ipſa intelligatur, ſemper nubes leuis puritatem conceptus, & ortus Chriſti ex Virgine declarat. Et quidem, quod ad illos ſpectat, qui de carne Chriſti accipiunt, ſuper quam Verbum Dei equitare dicitur iuxta illud

Ingreſſus Chriſti in Aegyptum. Euſeb. Cęſar. Lyran.

Apoc. 19. 11.

Apoc. 19. *Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, & vocatur nomen eius, Verbū Dei.* Sic præter alios Euseb. nubis leuis similitudinē explicauit: *Ecce*, inquit, *Dñs ascēdit super crassitudinē leuē, & venit in Ægyptū, crassitudinē leuē corpus de Spiritu sancto cōceptū appellans. Igitur etiā ipsa prophetiæ particula exitū sortita est, quo tēpore Angelus Dñi insomnis visus est Ioseph, dixitque: surgens accipe puerū, & matrē eius, & fuge in Ægyptū. Tūc igitur ipse Dñs Deus Verbū suo corpori, quod ex sancta Virgine acceperat, cōuectus in terra Ægypti diuersatur: quod sane corp⁹ crassū quidē erat ob corpoream materiæ duriorē naturā, at rursus leue, eo quòd præstantius esset, quā ea, quæ ad nos pertinent: ex quo etiā leuis nubes nominatur propterea quòd nō ex voluptaria corruptione, sed de Spiritu sancto cōstabat.* Hæc ille. Quibus verbis perspicue significat corpus Christi ideirco *nubē*, seu *crassitudinē leuem* appellari, quòd fuerit à B. Virgine nulla viri opera, sed Spiritus S. virtute, & obumbratione generatum.

Euseb. Cæsar.

Corpus Christi nubes leuis.

Matth. 2. 14.

4

Ex iis verò, qui per *nubē leuē* ipsā Virginē accipiunt, præter D. Hieron. in cōm. super Esai. & in 1. c. Ezech. præclare D⁹ Ambr. in exhort. ad Virgines: *Hic est*, inquit, *qui venit in nube leui, sicut dixit Propheta: Ecce Dñs sedet super nubē leuē, & veniet in Ægyptum, significans quod in Ægyptum, id est, in afflictionem istam mundi huius veniret per Virginem. Nubem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat, leuem quia virgo erat nullis oneribus grauata coniugii. Ipsa est virga germinans florem, quia pura, & ad Dominū libero corde directa virginitas, quæ nullis in hoc seculo curarum anfractibus reflectatur:* Et paulò post: *Estote nubes, sed leues: eritis profectò si ableuet virginitas onera conditionis, & tenebras huius limosæ carnis illuminet:* ideo dicit illa Cant. 1. *Nigra sum, & decora filiæ Hierusalem: nigra per carnem: decora per virginitatem.* Et serm. 5. in Ps. 118. *Illa*, inquit, *columna nubis specie quidem præcedebat filios Israel; mysterio autem significabat Dominum Iesum in nube venturum leui, sicut dixit Esaias, hoc est, in virgine Maria, quæ nubes erat secundùm hæreditatem Euæ: leuis erat secundùm virginitatis integritatem: leuis erat, quæ non homini quærebat placere, sed Domino: leuis erat, quæ non in iniquitate conceperat sed Spiritu superueniente generabat nec in delicto, sed cum gratia parturiebat.* Hæc Ambr. Itaq; siue nubē humanitatē Christi, siue B. Virginem interpretemur, semper illibata eius integritas præsenti vaticinio comprobatur.

D. Hieron. D. Ambros.

B. Maria nubes leuis propter puritatem.

Cant. 1. 5.

Testimoniū 13. ex illis verbis Esai. c. 45. *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustū; aperiatur terra, & germinet Saluatorem.*

SECTIO XXVII.

1

NVNC quoq; locū nobis Hebrēi de manib⁹ eripere conātur, iisq; plerisq; ex nostris adstipulātur, quorū tenebras oportet primū dispellere, vt vaticinij splēdor eluceat. Cōtendūt igitur Hebrēi hoc loco haberi sermonē ad literam de Cyro, cuius uidelicet ortus, & aduētus à Iudæis in captiuitate positis à Deo postulatur. Cum enim Esai. prædixisset fore, vt Babylonica captiuitas aduenīente Cyro finiretur; vt patet ex iis, quæ eo ipso capite præcesserāt, aiūt Hebræos tā lętonūtio ad spē libertatis erectos induci ab eodē Esai obnixē eius aduentū postulantes, magnisq; vocibus Cælū, terrāq; inclamātes, vt iā tādē tā iustū Principē, tātūq; seruatorē, ac vindicē libertatis emittāt. Eā sētētiā nitūtur ex ipsomet cōtextu elicere, in quo dubium esse non potest quin de Cyro ad literam multa dicantur, cū in ipso capitis vestibulo Cyr⁹ proprio nomine appelletur: sic enim incipit Esaias: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciā ante faciem eius gētes, & dorsa regū vertā, & dabo tibi thesauros absconditos propter seruū meū Iacob, & Israel electum meum.* Quibus verbis significatur Deum propitium Cyro futurum, vt sibi Chaldæos subiiceret, corūq; thesauris, atq; opibus potiretur, eo quòd ipse Hebrēorū gērē in pristinā erat asserturus libertatē. Ex quo illud se cōficere arbitrātur, cū Esaias in ipso statim capitis initio ex Dei nomine disertè iradat se de Cyro ex professo scribere, palā esse quæ toto eo capite dicūtur ad Cyrū spectare, & quoniā ipse facturus erat potestatē Hebræis in patriā reuertēdi, tēplūq; ędificādi meritò eius ortū, atq; aduentū, ab Hebræis oīb⁹ votis expeti, à Deoq; efflagitari.

Hebrēorum sententia.

Esai. 45. 1.

2

Et quidem inficiari non possum multa eo capite contineri, quæ ad literam

Multa ex cap. 45. Esaiæ ad Cyrū pertinēt.

D. Hieron. Euseb. Cesar.

Cyrill. Alex.

Cyro sunt necessario tribuenda, quod adeo vel ex ipso contextu manifestum est, vt meritò mirari se dicat Hieronymus esse, qui ea ad Christum putent esse referenda: id quod etiam Euseb. Cæsar. lib. 6. præparationis Euāgelicę cap. 9 Cyrillus Alex. in commentariis super Esaiam confitentur. Cæterùm illud adiungimus; verbis illis, quæ explicanda proposuimus, nullo modo Cyri Persarum Imperatoris ortum, sed Messiæ regis aduentum ad literam postulari. Quā sententiam videtur potiùs sequi Hieron. cum enim duplicem huius loci expositionem commemoret: vnam quorundam existimantium id tantùm dici, Cyro Rege laxante Hebræorum captiuitatem cælum, terramque lętari, positis, nimirum μετονυμικῶς, cælo terraq; pro iis, qui in cęlo ac terra morantur: alteram aliorum sententiam aduentum Domini prænuntiari, hanc posteriorem, tanquam sibi magis probaretur, posteriori loco recensuit. Et multò clariùs Cyrill. Alex. cum enim superiora omnia de Cyro fuisset interpretatus, vbi ventum est ad hūc locum statim se ad Christum intuendum, contemplandumque conuertit: *Longa*, inquit, *oratio in superioribus consumpta de Cyro Persarum, & Medorum Principe, vt qui Babylonicam regionem deuastarit, Israelem à seruitute relaxarit, templum Hierosolymitanum fundauerit: deinceps verò sententiarum vim transfert Propheta iam ad ipsum Emmanuelem, qui exhibitus erat à Patre, vt captiuis remissionem prædicaret, & terræ incolas à Diabolo Tyranide liberatos Deo adduceret.* Hæc ille. Itaque vult Cyrillus Cyrum quidem in eo quòd populo libertatem, poreſtatemque templi exædificandi tribuerit, Christi Domini typum, imaginemque fuisse, qui vniuersos mortales à Dæmonis tyrannide ereptos in libertatem vindicauerit, atque Ecclesiam toto orbe tanquàm amplissimum, suaque maiestate dignum templum fundauerit: idquod verissimum est, neque nos, vt superiùs diximus, inficiari possumus. Cæterùm cum subiungitur: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem*: iam non de Cyro, se de Christo Domino nostro haberi sermonem:

Precedens vaticinium ad Christum referunt patres.

quòd nos etiam contendimus, vt iam neque Hieron. neque Cyrill. à nostra sententia discrepare cēsendi sint. Eam quoque tradit D. Chrysost. hom. in Psal. 71. imo & omnes illi haudubiè in eadem fuere sententia, qui vel ipsum capitis initium de Christo intellexerūt, veluti Tertull. in lib. contra Iud. cap. 7. & lib. cōtra Praxeam cap. 11. quibus in locis habet: *Dixit Dominus Christo meo Domino*: legit namque Græcè κυρίῳ pro κύρῳ, id est, *Domino* pro *Cyro*: sicut & Cyprianus lib. 1. aduersùs Iud. & alii ex veteribus, quę fuit vetus quędam lectio in nonnullis exemplaribus, sed tamen vitiosa, vt auctor est D. Hieronymus; & manifestum est ex textu Hebræo. Idem habent D. Cypr. lib 1. aduersùs Iudæos, D. Athan. lib. de vnitate Trinitatis. D. Aug. oration. de quinque hęresibus, seu contra quinque hostium genera tomo 6. & alii. Cum igitur hi patres non de Cyro, sed de Christo totum hoc vaticinium interpretentur, palam est eos verba quoque illa, de quibus disputamus ad Christum retulisse. Accedit, quòd licet *Cyrus* appellari potuerit *Christus*, id est, *vnctus*, Hebræorum more propter insigne regiæ potestatis, quoniam, vt ait Hieronymus, sicut apud alias nationes diadema, & purpura solis Imperatoribus datur: ita apud Hebrœos reges perfundebantur vnguento: vnde, & Saul Christus Domini dicitur 1. Reg. 6. & in Psalmis legimus *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari*. Tamen non video quomodo rex cultor idolorum debuerit iustè per antonomasiā nūcupari, eūq; Esaias intellexerit, cū dixit: *Rorate cæli desuper, & nubes pluāt iustū*. Quòd adhuc magis appareret ex eò, quòd ea, quę sequuntur, illustriora sunt, quā vt in Cyrum quadrent: quomodo enim Cyri tēpore ōnia virtutū genera pullularūt? eum enim sensum habet, illud, quod sequitur: *Et iustitia oriatur simul*, vt inferiùs magis explicabimus.

D. Chrysost.

Tertull.

D. Cyprian.

D. Athanas. D. August.

Solum apud Hebrœos reges perfundebantur vnguento. 1. Reg. 6. Psal. 104. 15.

Nec verò aduersarii rectè argumentantur, cum ex eo, quòd initiū capitis de Cyro ad literam intelligitur, vt illis libēter damus, colligunt ea etiam, quæ sequuntur, eidem esse attribuenda. Enim verò certum est in sacris literis crebrò

abuna

In sacris sæpe ab vna persona ad aliam fit transitus. Esai. 14.

abuna persona ad aliam transitum fieri: atque, vt alia exempla præteream, quæ non est huius loci persequi longiùs, quis nescit eundem Esaiam capite 14. postquam egerat de Nabuchodonosor, eiusque ad inferos descensum, damnationêque descripserat, statim continua serie, atque ordine ad casum Luciferi commemorandum transiisse. Quare non dissimilis sibi fuit hoc capite Propheta cũ à Cyro ad Christum transiit, eo potissimùm quòd Cyrus in dando Hebræis libertatem, faciendoque potestatem templum Hierosolymis erigendi Christum ipsum adumbrauit.

4

Igitur cum dubium esse non debeat, quin verbis illis, quæ proposuimus, Propheta nomine omnium mortalium aduentum Messiæ Regis efflagitet, ostendamus illis sanctissimæ Virginis illibatã puritatem contineri. Pro *rorate* est Hebraicè הרעיפו à radice רעף, quę significat irrorare, & stillare. Septuag. trãstulerunt: ἐυφράθητω οὐρανὸς, hoc est, *lætetur cælum*. Pro, *aperiatur*, habent Hebræa תפתח à radice פתח, quæ præter alia significat parturire, & aperiri, referturque ad flores, cum aperiuntur, vt Cant. 7. *Si flores fructus parturiunt*: vnde verbum פרח, quod sequitur, pro quo Hieronymus vertit *germinare*, floribus quoque erumpentibus tribuitur, veluti Esai. 11. *Et flos de radice eius ascendet*. Ex his primùm habemus incarnationem Verbi fuisse quandam quasi irrorationem, qua cæli terram cęlesti quodam rore perfuderũt, eamque, cum antea arida, steriliſque esset, fœcundarunt. Vnde Prophetæ sæpissime, cum Messiæ tempora describunt, flumina desertum irrigantia, omniaque plantarum genera in solitudine commemorant, veluti Esaias cap. 35. *Lætabitur*, inquit, *deserta, & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri*: quibus verbis ad literam prędicitur Gentium ad Christi fidem conuersio, quę deserto, & solitudini comparãtur, quoniam ante aduentum Christi idololatriæ, & reliquorum criminum sentibus horridę nullum salutis fructum afferebãt, sed postea Euãgelicę doctrinę aquis irrigatæ multis fructiferis plantis, arboribusque consitæ, refertæque fuerunt, & pulcherrimarum virtutum liliis, floribusque vestitæ in amœnissima topiaria, ac deliciarum hortos euaserunt. Cuius omnis pulchritudinis, amœnitatisque ratio statim redditur, cum subiungitur: *Ipsi videbũt gloriam Domini, & decorem Dei nostri*, quoniam, inquam, gloriam Domini, id est, Christum, qui splendor gloriæ, imo & Patris gloria nuncupatur, per fidem contemplati sunt incredibili eius decore, pulchritudineque permoti, charitatis facibus inflammati in eius amorem exarserunt. Putamus hoc loco Christum *gloriam Dei*, atque *decorem* eleganti periphrasi dictum esse, quoniam in eo Patris gloria, & omnium Diuinarum perfectionum decor, pulchritudoque resplenduit, ad illumque in cruce præcipuè positum, in qua eum non semel Prophetę pulchrum, speciosumque vocarunt, respexisse hoc loco Esaiam, cum eum gloriam, decoremque Domini appellauit. Quoniam igitur gentes Dei gloriam, atque decorem viderunt, hoc est, Christi pro humano genere in cruce positi fidem, atque doctrinam receperunt, idcirco tanta bonorum operum fruge, & virtutum opibus redundarunt. Deinde illud colligimus rectè Septuag. interpretes pro, *Rorate cæli*, transtulisse, *lætetur cælum*, vt compertum esset incarnationem Verbi, quæ cælestis irrorationis similitudine expressa est, nihil fuisse aliud, quã cęlorum, imo & vniuersi orbis lætitiam.

Septuag.

Cant. 7. 12.

Esai. 11. 1.

Incarnatio Verbi cælestis irroratio.

Esai. 35. 1.

Christus gloria & decor Patris.

Incarnatio Verbi vniuersi orbis lętitia

5

Tertiò efficax ex iisdem verbis argumentum ducimus ad sanctissimæ Deiparæ in conceptu, & partu Christi integritatem comprobandam. Primùm enim, cum cælis dicitur, vt *iustum*, hoc est, Messiam ceu rorem desuper emittant, perspicuè significatur eum nõ ex viri vllius opera, sed cælesti Spiritus sancti virtute à Virgine esse generandum: hanc enim etiam ob causam dicitur Christus homo cælestis 1. Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis*: vbi Paul⁹ Adamũ hominẽ de terra terrenũ, Christũ hominẽ de cęlo cęlestẽ appellat.

8

Gentium populus deserto comparatur.

1. Cor. 15. 47.

Atque imprimis illud omnino cauēdū, quod Apollinarius, Valentinus, & Gnostici impiè affirmarunt, Christū dici hominem cœlestem, quòd corpore ex materia cœlesti sumpto constaret. Dicitur autem Christus *homo de cœlo cœlestis* quatuor potissimū de causis. Prima, ac præcipua ex Diuinitate vnita eius humanitati desumitur, vt interpretatur D. Thomas, & vt rectè addit Caiet. ex ipsa persona Verbi, ad cuius subsistentiam personalem assumpta est humanitas, vt primū discrimen inter Adam, & Christū ex vtriusque hypostasi, seu persona desumatur, quòd videlicet Adam sit persona terrena, Christus autem sit persona Diuina. Secunda ex operibus depromitur, quoniā primus Adam opera habuit, affectusque terrenos, siquidem Dei præceptum violauit, amissaque propterea originali iustitia passionibus, & affectibus terrenis fuit obnoxius: at Christus habuit omnia opera planè cœlestia, atque sanctissima, vtpote ab omni peccati labe prorsus immunis. Ita præter alios interpretatur D. Anselmus, ac D. Hieronymus, & Tertul. lib de carne Christi cap. 8. Tertia est, quoniam Adam per peccatum effecit, vt ipse, & omnes posteri, qui in illo quoque peccauerunt, morti essent subiecti, & in terram, de qua sumpti erant, reuerterentur: at Christus & sibi, & nobis resurrectionem carnis, & immortalitatem promeruit, quę expositio traditur quoq; à D. Anselmo, & alijs.

Christus homo cœlestis quatuor ob causas D. Thom. Caiet.

Prima.

Secunda.

D. Anselm. D. Hieron. Tertull. Tertia.

6

Quarta, quæ iam ad præsens facit institutum, est, quoniam cœlesti virtute conceptus, ortusq; fuit ex Virgine: quam expositionem etiam tradit D. Hieronym. in cōment. eius locij *Cœlestis*, inquit, *dicitur, quia non humanæ fragilitatis ritu, sed Diuinæ maiestatis nutu & cōceptus est, & enixus*. Quod totidem verbis repetit autor cōmentariorum in Paulum, qui D. Ambrosio tribuuntur. Iuxta quam interpretationem aduerte, quod Paulus statim infert: *Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis*: ad castitatis cōmendationem pertinere, vt sit sensus: siquidem secundus homo, id est, Christus fuit de cœlo cœlestis, hoc est, ex Virgine purissima absque vlla carnis illecebra conceptus, & natus: debemus nos quoq; cœlestis huius hominis imaginem portare, hoc est, puritatem, castitatemq; sectari, quam ille vsque adeo coluit, vt non nisi ex matre Virgine voluerit procreari, *sicut portauimus imaginem terreni*, subiecti scilicet terrenis affectibus, rebellioni, inquam, carnis, prauisque aduersùs castitatem motibus, appetitionibusque, quas primus homo terrenus suo peccato in orbem inuexit. Ex quo habes hominē castitatis cultorem iam non terrenum, sed cœlestem esse, castitatemque, atque puritatem esse quandam veluti cœlestis hominis, hoc est, Christi non adumbratam, sed ad viuum expressam imaginem.

D. Ambros.

Castitas, Christi imago.

7

Quòd si quis aduersus hanc postremā expositionem obijciat, hac ratione inter Adam, & Christum nihil intercesse discriminis: siquidem ipsum quoque Adami corpus non ex viri semine progenitum, sed cœlesti omnipotētis Dei virtute fuit efformatum, sicut etiam Adami corpus ex terra fuit cōcretum, ita etiam corpus Christi non cœleste fuisse, sed humanū, atque terrenum: itaque hac ratione vel Christum hominem esse terrenum, sicut Adam, vel Adam sicut Christum hominē esse cœlestē. Respondemus adhuc in hac expositione latissimum dari inter Adam, Christumque discrimen, quòd videlicet Adami corpus licet supernaturali virtute, ex limo tamen terræ effectum fuerit, in quo nihil puritatis, sanctitatisq; appareret, itaque meritò dictus fuerit terrenus: at Christi corpus ex purissimo Virginis matris sanguine absque vlla viri opera, sed Spiritus sancti obumbrantis virtute fuerit efformatum, in quo tanta puritas, sanctitasque elucet, vt meritò secundus iste Adam ob hanc etiam rationem planè cœlestis potuerit, ac debuerit appellari.

Inter efformationem corporis Christi & Adami, latissimū discrimen.

8

Sed vt eò, vnde digressi sumus, reuertamur, manifestè puritas cōceptus, & ortus Christi ex Virgine ostenditur, cū tanquam ros quidam cœlestis à cœlis ipsis mittendus prędicitur, & tanquam pluuia è nubibus descensurus prænūtiatur: idemque mysterium multò elegantiùs sequentibus verbis explicatur, cum subiungitur: *Aperiatur terra, & germinet saluatorem.*

Puritas cōceptus, & ortus Christi ex Virgine.

Cum enim hoc loco verbum Hebræum פתח, quod aperiendi vocabulo expressit Vulgatus, de floribus dicatur, cum ex germinantibus arboribus erumpũt, quid quæso pulchrius, & elegantius dici potuit ad puritatẽ sanctissimę Deiparę in cõceptu, & partu Christi declarandã, quàm cum Virgo in concipiẽdo, pariendoque Christo terræ in florem gemmanti, & erumpẽti similis dicitur? *Aperiatur*, inquit, *terra, & germinet saluatorem*, hoc est, Virgo beatissima, quæ terræ nomine exprimitur, producat iam florem illum Iesse, super quem omnes sancti Spiritus gratiæ requieſcent, ea puritate, & pulchritudine, qua terra vi cœlesti, roreque perfusa absque vlla alia humana industria elegãtissimos ex se flores emittere consueuit. Verùm de floris germinatione multa diximus sect. 5. Certè D. Leo serm. 3. de natiuitate Domini hanc terræ germinationem ad purissimum Christi ex Virgine ortum retulit. In hac, inquit, natiuitate etiam Esaiæ sermo completus est, dicentis: *Producat terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul: terra enim carnis humanæ, quæ in primo fuerat prævaricatore maledicta, in hoc solo beatæ Virginis partu germen edidit benedictum, & à vitioſuæ stirpis alienum.*

D. Leo.

Decimum quartum testimonium ex illis verbis Esaiæ capite 53.

Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiẽti.

SECTIO XXVIII.

PRIOREM HVius vaticinij partẽ Septuag. interpretes aliter transtulerunt, quàm vertit D. Hieron. sic enim habent: ἀνηγγείλαμεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ, hoc est, *Annunciauimus coram eo quasi puer*, seu potiùs, *quasi puerum*, vt vertit D. Hieron. in commentarijs. Cur verò Septuag. ita transtulerint, illud fuit causæ, quòd vox Hebræa יונק, pro qua Vulgatus transtulit *virgultum*, est in Benoni verbi ינק, quod significat sugere, lactare, nutrire, Deut. 32. *Vt sugeret mel de petra*. Esai. 60. *Suges lac gẽtiũ, & mammilla Regum lactaberis*. 1. Reg. 1. *Et lactauit filium suum*. Exod. 2. *Vis, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire* (id est, lactare) *possit infantulum*. Quare יונק ex vi verbi idem est, atque *lactans*, atque idcirco lactenti adhuc puero tribuitur, veluti Esai. 11. *Delectabitur infans ab vbere*: quam eandem ob causam, trahitur ad ramum, siue virgultum significandum, eo quòd humorem sugit ab arboris radice, sicut infans ex matris vbere: ita accipitur Iob. 15. *Non recedet de tenebris, ramos eius arefaciet flamma*. Itaque optimè vertit D. Hieron. *virgultum*, sicut & Symmachus *ramum*: vox enim Hebræa non quoduis virgultum significat, sed virgultum molle, & tenerum, ac veluti adhuc lactens, & lactentis instar succum sugẽs ex radice: maleque in plerisque Latinis exemplaribus, vt apud Cyrillum Alex. in commẽt. eius capitis campus pro puero legitur, quorum autores videntur Græcè παιδίαν pro παιδίον legisse, cum παιδίον tamen apud Septuag. interp. legendum sit.

Deut. 32. 13. Esai. 60. 16. 1. Reg. 1. 23. Exod. 2. 7.

Esai. 11. 8.

Iob. 15. 30.

D. Hieron. Symmachus.

Septuag.

Quod ad expositionem spectat, R. Salomon, & R. Dauid, & alij iuniores Hebræi suo more tergiversantur, torumq; hoc caput de populo Hebræorum ad literam interpretantur, contendentes Esaiam de eo quasi de vno homine loqui, quemadmodùm & Deus ipse loquitur Exod. 4. cum ait: *Filius meus primogenitus Israel*: describique à Propheta luculentissimis verbis cẽs illas calamitates, quas modò in ista grauissima, & acerbissima captiuitate patitur: idcirco nimirum appellari *despectum, nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, leprosum percussum à Deo, & humiliatum, vulneratum*, & vsque adeo deformatum, vt nulla pulchritudinis, atque decoris vestigia in eo videantur. Sed hoc merum Iudæorum figmentum cum ipso Esaiæ contextu pugnat apertissimè: imprimis namque is, de quo sermonem habet Propheta, tanta vitę, morumq; sanctitate memoratur excellere, vt iniquitatem non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius: tanta in perferendis iniurijs patientia, vt prosuis

I

R. Salom. R. Dauid. Iudæorum figmentum circa hoc vaticinium.

Exod. 4. 22.

perse-

perſecutoribus, atq; interfectoribus o-
rauerit, quæ in Hebrçorum populũ nul-
lo pacto conueniunt, quem conſtat eſſe
maiori ex parte vſuris, auaritia, cupidi-
tate, maleficijs, alijsque flagitijs implica-
tum, atque totum ferè ex innumeris do-
lis, fraudibus, alijsque in omni genere ſce-
leribus concretum, adeoque à vera iniu-
riarum tolerantia, & malorum perpeſsi-
one abhorrentem, vt quotidie tribus vi
cibus in ſuis Synagogis Romani imperij,
potiſsimumque Eccleſiæ Chriſti euerſio
nem impijs, & execrandis vocibus à Deo
efflagiter, ſitque in Thalmud cautum le
ge, vt Hebræi, quibuscunque malis, & in-
commodis potuerint, omnes Chriſtia-
nos afficiant, in fraudem impellant, for-
tunis euertant, oblataque opportuna oc
caſione trucident, vt ſuſè refert Magiſter
Hieronymus à ſancta fide cognominat⁹,
ex Iudaiſmo ad fidem Chriſti conuer-
ſus, & Benedicti. 13 Pont. max. medicus
tract quodam, quem edidit *De Thalmud li
bri falſitate* cap. 5. & 6. ex quo manifeſtè re
uincitur R. Salomon nullo pacto caput
iſtud Eſaiæ poſſe Hebræorum genti ac-
commodari. Deinde is, de quo Eſaias ſer
monem inſtituit, dicitur illa omnia pro-
pter aliorum ſalutem tolerare. *Verè*, in-
quit, *languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſ-
tros ipſe portauit. Ipſe vulneratus eſt propter ini-
quitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſ-
tra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore
eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauis-
mus, vnusquisque in viam ſuam declinauit: & po-
ſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum*:
ex quibus verbis illud liquidò colligitur
huiusmodi Dei ſeruum, de quo loquitur
Propheta, non propter ſua ipſius ſcelera
paſſum eſſe, ſed propter crimina cætero
rum, ac reliquos omnes eius ægritudine
ſanitatem, liuore pulchritudinẽ, vulne-
ribus medicinam, attritione integritatẽ,
morte denique vitam fuiſſe conſecutos.
Hic ego mihi teſtes adeſſe velim, qui au
diant R. Salomonem vſque adeò inſania
furentem, vt audeat dicere populum He
brçorum in hac ſua captiuitate pro gen
tium omnium, & earum præcipuè, à qui-
bus diuexatur, peccatis vulnerari, Deum
que vniuerſarum gentium iniquitates
ſuper Hebræum populum, innocentem
ſcilicet, omnisque auaritiæ, fraudis, & in-
quitatis expertem poſuiſſe, vt eas ſuis iſ
tis laboribus, & calamitatibus eluceret:
ſcilicet tanta ſunt Hebræorum merita,
tamque in omni genere vita, morumque
ſanctitas admiranda, vt pro vniuerſarũ
gentium infinitis ſceleribus poſsint cu-
mulatè ſatisfacere. Nec videt R. Salomõ
ſe hac in re omnibus Hebræis doctori-
bus aduerſari, qui tantùm abeſt, vt cre-
dant Deum propter gentium ſcelera He
bræos nunc affligere, aut eas his Hebræ-
orum laboribus, vulneribusq; ſanari, vt
potius vnanimi conſenſu affirment om-
nes gentes, quæ modò Hebræos affligũt,
ob id ipſum eſſe perituras, & ſempiter-
nis apud inferos tormentis cruciandas:
in quam ſententiã intelligũt illud Ioel. Ioel. 3. 2.
vlt. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas
in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper
populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſper-
ſerunt in nationibus, & terram meam diuiſerunt,
& ſuper populum meum miſerunt ſortem*. Acce-
dit, quod ipſi met Hebræorum Rabbini
confitentur hanc poſtremam captiui ta-
tem, quam Iudæi patiũtur, propter mag
num aliquod eorum ſcelus accidiſſe: tũ
verò inter ſe diſputant, quodnam eius-
modi tantum ſcelus à Iudæis ſuſceptum
fuerit, propter quod tam acerba, diutur-
naq; ſeruitute opprimuntur. Ita fit, vt re
centiores Hebræi neque cum Eſaia, neq;
cum ſuæ gentis antiquis doctoribus cõ-
ſentiant.

Maneat igitur hoc vaticinium nullo
pacto ad Iudaicum populum ſpectare.
Nec verò quiſquam alius aſsignabitur,
cui ea, quę eo capite comprehẽduntur,
tribui queant, præter vnum Regem Meſ
ſiam: is enim duntaxat ea futurus erat
ſanctitatis, meritorumq; magnitudine,
vt ſolus ipſe pro vniuerſorum hominũ
peccatis poſſet cumulatiſsimè ſatisface-
re, tamq; ardentibus aduerſùs homines
amoris facibus inflammatus, vt ob eorũ
ſalutem innumeris ſeſe opprobrijs, con-
tumelijsq; proſcindendum, atq; acerbiſ-
ſimis, & grauiſsimis tormentis exercitã-
dum ſuis hoſtibus obijceret, tandemque
in cruce cum ſummo dedecore, & igno-
minia ſanguinem, vitamq; profunderet:
quæ omnia eo capite complexus eſt E-

Execranda Iu deorum à Deo efflagitatio.

Hier. à ſãct. fid

R. Salomonis inſania.

2

Præcedens vaticinium ad ſolum Meſſiam ſpectat.

saias, Christusq; noster verus vtiq; Messias impleuit. Id, quod vel ex ipso contextu manifestum est. Quis enim alter prçter Messiam *brachium Domini* appellari debuit? Cuius alterius generatio inexplicabilis dici potuit? Quis alius tot, tantisque gratiæ, sanctitatis, meritorumq; opibus abundare, vt vnus ipse vniuersis hominibus antecelleret, eorumq; omnium infinita propemodùm scelera, sua vnius sanctitate compensaret? Accedit, quod Esaias hoc capite pergit differere de illo eodem, de quo aggressus fuerat dicere ad finem capitis præcedentis, vt ex ipso nexu, serieq; contextus palam est: at orsum fuisse vaticinari de Rege Messia, vel ipse Paraphrast. Chald. intellexit, cũ ita vertit: *Ecce prosperabit seruus meus Messias, exaltabitur, & eleuabitur, & confortabitur nimis*, etc. Id quod veteres quoq; Hebræi senserũt: in quibus R. Moyses Gerũdẽsis in cõmẽt. super 29. cap. Geneseos, sic ait: *Rex Messias habet dare cor suum ad petendum miserationes pro Israel, & ad ieiunandum, & humiliandum se pro eis, sicut scriptum est Esaiæ 53. Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Hæc ille.

Paraphrast.

R. Moys. Get.

Iam verò si de nostris agitur, quis eorum hunc locum, vt potè ad reuincẽdos Iudæos clarissimum prætermisit? Eo vtũtur D. Iren. lib. 4. aduersùs hæreses c. 56. vbi aduersùs Iudæos duos Messiæ aduẽtus prædictos fuisse à Prophetis argumẽtatur. Iustinus philosophus, & martyr in dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos. Tertul. lib. cõtra Iud. cap. 9. Euseb. Cæsar. lib. 3. demonst. Euang. cap. 2. D. Cyprian. lib. 2. aduersùs Iudæos cap. 13. Chrysost. oratione 3. contra Iudæos, Anastasius Sinaita lib. 11. coment. in Hexameron, & alij.

Irenæus.

Iustin. Mart.

Tertull. Euseb. Cæsar. D. Cyprian. D. Chrysost. Anastas. Sinai.

3

Cum hæc ita se habeant, aggrediamur iam sanctissimæ Deiparæ virginitatem in conceptu, & partu Christi cõfirmare. Atque illud imprimis iuxta Septuag. interpretum translationem collige, prædici ab Esaia Deum lactentem puerum futurum, idque tanquam rem quandã nouam, admirandamq; commemorari, siue legas, *Annuntiamus quasi puerum*, siue, *Annuntiauimus, quasi puer* (scilicet erit) *coram illo*, id est, Patre. Deinde iuxta vulgatam editionem, qua dicitur, *Ascendit sicut virgultum coram eo*, significari Messiam in primo aduentu humilem fuisse venturum, sed in dies magis, ac magis instar virgulti forma, nominisq; celebritate incrementum habiturum, *coram eo*, id est, coram Israele, siue Iudæis, vel etiam coram Patre. Porro, quod subiũgitur, *Et sicut radix de terra sitienti*, duplicem habet explicatum. Vnus est Messiam in ipso statim initio, antequam diuinitatem suam, atq; potentiam per miracula demonstraret, despectum abiectumque absque vlla nominis claritate, existimationisq; splẽdore victurũ, instar radicis arenti solo exortæ, quę cũ humore careat, non erumpit in eam frõdium, ramorumq; pulchritudinem, quæ in alijs plantis in amæna, & irrigua tellure consitis reperitur.

Deus lactens puer factus, mirum.

Alter est, iam ad Mariæ virginitatem pertinens, quem etiam literalem, ac germanum esse fateri nos cõgit nobilium Patrum auctoritas, qui per *terram sitientem* ipsam sanctissimam virginem accipiũt, ex qua Christus, qui radix Iesse dicitur, tanquam ex arido solo, hoc est, nulla humana industria, atq; opera irrigata, sed diuina tantùm virtute fœcũdata fuit exortus. Hebraicè pro *sitienti*, est dictio צִיָּה, quæ siccitatem, solitudinem, ac desertum significat: vnde aliqui trãsferũt: *sicut radix de terra deserti*: alij *de terra inuia*: quæ interpretatio est D. Hieronymi in cõment. *Sicut radix*, inquit, *de terra sitienti*. Pro *sitienti*, Aquila interpretatus est *inuia*, vt virginitatis priuilegium demonstraret, quòd absque vllo humano semine de terra prius inuia sit creatus. Consentit Euseb. Cæsar. lib. 3. demõst. Euãg. cap. 2. vbi sequens editionem 70. interpretum *Annuntiauimus*, inquit, *coram eo quasi puerulus, quasi radix in terra sitienti: pro quo Aquila sic interpretatus est: Et prædicabitur tanquam quod vbere nutritur in facie eius, & tanquam radix de terra inuia; Theodotio verò Et ascendet sicut quod lacte alitur coram eo, & sicut radix de terra sitienti: vbi puerulus quidẽ ille, qui vbere, atque lacte nutritur, planè ortũ Christi declarat: terra vero inuia, & sitiens virginem, quæ illum enixa est, quam scilicet nullus vir adyit de qua quanuis inuia laudata illa radix prodijt, & puerulus, qui vbere, lacteque nutriretur. Verum*

4

B. Virgo ob virginitatis priuilegium terra sitiens.

D. Hieron.

Aquila.

Euseb. Cęsar.

hæc

hæc adumbrate admodum significauit: apertius verò eidem Prophetæ sententiam suam interpretatur, vbi ait: *Ecce Virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius: Nobiscum Deus:* hoc enim significat Emmanuel. Hæc Euseb.

Esa. 7. 14.

5 Christi generatio ex Virgine in procreatione Adami adūbrata. D. Irenæus.

Fuit hæc Christi ex Virgine tanquam ex terra sitienti generatio adumbrata in procreatione Adami ex terra virgine, hoc est, nullis pluuijs irrigata, nec humanis laboribus exculta, vt expendit D. Irenæus lib. 3. aduersus hæreses cap. 31. *Quæ admodum*, inquit, *protoplastus ille Adam de terra rudi, & adhuc virgine, non dum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram, habuit substantiam & plasmatus est manu Dei, & sumpsit Dominus limum de terra, & plasmauit hominē: ita recapitulans in se Adam, ex Maria virgine recepit generationem Adæ recapitulationis: si enim ille de terra sumptus est, & verbo Dei plasmatus, oportebat id ipsum verbum recapitulationē Adæ in se metipso faciens eiusdem generationis habere similitudinem.* Hæc Irenæus, à quo eādem sententiam mutuatus videtur Tertul. lib. de carne Christi cap. 17. cum ait: *Virgo erat adhuc terra non dum opere compressa, non dum semenci subacta, ex ea hominem factum accipimus à Deo in animam viuam: igitur si primus Adam de terra traditur, meritò sequens, vel nouissimus Adā, vt Apostolus dixit 1. Cor. 15. proinde de terra, id est, carne non dum generationi resignata in spiritum viuificantem à Deo est prolatus.* Hæc ille.

Tertull.

6 D. Augustin. Christus in passione arboris radici similis.

Porrò pulchrè D. Augustin. lib. 50. homiliarum hom. 36. exponit cur Christus radix appelletur: quoniam scilicet, sicut radix nullam pulchritudinem foris ostendit, sed vim tamen & efficacitatem habet, quam per omnem fundit arborem: ita Christus, licet in passione nullam speciem, ac decorem, vt ait Propheta, foris prætulerit, infinitam tamen promerendi, & satisfaciendi vim in vniuersos mortales exeruit. Sed audiamus Augustinū. *Ascendet*, inquit, *sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. Quare vt radix? Ideo, quia non est illi species, neque decor, passus est, humiliatus est, consputus est, non habebat speciem, homo apparebat, cum Deus esset, sed quomodo radix non est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis suæ. Attendis arborem pulchram, amœnam, foliis virentem, fructibus opulentam, delectat aliquid defructu carpere, sub vmbra eius sedere, & requiescere ab æstu laudas totam illam pulchritudinem, si radix ostendatur tibi, nulla pulchritudo in ea est, noli cōtemnere, quod abiectum est, inde processit, quod mirabile. Attendite modò claritatem arboris. Crescit Ecclesia, crediderunt gentes, victi sunt terræ Principes positum est collum eorum sub iugo Christi, veniunt volatilia cœli, requiescunt sub ramis eius: quæramus radicem, consputus est, crucifixus est. Ecce hic species non est, sed intus erat species, qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Hactenus August.

Ecclesiæ pulchritudo, tota ex Christi passione.

Decimum quintum testimonium ex illis verbis Esaiæ capite. 53. *Generationem eius quis enarrabit?*

SECTIO XXVIIII.

POSTQVAM ESAIAS Christi passionē tormenti, & opprobrij plenissimā descripsisset, vt nos ad eius admirabilē, diuinamq; celsitudinem contemplandī incitaret, ne videlicet aliquid humile, & abiectū de illo suspicari possemus, quin potius amoris illius magnitudinem, quo ad ea omnia, non solùm inuicto, sed libenti etiam animo perferēda se abiecit, multò magis suspiceremus, eius eximiā naturæ præstantiam nobis ante oculos proponendam putauit. Itaq; admirabundus exclamauit: *Generationem eius quis enarrabit?* quę verba triplicem expositionem literalem recipiunt. 1

Prima est *generationem* hoc loco pro filiorum multitudine vsurpari, significariq; innumerabilem fore Messię Regis, & infinitam propemodùm sobolem, nō quidem corpore, sed spiritu, ac fide generandam: vt illud Propheta significet, quanuis Messias tam humili, & abiecto mortis genere vitam esset amissurus, nihilominus in eum ita proscissum iniuriis, vexatum contumeliis, excruciatum tormentis, affixum denique cruci, ibiq; mortuum, tam innumerabilem non tantùm hominum, sed gentium, nationūq; multitudinem creditūram, vt eam nemo possit percensere numerando: Gene-

rationem

rationem, inquit, *eius quis enarrabit?* hoc est, quis spiritualem Messiæ sobolem, & posteritatem poterit numerare? Hæc expositio imprimis probatur ex ipsa voce Hebraïca דור, quæ generationem, hoc est, hominum sobolem, & procreationē significat, veluti Eccles. 1 *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat:* Deut. 32 *Generatio enim peruersa est, & infideles filij.* Deinde ex verbis sequētibus, quę huic expositioni concinunt: subiungitur namq; *Quia abscissus est de terra viuentiū:* quasi dicat Propheta: Non mirum, si tātam Messias habere debeat filiorum generationē, & sobolē, quoniā ipsa morte instar plātę putabitur, vt fortiùs erūpat. Quia enim Propheta Messiā paulò ante surculo ascendēti de terra cōparauerat, optimo iure, cum de eius posteritate disseruit, similitudinem ex plātis desumptā adhibuit, quæ cum abscinduntur, cū putantur, eo ipso in maiorem frondiū multitudinem, altitudinēque erumpunt. Itaque iuxta hanc expositionē perinde fuit Messiā in Cruce mortem obire, arq; instar plātę putari, vt ob id ipsum ex eo infinita propemodùm germinū multitudo pullularet. Cauenda est hoc loco Vatabli, & quorūdam aliorū expositio, hāc generationem seculum illum, seu illius seculi hominū prauitatem, in quos Christi aduentus incidit, interpretantiū hoc sensu: *Generationem eius quis enarrabit*, hoc est, quis poterit satis describere, verbisque amplificare generationem illā prauam, atq; peruersam, Iudæorū, inquā, prauos, profligatosq; mores, audaciā, impudentiam perfidiam, qui eo tempore uiuent, quo Messias aduenret? Cauenda est, inquā, hęc expositio, quoniā cōmuni Patrū sentētiæ aduersatur, qui hoc loco *generationem* de generatione ipsius Messiæ interpretantur; non verò de generatione Iudæorū. Pugnat etiā cum ipso contextu, qui habet: *Generationē eius*, i. Messiæ, de quo nimirū Propheta loquebatur.

Eccles. 1. 4.

Deut. 32. 20. Innumera Messiæ spiritualis soboles, vnde prouenerit.

Vatablus.

2 Secūda expositio adhuc præstātior est his verbis Esaiam ęternam Christi generationē secūdū Diuinitatē explicasse: itaque cōspecta tāta eius humilitate, & abiectione, quā paulò āte descripserat, quasi attonitum, obstupefactūq; fuisse, quòd videlicet tantus Deus, cuius æterna à Patre generatio ob eius Diuinā altitudinē, & præstantiam comprehēdi, explicariue à nobis minimè posset, ad tantam se humilitatem abiecisset. Ita plerique omnes Patres hunc locum interpretātur, D. Irenęus lib. 2. aduersùs hæreses cap. 48. vbi disputans contra Gnosticos, qui æternam Verbi generationem curiosiùs inquirere præsumebant, citat hoc Esaiæ testimonium, vt ostendat æternam Verbi generationem comprehendi à creatis mentibus non posse, infertq; *Generationem eius inenarrabilem existentem nemo nouit, non Valentinus, non Marcion, neque Saturninus, neque Basilides, neq; Angeli, neque Archangeli, nec Principes, neque Potestates, nisi solus, qui generauit Pater, & qui natus est filius:* Adde: & Spiritus sanctus. D. Ambros. lib. 1. de fide cap. 6. D. Hieronym. & Cyrill. Alex. in cōment. super Esaiam, D. Chrysost. hom. 2. in Matth. D. Aug. lib. quinquaginta homiliarum hom. 36. & tract. 31. in Ioā. & lib. 1. de Symbolo ad Cathecumenos c. 3. & lib. 2. c. 3. Theod. in suo Eranistę in 2. dialogo, qui *Incōfus* inscribitur, Leo Magnus serm. 9. & 10. in Natiuit. Dōmini, & D. Hilar. lib. 2. de Trinitate, & alii.

Aeterna Christi generatio inenarrabilis. D. Irenęus.

D. Ambros. D. Hieron. Cyrill. Alex. D. Chrysost. D. Augus.

Theodor.

Leo Magn. D. Hilar.

Tertia deniq; expositio est etiā Patrū cōmunis locū Esaiæ cōmemoratū ad tēporalem Christi generationē referentiū, quæ perfectè enarrari, explicariq; non possit, cum præcipuè, quòd ipsum per se incarnationis mysterium, quod perfectum fuit in Virgine, vsque adeò excelsum, & arcanum sit, vt non possit omnino à creatis intelligentiis comprehēdi: tum etiam, quoniā singulare, & eximiū fuerit opus Diuinæ potentiæ Christū cōcipi, edique à Virgine absque vlla vel minima eius integritatis iactura, vt Esai. optimo iure per admirationem dixerit: *Generationem eius quis enarrabit?* Id quod facilè ostenditur: si enim Christus ordinaria ratione ortꝰ ex matre fuisset, nō erat, cur Esaias per admirationē diceret: *Generationē eius quis enarrabit?* facilè enim eius generatio explicari posset, si sicut alii homines fuisset generatus: itaque Prophętæ admiratio euicit Christi generationē tēporalē Diuina altissimi virtute perfectā in Virgine fuisse. Sic interpretati sūt

3 Temporalis etiam ex duplici capite inenarrabilis.

nobiliſsimi Patres, quorũ nonnullos paulò ante pro ſecunda expoſitione citaui mus, quippe qui vtranque interpretationem vt literalem, & germanam complexi ſunt: atque imprimis Iuſtin. Philoſoph. & Mart. in dial. cum Tryphone aduerſùs Iudæos, *Verbum*, inquit, *quo Eſaias vſus eſt: Genus eius quis exponet? quòd uita eius à terra auferetur: num tibi videtur dictum quaſi eius, qui non ex hominibus genus habeat?* Tertul. in lib. aduerſùs Iudæos cap. 12. *Natiuitatem*, inquit, *eius quis enarrabit? Quia nullus omnino hominum natiuitatis Chriſti fuit conſcius in cõceptu, cum virgo Maria Verbo Dei prægnans inueniretur.* D. Athanaſ lib. de incarnatione Verbi, eiuſque corporali ad nos aduentu, *Natiuitatem*, inquit, *eius quis enarrabit? Hic eſt, qui ex virgine prodiit, & vt homo in terris apparuit, & cuius inenarrabilis ſecundùm carnem natiuitas cenſetur: non enim eſt qui patrem eius carnalem dicat, cum non ex viro, ſed ex virgine ſola corpus eius ortum trahat.* D. Hieron. & Cyril Alex. in cõmẽt. ſuper Eſaiam D. Chryſoſt. hom. de Ioanne Baptiſta his verbis: *Generationem eius quis enarrabit? Hoc nobis oſtendit, quoniam natus quidem ſit, ſed quomodò natus ſit, ignoramus. Beata Maria mater, & virgo, virgo fuit ante partum, virgo poſt partũ. Ego hoc miror, quomodò de virgine virgo natus ſit, & poſt natiuitatem virginis mater virgo ſit* D. Aug. lib. quinquaginta homiliarũ hom. 36. *Generationem*, inquit, *eius quis enarrabit? quam generationem? Ante Luciferum genuite: ecce vna generatio ante Luciferum, ante omnia, quæ facta ſunt, ante omnes Angelos, ante omnem creaturam. Sed forte ſecunda eius generatio narratur: fide concipitur, maſculus nõ accedit, vterus Virginis tumet, procedit tanquam ſponſus de thalamo ſuo: mirabilis iſta generatio: mirabilis eſt humana, quia ſine patre; mirabilis illa, quia ſine matre.*

4 Denique D. Bern. ſerm. 1. in vigilia Natiuitatis: *O partus ſolus ſine dolore, ſolus neſcius pudoris, corruptionis ignarus, non reſerans, ſed conſecrans virginalis uteri templum. O Natiuitas ſupra naturam. ſed pro natura miraculi excellentiam ſuperãs ſed reparãs virtute myſterij. Fratres generationem iſtam quis enarrabit? Angelus nuntiat, virtus altiſsimi obũbrat, ſuperuenit Spiritus, virgo credit, fide concipit, virgo parturit, virgo permanet, quis non miretur? Naſcitur altiſsimi filius, Deus de Deo, genitus ante ſecula, naſcitur Verbũ infãs, quis vel ſatis miretur?* Habemus igitur tẽporalẽ Chriſti natiuitatẽ inexplicabilẽ ab Eſaia prædicari, eo quòd ex matre virgine manẽte non ſolùm integra eius virginitate, ſed magis adhuc perfecta prodierit. Fuit enim Mariæ virginitas, vt aiebat paulò ante Bern. ipſo partu cõſecrata, ſeu vt loquitur D. Fulgentius ſerm. de laudibus Mariæ, *Creuit partu integritas, & virginitas ãpliata eſt potius, quã fugata* Iraq; ob tanti miraculi nouitatẽ ſimul, & magnitudinẽ Eſaias admirabũdus exclamat: *Generationẽ eius quis enarrabit?* Quo eodem affectu Patres in tanti myſterij admiratione defixi loqui ſolẽt, veluti D. Greg. Nyſſen. orat. in diẽ natalem Dñi: *O rem*, inquit, *admirandam: virgo mater efficitur, & permanet virgo. Cernis nouũ naturæ ordinem? in alijs mulieribus, quandiu aliqua eſt virgo, non eſt mater; hic autem vtrũque nomẽ in idem concurrit: eadem enim & mater, & virgo eſt: nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem ſoluit. Decébat enim, vt qui in vitam humanã introibat, vt homines integros, incorruptosque ſeruaret, ab incorrupta ſibi deſeruiente integritate initium duceret.* Eleganter quoq; S. Maximus Epiſc. Taurinenſis hom. 1. 2. & 6. in natiuitate Domini, *Duas*, inquit, *in Chriſto generationes legimus, ſed in vtraque incomprehẽſæ Dñinitatis eſt virtus: ibi enim eũ ex ſemetipſo genuit Deus; hic eum virgo Deo cooperante concepit: ibi ſine initio, hic ſine exemplo; illa eſt ante hominẽ, iſta ſupra hominem; illa incogitabilis, iſta mirabilis. Generationem ergo eius quis enarrabit? Sed ſi narrari non poteſt, credi poteſt; ſi lingua deficit, fides proficit. Quid hoc eſt miraculi? ſecreto quodã, incomprehenſoque conceptu procedit de mortali fœmina Diuina progenies. Hodie noua fœminei ſexus gloria peperit virgo, & quod vniuerſa nobiſcũ creatura miratur, natus eſt homo non per hominẽ procreatus: naſcitur Chriſtus ex Maria, vt & ſexus fœmineus hominem daret, & Deum proderet integritas virginalis.*

D. Iuſt. Mart.

Tertull.

D. Athanaſ.

D. Hieron. Cyrill. Alex. D. Chryſoſt.

D. Auguſt.

Vtraque Chriſti generatio mirabilis.

D. Bernard.

D. Fulgent.

Deiparæ virginitas ampliata per partum.

Greg. Nyſſen.

Maximus.

Rectè feciſſe Eſaiam, qui agẽs de Meſsię humilitate, & paſsione, eius quoque celſitudinem, & pręſtantiam cõmemorauerit.

SECTIO XXX.

Non

1

Esaiæ in describenda Christi humilitate mirum artificiū.

NON putauimus prætereundum silentio mirum, ac planè Diuinum Esaiæ artificium in Christi humilitate, ac passione describenda. Cum enim eo capite tam multis verbis Christi opprobria, contumelias, dolores, tormenta, crucem describeret, cumque despectum, leprosum, ac nouissimum virorum appellasset, dixisseq; eius splēdorem vsque adeo obscuratum, vt in eo nihil decoris, ac pulchritudinis videretur, tandemq; maximis affectum iniuriis, & acerbissimis tormentis excruciatum mortem dedecoris, cruciatuumque plenissimam obiisse: nequis propterea indignum aliquid eius altitudine, & maiestate sentiret, tanto artificio eam narrationem contexuit, vt eam subinde præclaris sententiis eiusdem Christi magnitudinem continentibus quasi pretiosis gemmis inserit. Igitur quinque potissimùm ad Messiæ dignitatem spectantia commemorauit, quæ nobis in eius considerāda passione semper ante oculos obseruari voluit. Quia enim videri poterat Christus ex infirmitate, imbecillitateque affectus morte fuisse, eius infinitam potentiam in ipso statim eius narrationis initio declarauit, cum eum *brachium Domini* appellauit. Deinde, ne illud in mentem veniret, eum ex violento Patris imperio, ac per vim magis compulsum, quàm ex obedientia propria voluntate susceptā mortem oppetiisse, illud etiam explicandum putauit, *fuisse oblatum, quia voluit*, omnesque illos cruciatus instar mitissimi agni incredibili patiētia sustinuisse. Porro, ne insipiens aliquis audiens eum à Deo percussum, & humiliatum, cogitaret id ei propter aliqua grauia, quę suscepisset, flagitia euenisse, continuò addidit eum iniquitatem non fecisse, nec in ore eius fuisse dolum repertum, sed Deum in eo iniquitates omnium nostrum posuisse, vt in illo omnium mortalium scelera, & flagitia vindicaret. Nequis etiam ex illius obscurato decore, & pulchritudine minus erga illum afficeretur, docet in ipsa obscuratione formę tantam oris venustatem, elegantiamque præ se tulisse, vt omnium corda, atque oculos ad se amandum, intuendumque conuerteret. Denique, ne ex eo, quòd à suis aduersariis despectissimus omniū mortaliū est habitus, atque per summum contemptum, plusquam dici, cogitarique potest, inuiriosè à vilissimis illis homuncionibus acceptus, necessariò sibi eius naturę præstantiam, atque inexplicabilem generis nobilitatem, & splendorem ob oculos proponendum existimauit: *Generationem*, inquit, *eius quis enarrabit?* Quæ omnia, vt magis intelligas, nonnulla de singulis breuiter appingenda duximus.

2

Atque vt à potentia primū ordiamur, quā Esaias imbecillitati opposuit, ea illis verbis à Propheta explicata est: *Brachium Domini cui reuelatum est?* Nam per *brachium Domini* Christus ipse est intelligendus, qui brachium Domini dicitur ob infinitam potentię magnitudinem, vt ne ex imbecillitate in crucē actus fuisse putetur, quòd non potuisset hostium suorum conatus, & impetum coercere. Significatur verò hac interrogatione Prophetæ paucitas Iudæorum, qui in Christum erant crediturī: hanc enim vim habet in sacris literis hęc loquendi formula, vt Psal. 18. *Delicta quis intelligit?* & Eccl. 31. *Beatus dives*, (sic enim est Græcè) *qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum?* præterquā quòd hoc sensu citantur à Paulo verba prędcedentia ad Rom. 10. *Sed non omnes*, inquit, *obediūt Euangelio, Esaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro?* Licet enim non addat Paulus: *Et brachium Domini cui reuelatū est?* tñ eodem planè spectat vtraq; interrogatio, vt habes Ioann. 12. *Cum*, inquit, *tanta signa fecisset corā eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro, & brachiū Dñi cui reuelatū est?* Vbi cernis Ioannē hunc locū de Iudęorū, qui in Christum crediturī erāt, paucitate intellexisse. Quod verò nequaquā de Gētibus locut⁹ fuerit Esai. ex eo poteris cognoscere, quòd c. 52. prędcedēti de multitudine Gentiū, quę Messiā recepturę erāt, dixerat: *Parauit Dñus brachiū sāctū suū in oculis ōnium Gētium, et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*: quòd aptè

Christus non ex imbecillitate actus in crucem.

Psalm. 18. 13. Eccli. 31. 8.

Rom. 10. 16.

Ioan. 12. 37. Paucitas Iudeorum qui in Christum erāt crediturī.

Esai. 52.

poteris transferre: *Nudauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentiũ.* Verbum enim Hebraicum חשף reuelare, & nudari significat, veluti Esai. 47. *Discooperi humerum tuum.* Est igitur sensus, Domini brachium, id est, Christum paucis quidem Iudæis, sed multis tamen Gẽtibus nudatum fuisse, hoc est cognitum, & creditum, & eius Diuinitatem, & potentiam, quam Verbum ipsum in humanitate ostendit, ducta similitudine ab iis, qui eum ad ostentationem virium rem aliquam magnam aggrediũtur, brachiũ nudare consueuerunt: sic enim Deus, cũ filiũ factũ homine misit in terras, ad opꝰ redemptionis aggrediendum, perficiendumque, brachium quodammodo nudauit, quoniã in eo opere, vtpote difficillimo, & maximo infinitam vim, & potentiam suam demonstrauit. Quò haud dubie spectauit virgo sanctissima in suo cantico, cum agens de incarnationis mysterio cecinit: *Fecit potentiam in brachio suo,* vt interpretatur Cyril. Alex. lib. 8. in Ioannem cap. 20.

Esai. 57. 2.

In incarnationis mysterio potentiam suam demonstrauit Deus.

Luc. 1. 51. Cyrill. Alex.

3

Eòdem fere reuoluitur expositio D. Augustini tract. 53. in Ioannem, cum ait Christum idcirco apud Esaiam brachiũ Domini appellari, quod Deus Pater per Filium omnia procreauerit; *Satis,* inquit, *ostendit brachium Domini ipsum Filium Dei nuncupatum, quia omnia per ipsum facta sunt: sicut enim tuum brachium est, per quod operaris sic Dei brachium dictum est eius Verbum, quia per Verbum mundus operatus est. Cur enim homo vt aliquid operetur, brachium extendit, nisi quia non cõtinuò fit, quod dixerit? si autem tanta potestate præualeret, vt sine vllo motu corporis sui fieret, quod diceret, brachiũ eius, verbũ eius esset.* Quibus verbis D. August. infinitam Diuini brachii potẽtiã, hoc est, Chri, qui est Verbum Patris explicauit, cum dixit Patrẽ per huiusmodi Verbũ omnia effeciisse. Verùm cum dicimus Patrem per Verbum tanquam per brachium, vt aiebat Augustinus, & sicut etiam docet Ioannes cap. 1. omnia facere, ne intelligas dictionem, *per,* significare instrumentũ, vt impiè arbitrati sunt Ariani, ex ea loquendi formula Filium minorem esse Patre argumentantes: nec enim, *per,* hoc loco dicit instrumentum, sed prꝛcipuum efficiens, cuiusmodi est Filius eiusdem omnino cum Patre substantiꝛ, atque potentiæ: illudque tantùm significatur Filium, sicut à Patre tanquam â suæ originis sempiterno principio habet essẽtiã; ita quoque habere potentiam, per quã creat, eandem, inquam, illam, quam Pater habet; & idcirco Patrem dici per Filium omnia creare. Ad quem sensum interpretandi, & molliendi sunt plerique ex veteribus Patribus, sicubi Filium instrumentum, & administrum Patris vocauerunt, veluti Tertul. in lib. contra Praxeam cap. 12. & 19. & in lib. aduersus Hermogenem cap. 22. vbi Verbum ministrum, & arbitrum Patris appellat: *Adoro,* inquit, *Scripturæ plenitudinem, qua mihi, & factorem manifestat, & facta; in Euangelio vero amplius, & ministrũ, atque arbitrum rectoris inuenio sermonem.* Et Clemẽs. Alex. in Protreptrico ad Gentes: *Pulchre,* inquit, *spirans instrumentum Dominus hominem fecit ad imaginem sui: certè ipse quoque est Dei concinnũ, & aptum instrumentum, & sanctum, sapientia super mundana, Verbum cœleste:* quas locutiones ad sensum nobis paulò ante explicatum trahere oportet: ab iis tamen, quia durissimæ sunt, & Arianum errorem subolent, est omnino abstinendum.

Tertull.

Clem. Alex.

Chꝛistus brachium Domini cur appelletur.

Ioan. 1.

Dictio, Per, quid hic.

Sed vt ad institutũ reuertamur: cũ Chꝛs *brachiũ Domini* appellatur, manifestè ostenditur, cum non solum si voluisset, potuisse se è suorum hostium manibus eripere, sed etiam illos omnino euertere. Id quod exploratum esse voluit, cum vniuersam illam cohortem, quæ ad eum cõprehendẽdum veniebat, solo verbo perterruit, atq; prostrauit: quemadmodùm expendit Cyrill. Alex. lib. 11. in Ioannẽ; cap. 33. & D. Aug. tract. 112. in Ioannem qui hoc loco Iudꝛis insultans. *Vbi,* inquit, *nunc militum cohors, & ministri principum, ac Pharisæorum? vbi terror, & munimen armorum? nempe vna vox dicentis, Ego sum, tantam turbam odijs ferocem, armisque terribilem sine telo vllo percussit, repulit, strauit.* Id ipsum cecinit ex persona Christi Regius vates Psalm. 87. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber:* Hebraicè ad verbum: *Reputatus sum quasi homo, cui nõ fortitudo, in mortuis liber:* qua

4

Hostes suos euerteret Christus si voluisset.

Cyrill. Alex. D. August. Ioan. 18. 5.

Psal. 87. 5.

si dicat: Existimarunt multi me similem esse reliquis ad inferos descendentibus, qui non possem me neq; à morte, neque ab inferorum pœnis eripere; itaq; infirmum, imbecillumq; esse, vt cæteri sunt mortales; cum tamen vsque adeò superior, ac potentior morte essem, vt etiam mortuus, atq; inter mortuos constitutus liber essem, in meaq; esset potestate mori, aut non mori: ad inferos descendere, vel non descendere: apud inferos morari diutiùs, aut statim me à mortuis excitare. Hæc vna fuit ex causis præcipuis, cur Christus inclinato capite animam efflauerit Ioan. 19. *Et inclinato capite tradidit spiritum*, quasi mortem non audentem ad illum accederè capitis inclinatione vocauerit; vt ostenderet mortem nullam in se potuisse habere potestatem, nisi ipse permisisset, vt vult D. Athanas. lib. quæstionum ad Antiochum quæst. septuagesima sexta. *Impletis*, inquit, *omnibus, quæ pati debuerat, sola mors adhuc restabat, atque hæc quidem sibi metuens appropinquare non audebat: ideo Christus eam inclinato capite vocauit: nam antequam caput inclinasset, propiùs accedere verebatur.* Hæc ille. Quid ni etiam huc spectasse arbitramur Abacuch prophetam cap. 3. cum dixit: *Cornua* (scilicet Crucis) *in manibus eius.* Cũ enim non dixerit, *manus eius in cornibus*, sed, *cornua in manibus eius*, tacitè innuit in manibus eius, hoc est, in potestate eius fuisse cornua Crucis, hoc est, mortem, quam in Cruce patiebatur. Ex his habemus Christum non ex imbecillitate obijsse, quippe qui super ipsam mortem plenum imperium, potestatemq; habuerit.

Ioan. 19. 30.

D. Athanas.

Christus mortem inclinato vocauit capite.

5

Secundò nec etiam coactè compulsũ Patris imperio, sed sponte obedientem, magno cum studio, & voluntate mortẽ oppetijsse luculente quoque Esaias illis verbis exposuit: *Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occasionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & nõ aperiet os suũ.* Pro *oblatus est*, habetur modò hebraicè *nagas* cum puncto *sibolet* in sinistro cornu literæ *sin*: quam lectionem non putamus germanam, sed legendum esse *nagas* cum puncto *scibolet* in dextro cornu, atq; hanc posteriorẽ vocem transtulisse Hieronymum, non priorem, quanquam eius tempore nullis adhuc punctis Hebræi in scribendo vtebantur. Quod vt fiat apertiùs, scire oportet, multum quoad significationem interesse, si vno, aut altero modo scribatur: etenim *nagas* cum puncto *sibolet* in sinistro cornu significat repetere debitum, exigere, extorquere, veluti Esai. 58. *Ecce in die ieiunij vestri, inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis*: à qua radice deducitur nomen *noges*, id est, exactor Exod. 5. *Præcepit ergo in die illa præfectis operũ, & exactoribus populi*: itaq; *nagas* est exigere, & extorquere cum quadam quasi vi: at verò *nagas* cum puncto *scibolet* significat accedere, & appropinquare, veluti Genes. 27. *Accede huc, vt tangam te.* Esai. 29. *Eo quod appropinquauit populus iste.* Cum igitur Esaias illud apertè significare voluerit Messiam sua sponte mortem subiturum, hoc posteriùs verbũ videtur vsurpasse, quod voluntarium accessum significat; non autem priùs, quod vim quandã continet, alioqui secum ipse Propheta pugnaret, qui diceret Messiam mortem oppetijsse, quia voluit; & tamen mortem ab illo fuisse quasi tributum exactam, & quasi per vim extortam. Quare videtur modò vitiata esse lectio, & punctum *sibolet* pro *scibolet* in litera *sin* collocatum.

Esai. 53. 7. Sponte obediens morté oppetiit Christ⁹.

Esai. 58. 3.

Exod. 5. 6.

Gen. 27. 22. Esai. 29. 13.

Locus vitiatus in contextu Hebræo.

6

Posito igitur legendum esse *nagas*, id est, *accessit*, pulchra similitudine explicauit Propheta Christum sua sponte mortem obijsse, cum dixit, ad illam accessisse: est enim *accedere* proprium volentiũ, & qui sponte aliquid agẽdum suscipiũt. Quam verò cumulatè Christus hoc vaticinium impleuerit illud ostendit, quod ipse met ad hortũ, in quo se comprehẽdendum certò nouerat, quemadmodùm discipulis disertis verbis explicauit, vltro profectus est: quid hoc enim aliud fuit, quàm ad passionem sponte accedere? Vnde ipsemet Psal. 39. cum Patre loquens de suo in mundum ingressu ad humanum genus sua morte redimendum, (vt exposuit Paulus ad Hebr. 10.) ait. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatẽ tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio ventris mei*, seu vt alij transferunt, *in medio viscerum meorum*, hoc est, caput, & summa omnium scripturarum ea est, vt faciam

Psal. 39. 8.

Hebr. 10.

Scripturarum caput Dei voluntas.

volũtatem tuam, quę est, vt ego pro hominum salute vitam, sanguinemq; profundam: id igitur ego libenti, & prompto animo accepi, eademq; perficiam; itaque hoc tuum præceptum in medio viscerum meorum reposui, vt illud summo studio, & voluntate adimplerem. Sumiturq; metaphora, vt ait Theodoretus, ab ijs, qui aliquem magno amore prosequũtur, & præ amore desiderant illum intra sua viscera conijcere. Tractat fusè hunc locum D. Ambr. in cõment. eius Psalmi. *Scriptum est*, inquit, *non solùm in capite, sed in omni legis complexione venturum hominem ad conseruandum hominum genus, qui omnia vellet, quæ Deus vellet. Vnde etiam ad sacrificium passionis voluntarius accessit, meritoque prædixit Psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi.* Atque huc etiam pertinet illud, quod Esaias subiũxit: *Et voluntas Domini in manu eius dirigetur*, hoc est, voluntas Patris de humani generis redemptione per eum cumulatissimè cõplebitur. Pro quo Septuag. trãstulerunt: Βούλεται κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ, hoc est, *Vult Dominus in manu eius*: quę translatio eam vim habet, vsq; adeò promptè, & alacriter Christum iuxta Patris mandatum ea, quæ ad salutem hominis spectabant, impleuisse, vt cum aliquid ageret, in manu quodammodò voluntatem Patris habuisse videretur, & idem omnino fuerit eum alicui operi manum admouisse, ac Patrem in manu, seu per manum eius volvisse; imo ipsam Christi manum instrumentum fuisse paternę volũtatis. Tanta nimirum voluntate Christus voluntatem Patris de hominum redemptione perfecit, vt simul atq; Pater voluntatem suam declarabat, ipse in opus continuò prodiret, nec insinuata voluntate Patris tardior esset operatio, sed tunc velle Pater videretur, cum ipse in actionem prodibat, vt meritissimò dici potuerit: *Vult Dominus in manu eius*. Cui cõcinit illud apud eundem Esaiam cap. 50. cum ait ex persona Christi: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam nõ auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me*: quasi diceret: Significauit mihi Dominus passionis meæ, mortisq; acerbitatem: ego autem ne minimum quidem contradixi, nec retrorsum abij, quasi laborem refugiens, corpusq; iniurijs, tormentisq; subtrahens, quin me ipsum vltro percutientibus, faciemq; conspuentibus obieci.

Theodoret.

D. Ambros.

Ps. 53. 8.

Septuag.

Christi in Patris mandato implendo alacritas.

Esai. 50. 5.

7

Tertiò illud etiam Prophetæ etiam, atque etiam inculcandum duxit, Christum non propter scelus aliquod suum, quippe qui omnis omnino culpę expers esset, sed propter vniuersorum hominum peccata, quæ in se vendicãda susceperat, omnia illa iniuriarum, ac tormentorum genera perpessum fuisse: *Verè*, inquit, *languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrũm.* Vbi imprimis aduerte illa verba, *Lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*, duplicem habere sensum literalẽ: vnus est de corporum morbis, & ægritudinibus, quas Christus erat curaturus; quemadmodùm locum intellexit D. Matthęus cap. 8. *Obtulerunt*, inquit, *ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt impleretur, quod dictum est per Esaiam Prophetam dicentem: Ipse infirmitates vestras accepit, & ægrotationes portauit.* Alter est de hominum peccatis, quę super se vindicanda susceperit, vt pro illis satisfaceret: quẽ sensũ tradit D. Petrus in 1. sua epist. c. 2. *Tradebat*, inquit, *iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis.* Deinde obserua pro eo, quod nos habemus, *Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum*, posse transferri ex Hebræo: *Deus incurrere fecit in eum iniquitatem omnium nostrum*, vt sit sensus, peccata nostra instar numerosi cuiusdam exercitus in Christum irruisse, & impressione facta occidisse: hanc enim vim habet interdum verbum Hebraicum *pagaa*, veluti Iudic. 8. *Tu surge, irrue in nos*: & cap. 15. *Spõdete mihi, quòd non occidatis me*, id est, irruatis in me. Significatur igitur vniuersorum hominum peccata quasi exercitum in Christum impressionem fecisse, vt eũ interimerent, quod nihil est aliud, quàm

Propter scelera nostra passus Christus.

Matth. 8. 16.

1. Petr. 2. 23.

Peccata nostra instar exercitus in Christum irruerũt.

Iudic. 8. 21. & 15. 12.

rationem, cur Christus mortem subierit, eam fuisse, vt pro nostris peccatis satisfaceret: sed ex hac peccatorum in Christum impressione illud effectum est, vt ipsa quoq; peccata per Christi mortem delerentur, & quātùm est ex parte Christi, qui pro illis quoad sufficiētiam cumulatissimè satisfecit, omnino interirent.

8 Quartò. Pergit Propheta explicare, quanquam nulla Christo in passione species, ac decor inesse videretur, si in ea tātùm, quæ foris apparebant, acies intenderetur oculorum, re tamen ipsa, si mentis obtutus in personæ patientis magnitudine, amore, volūtate figeretur, pulcherrimum illum, & plusquam dici, aut cogitari potest, decorū, elegantēq; extitisse. Id quod cum emphasi significauit Propheta, cum dixit: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum*: etenim verba illa, *Et desiderauimus eum*, duplicem sensum recipiunt: vnus est, vt Propheta Iudæorum nomine loquatur, subaudiaturq; negatio præcedens, quasi dictum sit: *Vidimus eum, & non erat ei aspectus, & non desiderauimus eum*, hoc est, vidimus eum, & non erat, cur eum magnopere expeteremus: solet enim apud Hebræos negatio prioris sententiæ in posteriore quoq; subaudiri, cuiusmodi est illud Christi apud Ioannem cap. 15. *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent*, pro: *Si non venissem, & locutus non fuissem eis*: et Leuitici 19 *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui*: vbi Hebraicè solum est prima negatio: *Non periurabis in nomine meo, & pollues nomen Dei tui*: quę tamen, vt patet etiam in posteriori membro intelligi debet. Alter est, vt Esaias eorum personam sustineat, qui in Christum actum in Crucem crediderunt, & sit sensus: Vidimus eum, & quidem primò aspectu nihil videbatur habere pulchritudinis, attamē nos, qui personæ patientis maiestatem, Diuinitatem, amorem fidei oculis cernebamus, nihil pulchrius nos vidisse existimauimus. Itaq; eius decore, speciēq; incitati *desiderauimus eum*, hoc est, magno voluntatis affectu, ardentissimoq; studio ad eum diligendum, amandumq; exarsimus. Vtramque expositionem complexus est D. Aug. in cōment. super Psal. 44. expendens eius Psalmi inscriptionem, quę est, *In intellectu canticum pro dilecto: Dilectus*, inquit ille, *visus est à persecutoribus suis, sed non in intellectu: si enim cognouissent, nunquā Dominum gloriæ crucifixissent. 1. ad Cor. 2. Amemus illum: aut si inuenerimus in eo aliquid fœdi, non amemus. Ecce ipse inuenit multa fœda, & amauit nos: si aliquid fœdi inuenerimus in eo, non amemus, quia hoc ipsum, quòd carnem indutus est, vt de illo etiam diceretur: Vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem: si consideres misericordiam, qua factus est, & ibi pulcher est. Sed Iudæorum personam gerebat Propheta, cum diceret: Vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem: Quare? quia non in intellectu: intelligentibus autem? & Verbum caro factum est: magna pulchritudo est. Mihi autem absit gloriari, dixit vnus amicorum sponsi, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: parum est, vt non inde erubescas, nisi etiam & glorieris. Nobis ergo iam credentibus, vbique sponsus pulcher occurrat, pulcher in cœlo, pulcher in terra, pulcher in vtero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher deponens animam, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulchro, pulcher in cœlo, pulcher in intellectu.*

Psal. 44. 1.

1. Cor. 2.

Galat. 6. 14.

Postremò, ne ex ea humilitate, quam Christus in passione demonstrauit, indignam aliquam eius maiestate, & celsitudine opinionem conciperemus, de vtraq; eius generatione Propheta subiunxit: *Generationem eius quis enarrabit?* vt cogitationem nostram ad contemplandam eius Diuinitatem, quam habebat per ęternā à Patre generationem, atq; ad suspiciendā humanitatis illius, quam à matre Virgine per temporalem ortum acceperat, sanctitatem, puritatem, & propter hypostaticam ad Verbum vnionem excellentiam, dignitatemq; traduceret. Quam etiam ob causam, cum eius passionem cōmemorauit illis verbis, *percussum à Deo*, sic locutus est, vt transferri posset, *percussū Deū*: est enī Hebraicè מֻכֵּה אֱלֹהִים, quod rectè etiam reddi potest, *percussum Deum*, cum nulla inter vtranq; vocem sit interiecta prępositio: iuxta quam translationem vtraq; Christi natura declaratur, exprimiturq; eum, qui in vera humanitate patiebatur, simul verum Deū esse. Quod Esaias non hoc tantùm loco præstitit, sed multis etiam alijs, cum de

9 Christi dignitas, & excellentia.

Christus etiam in cruce, credentibus in eū, pulcher. Ioan. 15. 22.

D. August.

primo

primo Messiæ in humilitate aduentu dixerit, de eius celsitudine mentionem faciat, veluti cap. 7. cum eius infantiam descripsisset illis verbis, *Butyrum, & mel comedet*, ne rerum quoq; ignoratione similè reliquis infantibus putaremus, addidit, *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*, id est, vt habetur Hebraicè, *insciendo*, seu, *cum sciat in ea ipsa ætate reprobare malum, & eligere bonum*. Et cap. 8. cùm dixisset: *Accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium*, quibus verbis Verbi incarnatio in Virgine prædicitur, vt fusè disputauimus sect. 17. statim adiunxit: *Antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ*. Et cap. 9. cùm dixisset: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis*: quia infantis, & paruuli nomen imbecillitatem notare poterat, continuò attexuit: *Et factus est principatus super humerum eius*: quasi diceret: Nemo existimet infantem istum imbecillum esse instar reliquorum infantium, licet enim humeros per ætatem teneros, infantiles que habeat, tantum tamen in illis ob latentem Diuinitatem robur, fortitudoq; inerit, vt totius orbis imperium in ijs ipsis infantilibus humeris imperator orbis sustineat. Nec verò Esaias dumtaxat, sed reliqui etiam Prophetæ eodem artificio vsi sunt: nam & Abacuch cap. 3. cùm Christum in crucè agendum vaticinatus fuisset illis verbis: *Cornua in manibus eius*: quamprimùm eius æternitatem, & potè tiam magnificis verbis exposuit subijciens: *Ibi abscondita est fortitudo eius, contriti sunt montes seculi, incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius*. Id quod in cæteris omnibus procliue esset ostendere, nisi longiùs, quàm præsens institutum postulet, progrediendum foret.

Esai. 7. 15.

Esai. 8. 3.

Esai. 9. 6.

Abac. 3. 4.

Decimum sextum testimoniũ ex illis verbis Esaiæ 62.

Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splẽdor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.

SECTIO XXXI.

1

PVLCHRVM QVOque est illud apud eundem Esaiam vaticinium cap. 62. *Propter Sion non tacebo, & Propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accẽdatur*: quod ad primum Messiæ aduentum pertinere est cõmunis sententia, quã præter alios tradunt D. Hieron. & Cyrill. Alex. in cõment. super Esaiam, D. Athan. de cõmuni essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti, & alij. De Messia autem sermonem esse manifestum est ex eo, quòd *iusti* nomẽclatura, qua hoc loco vtitur Propheta, propria est Messiæ, quippe qui in sacris literis *Iustus* per antonomasiam appellari consueuit, veluti apud eundem Esaiam cap. 1. *Vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis*: vbi est sermo de Ecclesia, quę *ciuitas iusti*, id est, Messiæ appellãda prædicitur. *Hæc*, inquit Hieron. *perspicuè de Ecclesia, quæ in Dominum creditura est, tam de Iudæis, quàm de Gentibus propheticus sermo complectitur. Vrbs autem iusti, hoc est, Domini Saluatoris vocabitur: fidelem quoque appellans, seu metropolim iuxta Septuaginta ostendit ab iis appellandam, qui in Dominum crediturí sunt*. Et capite quadragesimo quinto: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum*: & Hierem. 23. *Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster*: & Amos 2. *Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor nõ conuertam eum pro eo, quòd vendiderit pro argento iustum*: quem locum ad literam de venditione Christi, quicquid alij sentiant, intelligendum arbitramur cum Galatino lib. 4. Arcanorum catholicæ veritatis cap. 24. & Hadriano Fino lib. 6. flagelli contra Iudæos cap. 47. sicut etiam sentit R. Samuel Marrochianus in epistola doctissima, quã scripsit ad R. Isaac de aduentu Messiæ cap. 6.

Esai. 62. 1.

D. Hieron. Cyrill. Alex. D. Athanas.

Esai. 1. 26. Iusti nomẽclatura, propria Messiæ.

Septuag.

Esai. 45. 8. Hierem. 23. 6. Amos 2. 6.

Galatin. Hadrian. Fin.

R. Samuel.

Est igitur prima expositio D. Hieronymi, quem cæteri omnes sequuntur, aduẽtum Messiæ splendorem, & lampadẽ accensam nuncupari, quia Christus suo aduentu idololatriæ, & vanarũ superstitionum tenebris dissipatis erat vniuersum orbem Diuinę cognitionis, & Euangelicę doctrinæ lumine impleturus, imo &

2

Messiæ aduentus splendor, & lampas accensa cur dicatur.

ipsum Messiam splendorem, lampadem que futurum, quæ Hierosolymis primùm accensa, paulò pòst omnes gentes, nationesq; illuminaret iuxta illud Ioan. 8. *Ego sum lux mundi.* Quam ob causam subdit Esaias: *Et videbunt Gentes iustum tuum, & cũcti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* Quasi dicat, inquit Hieronymus, *O Hierusalem, & Sion, cuncti Reges videbunt inclytum tuum, qui de tua stirpe generatus est, qui in te exaltatus patibulo omnes traxit ad se, ita vt gentes videant iustitiam eius, quia cunctorum creator misertus est gentibus, & Reges gloriam illius, qui glorificatus in cruce est, & omnia suo imperio regna subiecit. Denique nequaquam vocabitur Hierusalem, & Sion, sed nomen nouũ accipiet, quòd ei Dominus imposuerit, dicens ad Apostolum Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et populus eius nequaquam veteri nomine appellabitur Israel, sed nouo id est, Christianus. Eritque quasi corona decoris in manu Domini, & quasi diadema regni in manu Dei sui, quando eam coronauerit turba credentium, & diadema imperij, quod Martyres gemmarum suarum varietate distinxerint, fuerit in manu Dei, vt filiũ suum eorum coronet victorijs.*

Ioan. 8. 12.

D. Hieron.

Matth. 16. 18. Nomen Christianorum, no men nouum.

3

Sed est altera quoq; huius vaticinij interpretatio, quę superiorem quidem minimè excludit, sed addit tamẽ quiddam aliud, quod virginitatẽ sanctissimę Deiparæ in conceptu, & partu Christi mirificè declarat: camq; veteres Hebræi tradiderunt, vt testatur Galatin. lib. 7. Arcanorum catholicę veritatis c. 14. sequutusq; est autor Glossæ interlinealis in cũ locum Esaiæ. Ratio autem similitudinis in eo posita est, quòd sicut splendor prodit ex sole absque vlla solaris corporis corruptione, & lampas ex admoto igne etiã absq; vlla luminis, quod in igne est, iactura, detrimentoq; accẽditur: ita Christus ex Virgine instar splendoris conseruata Virginis integritate exortus est, & instar lampadis absq; vllo virginei splẽdoris detrimento virtute altissimi accẽsus apparuit, vt Christi ortus ex Virgine nihil aliud, quàm quædam ex incorrupto sole splendoris emissio, & purissima lampadis accensio fuisse videatur. Qua quidem in re temporalis Christi ortus ex Virgine similitudinem quandam habuit cum ortu eiusdem à Patre sempiterno: siquidem etiam à Patre instar splendoris prodijsse dicitur à Paulo ad Hebr. 1. vbi eum splendorem gloriæ Patris appellat. *Cum*, inquit, *sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Nec enim nomen *splendoris* consubstantialitatem, & coæternitatẽ dumtaxat Verbi cum Patre significat, vt volunt D. Athanas. orat. 2. contra Arianos, & serm. 4. contra Arianos, Origen. lib. 1. περὶ ἀρχῶν, D. Cypryan. in expositione Symboli Apostolorum, D. Ambrosius lib. 1. Hexam. c. 5. D. Hieron. in cap. 3. Abacuch ad illa verba, *Splendor eius vt lux erit*, Euseb. Emis. hom. 1. de Symbolo, Theodoretus in cõment. super epist. ad Hebræos, & alij: sed etiam infinitam illam puritatem, & pulchritudinẽ, qua per æternam generationẽ exit à Patre. Hanc enim ob causam *candor lucis æternæ* dicitur Sapientiæ 7. sic enim eo loco legimus de sapientia increata: *Emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei syncera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Sic igitur etiam ex Virgine tanquam splendor sũma puritate, pulchritudineq; exortus est: quid enim pulchrius, quid purius cogitari potest, quàm ex pulcherrimo sole fulgentissimi splendoris egressus? Accedit & alia ratio D. Athanasij in epist. de decretis Nicenæ Synodi, ideirco æternam Verbi generationem egressui splendoris à sole conferri, quia *Quemadmodùm*, inquit, *sol idem manens non minuitur radijs abipso effusis; ita nec substantia Patris mutationem perpessa est, cum habeat suam ipsius imaginem filiũ.* Quæ ratio maximè etiã quadrat in partũ Virginis, sic enim edidit filiũ, vt splẽdorẽ emitteret, hoc est, nullã patiens suę integritatis, puritatisque iacturam.

Galat.

Interlin.

Ortus Christi ex Virgine, tãquam purissima lampadis accensio.

Hebr. 1. 3.

Similis fuit ortus eiusdem à Patre sempiterno.

D. Athanas. Origen.

D. Cyprian.

D. Ambros. D. Hieron. Abac. 3. 4.

Euseb. Emiss. Theodor.

Sap. 7. 25.

D. Athanas.

Aeterni Patris substantia per Filii generationem manet eadem, non minuitur.

4

Eodem quoque spectauit Regius Vat. Psal. 109. cum dixit: *In splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferũ genui te*, vbi *sanctorum*, neutri generis est, vt patet ex textu Hebræo, qui habet בֶּהָדְרֵי קֹדֶשׁ, hoc est ad verbũ, *In decoribus sanctitatis*: nomen enim קֹדֶשׁ sanctitatem, & sanctificationem significat, veluti Psal. 92. *Domum tuã decet sanctitudo*: & Ps. 113. *facta est Iudæa sanctificatio*

Psal. 109. 3.

Eiusdem loci triplex literalis sensus. Psal. 92. 5. Psal. 113. 2.

ctificatio eius. Porro hic locus triplicē habet sensum literalem: vnus est de æterna Christi generatione, quâ Deus est, vt perspicuū est ex Paulo ad Hebræos 1. *Cui enim dixit aliquando Angelorū: Filius meus es tu: ego hodie genui te?* Hebr. 1. 5. Sic enim Tertul. libro cōtra Praxeam cap. 7. & 11. D. Chrysost. D. Ambr. Theophylactus, D. Thom. in cōment. super epist. ad Hebr. Theodoret. & fere reliqui interpretes apud Dauidē locum acciptunt, idq; est & contextui, & instituto Pauli congruentius. Cum enim paulò post de temporali Christi generatione esset dicturus, meritò priùs æternā explicauit, vt vtramq; Christi generationem complecteretur. Alter est de resurrectione Christi, quæ fuit quædam veluti regeneratio, quo nomine etiam generalis hominū resurrectio censetur Matt. 19. *Vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ.* Matth. 19. 29. Hoc sensu affertur à Paulo Act. 13. *Nos, inquit, vobis annuntiamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimplenit filijs nostris resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo dictum est: Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Act. 13. 32. Eodem modo accipitur à D. Hilario in comment. eius Psalmi, & D. Ambr. lib. 3. de Sacramentis. Tertius denique est de temporali Christi generatione, ortuq; ex Virgine, quemadmodū Tertul. lib. 5. contra Marcion. cap. 9. D. Ioannes Damas. orat. 1. de Natiuit. Mariæ, Theodoret. & Oecumen. in Paulum interpretantur, & D. August. in cōment. eius Psalmi, vbi de vtraq; Christi generatione locum intelligit, & postquam de æterna disseruisset, adiungit: *An vultis, inquit, vt ipsum Dauid respiciamus, qui Dominum suum dixit filium suum? Si ergo ipse loquitur, forte ipse potuit dicere: Ex vtero ante Lucifer ū genui te, ex vtero virginali. Si enim illa virgo ducens propaginem de carne Dauid, ex illo vtero natus est Christus, tanquam ex vtero genitus à Dauid; ex vtero, quò masculus non accessit: Ex vtero, quia solus ex solo vtero. Ergo ex vtero, inquit ille, qui eum Dominū suū dixerat: Ex vtero ante Luciferū genui te. Et hoc ipsum ante Luciferum signatè dictū, & propriè dictum, & sic impletum: noctu enim natus est Dominus ex vtero virginis Mariæ. Indicant testimonia pastorum, qui vigilias exercebant super gregem suum. Ex vtero ante Luciferum genui te:* Tertull. D. Chrysost. D. Ambrosius. Theophylact. D. Thom. Theodor. Psal. 2. 7. D. Hilar. D. Ambros. Tertull. D. Ioan. Dam. Theodoret. Oecumen. D. August. Psal. 109. 3.

Iuxta hanc igitur tertiam expositionem non video, cur Regius Propheta in tēporali Christi ortu explicando splendoris, & sanctitatis meminerit, nisi quia instar splendoris maxima cum puritate, sanctitateq; ex Virgine matre prodierit. *In splendoribus*, inquit, *sanctitatum*, seu vt alij vertunt, *in pulchritudinibus genui te.* Nec enī vna tantùm pulchritudo, sed multę pulchritudines in ortu Christi ex Virgine extiterunt: nec vnus duntaxat splendor, sed multi fulgentissimi splendores radiarūt. Vna videlicet pulchritudo, vnusque splendor fuit nasci hominem Deū; altera pulchritudo, alterq; splendor ex matre virgine procreari. Atq; hæc ex Esaia sufficient; nonnulla enim alia eiusdem non ita luculenta, & illustria testimonia consultò prætermisimus: nunc ad reliquos Prophetas trāseamus. In Christi ortu nō vna, sed multę pulchritudines.

Testimonium 17. ex illis verbis Hieremiæ 31. *Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouū super terrā. Fœmina circūdabit virū.*

SECTIO XXXII.

HABEMVS hoc loco non iam amictā sole mulierem, sed solē ipsū amictū muliere: *Fœmina*, inquit, *circūdabit virū.* Vtrumque sane prodigiosum; sed eodem tamē siue mulieris ex sole, siue solis ex muliere amictus reuoluitur: siquidem vtrouis modò dicamus, semper eadē sanctissimę Virginis in conceptu, & partu Christi integritas explicatur. Quanquā hoc Hieremię vaticinium ad conceptū potiùs pertineat, cū Christus à Virgine in vtero gestabatur: tunc enim fœmina virū circūdedit, & nouo quodam prodigio solē ipsa amiciuit, vt paulò post docebimus. Principio statuendū germanā lectionē ex Hebræo esse eam, quā reddidit D. Hieron. eāq; secuti sunt Symmachus, & Aquila, vt auctor est idē D. Hieronymus in comment. super Hieremiam. Nā Septuag. aliter transtulerūt, videlicet: *Vsquequo conuerteris filia despecta? quoniam creauit te Dominus salute in plantationem nouam: in* D. Hieron. Symmach. Aquila. Septuag.

Lectionum varietas. Theodoret.

Theodotio.

Deiparę illibata virginitas.

Christus in matris vtero fuit perfectus vir.

2 D. Hieron.

salute tua circumibunt homines. Sic enim eā citat Hieron. tametsi Theodoretus legit: σε κύριος εἰς σωτηρίαν εἰς καταφύτευσιν καινήν, id est, *Te Dominus in salutem in plantationem nouam*: Theodotio autem: *Creauit Dominus salutem nouam: in salute circūibit homo.* Cæterùm hebraicè planè est, vt Hieron. transtulit, id quod nec ipsi Hebræi inficiari possunt.

Tunc verò luculētè ostēditur sanctissimę Deiparę in cōceptu Christi illibata virginitas, cum dicitur: *Creauit Deus nouū super terram: Fœmina circundabit virum*, videlicet in vtero. Nam si ea fœmina ordinario concipiēdi modo filium erat in vtero gestatura, quid miraculi, nouitatisq; contingeret? quare cum Dominus polliceatur se nouum quoddam, admirandumque prodigium effecturum, palam est illiusmodi fœminam, de qua est sermo, conseruata omnino integritate concepturam fuisse. Id quod emphatico *circundandi* verbo Propheta explicauit; verè enim Virgo beatissima filium vtero omni ex parte perfectè circundedit, ipsa vndique clausa, atque integra, quę nullius viri patuit congressui, nec filium à viro accepit, sed intus Spiritus sancti virtute acceptum vndique vtero circumplexa est. Qui filius, quoniam in primo ipso conceptionis instanti Diuinam vidit essentiam, moreque nostro rationis vsum habuit, & cumulatissimam rerū omninum scientiam, vir non ætate, sed cognitione, maturitate, prudentia appellatur: vnde Hebraicè est nomen *geber*, quod virilem fortitudinem, robur que declarat, vt duplex supra naturam miraculum, atque prodigium hoc vno vaticinio Hieremias complexus sit: vnū quòd fœmina quædam absque vlla viri opera filiū cōceptura esset, alterū, quòd eiusmodi filius etiā cū matris vtero gestaretur, quoad ętatē quidem infans, sed quoad cognitionum tamen perfectus plane vir esset futurus.

Sic in primis locū intellexit D. Hieron. in cōment. super Hierem. *Vsquequo virgo Israel negligentia dissolueris, & profundo errore vagaberis? Respice, quæ dicturus sū, & vnde tibi tanta beatitudo expectanda sit: attende, audi, quod nunquam ante cognouerit. Nouam rem creauit Dominus super terrā: Absque vllo semine, absque vllo coitu, atque conceptu fœmina circundabit virum gremio vteri sui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere uidebitur sapientia, & ætate, sed perfectus vir in uētre fœmineo solitis mēsibus cōtinebitur.* Vtrūque etiam eleganter persequitur D. Bernard. inprimis nāq; ad ostendendā Mariæ virginitatem expendit verbum *circūdandi* serm. 30. in Purificat. *Nouum faciet Dominus super terram. Quæris, quod nouum? Mulier, inquit, circundabit virum. Non ab altero viro virum suscipiet, non humana lege concipiet hominem, sed intra viscera intacta, & integra virum claudet ita sanè, vt intrante, & exunte Domino iuxta alium Prophetam porta Orientalis clausa iugiter perseueret.* Deinde quēadmodū Christum in vtero Virginis iure optimo Paopheta virū appellauerit, sic exponit homilia 2. super *Missus est. Nouum*, inquit, *creauit Dominus super terram: Fœmina circundabit virū. Quæ est hæc fœmina? Quis verò iste vir? aut si vir, quomodò à fœmina circundatus? aut si à fœmina circundari potest, quando vir? & vt apertiùs dicam, quomodò potest simul, & vir esse, & vtero matris? hoc est enim virum à fœmina circūdari. Sed vertome ad conceptum, partumque Virginalem, si forte inter plurima noua, ac mira, quæ ibi profectò inspicit, qui diligenter inquirit, etiam hanc reperiam nouitatem. Vir erat Iesus necdum etiam natus, sed sapientia, non ætate; animi vigore, non viribus corporis; maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Nec enim minùs habuit sapientiæ, vel potiùs non minùs fuit sapientia Iesus conceptus, quàm natus, parvus, quàm magnus. Sive ergo latens in vtero, sive vagiens in præsepio, sive iam grandiusculus interrogans Doctores in templo, sive iam perfectæ ætatis docens in populo, æquè profectò plenus fuit Spiritu sancto. Constat ergo, quià semper Iesus virilem animum habuit, & si non semper in corpore vir apparuit. Cur denique dubito virum fuisse in vtero, quem iuibi Deum fuisse non ambigo? minùs quippe est esse virum, quàm esse Deum.* Atq; hęc est communis interpretum in hunc locum expositio.

D. Bernard.

In eius cōceptione, noua plurima.

3

Obseruandum est primò *circundādi* verbum, vt diximus, hoc loco emphaticū esse, & apprimè virginitatem Mariæ in cōceptu explicare, quę videlicet fętū nō à viro acceperit, sed intra se cęlitus datū clauserit in modū circuli vndequaq; integri, atque perfecti, nulla vel minima

Expēditur verbum circundādi.

scisione violati. Quo eodem pertinet illud pulcherrimum vallum liliorũ, quibus venter Virginis vndiq; vallatus dicitur Cant. 7. illis verbis: *Venter tuus sicut acervus tritici vallatus lilijs.* Verè enim venter Virginis propter fœcunditatem acervus tritici, propter virginitatẽ verò vallatus lilijs prædicatur, quod liliorũ vallum, atque septũ nulla carnis illecebra diruit; nullus viri congressus dissipauit. Eodemq; mysterio Cant. 4. sponsus Virginem hortum conclusum, & fontẽ signatum appellauit: *Hortus, inquit, conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Vbi aduerte bis appellari Virginem *hortũ conclusum*, vt indicetur & in conceptu, & in partu omnino clausam, integramque fuisse: *fontem* verò *signatũ*, seu vt Græcè est πηγὴν σφραγισμένην, hoc est, *fõtẽ sigillo obsignatũ*, vt virginalis sigilli integritas declaretur, intelligamusq; Virginẽ sanctissimam spõsi iplius sigillo ita fuisse obsignatam, vt neq; in conceptu, neq; in partu eiusmodi sigillum resignatum, ruptũve vlla ex parte fuerit; sed integrum sẽper, inuiolatumq; permanserit. Sic vtrũque locum intellexit D. Ambr. in libro de institutione virginis cap. 7. vbi loquẽs de Virgine sanctissima, expendẽsq; portam illam Orientalem apud Ezechielẽ, de qua dicemus sect. sequenti, ita cõcludit: *Porta ergo clausa virginitas est, hortus clausus virginitas, & fons signatus virginitas.*

Cant. 7. 2.

Cant. 4. 11.

Deipare in cõceptu & partu integritas.

D. Ambros.

4

Secundò aduerte rectè Esaiam ex incarnatione Verbi, purissimaq; ei⁹ in Virgine conceptione ad colendam vitę puritatem, morumq; licẽtiam seueriori disciplina comprimendam argumentari: *Vsquequò, inquit, delicijs dissolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram: Fœmina circundabit virum.* Quasi dicat: Consentaneum planè est, vt vniuersi mortales delicijs omnibus abdicatis, depositisque superiorum temporũ sceleribus nouam vitæ rationem suscipiant, castitatẽ colant, laxamq;, ac dissolutam morũ disciplinam Euangelicæ doctrinæ perfectione deuinciant: quo tempore Deus tantam est nouitatem effecturus, vt filiũ suũ hominem factum vteri angustijs virgo concludat. Itaq; tria potissimũ ex mysterio incarnationis colligit Esaias: vnum est oportere nos morum licentiam, laxitatemq; arctioribus disciplinæ vinculis coercere, cum Deus ille sempiternus, & immensus, cuius magnitudo nullis spatijs definitur, sese intra vnius fœminę vterum per assumptam humanitatem incluserit. Atq; hoc in verbis illis, *Vsquequò filia vaga dissolueris?* exprimitur. Alterum, vt omnem sanctitatem, præcipueq; castitatem repudiatis carnis illecebris amplectamur, cum Deus vsq; adeo puritatẽ adamauerit, vt matrem sibi virginẽ delegerit: id quod in verbo, *decicijs*, satis innuitur. Tertium deniq;, vt nouam vitæ rationem in omni virtutum genere iamus, cum Deus tam nouum propter nos miraculum perpetrauerit, vt virgo hominem Deum in vtero gestaret. Postulat enim tanti operis propter nos effecti magnitudo, vt nullam deinceps Deo iniuriam nostris sceleribus inferamus; sed potiùs tam munificum parentẽ omnibus officijs, & amore prosequamur. Simili argumento vsus est Paulus, vt nos in Dei amorem vehementiùs incitaret, 1. ad Cor. 16. *Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maranatha.* Quo loco *anathema* significat ab hominũ vsu, & consuetudine segregatum, & ex communicatum: itaq; Paulus quodammodò excõmunicat omnes eos, qui Christũ non amant, cuius anathematis, & excõmunicationis rationem reddit subiungens: *Maranatha*, id est, *Dominus venit*, in prę terito, hoc est, vt interpretatur Caiet. quia Dominus noster iam venit, propter ea amandus est, & anathema est, qui eũ non amauerit, videlicet qui tanto Dei amori non respondeat. Est verò *Maranatha* magis Syrum, quàm Hebræum, vt ait Hieronymus, tametsi ex confinio vtriusque linguæ aliquid Hebręum sonet. Nec verò hinc occasionem accipias existimandi eos omnes, qui non sunt in charitate, esse eo ipso excõmunicatos: nec enim Paulus hoc loco per *anathema* excõmunicationem, vt Doctores cõmuniter accipiunt, intelligit; sed illud tantùm significat, eum qui Christum, postquam venit, non amat, ob tantum ingrati animi crimẽ dignum esse, qui sit *anathema*, hoc est, qui â communi hominum consuetudi-

Morum licentia post incarnationem arctiùs coercenda.

1. Cor. 16. 22.

Christum non amantes anathemate quodammodo ferit Paulus. Caiet.

D. Hieron.

Incarnati Verbi meditatio ad omnem sanctitatem addit stimulos. D. Chrysost.

ne exterminetur. Itaq; hanc vnam cogitationem de Domini in carne aduētu vehementissimos esse ad omnem sanctitatem stimulos: vnde D. Chrysost. in cōment. eius loci, *Cogitā*, inquit, *vel hoc vnum, & habebis idoneum ad omnem virtutem ingressū, & demoliri peccatum omne facillimum erit.* Eodem pertinet illud ad Rom. 13. *Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus.* Quę verba D. Thom. referenda existimat ad salutem, quàm Christus suo primo aduentu effecit, Apostolū que loqui ex persona omnium fidelium, qui ab initio vsq; mundi extiterunt, qui quò magis tempus incarnationis appropinquabat, ardentiori studio ad omne genus probitatis, virtutumque perfectionem aspirabant, seseque ipsi inuicem ad sanctitatem toto pectore amplectendam iis verbis adhortabantur, ac stimulabant: Dicerēt: Par est iā nos de præteritę socordiæ, negligentiæque somno excitari, atque in virtutem omni studio, conatuq; incumbere, siquidē propior est iam nostri seruatoris aduentus, quàm cum eum à principio mundi venturum credidimus. Alii de secūdo Chri aduentu interpretantur, sed nostra, ac D. Thomæ expositio cum Ecclesię consuetudine cohæret, quæ eum locum Pauli ante primi aduentus Christi repræsentationem legendum fidelibus proponit, vt idem D. Thom. adnotauit. Nec verò solus Paulus ex Christi aduentu ad morum puritatem commendandam argumentatur, sed etiam Esaias, seu ipse per Esaiam Dominus cap. 56. *Hæc dicit Dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur.* Quem locum de aduentu Messiæ accipiendum esse docuerunt Septuag. interpretes, cū pro *salute salutare* transtulerunt, quo nomine sæpe Christus in Diuinis literis censetur.

Rom. 13. 11.

Eò ardentius ad omnē probitatem aspirabant fideles, quò magis incarnationis tēpus appropinquabat.

Esai. 56. 1.

Septuag.

Decimum octauum testimonium ex illis verbis Ezechielis cap. 44.

Et conuertit me ad viam portæ Sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem: & erat clausa, & dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

SECTIO XXXIII.

IN NOSTRIS super Ezechielem commentariis superioribus annis fusè ostendimus eam ciuitatis, templique visionem Prophetæ demōstratam nullo pacto ad materialem illam Hierosolymorum vrbē, templumque illud à Salomone ædificatum, sed ad Ecclesiam à Christo in terris fundatam pertinere, atque adeo non mysticè, sed secundùm literam omnia, quæ de eiusmodi ædificiis à Prophetā describuntur, de Ecclesia esse intelligenda: quanuis in multis ad ciuitatem illā materialem, templumq; Salomonis fiat allusio. Id quod, quia non est huius loci ex professo disputare, satis sit vt certum posuisse, & quod est consequens, hanc etiam portam Orientalem Sāctuarii exterioris, hoc est, atrii interioris, quod Sanctuarium exterius nominatur comparatione ipsius templi, quod interius Sanctuarium dicebatur, non aliquam materialem atrii illius portam, sed aliam multò sublimiorem, diuinoremque significare.

I

Igitur Origen. hom. 14. super Ezech. hanc portam interpretatur cognitionem Scripturarum, quę clausa erat, quo vsque Princeps, id est, Christus eas aperuit. Quam eandem interpretationem Hieron. ab Origene mutuatus in commentariis suis in Ezech. totidem verbis transcripsit. *Quænam*, inquit Hieron. *ista porta est, quæ semper clausa est, & solus Dominus Deus Israel ingreditur per eam? nempe illa,*

Origen.

Scriptura sacra elucidata per Christum. D. Hieron.

de qua Saluator loquitur in Euãgelio: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: & væ vobis legis doctoribus, qui tollitis clauem scientiæ, ipsi non ingredimini, & intrantes prohibetis.* De hac sub nomine libri scribit & Esaias: *Erunt verba libri istius sicut verba libri signati, quem cum dederis homini nescienti literas, & dixeris ei: Lege: respondebit tibi: Nescio literas: & dabũt illum homini scienti literas, dicẽtes: Lege: & dicet: Non possũ legere, quia signatus est. Iste est liber, cuius nemo potest soluere, & aperire signacula neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra, nisi ille, de quo in Apocalypsi Ioannis dicitur: Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius: priũs enim, quàm Saluator humanum corpus assumeret, & humiliaret se formam serui accipiẽs, clausa erat lex, & Prophetæ, & omnis scientia Scripturarum. Postquam autem ille pependit in cruce, statim velum templi scissum est, & aperta sunt omnia, ablatoque velamine dicimus. Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam.*

Matt. 23. 13.
Luc. 11. 52.
Esa. 29. 11.
Apoc. 5. 5.
2. Cor. 3. 18.

2 Et quidem hæc Hieronymi expositio literalis quoq; censenda est: sed illa multò germanior, quam secundo loco cõmemorat, & valde probat de sanctissimæ Deiparæ intemerata virginitate: *Pulchre, inquit, quidam portam clausam, per quam solus Dominus Deus Israel ingreditur, & dux, cui porta clausa est, Mariam virginem intelligunt, quæ & ante partum, & post partum virgo permansit. Etenim tempore, quo Angelus loquebatur, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi ebũbrabit tibi: quod autem nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: & quãdo natus est, virgo permansit æterna ad confundendos eos, qui arbitrantur eam post natiuitatem Saluatoris habuisse de Ioseph filios ex occasione fratrum eius, qui vocantur in Euangelio. Super qua quæstiuncula Romæ aduersus Heluidium illius tẽporis Hæreticum in adolescentia non grãdem librum scripsisse me noui.* Eandem expositionem alij nobilissimi Patres tradiderunt, in quibus D. Ambr. in lib. de institutione virginis ad Eusebium cap. 6. *Quæ est, inquit, hæc porta, nisi Maria? ideo clausa, quia virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in mundum, quando virginali fusus est partu, & genitalia virginitatis claustra non soluit, mansit intemeratum septũ pudoris, & inuiolata integritatis duranere signacula, cùm exiret ex Virgine.* Et multò luculẽtiùs cap. 7. *Bona, inquit, porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiebatur: transiuit per eam Christus, sed non aperuit: est enim & porta ventris, vnde ait Iob sanctus cap. 3. Intenebrescant stellæ noctis illius, quia non conclusit portas uentris matris meæ. Est ergo & porta ventris; sed non omnis clausa semper: verũ vna sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio claustrorum genitalium Virginis partus exiuit. Ideo ait Propheta: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum: quoniam Dominus, inquit, Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, id est, & post trãsitum Domini erit clausa, & non aperietur. Hæc porta ad Orientem aspiciebat, quoniam verum lumen effudit, quæ generauit Orientem, peperitque solem iustitiæ. Audiant ergo imprudentes: Clausa, inquit, hæc porta est, quæ solum recipit Deum Israel. Denique non est aperta. Audiant Prophetam dicentem: Non aperietur, erit que clausa, hoc est, non aperietur ab eo, cui desponsabitur, non licebit enim, vt aperiatur, per quam Dominus transibit. Et post eum, inquit, erit clausa hoc est, non aperiet eam Ioseph, quoniam dicitur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Porta ergo clausa virginitas est.* Idem habet Ruffinus Aquileẽsis Presbyter in expositione Symboli Apostolorum, quę falsò sub nomine D. Cypriani circunfertur. *Partus, inquit, ipsius mirabilem modũ Ezechiel Propheta ante formauerat, Mariam portam Domini nominans, per quam scilicet Dominus ingressus est mundum. Dicit ergo hoc modo: Porta autẽ, quæ respicit ad Orientem, clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel transibit per eam, & clausa erit. Quid tam euidens dici de conuersatione (seu vt alias legitur, consecratione) Virginis potuit? clausa fuit in ea virginitatis porta, per ipsam introiuit Deus Israel, & per ipsam in hunc mũdum de vtero Virginis processit, & in æternũ porta Virginis clausa seruata virginitate permansit.* Concinit D. August. serm. 2. in natiuitate Domini. *Porta, inquit, erat clausa, & non est aperta, & quasi interrogaretur, cur aperta esset? adiecit: Quia Dominus transiuit per eam. Porta clausa, id est, signaculum pudoris, immaculatæ carnis integritas: non enim est violata partu, quæ magis est sanctificata conceptu.* Denique, ne singulorum Patrum verba cõmemorem, ita hanc Orientalem portam intellexerunt D. Epiphan. serm. de laudibus

Iob. 3. 9.

B. Maria porta clausa per virginitatem.
Luc. 1. 35.
D. Ambros.
Ruffin. Aquil.
Per Virginem Dominus ingressus est mũdum.
D. Ambros.
Deiparæ virginitas magis sanctificata cõceptu.
D. Epiphan.

Virginis

D. Chryſoſt. D. Ioan. Dam.

virginis Mariæ, D. Chryſoſt. tom. 3. hom. de Ioanne Baptiſta, D. Ioannes Damaſc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 15. & orat. 1. de Mariæ natiuitate, & oratione item 1. de Mariæ dormitione, Maximus hom. 2. de natiuitate Domini, Heſychius Preſbyter Hieroſolymitanus hom. 2. de laudibus Mariæ, & alij complures.

Maximus. Heſychius.

3

Ex his habes imprimis portam iſtam Orientalem eſſe Virginem ſanctiſsimã, & clauſam fuiſſe Principi, quia eum dũtaxat virgo & concepit, & peperit. Præterea clauſam perpetuò fuiſſe, quoniam licet per eam Princeps tranſierit, ſemper nihilominus clauſa permanſit, cum Principis per eam tranſitus nullo pacto virginei pudoris clauſtrum violauerit; ſed potius conſecrauerit. Id quod verba illa cò textus ſignificãt: *Eritque clauſa Principi*, hoc eſt, etiam cũ Princeps per eã tranſierit, erit clauſa. Hebraicè eſt אתו הנשיא, quod poteſt transferri, *Principi*, vt rectè tranſtulit Vulgatus, & *Principis* in caſu gignendi, vt vertit Pagnin. vt legamus: *Eritq; clauſa Principis*: ſignificetuŕq; in ſupremi Principis palatio multas quidẽ eſſe portas, ſed hanc per excellentiam portam Principis clauſam appellari, per quam ſcilicet ipſe clauſam in hunc mundum intrauerit. Quæ translatio vulgatam editionem magis exponit: ſiquidem ex ea colligimus, cum dicitur, *Eritq; clauſa Principi*, non id ſignificari, clauſam eam portã vſq; ad Principis aduentum futurã, ipſique dumtaxat aperiendam; ſed illud potiùs etiam tunc, cum Princeps per eam trãſierit, ipſi quoq; Principi clauſam futuram, & nullo pacto per virginei clauſtri, ſigilliq; apertionem reſerãdã. Quod planè myſteriũ Septuag. interpretes agnouerunt, cum ita hũc locũ reddiderũt: κ῾ύρι̃ος κεκλεισμένη, ὅτι ὁ ἡγούμενος ὅτος καθήσεται ἐν αὐτῇ: ſic enim hunc locum diſpungendum arbitror: hoc eſt, *Et erit clauſa, quia Dux iſte ſedebit in ea.* Itaq; illud volunt etiam, cum Princeps in ea ſedebit, fore omnino clauſam, imo eo ipſo clauſam futuram, quòd Princeps in ea ſeſſurus eſt. Cur enim perpetuò clauſa futura ſit, illam cauſam afferunt, *Quia dux*, inquiunt, *ſedebit in ea.* Et quidem conſentaneum erat, vt eo ipſo, quòd Deus erat ex

Pagnin. B. Virgo porta Principis perpetuo clauſa.

fœmina naſciturus, ex matre virgine naſceretur, quia nulla alia Deum mater niſi virgo decebat. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 12. *Decebat*, inquit, *ſanè, vt puriſsimus puritatis Doctor ex thalamis puris prodiret.* Et D. Bern. hom. 2. ſuper *miſſus eſt, Deum*, inquit, *huiuſmodi decebat natiuitas, qua non niſi de virgine naſceretur: talis congruebat & virgini partus, vt non pareret niſi Deum.*

Cyrill. Hieroſ. Mater virgo decebat Deũ; Virginem, vt non pareret niſi Deum. D. Bernard.

4

Secundò aduerte, ter dici à Propheta portam iſtam Orientalem clauſam fore: *Conuerti me*, inquit, *ad viam portæ, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa: & dixit Dominus ad me: Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam, eritque clauſa Principi*: vt nimirum intelligeremus Virginem ſanctiſsimam & ante partum, & in partu, & poſt partum virginitatem ſuam integrã, illibatamq; perpetuò conſeruaſſe. Ex quo triplex contra Mariæ puritatem hæreſis confutatur: vna eorum, qui eam, ne ante partum quidem virginem fuiſſe, ſed ex Ioſepho concepiſſe impiè aſſeruerunt, veluti Ebion, & Cherinthus, vt affirmant D. Irenęus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 25. Tertul. in lib. de carne Chriſti, D. Epiphanius hæreſi. 28. contra Cherinthianos. Altera eorum, qui Virginem ſanctiſsimam in ipſo partu corruptam fuiſſe per ſummam impudentiam dixerunt: in qua hæreſi fuit Iouinianus teſte D. Auguſtino in libro de hęreſibus. Tertia deniq; aliorum, qui cum eam & ante partum, & in partu virginem fatentur, tamen à partu dixerunt plures filios ex Ioſepho cõiuge ſuſcepiſſe, qui propterea fratres Domini in Euangelio appellentur: cuius erroris aſſertor fuit Heluidius, contra quem vno integro libro doctiſsimè diſputat D. Hieronymus. Tertiò eſt aduertendum Virginem ſanctiſsimam appellari portam Orientalẽ, quoniam, vt exponit D. Ambr. in libro de inſtitutione virginis cap. 7. genauit Orientem, peperitque ſolem iuſtitiæ. Quomodò autem Chriſtus Oriens dicitur, diximus fuſè in noſtris cõmentarijs ſuper Zachariam.

Triplex contra Mariæ puritatem confutatur hæreſis.

D. Ireneus. Tertull. D. Epiphan.

B. Virgo cur porta Orientalis.

Decimũ nonum, & poſtremũ teſtimoniũ ex illis verbis, quæ habentur c. 2. Danielis.

Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam, & factus est mons magnus, & implevit universam terram.

SECTIO XXXIIII.

INTER VATICInia, quæ de Messiæ Regis imperio sacrarum literarum monumentis consignata legimus, non postremum locum obtinet præclara illa visio, quæ Nabuchodonosori Regi Babylonis inter dormiendum ostensa est, cum vidit statuam illam & mole, & compositione sanè prodigiosam, aureo capite, pectore, & brachijs argenteis, ventre, & femoribus æreis, tibijs ferreis, pedibus partim ferreis, partim fictilibus constantē, aspectuq; ipso, & intuitu, quo in Regē minaces oculos conijciebat, præter modum terrificam: tum verò conspexit de monte lapidem sine manibus abscindi, qui percussis pedibus statuæ, atq; omnino cōminutis statuam deiecit, statimq; ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, quasi in fauillam æstiuę areæ redacta, à vento correpta, dissipataq; euanuerunt. Lapis autem ipse, qui statuam percusserat, in vastissimū, & maximum montē euasit, qui vniuersum terrarum orbem vastitate sua, & magnitudine compleuit. In qua quidem visione ad literam quatuor orbis imperia significata fuerūt. Etenim in capite aureo statuæ vel ipso Daniele interprete imperium Chaldęorum; in pectore, brachijsque argēteis imperiū Medorū, atque Persarum; in ventre, & femoribus æreis imperium Græcorum; denique in tibijs ferreis Romanorū imperium fuit expressum, quæ est D. Hieronymi, communisque interpretatio. *Per caput*, inquit, *aureum ostenditur regnum Babyloniæ auro pretiosissimo comparatum. Regnum Medorum, atque Persarum argenti habet similitudinem, minus priore, & maius sequente. Regnum tertium æneum regnum Macedonum significat, quod rectè æneum dicitur, quia inter omnia metalla æs vocalius est, & tinnit clarius, & sonitus eius longè, lateque diffunditur, vt non solùm famam, & potentiam regni, sed & eloquentiam Græci sermonis ostenderet. Quartum regnum ferreum perspicuè ad Romanos pertinet: ferrum enim omnia domat, atque comminuit; sed pedes eius, & digiti ex parte ferrei, & ex parte sunt fictiles, quod hoc tempore manifestissimè comprobatur. Sicut enim in principio nihil Romano imperio fortius, & durius fuit; ita in fine nihil imbecillius, quando & in bellis ciuilibus, & aduersùm diuersas nationes aliarum gentium barbararum indigemus auxilio.*

Tunc verò post horum quatuor imperiorum sibi subinde succedentium vicissitudines prænuntiatas statim imperium Christi per lapidem illū sine manibus de monte excisum omnia statuæ metalla dissipantem, atque in fauillam æstiuæ areæ redigentem explicatur, vt illis verbis interpretatus est Daniel. *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum, secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentū, & aurum.* Quanquam verò Tertull. in libro 3. contra Marcionem cap. 7. & lib. aduersus Iudæos cap. 14. & Theodoret. in comment. super Danielem huiusmodi vaticinium de orbis imperiis per Christum dissipandis ad secūdum Christi aduentum spectare existimauerunt; tamē multò est probabilius ad primum Christi aduentum præcipuè esse referendum, vt est communis Patrum sentētia, qui lapidē de monte sine manibus Christum ex Virgine sanctissima, quæ mons propter excellentiam, altitudinemque perfectionis, & sanctitatis nominatur, *sine manibus*, hoc est, sine humana viri ōpera concipiendum, nasciturumque interpretantur. Sic namque exponit imprimis D. Hieron. in comment. eius loci. *In fine*, inquit, *horum omnium regnorum auri, argenti, æris, & ferri abscissus est lapis Dominus, atque Saluator, sine manibus, idest, absque coitu, et humano semine de vtero virginali, et cōtritis omnibus regnis factus est mons magnus, & implevit vniuersam terram.* Præterea D. Irenæus lib. 3. contra hæreses cap. 18. *Daniel*, inquit, *prævidens eius aduentum lapi-*

I 4

2

Dan. 2. 44.

Tertull.

Theodoret.

Christi regnū orbis imperia dissipauit.

D. Hieron.

Græcorum eloquentia significata per æs.

Quatuor orbis imperia in Nabuchod. statua designata.

D. Hieren.

dem sine manibus abscissum aduenisse ait in hunc mundum: hoc est enim, quod sine manibus significabat, quòd non operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorum, qui solent lapides cædere, in hunc mundum eius aduentus erat, id est, non operante in eum Ioseph, sed sola Maria cooperante.

Conceptus Christi absque viri opera.

Iustin. Mart.

Iustin. Philosophus, & Martyr in dialogo cum Tryphone: *Cum*, inquit, *quasi filium hominis Daniel dicit eum, qui æternum regnum accipit, an nõ hoc ipsum significat? Quod enim ait, vt filium hominis apparuisse, hominem factũ esse indicat, sed non ex humano semine esse declarat: nam cum dicit excisum sine manibus, hoc ait non esse hominis opus.*

D. August.

D. August. tract. 9. in Ioann. quanquam eo loco montem, de quo lapis fuit præcisus, non Virginem, sed populum Iudæorũ interpretatur, *Lapis*, inquit, *de monte præciditur, ipse est lapis, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. De quo monte præciditur, nisi de regno Iudæorum, vnde Christus secundùm carnem natus est? & præciditur sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de Virgine exortus est. Mons ille, vnde præcisus est, non impleuerat vniuersam faciem terræ: non enim tenuerat regnum Iudæorum omnes gentes: at verò regnum Christi vniuersum orbem terrarum cernimus occupare.*

D. Epiphan. Theodor.

Denique idem affirmat D. Epiphan. serm. de laudibus Virginis Mariæ, Theodoret. in comment. super Danielem, Rupert. lib. 1. in Danielem c. 6 Hesychius hom. de laudibus Virginis Mariæ, & orat. 1 de B. Mariæ dormitione, & alii.

Rupert. Hesychius.

3

Theodoret. Ortus supra naturam per lapidis excisionem significatur in sacris

Porrò doctè obseruauit Theod. in cõment super Danielẽ in sacris literis ortum supra naturã solere lapidis excisionẽ nominari. Etenim etiã Esaiç 51. quia Isaac ex Abraham sene, & Sara matre sterili, & præterea iã per ætatẽ ad concipiendũ inhabili fuit generatus, dicitur Israel, qui ex Abraham per Isaac, & Iacob originẽ duxit, excisus de petra fuisse: quia enim petra nihil ex se naturâ potest producere, inde est, quòd cũ ortus supra naturã èst, cuiusmodi fuit ortꝰ Isaac ex Abrahamo, & Sara sterili, & ortꝰ Chri ex Virgine per excisionẽ lapidis deruper explicatur. Audi Deũ apud Esaiã ita Iudæos alloquentẽ: *Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia vnum vocaui eũ, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Quasi dicat,* inquit Hieron. *Cõsiderate, quòd cum Abrãham vnius, & centũ esset annorũ, & sterilẽ haberet vxorem, multiplicauerim filios eius quasi stellas cæli, ita vt numerũ viuceret multitudo: si ergo de vno homine tanta populorum nata sunt millia, quid mihi grande est, vt instaurem ruinas Sion, & deserta eius mutem in paradisum voluptatis?*

Esai. 51. 1.

D. Hieron.

Non est hoc loco prætereunda silentio Septuag. interpretum translatio, qui ad Christum more suo respicientes ita locum reddiderunt: ἐμβλέψατε εἰς τὴν πέτραν, ἣν ἐλατομήσατε καὶ εἰς τὸν λάκκον τοῦ λάκκου, ἀν ὠρύξατε, hoc est, *Aspicite ad solidam petram, quam excidistis, & ad foueam laci, quem fodistis.* Intellexerunt profectò septuag. interpr. Esaiam ad Christum potissimùm spectasse, atque ad Iudæos sermonem direxisse, monuisseque, vt ad Christum solidam petram aciem mentis conuerterent, quam ipsi nimirum contumeliis, atque tormentis dolauerunt, atque oculos in foueam illam laci, hoc est, in Christi latus in cruce lancea confossum, & apertum intenderent, vt in Christo spes omnes suas collocarẽt, eoque dumtaxat salutem suam contineri arbitrarentur. Pro, *Et in cauernam laci, de qua præcisi estis*, est Hebraice וְאֶת־מַקֶּבֶת בּוֹר נִקַּרְתֶּם hoc est, & vt transfert Pagninus, *Ad perforationem cisternæ, vnde eruti estis*, quod clarius lateris Christi apertionem sonat. Alii vertunt, *Ad perforationem putei*: id enim quoque vox Hebræa בּוֹר significat, quod etiam in latus Chri mirificè quadrat, quod est omniũ bonorum, & aquarum vitæ tium puteus inexhaustus, ex quo possunt vniuersi aquam sibi haurire omnium gratiarum.

Septuag.

4

Pagnin. Lactus Christi omnium gratiarum puteꝰ.

Atque hæc satis fuerit ex Prophetarum vaticiniis de sanctissimæ Deiparæ virginitate in conceptu, & partu Christi delibasse: alia enim minùs illustria consultò prætermittenda iudicauimus, cum hęc abundè sufficiant, vt quiuis intelligat, quanti honoris, splendorisque fuerit Virginem amictam sole apparuisse, sicut dixit Ioannes, ipsamque rursus solem amiciuisse, vt Hieremias testatus est, hoc est, matrem simul, virginemq; fuisse, & Christũ absq; vllo suę integritatis detrimento virtute

5

altissimi obumbrante concepisse, in vtero gestasse, & virgineo partu edidisse. Atque ita huic exegetico, quod in Mariæ virginitate, maternitateque ponendum diximus, vtcunque satisfecimus.

CAPVT XIII.

ET VIDI DE MARI bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decẽ diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiç: & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere mẽses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cœlo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerũt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurẽ, audiat. Qui in captiuitatẽ duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eũ gladio occidi. Hic est patientia, & fides sanctorũ. Et vidi aliã bestiã ascẽdentẽ de terra, & habebat cornua duo similia Agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnẽ faciebat in cõspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiç, dicens habitantibus in terra, vt faciãt imaginem bestiç, quç habet plagam gladii, & vixit. Et datum

est

est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ: & faciat, vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis; & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. Hîc sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex

ARGVMENTVM.

ADHVC *perseuerat quarta visio huius operis. Superiori capite Ioannes acerbissimam Antichristi persecutionem quasi in summam redactam ante oculos intuendam proposuit, iam deinceps eam per partes commemorare aggreditur, multaque sigillatim explicare, quæ alienissimis illis temporibus debent contingere. Duas igitur hoc capite docet sibi ostensas fuisse bestias, vnam ascendentem de mari, de terra alteram. Quæ de mari ascendit habebat capita septem, & cornua decem: & super decem cornua diademata quoque decem: capitibus autem inscripta erant nomina blasphemiæ; eratque eiusmodi bestia similis pardo, pedes habens vrsi & os leonis, cui Draco dicitur dedisse virtutẽ suam, & potestatem magnam, quam exercuit mensibus quadraginta duobus, id est, tribus annis cum dimidio. Porro bestia, quæ ascendit de terra habebat cornua duo similia cornibus Agni, & loquebatur sicut Draco, fecitque terram adorare bestiam primam, multaque signa & prodigia patrauit in conspectu prioris bestiæ, cuius characterem, vt in dextera manu sua, aut etiam frontibus gestarent, adhortabatur mortales. Denique docet Ioannes nomen prioris bestiæ esse eiusmodi, vt literis eius computatis efficiatur numerus sexcentorum sexaginta sex. Hæc breuiter sunt, quæ hoc capite commemorantur, ad quorum explicationem iam aggredimur.*

COMMENTARIVM PRIMVM. EXEGETICVM.

De bestia ascendente de mari.

Quid accipiendum sit per bestiam ascendentem de mari & cur Antichristus de mari ascendere dicatur.

Et vidi de mari bestiam ascendentē.

SECTIO I.

VLTI interpretes, bestiam ascendētem de mari interpretantur multitudinem impiorum, vt Richardus Beda, primasius, Ansbert. Cœterùm rectiùs sentiunt Rupert. Arethas, Haymo, Pannon. imo & D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses cap. 28 per bestiam ascendentem de mari accipiendum esse Antichristum: quæ sententia omnino amplectenda est, cū ea, quę Ioānes commemorat, non possint omnia in multitudinem impiorum conuenire; maximè autem quadrent in Antichristum, vt ex iis, quæ dicemus, perspicuum fiet.

Richardus. Beda. Primasius. Ansbert. Rupertus. Arethas. Haymo. Pannonius. D. Irenæus.

I

Mare igitur hoc loco duo significat. primò multitudinem ipsam impiorum: deinde mundum istum. De vtroq; enim mari Antichristus ascendet, quæ vt melius intelligantur, aduertendum est mundum istum sæpe appellari mare in sactis literis, potissimum verò propter ipsam impiorum multitudinem, veluti Danielis 7. *Videbam*, inquit, *in visione mea nocte, & ecce quatuor vēti cæli pugnabāt in mari magno: & quatuor bestiæ grandes ascēdebāt de mari diuersæ inter se.* Quo loco per quatuor ventos, & quatuor bestias intelligit Propheta quatuor mūdi imperia, vt ex ipsa visione est exploratum, quæ & bestiis propter immanitatem, & ventis propter inconstantiam comparantur. Porro mare, in quo eiusmodi venti aduersis hinc inde flatibus depugnabant, mūdū istū interpretatur D. Hieron. salsis, amarisque fluctibus redundantem: atque in hoc mari superbi veluti altissimæ quædā naues plenissimis velis, vento nimirum elationis præter morem tumidis nauigant, de quibus loquitur Regius vates Psal. 47. *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*, (ad literam) naues Tharsensium, & cœterarum superbarum gentiū. Etenim per Synecdochen per naues Tharsis significantur omnes omnino nationes, quæ superbiq; flatu tumidę potentiæ suæ vela aduersus Ecclesiam expandunt; quarum superbiā Christus euertit, cum eas sub fidem, ditionemq; suam subiunxit: quemadmodum interpretatur D. Augustin. Id, quod quia iam impletum cernimus, hęc felicia Ecclesiæ tempora præuidens Propheta, per spiritumque se lætabundus fidelibus inferens subiunxit: *Sicut audiuimus, sic vidimus. Audiuimus*, inquit Augustin. *in prophetia: vidimus in Euāgelio. Videiam impleri, quod dictum est Psal. 71. Adorabūt eum omnes Reges terræ: omnes gentes seruient ei.* Idemque mysterium D. Greg. lib. 17. Moral. cap. 15. existimat indicatum illis verbis Iob. 26. *In fortitudine illius repente maria congregata sunt. Quia incarnato*, inquit, *Domino discordantium secularium corda concorditer viuūt. Iam Petrus in mari ambulat, quia Christi prædicatoribus illa quondam tumida humili auditu corda substrata sunt, & procellosa maris aqua Domini pedibus presso tumore calcata est.*

Psal. 47. 8.

Gentium superbiam quomodo euerterit Christus. D. Augustin.

Psal. 47. 9.

Psal. 71. 11.

D. Greg.

Iob. 26. 12.

2

De eodem mari locutus est Abacuch in eandem sententiam capite tertio: *Viam fecisti in mari equis tuis*, id est, Apostolis: id quod prodigii instar Propheta commemorat; miraculi enim instar est equos per mare incedere, nec fluctibus

Abac. 3. 15.

Mundus maris nomine sæpe significatur.

Dan. 7. 2.

Quatuor mundi imperia bestiis & vētis cur comparentur.

obrui

obrui, imo eos ipsos pedibus turbare, vt statim subiungitur: *In luto aquarum multarum*. Et multò luculentius iuxta translationem Septuaginta. *Superinduxisti in mari equos tuos, conturbantes aquas multas*. Et verò grande fuit miraculũ paucos numero Apostolos, genere humiles, conditione pauperes immensum Oceanum, hoc est, vniuersum orbem aggredi, eiusque siue potentiæ, siue opum, siue eloquentiæ fluctibus non solùm nõ obrui, sed ipsas etiã aquas altissimas quasi equos prauum riuulum turbare, vt meritò per admirationem dicere Propheta potuerit, *Viam fecisti in mari equis tuis*. Denique locum Psalm. centesimi tertii. *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt*: plerique de mundo, sed mysticè tamen accipiunt: in quibus D. Bernardus, vt hoc obiter dicamus, sermone de tribus Ordinibus Ecclesiæ ait tres viros in hoc mundano mari nauigare, nimirum Noè, Danielem, & Iob, hoc est, prælatos, continentes, & & coniugatos. Primum gradum mare traiicere naui: secundum ponte: tertium vado, quod longe est periculosius: continentes tamen quanuis ponte transeãt triplex periculum incurrere, quod accidere solet in pontibus. Periculosum quippe est in põte vel se ęquare alteri, vel retro respicere, vel in medio ponte stare, eo quòd nullum horum faciè patiatur pontis angustia. Quare non debere continentes se aliis per superbiam ęquare, nedum præferre, neque retro respicere neglecta continentia, carnisque illecebris expetitis, neque in in eodem perfectionis gradu persistere, sed vlterius semper progredi.

Apostolos vniuersum aggredi orbem, grãde miraculum

Psal. 103. 25.

D. Bernard.

Noe, Daniel, & Iob tres Ecclesiæ signant ordines.

4 Atq; hæc de mari pro mundo isto in vniuersum, quæ multò magis in eum quadrant ratione impiorum hominum, de quibus idem mare magnum & spatiosum accepit Hugo de S. Vict. Is enim per mare intellexit concupiscentiam, quę in impiis dominatur, in quo mari reptilia, quorum non est numerus, sunt prauę, & portentosę cogitationes; sicut enim in mari sunt varia monstrorum genera, ita ex concupiscentia, quamplurima diuersarum cogitationum monstra, eaque interdum horrifica oriuntur, quę non immeritò reptilia nuncupantur; quia sensim in animam quasi irrepunt, & tacito quodam, ac lubrico motu illabuntur. Quoniam verò alię aliis fœdiores sunt, magisque portentosæ, idcirco additur. *Animalia pusilla cum magnis*.

Hugo Victor.

Prauæ cogitationes, animalia reptilia.

Igitur de duplici hoc mari visus est ascendere Antichristus; & quia de mundo erit, & quia caput omnium impiorũ. Emphasim quoque habet *ascendendi* verbum, vt plerique hoc loco obseruarunt, tum quia paulatim ex paruis initiis ad totius orbis monarchiam euehetur, vt postea dicemus: tum quia per superbiam, & animi elationem ipse in se ipso ascendet; quod est proprium superborum, quorum ipse caput, ac princeps erit. Sicut enim humilis in corde sibi scalam constituit, in qua per omnes humilitatis gradus descendens, rursus in eadem per omnes virtutum gradus ascendit iuxta illud Psal. 83. *Ascensiones in corde suo disposuit*. (Quod enim de humili sit sermo patet ex verbis proxime antecedentibus: *Beatus vir, cuius est auxilium abste*: seu vt transtulit D. Hieronymus, *Beatus homo, cuius in te est fortitudo*, id est, qui sibi omnino diffidit, totamque suam spem, ac fortitudinem in Deo collocat) Ita superbus scalam sibi in corde suo erigit, in qua continuò per mentis elationem ascendens omnes superbię, & reliquorum vitiorum gradus percurrit; vt non obscurè indicatur illis verbis Psal. 73. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*. Vnde Lucifer ascentiones in corde suo disponebat, vt refertur Esaiæ cap. 14. *Dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo*. Quare meritò Antichristus hanc potissimùm ob causam visus est ascendere.

5

Antichristus superborum caput.

Humilitatis scalã in corde sibi erigit humilis Psal. 83. 6.

D. Hieron.

Superbus superbię scalam sibi erigit in corde. Psal. 73. 23.

Esai. 14. 13.

Cur Antichristus dicatur similis pardo, ac pedes vrsi, & os leonis habeat.

Et bestia, quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os eius sicut os leonis.

SECTIO II.

I

QVAM DVBIE sub horum animaliū Symbolis multiplex, & varia Antichristi malitia accipiēda est, in quem nimirùm omnia omnino vitia debent confluere. Sciendum est autem pardum, qui masculus est in pantheris, maculosum, ac velocissimum esse, præcepsque ad sanguinem animal: vrsum esse astutissimum, habereque pedes fortissimos, & manus humanis similes: denique leonem omnibus animalibus, vel ipso rugitu esse terrificum. Quo fit vt in pardo maculoso & vario multiplex Antichristi malitia, ac dolus ad fallendos fideles, imo vniuersitas omnium vitiorū exprimatur. Quā ob causam Apostolus 2. ad Thessal. 2. cū per antonomasiam hominem peccati appellauit. *Nisi venerit discessio primùm & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Quo loco Caietanus aduertit cum dicitur Antichristus, *homo peccati*, significari plenitudinem omnium peccatorum: Et Hugo Cardinalis obseruat appellari *hominem peccati*, id est, *seruum peccati*, eo locutionis genere, quo dicere consueuimus; hic homo est meus. Præterea velocissimus erit Antichristus, præcepsque ad fidelium sanguinem fundendum, & instar vrsi astutissimus, & maxime fraudulentus, similesque humanis gerens manus, quia initio se mitem, & humanum simulabit, sed paulò post instar vrsi ferocissimos vngues crudelitatis exeret; & instar leonis vniuersam Ecclesiam quasi rugitu perterrebit.

Multiplex, & varia Antichristi malitia.

2. ad Thessal. 2. 3.

Caiet.

Hugo Cardin.

Antichristus, seruus peccati

2

Omnem hanc Antichristi malitiam descriptam habes sub nomine Leuiathā Iob 41. *Quis reuelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit? portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido; corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis se se premētibus: vna vni cōiungitur; & ne spiraculum quidem incedit per eas.* Quanquam enim ille locus communiter de Dæmone intelligatur sub nomine Leuiathan, seu Ceti: tamen non inconcinnè ad Antichristum etiam referri potest. Igitur, *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* hoc est, fraudem & malitiam sub specie sanctitatis tanquam sub vestimēto occultatam? *Et medium oris eius quis intrabit?* id est, quis calliditatem verborum eius poterit introspicere? *Portas vultus eius quis aperiet?* habebit enim eius vultus, hoc est, externa demonstratio varias, & sibi inuicem occurrentes, multisque flexibus, & mæandris implicitas portas, propter astum, & fraudulentiam. Itaque quemadmodùm qui in domum aliquā, quæ multas hinc inde fores habet, ingreditur, non potest deinde facile egredi; ita qui vultum Antichristi, eiusque mores, & progressum contemplabitur, non poterit facile secum statuere, vtrum eum sectari, an insectari debeat; atque adeo eius rebus, signisque ac prodigiis quasi labyrintho aliquo implicitum se sentiet. *Per gyrū dentium eius formido*; id est, in prædicatoribus eius, qui dentes illius appellantur, quòd eius nefariam doctrinam aliis comedendam terant, erit coniunctus terror Principum, qui vi, & armis mortales ad parendum Antichristo compellent. *Corpus eius quasi scuta fusilia compactū squamis*; quia totus erit ex sceleribus sibi inuicem cohærentibus concretus. *Se se inuicem premē tibus*, quia singula vitia mutuas sibi præstant operas, seque inuicem premunt, & roborant. *Et ne Spiraculum quidem incedit per eas*; quia nullum permittet locum Diuinis inspirationibus peruium. Cernis igitur, cò quod omnia vitia in Antichristū confluere debeant, optimo iure pardo, vrso, leoni, cæterisque bestiis ferocissimis comparari.

Vniuersa Antichristi malitia describitur

Iob. 41. 4.

Totus erit cō cretus ex sceleribus.

Ne minimam admittet inspirationem diuinam.

De capitibus, cornibus, & diadematibus Antichristi, & nominibus blasphemię.

Habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.

SECTIO III.

1 BESTIA illa, quæ Ioanni apparuit, & Antichristum, vti diximus, adumbrauit, habebat capita septem, & cornua decem, & super cornua decem diademata, & in capitibus scripta nomina blasphemiæ. Pro cuius loci expositione sciendum est Danieli cap. 7. vbi agitur de Antichristo, similem quandam oblensam fuisse visionem, ex cuius explanatione pendet hæc nostra. Igitur Daniel vidit quartam bestiam terribilem, atque mirabilem, & fortem nimis, habentem dentes ferreos magnos, & cornua decem: quæ bestia iuxta communem Doctorum sententiam est Romanum imperium. Additque Daniel. *Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius, & ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia.* Et paulo inferiùs Antiquus dierum visionem quartæ bestiæ exponens Danieli sic ait. *Bestia quarta regnũ quartum erit in terra, quod malus erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem Reges erunt, & alius consurget post eos: & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.* Ne autem dubitari possit sermonem esse de Antichristo, subiungit: *Sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret: & putabit, quòd possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Accedit, quòd eum locum de Antichristo communiter Patres accipiunt, veluti D. Irenæus lib. 5. aduersus hæreses c. 25. & 26. vbi locũ hunc Ioannis cũ illo Danielis coniungit, Hyppolytus in orat. de consummatione mundi, Theodoretus in comment. super Dan. Lactãtius lib. 3. Diuinarum institut. cap. 16. D. Augustin. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 23. & D. Hieron. in comment. supra Dan. *Dicamus*, inquit, *quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, quoniam regnum destruendum est Romanorum, decẽ futuros Reges, qui orbem Romanum inter se diuidant: tum vndecimum Regem paruulum surrecturum, qui tres Reges de illis decem superaturus sit, id est, Ægypti, Africæ, & Æthiopiæ Reges, quibus interfectis etiam septem alii Reges victori colla submittent. Dicitur autem Rex ille habiturus oculos hominis, ne eum putemus iuxta quorundã opinionem Diabolum esse, sed vnum de hominibus. Habebit etiam os loquens ingentia, quia erit homo peccati, filius perditionis: ita vt in templo Dei sedere audeat, faciens se quasi Deum.* Hæc Hieronymus.

Daniel. 7.

Daniel. 7.

Danielis de Antichristo vaticinium.

D. Ireneus.

Hippolytus. Theodor.

Lactantius.

D. August. D. Hieron.

Cernis igitur manifestè collgi ex Daniele iuxta D. Hieronimi, & omnium antiquorum, vt ipse confitetur, sententiam prope Antichristi tempora decẽ Reges Romanum imperium administraturos: tunc verò surrecturum Antichristum initio quidem paruulum, sed paulatim ad eam peruenturum magnitudinẽ, vt aduersus omnes eos Reges bellum moueat, tribusque eorum interfectis, reliquos septem sibi vltro parere faciat. Quare non placet sententia D. Augustini lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 23. existimantis denario isto numero Regum vniuersitatem omnium Regum significari, post quos venturus sit Antichristus. Cum enim Daniel disertis verbis affirmet ex decem illis Regibus tres debellandos, & occidendos esse ab Antichristo, planè conficitur eum de decem numero Regibus, non autem de vniuersitate omnium Regum vaticinari.

2 Romanum imperiũ prope Antichristi tẽpora decẽ administrabũt reges.

Atque ex his iam intelliges, cur bestia, quæ hoc capite Ioanni apparuit, habeat capita septem, & cornua decem, ac decem diademata, cum idem per cornua, & diademata, & capita accipiendũ sit: etenim tam capita, quàm cornua, & diademata regna significant. Quia igitur initio, cum Antichristus exurget, decem quidem Reges in Romano imperio existent, idcirco decem cornua cum decem diadematibus apparuerunt. Cæterùm quia tria cornua auellenda sunt, vt prædicit Daniel, id est, tres Reges occidendi, atque adeo remanere tantùm debent septem Reges, vltro post debellatos illos alios tres Antichristo colla submittẽtes, idcirco eadem bestia septem capita habuisse describitur.

3

Quod autem addit Ioannes: *Et vidi*

4

Vnus è septé regibus vulnerat⁹ in Antichristi venit potestatem.

vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est: illud videtur significare vnum ex illis septem Regibus in prælio cum Antichristo, antequàm se illi subiiceret, lethali fuisse percussum vulnere; sed curatum tamen, & sic in potestatem Antichristi venisse. Nec enim placet, quod communiter aiunt interpretes, Beda, Primas. Ansbert. Richard. Vict. Haymo, D. Anselm. D. Thom. Antichristum simulaturum se mortuum, & postea transacto triduo iterum apparituru⁹, vt credatur resurrexisse: nec enim Ioānes ait bestiam apparuisse quasi occisam, sed vnum de eius capitibus dum taxat. Deinde cum dicat, *quasi occisum*, nō autem quasi mortuum, sanè videtur loqui de plaga aliqua lethali, quam non est probabile accepturū Antichristum.

Beda. Primasius. Ansbert. Richard. Vict. Haymo. D. Anselm. D. Thom.

5

Quod verò prædicti Doctores tradūt illos tres Reges debellandos, & occidendos ab Antichristo futuros esse Reges Ægypti, Libyæ, & Æthiopiæ, acceperūt ex Dan. cap. 11. vbi loquens de Antichristo sic ait: *Mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non effugiet. Per Lybiam quoque, & Æthiopiam transibit.* Nam quòd id Antiocho accommodari non possit, ex eo probant D. Hieron. & Theodoret. quòd Antiochus nec Lybia, nec Æthiopia, nec Ægypto potitus vnquam fuerit. Moralis capitum, cornuum, & diadematum expositio petenda est ex capite superiori, vbi ea de re fusè disseruimus.

Dan. 11. 42.

D. Hieron. Theodoret.

6

Denique, quod spectat ad septem capita bestiæ, in quibus scripta erant nomina blasphemiæ, illud significatur, quoniam septem illi Reges, qui remanebūt, & Antichristum tamquam supremum orbis Monarcham agnoscent, sese cum eo ad regnum Christi destruendum debent coniungere, conabunturque nomē eius non solùm blasphemare, sed omnino extinguere: idcirco præferre in capitibus quasi scripta nomina blasphemiæ propter blasphemias, quas in Christum iactabūt. Id quod hoc ipso capite magis explicatur, cum dicitur: *Dabitur ei os loquēs magna, & blasphemias, & aperiet os suum in blasphemias ad Deum, & blasphemabit nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cœlo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eam omnes, qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.* Quibus verbis exprimitur, quàm multos debeat Antichristus etiam ex iis, qui sanctitatē colent eo tempore, suę potentiæ magnitudine, & mendacium signorum effectione peruertere, atque ad sui obedientiā, & veneration em traducere; non quidem prædestinatos, sed reprobos, *Quorū nomina non sunt scripta in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.* Quæ sententia quoniam præclara est, & eximia, peculiarē per se sectionem desiderat. Possumus mysticè per nomina blasphemiæ depicta in septem bestiæ capitibus accipere omnia vitiorum genera in septem capitalibus vitiis comprehensa, ita vt quodcunque peccatum latiùs sumpto vocabulo blasphemia dicatur, eo quòd per illud debitus Deo cultus, & veneratio nō adhibeatur.

Septem reges Antichristum orbis monarcham agnoscent, & nomē Christi extinguere conabūtur.

Multos peruertet mendacium signorū effectione Antichristus.

Cur Christus dicatur occisus ab origine mundi?

Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

SECTIO IIII.

DISSERENS Ioannes de innumerabili illa hominum multitudine, quæ Antichristi Imperium debet admirere, sic ait: *Data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam,* id est, bestiam *omnes, qui inhabitant terrā, quorū nō sūt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi:* quibus verbis significauit Ioannes electos, & prædestinatos (horum quippe nomina scripta sunt in libro vitę) non consensuros Antichristo. Tractamus verò hunc locum propter eam potissimam sententiam, *Agni, qui occisus est ab origine mundi.* Quomodò enim Christus Dominus verè dici possit ab ipsa vsque mundi origine occisus? Francis-

1

Quomodo Christus dici possit occisus ab origine mūdi.

Franciſc. Rib.

cus Ribera in comm. ſuper Apocal. c. 3. num. 10. & in comment. huius loci, exiſtimat his verbis contineri hyperbaton, id eſt, tranſpoſitionem verborum; ſententiamque eſſe ita nectendam: *Omnes, qui habitant terram, quorum non ſunt ſcripta nomina ab origine mundi in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt*: ita vt illa verba, *Ab origine mundi*, non ſint coniungenda cum illis, *Qui occiſus eſt*; ſed cum illis, *Quorum non ſunt ſcripta nomina*. Et ita etiam per hyperbaton eundem locum intellexerunt Andr. Cæſar. Ioachimus Abbas, Areth. Nicolaus Zeguer. & Tycon. cuius homiliæ in Apocalyp. falsò tribuuntur D. Auguſtino: quam eandem lectionem approbat Beda.

Andr. Cæſar. Ioachimus. Areth. Zeguerius. Tyconius. Beda.

2

Verùm non eſt cur ad hyperbaton recurramus, & eleuemus illuſtriſsimum in laudem Chriſti teſtimonium, cuius mortem Deus ab origine mundi, imo ex æternitate prǽordinauit, acceptamq; habuit; vt propter eius merita prævisa gratiam omnibus, præcipuè prædeſtinatis conferret: maximè cum ipſe Græcus contextus nihil minus redoleat, quàm hyperbaton, quod prædicti Auctores excogitare maluerunt, quia difficile admodùm illis videbatur explicatu, quomodò Chriſtus *Agnus occiſus ab origine mundi* dici potuiſſet? Et inde credo effectum, quod Tyconius pro, *occiſus eſt*, legit, *ſignatus eſt*: nimirùm aliquis ſciolus, non intelligens locum mutauit verbum Græcum, ἐσφαγμένου, id eſt, *occiſi*, in ἐσφραγισμένου, id eſt, *ſignati*. Itaq; absq; hyperbato locũ intellexerunt D. Thom. 3. p. q. 83. art. 1. & in comment. ſuper epiſt. ad Hebr. c. 9. lect. 5. & ſuper cap. 12. lect. 4. Hugo Card. Ansbert. Gagnæius, Beda, Ambroſ. quanquam hi poſtremi etiam hyperbati mẽtionem faciunt, nec illud improbant. Sine hyperbato etiam legunt, D. Anſelm. & D. Iren. citati à Nicolao Zegueiro in ſuis ſcholiis ſuper Apocal.

Lectio Tyconii reiicitur.

D. Thom.

Hugo Card. Ansbert. Gagnæius. Beda. Ambroſ. D. Anſelm. D. Irenæus.

3

Duplex igitur iuxta hanc lectionem, quę nobis magis probatur, eſt huius loci expoſitio. Vna eſt, fuiſſe Chriſtum occiſum ab origine mundi in figuris: mortem enim Chriſti figuratam, adumbratamque fuiſſe ab ipſa mundi origine patet ex Abele, cuius mortem typum fuiſſe mortis Chriſti docet Paulus ad Hebr. 12. cum ait: *Mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem meliùs loquentem, quàm Abel*. Altera eſt appellari *occiſum ab origine mũdi*, hoc eſt, acceptatam eius mortem à Patre ab ipſa vſque mundi origine: & propter eã multò poſt futuram, prævisam tamen, & acceptatam ex æternitate, collatam fuiſſe gratiam hominibus ab origine mundi, iuxta illud Pauli ad Epheſ. 1. *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem*. Et illud 1. Petri 1. *Non corruptilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & in contaminati: præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autẽ nouiſſimis temporibus*. Priorem expoſitionẽ tradit D. Thom. locis citatis, D. Anſel. Ambr. & Ansbert. in Apoc. Vtramque afferunt Hugo Card. Gagnæius, & alii.

Christus occiſus ab origine mundi in figuris.

Hebr. 12. 24.

Accepit mortem à Patre ab ipſa mundi origine. Epheſ. 1, 4. 1. Petr. 1. 18.

D. Thom. D. Anſelm. D. Ambroſ. Ansbert. Hugo Card. Gagnæius.

Quid illa verba ſignificent. *Hic eſt patientia, & fides Sanctorum.*

SECTIO V.

1

CVM Ioannes Antichriſti potentiam à draconе, hoc eſt, à Dæmone acceptam, & innumerabilem hominum ex omnibus gentibus illi adhærentium multitudinem commemoraſſet, ſubiecit: *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit; qui in gladio occidit, oportet eum in gladio occidi*, hoc eſt, nemo animum deſpondeat, cum viderit vſque adeò felices Antichriſti ſucceſſus: etenim tandem ipſemet, qui alios in captiuitatem ducit, in ſeruitutem quoq; abducetur: & qui alios gladio interficit, ipſe etiam tandem perimetur, ſcelerumq; pœnas dabit. Deinde concludit Ioannes: *Hic eſt patientia, & fides ſanctorum*, id eſt, in hoc fides, & patientia Sanctorum probabitur, cum nequaquam tantiſ rerum cõuerſionibus commouebuntur; ſed cum fide patientiam retinebunt; ſperantes iuxta Sanctarum Scripturarum vaticinia fore, vt Antichriſtus, eiusq; oẽs ſectatores tandẽ Deo in eos vẽdicante õnino

Antichriſtus tandem in ſeruitutem abducetur, & perimetur.

pereãt, Christi autem cultores illustrem gloriæ laboribus suis debitam coronam accipiant. Pro *patientia* est Græcè ὑπομονὴ, hoc est, *sustinentia*: eo sensu, quo dicitur Psal. 26. *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum*, id est, confide de auxilio tibi præbendo â Domino, expecta illum cum fiducia, quantuis illum tardare videas. Psal. 26. 14.

2

Quod in præsentia maximè obseruari volumus, est persecutiones, & in vniuersum omnes, quæ mortalibus accidũt, difficultates, esse veluti lapidem quendâ Lydium, ad quem fides, & patientia probantur: id enim diserte significauit hoc loco Ioannes, cum dixit: *Hic est patientia, & fides sanctorum*, id est, ad huiusmodi lapidem probatur fides, & patiẽtia Sanctorum, quod præcipuè verum erit alienissimis illis, sub Antichristi tyrãnide temporibus. Imo illud non obscurè videtur innuere Ioannes præcedẽtes omnes persecutiones esse veluti præludia ad illam Antichristi persecutionem, quasi dicat: *Hic est patientia, & fides Sanctorum*: magna, inquam, fide, & patiẽtia opus fuit in præcedentibus omnibus persecutionibus, sed cum ista comparatæ persecutiones censeri non debent. Hic ego fidẽ, & patientiam Sanctorum expecto: Hic illustrium bellatorum animum, & magnitudinem requiro. Loqui enim videtur Ioannes veluti dux aliquis strenuissimus incitans milites ad difficillimũ aliquod, ancepsq; certamẽ committendũ. Quòd verò tribulatio, & persecutio sit veluti lapis Lydius, quo fides, & patientia probantur, ostendit in primis locus ille Ecclesiastici. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis*. Vbi cernis homines vasis, tribulationem fornacicõ parari, atq; adeo sicut vasa figuli nisi in fornace durentur, apta vsui esse nõ possunt, facileq; dissipantur: ita nisi homines tribulatione durentur, & coquãtur, non possunt interim firmi, & stabiles in virtute existimari. Quò etiam spectauit Persius satyra. 3. cum in desidem, delicisque deditum adolescentem his verbis inuehitur: ——— *Quid istas. Sucinis ambages? tibi luditur, effluis amens. Contemnere sonat vitium percussa maligne. Respondet viridi percussa fidelia limo. Vdũ, & molle lutũ es nũc, nũc properãdus, & acri. Fingendus sinè fine rota.*

Perfectio, fidei & patientiæ lapis lydius. Ecclí. 27. 6.

Vult nẽpe deliciosũ iuuenẽ similẽ esse fidelię, ex viridi limo, hoc est, nõ bene ignibꝰ decocto cõflatę, quę digitis ab emẽte percussa statim vitiũ demonstrat.

Decocta satiè, ac durata igne persecutionis vasa Apostolos fuisse cõstat ex illis verbis Paul. 2. ad Corinth. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & nõ ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur sed non derelinquimur: deiicimur sed nõ perimus.* Quid est *deiicimur sed non perimus?* Alludit planè Apostolus ad similitudinem vasorum fictilium, quę mirum est ex altissima deiici turri, & tamen non frangi, non cõminui, non perire; quasi dicat: Tametsi simus vasa fictilia, nihilominus etsi ex altissimis turribus à persecutoribus deijciamur, nulla ex parte frangimur: quia nimirum tribulationũ, & multò magis diuinæ charitatis igne decocta, atq; durata frangi, dissipariq; non possumus, Deo nos conseruãte. *Vt sublimitas*, inquit, *sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Sed vt Græcè est maiori vi: ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, hoc est, *vt hyperbole seu eminẽtia sit virtutis Dei.* Verè enim quodãmodò hyperbolica, & eminẽs est Dei potẽtia, cũ thesaurũ istũ in vasis fictilibus in medio oĩum persecutionũ integrũ, & illęsũ cõseruat. Atq; idcirco dictũ est Tobiæ à Raphaele cap. 12. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te*, hoc est, quia vas eras in honorẽ, necesse fuit, vt in fornace tribulationis coquereris: nam si adsit huiusmodi probatio, nec tamen remittatur patientia, tũc verò virtus suis omnibus numeris expleta est. Quarè ob causam Apostolus de patientis hominis virtute confidẽs eum adhortatur, vt securus sese in confertissimas laborũ acies inferat, innuẽs patiẽtiã laboribus probatã esse veluti thoracẽ impenetrabilẽ oẽs hostiũ ictus facilè repellẽtẽ, ad Hebr. 12. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen*, id est, armati patientia nullum hostium impressionem, formidemus, sed in media persecutionum omnium certa

2. Cor. 4. 7.

Apostoli vasa persecutionis igne decocta.

Thob. 12. 13.

Patientia probata laboribꝰ, thorax impenetrabilis. Hebr. 12. 1.

mina

mina irruamus. De quo armorum genere loquutus videtur Regius vates, cùm dixit Psal.17. *Præcinxisti me virtute ad bellũ & supplantasti insurgentes in me, subtus me.*

Psal.17.40.

4

In persecutionibus etiam probatur quasi in stadio vigor Sanctorum in currendo ad brauium, quemadmodùm eleganter expendit D.Greg. Nyss. in lib.de beatitudinibus, vbi tractans vltimam beatitudinem, quæ est: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*: ponderat vocem illam, *persecutionem*, quæ currentium est, & alios cursu superare contendentium: itaque meditatur Sanctum virum, & tribulationem simul currere, sed cum ille tribulationi non cedit, quasi victorem antecedere, & tribulationem à tergo currere, & idcirco appellari *persecutionem*, non consequutionem, quia persequitur, & non assequitur. Itaque vult illud indicari, Sanctos per patientiam velocissimè currere ad brauium gloriæ, & in laboribus maximè elucere Sãctorum in currendo vigorem, & fortitudinem: *Martyrum*, inquit, *nobis stadium ostendit, & fidei cursum designat: nam persecutio currentis vehemens studium celeritatis significat, imo verò etiam in currendo victoriam indicat: non enim aliter currendo quis vincere potest, nisi post se reliquerit eum, qui simul currit. Quoniam igitur, qui propter præmium ab inimico exagitatur, à tergo habet persequentem, (hi autem sunt, qui martyrii cursum in certaminibus pro pietate susceptis conficiunt, quos inimici quidem persequuntur, sed non assequuntur) videtur caput, & summam in spem propositæ beatitudinis veluti coronam quandam in postremis proposuisse verbis: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Hæc ille. Itaque persecutiones patiẽter toleratæ indicãt vigorem, & celeritatẽ Sanctorũ in currẽdo ad gloriæ brauiũ: sed cauẽdum ne ex persecutionibus cõsequutiones euadãt. Eòdẽ spectat illud Iacobi 1. *Omne gaudiũ existimare fratres mei, cum in tẽtationes varias incideritis: scientes, quod probatio fidei vestræ patiẽtiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Et ad Rom 5. Tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio verò spem, spes autem non confundit.* In quem locum est obseruandum primò Iacobum dicere, quòd probatio operatur patientiam: Paulum autem è contrario, quòd patientia operatur probationem: quem nodum ita dissoluit D. Thom. in comment. super epist. ad Rom. Probationẽ nimirum dupliciter accipi posse: vno modo, quatenus est in probato, quo pactò non distinguitur ab ipsa tribulatione, qua quis probatur: quo sensu dixit Iacobus: *Probatio patientiam operatur*, hoc est, tribulatio probat patientiam. Altero sumi probationem pro, probatum esse, quo pactò accepit Paulus cum dixit, *Patientia operatur probationem*: ex eo enim, quòd homo patienter tribulationem sustinet, probatus redditur, eiusque virtus spectata magis elucet.

D.Greg.Nyss.

Matth.5.10.

Tribulationi non cedentem persequitur non assequitur tribulatio.

Iacob.1.2.

Rom.5.3. Pauli & Iacobi loca conciliantur.

D.Thom.

5

Secundò. Annotauit Hugo Card. in cõment. epist. ad Rom. cum Apostolus ait, *tribulationem operari patientiam*, indicare patiẽtiã esse veluti terram fructiferam, quã tribulatio operatur, id est, quã arat, colit, exercet, vt fructũ ferat meritorũ: eo sensu, quo dictum est Gen.2. positum fuisse Adamũ in paradiso terrestri, vt operaretur illum. Atq; ex hoc illud licet colligere, quã alacri animo excipiẽda sit quęuis tribulatio, quippe quæ velut diligẽs agricola nostrã patientiam quasi telurem exerceat ad ferẽdam multam meritorũ segetem. Alia similitudine id explicatur Psal.9. *Dum superbit impius, incenditur pauper*, hoc est, ex eo, quòd impius per superbiam pauperem persequatur, ipse pauper ea ipsa persecutione quasi per antiperistasim ardentissimo charitatis igne in Deum succẽditur, atq; adeo eius patiẽtia quasi terra persecutionibus frugifera redditur: quę est interpretatio Magistri sentent. *Dum superbit*, inquit, *impius, incenditur pauper*. Quasi dicat eo consilio tribulari finis pauperem, vt incendatur desiderio tui, vel incendatur, id est purificetur: fornax enim tribulationis ligna vitiorum in cineres conuertit, & aurum virtutum purgat. Sicut etiam cum ignis magnus est, flatu ipso, & vento magis accenditur; ita charitas, si magna est, ipso tribulationis flatu magis inflammatur. Itaq; dum superbit impius, & procellam excitat persecutionis in pauperem; ipse pauper magis accẽditur charitatis igne.

Hugo Card.

Patientia, terra fructifera meritorum.

Gen.2.

Psal.9.23.

Magistri

Charitas si magna sit instar ignis, tribulationis flatu magis inflammatur.

Quam ob causam Esaiæ quinquagesimo quarto, ait Dominus *Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas*: faber enim suffiãs prunas est persecutor, qui ipso persecutionis flatu virtutes Sanctorum sufflat, & ardere magis facit; imo sufflando eis coronas gloriç fabricatur. Tertiò obseruauit Caietanus super locum ex epistola Iacobi citatum, materiam gaudij esse acquirere virtutem patiẽtiæ in laboribus, eamq; ob causam dixisse Iacobum: *Omne gaudium existimate fratres, cum in tẽtationes varias incideritis; scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Itaq; ex eo, quòd probatio, id est, tribulatio operatur patiẽtiã, debetis omnium gaudiorum loco ducere varijs tẽtationibus exerceri. Ex quo elucet quanta sit patiẽtiç dignitas, siquidem Apostolus in ea vna consequenda omne gaudium positum esse confirmat, & eius obtinendæ gratia, & si cętera abessent commoda, omnes omnino tentationes vtiliter sustineri.

Esai. 54. 16.

Caiet.

In consequenda patientia omne positum gaudium.

6

Deniq; confirmatur idem institutum ex illis verbis, quæ dixit Dominus Paulo secũdç ad Corinthios duodecimo. *Virtus in infirmitate perficitur*, id est, in tribulatione probatur, & perfectior efficitur. Quod cum Paulus audisset quasi iam de suis tribulationibus, & persecutionibus, imo & tentatione, quam à se tolli postulabat, lætior factus ait: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Quasi dicat: Si virtus *in infirmitate*, hoc est, tribulatione perficitur, alacri animo recipiam omnes persecutiones, & tentationes: imo in ijs gloriabor, vt virtus in me perficiatur. Quanquam enim Græcè pro *virtute* vtroque loco est, δύναμις, quæ vox non *virtutem*, sed *potentiam* significat, & est sensus ad literã: *virtus*, seu vt Græcè est, *virtus mea in infirmitate perficitur*, id est, mea potentia, inquit Christus, in ipsis laboribus, & difficultatibus magis resplendet. Non est tamen respuenda prior expositio, quam secutus est D. Augustinus, libro tertio de Genesi ad literam, capite decimo quinto, his verbis. *Adhuc exercendæ, atque in infirmitate perficiendæ virtuti necessariæ sunt tentationes, & molestiæ corporales eodem Apostolo teste, qui ait: datum sibi fuisse stimulum carnis, ne magnitudine reuelationum extolleretur, rogatumque à se Dominum tertiò, vt discederet ab eo, respondisse: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.*

2. Cor. 12. 9.

In suis tribulationibus cur gloriabatur Paulus.

D. August.

Quoniam verò in laboribus patienter toleratis virtus maximè perficitur, præclarè annotauit Tertull. lib. de patientia cap. 11. nullam esse perfectam virtutem, quæ non habeat comitem patientiam: itaque in omnibus beatitudinibus, quas Christus Matth. 5. enumerauit, patientiam quoque intelligendam esse. *Quos*, inquit, *felices Dominus, nisi patientes nũcupauit, dicendo: Beati pauperes spiritu, illorum enim est regnum cœlorum? Nullus profectò spiritu pauper nisi humilis, quis autem humilis nisi patiens? quia nemo submittere se se potest sine prima patientia subiectionis ipsius. Beati, inquit, flentes atq; lugentes. Quis talia sine patientia tolerat? Beati mites: hoc quidem vocabulo impatientes non licet omnino censeri. Item cum pacificos eodem titulo felicitatis notat, & filios Dei nuncupat: nunquid impatientes pacis affines? stultus hæc senserit. Cum verò Gaudete, & exultate dicit, quoties vos maledicent, & persequentur, merces enim vestra plurima in cœlo, id vtique non exultationis impatientiæ pollicetur, quia nemo in aduersis exultabit, nisi ante ea contempserit, nemo contemnet, nisi patientiam gesserit.* Hæc ille. Et cap. 12. sequenti docet thesaurum charitatis disciplina patientiç contineri, & ipsam charitatem à patientia tam quam à magistra quodammodò erudiri: expendens enim locum illum Pauli 1. ad Cor. 13. *Charitas patiens est.* &c. sic ait: *Dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quã Apostolus totis viribus sancti Spiritus commendat, cuius nisi patientiæ disciplinis eruditur? Dilectio, inquit, magnanimis est; ita patientiam sumit: benefica est; malum patientia non facit: non æmulatur; id quidem patientiæ proprium est: nec proteruum sapit; modestiam de patientia traxit: non inflatur, non protenuit, non enim ad patientiã pertinet: nec sua requirit, suffert sua, dum alteri prosit, nec incitatur. Cæterum quid impatientiæ reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat, vnde quia patiens* Hæc Tertul.

7

Tertull.

Sine patientia nulla perfecta virtus.

Matth. 5. 3.

Patientia charitatis magistra.

1. Cor. 13. 4.

Quænam sit illa alia bestia, quæ de terra ascendere visa est.

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius.

SECTIO VI.

1 QVEMADMODVM initiò diximus, duas hoc capite bestias vidit Ioannes, vnam ascendentem de mari, quam hactenùs Antichristum interpretati sumus; alteram ascendentem de terra, de qua modò disserendum. Qui per huiusmodi bestias multitudinem impiorum Antichristo adhærentium accipiunt, ita eas distinguũt, vt bestia ascendens de mari significet Reges, ac Principes, & in vniuersum omnes imperio, viribus, opibusque præcellentes, qui bello, armisque pro Antichristi imperio, & principatu decertabũt. Bestia autẽ ascendẽs de terra significet Hæreticos, falsosque doctores, ac magistros, qui fucatis rationibus, & argumentis, in speciẽ tamen veritatis compositis, conabuntur fidem Christi omnino extinguere, & Antichristum pro vero Messia, Rege, Deoque obtrudere: quam distinctionem sequuntur Richard. de sancto vict. Beda, Ansbert. & alii. Qui autem priorem bestiam Antichristum esse volunt, hanc posteriorem vniuersos Antichristi ministros interpretantur, veluti Areth. Rupert. Haymo, Pannonimo & D. Greg. lib. 33. Mor. cap. 36. quanquam ille per hanc posteriorem bestiam non omnes Antichristi ministros, sed solos prædicatores accipiat. *Posteriorem*, inquit, *bestiam id est, Antichristũ superiore iam descriptione narrauerat, post quem etiam hæc alia bestia ascendisse dicitur, quia post eum multitudo prædicatorum illius ex terrena potestate gloriatur: de terra quippe ascendere, est de terrena gloria superbire. Quæ habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisim sanctitatis eam, quam in se veraciter Dominus habuit, singularem sibi ineße & sapientiam mentitur, & vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundit, rectè subditur: Et loquebatur vt draco: nam ista bestia, id est prædicantium multitudo, si apertè vt draco loqueretur, agno similis non appareret; sed assumit agni speciem, vt draconis exerceat operationem.* Hæc Greg.

Richardus. Beda. Ansbert.

Arethas. Rupertus. Haymo. Pannonius. D. Gregor.

Hypocrisis prædicatorum Antichristi.

Et quidem priores, qui posteriorẽ hãc bestiam prædicatores Antichristi accipiunt, congruentiùs textui loquuntur; neutri tamẽn omninò accommodatè ad totius visionis contextum. Quid enim attinet vbicunq; Ioannes bestiam nominat, ibi constanter accipere multitudinẽ impiorum, nec putare vnquam peculiare aliquid à Ioanne prænuntiari? Quare rectiùs nobis videntur sensisse Andreas Cæsariensis, D. Ambrosius in Apocalypsim (quamuis etiam afferat illam aliam de prædicatoribus expositionem) & D. Irenæus libro quinto aduersus hæreses capite vigesimo octauo, existimãtes per hanc posteriorem bestiam intelligendũ esse insignem aliquem Antichristi præcursorem, & eximium cõcionatorem, quẽ Irenęus *armigerum Antichristi* appellat, cui à Dęmone danda sit potestas ad efficienda prodigia, signaq; admiranda: quo fiet vt infinitam hominum multitudinẽ peruertat. Nam quemadmodũm Helias, & Enoch agent Christi præcursores pro eo quę doctrina, miraculisq; depugnabunt: ita ex altera parte erit pro Antichristo alius quidam præcursor, qui se se Enoch, & Heliæ opponat, & de primatu pro Antichristo contendat. Cum qua quidẽ sẽtentia optimè quadrant, quę de huiusmodi bestia commemorat Ioannes. Imprimis enim *Ascendet de terra*, quia terrenis affectibus gubernabitur: *Habebit cornua duo similia Agni*, quia mansuetudinem, & innocentiam simulabit: & quoniam neq; mãsuetudo vera erit, neq; innocentia, idcirco non cornua agni, sed similia agni habere dicitur. Secundò: *Loquetur sicut draco*, quia sub verbis quæ per mansuetudinẽ, & Zelum veritatis se loqui simulabit, latebit draconis venenum, id est, Dęmonis venenata malitia, & calliditas ad fallendum. Tertiò: *Potestatem prioris bestiæ omnem faciet in conspectu eius*, id est, potestatem faciendi signa, & prodigia, quam habebit Antichristus, ipse quoq; accipiet, eaque

2 Andr. Cæsar. D. Ambros. D. Iren.

Antichristi præcursor, cõcionator eximius.

omnia faciet in conſpectu prioris beſtiæ, id eſt, Antichriſto mandante, & adiuuante.

3 Quartò. *Faciet terram, & habitantes in ea adorare beſtiam primam, cuius curata eſt plaga mortis.* Significatur infinitos propemodùm peruertendos ab huiusmodi concionatore, & præcurſore Antichriſti, qui hic ſignificatur per beſtiam primam. Addit verò Ioannes: *Cuius curata eſt plaga mortis*: vt indicet loqui ſe de priore beſtia, cuius vnum ex ſeptem capitibus dixerat percuſſum fuiſſe lethali vulnere, & poſtea ſanatum, vt ſuperiùs explicauimus. Infinitos propemodum peruertet.

Quintò. *Fecit ſigna magna, ita vt etiam ignem faceret de cœlo deſcẽdere in terram, & ſeducit habitantes in terra propter ſigna, quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ*: patent ex ſuperioribus. Sextò. *Dicet habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ*, id eſt, ſtatuas & ſimulachra Antichriſti, eaque adorent. Septimò. *Datum eſt illi, vt daret ſpiritum imagini beſtiæ*, id eſt, faciet, vt ſimulachrum Antichriſti per operationem Dæmonis loquatur, ac ſi vitam, & ſpiritũ haberet: quemadmodùm olim Deorum ſimulachra virtute Dæmonis loquebantur, & oracula, reſponſaq; reddebant. Ita interpretatur Pannon. Rupert. Areth. Richard. de ſancto Vict. & alij. Antichriſti ſimulachrum per operationem dœmonis loquetur. Areth. Pannon. Rupert. Richard. Vict.

Et faciet, vt quicunque non adorauerint imaginem beſtiæ occidantur. Poſtremò. *Faciet omnes puſillos & magnos, diuites, & pauperes, liberos, & ſeruos habere characterem beſtiæ in dextera manu ſua, aut in frõtibus ſuis, & nequis poſſit emere, aut vendere niſi qui habuerit characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius*: quæ quoniam obſcuriora ſunt integrã ſectionẽ deſiderant.

Quid ſit per characterem beſtiæ accipiendum?

Et faciet omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & ſeruos habere characterẽ in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis, & ne quis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habet characterem, aut nomẽ beſtiæ, aut numerum nominis eius.

SECTIO VII.

CONTROVERſum valde eſt cuiusmodi nam futurus ſit character beſtię, id eſt, Antichriſti, quem omnes cogẽtur ſiue in dextera manu, ſiue in fronte geſtare, ita vt niſi quis oſtenderit characterem beſtiæ, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius, non poſſit quicquam emere, aut vẽdere. Qua ſãcita lege mirum in modum graſſabitur Antichriſti perſecutio. Sic enim compellentur omnes characterẽ Antichriſti geſtare, cum hominum vita abſq; emptione, & venditione conſtare non poſſit. Quod ad rem ſpectat ſanè placet ſententia Pannonij intelligentis hoc, vt verba ipſa ſonant, quod nimirũ Antichriſtus faciet inuri characterẽ ſuũ dexterę manui, aut frontibus eorũ, qui ſibi crediderint, æmulatione videlicet Scripturarum, in quibus dicitur Deuter. ſexto. *Verba, quæ ego præcipio tibi, meditaberis, ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua.* Quod Iudæi ad literam intelligentes mandata Dei inſcripta chartulis in manibus geſtabãt: & conſentit vox ipſa Græca χαρακτὴρ, quę ſignificat notam aliquam impreſſam, vt hoc loco interpretatur Vatablus in ſcholijs huius capitis. 1 Characterem ſuum frontibus ſibi credẽtium inuret Antichriſtus. Deut. 6. 7. Vatablus.

2 Verùm qualis futurus ſit Antichriſti character in dextera manu, vel frontibus ſectatorũm eius inurendus, multò eſt explicatu difficilius. D. Ambroſius, *Poteſt*, inquit, *fieri, vt ſicut nos habemus characterem Chriſti, id eſt, crucem, qua ſignamur: ita habeat Antichriſtus proprium characterem, quo ſignentur ij, qui in eum crediderint.* Primaſius, & Ansbertus, exiſtimant characterem Antichriſti futurum illum, in quo totũ Chriſti nomen per compendium includatur hac figura. Qualis futur' ſit. D. Ambroſ. Primaſius. Ansbert.



In qua figura litera, quę videtur P. latinum, eſt R. Græcũ maiuſculum: linea craſſior trãſuerſalis eſt T. reliquę trãs uerſales minores efficiũt X.

græcum

Græcum: quibus literis redditur nomẽ Christi per compendium. Addit verò Ansbertus hoc sibi fuisse reuelatũ. Franciscus Ribera in Apocalypsim arbitratur characterem istum futurum, quo insigillo suo vtetur Antichristus, & quem in annulo gestabit, & in supellectili sua imprimi faciet. Hanc autem notam, siue characterem futurũ formam draconis, quem ipse capite tertio in Apocalypsim numero decimo tertio, putat gestaturũ Antichristum depictum in clypeo, & in signis militaribus, quẽadmodùm Romani gestabant Aquilas, & per singulas cohortes dracones, quos qui portabant *Draconarij* dicebantur, vt nimirum per hoc insigne draconis velit Antichristus Deũ significare, à quo missus in orbẽ sit. *Sed* nõ placet in primis Primasij, & Ansberti sententia, quia non est credibile Antichristum habiturum pro charactere nomen Christi compendio literarum scriptum, cum nihil magis, quàm Christũ Dominum, eiusq; omnem memoriam execrari debeat. Neq; Ansberti reuelatio vllam vim ad hoc persuadendum habet, quam videlicet recipere non tenemur. Multò minùs placet Riberæ iudicium.

Ribera.

Primasij & Ansb. sententia reiicitur.

3

Primùm, quia non congruit cum superbia Antichristi fateri se publicè missum à dracone aliquo. Deinde quoniam ipse nullum alium Deum præter se publicè confitebitur, vt inferiùs ex Daniele, & Paulo manifestè confirmabimus. Quare existimamus tres debere esse characteres Antichristi, quibus eius sectatores se illius seruos, & ministros profiteãtur. Vnus erit imago ipsius ad viuũ expressa: alter nomen ipsius proprium prorijs literis inscriptum: tertius literæ, quę contineant numerum nominis eius per compendium, qui numerus erit sexcenta sexaginta sex, vt postea dicemus. Itaq; quemlibet ex his characteribus cõpellentur omnes, aut in manu dextera impressum, aut in fronte gestare. Mouemur autem ex eo, quòd Ioannes hoc videtur diserte tradidisse hoc ipso capite, cum ita per disiunctionem locutus est. *Ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.* Quo loco per *characterem* imaginem eius intelligimus, cuius paulò antè facta fuerat mentio, cum sermo esset de Antichristi præcursore, illis verbis: *Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & faciat, vt quicunque non adorauerint imaginẽ bestiæ, occidantur.* Hanc igitur imaginem more Imperatorum Romanorum suis numis insculpi faciet, & in manu dextera, aut frontibus suorum inuri, aut certè nomen suum proprijs cõscriptum literis, aut literas continentes per compendiũ numerum nominis eius, ita vt qui se Antichristi seruum profitebitur, vnum aliquem ex his characteribus gestare debeat. Quod vt consequatur, strictè præcipiet, ne quis emere possit, aut vẽdere, nisi vnum ex illis tribus characteribus, siue in dextera manu, siue infronte impressum ostentauerit. Quod si quis nobis obijciat non videri per *characterem* imaginem Antichristi accipiendam, cùm character ex vi verbi non imaginẽ, sed notam aliquam inustam, & impressam significet: respondemus verum quidem esse characterem ex vi verbi non significare imaginem, sed notam, aut signum distinctionis, aut mysterij causa impressum, nec nos ex characteris voce colligere accipiendam esse eo nomine Antichristi imaginem: sed id tantùm existimare eam ipsam imaginem Antichristi, cuius paulò ante mentio facta fuerat, in materia aliqua incidendam, sculpendãque; tum verò eam vel dextris, vel frontibus sectatorum Antichristi inurendã, ea propemodũ ratione, qua signa, & notæ siue seruis, siue pecoribus inuruntur. Ex quo fiet, vt iã imago Antichristi pro charactere habeatur: quicquid enim pro nota distinctionis inuritur, siue imago sit, siue quæcunq; alia nota, signũue, character propriè appellatur.

Tres Antichristi characteres

Occurritur obiectioni.

Illud hoc loco ad mores est obseruãdum primò, Dæmonẽ, & Christũ de homine quasi de possessione contendere, & idcirco vtrũq; procurare, vt sua ipsius imagine, nota, characterq; distinguatur: propterea enim Antichristus instinctu Dæmonis compellet omnes characterẽ suum impressum in dextera, aut fronte gestare. E contrario verò Christus ad animam loquens Cant. 8. ait. *Pone me vt*

4

Contendunt de possessione hominis Christus, & Dæmon

Cant. 8. 6.

signaculum

signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Solent enim pecuarij greges suos peculiari signo, & charactere distinguere. Quo loco aduertendum est pro *signaculo* esse Hebraicè *chotam*, à radice *chatã*, quæ significat signare, sigillare, claudere: vnde chotam, signaculum. Ezech. 28. *Tu signaculum similitudinis.* Ponitur que etiam pro annulo, in quo est sigillum, veluti 3. Reg. 21. *Signauit eas annulo eius*: & Hierem. 22. *Si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea.* Quare cum sponsus adhortatur sponsam, vt ponat se tanquam signaculum super cor suum, illud significat, vt vtatur se ipso tanquam annullo, in quo est sigillum, & cor suum, id est, amorem suum ipsomet spõso sigillet, ne videlicet quisquã alius amorem sponsæ, vt pote sigillatum aperire audeat, nisi ipsemet tantùm spõsus, cuius est sigillum: itaque vt eius amore solus sponsus fruatur. Et quoniam amorem consequuntur opera, quæ per brachium significantur idcirco etiam brachium sponsæ vult eodem sigillo signari, ne alteri, præter quàm sibi amoris argumenta, & significationem præbeat. Eodem sensu Ezech. 28. appellatur Lucifer signaculum Diuinę similitudinis illis verbis. *Tu signaculũ similitudinis.* Verũ quoniam ipse cor suum Diuina similitudine tanquam sigillo signatum per quandam veluti proditionem non soli Deo seruauit obsignatum, sed suæ ipsius excellentiæ quodammodò resignauit: inde est, quòd Tertul. lib. 2. aduersùs Marcionem, capite. 10. legit eo loco: *Resignaculũ similitudinis*: quia videlicet cor suũ à Deo suo ipsius sigillo obsignatum fraudulenter sibi per appetitionem propriæ excellentiæ resignauit. Hanc enim rationem affert Tertul. suæ lectionis. *Tu*, inquit, *es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatẽ imaginis, & similitudinis resignaueris.* Atq; huius lectionis, quam sequitur Tertul. meminit D. Hieron. in cõment. super Ezechielem, quanquam eam non multùm probet. *In latinis*, inquit, *codicibus pro signaculo resignaculum legitur: dum κακόζηλος id est, malus imitator verbum è verbo exprimens interpretatus iuxta Septuag. translationem, ἀποσφράγισμα id est, resignaculũ posuit. Vnde quidam sic intelligunt, quod signaculum Dei, & figuram, quæ velut in cera mollissima expressa sit, Rex Tyri resignauerit, atque perdiderit, vt pro signaculo fecerit resignaculum.* Hęc Hieron.

Secundò. Aduertendum est, quia Antichristi sectatores omni deposita verecundia, frontecq; omnino perfricta se se in omnium flagitiorũ cœno volutabunt; idcirco eius characterem in fronte ipsa gestaturos. Quid enim, quęso, erit aliud se Antichristi profligatissimi omnium mortalium seruos signo quodam in fronte impresso profiteri, quàm omni pudore deposito omnibus se sceleribus per proiectam morum licentiam inquinare? vt illud in illis impleatur Prouerb 18 *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Tertiò. Obseruandum characterem Antichristi in fronte, & in manu esse inurendum; quia & fidei professionẽ, & opera ipsa bona destruet, sibique & adorationem, & famulatum exhiberi faciet: nam in fronte professio cultus; in manu famulatus exprimitur. Quartò. Cur Antichristus frontem, manumque dexteram potiùs, quàm sinistram requiret; eleganter explicauit B. Ephręm Syrus tractatu de consummatione seculi, & de Antichristo. *Dabit*, inquit, *suum signũ sceleſtus ille; non quidlem promiscuè pro quolibet corporis membro, ne hoc graue sit, atque molestũ: sed in dextera manu, ac fronte insculpturus est huiusmodi characterem suum; ne scilicet facultas sit homini se signandi signo Christi: neque rursus in fronte vllatenus tremendum, sanctumque Domini nomen imprimere queat: neque etiam gloriosam, atque formidabilem Saluatoris crucem insculpere. Nouit quippe infelix ille per impressionem crucis Domini potestatem sibi omnem auferendam: quã ob rem signat hominis dexteram, quòd ea cuncta nostra membra signamus: similiterque frontem, quòd illa signum Saluatoris nostri in altum præfert in modum candelabri.* Iuxtaquã Ephręm expositionem eximiam habes crucis laudem, quam videlicet ita formidabit Antichristus, vt idcirco frontem, manumq; dexteram suo charactere signaturus sit, ne locus sit signo crucis in frõte per manum dexteram imprimendo, timens nimirùm ne facto signo crucis imperium suum corruat.

Ezech. 28. 12.

3. Reg. 21. 8. Hier. 22. 24.

Spõsus de spõsæ amore quã sit solicitus.

Ezech. 28. 12.

Tertull.

Luciferi amor proprię excellentię.

D. Hieron.

5

Omnibus sceleribus se inquinabunt Antichristi sectatores. Prouerb. 18. 3

Adorationem sibi exhiberi faciet Antichristus.

Ephręm Syr.

Crucis signũ quàm formidabit.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De Antichristo.

MVLTA deinceps disputat Ioannes de Antichristo, & hoc ipso capite, cum non pauca dixisset, tandem illius nomen tradidit difficillimo plane ænigmate inuolutum; vsque adeò, vt sibi præmittendum putauerit: *Hîc sapientia est: qui habet intellectum, computet numerum bestiæ*, hoc est: Hîc diligenti, & accurata inuestigatione opus est. Quoniam igitur crebra nobis deinceps facienda est Antichristi mētio, operæ pretium duximus continuata tractatione de Antichristo disputare, & omnia, quę ad eius ortum, genus, vitam, mores, imperium, & mortem pertinent, sub aspectum subijcere, ne postea in singulis sparsim immorari, & præter ordinem quædam perstringere, quædam etiam cogamur non sine fastidio replicare.

Quod nam futurum sit nomē proprium Antichristi.

SECTIO PRIMA.

1 NOMEN PROPRIVM Antichristi ita obscure Ioannes nobis aperuit, vt nihil fortasse toto hoc opere sub obscurioribus symbolis explicasse videatur. Sic enim ait: *Qui habet intellectum, computet numerū bestiæ, numerus enim hominis est, & numerus eius, sexcenti sexaginta sex*, hoc est, computandæ sunt literæ, ex quibus nomen eius conficitur: *nam numerus hominis est*. Quæ verba sic exponit Richard. de sācto vict. id est, numerus nominis eius est numerus, qui ab homine computari potest. Arethas aliter: *Numerus hominis est*: id est, eius nomen non est insuetum, & insolens, sed familiare. Alij sic: *Numerus hominis est*: id est, hominis est numerare: quare qui intellectum habet, computet numerum literarum nominis eius. Probabiliter etiā Beda: *Numerus hominis est*: id est ne eum putemus, iuxta quorundam opinionem, Dęmonem futurum, sed vnum de hominibus, in quo tamen Satanas habitaturus est corporaliter. Deniq; huiusmodi ænigma difficillimum Ioannes proponit: *Numerus eius sexcenti sexaginta sex*; cui cū se tot, tantiq; Oedipi opposuerint, nemo tamen illud hactenùs potuit satis explicare: neq; verò nos tantum nobis assumimus, vt perfectam eius explicationē audeamus polliceri. Antequam igitur singulorum sententias connumeremus; prępmittere oportet tam Hebræos, quā Græcos suis ipsorum characteribus pro notis numerorum vti solere. Deinde incertum esse, num Ioannes loquatur de nomine Antichristi scripto literis Græcis, an Hebraicis: verisimilius tamen videri Gręcos characteres intelligere: siquidem & Græcè, & Gentibus prępipuè Apocalypsim scribebat. Deniq; aduertēdum Ioannem velle tradere nomen proprium Antichristi, non dignitatis, aut officij. Quare sensus Ioānis is est; literas ex quibus cōflabitur Antichristi nomen, si pro notis numerorū sumātur, effecturas numerum sexcentorum sexaginta sex.

Richard. Vict.

Arethas.

Beda.

Characteribꝰ pro numerorum notis vtūtur Hebræi, & Gręci.

His positis: mirum est, quàm multæ, ac dissidentes huius de Antichristi nomine ænigmatis explicationes prodierint. Prima sententia est, quorundā Hæreticorum, videlicet Dauidis Chytræi in cōment. huius cap. & Theodori Bibliandri dicentiū nomen Antichristi esse hoc nomen λατεῖνος *Lateinos*: vnde colligunt Papam, qui Princeps est Latinorum esse Antichristū. Verùm quicquid sit de nomine *Latinos*, de quo postea dicēdū. Hæc sententia præter quàm quòd est hæretica, & impia, est etiam maximè absurda, cum Romanus Pontifex iam inde à principio Ecclesiæ fuerit, ex quo tempore Antichristus non fuit. Secunda fuit

2

Dauid. Chytr. Theod. Bibl.

Absurda & impia Hæreticorum sententia.

Genebrard. Gilberti Genebrardi lib. 3. suæ Chronologiæ, vbi existimauit Mahometem illum impium Abdala patre, & Emina, siue Ennia matre Iudæa genitum, circa annum Domini sexcentesimum quartũ, Antichristum fuisse; aut certè regni Antichristi conditorem, eòquòd nomen *Mahometis* reddat numerum sexcẽtorum sexaginta sex. Idemque affirmant Euthym. p. 2. suæ Panopliæ, tit. 21. Zonaras tomo 3. Annalium, & Cedrenus. Tertia est aliorum, qui crediderunt Martinum Lutherum, id est, *Martin Lauter*, Antichristum fuisse, eo quòd eius nomẽ eum numerum conficiat. Ita sensit Gulielmus Lindanus lib. 3. Dubitantii.

Euthym. Zonaras. Cedrenus.

Gulliel. Lind.

3 Verùm his omissis, quæ per se corruũt; multa Antichristi nomina eum numerum reddentia tam veteres, quàm recẽtiores excogitarunt. Primum est λαμπέτης, id est, *Illustris*. Secundum, ὁ νικητὴς, id est, *Victor*. Tertium κακὸς ὁδηγός, id est, *Malus Dux*. Quartum ἀληθὴς βλαβερός, id est, *Verus nocens*. Quintũ πάλαι βάσκανος, id est, *Olim inuidus*. Sextum ἀμνὸς ἄδικος, id est, *Agnus nocens*: quæ omnia excogitauit Arethas. Septimum ἀρνοῦμαι, id est, *Nego*, quod finxit Hippolytus Mart. in orat. de consummatione mundi, Primas. & Ansbert. quod nimirum sit negaturus Christum. Octauũ ἀντεμὸς, id est, *Contrarius*, quod affert Tycon. & Primas. Nonum γενσαρικὸν nomen Gothicum, id est, *Genserícus*. Decimum *Diclux*, latinum nomen: si more latino accipiamus D. pro quingentis, I. pro vno, C. pro centum, L. pro quinquaginta, V. pro quinque, X. pro decẽ. Duo præcedentia nomina adinuenerũt Haymo, & Rupertus. Vndecimum ἐνάθας, quod affert D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses, Duodecimum λατεῖνος ex eodem Irenæo. Decimum tertium τειτὰν, quod afferunt D. Iren. Areth. & Ansbert. Et quidem D. Iren. nomen *Titan* cæteris oĩbus anteponit ex eo, quòd hoc nomẽ Diuinũ existimetur apud multos: vnde & factum sit, vt sol *Titan* appellaretur. Accedit Quod est nomen regale, imo & tyrannicum. Decimum quartum Βενέδικτος, id est, *Benedictus*, quod finxit Andr. Cæsar.

Quam multa Antichristi nomina excogitauerint autores.

D. Iren.

Cæterum ex cõmemoratis nominibus multa sunt improbabilia; nec enim credibile est Antichristum habiturum nomen inuidiosum, & tyrannidem significans. Quare admodũ est verisimile, imo & fere certùm non esse appellandũ neq; *Malum Ducem*, neque *Nocentem*, neque *Inuidum*, neque *Negatorem*, neque *Contrariũ*, imo neque accepturum nomẽ, quod aliquis præcedentium regũ, aut imperatorum habuerit: propter insignem enim superbiam in omnibus singularis esse contendet: quo fit, vt non sit appellandus *Genserícus*, neque *Titan*. Sed & illud certissimũ nihil certi de eius nomine definiri posse, nomenque Antichristi vsque ad eius tẽpora incognitum futurũ mortalibus: cũ enim multa nomina fingi possint, quę tã Hebraicè, quàm Latinè, & Græcè numerũ illum sexcentorũ sexaginta sex confi ciant; quis vnquã diuinare poterit, quod nam ex tam multis Antichristi nomen futurum sit? quemadmodùm D. Iren. loco citato disertis verbis cõfitetur. Quãquam enim existimet probabile esse nomen *Titan* futurum nomen Antichristi, tamen paulò post subiungit: *Cum igitur tãtum suasionum habeat hoc nomen Titan, tantã habeat verisimilitudinem, vt ex multis colligamus, ne forte Titan vocetur, qui veniet: nos tamen non periclitabimur in eo, nec asseuerantes pronunciabimus hoc eum nomen habiturum scientes, quoniam si oporteret præsenti tempore manifestè prænũtiare nomen eius, per ipsum vtique editum fuisset, qui Apocalypsim viderat.* Hęc Irenæus.

4

Antichristi nomen vsque ad eius tempora erit incognitũ

D. Irenæus.

Sed quęrat meritò aliquis, quam vtilitatem fidelium spectauit Ioannes sub tã difficili, & obscuro ænigmate nobis tradẽs nomen Antichristi? Respondemus id potissimùm spectasse Ioannem, vt cum Antichristus aduenerit (id quod ex multis alijs argumentis notissimum esse debet) computent fideles nomen eius, & comperto eo numero sint multò magis certi de Antichristo, nec vllus eis relinquatur dubitandi locus. Simile quiddam accidit in nomine Messiæ, de quo tã multa extabant Prophetarum vaticinia. Etenim nemo vnquam certò, & exploratò intellexit illum appellãdum IESVM: cum tamẽ eiusmodi nomẽ multis scripturæ testimonijs indicatũ, cõsignatumq;

5

esset

esset, imo & vna ex Sibyllis (vt refertur in lib. 1. Sibyllinorum, carminum) prædixerit numerum nominis Messiæ futurum, *Octingenti octoginta octo*, his carminibus.

Numerus nominis Messiæ.

Sybillę carmina.

Sed quæ sit numeri totius summa docebo.
Namq; octo monadas, totidē decadas super ista
Atque hecatontadas octo infidis significabit
Humanis nomen: tu verò mente tenebo.

Ex quibus verbis nemo vnquam colligere potuit Messiam appellandùm Iesum, cum multa nomina formari potuissent eum numerum continentia, quemadmodùm modò multa Antichristi nomina sub numero Ioānis excogitantur. Quòd autem nomen Iesus Græcè scriptum efficiat numerum octingentorum octoginta octo, patet, quia. I. significat decem, H. octo, Σ. ducenta, O. septuaginta, Y quadringenta, Σ. ducenta. Meritò autē Antichristi nomen ex senariis conficitur: Christi autem ex octonariis: etenim senarius nō peruenit ad septenarium, quę est requies Domini, requieuit enim die septimo: at octonarius est ipsius gloriæ symbolum, quoniam septenarios, siue hebdomadas, per quas mundus voluitur consequitur. Nec vacat mysterio, quòd tres senarii Antichristo, tres octonarii Christo tribuuntur, vt consummata Antichristi malitia, & summa à requie Domini, hoc est, gratiæ, & gloriæ distantia significetur: Christi autem triplicata, hoc est, omnibus numeris absoluta felicitas exprimatur, quam suis cultoribus pollicetur.

Nomen Iesus Græcè scriptum quem numerū efficiat.

Vtrum Antichristus sit verus homo futurus.

SECTIO II.

I

ANTA futura est Antichristi malitia, vt pleriq; eam in hominem cadere nō posse putauerint: itaque sibi persuaserint Antichristum futurum ipsum Dæmonem sub phantastico, & apparente corpore occultatum. Sic enim sensit Hippolytus Mart. in orat. de consummatione mundi, existimans Antichristum fore Diabolum, qui de falsa virgine falsam carnem assumet. *Christus Dominus*, inquit, *ex immaculata Virgine natus in figura carnis humanæ hostem conculcauit suæ Diuinitatis propria potentia: ad eundem modum Diabolus ex impura muliere prodibit super terram; sed falsò nascetur ex Virgine. Nam Christus veram carnem, & præter peccatum, nostræ per omnia similem assumpsit: Diabolus carnem secundùm visionem tantùm, & opinionem assumet, & phantastica carnis substantia organi vice vtetur.* Hæc Hippolytus. Verùm hæc sententia meritò erroris arguitur ex eo, quòd Paulus 2. ad Thessal. 2. Antichristum hominem appellat. *Nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Quo loco vritur Theodoret. in comment. 2. ad Thessal. ad idem confirmandum: quemadmodū & D. Hieron. illis verbis Dan. 7. *Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto: Ne*, inquit, *eum putemus iuxta quorundam opinionem Diabolum esse futurum, sed vnum de hominibus.* Cōfirmaturque liquidò ex 2. Thessal. 2. vbi Apostolus docet Antichristum interficiendum esse spiritu oris Christi, quod in Diabolū nullo modo potest cōuenire. Accedit, quòd Patres communi consensu affirmant Antichristū futurū esse verum hominem.

Hippol. Mart.

Antichristū futurus diabolus de falsa virgine carnem falsam assumens.

2. Thessal. 2. 3

Theodor.

D. Hieron. Dan. 7. 8.

2. Thessal. 2.

2

Sed adhuc pleriq; minime credentes tantam naturę peruersitatē in puro homine reperiri posse, dixerunt Antichristum futurū quidē verū hominē, sed per incarnationem Diaboli, ita vt Diabolus naturā aliquā humanā in vnitatē sui suppositi assumere debeat: quēadmodū Verbū Diuinū per incarnationē sibi humanā naturā copulauit. Quem errorē referunt, & refellunt D. Hieronymus super cap. 7. Dan. D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 27. Beda super cap. 13. Apocal. Oecumen. in comment. super. 2. epist. ad Thessal. cap. 2. Legendus est etiā D. Hieron. præfat. in Malachiā, & in c. 1. Aggæi, vbi disputat aduersus Origenem, qui tomo. 2. in Ioannem, asseruit aliquot Angelos verè esse incarnatos. Maneat igitur Antichristū non modo verū, sed etiā purum hominem futurū. Quòd verò loco citato ait Hieron. Diabolū habitaturū esse in Antichristo corporaliter, non eo sensu est accipiendum, quo Paulus dixit de Christo ad Colossenses secundo.

Antichristus futurus verus homo per incarnationem Diaboli.

D. Hieron. D. Ioan. Dam. Beda. Oecumenius.

Coloſ. 2. 9.

Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Sed quòd Dæmon plenã debeat habere poteſtatem in Antichriſtum, eumque ſeruata tamen ipſius libertate acturus, & gubernaturus ſit in omnibus actionibus. Vnde D. Iren. lib. 5. aduerſus hæreſes. cap. 25. docet illum recapitulaturum eſſe in ſe Diabolicam apoſtaſiam. Et beatus Ephræm Syrus tractatu de conſummatione ſeculi, & Antichriſto appellat illum organum Dæmonis: idemque epitheton ei tribuit Cyrill. Hieroſol. catecheſi 15. & D. Ioan. Damaſc. lib. 4. fidei Orth. cap. 27. appellat Diaboli domicilium. Quo pacto etiam accipiendus eſt D. Hieron. cum Eſai. 16. Diabolum vocat patrem Antichriſti. Eſt etiam & illa ratio, quia Dæmon in eius conceptione concurret ad formationem illius corporis, & cõplexionis: ſimili quodam modo, quo ſpiritus ſanctus corpus Chriſti in vtero Virginis efformauit.

Diaboli in Antichriſtum poteſtas. D. Iren.

B. Ephręm.

Cyrill. Hieroſ. D. Ioan. Dam.

D. Hieron.

4

Antichriſti ortus. D. Ioan. Dam. D. Anſelm. B. Ephręm.

Quod verò attinet ad eius ortum, D. Ioan. Damaſ. lib. 4. fidei Orthod. cap. 27. & D. Anſelm. in Apocal. aiunt ex fornicatione naſciturum: & B. Ephræm Syrus tract. de conſumat. ſeculi, & Antichriſto ex ſpurciſſima, & ſalaciſſima fœmina. Imo non improbabiliter quidam opinantur Antichriſtum naſciturũ ex Dęmone aliquo incubo, qui priùs ſuccubus ſpecie fœminæ alicui viro ſubiectus virile ſemen colligat, quod poſtea viri ſpecie incubus in Antichriſti matrem transfundat. Dari enim tum ſuccubos, tum incubos Dæmones affirmat D. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 23. Tunc verò Antichriſtus non Dæmonis erit filius, ſed eius viri cuius erit aſſumptum ſemen. Atque in hunc ſenſum accipi poteſt, quod Hieron. dixerat Dæmonem patrem Antichriſti futurum.

D. Auguſt.

Vtrum Antichriſtus à Iudæis ſatum, & originem trahere debeat, & qua ex tribu, & vbinã gentium orietur.

SECTIO III.

I

ANTICHRISTVM futurum eſſe ex tribu Dan, atque adeo gente Iudæum, eſt communis Patrum ſententia, quam tradunt, & ſequuntur D. Iren. lib. 5. aduerſus hæreſes, cap. 30. Method. Mart. in ſuis reuelationibus 2. tomo bibliothecę Sanct. Patrum, D. Ioan. Damaſ. lib. 4. fidei Orthod. cap. 27. Theod. libro quæſtionũ in Geneſ. q. 109. D. Ambr. lib. de benedictionibus Patriarcharum, cap. 7. & in Pſalm. 40. ſuper illa verba: *Magnificauit ſuper me ſupplantationem*: D. Auguſt. lib. quæſt. in Ioſue q. 22. D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 18. Eucher. lib. 3. in Gen. Hipol. Mart. in orat. de conſummat. mundi, D. Proſper de promiſsionibus, & prędictionibus Dei, parte 4. & in dimidio temporis cap. 9. Beda, Rupert. D. Anſelm. Arethas, Richardus Vict. Apocal. 7. Sibylla Tiburtina in lib. Sibyllin. carminum, Anaſtaſius Synaita lib. 10. commentariorum in Hexam. (& refertur in appendice Biblioth. Sanct. Patrum) Rabanus Maurus tract. de Antichriſto, qui falsò tribuitur D. Auguſtino, eumque Rabano adſcribit Rupert. Apoc. 8. Iudæum autem futurum non nominando tribum affirmant D. Hieron. in comment. ſuper cap. 11. Dan. & Seuerus Sulpit. lib. 2. Dialogorum. Itaque non ſolùm Iudæus genere erit Antichriſtus, ſed etiam ex tribu Dan.

D. Irenæus. Methodius. Antichriſtũ ẽ tribu Dan futurum qui aſſerant. D. Ioan. Dam. Theodor. D. Ambroſ.

Pſal. 40. 10. D. Auguſt. D. Greg.

Eucher. Hipol. Mart. D. Proſper.

Beda. Rupert. D. Anſelm. Areth. Richard. Vict. Sibilla Tiburt Anaſt. Sinai. Raban. Maur.

Et quidem quòd Iudæus ſit futurus, certum planè videtur: quòd autem ex tribu Dan, non ita certum, ſed multò tamen probabiliùs propter communẽ doctorum ſententiam, qui omnes afferunt locum illum Gen. 49. *Fiat Dan coluber in uia, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.* Quem locũ quanquam D. Hieronymus, & alii interpretantur de Sampſone, qui fuit ex tribu Dan, & Philiſtæos vbique diuexauit, illiſque tanquam coluber in viis, & cerastes in ſemitis terribilis occurrebat: tamen propter tot, tantorumque Patrum, quos paulò ante citauimus, ſententiam negari non debet, ibi etiam ſiue ad literam, ſiue myſtice vaticinium de Anti-

D Hieron. Seuer. Sulpit.

2

Futurum Iudæum ſtatuitur vt certũ.

Gen. 49. 17.

chriſto

Apoc. 7.

In connumerandis tribubus Israel cur tribum Dan prętermiserit Ioannes.

christo contineri. Aliud argumentū ducitur ex Apoc. 7. vbi Ioannes eā ob causam existimatur à Doctoribus, & potissimùm ab Irenæo, lib. 5. aduersùs hęreses cap. 30. in connumerandis tribubus Israel prętermisisse tribū Dan, propter Antichristum videlicet, qui ex ea trahere debeat originem, quā idcirco veluti maiori ex parte reprobam non putauit in numero signatorum connumerandam. Quòd autem simul tribum Ephraim prętermiserit, illa à nobis eo loco reddita ratio est, quòd ex ea tribu originem duxerit Hieroboam, qui primus in decem tribus idololatriam inuexit: quanquam & pro Ephraim, patrem ipsius Ioseph Ioannes posuerit. Deniq; citatur in eandem sententiam locus ille Hieremiæ. 8.

Hierem. 8.

A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra, & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius, vrbē, & habitatores eius. Quo etiam testimonio vtitur ad idem confirmandum D. Iren. loco citato. Verùm vt auctor est D. Hieron. loquitur Hieremias ad literā de Nabuchodonosor, qui à Dan regione per Phœnicem cum exercitu vēturus describitur: itaq; ad Antichristum nō pertinet. Duo priora testimonia quā quam rem omnino certam non faciunt, eam tamen reddunt valdè probabilem propter communem Patrum, Doctorūque expositionem.

D. Hieron.

3

Diximus supra certum planè esse Antichristum futurum Iudęum, tum quia in eam sententiam omnes Patres vnanimi consensu conspirarunt; tum etiā quia cum Antichristus debeat se mētiri Messiam propter Iudæos, qui illum recepturi sunt, cū Messias Iudęus genere in scripturis palam pronuncietur; nisi ipse Iudæus sit, non poterit se pro Messia vniuersæ Iudæorum genti obtrudere: eandemq; ob causam, mētietur se esse ex tribu Iuda, quæ est tribus Regia, & Messiæ in sacris literis tribuitur. Nam quòd Iudęi Antichristum pro Messia recepturi sunt disertis verbis prænuntiauit Christus Dominus Ioan. 5. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me, si alius venerit in nomine suo illum accipietis.* Quare exploratū esse debet Antichristum & Iudęum genere, & ex tribu Dan ducturum originem propter communem Patrum sententiā, imo & sacris literis magis cōgruentem.

Antichristus mentietur se ē tribu Iuda.

Ioan. 5. 43.

Quod ad locum spectat, in quo tam prodigiosum monstrum orietur. D. Hieronymus in cōment. super caput. 12. Danielis, D. Ansel. in Elucidario, Rabanus Maurus in tract. de Antichristo, & alij affirmant Antichristum Babylone nasciturum: quæ sententia communior est, & fere iam ab omnibus recepta. Addunt Anselmus, & Rabanus (id quod acceperunt ex Methodio in reuelationibus) illum educandum esse in Corozaim, & Bethsaida, & regnaturum in Capharnaum: videturque Method. in eam venisse sententiam propter illa verba Christi Domini Matth. 11. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, & tibi Capharnaum, si vsque in cœlū exaltaberis, vsque ad infernum detraberis.* Citat enī hunc locum Method. existimans tunc Bethsaidam, Corozaim, & Capharnaū ad infernum vsque descensuras, cum in eis educabitur, & regnauerit Antichristus. Verùm id incertum est, probabilius videtur, quod scribit D. Ioan. Damasc. lib. quarto fidei Orthod. capite. 27. Antichristum clam esse educandum. Quod verò attinet ad sedem regni, & imperij metropolim suo loco dicemus.

4

D. Hieron.

D. Anselm. Raban. Maur.

Nascetur Babylone.

Methodius.

Matt. 11. 21.

D. Ioan. Dam.

De malitia, & profligatis moribus Antichristi.

SECTIO IIII.

1

VM DICTVM sit de nomine, ortu, & patria Antichristi, sequitur, vt de ratione vitę, ac moribus differamus. Illud igitur primùm constat Antichristum perditissimum, & profligatissimum fore omniū mortalium quotquot vnquam ab orbe condito extiterunt, & ad finem vsq; mūdi existent: vnde à Paulo. 2. ad Thes. 2. per antonomasiam appellatur *Homo peccati, filius perditionis, & ille iniquus, cuius est aduētus secundùm operationem Satanæ in omni seductione iniquitatis.* Quo loco Emphasim ha-

Qualis futura sit Antichristi vita.

2. Thess. 2. 3.

bet

bet, *Ille iniquus*, Græcè, ὁ ἄνομος: vbi articulus, ὁ, notat insignem quendam iniquum. Et Matth. 13. iniquus per excellentiam appellatur, cum dicitur: *Ager autem est mundus, bonum verò semen hi sunt filij regni: Zizania autẽ filij sunt nequam*: vbi pro *nequam* est Græcè τὸ πονηρὸν in gignendi casu, quasi dicas: *filij ipsius mali*, qui malus, nequam, & iniquus per excellentiam dicitur: quo nomine quidam Dæmonem, alij Antichristum accipiunt. De eius impudentia locutus est Daniel cap. 8. *Cũ creuerint iniquitates, consurget Rex impudens facie.* De libidine cap. 11. *Erit in concupiscentijs fœminarum*: sed de hoc inferiùs disputabimus. De blasphemijs cap. 7. *Sermones cõtra excelsum loquetur, & aduersùs Deum Deorum loquetur magnifica.* De superbia Paulus 2. ad Thess. 2. *Extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Secundò. Erit omnibus magicis artibus, hariolandi scientia, incantationum, & veneficiorum doctrina instructissimus. Ita docet Cyril. Hieros. catechesi mystagogica. 15. & Rabanꝰ Maurus tractatu de Antichristo. Habebit, inquit, Antichristus magos, maleficos, diuinos, incantatores, qui eum Diabolo inspirante nutrient, & docebunt in omni iniquitate, falsitate, & nefaria arte, & maligni spiritus erunt duces eius, & socij semper, & comites indiuisi.

Matth. 13. 38.

Dan. 8. 23. & 11. 37.

& 7. 25.

2. Thessal. 2. 4

Antichristus Magicus, ac veneficus.

Cyril. Hieros. Raban. Maur.

3

Tertiò. Ab ipso cõceptu possidebitur à Dæmone, qui, vti diximus, ad formãdũ eius corpus concurret, talemq; in eo humorum permistionem efficiet, vt sit natura ad omne vitium maximè propensus. Id quod his verbis explicat Raban. loco citato: In ipso conceptionis initio Diabolus simul introibit in vterum matris eius, & ex virtute Diaboli confouebitur, & contutabitur in ventre matris. Et sicut in matrem Domini nostri Spiritus sanctus descendit, & eam sua virtute obumbrauit, vt quod nasceretur Diuinum esset, & sanctum: ita Diabolus in matrem Antichristi descendet, & totam eam replebit, totam circundabit, totam tenebit, totam interiùs, exteriusq; possidebit, vt Diabolo per hominem cooperante concipiat, & quod natum fuerit, totum sit iniquum, totum perditũ. Quartò. Talem ab ipsa infantia Dæmon habebit in eum dominatum, & imperiũ, absque præiudicio tamen libertatis, vt eum in omnem malitiam, morumq; peruersitatem impellat. Quod significauit Apostolus, cum dixit. 2. ad Thess. 2. *Cuius est aduentus secundùm operationem Satanæ.* Quo etiam sensu dixit D. Hieron. in commẽt. super cap. 7. Danielis, Diabolum habitaturum esse corporaliter in Antichristo & D. Iren. lib. 5. aduersùs hæreses cap. 25. Antichristum recapitulaturum in se Diabolicam apostasiam. Idemq; intellexerunt Ephrẽm Syrus lib. de consummat. seculi, & Antichristo. Cyril. Hieros. catechesi. 15. & D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 27. cum eum *Diaboli organum, & domicilium* appellarunt.

2

Ab ipso conceptu possidebitur à Dæmone.

Raban.

2. Thess. 2. 9.

D. Hieron.

D. Irenęus.

B. Ephrẽm. Cyrill. Hieros. D. Ioan. Dam.

3

Quintò. Sunt qui existiment tantam futuram naturę peruersitatem, & obstinationem ad malum in Antichristo, vt nullam vnquam sit admissurus inspiratione siue Diuinam, siue Angelicam. Ita enim sensit Franciscus Suarius in 3. p. D. Thomæ. q. 59. disp. 14. Idq; cõfirmari potest ex illis verbis Iob. 41. quæ sub typo Leuiathan de Dæmone accipiuntur, & ad Antichristũ referri possunt: *Corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis sese premẽtibus, vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.* Vbi significatur animũ Antichristi ita futurum vndequaq; obfirmatum, & obstinatum in malo, vt nulli, vel minimæ ac tenuissimæ Spiritus sancti auræ, hoc est, inspirationi locum præbeat. *Et ne spiraculum quidem*, inquit, *incedit per eas.* Imo non desunt, qui arbitrẽtur nullum omnino actum, non dico meritorium, sed ne moraliter quidem bonum effecturum propter continuam cõsuetudinem, & familiaritatem cum Dæmone, & effusam ac proiectam in omnia vitia naturam: cuius sententiæ est Benedictus Perera lib. 4. in Dan. instigãte potissimum Dæmone, cui libera dabitur à Deo facultas eum continuo tentandi, atque ad omne flagitium incitandi; nõ tamen supra eius vires, fidelis enĩ est Deus, qui nõ sinet illum tentari vltra id, quod poterit, ad Corinthios Decimo. Nec ei vnquam denegabit auxilium sufficiens ad conuersionem, aliàs enim non peccaret contra manifestam Pauli sententiã,

Nullam è cælo admittet inspirationem. Suerius.

Iob. 41. 6.

1. Cor. 10. Auxilium sufficiens Antichristo non denegabitur, vt neque Angelo.

qui

2. Thessal. 2.

qui. 2. ad Thessal. 2. appellat Antichristum hominem peccati, & filium perditionis: & quod est consequens, habebit Angelum custodem toto vitę suæ tẽpore. Nec enim mihi probatur eorum sententia, qui existimant Antichristũ paulò post quàm habuerit vsum rationis deserendum esse à custode Angelo, quod etiam asserit Viguerius in institutionibus theologicis, cap. 21. §. 3. versu. 3. Sed vti diximus nihil ei proderit Angeli custodia propter summam obstinationem, vt affirmat D. Anton. 4. p. titulo. 13. cap. 4. §. 3: *Quanuis*, inquit, *Angelus bonus ei non subtrahetur ad custodiam, tamen postquam incipiet malitia vti, nullum effectum in eum custodiæ, eo obstinato exercebit*: Illud tamen aduertunt Cyrillus Hierosol. catechesi mystagogica. 15. Hippolytus Episcopus & Mart. orat. de consummatione mundi, D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei orthodoxæ cap. 27. Et beatus Ephræm Syrus, tract. de consummatione seculi, & Antichristo. Antichristum initio quidem summam sanctitatẽ, religionemq; simulaturũ In primordijs suis, inquit, Hippolytus, clemens erit, ad dilectionẽ quietus, religiosus, pacificus, qui odio prosequetur iniustitiam, detestetur munera, idololatriam nõ admittet, amet scripturas, reuereatur sacerdotes, canitiem honori habeat, scortationem repudiet, adulterium abominetur, obtrectationes non audiat, deierationes non recipiat, hospitalis, studiosus pauperum, misericors, viduis opẽ ferat, pupillos tuebitur, cunctos diliget, conciliabit homines contendentes amicitiam his verbis: *Sol non occidat super iracundiam vestram*, ad Ephes. 4. Non possidebit aurum, nec diliget argentum, diuitias nõ amplectetur. Atq; hæc omnia faciet consilio simulato, & fraudulento, quo circũueniat oẽs, vt se regem creent. Hæc Hippolytus.

Viguerius.

D. Antoninus.

Cyrill. Hieros. Hippolytus.

D. Ioan. Dam.

B. Ephræm.

Antichristus vitę sanctitate simulabit.

Ephes. 4. 25.

Vtrum Antichristus futurus sit deditus concupiscentijs fœminarum?

SECTIO QVINTA.

HANC DVBITATIONEM excitamus propter locum illum Danielis. 11. *Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentijs fœminarum*. Quem locum Septuaginta, teste D. Hieronymo in comment. super Dan. ita transtulerunt. *Et concupiscentijs mulierũ non subiacebit*. Quod quidem in ea 70. interpretum translatione, quam nunc habemus, non reperitur: sic enim apud eos legimus ad verbũ, ἐπὶ πάντας θεοὺς τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ συνήσει οὐδὲ ἐπὶ ἐπιθυμίαν γυναικῶν, οὐδὲ ἐπὶ πάντα θεὸν οὐ σύνεσει: hoc est, super omnes Deos patrum suorum non intelliget, & super concupiscentiam fœminarum, & super omnem Deum non intelliget. Quibus verbis, quia ambigua sunt, significatur, vt ipsemet Hieronymus confitetur, habere eum concupiscentiam fœminarum, & non habere. Non habere quidẽ si ita intellexerimus: super concupiscentiam fœminarum non intelliget: habere autem, si ita accipiamus: super concupiscentiam fœminarum, scilicet, erit. Iuxta primam autem lectionem vult Hieron. sermonem esse de Antichristo, qui simulaturus est castitatem, vt plurimos decipiat. Iuxta secundam verò de rege Antiocho, cuius fuerunt importunissimæ libidines. Nostra vero vulgata vtrumq; sensum patitur si more Hebræorum præcedens negatio in posteriori quoq; membro subaudiatur, & ita legamus: Deũ patrum suorum non reputabit, & non erit in concupiscentijs fœminarum. Est enim idiotismus Hebræus, vt negatio in priori sententię membro expressa, in posteriori subaudiatur, veluti Esaiæ, 53. *Nõ erat ei aspectus, & desiderauimus eum*, id est, nõ desiderauimus eum.

Dicẽdum igitur videtur propter hãc lectionis ambiguitatem, Antichristum initio quidem simulaturum esse castitatem, vt ex Hippolyto superiori sect. diximus: sed vbi rerum positus fuerit in omnem libidinem, & scortationem ruiturum, ne dicamus homini omnium perditissimo commune naturę vitium, & quod in homines plusquam reliqua do-

Dan. 11. 37.

Septuag. D. Hieron.

Esai. 53. 2.

Hippolytus.

Simulata priꝰ castitate in omnem libidinem ruet Antichristus.

minatur

minatur, hoc est libidinem, defuturum. Quo etiam pacto respondet Lyranus in comment. super Dan. docens Antichristum exteriùs quidem simulaturum esse castitatem, vt facilius decipiat; non futurum tamen castitatis amatorem; sed aduersarium, & libidini deditissimũ. Quam ob causam arbitratur significatum fuisse à Ioanne Apocal. 17. per bestiam ascẽdentem de abysso, eo quòd bestia symbolum sit lasciuiæ, & libidinosi homines bestiarum more vitam agant. Atq; hinc licet colligere illustrissimum castitatis encomium, cuius nimirum tanta est pulchritudo, vt vel eius vnius simulatione persuadere sibi debeat Antichristus fore, vt reliqua omnia sua vitia, flagitiaque obtegantur; & sola opinione castitatis, ipse ad totius orbis monarchiam euehatur. Itaq; homo ille peccati, & filius perditionis cum omnium se virtutum hostem profiteri debeat, non audebit tamẽ aduersus castitatem aperto marte bellũ gerere, quia cernet nihil esse, vel ad inuidiam conflandam libidine efficacius, vel ad conciliandam beneuolentiam castitate præstantius.

Lyran.

Conciliat beneuolentiam castitas.

Vtrum Antichristus idolorum cultor sit futurus?

SECTIO VI.

1 VIDENTVR QVÆ dã loca Scripturę in speciem pugnare. Quædam enim docent Antichristũ omnem omnino Deũ abiecturum, nec alicuius alterius cultum præter quàm sui permissurum, veluti 2. ad Thessal. 2. *Et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Et Dan. 11. *Deum patrum suorum non reputabit; nec quenquam Deorum curabit, quia aduersùm vniuersa consurget.* Alia verò videntur conceptis verbis dicere futurum Antichristum idolorum cultorem, veluti Dan. 11. *Deum autem Maozin in loco suo venerabitur, & Deum, quem ignorauerunt patres eorum colet auro, & argento, & lapide pretioso.* Cæterùm proculdubiò fatendum est Antichristum omnia idola aboliturum, nullumq; Deum passurum in orbe coli præter se: nã se tantùm ab omnibus adorari facier, idque manifestè docent duo priora testimonia; affirmantque Cyrillus Hierosol. catechesi. 15. D. Iren. lib. 5. aduersùs hæreses cap. 25. Hippolytus martyr serm. de consummatione mundi D. Hieron. in cap. 11. Dan. Et in epistola ad Algasiam. q. 11. Theodoret. Oecumen. & Theophyl. in cõment. super. 2. ad Thessal. 2.

2. Thessal. 2. 4

Dan. 11. 38.

Nullum Deũ præter se coli patietur Antichristus.

Cyrill. Hierosol. D. Irenæus. Hippolytus.

D. Hieronym. Theodoretus. Oecumenius. Theophylact.

Ad locum Danielis. 11. de Maozin, duplex est responsio. Vna Theodoreti, qui existimat per *Maozin*, ipsũmet Antichristum intelligendum esse. *Deum*, inquit *fortem & potentem*, (hoc enim significat Maozin) *Se ipsum appellat; illud enim, In loco suo, pro, se ipsum posuit: eriget enim sibi ipsi templa, & auro, & argento, ac lapidibus pretiosis ipsa exornabit.* Cui expositioni consentit verbũ Hebraicum, vt pleriq; annotarunt. Altera est Lyrani, & aliorũ, quæ videtur probabilior, respondentium *Maozin* nomen esse proprium, significareq; certum aliquem Dęmonem, quem Antichristus priuatim colet; cuius nimirùm opera se videbit indigere ad signa sua, & prodigia perpetranda. Et quoniam in eo Dæmone præsidium omne suum collocabit, venerabitur illum sub nomine *Maozin*, quæ vox interpretatur, *fortitudines*, vt Deus Maozin, idem sit, ac Deus fortitudinum, siue Deus fortissimus. Itaq; Antichristus occultè quidem, & priuatim Dęmonem adorabit, eiq; eriget aram, construetq; simulachrum in auro, argẽto, & lapide pretioso, publicè tamẽ omnia idola execrabitur, & euertet, seq; vnũ facier ab omnibus adorari.

2 Theodoretus.

Lyranus.

Certum Dęmonem priuatim colet.

Vtrum Antichristus futurus sit secundùm sectam Iudęus?

SECTIO VII.

1 ILLVD IN PRIMIS pro certo statuẽdũ, Antichristum simulaturum se esse Christum, siue Messiam, Iudęosq; illum tanquam Messiam recepturos. Ita enim di-

Messiam se simulabit Antichristus. Ioan. 5. 43.

sertis verbis Christus prænũtiauit Ioan. 5. *Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me; si alius venerit in nomine suo, illum recipietis.* In eandem sententiam interpretatur D. Hieron. illud Dan. 11. *simulabit se Ducem fœderis*, id est, Messiam Principem fœderis, & testamenti Iudæorum. Idemq; affirmant D. Irenæus lib. 5. aduersus hæreses cap. 25. Cyrillus Hierosol. catechesi. 15. Hippol. Mart. orat. de consummatione mundi. Theodoret. in comment. super 2. ad Thessalon. 2. Et in Epitome Diuinorum decretorum cap. de Antichristo D. Hieron. in Epist. ad Algasiam q. 11. Seuerus Sulp. in vita B. Martini lib. 2. D. Hilarius canone. 25. in Matth. D. Ambr. lib. 10. in Lucam, D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 28. D. Greg. lib. 31. Moral. cap. 10. Cyril. Alex. D. Chrysost. & D. August. in cap. 5. Ioannis.

D. Irenæus. Cyril. Hierosol. Hippolytus. Theodoret⁹. D. Hieron. Seuer⁹ Sulpit. D. Hilarius. D. Ambros. D. Ioan. Dam. D. Gregor. Cyrill. Alex. D. Chrysost. D. Augustin⁹.

2

Secundò. Simulabit se gentis Iudaicæ maxime studiosum, Iudæosq; præcipue colet, vt ipsi primi eum tanquam Messiã regemq; recipiant, vt auctor est Cyril. Hierosol. catechesi. 15. Hippol. Martyr, oratione de consummatione mundi. Et B. Ephræm Syrus tract. de consummatione seculi. Eamq; ob causam Hebræis tẽplum Hierosolymitanum instaurabit: quemadmodùm testantur ijdem Autores loco citato, et Rabanus Maurus tract. de Antichristo. Tertiò. Illud consequẽs est Antichristum futurum Iudaicæ legis cultorem, maximumq; cœremoniarum legalium obseruatorẽ; quod ex eo perspicuum est, quia alioqui non poterit se Iudæis insinuare; nec enim Iudæi recipient hominem non circunciſum; & qui legem non seruet, sed potiùs cõtemnat. Ita docent D. Ambr. in comment. super 2. ad Thessal. cap. 2. et Rabanus Maurus tract. de Antichristo, qui conceptis verbis docent, Antichristum fore circuncidendum. De lege vero Iudæorum ab eo obseruanda, idem affirmant Cyrillus Hierosol. catechesi. 15. Seuer⁹ Sulpit. lib. 2. de vita S. Martini, vbi ait Antichristum præceperum esse, vt omnes secundùm legem circuncidantur. Et D. Greg. lib. 11 registri in dictione. 6. cap. 3. *Venies*, inquit, *in mundum Antichristus diem Sabbathi, & diem Dominicum ab omni iubebit opere custodiri; nam quia simulaturus est mori se, ac resurgere: ideo diẽ Dominicum in veneratione haberi præcipiet: quia vero iudaizare populum compellet, vt ritus Moysaicæ legis renocet, & Iudæorum sibi subdat perfidiam, di Sabbathi obseruari coget.* Hæc Gregorius. Verùm hoc arbitramur initiò tantùm facturum, postea enim rerum potitus nouas ipse leges nefarias promulgabit, omnem peccandi licentiam continẽtes, modò ipsum tãquam Deum omnes recipiant. Quod enim tandem repudiaturus sit legem Moysaicã manifestè colligitur ex illis verbis Dan. 11. *Deum patrũ suorum non reputabit.* Si enim Deum Israel non venerabitur, nec illius sane legem Iudæis olim datam, cœremoniasque obseruabit.

Cyril. Hierosol. Hippolytus. D. Ephræm.

Templũ Hierosolymitanũ instaurabit in gratiam Hebræorum. Rabanus.

Iudaicam legẽ obseruabit

D. Ambrosius. Rabanus.

Cyril. Hierosol. Seuer. Sulpit.

D. Gregor. Omnes secundũ legẽ circũcidi præcipiet

Dan. 11. 37.

Quod nam sit illud templum, in quo sessurus prædicitur Antichristus.

SECTIO VIII.

1

TÒ AMENTIÆ SImul, & impudẽtiæ veniet Antichristus, vt sibi tanquàm Deo litari, hostiasq; immolari præcipiat: imo & in templo Dei sedeat tanquàm Deus, quemadmodũ disertis verbis docet Paulus 2. ad Thessal. 2. *Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Theodoretus, D. Chrysost. Theophyl. & Oecumen. in eum locũ Pauli, nomine templi accipiunt tẽpla Christianorum, in quibus Antichristus se faciet adorari. Verùm cõmunis opinio est, Antichristum reædificaturũ esse templũ illud Hierosolymitanum in gratiam Iudæorum; in eoq; sessurum tãquam Deũ: sic enim tradunt Cyrillus Hierosol. catechesi. 15. D. Iren. lib. 5 aduersus hæreses, cap. 25. & 30. Hippol. Martyr in orat. de consummatione mundi. D. Hieron. in epist. ad Algasiã q. 11. D. Ambr. in. 21. cap. Lucæ, D. August. lib. 20. de Ciuitate Dei, cap. 19. Seuer. Sulp. lib. 2. de vita S. Martini, D. Hilar. canone. 25. in Matt. D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 28. Se-

2. Thessal. 2. 3

Theodoretus. D. Chrysost. Theophylact⁹ Oecumenius.

In templo Hierosol. sedebit Antichristus tanquã Deus.

Cyril. Hierosol. D. Irenæus. Hippolytus.

D. Hieronym. D. Ambrosius D. August. Seuerus Sulp. D. Hilarius. D. Ioan. Dam.

dulius in commēt. super. 2. ad Thessal. 2. imo ipsemet Theodoretus, Chrysost. Theophyl. qui aiunt Antichristum sessurum in Ecclesijs christianorum; simul affirmant sessurum in templo Hierosolymitano. Itaq; solus Oecumenius id negat ea ductus ratione, quòd sola templa christianorum, tēpla appellari possint; quæ tamen ratio non multùm habet momenti.

Oecumenius.

2 Confirmatur eadem sententia ex cap. 11. Apoc. vbi dicuntur Enoch, & Helias occidendi ab Antichristo, & eorum corpora iacitura in plateis ciuitatis magnę: vbi & Dñs eorū crucifixus est. Ex quibus verbis manifeste colligitur Antichristū Hierosolymis regnaturum, vt postea dicemus. Atq; adeo verisimile est, ibi Pauli prædictionem, de sessione in templo Dei, esse adimplendam. Porro templum hoc Hierosolymitanum, ab Antichristo instaurandū, cēsetur templi nomine; tū propter templum illud antiquū Salomonis, quod repræsentabit; tum quia more templi sacrificijs, & hostijs Antichristo immolandis inseruiet. At quid respōdebimus ad locum illum Dan. 9. vbi videtur significari templum Hierosolymitanum nunquàm amplius instaurandum illis verbis: *Vsque ad consummationem, & finē perseuerabit desolatio?* Respondemus adhuc constare vaticinium Danielis: vere enim ad finem vsque perseuerabit desolatio: quia tantùm in fine mundi ab Antichristo instaurabitur. Aut certe etiam dici potest adhuc Antichristi tempore templi desolationem duraturam, quia nunquàm scelestiùs, quàm tūc templū illud profanabitur: quid enim magis profanū, magisque execrandum, quam in templo illo olim celeberrimo, & sāctissimo thura Antichristo adoleri, hostiasque immolari?

Apoc. 11. 8.

Dan. 9. 27.

Qua nam arte, & quibus initijs Antichristus orbis imperium obtinebit?

SECTIO IX.

BSCVRVM initiò futurum Antichristum, & clam atque occultè educandum liquidò testātur Sacrę literæ idcircò enim Dan. 7. appellatur cornu paruulum. *Considerabam*, inquit, *cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum*: quemadmodū D. Hieronymus, & Theodoretus eo loco interpretantur: luculentiùsque adhuc prædicitur Dan. 11. *Stabit in loco despectus, & non tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia.* Quanquā enim eum locum Porphyrius, & alij veteres de Antiocho Epiphane intellexerunt: rectiùs tamen accipi de Antichristo docet D. Hieron. in comment. super Dan. *Qui consurget*, inquit, *habet de modica gente, id est, de populo Iudæorum, & tam humilis erit, atque despectus, vt ei non detur honor regius, & per insidias, & fraudulentiam obtineat principatum, & hoc faciet, quia simulabit se Ducem fœderis, hoc est legis, & testamenti Dei.* Idemque affirmat D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. cap. 27. *Clam*, inquit, *educabitur, ac repente insurget, caputque attollet, atque imperio potietur, & in regni quidem, vel tyrannidis potiùs præludijs, bonitatis speciem præ se feret; cum verò rerum potitus fuerit, tunc peruersitatem omnem suam depromet.* Id, quod magis exponens Hippol. Martyr orat. de consummatione mundi, postquam eius hypocrisim, & simulationem, simulque miracula descripsit, adiungit: *Hæc omnia faciet consilio simulato, & fraudulento, quo circumueniat omnes, vt illum regem creent: nam vbi populi tantas eius virtutes, & facultates perspexerint, vno consensu cōuenient omnes vnum in locum ad creandum illū regem, ac præcipuè Iudæorum gens præ omnibus ipsi tyranno chara erit; dicētque illi omnes, Tibi obtemperamus, & agnoscimus te iustum super omnē terram: atque initio quidem subdolè gloriam hanc repudiabit, at perseuerantes homines, & obsecrantes regem illū declarabunt.* Hęc Hippolytus.

1

Dan. 7. 8.

D. Hieronym. Theodoretus.

Dan. 11. 21.

Porphyrius. Antichristus initio humilis erit, atque despectus.

D. Hieronym.

D. Ioan. Dam.

Hippolytus.

Eius hypocrisis.

Iudæorū gens præ omnibus Antichristo chara.

2

Itaque ad duo capita videtur Hippolytus initia imperij Antichristi reuocare. Vnum erit signa, & prodigia, quæ ante suum principatum, dum adhuc erit obscurus coram multis admirabilia perpetrabit, mundando leprosos, sanando paralyticos

ralyticos, expellẽdo Dæmones, mortuos in ſpeciem excitando. Alterum erit incredibilis hypocriſis, & virtutum omniũ ſimulatio. Cyrillus Hieroſol. catecheſi 15. arbitratur Antichriſtũ peruẽturũ ad imperij totius orbis faſtigium, gẽtes quidem ſibi incantationibus, & veneficijs conciliando, Iudæos autem, appellando ſe Meſsiam regem; idque portẽtis & magicis ſignis confirmando. *Veneficijs*, inquit, *incantationibus, & malis artibus inſtructiſsimus vſurpabit ſibi poteſtatẽ Romani imperij, falſò autem Chriſtum ſe ipſum vocabit, ac per hanc Chriſti appellationem Iudæos, qui venturum expectãt, decipiet: gentes verò per magicas impoſturas ſeducet.* Addit Hippolytus ad hoc ipſum vſurum eſſe Dæmonum miniſterio, & legatione: *Mandata*, inquit, *mittet per vniuerſam prouinciam opera tùm Dæmonum, tum hominum, qui dicant: Rex magnus natus eſt ſuper terram, venite omnes ad adorandum eum; en ipſe vobis præſtabit frumentum, & vinum, & opes, ac ſublimes dignitates.* Id quod etiam affirmat Beatus Ephrẽm Syrus tract. de conſummatione ſeculi, & Antichriſto. *Aſſumpta*, inquit, *poteſtate impudentiſsimus ille Dæmones ablegabit ad vniuerſos fines terræ, qui cunctis prædicẽt magnum iam regem cum gloria apparuiſſe, omnesq; ad occurrendum ei, viſendumque ipſius decorem inuitent.*

Cyril. Hieroſ. — Quibus artib⁹ conciliabit ſibi gentes.

Per vniuerſũ orbem mittet legatos.

B. Ephræm.

Quale futurum ſit imperium Antichriſti, & quę eius imperij ſedes?

SECTIO X.

1



IMPERIVM ROmanũ Antichriſti tẽpore diuiſũ fore in decẽ reges prædixit Dan. c. 7. *Ecce*, inquit, *beſtia quarta terribilis, atque mirabilis & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedent, atque comminuens: & reliqua pedibus ſuis conculcans: diſsimilis autem erat cæteris beſtijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.* Hanc beſtiam communis expoſitio Romanum interpretatur imperium cũ D. Hieronymo, Theodoreto, & alijs: cornua autem decem, decem reges, in quos erit imperium diſtributum. Igitur Antichriſtus Romanum imperium occupabit, tribus regibus ex illis decem, profligatis, & occiſis; reliquis ſeptem ſub ſuam poteſtatẽ, ditionẽque ſubiectis: id quod eodem capite Daniel ita prænuntiat. *Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum, & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.* Et paulò poſt ſe ipſum interpretans, ſubiungit: *Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem ipſius regni, decem reges erunt, & alius cõſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.* Quod vero Daniel per hunc regem potentiorem prioribus Antichriſtum intelligat, ex ſequẽtibus manifeſtè colligitur. *Sermones*, inquit, *contrà excelſum loquetur, & ſanctos altiſsimi cõteret, & putabit quod poſsit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Vnde meritò D. Hieronymus in comment. eius loci ita concludit. *Dicamus ergo quod omnes ſcriptores Eccleſiaſtici tradiderunt, in conſummatione mundi, quando regnum deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter ſe diuidant: tunc vndecimum regem paruulum ſurrecturum, qui tres reges de illis decem, ſuperaturus ſit, id eſt Ægypti, Africæ, & Æthiopiæ reges, quibus interfectis, ſeptem alij reges victori colla ſubmittent.* Hæc ille.

Dan. 7. 7.

D. Hieron. Theodoret⁹.

Imperium Rõmanũ occupãbit Antichriſtus.

Dan. 7. 8.

D. Hieron.

Romanũ impẽrium ad mundi finem decẽ reges inter ſe diuident.

Ad hæc, hos tres reges ab Antichriſto occidendos, quos D. Hieronymus ait futuros reges Ægypti, Africæ, & Æthiopiæ Lanctantius lib. 7. Diuinarum inſtit. cap. 16. exiſtimat futuros reges Aſiæ, qui tũc Aſiam obtinebunt. Itaque ex decem regibus, qui Romanum imperium adminiſtrabunt, tres collatis ſignis ſuperabit, & occidet Antichriſtus; reliquos ſeptem ſibi vltro parentes viuos relinquet, ſibique ſubijciet. Atque hoc eſt quod Ioannes hoc ipſo cap. docuit, cum dixit, oſtenſum ſibi fuiſſe Draconem habentem capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus ſeptem diademata. Primũ enim decem erunt cornua, ideſt, decem reges; ſed poſtea tribus interfectis, ſeptem remanebunt capita, cùm ſeptem diadematibus, id eſt, ſeptem reges regalibus coro-

2

Lactantius.

Tribus interfectis regibus, ſubiiciet ſibi reliquos.

nis decorati, Antichristoque subiecti. Idemque est, quod initio huius cap. 13. repetitur. *Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata.* Nihil enim aliud significatur, quàm initio quidē decem futura esse cornua, decemque diademata, id est, decem reges; postea tamen tribus ab Antichristo interfectis, relinquenda tantùm esse septem diademata, & septem capita, hoc est, septem reges. Et cap. 17. meretrix purpurata sedet super bestiam habentem capita septem, & cornua decem.

Apoc. 13. 1.

Apoc. 17.

3

De alijs prælijs Antichristi loquitur Daniel cap. 11 *In tempore*, inquit, *præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus, & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret, & pertransiet: & introibit in terram gloriosam, & multi corruent, hæ autem solæ saluabuntur de manu eius Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon: & mittet manum suam in terras, & terra Ægypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum auri, & argēti, & in omnibus pretiosis Ægypti; per libyam quoque & Æthiopiam transibit, & fama turbabit eū ab Oriente, & ab Aquilone, & veniet in multitudine magna, vt conterat, & interficiat plurimos.* Quē locum D. Hieronymus totum de Antichristo interpretatur. Quod autem Edō & Moab, & Ammon euasurç dicantur ex Antichristi manibus, illud significat, auctore Hieronymo, Idumæam, Moabitas, & filios Ammon, id est, Arabiā, relinquē dam esse intactam, quia illuc Sancti ad deserta confugient. Deniç de prælio Gog, & Magog, de quo agitur Genes. 38. & Apoc. 20. illud interim satis sit annotasse per *Gog*, accipiendū esse Antichristum; per *Magog* autem Antichristi exercitum ex barbaris, ferocissimisç gentibus collectum. Itaç prælium Gog, & Magog, esse prçlium Antichristi, exercitusque eius aduersus Ecclesiā, vt ad cap. 20. fusè docebimus.

Dan. 11. 40.

D. Hieronym.

Quo pacto Arabia euasura sit ex Antichristi manibus.

Gen. 38.

Apoc. 20.

4

Ex dictis plane colligitur Antichristum futurum omnium, qui vnquàm fuerunt, erunt uè regum, imperatorumque potentissimum: Siquidem vniuersum orbem sibi subijcier, nec patietur aliquē vsquàm gentium nisi suo nomine regnare. Id quod Daniel cap. 7. significauit illis verbis. *Ipse potentior erit prioribus.* Et D. Hieronymus in cap. 11. Dan. affirmat Antichristum toto orbe regnaturum. De cuius etiam monarchia loquēs Lactantius lib. 7. Diuinarum institut. cap. 16. sic ait. *Multiplicabitur extremis mundi temporibus imperium, & summa rerum potestas per plurimos dissipata, & concisa minuetur: Tunc discordiæ in perpetuum serentur, nec vlla requies bellis exitialibus erit, donec reges decem pariter existant, qui orbem terræ, non ad regendum, sed ad consumendum partiantur: tunc repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plagæ septentrionalis orietur, qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societatem à cæteris, ac princeps omnium constituetur.* Fore etiam Antichristum opulentissimū imperatorem docet Daniel eodem cap. 11. illis verbis. *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti.*

Dan. 7. 24.

D. Hieron.

Lactantius.

Dan. 11. 43.

Quod verò spectat ad imperij sedem, & regni metropolim, Babylone primū creditur regnaturus, vt pleriç colligunt ex Zachariæ cap. 5. cum dicitur. *Leuauerūt amphoram inter cœlum & terram. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: quò istæ deferunt amphoram? & dixit ad me, vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.* Quo loco pro *terra Sennaar*, Septuaginta transtulerunt, *in terra Babylonis.* Est enim Sennaar, auctore D. Hieronymo, campus Chaldæorum, in quo Babylon est ædificata; significaturç ea visione supplicium Iudęorum vsç ad tempora Antichristi duraturum, quo tempore ędificabitur eis domus Babylone, eo quòd ibi incipiet Antichristus regnare, & à Iudæis vt Messias recipietur. Quanquam verò initia eius imperij Babylone erunt, tamen præcipue Hierosolymis imperabit, eritque ea vrbs sedes regni. Id, quod confirmari solet ex illis verbis Apostoli ad Thessal. 2. *Ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquàm sit Deus.* Esse autē per *templum* eo loco accipiendum templum Hierosolymitanum, quod ipse instaurabit, iam superiùs multorum Patrū testimonio confirmauimus. Cum igitur sedere debeat in templo Hierosolymitano videtur eam vrbem futuram sedem imperij. Accedit quod Apoc. 11. docet

5

Zachar. 5. 9.

Babylone primùm regnabit Antichristus.

Septuaginta. D. Hieron.

Vrbs Hierosol. metropolis regni Antichristi.

2. Thessal. 2.

Apoc. 11.

Antichristus erit omnium imperatorum potētissimus.

Ioannes, Enoch, & Heliã Hierosolymis ab Antichristo occidendos, vt in commentarijs eius capitis diximus: quod argumẽto est ibi imperij metropolim, ac sedem ab Antichristo erigendam.

De signis, & prodigiis admirandis quidem, sed fallacibus, quæ Dæmonis opera patrabit Antichristus.

SECTIO XI.

1 IRIBVS quasi machinis validissimis Antichristus Ecclesiam oppugnabit: quemadmodùm docet Rabanus Maurus Archiep. Mogũtinus; terrore nimirùm, muneribus, & & prodigiis. Et quidem vera miracula efficere non poterit, cum id ad solius Dei potestatem, & imperium pertineat; verum effecta admirabilia, signaq; multa, & prodigia perpetrabit Dæmonum opera. Quanquam vero multa verè per magiam efficiet; videlicet opera Dæmonum applicãtium actiua passiuis; cuiusmodi fuerunt serpentes illi Magorum Pharaonis, vt est probabilior sententia: meritò tamen omnia eius signa mendacia appellantur, quia ad fallendum, doctrinæque suę falsitatem astruendam pertinebunt. De quibus signis, & prodigiis loquitur Paulus 2. ad Thessal. 2. *Cuius est aduentus secũdum operationẽ Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent.* Quænam verò huiusmodi prodigia sint futura habemus ex parte significatum à Patribus. Methodius Episcop. & Mart. in suis reuelationibus, quæ referuntur tomo 2. Bibliothecæ Sanct. Patrum. *Faciet*, inquit, *multa signa, & prodigia sophistica, & falsa, cæci respicient, claudi ambulabunt, surdi audient, dæmoniaci curabuntur, cõuertet solem in tenebras, & lunam in sanguinem apparenter.* Hippolytus Episcopus, & Martyr orat. de consummatione mundi. *Leprosos*, inquit, *mundabit, paralyticos excitabit, expellet Dæmones, longinqua non aliter, quam præsentia denuntiabit, mortuos suscitabit, transferet montes ante oculos spectantium, siccis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem è cœlo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem, solem circum aget quò libuerit, & vt semel dicam omnia terræ, marisque elementa, vi oblatæ apparitionis coram spectantibus obtemperare sibi demonstrabit.* Beatus Ephræm Syrus tract. de consummatione seculi, & Antichristo. *Trãsferet*, inquit, *Montes & Insulas fallaciter, & currere quidem videbitur mons coram cunctis turbis spectantibus, licet omnino à suis fundamentis non sit motus, super abyssum incedet, & in ea, vt super terram se ambulare simulabit: magna tribulatio erit in diebus illis, quando se ipsum vt Deum ostendabit e formidabilibus portentis, per aera volitans, cunctique Dæmones in forma Angelorum: cum timore coram tyranno in aere sublimes volitare conspicientur.* Rabanus Maurus tract. de Antichristo, qui falsò, vt diximus, ascribitur D. Augustin. *Faciet*, inquit, *signa inaudita, arbores nimirùm subito florere, & arescere; mare turbari, & subito tranquilliari: naturas in diuersas figuras mutari, agitari aera ventis, & multimodis commotionibus mortuos in conspectu hominum suscitari.*

I

Rabanus.

Omnia Antichristi signa mendacia.

2. Thessal. 2. 9

Methodius.

Hippolytus.

B. Ephræm.

Rabanus.

Quæ omnia non de solo Antichristo accipienda sunt, sed de eius etiam sectatoribus, potissimumque prædicatoribus, vt Christus Dominus conceptis verbis docuit Matt. 24. *Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi.* Vbi notandũ est de signis, & prodigiis dictũ fuisse: *Vt in errorẽ inducãtur, si fieri potest etiã electi.* Erit enim hæc lõge omniũ grauissima tẽtatio, multò ipsis tormentis, muneribusq; potentior. Ita prædictionem Christi intellexit Cyrillus Hierosol. catechesi 15. *Nunquid*, inquit: *non beatus martyr erit, qui tunc pro Christo martyrium pertulerit? Ego verò illum super omnes martyres esse dixerim: nam qui antea præcesserunt, cũ hominibus illis tantum certamen erat; qui verò tempore Antichristi patientur, personaliter cum Satana pugnabunt: tunc vero superiores illos martyres reges solum occidebant, mortuos autem non excitabant, neque signis & prodigiis cuiusque phãtasiam perturbabant; hic autem & timore, & necessitatis mala subuersione, vt seducantur si fieri potest etiam electi; ne quando in cor ascendat, quæ Christus plura his gesserit.* In eandem sentẽ-

2

Matt. 24. 24.

Prædicatores Antichristi multa, non tamen vera edẽt miracula.

Cyril. Hieros.

Martyres qui tempore Antichristi patientur, super omnes martyres.

D. Gregorius. fiam loquitur D. Gregorius lib. 32. Mor. cap: 13. *Pensemus*, inquit, *quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius martyr, et corpus tormentis subijcit, et tamen ante eius oculos tortor miracula facit: cuius tunc virtus nõ ab ipso cogitationum fundo quatiatur: quando is, qui flagris cruciat, signis coruscat?* Et D. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 28. *Olim*, inquit, *facie bant miracula martyres, tunc autem videbuntur facere ipsi persecutores.*

D. Isidorus.

3 Cæterùm quanquàm tam multa, tam que admiranda futura sint huiusmodi signa; nunquàm tamen Christi Ecclesia, fidesq; ac religio labefactari poterũt. Nam præter alia maxima subsidia, quibus Diuina prouidentia fideles eius temporis mirum in modum confirmabit; simul etiam Enoch, & Helias toto fere tẽpore tyrãnidis Antichristi illustrissimis miraculis coruscabunt, vt diximus cap. 11. cum Ioanne, quinto nostro exegetico sect. 11. Quare defẽdi nõ potest id, quod ait Dominicus à Soto, lib. 4. sentẽt. d. 46. q. 1. art. 1. videlicet propter acerbissimã illam persecutionem, fidem ac religionẽ Christi extinguendam esse. *Extincta*, inquit, *fide per discessionem ab Apostolica sede totus mundus vanus erit, ac deinceps in casſum procedentis expauescant ergo mortales, quam sit pestilens amor sui, inde enim dimanat elatio, et superbia quæ sub Ducatu tãdem Antichristi ciuitatem Dei labefactabit.* Non potest, inquam, defendi hęc sententia, vt bene aduertit Bellarminus tract. de Antichristo, cap. 17. tom. 1 suarum controuersiarum: quoniã pugnat cum illa Christi promissione, Matt. 16. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Accedit, quòd cũ Christus Dominus dixit, Matth. 24. *Dabunt signa magna; ita vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi: sed propter electos breuiabuntur dies illi:* manifestè significauit tempore Antichristi futuros electos, atq; adeo Ecclesiam. Qua de re legendus est D. August. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 8. *Post hæc, inquit, oportet eum*, (id est Diabolum,) *solui breui tempore, si hoc est Diabolo ligari, & includi, Ecclesiam non posse seducere: hæc ergo erit solutio eius vt possit? Absit. Nunquam ab illo Ecclesia seducetur prædestinata, & electa ante mundi constitutionem; de qua dictum est: Nouit Dominus qui sunt eius: et tamẽ hic erit Ecclesia illo tempore etiam quo soluendus est Diabolus, sicut ex quo est instituta hic fuit, et erit omni tẽpore, in suis vtique, qui succedunt nascendo morientibus.* Id quod probat Augustinus ex cap. 20. huius operis cũ dicitur: *Et ascenderunt super terræ latitudinem, et circuierunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem. Et descendit ignis de cœlo à Deo et comedit eos: et Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnũ ignis et sulphuris, vbi et bestia, et pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Sed hoc iam ad iudicium vltimum pertinet; quod nunc propterea commemorandum putaui, ne quis existimet eo ipso paruo tẽpore, quo soluetur Diabolus in hac terra Ecclesiam non futuram, illo hic eam vel non inueniente, cum fuerit solutus; vel absente cum fuerit mediis omnibus persecutus.* Et paulò inferius: *Alligatio*, inquit, *Diaboli, est non permitti exercere totam tẽtationem, quam potest, vel vi, vel dolo ad seducẽdos homines in partẽ suã cogẽdo violẽter fraudulẽter vè fallẽdo: quod si permitteretur in tam longo tẽpore, et tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult et fideles deijceret, et ne crederent impediret; quod ne faceret alligatus est.* Deniq; paucis interpositis, *Soluetur*, inquit, *in fine, vt quam fortẽ aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum ingẽti gloria sui redẽptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat.* Hactenus Augustinus.

Antichristi persecutione nũquam labefactabitur Ecclesia.

Opinio Dominici Soto nullo modo defẽdenda.

Bellarminus.

Matt. 16. 18.

Matth. 24. 24

Augustinus.

Apoc. 20. 9.

Vtrum Antichristo regnante, sacrificium Eucharistię in Ecclesia cessaturum sit?

SECTIO XII.

QVOD CESSATVrum sit non semel videtur à Daniele prænuntiatum; etenim cap. 8. *Audiui, inquit, vnum de sanctis loquẽtem: et dixit vnus sanctus alteri, nescio cui loquẽti: Vsq; quò visio, et iuge sacrificium, et peccatum desolationis, quæ facta est, et sanctuarium, et fortitudo conculcabitur? Et dixit ei: vsque ad vesperã et mane dies duo millia trecenti, et mundabitur sanctuarium.* Et cap. 11. *Tolluẽt sanctuarium fortitudinis, et auferẽt iuge sacrificium, et dabũt abominationẽ in desolationẽ.* Quæ duo testimonia quanquam communis expositio in-

1

Dan. 8. 13.

Dan. 11. 31.

terpretatur

terpretatur de iugi sacrificio legis veteris, quo singulis diebus duo agni anniculi immaculati, vnus mane, quod erat sacrificium matutinũ: alter vesperi, quod sacrificium vespertinum dicebatur, in holocaustum immolabãtur. Numer. 28. Quod iuge sacrificium cessauit tempore Antiochi, de quo ijs locis sermo est. Nihilominus confitetur D. Hieron. à plerisque accipi de temporibus Antichristi sub typo regis Antiochi. Sed luculentiùs idem habemus expressum capite. 12 *A tẽpore cum ablatum fuerit iugè sacrificium, et posita fuerit abominatio in desolationẽ dies mille ducẽti nonaginta.* Vbi manifestè sermo est de Antichristo, cum tempus tyrannidis exprimatur, diebus mille ducentis nonaginta comprehensum, vt affirmant D. Hieron & Theodoret. in eum locum D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses. Hippol. Martyr. orat. de consummatione mundi. Primasius in cap. 11. Apoc. & reliqui communiter. Quod nam verò aliud iugè sacrificium accipiẽdum videtur, quã sacrificium Eucharistiæ? quod cum in vniuersis fere orbis prouincijs celebretur, quas alternis conuersionibus obit sol, meritò iugè, & continuum appellari potest; cũ fere semper oporteat, siue in his, siue in illis partibus offerri: iuxta illud Malach. 1. *Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mũda, quia magnum est nomen meum in gẽtibus, dicit Dominus.* Et quanquàm pro *iugi sacrificio* Septuag. transtulerunt, ἐνδελεχισμόν, ità locum reddentes: ἀπὸ καιροῦ παραλλαξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, hoc est, adverbũ *à tempore mutationis continuitatis.* Etenim ἐνδελεχισμὸς continuitatem significat, & eo loco haud dubiè continuitatẽ Diuini cultus: significarique videtur continuationem cultus Diuini ea celebritate, qua modo agitur, tempore Antichristi desituram. Tamẽ cum præcipuus, & maximus religionis nostræ cultus, ipso Eucharistiæ mysterio contineatur, meritò complures ad Eucharistiam, vaticinium Danielis pertinere existimarũt. Id quod præter alios disertè docet Hippol. Martyr orat. de consummatione mundi. *Pretiosum*, inquit, *corpus, & sanguis Christi non extabit in diebus illis; liturgia*, id est, Missæ sacrificium, *extinguetur.* Atque hęc sunt, quæ sacrificium Eucharistiæ cessaturum Antichristi tempore confirmant.

Numer. 28.

D. Hieron.

Dan. 12. 11.

D. Hieron. Theodoret. D. Irenæus. Hippolytus. Primasius.

Eucharistia, iuge sacrificium

Malachię 1.

Septuag.

Hippolytus.

Ex altera verò parte videtur obstare illustris illa Christi pollicitatio Matt. 28. *Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.* Quam licet D. August. tract. 50. in Ioan. de præsentia secundùm prouidentiam & fidem. Et D. Ambr. lib. de Isaac, & anima cap. 7 de protectione accipiant: tamen de præsentia quoq; in sacramento Eucharistiæ, plerique interpretantur; quos sequitur Iansenius in concordia. Quare dicendum putamus Eucharistiæ mysterium, & cultum publicè quidem cessaturum tẽpore Antichristi, quippe qui nihil magis, quàm hoc sacramentum, vt pote locupletissimũ passionis Dominicę monumentum detestabitur. Quo sensu intelligẽdus est Daniel: eamque ob causam Septuaginta voce ἐνδελεχισμοῦ vsi sunt, quę cultus continuitatem, & celebritatem significat: id tamen non efficiet, quominùs priuatim, & in locis occultis, vbicunque se fideles metu persecutionis abdiderint, sacerdotes corpus Christi conficerent, fidelibusque communicent, nec enim Deus electos alienissimo illo tempore tã præsenti solatio, subsidioque destituet: vt etiam tunc verum sit illud Psal. 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Quo sensu prædictio Christi accipienda est; atque ita rectè constant, & cohærent testimonia, quæ in speciem secum ipsa pugnare videbantur.

2 Matt. 28. 20.

D. Augustin.

D. Ambros.

Cornel. Iansen

Eucharistiæ mysterium, & cultus publicè cessabit tẽpore Antichristi.

Septuaginta.

Psal. 22. 5.

Quanto tempore duratura sit Antichristi tyrannis, & sub eo Ecclesiæ persecutio.

SECTIO XIII.

ANTICHRISTI tyrannidem modico tempore duraturam prędixit Christus Matthęi. 24. *Nisi breuiati*, inquit, *fuissent dies illi, non*

Matth. 24. 22.

fieret

fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur. Et Apoc. 12. *Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens, quia modicum tempus habet.* Et cap. 28. *Post hæc oportet illum solui modico tempore.* Modicum appellatur huiusmodi tēpus, quia erunt tres tantùm anni cum dimidio, vt multis in locis Scripturæ Sacræ prædicitur, veluti Dan. 12. *Et audiui virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis: cū eleuasset dextram, & sinistram suam, & iurasset per viuentem in æternùm, quia in tempus, et tempora, et dimidium temporis.* Quo loco *tempus* annum significat: *tempora* duos annos: *dimidium temporis* anni dimidium: quemadmodùm docet D Hieron. & communis expositio: & nos ad cap. 12. vberiùs diximus. Et paulò inferiùs: *A tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium dies mille ducenti nonaginta*: hoc est tres anni cū dimidio trāsibunt; et præterea duodecim dies. Apoc. 11. *Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Et cap. 12. *Fugit mulier in solitudinem et abscōdit se à facie serpentis per tēpus et tempora, et dimidium temporis.* Et cap. 13. *Data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Sic etiam docent D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses ad finem. Cyrillus Hierosol. catechesi. 15. D. August. lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 8. & 23 D Hieron. & Theodor. in cap. 7. & 12. Dan Beda, D. Anselm, Primas. Areth. Haymo, Rich. de S. victore, & Rupert. in loca citata ex Apocalypsi. Nec refert, quòd Daniel cap. 12. dicat à tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium transituros esse dies mille ducentos nonaginta: Ioannes autem Apoc. 11 doceat Enoch, & Heliam prophetaturos diebus mille ducentis sexaginta. Etenim Daniel loquitur de tempore tyrannidis Antichristi, quod comprehendet tres annos cū dimidio, & præterea duodecim dies: hoc est, dies mille ducentos nonaginta. Ioannes autem de tempore prædicationis Enoch, & Heliæ, qui occidendi sunt vno mense prius quàm Antichristus intereat, vt diximus ad cap. vndecimum Sect. 9.

Apoc. 12. 12.

& 20. 3.

Antichristi tyrannis durabit tribus annis cum dimidio. Dan. 12. 7.

D. Hieron. Dan. 12. 12.

Apoc. 11. 2.

& 12. 14.

& 13. 5.

D. Irenæus. Cyril. Hieros. D. August. D. Hieronym. Theodoretus. Beda. D. Anselm. Primasius. Arethas. Haymo. Richard. Vict. Rupertus.

Qualis nam futurus sit interitus Antichristi?

SECTIO XIIII.

I

IINEM, & interitum Antichristi cum futurum commemorat Daniel cap. 11. *Per Libyam*, inquit, *quoque, & Æthiopiā transibit, & fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone, & veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat plurimos: & figet tabernaculum suum in Apadno inter duo maria super montem inclytum, & sanctū: & veniet vsque ad summitatem eius: & nemo auxiliabitur ei.* In quem locum D. Hieronymus. *Nostri*, inquit, *extremum huius visionis capitulum de Antichristo sic exponunt, quòd pugnans contra Ægyptios, Libyamque, & Æthiopiam, & tria cornua de decem cornibus conterens, audituras sit de Aquilonis, & Orientis partibus aduersa bella consurgere, veniensque cum magna multitudine figat tabernaculum suum in Apadno iuxta Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, vbi incipiunt Iudeæ prouinciæ montana consurgere. Denique inde se erigens vsque ad montem Oliueti, Hierosolymorum regio ascēditur, & hoc esse quòd nunc Scriptura dicit, & cum fixerit tabernaculum suum in montanæ prouinciæ radicibus inter duo maria, mare videlicet quod nunc appellatur mortuum ab Oriente, & mare magnum in cuius littore Ioppe, Ascalon, & Gaza sitæ sunt: tunc veniet vsque ad summitatem montis eius, hoc est, montanæ prouinciæ, id est, verticem montis Oliueti, qui inclytus vocatur, quia ex eo Dominus ascendit ad Patrem, & nullus Antichristo poterit auxiliari, contra se Domino seuiente: & asserunt ibi Antichristum esse perituram, vnde Dominus ascendit ad cœlos; quod autem Antichristus veniat vsque ad summitatem montis sancti, & inclyti, & ibi pereat; Esaias plenius loquitur: Præcipitabit Dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes.* Hæc Hieronymus.

Dan. 11. 43.

D. Hieron.

Antichristus perimetur in monte Oliueti.

Esai. 25. 7.

Idem quod attinet ad montem Oliueti, in quo perimendus sit Antichristus, affirmat D. Thom. in comment. super 2. ad Thessal. 2. & alii. Quomodò autem sit interficiendus, tradit Esaias cap. 11 iuxta quorundam expositionem, vt auctor est ibi D. Hier. *Percutiet* (nimirum Christus) *terrā virga oris sui, & spiritu labiorū suorum interficiet impium.* Et Paulus 2. ad Thessal. 2. *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduētus sui.*

2

D. Thomas.

Esai. 11. 14.

D. Hieronym.

2. Thess. 2. 8.

vbi

Vbi pleriq; per *ſpiritum oris Chriſti* Michaelem Archangelum accipiunt, qui Chriſti iuſſu interfecturus ſit Antichriſtum. Quam expoſitionem commemorat D. Thomas in eum locum. Communior ſẽtentia, Spiritum oris Chriſti eius mandatum, & imperiũ interpretatur. Ita D. Thom. D. Chryſoſt. Theophyl. in eum locum. Et Theod. Dan. 11. Magiſter hiſtoriæ Schol. in 12. c. Dan. exiſtimat eũ verbo Chriſti perimendum: nimirùm aſcendente eo in cœlum Dęmonum miniſterio, audiendam eſſe de cœlo vocem Chriſti, *Morere*, & confeſtim fulmine percuſſum deijciendum, interiturumque. Haymo in cap. 11. Eſaię putat eum interficiendum potentia iuſſionis Chriſti; & licet à Michaele, vt quidam aſſerunt, interficiatur; Domini tamen nutu, hoc totum perficiendum, occidendumque, vt Doctores tradunt, in monte Oliueti in papilione, ac ſolio ſuo, illo in loco, contra quem, cœlos Dominus aſcendit.

D. Thomas. D. Chryſoſt. Theophilact. Theodor. Magiſter.

Interficietur verbo Chriſti.

Haymo.

Verùm hęc omnia multò luculentiùs explicauit Ioannes Apoc. 19. his verbis. *Vidi beſtiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius, & apprehenſa eſt beſtia, & cum ea Pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius: viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis.* Quem locum ad literam, vt verba ſonant, intelligendum exiſtimo. Itaq; iis verbis Ioannes per *ſedentem in equo candido*, Chriſtum ſignificat; nomine *beſtiæ*, Antichriſtum; nomine *pſeudopropbetæ*, præcurſorem illum ſuum, & inſignẽ concionatorem, de quo diximus hoc ipſo cap. exeget. 1. ſectione 6. atque hos duos viuos mittendos in ſtagnum ignis. Quare dicendum nobis videtur Chriſti iubentis imperio aperiendam terram, atque ab ea quaſi ad prædam hiante, Antichriſtum, eiuſque præcurſorem viuos deglutiendos. Quia tamen Paulus diſertis verbis docet 2. ad Theſſal. 2. Antichriſtum interfectum iri, neceſſe eſt omnino fateamur, vbi primùm eos terra abſorbuerit in ipſo medio hiatu, claudẽte ſe iterum terra morituros: eorumque animas ad ſtagnum inferni ignis à Dæmonibus rapiendas: quemadmodũ accidit Dathan, & Abiron, de quibus dicitur Numer. 16. *Deſcenderunt que viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.* Quod non ita eſt accipiendum, quaſi viui ad infernum peruenerint; ſed quod eos viuos terra deuorauerit, & in ipſo hiatu, quaſi compreſſo gutture, ſtrangulauerit, eorumque animas ad inferos, veluti ad ſtomachum, decoquendas tranſmiſerit: vt exponunt Abulenſ. Lyran. Hugo Cardin. & Dionyſ. Carth. ſuper 16. cap. Numer. Idem igitur accidet Antichriſto, eiuſque præcurſori. Nec enim placet ſententia Andreæ Cœſar. in cap. 19. Apoc. exiſtimantis illos non morituros, ſed incorrupto corpore viuos ad infernum deſcenſuros; ipſamque gehennam illis loco mortis futuram: cum Paulus diſertis verbis affirmet Antichriſtũ interficiendũ 2. ad Theſſal. 2. vt interim omittã illa Scripturæ ſacrę teſtimonia, quæ docẽt oẽs homines eſſe morituros.

Numer. 16. 33

Abulenſis. Lyranus. Hugo Cardin. Dionyſ. Carth

Andr. Cæſar.

2. Theſſ. 2.

3 Apoc. 19. 19.

Antichriſtus, eiusque præcurſor viui à terra deglutiẽdi. 2. Theſſal. 2.

Quantum temporis à morte Antichriſti vſque ad diem iudicii excurret.

SECTIO XV.

COMMVNIS eſt Doctorum ſententia, poſt mortem Antichriſti concedẽdum eſſe hominibus ſpacium quadraginta quinq; dierum, vt qui ſeducti ab Antichriſto fuerint, locum habeant pœnitentiæ. Ita docent D. Hieron. Theod. Lyran. Magiſter hiſtoriæ Scholaſt. Hugo Card. Dionyſ. Carth. & alii in cap. 12. Dan. Idq; colligunt ex illis verbis eiuſdem cap. *A tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta: beatus, qui expectat, & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinq;*, hoc eſt, Antichriſti perſecutio durabit tribus annis cũ dimidio: & prętera decẽ, aut duodecim diebus; hoc enim tẽpus includitur diebꝰ milleducẽtis nonagíta. Sed beatꝰ, qui mortuo Antichriſto ſuper vixerit quadraginta quinq; dies, hoc eſt

I

D. Hieron. Theodoret. Lyranus. Magiſter. Hugo Cardin. Dionyſ. Carth Dan. 12. 11.

peruenerit ad dies mille trecentos triginta quinque. Hæc enim ſumma præcedentem ſuperat quadraginta quinq; diebus. Quare ſignificatur quadraginta quinque dies futuros à morte Antichriſti, vſque ad diem iudicii: quemadmodùm diſertis verbis exponit D. Hieron. *Beatus*, inquit, *qui interfecto Antichriſto, dies ſupra numerum præfinitum, quadraginta quinque præſtolabitur, quibus eſt Dominus atque ſaluator in ſua maieſtate venturus. Quare autem poſt interfectionem Antichriſti quadraginta quinque dierum ſilentium ſit, Diuinæ ſcientiæ eſt; niſi forte dicamus, quòd dilatio regni Sanctorum, patientiæ comprobatio eſt.* Hæc Hieronymus.

A morte Antichriſti vſque ad diem iudicii 45. dies excurrent.

D. Hieron.

2

Verùm vtrum plures, quàm quadraginta quinque dies à morte Antichriſti vſque ad diem iudicii excurrere debeãt, incertum eſt; & illud etiam minimè exploratum, vt ait Lyran. in cap. 39. Ezech. vtrum illi dies futuri ſint vſuales vt noſtri, an pro annis computari debeant: quemadmodùm & Ezech. cap. 4. dicitur *Diem pro anno dedi tibi*. Iuxta quam ſententiam incognitus adhuc manet dies iudicii. Sanè admodùm probabile eſt incertas futuras eius temporis inducias: etenim Dominus Matth. 24. agens de ſuo aduentu ad iudicium ſic ait. *Sicut erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, & nubentes, & nuptui tradentes, vſq; ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam; & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit aduentus filii hominis*. Quam Chriſti ſententiam Doctores referunt ad illud tempus, quod effluet à morte Antichriſti vſque ad diem iudicii. & 1. ad Theſſal. 5. *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint; Pax, & ſecuritas; tunc repentinus ſuperveniet interitus*. Non eſt autem veriſimile, tam breui quadraginta quinque dierum ſpatio, poſt mortem Antichriſti, homines vſque adeò depoſituros tantæ perſecutionis memoriam, vt in ea viuant ſecuritate, otio, ac deliciis, quæ ante diluuiũ præceſsiſſe memorantur. Accedit, quod Chriſtus Dñs docet diem iudicii incognitũ omnibus mortalibus futurũ; ſi autẽ quadraginta quinq; tatũ dies à morte Antichriſti, vſq; ad diẽ iudicii deberẽt excurrere, ſane poſſẽt eius temporis homines eum diem certò deſignare.

Lyranus.

Computari ne debeant dies illi pro annis. Ezech. 4. 6.

Matt. 24. 38.

Dies iudicii etiam poſt Antichriſti mortẽ incognitus.

1. Theſſ. 5. 2.

Vtrum poſt mortem Antichriſti, omnes Iudęi ſint ad fidem conuertendi.

SECTIO XVI.

SVPPONIMVS in hac quæſtione Iudæos vſque ad finem mũdi illud cœcitatis velamẽ, (de quo loquitur Paulus, 2. ad Corint. 3.) ſuper cor ſuum, & ante mentis oculos habituros: id quod prętereà quamquod ex ſuperioribus manifeſtum eſt, (oſtendimus enim ex Chriſti prædictione, veterumque Patrum teſtimoniis, eos Antichriſtum, vt Meſsiam, ac Principem recepturos,) conceptis etiam verbis docet Paulus 1. ad Theſſal. 2. *Vos*, inquit *imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarũ Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu, quia eadem paſſi eſtis & uos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſequuti ſunt, & Deo non placẽt, & omnibus hominibus aduerſantur; prohibentes nos Gentibus loqui, vt ſaluæ fiant, vt impleant peccata ſua ſemper; peruenit enim ira Dei ſuper eos vſque in finem*. Grecè eſt, ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. Plerique codices vetuſti legunt, *præuenit*: quo etiam modo legit D. Ambroſ. vt ſit ſenſus; *præuenit*, hoc eſt, *occupauit eos ira Dei*. Verũ Græca ſententia eſt, *Peruenit in illos ira, ſiue vltio Diuina vſque in finem*, videlicet mundi, vt interpretatur D. Thomas. Cuius loci duplex eſt expoſitio, vna de ira Dei, quoad captiuitatem, quę duratura eſt vſque ad finem mundi, altera de derelictione Diuina, & cœcitate mẽtis, quæ vſque ad finem mundi perdurare debeat. Atque hęc poſterior expoſitio magis ex textu colligitur, magiſque eſt inſtituto Pauli conſentanea.

1

1. Cor. 3.

1. Theſ. 2. 14

Iudęorum cęcitas perdurabit vſque ad mundi finem.

D. Ambroſ.

D. Thomas.

2

Hoc ſuppoſito illud in quæſtionẽ vertitur, vtrum omnes Iudæi conſpecto infelici Antichriſti exitu, tandem deponere debeant ſui pſeudomeſsiæ cogitationem, & Chriſtum vt verũ Meſsiã, Deúq; agnoſcere. Et quidem multa loca Scripturę videntur affirmare oẽs eſſe cõuertẽdos, veluti Malach. 4. *Ecce ego mittam vobis*

Malach. 4. 5.

Omnes Iudæos conuertendos ad Christum post Antichristi mortē affirmant multa Scripturæ loca.

Heliam prophetam, ante quam veniat dies Domini magnus, & horribilis; & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum; ne forte veniam, et percutiam terrā anathemate. Quē locum expendens Diuus Augustin. lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 29. *Per hunc Heliam,* inquit, *magnum, mirabilemque prophetam expositā sibi lege vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Christum verum, id est in Christum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusque fidelium. Cum venerit ergo, conuertet corda patrum ad filios, & est sensus: Vt etiam filii sic intelligant legem, quemadmodùm patres eam intellexerunt, id est, prophetæ, in quibus erat, & ipse Moyses.* Hæc ille. Eodem modo eum locum intellexit D. Gregor. lib. 11. Moral. cap. 10. Vbi cernis iuxta Malachiæ vaticinium fore, vt Iudæi non post, sed ante mortem Antichristi, fidem Christi recipiant: siquidem conuertendi sunt ad prædicationem Heliæ, qui ab ipso Antichristo perimendus est, vti diximus cap. 11. Idquod luculentius adhuc habemus expressum Eccles. 48. vbi ad Heliam ita sermo dirigitur: *Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum; qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracū diā Dñi, conciliare cor patris ad filiū, & restituere tribus Iacob.* Idemque significauit Christus Dominus Matt. 17. *Helias quidem venturus est, & restituet omnia:* nam de Iudæis per Heliæ prædicationem in fine mundi conuertendis, eum locum accepit D. Greg. hom. 12. super Ezech. & D. Chrysost. hom. 58. in Matt. *Quænam,* inquit, *omnia? quæcunque Malachias propheta dicebat mittam vobis Heliam Tesbitem, qui restituet cor patris ad filium. Causam quoque cur venturus sit docuit, nimirum vt Iudæis credere in Christum persuadeat, ne omnes illo aduenien e penitus perdantur; quam rem ipse in memoriam reducens ait; Restituet omnia, incredulitatem videlicet Iudæorum, qui tunc erunt resipui, ad fidem conuertet.* Hæc Chrysostomus. Illud Esai. 10. quod citat Paulus ad Rom. 9. *Esaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient,* ad finem mundi non pertinet; tantumque significat, vt exponit D. Hieron. paucos Iudæos in Christum, cum venissēt credituros, & saluandos, si comparentur cum innumerabili multitudine eorum, qui cum non erāt recepturi; id enim reliquiarum nomine comprehenditur.

Eccli. 48. 9.

Matt. 17. 11.

D. Gregor. D. Chrysost.

Rom. 9. 27.

D. Hieronym.

Multo clariùs loquitur Apostolus ad Romanos 11. *Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc, quia cœcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob.* In quem locum Diuus Thomas obseruauit particulam illam, *Donec,* posse designare causā excœcationis Iudęorum, vt propterea nimirum Deus permiserit eos excœcari, vt plenitudo gentium intraret: posse etiam designare terminum, vt significetur vsque eo duraturam cœcitatem Iudæorum, donec plenitudo gentium ad fidem intraret, & huic posteriori sensui concinere, quod infra subiungitur de futuro remedio Iudęorū, cum dicitur: *Et tunc* (scilicet cum plenitudo Gentium intrauerit) *omnis Israel saluus fiet. Non particulariter,* inquit D. Thomas, *sicut modo, sed vniuersaliter omnes.* Quā Diui Thomæ sentētiam multo ante D. Chrysostomus asseruerat hom. 19. in epistolam ad Rom. super illa verba c. 11. *Quod si delictū illorū diuitiæ sūt mūdi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum? Non dixit,* inquit Chrysostomus, *quanto magis conuersio, vel correctio eorum, sed quanto magis plenitudo eorum: hoc est, quando vniuersi ad fidem acceßuri sunt.*

2

Rom. 11. 25.

Esai. 59.

D. Thom.

Iudæorū cęcitas cur à Deo permissa.

D. Chrysost.

Rom. 11. 12.

Dicēdum igitur arbitramur per Enoch, & Heliæ prædicationem ante mortē Antichristi multos ex Iudæis conuertēdos: idque & à Malachia, & Ecclesiast. 48. & à Christo Domino prænuntiatum vt patet ex citatis testimoniis, & disertis verbis docet D. Greg. hom. 12. in Ezech. *Enoch,* inquit, *& Helia prædicante multi ex iis, qui tunc ex Iudæis in infidelitate remanserint, ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodem Helia dicitur. Helias veniet, & restituet omnia.* Theodoretus in duodecimum caput Danielis, existimauit Iudæos conuertendos prædicatione Heliæ, post mortē Antichristi, in quo deceptus est auctor grauissimus. Etenī Enoch, & Helias occidēdi sūt ab Antichristo, & post triduū à mortuis excitandi, statimq; as-

3

Ante mortem Antichristi multi conuertēdi ex Iudęis Heliæ prædicatione.

D. Gregor.

Matt. 17. 11.

Theodoretus.

censuri in cœlum; quemadmodùm docuit Ioannes cap. 11. & nos ibi cum illo diximus sect. 13. Quare post mortem Antichristi non prædicabit Helias: atq; adeò plane dicendum, qui ex Iudæis cõuertendi sunt prædicatione Heliæ, conuertendos esse ante mortem Antichristi. Deinde addimus, post mortem Antichristi deposita tandem alterius Messiæ cogitatione, omnes Iudæos, aut ferè omnes fidem Christi amplexuros, idque à Paulo significatum nomine *plenitudinis*, & cum dixit; *Omnis Israel saluus fiet*. Quæ sententia est D. Chrysost. D. Thom. locis citatis. Benedictus Pererius lib. 15. in Dan. credit non omnes esse conuertendos, sed quamplurimos; & in eum sensum interpretatur Apostolum. Mouetur illis verbis Dan. 12. *Veniet tempus, quale nõ fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tẽpus illud: & in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.* Existimatq; prædici ab Angelo non omnem populum Hebræorum conuertendum, sed eum tantùm, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Itaque restringi vocem, *Omnis*, per verba sequentia: nam si omnes omnino conuertendi essent, satis fuisset dicere, *saluabitur populus tuus omnis*, nec quicquam vlteriùs addi oporteret: quæ coniectura quamuis probabilis sit; non tamẽ compellit nos à D. Chrysost. ac D. Thomæ sententia discedere; eò vel maxime, quòd Paulus omnem Israelem absque vlla restrictione conuertendum esse attestatur; vt omnes, vel ferè omnes Iudæos eius temporis conuertẽdos esse, iuxta Pauli sententiam, existimare oportear. Nec verò Angelus apud Danielem restrinxit dictionem, *Omnis*, comparatione Iudæorum, qui tempore Antichristi extiterint, sed comparatione Iudæorum in vniuersùm: hoc sensu, saluabitur populus tuus omnis, non omnis absolutè, sed ille inquam omnis populus, quem Deus ex æternitate scriptum habet in libro vitæ. Id verò minimè impedit; quominùs omnes, aut ferè omnes illius temporis Hebræi, qui post mortem Antichristi superfuerint, scripti sint in libro vitæ, atque adeò salutẽ consequantur.

Iudæi omnes aut ferè omnes post Antichristi mortẽ amplectentur Christi fidem. D. Chrysost. D. Thomas. Benedict. Per.

Dan. 12. 1.

Quibus nam ex signis diiudicari possit à fidelibus Antichristum aduenisse.

SECTIO XVII.

ILLVD postremò disquirẽdum superest, num ex Sacris literis signa aliqua colligantur, ex quibus aduentus Antichristi certò designari possit; an verò eo non solùm viuente, sed etiam regnante dubitari adhuc possit num aduenerit. Cui quæstioni respondemus pleraque esse signa notissima, quæ Antichristum cum aduenerit, certò fidelibus demonstrent.

I

Romani imperii euersio, certò designabit Antichristi aduentum.

Primum signum ducitur ex Romani imperij in decẽ reges diuisione, de qua diximus sect. 10. vbi ex Daniele, & Ioãne manifestè ostendimus tempore illo proximè Antichristi aduentum præcedẽte, fore Romanum imperium à decem regibus obtinendum. Hoc signum traditur à Paulo. 2. ad Thessal. 2. *Rogamus vos, vt non citò moueamini à vestro sensu, neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonẽ, neq; per epistolã tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini: nequis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Et paulò inferius; *Nunc retinetis, quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis, & nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tẽpore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantùm vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus.* Quo loco per *discessionem* Apostolus Romani imperij diuisionem, & euersionem intelligit. Itaq; cum ait; *Quid detineat scitis*; significat detineri adhuc aduentum Antichristi, eo quod perduret imperiũ Romanum. Ita hunc locum intellexerunt D. Chrysost. Theophyl. Oecumen. Ambrosius in comment. Cyrill. Hierosol. catechesi. 15. D. Hieron. in epistola ad Algasiam q. 11. D. August. lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 29. Idemque affirmat Lactantius lib. 7. Diuinarum institut. capite 15. & Tertull. in Apologetico capite 32. vbi ait, fideles orare pro diuturnitate Romani imperij, eo quod intelligant Romano

2. Thessal. 2. 2

D. Chrysost. Theophilact. Oecumenius. D. Ambrosius Cyril. Hierosol. D. Hieron. D. Augustin. Lactantius. Tertullian.

imperio euerso imminere orbi extremâ sub Antichristo calamitatem.

2 Insurgit obiectio.

Verùm dicet aliquis, Romanum imperium iamdiu omnino extinctum, & euersum esse, nec tamen Antichristũ aduenire: quare non debere huiusmodi signũ inter signa Antichristi aduentũ proximè præcurrentia numerari. Dominicus Sot. 4. sentent. d. 46. q. 1. art. 1. existimat per *discessionem*, de qua loquitur Paulus, accipiendam esse duplicem discessionem: vnam ab imperio ciuili, & temporali: alteram à potestate spirituali, & Ecclesiastica, quam Romanus Pontifex obtinet, priorem nũq; discessionem iam extare, quia nimirum temporale Romanę vrbis imperium iam cessauit: posteriorem adhuc expectari, per defectionem videlicet totius orbis à Sede Romana: in cuius Sedis potestatem fuit temporale illud imperium commutatum, vt auctor est Leo Papa serm. de Apostolis. Itaque vtramque discessionem necessariam esse, vt Antichristus adueniat. Sed non est, cur ad hanc distinctionem recurramus: etenim Romanum imperium adhuc perdurat in Germania, nomenq; atque successio imperatorũ Romanorũ; nam cum defecit in occidente Romanum imperium, permansit in Oriente: & iterum, quoniam imperium euertendum erat à Turcis, non sine Diuina prouidentia erectum est imperium in Occidente per Carolum magnum regem Frãciæ, qui à Leone tertio fuit Romæ electus, & declaratus Romanus imperator; cui deinde vsque ad hodiernum diem successerunt imperatores in Germania. Enimverò ad vtrũque imperium Orientale nimirum, & occidentale adumbrandum, statua illa Nabuchodonosori ostensa Dan. 2. in typum Romani imperii, quod Orientem, & occidentem sua amplitudine coercuit, duabus tibiis niteba tur: ad idemque significandum in orbis descriptionibus, magna Aquila cum duplici capite depingitur, quæ insigne est imperii Romani, vt orbem vniuersum, bipertito Romano imperio Orientali videlicet, & occidentali, subiectum intelligamus. Nec vero quicquã obest, quod hodie Roma imperatori Romano non pareat, id enim ad imperium Romanum minime pertinet; siquidem Arcadius, & Theodosius iunior, & reliqui vsque ad Iustinianum imperatores Romani fuerunt, nec tamen Romanæ vrbi imperarunt.

Domin. Sot.

D. Leo.

Diluitur obiectio.

Imperium Romanum perdurat adhuc.

Danfel 2.

Aquila cũ duplici capite in orbis descriptionibus depicta, quid designet.

3 Secundum signum ponitur à quibusdam, defectio vrbis Romæ à Romano Pontifice, quam defectionem ad totum orbem extendit Dominicus à Soto loco paulò ante citato. Quã de re quid nos sentiamus dicemus ad cap. 17. Tertium signum est Euangelii toto orbe prędicatio: debere enim hoc aduentum Antichristi prędecedere prespicuũ est ex Matt. 24. *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.* Ita etiam docent D. Hilarius canone 25. in Matth. Gyrillus Hierosol. catechesi 15. Theodoret. super 2. ad Thessal. 2. & Patres communiter. Hoc signum non dum esse completum, patet ex eo, quod multæ etiam nunc existunt gentes, nationesque amplissimæ, quibus adhuc Euangelica tuba non insonuit. Nam quod Apostolus ait ad Rom. 10. *Nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Et ad Colosſ. 1. *Propter spem, quam audistis in verbo veritatis Euangelii, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat & crescit.* Et iterum: *Quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cœlo est*; procul dubio non accipiendum est de toto orbe simpliciter, sed figuratè, accepta parte pro toto: quemadmodum & Lucę 2. cũ dicitur: *Exiit edictũ à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.* Quod autem Christus dixit, priusquam veniat Antichristus, Euangelium toto orbe esse prædicandum, simpliciter, & absolutè intelligendum est, vt omnibus orbis prouinciis, & gentibus, Euangeliũ denuntietur; quemadmodum conceptis verbis docet August. epist. 80. ad Hesychium, vbi locum illum Pauli citatum, acceptum à regio Vate. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Alia quoque responsione interpretatur, vt nimirum Paulus, quod futurum erat diceret, non quod iam erat factum, atque completum; more Scripturæ, quæ propter vaticinii firmitatem

Euangelii toto orbe prædicatio signum aduentus Antichristi. Matt. 24. 14.

D. Hilarius. Cyril. Hierosol. Theodoret.

Multis adhuc gentibus Euãgelica tuba non insonuit. Rom. 10. 18.

Colosſ. 1. 5. 23.

Luc. 2. 1.

D. August.

Psal. 18. 5.

mitatem de futuris tanquam de præteritis loquitur; *Quale est*, inquit, *illud Psalmi: Foderunt manus meas, & pedes meos, quod tam longe posthea actum nouimus*: Id quod manifestum esse confirmat ex eo, quod huiusmodi vaticinium non dum suo tempore completum esset. Est ergo D. Augustini sententia prius toto orbe simpliciter, hoc est omnibus gentibus, ac prouinciis, Euangelium prædicandum, antequam Antichristus aduenìat. Idemq; sentit Hieron. in comment. super Matth. 24. Accedit & ratio, quam affert Sotus in 4. d. 46. art. 1. Cum enim gentes reprobari debeant, quòd fidem Christi non receperint, iuxta illud Marci 16. *Qui verò non crediderit condemnabitur*, necesse plane est, vt illis Christi fides denuntietur; quò postea in rebelles iusta damnationis sententia ferri possit. Quam rationem etiam innuit Christus illis verbis Matth. 24. *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus*. In quem locum D. Hieron. *Signum*, inquit, *Dominici aduentus est, Euangelium in toto orbe prædicari, vt nullus sit excusabilis*. Atq; hæc tria signa præcedere debent Antichristi aduentum, quę sequuntur ipso Antichristo iam regnante contingent.

Psal. 21. 17.

D. Hieron.

Sotus.

Marc. 16. 16.

Matt. 24. 14.

D. Hieron.

4

Quartum signum erit grauissima, simulque notissima toto orbe Christianorum persecutio, ita vt omnia Christianæ religionis officia, cœremoniæ, sacrificia, Sacramentorum ritus, Ecclesiæq; sanctiones penitus aboleantur, quo ad publicam celebritatem; in eo enim potissimum debet omnis Antichristi certa re industria, vt Christi optimi, & maximi nomen, memoriamque extinguat; cùius persecutionis acerbitatem significauit Christus Matth. 24. *Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo neque fiet*. Id quod magno cum animi sensu lamentatur Hippolytus Mart. orat. de consummat. mundi. *Templa*, inquit, *Diuina, domorum instar erunt, locis omnibus euersiones fient Ecclesiarum, Scripturæ contemnentur hostis illius cantica vbique decantabunt, nulla erit reuerentia rerum sacrarum: nulla religio temerare, ac violare diuina: lugebunt Ecclesiæ luctu magno, quia nec oblatio nec suffitus fiet, nec cultus Deo gratus, sed Ecclesiarum ædes sacræ, tugurii instar erunt*. Quintum erit summa morum toto orbe licẽtia; nullæ enim leges erunt ad pietatem, iustitiamque pertinentes, sed omnes, vt ait Hippolytus, pro suo viuẽt arbitratu. Illud vnum Antichristus præcipiet, vt se ipsum omnes tanquã Principẽ, Deũq; agnoscant: reliquã omnẽ vitę rationẽ integram cuique permittet: ex quo fiet, vt iura omnia, tũ Diuina, tum humana, vbique violentur, atq; adeo maxima omnium rerum publicarum confusio, & perturbatio, cõsequatur, vt fusè Hippolytus persequitur.

Publica toto orbe cessatio à diuinis, signum aduentus Antichristi.

Matth. 24. 21.

Hippolyt.

Summa item morum toto orbe licentia.

5

Sextum, erit character Antichristi, quem omnes eius sectatores in fronte, aut manu dextera impressum gestabũt, vt hoc ipso cap. diximus exegetico 1. sect. 7. Septimum erit numerus nominis Antichristi conficiens summam sexcentorum sexaginta sex, de quo multa, sect. 1. Octauum erit Enoch, & Heliæ prædicatio, de qua fusè disputauimus ad cap. 11. Ex his manifestum relinquitur Antichristum non dum venisse: nã quod Apostolus ait 2. ad Thessal. 2. *Mysterium iam operatur iniquitatis*. Et Ioannes epist. 1. cap. 4. *Omnis spiritus, qui soluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est*: non de Antichristo in sua persona, sed de Antichristo in suis præcursoribus, hoc est, Hęreticis, & tyrannis accipiendum est. Etenim per *mysterium iniquitatis*, Neronis persecutionẽ intellexit D. Chrysost. & D. Ambr. Hæreticos autem Theodoret. & Sedul. in eũ locũ, & D August. lib. 20. de Ciuit. Dei c. 19. Simul refellũtur multi, tũ hæreticorũ, tũ catholicorũ errores, Antichristũ iã aduenisse affirmantiũ: cõtra quos copiosè disputat Bellarm. 1. tom. cõtrouers. lib. 3. disput. de Antichristo c. 3. Quantũ autẽ tẽporis adhuc usq; ad eius aduentũ supersit definiri nõ potest, cũ incertũ sit, quãto tẽpore mũdus debeat perdurare. Nam quod quidã aiũt, mundũ sex tantũ annorũ millibus duraturũ, incertũ plane est, temereq; affirmatur; quæ opinio fuit veterũ Hebræorũ, imo & multorum Patrum, quos ad initium huius operis citauimus, cap. 1. super illa verba, *Quæ oportet fieri cito*. Atque hæc de Antichristo dicta sufficiant.

1. Thess. 2. 7.
1. Ioan. 2. 3.

Antichristus dicitur iam venisse in suis præcursoribus.

D. Chrysost.
D. Ambros.
Theodoret.
Sedulius.
D. August.

Bellarminus.

Illius aduentui nullus certus ter minus definiri potest

CAPVT

CAPVT XIIII.



T VIDI ET ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum,& tãquam vocem tonitrui magni: & vocem, quam audiui ſicut citharædorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores; & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum mulieribns non ſunt coinquinati; virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocũque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitię Deo, & Agno; & in ore eorum non eſt inuentũ mendatium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: dicens magna voce: Timete Dominum,& date illi honorem,quia venit hora iudicii eius: & adorate eum, qui fecit cœlum, & terràm,mare, & fontes aquarum. Et alius Angelus ſecutus eſt, dicens:Cecidit,cecidit Babylon illa magna, quæ à vino irę fornicationis ſuę potauit omnes gentes. Et tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens voce magna:Si quis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua,aut in manu ſua;& hic bibet de vino irę Dei, quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius: & cruciabitur igne, & ſulphure, in conſpectu Angelorum ſanctorum,& antè conſpectum Agni: & fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam, & imaginem eius, & ſi quis acceperit characterem nominis eius. Hîc patientia Sanctorum eſt,qui cuſtodiũt

mandata Dei, & fidem Iesu. Et audiui vocem de cœlo, dicentem mihi; Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio hominis, habentẽ in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius Angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & demessa est terra. Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem; & clamauit voce magna ad eũ, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuę eius. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terrę, & misit in lacũ irę Dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu, vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta.

ARGVMENTVM.

ILLVD est de communi interpretum sententia huius capitis argumentum. Ne commemoratæ persecutionis mouendæ ab Antichristo, eiusque sectatoribus, magnitudine, ac terrore fideles desponderent, ostensa fuit hoc capite Ioanni illustrissima gloria proposita iis, qui temporum illorum acerbitatem, inuicta fidei constantia, animique celsitudine superauerint. Et quoniam cæteris, duo hominum genera præstabunt: vnum eorum, qui in tanta hominum malitia, morumque licentia, virginitatem seruauerint: alterum eorum, qui formidanda illius temporis tormenta animose pertulerint, mortemque pro Christo oppetierint, horum præcipuè Ioannes gloriam, felicitatemque commemorat; simulque persecutores, Babylonis ruina, & suppliciorum eos manentium comminatione perterrefacit.

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De Virginibus.

Quęnam sint illa centum quadraginta quatuor millia quæ cum Agno supra montem Siō Ioanni apparuerunt?

SECTIO PRIMA.

I

PRIOR hæc capitis pars tota ad virginum gloriam pertinet, docet enim Ioannes apparuisse sibi Agnum stantē supra montem Siō hoc est, Christum Dominum in monte illo altissimo Sion supernæ felicitatis, quę Sion in sacris literis appellatur, veluti Ps. 83. *Ibunt de virtute in uirtutem; videbitur Deus Deorum in Sion*: vidisseque cum eo, centum quadraginta quatuor millia, habentia nomen Agni, & nomen patris Agni, Scriptū in frontibus suis; quia scilicet Agni, patrisq; eius nomē, fidēq; nō erubuerunt corā omnibus cōfiteri, hoc enim est nomen Agni in fronte gestare. Ait præterea audiuisse se vocem de cęlo tanquā vocē aquarū multarū, & tanquā vocē tonitrui magni, eaq; fuisse sicut citharędorū citharizantiū in citharis suis, qui cātabāt quasi canticū nouū: dictūq; esse. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Quo fit vt hęc cētū quadraginta quatuor millia ad solos virgines pertineāt; quemadmodùm etiā docet D. Hieron. lib. aduersus Iouinian. & D. Aug. lib. de virginitate, cap. 27.

Quid intelligatur per mōtem Sion. Psal. 83. 8.

Quid sibi velit nomen Agni scriptum in frontibus virginum.

D. Hieron. D. August.

2

Iam verò illud primo sese offert explicandum, Quænam sint ista centum quadraginta quatuor millia virginum, & vnde tanta virginum multitudo colligenda sit? D. Hieron. lib. 1. aduersus Iouinian. existimat, hæc centum quadraginta quatuor millia virginum, quæ hoc loco commemorantur esse illa eadem, quorum facta est mentio cap. 7. cum dictū est, conuertendos fore ex Iudæis centū quadraginta quatuor millia signatorum, id est, duodecim millia signatorum ex singulis tribubus, excepta tribu Dan, pro qua posita est tribus Leui. *de singulis*, inquit, *tribubus excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribus Leui; duodecim millia signatorum virginum, creditura dicuntur; qui cum mulieribus non sunt coinquinati, ac ne putaremus de iis dici, qui scorta nonnorunt, statim intulit, Virgines enim sunt.* Vbi vides Hieronymum, per hęc centum quadraginta quatuor millia, eosdem illos intelligere, de quibus locutus est Ioannes, cap. 7. atque adeo existimare hæc cētum quadraginta quatuor millia virginum, ex solis Iudæis colligenda esse, cū c. 7. per centū quadraginta quatuor millia signatorū fideles ex Iudęis ad fidē cōuertēdi, necessario intelligēdi sit, vt cōceptis verbis eo loco docet Ioānes & nos etiam ibidem confirmauimus.

Vnde colligat Hieron tantā virginum multitudinem.

3

Verùm hæc Hieronymi sententia nobis non probatur. Primùm, quia nullo modo est verisimile solos virgines Hebræorum in fine mundi conuertendos, seruandosq; esse, nullumq; omnino corū qui vel in matrimonio, vel extra matrimonium virginitatem amiserint consecuturum salutem, at hoc admittere cogitur Hieron. siquidem hæc centum quadraginta quatuor millia, vult esse illa eadem, quæ c. 7. septimo commemorantur: quo numero Ioānes complexus est vniuersos omnino Iudæos, qui ad fidē Christi conuertentur, accipiens numerū certum, pro incerto. Deinde vt Arethas argumentatur, si ad illa eadem centū quadraginta quatuor millia alluisset hoc loco Ioannes, procul dubio articulum adhibuisset, dixissetq; τὰ ἑκατὸν τεσσαρὰ κοντα τέσσαρες χιλιάδες, hoc est, *illa centum quadraginta quatuor millia*, quod tamen non dixit, sed omisit articulum τὰ

Non placet Hieronymi sententia.

Arethas.

Denique cur de solis Iudæis Ioannes loquatur qui gentibus potissimùm scribebat? Putamus igitur hęc centum quadraginta quatuor millia, non solum ad Iudæos, sed multo etiam magis ad fideles Gentiles pertinere: nec enim ad fideles tantùm ex Gentibus referenda sunt, vt retulit Arethas, sed ad vtrosque: quanquam ad fideles ex Gentibus præcipuè, cum & numero, & virtutis studio Iudęis antecellant.

Neque Arethę opinio omnino placet.

4 Riberę sententia.

Porro nec placet Fanciſci Riberæ sententia, qui plus iusto literę adhærens existimauit numerum hunc cętum quadraginta quatuor millium non pro magno aliquo numero incerto, sed procerto, hoc est, pro se ipso præcisè adhiberi: itaque dum taxat centum quadraginta quatuor milia virginum tempore Antichristi, per vniuersum orbem, tum ex Iudęis, qui credituri sunt in Christum, tum ex reliquis fidelibus futura. Et argumentatur nō sine causa tot numeros adhibitos esse, nimirum, *centum quadraginta quatuor millia*: cur enim Ioannes tam minutam computationem adhibuisset, nisi certum aliquem, statumque numerum designare voluisset? Credo cuiuis facile hęc opinio se se vt improbabilem obiiciet. Quis enī sibi persuadeat ex tā multis gentibus toto orbe dispersis, sola cētum quadraginta quatuor millia virginum Antichristi tempore futura; cum solus numerus infantium, & puerorum ante usum rationis, & grādiorum etiam ante sensum libidinis discedentium è vita, multis partibus eam summam, vt par est credere, superare debeat: Nam de sola ciuitate Niniues dixit Dominus ad Ionam, c. 4. *Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam*, id est simplicium parvulorum, qui nesciunt discernere dexteram, à siniſtra; vt interpretatur D. Hieronymus. *Ignorant*, inquit, *quid sit inter dexteram, & siniſtram propter innocentiam, & simplicitatem, vt lactentem monstret ætatem & relinquat intellectui quantus sit numerus ætatis alterius, cum tantus sit parvulorum.* Non est igitur verisimile toto orbe non futura amplius, quā cētū quadraginta quatuor millia paruulorū etiā eorū, qui per baptismū seruari debēt; vt missas faciā sacras virgines, multasq; alias sanctissimas fœminas, imo & adolescētes, qui carnis integritatē etiā eo tēpore cōseruabunt: eò vel maximè quod ipsamet persecutionis acerbitas, chrianos sparget, & ad deserta cōpellet, vbi nōerit tāta libidinis licētia, neq; tā frequēs deperdēdę castitatis occasio.

Relicitur Ribera.

Ionæ 4. 11.

D. Hieron.

5 Communis ex positio tenēda

Quare dicēdū plane est cū cōmuni ex positione doctorū positū esse à Ioāne numerū certū pro incerto: & quia maximus futurus est virginum numerus, infātibus & pueris supputatis, idcirco tantā cōspexisse multitudinē. Cur autē tā varios numeros adhibuerit, hoc est, centum quadraginta quatuor millia, si locus coniecturæ datur, cōiicimus exprimere voluisse plures in vno statu virgines, quā in alio reperiēdos. Itaq; numerū cētenariū ad infātes, & pueros ante motū, sēsūq; libidinis, discedētes: numerū quadragenariū ad virgines Deo dicatas: numerū deniq; quaternariū ad fœminas, virosq; in seculo agētes pertinere. Quia enim quā plurimi infantes, pueriq; decedunt, pauciores autē sūt ex religiosis virgines, multò pauciores ex secularibus, idcirco credimus eā numerorū varietatē minorē fēri, ac minorē à Ioanne adhibitā fuisse.

Quid varietas numeri à Ioanne expressi, significet.

D. Cyprian.

Aduerte autē cū D. Cyprian. lib de Disciplina, & habitu virginū, nō ex eo, quod Ioannes dicat, *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati*, existimandum esse de solis masculis virginibus, nō autē etiā de fœminis haberi sermonē. *Neq; enim masculis tantū*, inquit Cyprian. *continentiæ gratiā repromittit Dominus, & fœminas præterit; sed quoniā fœmina viri portio est, & ex eo sūpta atque formata, in Scripturis fere omnibus ad protoplastū Deus loquitur quia sūt duo in carne vna, & in masculo simul significatur & fœmina.* Hęc Cypr.

Virginum nomine, non tantum viri, sed & fœminæ intelliguntur.

Cur Virgines supra mōtē Siō, cū Agno apparuerint?

Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montē Sion, & cum eo centū quadraginta quatuor millia.

SECTIO II.

1

IN IPSO monte Sion in quo Agnus stabat, vidit Ioannes illa centum quadraginta quatuor millia, quæ postea explicauit virginum esse multitudinem. Duplex autem huiusce rei ratio afferri potest: Vna desumitur à virginitatis præstantia, & altitudine: quia enim Virgines excelsum quendam ac sublimẽ in monte Sion, id est Ecclesia, obtinent locum; & altissima virginitatis prærogatiua mirum in modum excellunt, & eminent; meritò supra montem Sion altissimum, simul cum agno apparuerũt. Quæ obseruatio simul & expositio est D. Gregor. lib. 5. suæ expositionis in lib. Regum. cap. 3. *Bene*, inquit, *in sublimi esse virgines dicuntur, quia quod naturam humanam supergreditur in altissimo virtutum culmine situm est, vnde & virgo ille dilectus Iesu locum virginũ insinuans, ait; Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim sunt: in monte quidem esse cum agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in sempiterna redemptoris gloria sublimantur.* Hęc ille.

Virgines dãr esse in monte Sion propter sublimẽ; que habent in Ecclesia, locum.

D. Gregor.

3. Reg. 7. 15. Expenditur locus ex 3. lib. Regum.

2

Atque in primis Virginitas omnem mundanæ fabricæ altitudinem longe superat; quemadmodũ docet Greg. Nazianzenus. orat. in dictum Euangelii: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: Videte*, inquit, *rei sublimitatem, indeprehensibilem fere inuenietis; quomodo enim non melius carne est non generare carnem, id quod à carne genitum est? quomodo non Angelicum, carni alligatum, non secundum carnem viuere, sed naturam esse sublimiorem?* Et in orat. exhortatoria ad Virg. *Olim*, inquit, *cùm lex erat, & vmbræ, cæremoniæque temporariæ, tum primatum habebant nuptiæ, tanquam adhuc infantes: postquam verò euigrauit litera, subinductusque est spiritus, & Christus cum præcisissẽt ex Virgine in carne passus est, tunc effulsit castimonia diuidens mundum.* Quo loco emphasim habent illa postrema verba; *Effulsit castimonia diuidens mundũ*: quæ præter alia, illud mihi videntur significare, virginitatem, (sic enim castimoniam hîc accipit Nazianzenus) quasi alterum mundum supra mundanum constituere, in eoque Virgines longissimè ab isto, quem cernimus, mundo diuisos atq; disitos in altiori videlicet ac sublimiori gradu collocare. Quo mysterio supra capitella illa instar sphærarum reticulata, quæ erãt superposita duabus illis ingentibus columnis æreis à Salomone in vestibulo templi collocatis, lilia erant, vt habes tertio Regum septimo; *finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnam; & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtramque*: Et paulò post: *Capitella autem, quæ erant super capita columnarum quasi opere lilii fabricata erant*; quia videlicet castitas, quæ per lilium adumbratur, omnem mundanæ consuetudinis Spheram, orbemque ipsum vniuersum, altitudine superat; vt ait D. Ambrosius libro primo de Virginibus. *Quis humano*, inquit, *eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali voce complecti, quod supra vsũ naturæ sit? E cœlo accersiuit quod imitaretur in terris; hæc nubes, aera, Angelos, Sideraque transgrediens verbum Dei in ipso sinu Patris inuenit. Helias etiam quia nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus inuenitur, ideo curru raptus ad cœlum.* Obiter etiam obserua, nõ sine Mysterio, capitella illa columnarum reticulata fuisse, quia quicunque Dæmonis tentamenta aduersus castitatẽ superans lilium hoc pulcherrimum obtinet; facile se à reliquis omnibus inimici retibus, & laqueis expediet, & supra capitella columnarum reticulata, quasi lilium apparebit.

Nazianzenus.

D. Ambros.

Qui retia Dæmonis contra castitatem effugit, à reliquis facile se expediet.

3

Quid autem mirum, si virginitas totam mundi sphæram præstantia, & altitudine transcendat, cum ipsos quoq; Angelos non tantũ æquet, sed etiã superet: In primis enim æquare illud ostendit, quod dixit Christus, Matth. 22. *In resurrectione neq; nubent, neq; nubentur, sed sũt sicut Angeli Dei in cœlo.* Sic enim eum locum intellexit D. Ambr. lib. 1. de Virginibus; *Quid pluribus exequar laudẽ castitatis? Castitas Angelos fecit, qui eã seruauit Angelus est, qui perdidit Diabolus. De resurrectione quid dicam? cuius præmiũ iã tenetis; In resurrectione neq; nubẽt, neq; nubẽtur; sed erũt sicut Angeli in cœlo: quod nobis promittitur vobis præsto est, vetorumq; nostrorũ vsus apud vos est, de hoc mũdo estis, & nõ estis in hoc mundo*

Matt. 22. 30.

D. Vmbros.

Matt. 19. 11. Quãta sit Virginitatis sublimitas.

Alium mundũ constituit hoc nostro longè superiorem.

seculum vos habere meruit, tenere non potuit: affirmat & D. Cypr. lib. de disciplina, & habitu virginum: *Cum castæ*, inquit, *perseueratis, & virgines, Angelis Dei estis æquales.* Et D. August. lib. vno de S. virginitate cap. 23. *Virginalis integritas, & per piam continentiam, ab omni concubitu immunitas, Angelica portio est; & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.* Idē sentit D. Bern. epist. 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum. *Quid castitate decoriùs, quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum de homine facit. Differunt quidem inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute: & si illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis & loco, & tempore statum quendam immortalis gloriæ repræsentat.* Et his antiquior Tertull. lib. 1. ad vxorem de virginibus loquens, sic ait: *Deo speciosæ, Deo sunt puellæ, cū illo viuunt, cum illo sermocinantur, illum diebus, & noctibus tractant, orationes suas velut dotes Domino assignant; ab eodem dignationem veluti munera maritalia, quotiescunque desiderant, consequuntur; sic æternum sibi bonum Domini occupauerunt, aciam in terris nō nubendo de familia Angelica deputantur.* Hæc ille. Quam eādem ob causā Psal. 44. in quo de purissimis inter Christum, & Ecclesiam, imo & quancunque etiam sanctam virginem nuptiis differitur, inscribitur apud Septuag. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, id est, *pro iis, qui commutabuntur*; Hebraicè autem, יַל שׁשַׁנִּים hoc est, *super lilia*, vel *pro liliis*: vbi per lilia, virgines intelligit D. Hieron. qui iuxta inscriptionem Hebraicam dicuntur commutandi in Angelos, videlicet quorum in hac vita puritatem æmulantur. Vnde D. Hieron. testatur se idcirco eum psalmum Principiæ virgini exponere voluisse, eo quod inuenisset in titulo lilia, & flores; quę pertinent ad virginitatis decus immortale. Scio Hebręam vocem, שׁשַׁנִּים à plerisque pro genere musici instrumenti vsurpari.

Quod verò non tantū Angelos æquet virginitas, sed etiam superet, non obscure significatum est Esai. 56. *Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quem locum de virginibus accepit D. August. lib. de S. virginit. cap. 23. & 24. probatque ex eo, quòd eunuchi secundùm carnem tantùm, non vtique habent meliorem in Ecclesia locum, quam coniugati: quare efficitur, vt de iis, qui se spiritualiter castrauerunt propter regnum cœlorum, eiusmodi prærogatiuæ accipiendę sint. Accedit quod spiritus Sanctus cum dixisset; *Dabo eis in domo mea locum, & nomen melius à filiis, & filiabus*: ne quis existimaret aliquid temporale sperandum, continuo subiecit; *Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* De virginibus etiam eundem locum intellexerunt D. Ambr. in exhort. ad Virgines, & in institut. Virginis cap. 16. D. Hieron. lib. 1. aduersus Iouin. D. Basil. lib. de vera virginit. & D. Greg. 3. p. Curę pastoralis cap. 29. *Eunuchi*, inquit, *sunt, qui compressis motibus carnis affectum in se prauæ operis abscindunt; quo autem apud patrem loco habeantur ostenditur, quia in domo patris, videlicet æterna mansione, etiam filiis præferantur.* Hęc ille. Sanè puto per *filios* accipiendos esse Angelos; nam si filii eo loco omnes in vniuersum electi appellātur; proculdubio etiam virgines filii sunt, nec debuerunt opponi filiis. Itaq; cum promittitur virginibus melior locus, nomenque, quàm filii habeant, videntur Angelis anteferri; & meritò, cum in Angelis virginitas proprie reperiri nō possit: præstant igitur Angelis hac in parte virgines: Vnde angelus ille, qui Apoc. 19. Ioannem (nimirum vt plerique volunt) cum ob alia, tum propter virginitatis quoque prærogatiuam, ab se adorādo deterruit illis verbis: *Vide ne feceris, conseruus tuus sum.* Videtur mihi se Ioannis, hoc est, tanti virginis conserui paritate honorare voluisse, quasi diceret; pares virginitate sumus; ego natura, tu virginitate Angelus; æquali nobilitate, parique cōditione in cœlesti curia principi Deo seruimus. Quod quidem ab Angelo sancta quadam æmulatione, & inuidia dictum crediderim, nimirum Ioānis, propter vnam virginitatem, magnitudinem demirans, eius paritatem,

D. Cyprianus.

Virgines angelis æquales.

D. Augustin.

D. Bernard.

Castitas in Angelis quidem felicior, at in hominib⁹ fortior.

Tertullianus.

Inscriptionē Psalmi 44. variè vertunt interpretes.

Septuaginta.

D. Hieron.

Castitas homines reddit Angelos.

4

Angelos superant Virgines.

Esai. 56. 4.

D. August.

D. Ambros. D. Hieron. D. Basilius. D. Gregor.

Expenditur Esaiæ locus.

Cur Angelus adorari se à Ioanne non permiserit Apoc. 19. 10.

Videntur Angeli sibi honorem arrogare, dum se Virginum pares faciunt, & conseruos.

& æqualitatem quodammodo tacitè ambiebat.

Sed parum est virgines Angelis hac in parte antecellere, qui Diuinam ipsam puritatem, quoad licet mortalibus, æmulantur. Nam & ipsam sanctissimam Triadem propter summam, quæ in Diuinis processionibus reperitur, puritatem, primam virginē appellauit Gregorius Nazianzenus in carmine de Virginitate dum inquit.

Prima Trias virgo est, siquidē Patre natus Anarcho
Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab illo,
Vt pote principium rerum, & vitalis origo:
More nec humano generauit sanguine natum, &c.

Hanc igitur Dei puritatem, & vt loquitur Nazianzenus virginitatem suo modo referūt virgines: quemadmodùm docet D. Cypr. lib. de disciplina, & habitu virginum. *Nunc nobis*, inquit, *ad virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum; Dei imago respondens ad sanctimoniā Domini, illustrior portio gregis Christi.* Idem eleganter docet D. Basil. lib. de vera virginitate his verbis, μέγα μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς παρθενία τῷ ἀφθάρτῳ θεῷ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν ἐξομοιῶσα τὸν ἄνθρωπον: quę sic latine reddes: *Magnum quidem vt verè dicam, est virginitas: incorruptibili Deo, vt summatim dicam, hominem similem faciens.* Hæc ille. Vnde incorruptio pro virginitate sumitur, vt vult D. Hieron. ad illa verba c. 2. epistolę ad Titum. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorū operū in doctrina, in integritate, in grauitate*, Græcè sic; ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν σεμνότητα ἀφθαρσίαν Quo loco D. Hieron. ἀδιαφθορίαν, & ἀφθαρσίαν, hoc est, *integritatē*, & *incorruptionem* de virginitate interpretatur: quā existimat Titū habuisse, cū suscepit baptismū, hortaturq; eum, vt virginitatē ad id usq; temporis seruatam, deinceps conseruet. Cernis igitur ex sententia Hieron. virginitatem incorruptionem appellari, atque adeò Deum, eo quod est immutabilis, & incorruptibilis, suo modo imitatur, vt rectè ait D. Basilius.

Itaque non solùm Angelicę, sed etiam Diuinę cuiusdam nobilitatis est virginitas. Vnde ps. 2. pro eo, quod nos habemus *Apprehendite disciplinam*: alii transferūt ex Hebræo, *Osculamini Filium*. Alii verò vertunt, *Adorate puritatem*, id est, virginitatem, quasi Diuinum quiddam summo honore, & veneratione colite, atque obseruate. Cui concinit illud, quod refert Euseb. de Constantino magno lib. 4. de eius vita. *Virgineum*, inquit, *chorum tantum non adorabat, istic habitare Deū, cui se puellæ deuouerant arbitrabatur.* Vbi cernis vsque adeò Constantinum virginitatem demiratum fuisse, vt sacris virginibus oēs honores, citra adorationē Deo debitā, tribuendos esse arbitraretur. Atque hinc factum est, vt Ethnici Virginem inter signa cœlestia in cœlo quasi Diuinum quiddam collocauerint, vt credit D. Hieron. lib. 1. aduersus Iouin. *Varro*, inquit, *decem Sibyllas fuisse autumat, quarum insigne virginitas est, & virginitatis præmium diuinatio. Quod si Æolici generis sermonis Sibylla θεοβούλη appellatur, rectè consiliū Dei sola scribitur nosse virginitas. Certe Romanus populus, quanto honore virgines semper habuerit, hinc apparet; quod Consules, & Imperatores, & in curribus triumphantes, qui de superatis gentibus trophæa referebant, & omnis dignitatis gradus eis de via cedere solitus sit: nec mirum hoc de hominibus, cum Mineruam quoque, & Dianam virgines Deas fixerit error Gētilium, & inter duodecim signa cœli, quibus mūdum volui putant, virginem collocarint magna iniuria nuptiarum, vt ne inter Scorpios quidem, & Cētauros, & Cācros, & Pisces, & Ægocerotes, vxorē maritumque contulerint.* Hæc Hieron. Ex quibus omnibus est perspicuum, quanta sit virginitatis præstantia, vt meritò dictum fuerit Eccles. 26. *Omnis ponderatio nō est digna continentis animæ.*

Secunda ratio, cum supra montem Sion altissimum virgines apparuerint ex virginitatis difficultate sumitur, quæ tanta est, vt qui ad eam aspirare conten derit, persuasissimum habere debeat in montem quendam maximè arduum acliuemque conscendere: cuius montis tanta est altitudo, tantaque eius conscēdendi difficultas, vt propterea Christus ad eius ascensum neminem præcepto astringere voluerit, sed dixerit Matth. 16. *Qui potest capere capiat*: eo enim testimonio ad idem comprobandum vtitur D. Hie-

ron.

5 Siqua in terris esse potest, maxima est castitatis cum Deo similitudo.

D. Cyprian.

D. Basilius.

D. Hieron. Ad Tit. 2. 7.

Pro Virginitate incorruptionē vertit Hieronymus.

Incorruptibilis virginitas Dei incorruptibilitatē suo modo imitat.

6

Psal. 2. 12.

Eusebius.

Quanto in honore habita sēper fuerit Virginitas.

D. Hieron.

Eccli. 26. 20.

7

Virgines in mōte apparuisse, sedem designat castitatis, difficilēq; illi accessum.

Matth. 19. 12

ron. lib. 1. aduersus Iouin. *Noli metuere*, inquit, *ne omnes virgines fiant; difficilis res est virginitas, & ideo rara quia difficilis, multi vocati, pauci electi; si omnes virgines esse possent nunquam Dominus diceret. Qui potest capere capiat. Et Apostolus iu suadendo non timidaret, De virginibus præceptum Domini non habeo.* Nec verò illud parum exaggerat huius altissimi montis conscendendi difficultatem, quod paucissimi ante Dei in carne aduẽtum, eò conscenderint: ac tum primum ascensus euasit facilior, cũ agnus, id est, Deus homo in terris apparuit virgo ex virgine procreatus: tunc enim eius & exemplo, & auxilio quã plurima virginum millia extiterunt, quæ ad montis huius cacumen pertingere potuerũt. Id quod elegantibus carminibus descripsit Gregorius Nazianzenus in carmine de virginitate.

Vt verò in tabulis pictor dum corpora fingit,
Obscuris primum ora notis, lenibusq; figuret,
Mox formis studet omnigenos adhibere colores
Atq; opus incertum numeris polit omnibus artis:
Sic quoque Virginitas magni pars inclyta Christi,
Ante quidem vmbroso in paucis splẽdore micabat
Dum lex iura daret terris, & in orbe vigeret,
Exiguis spectanda notis, pauciſque liceret,
Lucis ad internæ radios penetrare coruscos:
At postquã Christus per castæ viscera matris,
Absque patre & tedis vitæ progressus in auras
Lustrauit muliebre genus primamque parentem
Depulit, & carnis leges abscedere iussit,
Spiritumque nouo submisit littera fasces,
Gratiaque in medium venit, tum denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit,
Instabilem mũdum abrumpens, abruptaq; mũdo,
Connubium tantum exuperans & vincula vitæ,
Quantum animus carni præstat, cœlũque rotundũ.
Tellurem pretio vincit, quantoque fugaci
Illud in æternum durans præstantius æuum est,
Quanto mortali melior Deus.

1. Cor. 7. 25. Porro eandem virginitatis seruandę difficultatem, uidetur mihi præter alia significare voluisse Salomon, 3. Reg. 7. cũ duas illas ingentes columnas æreas, de quibus supra diximus, ante vestibulum templi collocauit, nihil aliud, præter lilia in summitate sustinentes: quia enim virginitas per lilium expressa difficillima est, ingentisque ponderis, cui facile vires humanæ succũbant, opus est columnis ęreis fortissimis, id est, magnis gratiæ præsidiis, quę satis sint tanto oneri sustinendo. Illudque obseruandum, vnam ex his columnis dictam fuisse Iachin; alteram Booz; quę vtraque vox *fortitudinem* significat; quoniam duplex fortitudo requiritur ad sustinenda lilia castitatis, videlicet gratię præsidium, & hominis, non quælibet sed strenua animosaq; cum diuina gratia cooperatio: cum sit verissimum illud, quod ait D. Augustin. serm. 250. de temp. *Inter omnia Christianorũ certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara victoria: grauem castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur & tamen timetur.*

3. Reh. 7. Seruandæ castitati, duplici fortitudini opus est.

D. August.

8

Atque hæc potest esse tertia ratio, cur virgines supra montem Sion cum Agno apparuerunt, vt videlicet exploratũ esset qualis debeat esse virginum conuersatio, & viuendi ratio. Quia enim difficile est virginitatem, sartam tectam tueri, debent virgines ad altissimum montem Sion confugere, hoc est, sese à communi & frequenti hominum consuetudine abducere, publicum fugere, recessum quęrere, & Agni vestigia identidẽ persequi, illius tantum purissimis oculis delectari, reliquis omnibus terrenis deliciis, & carnis illecebris amputatis. Hinc est quod idem Grœcum vocabulũ σώφρων & moderatum atque temperantem & præterea castum & continentem significat: & σωφροσύνη non tãtum modestiam & temperantiam, sed & pudicitiam & castitatem. vnde Hieron. sæpe apud Paulum id vocabulum *pudicitiã* vertit, quibus in locis Vulgata editiò *sobrietatem*, habet: veluti lib. 10. cõtra Iouin. citans illud Pauli ad Rom. 12. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ*, legit ipse sed sapere ad pudicitiam. *Non plus*, inquit, *sapere quam oportet sapere sed sapere ad pudicitiam, non ad sobrietatem*, siquidem Græcè scriptũ est εἰς τὸ σωφρονεῖν. Hæc ille. Et 1. ad Tim. 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilẽ esse, vnius vxoris virum, sobrium:* Græcè σώφρονα. Hieronymus & Ambrosius *Pudicum* Et ad Titum 10. *Oportet Episcopũ sine crimine esse, sobriũ.* Græcè σώφρονα. Hieronymus legit *pudicum* multisque aliis in locis. Ex quo apparet, quam con-

Qui virginitatẽ amat, publicum deserens in mõtẽ fugiat

D. Hieron.

Rom. 12. 3.

1. Tomo. 5. 2

Ad. Tit. 1. 7. 8

iuncta

Sobrietas, temperantia & modestia castitati cõiunctissimę

iuncta esse debet cum castitate, sobrietas & temperantia, atque in omnibus rebus modestia: siquidem vno eodemque vocabulo vtrumque significatur, & vnum pro altero sumitur, vt ferè idem sit temperantem sobriumque esse, & castum esse, sicuti eo ipso, quod aliquis sobrietatem, temperantiam, modestiamq; neglexerit, simul quoque castitati nuntium remisisse existimari potest. Vnde

D. Greg. Naz.

D. Gregor. Naz. in orat. exhortotionis ad virginem, hoc eodem sensu eam, vt ad montes confugiat adhortatur, *Recte*, inquit, *incedis virgo, in mõtibus salueris, ad Sodomã ne respexeris ne in salis statuã obdureris.*

9

Hãc nimirũ ob causã, oõns fere Patres tam multi sunt in commendanda prudenti circunspectione virginibus, & amplificandis periculis, quæ in re maximè lubrica, vel minimam incuriam, & oscitantiam consequuntur: potissimùm verò

Tertull.

Tertull. in lib. de velandis virginibus hæc sparsim habet, *Ea consuetudo deligenda est, quæ virgines includit, soli Deo notas, quibus præter quòd à Deo, non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescẽdum est: tales oculi volent virginem visam, quales habet virgo, quæ videri volet, eiusdem libidinis est videri, & videre, tã sancti viri est suffũdi, si virginẽ viderit, quã sanctæ virginis, si à viro visa sit: omnis publicatio virginis bonæ, stupri passio est.* Et postquam fusè disputauerat de velamine virginum, ait. *Ipsa conscientia non latendi non est pudica, patitur aliquid, quod virginis non sit studium placendi viris: quantum velis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis, & multis; dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur; dum inter amplexus, & oscula assidua coalescit, sic frons duratur sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desiderare: sed enim vera, & tota, & pura Virginitas nihil magis timet quam semetipsam, etiam fœminarum oculos pati non vult; alios ipsa oculos habet, confugit ad velamen capitis quasi ad galeam quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus tentationum.* Et multò luculentiùs in lib. de cultu fœminarum: *Cum omnes*, inquit, *templum Dei simus, illato in nos, & consecrato spiritu Sancto, eius templi ædituus, & antistes pudicitia est, quæ nihil immundam, nec profanum inferri sinat, ne Deus ille, qui inhabitat inquinatam sedem offensus derelinquat. Non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter inuitatorem libidinis scimus. Quid igitur in te excitas malum istud? quid inuitas, cuius te profiteris extraneam? tentationibus viam aperire non debemus, quæ nonnunquam instando perficiunt; quid autem alteri periculo sumus? perit enim ille simul in tua forma, si concupierit, & facta es tu gladius illi, vt & si à culpa vaces, ab inuidia non libereris. Cum igitur, & nostra, & aliorum causa versetur in studio periculosissimi decoris, iã non tantũ confictæ, & elaboratæ libidinis suggestũ recusãdũ à vobis sciatis, sed etiã naturalis speciositatis obliterandum dissimulatione, & incuria.* Legendi sunt de eodem argumento D. Cypr. de disciplina & habitu virginum. D. Greg. Naz. in exhortatoria ad Virginem, iam citata. D. Basil. lib. de vera virginitate. D. Hieron. de custodia virginitatis ad Eustochium. D. Ambr. lib. de institut. virginis, & tribus illis aureis lib. de virginibus ad Marcellam sororem suam. Et S. Ephræm Syrus serm. de Sancta virginitate.

Vitanda proximorum offendicula.

D. Cyprianus.

D. Greg. Naz.

D. Basilius.

D. Hieron.

D. Ambros.

S. Ephræm.

10

Quo fit, vt magnam curam adhibere oporteat ad virginitatem seruandam; docẽt Hebræi, quibus consentit Vatablus, tunicam illam lineam strictam, de qua agitur Exod. 28. quę communis erat omnibus sacerdotibus eo fuisse textam artificio, vt tota continuis quibusdam oculorum imaginibus vndequaque constaret: quod ex eo probant, quia pro eo quod nos habemus, *Stringesque tunicam bysso*, potest verti ex Hebræo, *Oculabis eam*, nec dubium, quin verbum שבץ, quod eo loco ponitur, non solum stringere, sed etiam oculare significet. Quod si verum est, quo nam quæso alio mysterio voluit Deus, vt tunica illa linea omnibus Sacerdotibus communis, tota esset distincta oculis, imo ex oculis quodammodo intexta, nisi vt indicaret castitatem, cuius tunica illa linea propter candorem Symbolum erat? quæ virtus propria Sacerdotum esse debet: debere esse totam vndequaq; oculis circumseptam, propter assiduam vigilantiam, quæ ad hanc virtutem seruandam exigitur: quoniam enim castitas ex omni parte à Dęmone obsidetur, omni ex parte oculata & circunspecta esse debet. Idcirco etiã

Vatablus.

Exod. 28. 39.

Plus de se quã de reliquis omnibus, sibi timet virginitas

Castitas propria Sacerdotum tunica.

D. Ambr. lib. 1. de Virginibus expendit magnam custodum, & militum excubantium multitudinem seruādis virginibus admoueri. Cant. 8. *Vinea mea est in conspectu meo, mille Salomoni* (sic enim est apud Septuaginta) *& ducenti, qui seruant fructū eius.* *Suprà*, inquit, Ambrosius, *dixerat, Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; hic mille ducenti: creuit numerus, vbi creuit & fructus. Vobis virgines sanctæ speciale præsidium est, quæ intemerato pudore sacrum Domini seruatis cubile: neque mirum si pro vobis angeli militant quæ angelorum moribus militatis.* Eandemque vigilantiam idem Ambr. commendat Virginibus ex eo quod Virginitas lilium sit inter spinas, hoc est, multivndiq; periculis, & difficultatibus circūsepta: atq; adeo oporteat virginitatis florem caute decerpere, cum sit periculū, ne qui legere appetit, ab spinarum aculeis cruententur: Audiamus Ambrosium eodem lib. 1. de Virginibus ita scribentem. *Digna virginitas, quæ apibus comparetur, sic pudica, sic contineus, rore pascitur apes, nescit concubitus, ros quoq; virginis est sermo diuinus, quam te velim filia imitatricem esse huius apiculæ, cui cibus flos est, ore soboles legitur, ore componitur, florem tibi demonstro carpendum, illum vti que qui dixit, Ego flos campi, & lilium conuallium. Tanquam lilium in medio spinarum, quod est euidentis indicij spiritualium nequitiarum sentibus virtutes obsideri: vnde nemo fructum referat, nisi qui cautus accedat, sume igitur alas virgo, sed spiritus, vt superuoles vitia, si contingere cupis Christū.* Hæc Ambrosius.

Cur Virginitas dicatur lilium inter spinas.

D. Ambros.

Cant. 2. 1.

II

Hæc autem vigilantia, vt plerique annotarunt, vel in ipso lilij flore nō obscure expressa est. Etenim flos lilij sex folia habet candida, & intra ipsum florem sex grana aurea, si quis aduertat continētur; quia sex sunt conditiones præcipuę, quæ castitatem seruant: sobrietas; non esse otiosum; cultus asperitas, custodia sensuum; raritas sermonum; occasionū euitatio. De primo habes ad Rom. 13. *Nō in comessationibus, & ebrietatibus*; & statim sub infertur, *Non in cubilibus, & impudicitijs.* De secundo. Ezech. 16. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, abundantia, & otium ipsius & filiarum eius.* Et Eccles. 33. *Mitte illum* (id est seruum) *in operationem ne vacet, multam enim malitiam docuit otiositas.* De tertio. Numer. 25. Vbi refertur quod fœminæ Moabitides sese elegāter ornauerunt, vt filios Israel ad suum amorem pertraherent. De Quarto. Prouerb. 4. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Et Eccles. 26. *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur.* Et Hierem. 9. *Docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proximam suam planctum; quia ascendit mors per fenestras nostras.* Vbi per *fenestras*, sensus ipsi accipiendi sunt. Vnde & Dauid incaute videndo cecidit: & Dina propter curiositatem virginitatem perdidit; Et vt annotauit Isidorus Clarius in suis scholijs, super. 14. cap. Iudic. Sampsoni eruti fuerunt oculi, quod à concupiscentia oculorum sibi non temperauit. De Quinto. Eccles. 22. *Quis dabit ori meo custodiā, & super Labia mea frænaculum certum.* Et. 1. ad Cor. 14. Corrūpunt *mores bonos colloquia mala*, seu vt alij trāsferunt, *Confabulationes pessimæ.* De sexto. Gen. 19. vbi ad Ioth dicitur *Salua animam tuam, noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni circa regione.* Quibus verbis non solum iubetur Sodomam, sed omnē etiā circum circa regionem deserere, quia videlicet omnes peccandi occasiones longe deuitandæ sunt. Etenim Thamar corrupta est ab Amon fratre suo, quia sola cum illo fuit, Vnde Paulus. 1. ad Tim. ad hortatur Timotheum, vt adolescētiores viduas deuitet.

Numer. 25.

Prouerb. 4. 25

Eccli. 26. 11.

Hierem. 9. 20.

Gen. 34. Isid. Clarius.

Eccli. 22. 33.

Gen. 19. 15.

2. Reg. 13. 1. Tim. 5.

Quot, & quæ conditiones, seruandę castitati, necessarię sint.

Rom. 13. 13.

Ezech. 16. 49.

Eccli. 33. 28. 29.

Cur Virgines nomen Agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus habeant?

Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

SECTIO III.

I

ILLA CENTVM quadraginta quatuor millia, quæ Ioanni apparuerunt supra montem Sion simul cum Agno, quæ Virgines

erant

erant,vti diximus,habebant nomen Agni,& nomen patris eius ſcriptum in frõtibus ſuis: quod Rich.de S.Vict. ita interpretatur,vt habuerint ſcriptũ in frõtibus nomen Agni,id eſt,fidem Agni,qua dicũtur Chriani,& nomẽ Patris ei⁹,i.fidẽ patris ei⁹,qua Dei filij nũcupãtur;quã fidem habebãt ſcriptam in frõtibus per manifeſtam & publicam confeſsionem. Sed quid eſt,quòd hoc tanquam peculiare uirginibus aſcribitur, cũ id omnibus fidelibus,præcipuè verò Martyribus cõueniat? Prima ratio eſt, quia virginitas martyrium quoddam eſt ſine ſanguine: vnde meritò uirgines inſtar Martyrum nomen Chriſti,& Patris in fronte geſtare per publicam confeſsionem deſcribuntur, quaſi & ipſi pro confeſsione fidei continuò mortem oppetant, quę eſt ſententia D.Hieron.ad Demetriadẽ virginem de ſeruanda virginitate,ſi ea epiſtola Hieronymi eſt. *Aſſume*, inquit, *ſcutũ fidei,loricam iuſtitiæ, galeam ſalutis,procede ad prælium, habet & pudicitia ſeruata martyriam ſuum.* Eleganter hoc habes expreſſum in illa viſione facta Zachariæ cap.1. vbi virum illum aſcendentem ſuper equũ rufum ſequebantur equi rufi,varij,& albi. Quo loco pręter alias eius viſionis expoſitiones volunt plerique in viro illo ſedente ſuper equum rufum Chriſtũ paſſione ſua rubicundum,& in humanitate tanquam in equo rufo apparentem exprimi: in equitibus verò ſequentibus diuerſos ſanctorum gradus ſignificari, qui Chriſtum in paſsione imitari ſtudeant. Et quidẽ per equos rufos Martyres; per varios,hoc eſt,varijs maculis,partim videlicet albis,partim nigris,partim etiam rufis diſtinctos,ſanctos virtutum varietate,& ſplendore præcellẽtes,quibus tamen non deſit ſuus etiam rufus color,vt cum duce ſuo præeunte aliqua ex parte conueniant: per albos deniq; virgines. Iuxta quam expoſitionem illa ſtatim ſe ſe offert dubitatio,nimirum ſi Chriſtum in equo rufo ſedentem ſequi eſt illũ per ſanguinem imitari, quam ob cauſam equites,qui ſequebantur, partim in equis rufis ſedebant,partim in varijs,qui & ipſi,ſi non toti rufi, certe maculis aliquibus ſanguineis notabãtur,quomodò virgines,qui in equis albis ſedebant, Chriſtum ſanguine ſuo rufum,& paſsione rubicundum ſequebantur,cùm nihil ſanguinis præferrent? Recte, inquam, quoniam ipſe cãdidus virginitatis color pro ſanguine reputatur; ipſaq; virginitas martyrium quoddam eſt. Quare cum in albis corporum,animorumq; ſuorũ coporibus virgines Chriſtum in rufo equo ſedentem ſequuntur,eum etiam ſuo modo per paſsionem,& ſanguinem, martyriumque imitantur. Hęc eſt igitur prima ratio,cur virgines tanquam præſtantiſſimi quidam Martyres nomen Agni, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus gerunt.

Richard.Vict.

Virginitas, martyrium ſine ſanguine.

D.Hieron.

Zachar.1. Locus Zacharię expẽditur.

Secunda eſt. Habent nomen Dei ſcriptum in frontibus,vt exponit Hugo Cardin.quia eodẽ Dei nomine appellantur, hoc eſt,Dij. Nã ſi ea appellatio iudicibus, & principibus tribuitur iuxta illud Pſ. 81. *Ego dixi: Dii eſtis, & filii excelſi omnes*: cur non etiam virginibus tribuatur, qui iure optimo propter puritatem, & minimam cum terrenis rebus cõcretionem, Diuinam nomenclaraturã videntur promereri? Eſt enim Diuinum quiddam in carne ſupra carnem viuere. Quam ob cauſam Diuina ſimilitudo potiſsimum virginibus tribuitur in ſacris literis:nã 1.Ioan.3. poſtquã dixiſſet Ioãnes: *Scimus, quia cum apparuerit,ſimiles ei erimus,quoniã videbimus eum,ſicuti eſt*: continuò ſubintulit: *Et omnis,qui habet hãc ſpẽ in eo,ſãctificat ſe*; ſeu vt legit D.Auguſt.tract.4. in 1.epiſt.Ioan. *Caſtificat ſe*. Quibus verbis cernis caſtitati potiſsimum tribui à Ioanne Diuinam ipſam ſimilitudinem, quæ beatifica Diuinæ eſſentiæ viſione continetur. Id quod etiam non obſcurè Dominus ſignificauit Matth. 5. cum dixit: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Cui accinit illud ad Hebr. 13. *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum*: vbi pro, *Sanctimoniam*, eſt Græcè, τὸν ἁγιασμὸν, quam vocem hoc loco cõmuniter Græci interpretes, & plerique ex Latinis de caſtitate interpretantur, D. Chryſoſt. in epiſtolæ ad Hebr. & in caput ſecundum epiſtolę ad Epheſios Theod Theophyl.in epiſt.ad Hebr.Caſsian. lib.6.c.16.D.Anſelm.D.Th.in eũ

2

Hugo Card. Virgines eodem Dei nomine appellãtur Pſal.81.6.

1.Ioan.3.2

D.Auguſt.

Matth.5.8.

Hebr.12.14.

locum, D. Hieron. in cap. 47. Ezechielis, eamque expositionem innuit D. August. epistola 112. quæ est de videndo deo ad Paulinum, cap. 5.

3 Tertia ratio est. Gestant virgines nomen Agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus, vt ab omnibus cognoscantur tanquam filii summi Principis, aut certè ex regia familia, & regio prognati sanguine, nimirum tanquam principes quidam, qui iisdem insignibus, ac titulis cum ipso Rege, ac Principe decorãtur. Quòd enim virgines spiritum regium habeant, virginitasque princeps quædam virtus sit, & regalis, non obscurè colligitur ex illis verbis Psal. 50. *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Vbi D. Hieron. transtulit, *Spititu potenti*; Felix, *spiritu munifico*, vel *liberali*; eodemq; modo Paraphrastes Chaldaicus; alij, *spiritu nobili*; Septuaginta, *Spiritu principali*: quæ omnia eòdem recidũt: solemus enim viros munificos, ac liberales appellare principes. Non desunt etiã, qui transferant, *Spiritu voluntario, & spontaneo*. Quanquam verò multi hoc loco per *spiritum principalem* spiritum sanctum accipiunt; tamen rectè etiam alii de spiritu humano intelligi posse arbitrãtur, in quibus est Franciscus Titelm. in suis annotationib. ex Hebræo super psalmos; vt nimirum Dauid, qui per concupiscentiam carnis collapsus turpiter fuerat, postulet spiritum quendam potentem, ac validum, quo possit petulantiam carnis comprimere: spiritũ, in quã, castitatis, & continentiæ, qui iure optimo appellatur *Spiritus principalis*, quia dignus sit Principe; quasi dicat Dauid: Cum adulterium perpetraui Domine, è sublimi regiq; dignitatis culmine ad infimũ, & abiectũ quendã ordinẽ delapsus sũ, oblitus me Principẽ, ac Regem esse: ergo deinceps confirma me spiritu castitatis, quo rursus Regem, ac Principem referam. Id quod vsque adeo verum est, vt castitas per antonomasiam, siue excellẽtiam grauitas, & maiestas dicatur: sic enim plerique exponunt illud ad Titũ 2. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate*: Etenim pro *grauitate* Auctor cõmẽtarij in epist. Pauli, qui ascribũtur D. Hieron. legit, *castitate*. Et verò nomẽ Græcũ σεμνότης nõ solũ grauitatẽ, & maiestatẽ, sed etiã castitatem significat. Cernis igitur per *grauitatem* eo loco, seu vt etiam verti poterat, *maiestatem* intelligi posse castitatẽ; quæ vsq; adeo regia, & imperatoria est virtus, vt per excellentiam maiestas appelletur; & quod est consequẽs, cum, in quo est, Regẽ ac Principẽ faciat, quẽ omnes reuereantur: idcirco enim sequitur: *Vt is, qui ex aduerso est, uereatur* (seu vt alij legunt, *reuereatur*) *nihil habens dicere de nobis*. Etenim castitas vtpote regalis virtus reuerentiam possessori conciliat etiam apud ipsos æmulos, qui cũ eũ, cui inuidẽt, castũ vident, nihil præterea sibi reliquum esse putant, quod illi per iniuriã, & ignominam possint obiicere: *Vt is*, inquit, *qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens dicere de nobis*.

Virginitas virtus princeps & regalis. Psal. 50. 14.

D. Hieron. Felix. Paraphrst.

Septuaginta.

Titelmanus.

Castitas per antonomasiã grauitas & maiestas. Ad Titũ 2. 7.

Conciliat reuerentiam.

Cur virgines vocem quasi tonitrui magni habere dicantur.

Et audiui vocem de cœlo tãquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni.

SECTIO IIII.

1 NON VACAT mysterio, quòd virginum vocẽ, quã Ioannes audiuit, non solùm dicat fuisse *tanquam vocem aquarum multarum*, sed etiam *quasi vocem tonitrui magni*, quod mysteriũ maius adhuc apparet ex eo, quòd mox subiungitur vocem illam fuisse *quasi citharœdorũ citharizãtiũ in citharis suis*: quid enim citharœdi concentus, & harmonia habet cum fragore tonuitrui commune? Prima ratio est. Comparatur virginum vox tonitruo magno propter difficultatem, laborem, castigationemq; carnis, quæ ad tuendã castitatẽ opus est. Sicut enim tonitruum ex nubis collisione, & quasi erumpentis exhalationis violentia gignitur; ita castitas, potissimùmque virginitas continua carnis macerratione, & quadam naturæ violẽtia ac-

quiritur

Castitas acquiritur naturæ violentia. Iudith. 8. 5.

quiritur, & quasi tonitruum generatur. Hac ratione Iudith conseruasse castitatem dicitur Iudith. 8 *In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cũ puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel.* Cortinæ illæ sericæ, quæ operiebant tabernaculum erant ex hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & præterea ex byssо retorta: quoniam virginitas, quæ operimentum Ecclesiæ est hyacinthinum, ac cœleste, debet habere adiunctam byssum retortam, id est, macerationem carnis, qua appetitiones animi ad libidinem suopte nutu fluentes per macerationẽ carnis ad cœlestes potius delicias, voluptatesq; amandas quodammodo intorquentur. Accedit, quòd eædem cortinæ sericæ, & hyacinthinæ operimento alio cilicino tegebantur, vt à temporis iniurijs illæsæ conseruarentur: sic enim virginitas operienda est cilicio, ne tentationibus pateat. Atq; huc pertinet illud sponsę Cant. 5 *Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.* Quibus verbis illud indicare voluit non solum manus, id est, grandia virginis opera, sed etiam digitos, hoc est, minimas quasque actiones stillare debere myrrham, cum sponsus quæritur; tunc enim hoc dixit sponsa, cum ad aperiendum sponso pulsanti surrexit: quia videlicet in omnibus vel minimis operibus, quibus placere sponso virgines cupiunt, præcipue carnis, appetitionũque nõ quæuis, sed probatissima, & spectatissima mortificatio debet splẽdescere.

Virginitas hyacinthinum Ecclesiæ operimentum.

Cant. 5. 5.

Cilicio operiẽda, ne tentationibus pateat.

2 Secũda ratio, cur virgines dicãtur habere vocem citharædorũ, & simul quasi tonitrui magni, ea est, quòd castitas sit famosa quædam virtus, & incredibili sui admiratione longissime audiatur, & quasi tonet. Itaq; dũ virgo, vel quilibet aliꝰ castitatis amator intra domũ suam inclusus, prauorũq; hominũ consuetudinem fugiens, citharam corporis per castitatẽ pulsat, concentumq; suauissimum Deo, & Angelis reddit; eo ipso simul tonitruũ toto regno edit per famã castitatis: hac enim ratione Iudith se famosissimã reddidit toto regno Israelitico. *Erat*, inquit, *hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominũ valde, nec erat, qui loqueretur de illa verbum malũ.* Quo loco *verbũ malum* ad notã castitatis referẽdum est. Itaq; propter castitatis opinionẽ famosissima erat; cũ tñ, vt paulò supra dixim⁹, in cubiculo suo quasi solitariam vitam duceret. Idẽ videtur adumbratum in eo, quod supra capitella columnarũ æneārum, de quibus ante dictum est, lilia erãt in typũ virginitatis, & castitatis, quę in alto eminet, omnibusque est cõspicua, quasi pulcherrimum simulacrũ in altissimis columnis erectum. Meritò etiam super æneas columnas lilia quoq; ænea ponebãtur; est enim æs maxime sonorum, & castitatis in hoc æri similis, quòd sonet longissimè. Hinc etiã est, quòd castitas rebus maximè odoriferis cõparatur propter nominis celebritatẽ, famęq; odorẽ, qui in omnẽ partem diffunditur, veluti lilijs Cant. 2. vbi de sponso dicitur. *Qui pascitur inter lilia*, hoc est, vt interpretatur Glossa, *Inter desideria castarũ mentium.* Et iterum. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*: quã ob causã meritò ad castitatem referri potest illud Eccli. 24 *Sicut cinnamomũ, & balsamum aromatizãs odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi libanus nõ incisus* (quo verbo innuitur virginitas) *vaporaui habitationem meam, & quasi balsamũ non mistum odor meus.* Quo loco est aduertẽdũ pro *balsamo* haberi Græcè ἄσπαλαθος, vt legit Rabanus, quæ lectio melior est, quã πάλαθος, vt est in Bibliis Complutens. quoniam *palathos* non numeratur in aromatibus.

Iudith ob castitatis opinionẽ famosissima.

3. Reg. 7.

Cant. 2. 1 6. 2. Castitas rebus odoriferis cur comparetur. Glossa.

Eccli. 24. 20.

Castitas virtꝰ famosa.

De Aspalatho autem sic scribit Plin. lib. 12 cap. 24. *In eodem tractu Aspalathos nascitur spina candida, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ. Radix eius vnguẽtis expetitur. Tradunt in quocunq; frutice curuetur arcus cælestis, eandẽ, quæ sit Aspalatho, suauitatem odoris existere sed in Aspalatho inenarrabilem.* Id quod maximè pertinet ad castitatis cõmẽdationẽ, quæ florẽ ĩprimis habet rosę pulcherrimę. Deinde cũ super eã perpetuò cęlestis arcus curuetur, id est, diuina gratia, & beneuolẽtia sedẽ habeat, quę per arcũ illũ exprimitur, sane habet odorẽ inenarrabilẽ: quãquã & per arcũ cęlestẽ possum⁹ accipere Diuinã protectionẽ, qua virginitas armatur:

3 Plinius.

Iudith. 8. 8.

Virginitas virtus bellatrix.

imo & illud, quod virginitas arcum habeat super se curuatũ, quia bellatrix est, & vna de Tyrijs virginibus: de quibus dicitur à Poeta,

Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram.

Itaque virginitas arcum præfert, quo concupiscentiam, imo & cœlũ ipsum expugnat.

4

Dæmonibus, & voluptuarijs hominib. terribilis.

Tertia ratio, Habet virginitas vocem quasi tonitrui magni, quia est terribilis Dæmonibus, imo & ipsis voluptuarijs hominibus, cum enim vident aut audiunt aliquem caste viuere, imo & sermonem à concionatore haberi de laudibus castitatis, libidinis suæ flagitiorumq; memores, quasi audito magno aliquo tonitruo perterrentur, diuinam iram supplicia q; formidantes: quod præcipuè continget extremis illis temporibus, de quibus Ioannes loquitur, cum vsque adeo libido dominabitur. Habes in huius rei confirmationem illustre exẽplum Act. 24. Vbi disputante Paulo de castitate coram Felice præside, fuit Felix maximo timore perterritus: *Post aliquot*, inquit, *dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum IESVM. Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accersam te.* In quẽ locũ aduertit Caiet. quia Drusilla pulcherrima erat, & eã vsq; adeo deperibat Felix, vt à prioribus eam nuptijs separauerit: quemadmodum auctor est Iosephus lib. 20. Antiquitatum cap. 9. idcirco Paulum de castitate disputasse. Addit que Dion. Carth. de illis tribus disseruisse Paulum, quoniam contra iustitiam ex incontinentia Felix Drusillam obtinuerat, eamq; ob causam contremuisse Præsidem cum audiret se propter vtrunque à Deo iudicandum. Aduerte etiam merito Paulum castitatem cum iudicio cõiunxisse, & de vtroq; simul coram homine vxorio disputasse, quoniam in obscœnos libidinososque homines Deus acerrime vindicabit.

Act. 24. 24.

Caietanus.

Iosephus.

Dionys. Carth

In libidinosos acerrimè vindicabit Deus.

5

Postremo habent virgines vocem tãquam tonitrui magni, quoniam virginitas intra nubem illam humanitatis Christi, ortum habuit, & inde tanquam tonitruum, hoc est cum magna totius orbis admiratione exijt. Etenim postquã Deus homo factus virginitatem in se ipso cõsecrauit, virgo ex Virgine genitus, quam plurimi deinceps extiterunt, qui virginitatem colerent, cum ante legẽ gratiæ paucissimi reperirentur. Vnde Ambr. lib. 1. de virginib. de virginitate loquẽs; *E cælo*, inquit, *accersiuit, quod imitaretur in terris; nec immerito viuendi sibi vsum quæsiuit è cælo, quæ spõsum sibi inuenit in cælo.* Et Greg. cognomento Theologus, in orat. exhort. ad virginem; *Olim*, inquit, *cùm lex erat, & vmbræ, cæremoniæq; temporariæ, tum primatum habebant nuptiæ tanquam adhuc infantes: postquam verò emigrauit litera sub inductusque est spiritus, & Christus cum processisset ex virgine, in carne passus est, tunc effulsit castimonia, diuidens mundum.* Hęc ille. Quod autem humanitas Christi nubes sit ex qua virginitatis tonitruum prodire potuerit, perspicuum est ex illis verbis Esai. 19. *Ecce Dominus ascẽdet super nubem leuem.* Quo loco D. Hieron. per nubem, & virginem, & humanitatem Christi accipit.

D. Ambros. Post incarnationem effulsit virginitas.

D. Greg. Naz.

D. Hieron.

Cur virgines citharœdis comparentur?

Et vocem, quam audiui sicut citharœdorum citharizantium, in citharis suis.

SECTIO V.

COMMEMORAT Ioannes vocem illam, aquarum multarum, & tonitrui magni fuisse etiam vocem tanquam *citharœdorum citharizantiũ in citharis suis.* Sciendum est igitur, sanctos esse insignes quosdam supremi principis Dei citharœdos; quoniam Deum Angelos vniuersamq; illam cœlestem curiã suauissimo virtutum suarum concentu demulcent, in suorum corporum; & animorum citharis. Quæ est communis interpretum in hunc locum sententia: Idque præterea docet D. Greg. lib. 20. Moral. cap. 31. super illud Iob. 30. *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem*

1.

Sancti, insignes Dei citharœdi.

D. Gregor. Iob. 30. 31.

fictium. Quia organum, inquit, *per fistulas, cithara per chordas sonat, potest per citharam recta operatio, per organum vero sancta prædicatio designari: per fistulas quippe organi ora prædicantium, per chordas vero citharæ intentionem rectè viuentium non inconuenienter accipimus, quæ dum ad patriã per afflictionem carnis tenditur quasi extenuata chorda in cithara, per intuentium admirationem sonat: siccatur etenim chorda, vt congruum in cithara cantum reddat; quia sancti viri castigãt corpus suum, & seruituti subijciunt.* Hæc ille. Sic etiam D. Hieron. exponit illud Esai. cap. 16. vbi propheta ventrem suum citharã appellat; *venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit*: hoc est, vt ait Hieron. Vẽter meus, qui instar citharæ musica arte compositus est, ita vt nulla sit chorda, quę nõ reddat sonum suum, resonabit luctum agentis pœnitentiam Moab. Hæc sunt, inquit, viscera & interiora prophetæ, de quibus Dauid, *Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius: quomodo enim cithara non emittit vocalem sonum, atq; compositum, si saltem vna chorda rupta fuerit, sic spiritalis venter prophetæ, si vna in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulce resonare: Philosophorum quoque sententia est hærere sibi virtutes: & Apostoli Iacobi, cui vna defuerit huic oẽs deesse virtutes.* Hæc Hieronymus.

D. Hieron. Esai. 16. 11.

Psal. 102. 1.

2

Ex his perspicuum relinquitur, cum sancti omnes citharę Dei appellẽtur, multo meliori iure id virginibus tribuendũ, atq; adeo meritò cum Agno apparuisse in monte Sion cum citharis pulcherrimis, hoc est, corporibus suis mundissimis, omnisq; libidinosæ labis expertib⁹, quibus tanquam citharis Dei laudes continuò personant, in quos adeò meritò quadrat illud Ecclesiast. 39. *Obaudite me Diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate; quasi Libanus odorem suauitatis habete: florete flores quasi Lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate cãticum, & benedicite Dominum in operibus suis; date nomini eius magnificentiam; & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis.* Vbi iure optimo virgines rosis conferuntur, quoniam cum candore ruborem habẽt; siquidem virginitas non solum est propter puritatem candida, sed etiam propter speciem martyrij rubicunda, vt supra dictum est. Lilijs etiam & floribus merito comparantur, est enĩ virginitas & pudicitia, vt Tertullianus appellauit in libro de Pudicitia, flos morum, honor corporũ, cui accinit illud, quod scripsit D. Cyprianus lib. de disciplina, & habitu virginum, virgines esse florem Ecclesiastici germinis. Flore te flores, hoc est, virgines, quę interiùs per sanctum propositũ efflorescitis; florete quoq; exteriùs per exemplũ, odorẽque puræ conscientiæ, bonæq; famę, ac nominis afflate; *frondete in gratiam*, id est, frondes bonorum operum producite. *Date nomini eius magnificentiã*, hoc est, vestra admirabili sanctitate Dei potentiã prædicate: maxime enim Dei potentiã cõmendat virginitas, quippe cum eius singulari præsidio, carnis petulantiam, & effrenatas corruptæ naturę appetitiones animose coerceat. Deniq; *confitemini illi in citharis* corporum scilicet vestrorũ per macerationem carnis assiduam.

Virginum corpora Dei citharæ.

Ecclí. 39. 17.

Virginitas cãdida & rubicũda.

Tertullian.

D. Cyprianus.

Flos Ecclesiastici germinis.

Commendat Dei potentiã.

3

Itaque virginum corpora citharis cõparantur duplicem ob causam; tum propter concentum, quem efficiunt suauissimum ipsa castitatis pulchritudine: tũ etiam propter mortificationem, quę ad castitatem tuendam requiritur: hæc enĩ etiam cithara dicitur, vt paulo superiùs ex D. Greg. diximus. Primo, quia sicut cithara sonat ab inferiori parte, ita per mortificationẽ inferior animæ pars harmonica redditur. Secundo, quia sicut in cithara omnes chordæ attemperantur, vt concentum efficiant, ita omnia membra, & potentię, quæ dissonant, sunt mortificatione attemperandę, iuxta illud ad Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Tertio. Ex D. Greg. lib. 20. Moral. c. 31. propter prudentiam, quę in carnis macerationem requiritur: & modum, qui est in mortificationis operibus adhibendus. *Pensandũ*, inquit *est, quod chorda in cithara si minus tenditur non sonat, si amplius raucum sonat; quia virtus abstinentiæ, aut omnino nulla est, si tantũ quisque corpus non edomat, quantum valet: aut valde inordinata est, si corpus atterit, plusquam valet.* Atq; de hac cithara loquitur regius Vates, Psal. 42. cum ait. *Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.* Et Psal. 32. *Exultate iusti in*

Corporis mẽbra, & potentiæ mortificatione attẽperandæ. Rom. 6. 19.

D. Gregor.

Mortificationis operibus modus adhibendus. Psal. 42. 12.

Domino

Psal. 32. 12. *Domino, rectos decet collaudatio: confitemini Domino in citharа, in psalterio decem chordarũ psallite illi.* Quo loco est aduertendum posse citharam apte subiungi psalterium decem chordarum: quia cũ mortificationis, citharа pulsatur, statim etiam sonat psalterium decachordum, id est, decem mãdatorum, quę tunc optime seruantur, cũ prauarum appetitionum cõpressio præmittitur, nec enim illa violãtur, nisi quia illę minimè inhibentur.

4 Atque hæc, quam hactenus tradidimus de nostris centum quadraginta quatuor millibus citharædis, eorumq; citharis expositio, communis est. Verùm paulò aliter eosdẽ citharas accepit Rupert. Rupert. referens illas non ad virgines tantũ, sed vniuersè ad iustos, & fideles: *Citharæ*, inquit *sunt pectora fidelium, in quibus per fidẽ musica cœlestis inhabitat; vbi chordæ sunt extentæ præceptorum, de quibus dicitur Psal. 32. Confitemini Domino in citharа, in psalterio decem chordarum psallite illi. Decem quippe legis præcepta sũt: hæc obseruare est cantare primùm in citharа, deinde in psalterio clariùs sonante; id est, primùm in timore, deinde in perfecta charitate.* In qua Ruperti expositione obserua elegantem fidei similitudinem, quę nimirum citharę comparatur: & quoniam sola fides ad salutem non sufficit, extendi in ea debent chordæ præceptorum, vt perfecta harmonia, & cõcentus efficiatur. Obiter hîc obserua Clementem Alex. lib. 2. Pædagogi cap. 4. per psalterium decachordũ Christum intelligere; quòd nomen IESVS incipiat à litera I. quę apud Græcos decem significat. *Confitemini*, inquit, *Domino in citharа, in psalterio decachordo psallite ei. Nunquid decachordum psalterium verbum IESVM significat, qui manifestatur elemento decadis?* Postremò Richardus de S. Vict. annotauit non tantùm dictum esse de illis centum quadraginta quatuor millibus, quod citharizarent *in citharis*, sed additũ esse *suis*, id est non alienis, quia videlicet vnusquisq; suis ipsius operibus salutem adipiscitur iuxta illud ad Gal. 6. *Opus suum vnusquisque probet, & sic in semet ipso tantùm gloriam habebit, & non in altero.*

Psal. 32. 2. Cantant in citharа qui Dei præcepta seruant.

Fides sola nõ sufficit ad salutem.

Clem. Alex.

Richard. Vict.

Operibus alienis nemo adipiscitur salutẽ

Ad Galar. 6. 4

5 Quod verò attinet ad cãticum, quod huiusmodi citharædi, id est, virgines cõcinunt, duo de illo dicuntur à Ioanne, vnum est esse quasi canticum nouum: alterum eiusmodi canticum neminem potuisse dicere nisi illa centum quadraginta quatuor millia, id est, solos virgines. Vbi aduerte, pro eo, quod nos habemus, *dicere*, haberi Græcè μαθεῖν, hoc est, *discere*, facile autem fuit in Latinis codicibus, vt *discere* in *dicere* corrumperetur. Est igitur sensus, canticum, id est, laudem, quam virgines Deo propter integritatis donum exhibebant, quasi nouum in cœlo auditum fuisse propter virginitatis raritatem: rarissimum enim visum est tantam virginum multitudinem repertam in terris fuisse. In eo autem, quòd nemo poterat discere eiusmodi canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, significatur laudem de integritatis dono conseruato nulli beatorum, præterquã virginibus posse conuenire: cum virginitas semel amissa recuperari ampliùs nõ possit. Et quoniam illa verba, *nemo poterat discere*, indicant aliquem conatum adhiberi à beatis ad discendum eiusmodi canticum; sed propter cantici tum difficultatem, tum altitudinem nõ posse, quã tuncunque voce contendant illud addiscere, sanè significatur eximia virginitatis præstantia; quippe quam beati omnes, si fieri posset, habere cuperent, hoc enim est conari ad canticum addiscendum. Itaque tã insignes citharædi sunt virgines, ac tam canoras, sublimesq; voces habẽt, talemq; concentum, & harmoniam efficiunt: vt vel ipsi supremi spiritus nequeant cum illis neq; de vocis præstantia, neq; de concentu musicæ, neq; de citharizandi arte contendere. Illustrauit hunc locum D. Greg. tertia parte Curæ Pastoralis, admonitione. 29. quãquam & ipse quoque legit *dicere*, non *discere*. *Quod nam canticum*, inquit, *cantant, quod nemo potest dicere nisi illa centum quadraginta quatuor millia? singulariter quippe canticum Agno cantare est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus de incorruptione carnis gaudere; quod tamen cæteri electi canticum audire possunt. Licet dicere nequeant, quia per charitatem quidem in illorum celsitudine læti sunt, quanuis ad eorum præmia non aspirant.* Hęc ille.

Virginitas rara.

Semel amissa recuperari nõ potest.

Quanta sit eius præstantia.

D. Gregor.

Cur virgines dicantur empti de terra primitię Deo, & Agno?

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.

SECTIO SEXTA.

1 DOCET IOANNES illa centum quadraginta quatuor millia virginum empta fuisse de terra, pretioso scilicet Agni sanguine. Sed quid est, quòd cum omnes electi empti sint sanguine Agni iuxta illud 1. ad Corint. 6. *Empti enim estis pretio magno*: virgines peculiari ratione empti de terra commemorantur? Sane crediderim propter summam virginitatis excellentiam dici virgines peculiari nomine emptos à Christo, quasi Christus peculiari quodam modo optimè collocatum pretium sui sanguinis in virginibus tanquam gemmis pretiosissimis emendis arbitretur. Vnde meritò exclamat hoc loco Pannonius: *O Donum admirabile, ô meritum fragilis vitæ excellentissimum, cuius tam præclara est cõmẽdatio. Sic nempe empti, segregatique sunt de terra virgines, vt præcipuum sortirentur præmium, & magis Angelis, quàm hominibus æquarentur, Deo in primis accepti.* Nec verò hic locum habet, quod scribit Tertull. in lib. de habitu muliebri, abundantiam contumeliosam esse in se ipsam, eo quòd multitudo mercium, quantumcunq; pretiosę sint, eorundem pretium, ac valorem minuit: nõ, inquam, hîc locum habet. Quanuis enim tam multi virgines apparuerint, videlicet centum quadraginta quatuor millia nihil propterea de alicuius eorum pretio detractum est; sed vnusquisq; vt gemma pretiosissima emptus est pretio magno à negotiatore cęlesti. Præterea cũ Ioannes ait, *Hi empti sunt ex hominibus*, lætabũdus, imo & quasi iactabundus loquitur, lętaturq; tam pretiosas virginum gemmas è terra emptas fuisse, & quodammodo Angelis sanctè insultans, simulq; vniuerso hominum generi gratulans, atque præ gaudio gestiens, ac triumphans ait: *Hi empti sunt de terra*: & paulò inferius: *Hi empti sunt ex hominibus.*

1.Cor. 6. 20.

Virgines peculiari nomine à Christo empti

Pannonius.

Tertullianus.

Sed cur primitiæ dicuntur? D. Ambr. ad paucitatem refert, quanuis locum generatim de electis intelligat. *Per primitias*, inquit, *frugum electi designantur: nam sicut ex multitudine fructuum paruæ primitiæ Deo offerebantur: ita ex multitudine populorum paruus numerus electorum eligitur, qui ab Angelis Deo in templo gloriæ cælestis offertur.* Quæ ratio etiam virginibus accõmodari potest, qui propter paucitatem primitiæ sunt comparatione electorum, atq; adeo non iam tãtum primitiæ omnium fructuum, sed lectissimorum fructuum primitiæ appellari debent. Secunda ratio est propter virginitatis excellẽtiam: sunt enim primitię optimi omniũ fructus. Tertia est, vt indicet Ioãnes propter virgines Deũ reliquis omnibus fidelibus benedicere, beneficiaq; conferre, (quod maximè ad virginitatem cõmendandam pertinet) quemadmodùm primitijs fructuum Deo oblatis reliqui omnes fructus quodammodo benedicebantur, & terra ipsa, arboresq; fœcunditatem consequebãtur iuxta illud Prouerb. 3. *Honora Dominum de substantia tua, & de primitijs omnium frugũ tuarum, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Quarta. Quoniam primitiæ soli Deo offerendæ referebantur: ita enim virgines integritatẽ carnis illibatam Deo seruant. Quinta. Quoniam sicut idcirco Deus sibi offerri præcipit primitias fructuum, vt hac testificatione eum homines rerum omniũ auctorem profiteãtur; ita virgines cum carnis suæ integritatem Deo offerunt, profitentur Deum esse omnium spiritualium donorum effectorẽ, qui potuerit tam excellens virginitatis donum hominibus elargiri.

2 D. Ambros.

Virgines electorum primitiæ.

Propter illos reliquis fidelibus benedicit.

Prou. 3. 9.

Deum donorum spiritualium effectorẽ profitentur.

Sexta. Offeruntur virgines Deo tanquam primitiæ non fructuum tantũ, sed etiam spoliorum: sunt enim virgines optima quædam spolia, quę Christus mundo detraxit; & quoniam cæteris spolijs vidẽtur excellere, idcirco primitiæ spoliorum appellari possunt. Delectari autẽ Deum spoliorum primitijs, perspicuum est ex vrbe Hierico, quam sibi consecrari Dominum voluisse tãquam primitias spoliorum docet Theodoret. q. 6. in li-

3

Virgines primitiæ spoliorum Christi.

Theodoret.

brum Ioſue, eo quòd fuerit prima vrbs, quam filij Iſrael poſt tranſitum Iordanis ceperũt, id quod ſignificatur illis verbis Ioſue 6. *Sit ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea ſunt, Domino. Quicquid autem auri, aut argenti fuerit, & vaſorum æneorum, ac ferri, Domino conſecretur repoſitũ in theſauris eius.* Quo loco, quanquam *anathema* ſignificat illud, quod penitus aboletur, ciuitasque illa eã ob cauſam *anathema* fuerit, quod præceptum à Domino fuerit, vt omniuo extingueretur, & incẽderetur, vt Iſidorus Clarius, & Vatablus in eum locum annotarunt: tamen Lyranus docet vocem Hebream *Cherem*, pro qua Septuaginta verterunt *anathema*, duo ſignificare, deſtructionem nimirum, & conſecrationem; & vtranque ſignificationem in hoc facto concurriſſe, quoniam ciuitas cum habitatoribus fuit euerſa; aurum verò, & argentum, æs, & ferrum reſeruata fuerunt, & Domino conſecrata, ita vt profanis vſibus applicari non poſſent. Quod autẽ vox *Cherem* conſecrationẽ ſignificet, patet Leuit. vigeſimo ſeptimo: *Omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, nõ redimetur.* Vbi Hebraicè pro *conſecratione* eſt *Cherem*, & Septuaginta non *anathema* per E. ſed *anathema* per H. tranſtulerunt: quanquã non deſint, qui etiam hoc loco *Cherem* pro euerſione accipiant, vt iſta conſecratio ſit per modum anathematis, hoc eſt, occiſionis, & euerſionis.

Ioſue 6. 17. 19

Iſidor. Clar. Vatablus.

Lyranus.

Septuag. Vrbs Hierico per euerſionẽ conſecratur Deo.

Leuit. 27. 29.

Septuag.

4

Septima ratio, quoniam ſicut rei ſceleris ſunt, qui primitias Deo conſecratas deuorant, cum ſoli Deo debeãtur: vnde de Iſraele ita loquitur Hierem. cap. 2. *Sanctus Iſrael Domino, primitiæ frugũ eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus. Primitiæ*, inquit Hieronymus, *ſemper debentur ſacerdotibus, & non boſtibus: & quomodo qui primitias deuorant nequaquã de genere ſacerdotali, ſceleris rei ſunt: ſic qui contaminant Iſrael, malis ſubijciẽtur.* Sicut igitur, inquam, qui primitias conſumunt, magni cuiuſdam ſceleris reiexiſtimantur: ita in eos, qui virginum ſacratum integritatem aut violant, aut ſolicitant, tanquam in execrandi flagitij reos acerrimè Deus animaduertit. Audi, quid referat D. Hieronymus in epiſt. ad Lætam de inſtituti one filiæ: *Prætextata*, inquit, *nobiliſſima quõ dam fœmina iubente viro Hymetio, qui patruus Euſtochij virginis fuit, habitum eius, cultumq; mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit vincere cupiens & virginis propoſitum, & matris deſiderium: & ecce tibi eadẽ nocte cernit in ſomnis veniſſe ad ſe Angelum terribili voce minitãtem pœnas, & hæc verba frangentem. Tu ne auſa es viri imperium præferre Chriſto? tu caput virginis Dei tuis ſacrilegis attrectare manibus? quæ iam nunc areſcent, vt ſentias excruciata, quid feceris, & finito menſe quinto ad inferna duceris. Sin autem perſeueraueris in ſcelere, & marito ſimul orbaberis, & filijs. Omnia per ordinem expleta ſunt, & ſeram miſeræ pœnitentiam velox ſignauit interitus. Sic vlciſcitur Chriſtus violatores templi ſui, ſic gemmas, & pretioſiſſima ornamenta defendit.* Hæc Hieronymus.

Hierem. 2. 3.

D. Hieron.

Violatores virginum ſacrarum acerrimè vlciſcitur Deus D. Hieron.

Denique aduertendũ ex D. Chryſoſt. ſerm. de Aſcenſione Domini, primitias, quæ à Deo expetuntur, eſſe fructum non imperfectum, & imbecillem, ſed validũ, & fortem: id quod probat ex Leuit. 19. vbi de primis fructibus, quos Hebræi ſtatim poſt ingreſſum in terram promiſſionis collecturi erant, dicitur. *Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinant, immunda erunt vobis. Quarto autem anno omnis fructus eorũ ſanctificabitur laudabilis Domino: quinto autem anno comedetis fructus:* & clariùs iuxta Septuag. interpretes: *Tribus annis depurgabus fructum eius. Quarto autẽ ãno fructus ſanctus erit Domino.* In quem locum D. Chryſoſt. docet primitias fructuum terræ promiſsionis nõ fuiſſe quoslibet primos fructus, ſed perfectos, & validos, & idcirco præcepiſſe Dominum, vt fructus quarti anni ſibi offerrentur: ne vero quiſpiam, priusquàm ipſe, eius terræ fructibus veſceretur, ſimul iuſsiſſe, ne populus trium præcedentium annorũ poma comederet. *Vide*, inquit, *legis conditoris prudentiam: fructum primum nec manducari permittit, ne ante Deum quiſquam eum percepiſſe videatur: nec offerri conceſsit, ne Deo immaturus offeratur: ſed, Dimitte, inquit, quia primus eſt, nec offeras, quia oblationi nondum dignus eſt.* Hæc ille. Ex quo licet colligere eam tantùm integritatem mentis, & corporis primitiarũ nomen mereri, quæ perfecta eſt, eamque illibatam omnino debere eſſe ab hominibus, vt Deo offerri poſsit.

5

D. Chryſoſt.

Leuit. 19. 23.

Septuag.

D. Chryſoſt. Primitiæ terræ permiſsionis offerende Deo, fructus perfecti.

Cur

Cur virgines dicantur sequi Agnum, quocunque ierit? *Hi sequuntur Agnum, quocunque ierit.*

SECTIO VII.

I ILLVD etiam mirum de virginibus Ioānes cōmemorat, quòd sequantur in cœlo Agnum, quocūq; ierit, quod sanè sicut cōmēdationē virginitatis eximiā; ita nō mediocrem difficultatem continet, si vt omnino fatendum est, aliquid propriū, & peculiare virginibus his verbis Ioannes complectitur: nam si cōmunis hæc est omnium beatorum prærogatiua, non erat, cur eam Ioannes tanquam laudem aliquam eximiā virginibus tribueret. Id quod etiam Ecclesia videtur intelexisse, cum in festo virginum canit.

Quocunque pergis, virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes currit ant,
Hymnosque dulces personant.

D.Greg.Naz. Et Greg. Naz. carmine de virginitate de virginibus loquens, cum ait:

Ac chorus ingens,
Carpere quem nequeas, Regem lætissimus ambit,
Cœlestis, studioque omni Deus esse laborans.

D.Augustin. D. Augustinus libro de sancta virginitate capite vigesimo septimo, quem sequuntur interpretes Primasius, Arethas, & alii, docet his verbis significari virgines habere in cœlo peculiaria quædam gaudia, quæ cœteris beatis non dantur, eo quòd sequantur Agnum, quocunque ierit, id est, Christum in omni genere virtutum imitentur: reliquos verò sanctos, qui virgines non sunt, sequi quidem Agnum, sed non quocunque ierit; quoniam in virginitate sequi non possunt, cum virginitas semel amissa recuperari non possit. Itaque sequi Agnū, non quocunque ipse ierit, sed quocunq; ipsi potuerint. Sed audiamus ipsum Augustinum: D.Augustin. *Quò*, inquit, *ire putamus hunc Agnū? quò nemo eū sequi vel audeāt, vel valeat, nisi vos. Quò putamus vos ire? in quos saltus, & prata? vbi credo sunt grandia gaudia, non gaudia seculi huius, nec gaudia, qualia in regno Dei cœteris nō virginibus erunt; sed à cœterorum omnium gaudiorum sorte distincta: non sunt eadem non virginum, quanuis Christi, nam sunt aliis alia, sed nullis talia. Ite in hæc; sequimini Agnum; quia & Agni caro vtique virgo. Quid est eum sequi, nisi imitari? Multa in illo ad imitandum omnibus proponuntur: virginitas autem carnis non omnibus: non enim habent, quid faciant, vt virgines sint, in quibus iam factum est, vt virgines non sint. Sequuntur itaque Agnum cœteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, non quocunque ierit, sed quousque ipsi potuerint: possunt autem vbique, præterquam cum in decore virginitatis incedit: Christus enim passus est pro nobis vobis reliquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Certe iam coniugati possunt ire per ista vestigia, etiam si non perfectè ponentes pedem, verumtamen in eisdem semitis gradientes. Sed ecce ille Agnus graditur itinere virginali, quomodo post eum ibunt, qui hoc amiserunt, quod nullo modo recipiunt? Vos ergo, vos ite post eum virgines, quia propter hoc bonum sequimini eum, quocunque ierit.* Hactenus Augustinus.

Virgines peculiaria in cœlo habent gaudia.

1.Petr.2.21.

2 In qua quidem interpretatione ille scrupulus adhuc eximendus supererat. Insurgit dubitatio. Nam quemadmodùm reliqui sancti veluti Martyres, qui virgines non sunt, non possunt sequi Agnum, quocunque ierit, scilicet cum graditur itinere virginali: ita & ipsi quoque virgines, qui Martyres non fuerint, non possunt sequi Agnum, quocunque ierit, scilicet cum graditur itinere sanguineo martyrii: quare non facit vna virginitas, vt virgines Agnum sequantur, quocunque ierit. Huic dubitationi responderi potest, illud esse discrimen inter reliquos sanctos ex vna parte, & virgines ex altera, quòd virgines possunt omnium reliquorum sanctorum prærogatiuis, titulisque decorari: reliqui verò sancti, qui virginitatem amiserunt, virgines esse non possunt; atque adeo virgines posse sequi Agnum, quocunque ierit, reliquos non posse. Verumtamen illud huic responsioni officit, quòd non dicat Ioannes, Possunt sequi Agnum, quocunque ierit, sed, *Sequuntur Agnum, quocunque ierit*: perspicuum Soluitur.

est autem non omnes virgines Martyres esse. Accedit, quòd Ioannes loquitur de felicitate, quam virgines, qui Antichristi temporibus permanserint, post obitum suum in cœlo obtinebunt; eorũ enim gloriam sempiternam describere est aggressus, vt fideles illius temporis ad omnem virtutem, & præcipuè castitatem animaret. At quis non videt virgines, qui Martyres non fuerint, postquam cum Christo in cœlo regnauerint, Martyres esse non posse: atque adeo Virgines, de quibus loquitur Ioannes non solùm iuxta expositionem Augustini nõ sequi Agnum, quocunque ierit, sed nec etiam sequi posse?

3 Franc. Riber.

Duplicem responsionem affert Franciscus Ribera in comment. huius loci. Vna est, virgines sequi Agnum, quocunque ierit, quoniam in virginum multitudine omnia virtutum merita inueniẽtur: multi enim erunt Martyres, Doctores, Prælati, aliisque titulis insignes, qui tamen omnes in reliquis sanctis, qui virgines non fuerint, inueniri non poterunt. Altera est, eos tantùm virgines hoc loco accipiendos esse, qui cum integritate animæ, & corporis omnes omnino virtutes coniunxerint. Possumus etiã tertiam addere, quoniam in virginitate genus quoddam martyrij continetur, vt iam supra ex Hieronymo docuimus, adhuc peculiare esse virginibus sequi Agnum, quocunque ierit; cum omnes eius virtutes æmulari suo modo possint, quod de aliis sanctis, qui virgines nõ fuerint, dici non potest: cum in reliquis virtutibus non contineatur virginitas. Cæterum planior ea nobis videtur expositio, commemorari his verbis à Ioanne peculiare quoddam virginum priuilegium, qui Agnum in cœlo semper, quocunque ierit, comitentur, & prosequãtur; nihilque aliud significari, quam Agnum virginibus præcipuè delectari, ita vt à suo latere eos nunquã velit discedere. Scilicet sequuntur Agnum, quocunque ierit, tanquam regii citharœdi, quos Princeps ille cœlestis solet secum ad suam, suorumq; omnium oblectationem ducere. Sicut igitur Reges, ac Principes, quocũq; eũt, ducere solẽt secũ citharœdos, ita Chrs sẽper secũ Virgines. Quæ sane ratio innuitur à Ioanne: nam postquam virgines citharœdos, cantoresque appellasset, dixisset que vidisse se illos cum Agno pulsantes citharas, & canentes, paulo post subiunxit: *Hi sequuntur Agnum, quocunque ierit.* Peculiare etiam priuilegium virginum agnoscit hoc loco auctor libelli de laude virginitatis, qui inter opera D. Hieronymi circunfertur. *Sequuntur*, inquit, *Agnum, quocunq; ierit, quia nullus eis locus in illa cœlesti aula clauditur, sed cuncta eis Diuinarum mansionum habitacula referantur.* Itaque iuxta hanc expositionem peculiare quoddam virginum priuilegiũ, summaq; cum Christo familiaritas explicatur.

Virginib⁹ præcipue Christus delectatur in cælo.

Cur dicatur in ore virginum non fuisse inuentum mendacium?

Et in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei.

SECTIO VIII.

1

ALIAM quoque laudem non mediocrem Ioannes virginibus tribuit. *In ore*, inquit, *eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei.* Pro cuius illustrioris cognitione aduerte mendacium in sacris literis vsurpari in primis pro rebus vanis, nihilq; solidi habentibus, veluti Psalm. 4. *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* id est, cur diligitis ea, quæ carnis sunt, & mundi, quæ vana omnino sunt, & mendacij plena, hoc est, nihil solidi, verique boni continent? Diuus Hieronymus ita transtulit. *Filij viri vsquequo inclyti mei ignominiosè diligitis vanitatem quærentes mendacium?* vt ipse Deus loquatur, hominibusque suæ originis nobilitatem ante oculos proponat, quasi dicat:

Mendaciũ pro quibus vsurpetur in sacris

Psal. 4. 3.

D. Hieron. Mundana omnia, mendãciũ

O uos inclytę, & ſublimes creaturæ quouſque veſtrę dignitatis immemores ad veſtram ignominiam vana, & fallacia diligitis? ſeu vt alii interpretantur: *Quouſque gloriam meam vertitis in ignominiam?* Secundò (quæ acceptio ex priore ortum habet) ſumitur pro idolis. Hieremiæ octauo. *Quare auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem auerſione contentioſa? apprehenderunt mendacium, & noluerũt reuerti.* Sic enim interpretatur D. Hieron. Tertiò. Sumitur pro peccato mentiendi, quę eſt germana verbi, frequentiſsimaq; acceptio, veluti Iob. 13. *Sed tamen ad omnipotentem loquar, & diſputare cum Deo cupio, prius vos oſtẽdens fabricatores mendacii.* Vbi obiter aduerte eſſe quoſdam velutimendaciorum artifices, qui artem mentiendi profitentur, quos propterea Iob appellat *fabricatores mendacii*, quaſi proprios huius operis artifices. Eodem modo ſumitur mendacium Prouerb. 10. *Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos, idem autem ipſe ſequitur aues volantes*: quanquam multò aliter & in Hebræo, & apud Septuaginta legitur. Id quod duobus modis accipi poteſt. Vno modo, vt ſit ſenſus, hominem mendacem paſcere, id eſt, alere ventos, ſicut paſtor gregem ſuum paſcit: altero, vt paſcat ventos, id eſt, paſcatur ventis, ſicut oues paſcunt herbam: & vtraque expoſitio ſignificat rem omnino inutilem eſſe mendacium, quanuis prior videatur textui magis concinere, eo quòd ſtatim ſubiungitur, *Idem autem ipſe ſequitur aues volantes*, quod tam inutile eſt, quàm ventos quaſi gregem paſcere.

Hierem. 8. 5.

D. Hieron.

Iob. 13. 3.

Prouerb. 10. 4

Homo mẽdax paſcit ventos. Septuaginta.

2

Igitur in ore virginum dicitur non fuiſſe inuentum mendacium: primò, quia non inanes, & fallaces carnis illecebras ſectati ſunt, ſed veram, ſolidamq; voluptatem, quę virginitate cõtinetur, cuius dulcedinem ſentiebat ſponſa Cãt. 1. cũ puriſsimorum vberum ſponſi ſuauitatem experta dicebat; *Meliora ſunt vbera tua vino*, id eſt, tuę ô ſponſe deliciæ ſunt omni vino carnalis voluptatis dulciores: cui expoſitioni accinit, quod alii vertunt ex Hebræo, *Boni ſunt amores tui præ vino*. Secundò. Non eſt inuentum in ore virginum mendacium, quia ab hæreſi, & idololatria, quæ maximè Antichriſti tempore vigebunt, longiſsimè aberunt. Ratio verò eſt, quia maxima ad idolorũ cultum, & hæreſim diſpoſitio eſt carnis licentia, effrænataque libido; inde enim eſt, quòd Salomon ardentiſsimè fœminarũ amore captus ſequutus eſt Deos alienos, colebatque Aſtarthem Deã Sidoniorum, & Chamos Deum Moabitarũ, & Moloch idolum Ammonitarum; ædificauitq; fanum Chamos idolo Moab in monte, quod eſt contra Hieruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon; atque in hunc modũ fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant Dijs, vt refertur. 3. Reg. 11. E contrario Paulus fidem cum caſtitate cõiungit. 1. ad Timot. 4. *Exemplũ eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate*: & in eadem epiſtola cap. 2. *Obſecro orationes fieri pro Regibus, & pro omnibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate*; vbi pietas cum caſtitate copulatur. Aduerte obiter ex Regibus, & Principibus caſtitatẽ regni pendere, ſiquidẽ Apoſtolus obſecrat, vt oremus pro Regibus, *vt tranquilam vitam agamus cum caſtitate.*

Libido eſt maxima ad hæreſim diſpoſitio.

3. Reg. 11.

1. Tim. 4. 12. Caſtitas conducit ad fidẽ. Ibidem 2. 1.

Ex regibus regni pendet caſtitas.

3

Tertiò. In ore virginum non eſt inuentum mendacium ſumpto mendacio, vt veritati in dictis opponitur; quoniam cum virgines ſoli Deo placere ſtudeant, non eſt, cur hominibus fauoris cõciliãdi gratia vel mẽtiãtur, vel blandiãtur: quòd enim adulari etiã mentiri ſit, perſpicuũ eſt ex illis verbis Pſ. 65. *In multitudine virtutis tuæ mẽtientur tibi inimici tui.* Quo loco Vates regius cum Deo loquitur hoc ſenſu: Inimici tui cum ſe viderint à te ſuperatos, & oppreſſos, timentes deinceps tuæ potẽtiæ magnitudinẽ adulabuntur tibi, cũ te potentẽ, & inuictũ, verumq; Deũ prędicabũt; in qua quidẽ prędicatione ſe mẽtiri putabũt, cũ te Dijs ſuis anteponent. Cõmemoratur autẽ à Ioãne tãquã prærogatiua quædã virginũ eximia non inueniri in ore ipſorũ mẽdaciũ, eo quòd laus maxima ſit veracẽ eſſe, & in pauciſſimis reperiatur. Vnde Oſeę 4. dicitur. *Maledictum, & mendaciũ, & homicidiũ, & furtũ inundauerunt*: & Eſaiæ. 59. *Corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta eſt veritas in obliuione.* Verè, inquam,

Virgines ſunt veraces. Pſalm. 65. 3.

Oſeæ 4. 2.

Eſai. 59. 14.

Integram veritatem rarò loquuntur homines. Psalm. 11. 1.

non potest ingredi veritas, quoniam vbique claudicat: rarò enim integram veritatem homines loquuntur iuxta illud Psal. 11. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominũ.* Sed hinc iam oritur illa dubitatio, quæ hoc loco à plerisq; excitatur: videtur enim hęc Ioannis sententia cum illo Dauidico testimonio pugnare Psal. 115. *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mẽdax.* Quo testimonio vtitur Paulus ad Rom. 3. Verũ hęc optimè conciliuntur: est enim omnis homo mendax natura sua, fallereque, ac mentiri potest, cui nõ repugnat aliquos nunquam de facto mentiri. Porrò est aduertendum pro eo, quod nos habemus, *excessu*, Græcè esse, ἐκστάσει, Hebraicè verò, *in stupore meo*, vt transtulit D. Hieron. alij, *in festinatione mea*, quod etiam est trepidantium. Itaq; excessus hoc loco non significat contemplationis ecstasim, vt pleriq; male existimãt, sed stuporem, trepidationem, fugam, discessum, præcipitẽ euasionem: loquitur enim Dauid de fuga, & trepidatione sua, cum eum Saul per sequeretur, significatq; se destitutum penitus ab hominibus, à quibus auxiliũ sperabat, ideoq; omnes homines appellat mendaces, & fallaces, in quibus non sit confidendum. Sed aliam quoque expositionem cõfiteri cogimur propter Paulum, qui ad Rom. 3. mendacem eo locũ sumit, prout opponitur veraci, cum ait. *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quare iuxta hanc Pauli interpretationem ita loquitur Dauid. Multi in mea fuga actum de me existimarũt, putantes me nullo pacto regnaturum: at ego in ea ipsa fuga, rerumq; mearum cõuersione in Deo spem fixam habens credidi, & speraui Deum suam fidem mihi de regno datam seruaturum, dixiq; omnem hominem, qui contra sentiret, falli, decipi, mentiri. Qui locus ita explicatus illustris est ad cõmendandam in Deo fiduciam, cum pericula, calamitatesque acciderint.

Psal. 115. 11.

Rom. 3. 3.

Explicatur locus Psal. 115.

Dauidis in Deo maxima fiducia.

COMMENTARIVM SECVNDVM EXEGETICVM.

De tribus Angelis, qui Ioãni apparuerunt, & voce illa audita de cœlo. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*

Visio imaginaria proponitur, & explicatur.

SECTIO PRIMA.

DÆCELLENTIbus virginum laudibus, & glorioſis, ac illustribus titulis explicatis docet Ioannes vidisse se alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, magnaque voce dixisse: *Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius*: in quo Angelo significari multos prædicatores illius temporis, qui Euangelium æternum, id est, in quo salus æterna continetur, prædicare debeant, denuntiareque mortalibus imminentem iudicii diem, est multorum sententia, quę nobis probatur, eamque sequuntur Beda, Rupert. D. Anselm. Tycon. Ansbert. & alii. Addit Ioannes alium quoque Angelum sequutum esse dicentem: *Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes*: qua de re fusè disputabimus ad caput 17. & 18. Deinde tertium adhuc Angelum visum fuis-

Beda. Rupert. D. Anselm. Tycon. Ansbert.

se

se, qui diceret voce magna: *Siquis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius*: per quem etiam Angelum similiter alii prædicatores accipiendi sunt, qui Diuinis comminationibus homines à sequēdo Antichristo auocabūt. Possumus quoque hos Angelos ad visionem imaginariam referre, vt scilicet visus sibi sit Ioannes eiusmodi Angelos intueri, & audire ita loquētes, vt ipse quæ videbat, & audiebat, literis mandaret; non quòd Angeli concionatores futuros tempore Antichristi repræsentarēt. Docet præterea audiuisse se vocem de cœlo dicentem sibi: *Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorū sequuntur illos*. Quæ sententia est iam à nobis deinceps explicāda.

Explicatur illa sententia.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.

SECTIO II.

I VIDAM recentiores in commentariis huius loci existimāt sermonem hic esse de Martyribus, vt sit sensus: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*, hoc est, pro Domino, vel propter Dominum moriūtur: aiuntque esse Hebraicæ linguę idiotismum frequētissimum, vt Beth, quæ apud Hebræos idem est, ac propositio *in*, significet etiā *pro*, vel *propter*, veluti Geneſis 18. *Delebis propter quinque vniuersam vrbem*, Hebraicè, *in quinque*: & Geneſis 29. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua*, Hebraicè, *in Rachel*: pluribusque aliis testimoniis idem cōfirmāt. Et meritò, inquiunt, de Martyribus sermo inseritur, quia cum Ioannes Sanctorum labores, & persecutiones Antichristi tempore futuras commemorasset, parerat, vt fideles animaret felices eos, beatosque appellans, qui pro Domino morerentur, prænuntianſque fore, vt tandem à laboribus requiescerent. Huius expositionis laudant auctores D. Ambros. Ansbert. & Haymonem. Verùm quanquam hæc expositio probabilis sit, multò tamen probabilior, & verior nobis videtur cōmunis sententia, quę hunc locum non ad Martyres tantùm refert, sed ad Sanctos vniuersos: eam enim tradunt Beda, Andr. Cœsar. Richard. de S. Vict. Primas. Pannon. Ioachimus Abbas, Ansbert. quem malè pro se citant: imo & Haymo hanc etiam expositionē affert, & probat. Sic etiam intellexit D. Bernard. epist. 98. quę est de Machabęis. *Non putemus*, inquit, *solos Martyres esse dilectos, cùm recolamus dictum de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit: denique: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Non soli, qui pro Domino, sicut Martyres sed qui in Domino moriuntur, sicut Confessores, profectò beati sunt. Quæ proinde res mihi videntur mortem facere pretiosam, vita, & causa: sed amplius causa quàm vita. Porro illa erit pretiosissima, quam & causa commendat, & vita.* Vbi cernis Bernard. mori in Domino distinguere à mori pro Domino: neque hoc loco Ioannis solos Martyres intelligere, sed omnes, qui in gratia, & charitate moriuntur. Legendus est idē Bern. serm. 24. ex paruis: *Pretiosam*, inquit, *in conspectu Domini mortem sanctorū facit aliquando vita, aliquando causa aliquando vita simul cum causa. In Confessoribus, qui in Domino moriuntur, facit pretiosam vitam: in Martyribus, qui pro Domino moriuntur, facit eam pretiosam aliquando sola causa, aliquando causa pariter, & vita. Et illa quidem mors pretiosa est, quam commendat vita; pretiosior, quam facit causa; pretiosissima verò, quam præuenit vita simul cum causa.* Accedit & Ecclesiæ auctoritas, quę in officio defunctorū hoc vtitur testimonio ad cuiusuis defuncti memoriam celebrādam, estq; hęc expositio instituto Ioānis in primis accommodata. Cum enim instituat consolari fideles illius temporis, qui non omnes pro Christo martyrium pati debent, imo paulò ante de virginibus

Beda. Andr. Cęsar. Richard Vict. Primas. Pannon. Ioachim. Ansbert. Haymo. Ioan. 11. 11.

Propositio in pro quibus vsurpetur apud Hebræos. Gen. 18. 28. Gen. 29. 18.

bus disseruisset, conuenienti serie, ac nexu in vniuersum pronuntiauit illos felices, ac beatos, qui in Domino, id est, in fide, & gratia Christi morerentur, quò à suis laboribus in gloria requiescerent. Quo eodem sensu dicitur de B. Stephano Act. 7 *quod obdormiuit in Domino.*

Act. 7. 60.

2

Cum itaque habeamus cõmune Doctorum iudicium, Ecclesiæ ipsius auctoritatem per se grauissimam, aptissimam contextus, & instituti Ioannis seriem, est sane, cur hanc expositionem alteri optimo iure præferamus, quanquam & illa prior sua probabilitate non careat. Ad obseruationem verò aduersariorum respondemus, quanuis in sacris literis idiotismo Hebræo *in* interdum *pro* significet; cum tamen vtramq; significationem habeat, non esse ad alterutram sine necessaria ratione restringendum, si vtranque locus ferat; tumvel maximè, quòd Ioannes non Hebraicè, sed Græcè, ac gentib⁹ præcipuè scribebat; vnde non est ad Hebræos idiotismos per vim cogẽdus: Græcè autem *in Domino* idem necessariò esse, ac *pro Domino* non ostẽderur. Quanquam enim apud Paulum ad Rom. vltimo, cũ ait: *Commendo vobis Phœben sororem nostrã, vt eam suscipiatis in Domino digne sãctis*: & iterũ: *Salutate Ampliatum charissimum mihi in Domino, & salutate Persidem charissimam, quæ multùm laborauit in Domino*: *in Domino* idem fateamur esse, ac *propter Dominũ*, seu *pro Domino*: non tamen ita semper accipitur, vt est perspicuum ex 1. ad Cor. 7. cum dicitur: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit: quòdsi dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat tantùm in Domino*: vbi illud *in Domino* idem est, ac *marito Christiano, non Ethnico*, vt interpretatur Tertull. lib. 2. ad vxorem, & D. Hieron. lib. 1 aduersus Iouinianum. Accedit, quòd & illud quoque ad Rom. vltimo: *Laborauit in Domino*: D. Anselmus ita accipit, id est, *Prospe, quam habebat in Domino*: quod aliud quiddam est, quã præcisè *propter Dominum*. Ex quibus illud colligitur mori in Domino Græca phrasi non esse mori pro Domino, seu Martyrẽ esse, quod ostendendum fuerat ad reijciendam communem sentẽtiam Ecclesiæ auctoritate firmatam. Hoc suppositio iã singulas sententiæ partes expendamus.

Rom. 16. 1.

In aliquando idé quod propter.

1. Cor. 7. 39.

Tertull.

D. Anselm.

Mori in Domino quid.

Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

SECTIO III.



I

ANC PRÆCLAram sententiam iubetur Ioannes mandare literis ad cõsolationẽ fidelium, cum se viderint vndique persecutionibus opprimi, laboribusq; diuexari. Primùm igitur D. Ambr. obseruauit modum illum loquẽdi: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quis*, inquit, *mortuus mori potest? Nullus proculdubio mortuus mori potest, nisi priùs animam accipiat, vt iterum mori possit.* Cui dubitationi respondet per mortuos hoc loco non esse accipiendos mortuos per separationem animæ à corpore, sed mortuos mundo. *Illi*, inquit, *sunt beati, & illi in Domino moriuntur, qui priùs moriuntur seculo, postea carni: qui priùs veterem hominem, id est, omnes nequitias spiritales, & carnales in se extinguunt, vt possit dicere cum Apostolo. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Hæc tamẽ Ambrosij expositio elegantior est, quàm verior: etenim *mortui* hoc loco non mortui mundo, sed verè mortui per separationẽ animæ à corpore accipiendi sunt, vt sit sensus: Beati illi mortui, non qui postquam semel mortui sũt, iterum moriuntur, sed qui in Domino moriuntur, id est, quibus contingit mori in Domino, seu mortuos in Domino esse: quæ est cõmunis expositio, & ab Ecclesia probata. Itaq; mori in Dño nihil est aliud, quàm mori in fide, & gratia Domini, seu mori seruum Domini, vt dictum est de Moyse Iosue 1. *Moyses seruus meus mortuus est*. In quem locum Caiet. *Hoc est*, inquit, *epitheto Moysis, quo Deus ipse testatur placuisse sibi officia Moysis appellando ipsum seruum suum: imo dicendo: Moyses seruus meus mortuus est: aperit, quòd mortuus est seruus suus, quasi diceret. Licet quandoq; peccauerit, & peccando non fuerit seruus meus; attamen mortuus est seruus meus, mortuus est in statu seruitutis meæ, mortuus est sic, quòd quidquid erat, & quidquid optabatur, meũ erat, seruus enim totũ quod est, Domini est.* Hæc ille. Idem est igitur mori in Domino, ac mori seruum Domini: idemq; alia quoque

D. Ambros.

Mundo mortui, beati.

Galat. 6. 14.

Iosue 1. 1.

Moriuntur in Domino qui in gratia moriuntur. Caiet.

quendi formula significatur in sacris literis, videlicet mori in pace, veluti Ps. 4. *In pace in id ipsum dormiam, & requiescam*: & Luc. 2. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace*. Moritur autē iustus in pace, quia in morte omnia eius bella, & certamina finiūtur, cum improbos maneat sempiterna apud inferos cū tormentis decertatio.

Ps. 4. 9.

Luc. 2. 29.

2

Secundò. Moriuntur iusti *in Domino*, id est, in Domini sinu quasi dormientes cō quiescūt: hoc enim sensu dictū est Act. 7. de beato Stephano, quòd *obdormiuit in Domino*. Appellatur autē iustorum mors somnus tum propter summam in ipsa morte quietem, & tranquillitatem mentis, vt somnum potiùs dulcem capere, quàm mori videantur: tum etiam, quia sicut somnus præteriti laboris est requies, ita sancti per mortem à laboribus vitæ requiescunt. Quam ob causam subiungitur: *Vt requiescant à laboribus suis*: & Ps. 4. quies cum somno coniungitur. *In pace in id ipsum dormiam, & requiescam*. Eodē recidit illud, quod de Moyse dicitur Deut. 34. *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino*, seu vt alij trās ferunt, *super os Iehouah*, seu, *ex osculo Iehouah*, vt sit sensus, sicut mater dormiētem in sinu suo infantulum solet ore ori applicato in lectulo reponere: ita Deum Moysen seruum suum ceu dormientem infātulum per osculum, & amplexum in sinu Abrahæ quasi in lectulo collocasse.

Act. 7. 60. Sāctorū mors, cur dicatur somnus.

Deut. 34. 5. Dei fauores erga Moysen morientem.

3

Tertiò. Illi dumtaxat moriūtur in Domino, qui viuunt Domino, & moriuntur peccato iuxta illud ad Rom. 6. *Existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo IESV*. E contrario autē, qui secundùm carnē viuunt, moriūtur Deo, sed non moriuntur in Deo. Ad Rom. 8. *Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundū carnem viuamus. Si enim secūdùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*. Porro aduerte, cum ait Apostolus: *Debitores sumus non carni*: innuere carnem esse veluti seuerum quendā exactorem, qui tributa per tyrannidem exigit, & extorquere conatur; sed tamen nihil ei soluendum esse, cum nihil ei secundùm iustitiam debeatur.

Moriuntur in Domino, qui viuunt Dño. Rom. 6. 11.

Rom. 8. 12.

Carni tanquā iniusto exactori minimè soluenda tributa

Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.

SECTIO IIII.

PRIMO EST ADuertendum dictionem illam *Amodo*, seu Græcè ἀπάρτι in quibusdā Græcis codicibus iungi cum precedente sententia hoc modo: μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι, id est, *Beati mortui, qui in Dño moriūtur amodo*. Imo Areth. ita cōtextum dispūgit: *Scribe: Amodo beati mortui, qui in Domino moriūtur*. Cæterum Biblia regia, & Complutensia dictionem ἀπάρτι, siue *amodo* iungūt cum sequentibus, vt cōmuniter legit Ecclesia: est autem *amodo* idem, quod *abhinc*, siue *deinceps*, hoc est, à tēpore mortis, quēadmodùm docet communis expositio, quam sequuntur Beda, D. Ambr. Haymo, & alij. Secundò est obseruandū pro eo, quod nos habemus, *iam*, haberi Græcè, νῦν, quæ dictio significat, *certè, profectò*, vt sit sensus: *Amodo certè*. Tertiò sciendum pro, *spiritus*, haberi Græcè τὸ πνεῦμα cum articulo, vnde plerique propter articulū præfixum hoc loco nomine *spiritus* Spiritum sanctum accipiunt, Haymo totam Trinitatem, cui consentiunt Richardus, Ansbert. Deniq; Dionys. Carth. quē refert, & sequitur Pannon. existimat posse per *Spiritum* intelligi illum ipsum Angelum, qui Ioanni loquebatur, illud meritò subiungens reliquas omnes expositiones probabiles esse, vt nobis quoq; videtur. Illustrauit hunc locum D. Bern. epist. 105. quę est ad Romanum Romanę curiæ Subdiaconum. *Oquàm beati*, inquit, *mortui, qui in Domino moriuntur, audientes ab spiritu, vt requiescant iam à laboribus suis: non solū autē, sed & succedit iucūditas de nouitate, ac de æternitate securitas. Bona proīde mors iusti propter requiem; melior propter nouitatem; optima propter securitatem*. Hæc ille.

1

Areth.

Beda. D. Ambros. Haymo.

Haymo. Richard. Ansbert. Dion. Carth. Pannon.

D. Bernard.

Mors iusti bona propter multa.

Ex hoc loco illud ad mores elici potest, non esse sperandam requiem in hac vita, sed in alia: siquidem spiritus *amodo*, id est, à tempore mortis dicit requieturos esse sanctos à laboribus suis, quo sig-

2

In hac vita haud speranda requies.

nifica-

nificatur labores vsque ad finẽ vitæ duraturos, & requiem ab ipsa morte, nõ ante expectandam esse. Quam ob causam Hebr.4.9. Apostolus ad Hebr.4. gloriam sabbatismum appellat; præsentem verò vitam sex illis diebus similem dicit, quibus Deꝰ fabricatus est mundum. *Itaq;* inquit, *relinquitur sabbatismus populo Dei, qui enim ingressus est in requiem eius,* (id est Dei) *etiam ipse requieuit ab operibus suis,* (id est, à laboribus huius vitę) *sicut à suis Deus.* Id quod elegãter expendit Origines. Orig. hom.23. super Num. additq; hom.3. super Psal.36. similitudinem ductam à filijs Israel colligentibus manna. *Sicut,* inquit, *in deserto sex diebus colligebant manna, in sexto autem die non vnius diei victum sed quantum sufficeret in crastinum, colligebant; & vnusquisque comedebat in die sabbati, quæ collegerat in die sexta: ita etiam nunc velut sexta quædam dies putandꝰ est Domini nostri aduentus, & tempus, atq; idcirco dum sumus in die sexta colligamus manna dupliciter, vt sufficere nobis possit, dum aduenerit vera sabbati obseruatio.*

3 De hac requie loquitur Regius vates Psal.14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* & Psal.14.1. Psal.114. *Conuertere anima mea in requiem tuã:* & Iob.36. *Requies mensæ tuæ erit pleua pinguedine.* Eodem mysterio tempus huius vitę Psal.114.7. Iob.36.16. appellatur dies mercenarij Iob.7. *Militia est vita hominis super terrã, & sicut dies mercenarij dies eius. Sicut seruus desiderat vmbram,* Iob.7.1. *& sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.* Cuius similitudinis multæ rationes afferri possunt: prima est D. Gregorij lib.8. Mor. cap.7. *Seruum,* inquit, *desiderare vmbram est post tentationis æstum, sudoremq; operis æterni refrigerij requiem quærere: quam vmbrã desiderabat seruus ille, qui dicebat. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Et quasi à labore agri æstum refugiens, & ad obtinendam requiem vmbraculum quærens iterum dicit: Ingrediar locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei.* Secũda est eiusdem. *Mercenarius,* inquit, *cum facienda opera conspicit, mentẽ protinus ex longinquitate, & ponderꝰ laboris addicit: cum verò lacessentem animum ad considerandã operis præmium reuocat, mox vigorẽ animi ad exercitium laboris reformat, & quod graue perpendit ex opere, leue æstimat ex remuneratione. Sic electi dum mundi huius aduersa patiuntur, grauia esse, quibus exercentur, pensant; sed cum mentis oculũ ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex cõparatione præmij, quàm sit leue, quod patiuntur, inueniunt.* Tertiã illa afferri potest. Quia sicut mercenarius sollicitè curat, ne vacuus ab opere dies transeat, cum ex labore viuat: ita iustus, cum viuat ex operibus, attentè pensat, ne sibi dies aliquis sine labore, & merito dilabatur.

Prima ratio. D. Gregor.

Secunda.

Tertia.

Merces leuem reddit laborẽ.

Opera enim illorum sequuntur illos.

SECTIO V.

I RATIONEM, CVR iusti post mortem à laboribus requiescant, eã tradit Ioannes, quia scilicet opera eorum sequuntur illos. Sequi hoc loco idem est, quod comitari, vt aiunt D. Ambr. & Primas. perspicuumq; est ex ipso textu Græco: ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν: est autem ἀκολουθεῖν proprium famulorum, qui Dominum ponè sequuntur. Nec verò Græce est, *sequuntur illos,* sed *sequuntur,* seu *comitãtur cum illis:* vt indicetur opera non longè, sed proximè sequi dominos. Significat ergo Ioannes, seu spiritus Ioanni, opera bona esse quasi famulos, qui post mortẽ iustos tanquam suos dominos comitantur, & subsequuntur: & quemadmodùm quantùm quisq; diues sit, ac nobilis, ex famulorum tum numero, tum ornatu cognoscitur; ita sanctorum nobilitatem, & affluentiam meritorum ex operum bonorũ multitudine, & præstantia post mortem intelligi. Ponũtur autem hoc loco opera, quemadmodùm annotarũt D. Anselm. Richard. Ansbert. & Haymo, pro merce de operum, vt sit sensus: *Opera enim illorũ sequuntur illos,* id est, merces operum suorum iuxta illud. Hierem. 31. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo,* ait Dominus.

1

D. Ambros. Primas.

OPera bona quasi famuli iustos sequuntur post mortem.

D. Anselm. Richard. Ansbert. Haymo.

Hier. 31.16.

2 Verùm pro illustriori huius rei cognitione obseruandum est primò, opera iustorũ comitari eos ante tribunal Dei, apparereq; iustos ante Deũ stipatos suis

operibus

operibus quasi famulis: hi enim famuli dumtaxat post mortem dominum suum comitantur: atque adeo curandum esse, vt hi famuli boni sint, nobiles, elegantique forma, hoc est, vt bona opera sint præclara, & illustria, vt ante Regem gloriæ cum pulcherrimo operum comitatu apparere quis possit: *Opera enim illorum sequuntur illos*, hoc est, vt ait Hugo Card. sicut familia Dominum. Cum igitur opera nos sequantur, enitendũ summo studio est, vt huiusmodi famulos pulcherrimo virtutum omnium ornatu vestiamus, quò pro dignitate nos in suprema illa curia comitentur, ac decorent. Esse enim opera aliqua pinguia, & pulchra, alia exilia, & deformia docet D. Ambr. lib. 2. de Caim, & Abel, cap. 5. expendens, quomodò Abel de primogenitis, & adipibus obtulerit: affertque illud Psal 19. *Sacrificium tuum pingue fiat*: & illud ps. 62. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea*: docetq; significari acceptabile esse illud sacrificium, quod pingue, quod nitidum, & quodam pabulo fidei, ac deuotionis saginatum est.

Præclara in hoc seculo patranda opera vt nos decorẽt in futuro. Hug. Card.

D. Ambros.

Psal. 19. 4. & 62. 6.

3 Secundò. Eos opera bona sequuntur post mortem, qui dum viuunt, eadem opera sequũtur. Nam quòd iustus sequatur tãquam famulus ipsa opera bona, palam est ex 1. ad Tim. 5. *Vidua eligatur non minùs sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospicio recepit, si Sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsequuta est*: quo loco est idem verbũ ἀκολουθεῖν, quod diximus proprium esse famulorum. Igitur qui dum viuit, bona opera tanquam famulus subsequitur, vt apprehendat, vt honoret eiusmodi opera, cum post mortem bona opera etiam sequuntur vt famuli quasi vicem honorariam rependẽdo. Sicut enim modò iusti cum bona opera exercent, ea censentur quodammodò honorare, & magni esse facienda omnibus ostendere; ita eadem bona opera eosdem iustos post mortem honorabunt.

1. Tim. 5. 10.

Quidam viuit bona subsequitur opera, eũ eadem sequũtur post mortem.

4 Tertiò. *Sequi* hoc loco idem est, atque laudare, & fructum gloriæ afferre. Sic enim interpretatur D. Bernardus sermone secundo in festo omnium Sanctorum. *Opera*, inquit, *illorum sequuntur illos: ad quid sequuntur, nisi vt laudent eos in porti? ad quid sequuntur, nisi vt multiplicentur à fructu eorum, & accipientes de fructu manuũ suarum saginentur vituli, quos ex prophetico testimonio, cum reædificabuntur muri Hierusalem, super altare Domini nonimus imponendos.* Quarò. Quærat aliquis, cur opera dicantur sequi post mortem, si iam ante in vita præcesserunt, ad Deumque ipsum peruenerant, vt patet Act. 10. vbi ad Cornelium dicitur: *Eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.* Respondemus præcedere merito, sequi præmio: vnde Eccles. 11. dicitur. *Mitte panem tuum in transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum*: vbi est sermo de eleemosyna, vt aliâs diximus. Et Christus eôdem spectauit Luc. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Quibus verbis significatur fructum eleemosynarum in pauperes in cœlo reponi, & quodãmodò pauperes præcedere, vt eos, qui sibi opem tulerunt in hac vita, cum obierint, in cœlo recipiant.

D. Bernard.

Opera bona iustos præcedũt merito, sequuntur præmio.

Act. 10. 31.

Eccles. 11. 1.

Luc. 16. 6.

5 Porrò non solùm bona opera sequuntur, & præeunt; sed etiam peccata, quẽ admodùm dicitur 1. ad Tim. 5. *Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur.* Quem locum sic exponit D. Ambr. in Apologia Dauid, cap. 6. *Omnia nostra*, inquit, *quasi in trutina ponderantur. Si bonis igitur factis peccata præponderant, præcedunt ad iudicium: vergũt enim peccata quasi in profundum, quia manifesta sunt vel põdere, atque acerbitate, vel multitudine. Quosdam autem etiam subsequuntur: hoc est, eos, qui se egerint sobriè, sed fragilitate conditionis dederint etiam aliquando erroris locum, bona facta præcedunt, mala sequuntur. Ergo iustos sequuntur peccata, non præeunt: iniustos præcedunt peccata: si quæ autem rectè facta sunt, sequuntur quasi quodam præiudicio peccatorum præeuntium prægrauata.* Hæc D. Ambrosius, quæ maximè ad institutum pertinẽt, quanquam sensus Pauli longè alius sit, scilicet quorundam hominũ peccata manifesta esse etiam ante ipsum

1. Tim. 5. 24.

D. Ambros.

Peccata sequũtur iustos, præcedũt iniustos

iudicium. Itaque per manifestam, & publicam notitiam præcedere iudiciũ, quoniam absque iudicio, & discussione manifesta per se sunt. Verũtamen alia quoque esse occulta, quæ ut manifestentur, & puniantur, iudicium, & discussionem expectant, & ita iudicium ipsum subsequuntur. Etenim Paulus Timotheum his verbis circa criminum inquisitionẽ, & punitionem instruit. Sed potest etiam locus ad iudicium Diuinum referri, quẽ admodùm retulit D. Ambr. vt scilicet opera publica præcedant iudiciũ, occulta subsequantur: quia illa cum manifesta sint, iam intelligitur, qua remuneratione compensanda sunt: hæc autem cũ sint occulta, expectant adhuc Diuinum iudicium, vt eorum siue probitas, siue malitia omnibus pateat.

Quę opera præcedãt quę expectent iudicium.

6

Quintò. Colligimus, quo loco habẽda sint omnia temporalia, in quibus nobilitas, opes, potentia, ac deliciæ numerãtur: siquidem nos in morte deserunt, solaque opera, quæ facimus, nos in aliam vitam comitantur. Id quod serò tandem cognouerunt reprobi apud inferos. Sapient. 5. *Quid nobis*, inquiunt, *profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Trãsierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquã nuntius præcurrens, & tanquã nauis, quæ pertrãsit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, nõ est vestigium inuenire, neque semitã carinæ illius, in fluctibus: aut auis, quæ transuolat in aere, & cuius nullum inuenitur argumentũ itineris illius, sed tantùm sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerẽ: commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illi: aut tãquã sagitta emissa in locũ destinatum, diuisus aer cõtinuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius.* Quo loco vide, præsentis vitæ, omniumque temporaliũ incostantiam, ac breuitatem quinque elegantibus similitudinibus explicari vmbræ, veredarii, siue nuntii, nauis, auis, & sagittæ, quæ omnia ita transeunt, vt nullum post se relinquãt impressum vestigium: cum tamen opera, quæ facimus, ita permaneant, vt etiam nos in alia vita subsequantur, & comitentur.

Temporalia omnia parui facienda.

Sap. 5. 8.

Eorundem inconstantia & breuitas.

7

Sextò. Obseruandum est in tota hac Ioannis sententia appellari *beatos* solos mortuos, nec tamen omnes, sed eos dũtaxat, *qui in domino moriuntur*: neminem autem viuentem beatum simplicitur prædicari, quoniam dum quisque viuit, quâ tuncunque perfectus sit, peruerti potest. Vnde Eccli. 11. dicitur. *Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius: ante mortem ne laudes hominẽ quẽquã, quoniã in filiis suis agnoscitur vir*, id est, breuis afflictio aduersitatis delet memoriã maximæ voluptatis, & in fine hominis denudantur opera illius quoad interionẽ, quę sub operibus exterioribꝰ latebat iuxta illud 1. ad Cor. 4. *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*: & idcirco *ante mortem ne laudes hominem*, Græcè, μὴ μακάριζε, hoc est, *beatum ne prædices*. Celeberrimum est illud, quod Soloni cum Crœso contigit: rogatus enim Solon à Cræso, num aliquem beatiorem se exstimaret? respondit beatiorem esse Telum Athenicnsem priuatum hominem, qui feliciter obiisset. Iterum rogatus, num quem alium beatiorem se crederet? nominauit duos Grœcos fratres Cleotium, ac Bolũ iam vita functos. Crœsum verò eam ob causam ira percitum huiusmodi responsione sedauit: *Ego*, inquit, *te Regem potentissimum ingenuè fateor, beatum autem nequaquam dixerim, antequam diem claudas.* Quod autem Sapiens præcedentis sententię rationem afferens adiungit: *Quoniam in filiis suis agnoscitur vir*: illud significat, qualis quisque in vita fuerit, ex filiorum institutione colligi posse. Postremò. Ex eadem Ioannis sententia colligitur animæ immortalitas: si enim illi mortui, qui in Domino moriuntur, beati, ac felices prædicantur, procul dubio aliquid eorũ post mortem remanet, cui felicitas cõueniat: nec enim id, quod nullo pacto existit, beatum censeri potest.

Nemo dum viuit, beatus.

Eccli. 11. 29.

1. Cor. 4. 5.

Immortalitas animæ.

COMMENTARIVM TERTIVM, EXEGETICVM.

De simili filio hominis sedente super nubem, habente in capite coronam auream, & in manu falcem acutam, qua terram demessuit: & de alio Angelo habente falcem, qua botros vineæ terrę vindemiauit.

Visio imaginaria describitur, & explicatur.

SECTIO PRIMA

1

COMMEMORAta beatitudine, quã virgines, Sanctique omnes consequentur, pœnisq; impiorum, qui Antichristo adhæserint, explicatis, agit deinceps Ioannes de die iudicii, quo die & constituta electis præmia, & definita reprobis supplicia tribuentur. Itaque primùm narrat vidisse se quẽdam similem filio hominis, id est, Christum in nube quadam candida tanquam in throno considentem: venturũ enim Christum ad iudiciũ in nube prænuntiauit Daniel cap. 7. *Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat*: & Apoc. 1. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus*. Addit Ioannes hunc similem filio hominis apparuisse sibi habentem in capite coronam auream, id est, regalem dignitatem; & in manu sua falcem acutam, falcem, inquam, messoriam, vt patet ex sequentibus, id est, iudiciariam potestatem, qua veluti falce demessurus est hominum segetem, partim in cœlestia horrea inferendam, partim sempiternis ignibus addicendam. Secundò ait apparuisse vnum Angelum, qui exiuit de templo, & voce magna ad similem filio hominis his verbis clamauit: *Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ*. Quo loco per *templum* cœlum ipsum, in quo Deus tanquã in sacerrimo, & augustissimo templo colitur, accipiendum est: per *Angelum* verò clamantem ad Christum, vt mittat falcem in terram, & metat, repræsentãtur beati omnes, qui magna voce, id est, sũmis votis exoptant, vt dies iudicii aduenìat, Christumque continuò orant, vt finem iam tandem tantis malis imponat, completoque prędestinatorum numero electos quidem remuneret, in peccatores autem seuerè animaduertat. Itaq; hic Angelus nomine omnium Sanctorũ loquitur illud idem, quod Sanctorum animæ sub altari clamabant cap. 6. *Vsquequò Domine sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum?* vt eo loco diximus: quorum votis annuens similis filio hominis misit falcem suam in terram, & demessa est terra, in quo aduentus Christi ad iudicium exprimitur. Tertiò. Vidit alium Angelum exeuntem similiter de templo, habentem etiam falcem acutam, non messoriam tamen, sed vindemiatoriam, vt patet ex contextu: videlicet hic etiam Angelus quasi præcedenti consentiens sese ad vindemiãdum accinxit, vt voluntatem, quam habebat de aduentu iudicii demõstraret. Nec verò nobis displicet eorum sententia, qui hunc quoque Angelum Christum interpretãtur, quemadmodùm sentiunt Haymo, Pannon. Ansb. Primas. Rupert. Beda, & alii, quorũ sententiã immeritò reiicit Ribera. Itaq; duplicẽ falcẽ Christus habere visus est, messoriam scilicet, & vindemiatoriam, vt manifestũ est ex ipso contextu: nam propter priorẽ dictũ est illi:

Iudicii diem votis omnib⁹ exoptãt beati.

Apoc. 6. 10.

Volũtas Christi de aduentu iudicii.

Haymo. Pannon. Ansbert. Primas. Beda. Franc. Riber

Dan. 7. 13.

Apoc. 1. 7.

Iudiciaria Christi potestas falci comparatur.

Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ. propter posteriorem autem: *Mitte falcem tuam, & vindemia botros vineæ.* De quibus falcibus sectione sequenti disputabimus.

2 Quartò ait aliũ quoq; Angelum exiuisse de altari, qui habebat potestatẽ supra ignem, clamasseq; voce magna ad præcedentem Angelum, qui habebat falcem vindemiatoriam: *Mitte falcẽ tuam acutam, & vindemia botros vineæ, quoniam maturæ sunt vuæ eius.* Id quod Angelus quimprimùm præstitit: misit enim falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineã, misitq; in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsq; ad frænos equorum per stadia mille sexcenta. Hunc Angelũ quidam ex recentioribus arbitratur esse Angelum aliquem magnum, cui cõmissum est, vt Martyres in certamine adiuuet, & confirmet: eamq; ob causam habere potestatem supra ignem, per quem putat accipiendam esse charitatem, qui in Martyribus consilio, inspiratione, auxilio excitat, & accendit, ne inter tã motas prrsecutionum vndas extinguatur. Atq; de hoc Angelo forsasse dictum illud Psal. 33. *Immittet* (seu vt Græcè est *castrametabitur*) *Angelus Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos*: & Dan. 3. *Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace.* Verùm hęc nobis nequaquã probabilia videntur, nec instituto Ioannis congruentia. Primùm, quia cum Ioãnes differat de ipso iudicij die falcium nomine expresso de communi sententia quo quæso nexu sermonem faciat de Angelo, qui Martyres adiuuet in persecutionibus, quæ tunc nullæ erunt? Deinde nimis alienum videtur per *ignem* hoc loco charitatem accipere, cum Ioãnes totus versetur in iudicio describendo, in falcibus mittendis in terram, in metendis, & vindemiandis hominibus, quæ omnia iudicium, examen, sententiamq; iudicis sonant, vt iam ignis mentio eôdem pertinere debeat, ad suppliciumque post latam iudicis sentẽtiam spectare. Tertiò. Quoniam nõ vnius certi Angeli est, sed multorum charitatis ignem in animis fidelium excitare, & accendere.

Angeli in persecutionibus adiuuant martyres.

Psal. 33. 8.

Dan. 3. 49.

Haymo, & Ansbert. hunc quoque Angelum Christum Dominum interpretantur, qui habeat potestatem super ignẽ, id est, super Spiritum sanctum, quẽ potest mittere in corda fidelium iuxta illud Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram*: de altari verò egreditur, quia verus est Pontifex. Sed illud huic sententiæ aduersatur, quòd hic Angelus dicitur clamasse ad præcedentem Angelum, qui habebat falcem vindemiatoriam: *Mitte falcem tuã, & vindemia botros vineæ.* Cum enim Angelum habentem falcem vindemiatoriam, Christum ipsimet interpretentur, nõ apparet, quomodò apte Christum ad se ipsum clamantem faciant Pannon existimat esse Heliam Prophetam, qui potestatem dicatur habere super ignem per illusionem ad factum illud 3. Reg. 18. cũ super immolatum bouem, in frustaq; cõcisum fecit ignem de cœlo descendere: qui dicatur etiam vltimis illis temporibus ad Christum clamare, vt mittat falcem suam in terram, hoc est, vt exerceat iam tandem iudiciariam potestatem, finemque tantis Ecclesiæ calamitatibus imponat. Sed hoc quoque improbabile videtur.

3 Ansberti & Haymonis opinio non probatur autori.

Luc. 12. 49.

Pannon.

3. Reg. 18.

4 Quare existimamus *ignem* hoc loco nõ figuratè, sed propriè accipiendum esse: num tamen illum intelligere oporteat, quo mundus ad extremum deflagraturus est, vt sensit And. Cæsar. an verò illum, quo damnati apud inferos torquebuntur, vt volunt Arethas. & Beda, vtrũque probabile iudicamus: vtrique enim incendendo meritò credi potest aliquẽ esse Angelum præpositũ. Itaque de Angelo siue illi, siue huic igni præposito dictum esse putamus. *Qui habebat potestatem supra ignem.* Nec verò opinionem Bedę ita accipias, vt Angelus aliquis beatus præpositus sit inferni tormẽtis per se ipsum inferendis, id enim officiũ Dæmonum est: sed ita, vt curam habeat Diuinæ iustitiæ exercendę in damnatos, iubeatque supplicia damnatis, per Dæmones tamen inferri. Quo sensu intelligendum est illud, quod ait D. Hieron. super cap. 7. Dan. & citatur à Beda in hunc locum: *Duplex*, inquit, *est Angelorum officium*,

Andr. Cæsar. Incendendo igni quo deflagratur? est mundus præerit aliquis Angelus. Arethas. Beda.

D. Hieron.

Angelorũ alii iustis præmia tribuũt alii damnatorum præsunt cruciatibus.

aliorum, qui præmia iustis tribuant; aliorum, qui singulis præsint cruciatibus. Porro dicitur hic Angelus exijsse de altari, videlicet holocausti: cum enim haberet potestatem super ignem, de nullo alio loco aptius, quàm de eo, vbi ignis continuò nutrieba tur, egredi potuit. Hic igitur Angelus habens potestatem supra ignem clamat ad Christum, vt mittat falcem suã in terrã, & vindemiet botros vineæ: nimirum nomine omnium sanctorum, quorum personam gerit, exoptat, vt dies iudicij adueniat. Quærat tamen aliquis, cur cum iam prior ille Angelus, id est, Christus, qui habebat falcem messoriam, terram messuisset, hoc est, iudicium exercuisset, adhuc ab eodẽ postuletur, vt mittat falcem vindemiatoriam, in qua proculdubiò eadem potestas iudiciaria intelligenda est? Respondemus idem varijs similitudinibus inculcari, aut certe, vt ait Ambrosius, in messe electos, in vinea reprobos significari, eo quòd vinum mentẽ, ac iudicium perturbet, quæ mentis, iudicijque perturbatio propria est improborum. Verum hac de re sequenti sectione fusiùs.

D. Ambros.

§

Quod verò subiungitur de vinea vindemiata, missisque botris in lacum iræ Dei magnum, deque calcato lacu extra ciuitatẽ, & sanguine, (hoc est, vino, quod sanguis vuæ appellatur in sacris literis) exeunte de lacu extra ciuitatem, reproborum damnationem significat, qui extra ciuitatem, hoc est, extra cœlestẽ illã vrbem Hierusalem ejecti ad inferos detruduntur. Et quoniam maxima futura est damnatorum multitudo, idcirco additur, exiuisse sanguinem de lacu, vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta. Aduertendumque calcatum lacũ extra ciuitatẽ significare reprobos prælo Diuinæ vltionis calcandos esse, ac premẽdos, vt ait Pannon. *extra ciuitatem*, hoc est, extra cœlum apud inferos. Quòd autem sanguis exiuit de lacu vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta, illud significat, grauissimam futuram esse reproborum pœnam, tantamque, vt redundet in capacissimum, & rapidissimum flumen, quod propter infinitã vim multi ex botris expressi effluere debeat; per stadia mille sexcenta, (posito numero certo pro incerto) in quo toto spatio tam altum, & profundum debeat esse flumen, vt perueniat mustum vsque ad frænos equorum, sumpta metaphora ab equis traijcientibus flumen aliquod profundissimum, vbi aqua vsque ad equorum frenos pertingit magno submersionis periculo.

Reproborum pœna, grauissima.

Cur iudiciaria Christi potestas per falcem messoriã, & vindemiatoriam expressa sit?

SECTIO II.

I

DVAS FALCES commemorauit Ioannes, vnam messoriam, vindemiatoriam alteram, quas in manu Christi posuit, vt explicauimus, & ad iudicium adumbrandum pertinere diximus: nunc quàm habeant cũ iudiciaria Christi potestate, eiusque iudicio conuenientiam, doceamus. Primũ igitur est aduertendum meritò falcis nomine significari iudicium, quemadmodùm exponit D. Greg. lib. 33. Mor. cap. 14. vbi hunc ipsum locum expendit: tractans enim verba illa Iob. 40. *Nunquid poteris circulum in naribus eius?* id est, Leuiathã: *Quod hoc loco, inquit, circulũ, id Scriptura sacra per Ioannem in Apocalypsi falcem vocat: potestas enim Diuini iudicij, quia vndique stringit, circulus dicitur, & quia intra se omnia incidendo amplecti tur falcis appellatione signatur: in falce enim, quicquid inciditur, quaquauersum flectimur, intus cadit. Et quia potestas superni iudicij nullatenus euitatur, (intra ipsam quippe sumus, quod libet fugere conemur) rectè cum venturus iudex ostenditur, falcem tenere perhibetur, quia cum potenter ad omnia obuiat, incidendo circundat. Intra iudicij falcem se Propheta vidit, cũ diceret.* Psal. 138. *Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Intra quandam falcem se vidit, cum ex nullo sibi*

D. Greg.

Iob. 40. 21.

Diuini iudicij potestatem fugiet nemo.

Ps. 138. 8.

loco

Psal. 74. 7.

loco patere fugæ aditum posse cognouit, dicens Ps. 74. *Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus (subaudi, patet via fugiendi:) & mox ipsam supernæ potentiæ omnimodam comprehensionem subdens ait: Quoniam Deus iudex est; ac si diceret: Fugiendi via vndique deest, quia ille iudicat, qui vbique est. Diuina itaque iudicia sicut signantur falce, quia circumuallantia incîdunt; ita exprimuntur circulo, quia vndique stringunt.* Hæc Gregor.

2

Et quidem, quod ad falcem messoriam attinet, meritò in ea iudicium exprimitur: siquidem homines messis appellantur à Christo Matth. 13. *Tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autẽ congregate in horreum meum.* Quod ad vindemiatoriam autem spectat, ea ratio est, quia homines etiam vineæ comparantur Esai 5. *Vinea facta est dilecto meo:* & Cant. 1. *Posuerunt me custodem in vineis.* Vnde Ps. 75. pro eo, quod nos habemus,

Matth. 13. 30.

Falce messoria & vindemiatoria quàm rectè iudicium exprimatur.

I

Esai. 5. 1. Cant. 1. 6. Psal 75. 13.

Terribili, & ei, qui aufert spiritum Principum, est Hebraicè: *Terribili, & ei, qui vindemiat spiritum Principum.* Sed cur vtriusque falcis symbolo iudicium adumbratur, cum altera satis esse videretur? Prætermissa Ambrosii ratione, quam supra commemorauimus, ea etiam afferri potest, falcem messoriam ad senes, vindemiatoriã ad iuuenes spectare. Quia enim senes natura iam ætate decedunt, meritò messi aridæ, quæ apta est iam ad metendum comparantur: quia verò adolescentes florente adhuc ætate vineam pulcherrimis botris refertam redundantemq; repræsentant, ad vindemiatoriam falcem iure pertinent: quę duæ falces non solũ ad extremum iudicium, sed etiam ad cuiusque mortem referendæ sũt: ea enim est, quę duplicem hãc falcem gerit; quarum altera senes metit, altera adolescentes vindemiat.

Mors cur duplici armetur falce.

CAPVT XV.

ET VIDI aliud signum in cœlo magnum, & mirabile Angelos septem, habẽtes plagas septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tãquã mare vitreũ mixtũ igne, & eos, qui vicerunt bestiã, & imaginẽ eius, & numerũ nominis eius, stãtes super mare vitreũ, habẽtes citharas Dei: & cãtantes cãticũ Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustę, & veræ sunt viæ tuæ rex seculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, qnoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ecce apertum est tẽplum tabernaculi testimonii in cœlo: & exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo, &

candido,& prȩcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum de quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiȩ Dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.

ARGVMENTVM.

HIC incipit quinta visio huius operis, quæ etiam sextum decimum caput complectitur, totaque est de septem Angelis habentibus septem phialas nouissimas, & septem phialas aureas plenas ira Dei, quas in orbem effuderunt. Nexus huius visionis cum præcedente is est. Cũ superiori capite Ioannes intermisso narrationis de fine mundi ordine quædã de gloria Virginum, Martyrumque perstinxisset: nunc ad institutam narrationẽ regrediẽs hac integra visione sub septem Angelorum symbolo phialas iræ Dei in terram effundentium supplicium improbis à Deo vltore, ac vindice extremis temporibus inferendum commemorat.

COMMENTARIVM PRIMVM, EXEGETICVM.

De quinta visione Ioannis.

Visio imaginaria huius capitis describitur, & explicatur.

SECTIO PRIMA.

1 DOCET in primis Ioannes vidisse se in cœlo aliud signum magnum, & mirabile, septem nimirum Angelos, hoc est, multos, vt communiter aiunt interpretes, more Scripturȩ septenario numero vniuersitatem complectentis. Neque enim placet quorundam recentiorum sententia, existimantium hos septem Angelos esse septem illos spiritus, de quibus dictum est cap. 1. septem, inquam, numero, & non plures, qui continuò ad thronum Dei assident. Non placet, inquam, quoniam cũ illi septem spiritus sint omnium Angelorum Principes, rebusque humanis sublimi quadam, & altissima administratione prȩsideant, vt eo loco diximus: sane non possunt esse septem isti Angeli habentes plagas nouissimas, phialasque plenas iræ Dei in terram fundentes de mandato vnius ex quatuor animalibus, cum puniendi officium nõ ad supremos illos Seraphim, sed ad infimos quosque Angelos pertineat. Quare omnino am-

Nvmerus septenarius complectitur vniuersitatem.

plectenda

plectēda est cōmunis expositio in septē hisce Angelis plurimos Angelos, qui Diuinæ iustitiæ sint administri, similiterq; in septē plagis, & septem phialis multas plagas, multasq; phialas accipiēdas esse.

2 Secundò. Hi septem Angeli habebāt septem plagas nouissimas, id est, deputati erant septem plagis nouissimis inferendis. Cur autem istę plagę *nouissimæ* appellentur, statim Ioannes exposuit subiūgens: *Quoniam in illis consummata est ira Dei*, id est, in his septem plagis finientur omnes plagæ, quas in hac vita Deus peccatoribus inferet, quia nimirum extremis mundi temporibus accident. Tertiò. Vidit tāquā mare vitreū mistū igne & eos, qui vicerūt bestiā, & imaginē eius, & numerū nominis eius stātes super mare vitreū habētes citharas Dei, & cāntātes cāticū Moysi serui Dei, & cāticū Agni. Communis expositio, quam sequuntur Beda, Pann. Primas. Richard. de S. Vict. Rupert. Ansbert. & alii, est per mare vitreū mistum igne intelligendum esse sacramentum Baptismi, quod mare dicitur: quia sicut in mari Rubro Pharao cum equitibus suis, ita in Baptismo Dæmon cum peccātis submergitur iuxta illud 1. Cor. 10. *Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.* Appellatur hoc mare *vitreum* tum propter puritatē, quæ in Baptismo confertur; tum quia omnes Christiani synceri esse debēt, & veritate, morumque candore instar vitri pellucētes. Est mistum igne propter Spiritum sanctum, qui in Baptismo tribuitur, vt Ioānes Baptista prædicabat Matth. 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Addit Ansbertus, quia hoc mare calore ignis in solidum vitrum conuertitur; (propterea enim apparet simile vitro) meritò in eo fidem charitate formatā declarari, quæ ne fluida sit, ignis ardore solidum vitrū efficitur, vt Spiritus sancti facibus inflāmata, & Christi passionibus tanquam aurum probata per puritatem resplendeat, & omni vento doctrinæ non fluctuet: atque hoc esse supra mare vitreum stare, & de bestia, eiusque imagine triumphare. Ille enim supra mare vitreum ignē permistū stat, qui virtute sancti Spiritus, ac Domini passione roborat⁹ fidē, quam in Baptismo suscepit, firma stabilitate tuetur iuxta illud Eccli. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis*: quorum vox resonat Psal. 65. *Trāsiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*: quasi diceret: Quia per Baptismatis sacramentum, Dominicamque passionem tanquam vasa figuli probanda transiuimus, idcirco ad hoc peruenire meruimus, vt nullis terrorum imbribus in mollitiem conuertamur. Itaque cernis in mari Baptismum, in *vitro* fidem, quę in Baptismo suscipitur, in *igne* vel Spiritum sanctum, vel tribulationem accipiendam esse, in quo igne vitrum fidei conficitur, & solidatur, atque adeo meritò mare vitreum mistum igne fidem Baptismi persecutionibus probatā adūbrare: supra quod mare victores Antichristi securi stant, habentes citharas, & cantantes canticum Moysi, quoniam fidem in Baptismo susceptam Antichristi terroribus superatis retinuerunt. Pro quo beneficio gratias Deo agentes citharas habent, & cantant canticum Moysis, quod ipse etiam post submersum in mari Rubro Pharaonem decantauit. Nec solùm canticum Moysis, sed etiam canticum Agni, id est, Christi, cuius nimirū ope, & præsidio de Antichristo, eiusque sectatoribus triūpharunt. De mari hoc vitreo dicere hoc loco plura supersedemus, quoniam fusè de eo disputauimus cap. 4. ad illa verba: *Et in conspectu sedis tā quam mare vitreum simile crystallo.*

Beda. Pannon. Primas. Richard. Vict. Rupert. Ansbert.

Dæmon cum peccatis submergitur in Baptismo. 1. Cor. 10. 1.

Matth. 3. 11.

Ansbert.

Apoc. 4. 6.

3 Templum cū tabernaculo quare coniunxerit Ioānes.

Quartò. Vidit Ioannes in cœlo *apertū templum tabernaculi testimonii*. Cōiunxit *templum* cum *tabernaculo*, tum quia vtrunque typus Ecclesiæ fuit; tum etiam, vt in tabernaculo Moysis, quod Synagogam, & in tēplo Salomonis, quod Ecclesiā adumbrauit, vtrūq; populū à Dño iudicandū significaret: aut certè tabernaculū cœlū appellauit, tēplū autē tabernaculi tēplū cœli. Nomen autem *testimonii* ad tabernaculum pertinet: sic enim cap. 21. de cœlo loquens ait. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* Quintò. Exierunt de templo septem Angeli habentes septem plagas nouissimas vestiti lapide mundo, & can-

Apoc. 21. 3.

dido

dido, & præcincti circa pectora zonis aureis, quod postea fusiùs explicandum est: interim illud ad explanationem contextus annotare sufficiat pro eo, quòd nos habemus, *Vestiti lapide mundo*, aliàs legi, *lino mundo*, vt ait Beda, Haymo, & Anſbert. qui vtranque lectionem suis commentariis illustrarunt. Haymo etiam ait in quibusdam codicibus legi, *lapidibus mundis*. Et quidem germanior videtur lectio, *lino mũdo*, quoniã hoc vestimẽti genus tribui Angelis solet in sacris literis, veluti Ezech. 9. *Vir quoq; vnus in medio eorũ vestitus erat lineis*: & Dan. 10. *Ecce vir vnus vestitus lineis*. Et ita hoc loco habẽt Biblia Cõplutẽsia, imo Primas. legit. *Vestiti lintea munda*: Arethas: *lino mũdo*. Facile aut fuit Græcè pro λίνῳ, i. *lino* facere λίθῳ, i. *lapide*. Verũ nos cũ Beda, Haymone, & aliis vtrãque lectionem in commẽtariis exponemus.

Varia lectio. Beda. Haymo. Anſbert.

Ezech. 9. 2.

Dan. 10. 5.

Biblia Compl. Primaſ.

Arethas.

4

Euangeliſtę doctrina vnus

Sextò. Vnum de quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas irę Dei viuentis in secula seculorum. Diximus initio quatuor animalia, quorum sępe in hoc opere fit mẽtio, esse quatuor Euangelistas: quare hoc loco vnum è quatuor animalibus quemlibet ex Euangelistis significat: cũ enim vna omnium doctrina sit, vnus pro omnibus ponitur. Quia verò reprobi ideirco damnabuntur, quòd Christi fidem, doctrinamque respuerint in quatuor Euangeliis comprehensam: meritò vnum de quatuor animalibus dedisse dicitur septem Angelis septem phialas plenas irę Dei, qui nõ sine mysterio dicitur hoc loco viuens in secula seculorum, vt nimirum reprobi intelligant, nisi his plagis cõuertantur, supplicium suum apud inferos in omnem æternitatem duraturum, cum eorum index, & vindex Deus sit viuens in secula seculorum. Postremò. *Impletũ est templũ fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in tẽplũ, donec consummarentur septẽ plagæ septẽ Angelorũ*. Significat hæc fumi obscuritas iudicia Dei esse incomprehensibilia, neminẽq; posse ad eorum perfectam cognitionem penetrare; potissimum verò obscurissima esse hæc iudicia de septem plagis nouissimis, quarum rationes nemo penitus inspicier, nisi postquam consummatæ fuerint, iudiciumque aduenerit, quo tempore harum septem plagarum rationes manifestę fient: hoc enim est neminem potuisse intrare in templũ, donec septem plagę consũmarentur. Hæc sũt, quæ visione huius capitis continentur, in qua duo præcipuè vberiorem expositionem desiderant: vnum est, cur iracũdia Dei in phialis aureis asseruetur: alterum, cur Angeli septem istas plagas illaturi in pulcherrimo, & eleganti habitu apparuerint, vestiti nimirum vel pretiosis lapidibus, vel lino mundo, & candido, pręcinctíq; circa pectora zonis aureis, quę iam sequentibus sectionibus explicare aggredimur.

Iudicia Dei incomprehensibilia.

Quid phialæ aureę, plenę iracundiæ Dei significent?

Et vnum de quatuor animalibus dedit septem phialas aureas plenas iracundiæ Dei.

SECTIO II.

PHIALÆ, vt ait Pãnon. cuius sẽtiã probabiliorẽ iudicamus, sũt ipsa Dei iudicia, in quib⁹ ira reseruatur, hoc est supplicia improbis suo tẽpore inferẽda. Vt autem ex præcedẽtib⁹ est perspicuũ, vnũ è quatuor animalib⁹ dedit septẽ Angelis septẽ phialas aureas plenas iracũdię Dei, quas in orbẽ effunderẽt, in quo illud se se offert dignũ obseruatione, cur ira Dei dicatur recõdi, & asseruari in phialis aureis, & inde in terram effundi? Cũ enim quod in phialis aureis reconditur, magno in pretio haberi soleat, sanè spectata benignissima Dei natura cõueniẽtius videbatur, vt beneficia potius, quã supplicia aureis phialis cõderẽtur. Supponẽdũ est pro huiusce rei intelligẽtia phialã vas esse potoriũ lato ore. Quidã in eo phialã à patera differre existimant, quòd patera pedẽ non habeat, aut certè exiguũ, phiala autẽ habeat paulò altiorẽ, & in inferiori parte sit lata, versus superiorẽ partẽ strictior, & in angustũ os desinens. Atq; ita phialam fere õnes interpretes accepe-

I Pannon.

runt. Hoc suppositio sit prima obseruatio, Deum quidem, quod ad se attinet, non seruare iram, sed nos ipsos eam in eius thesauros inferre iuxta illud ad Romanos 2. *Secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii* Dei: quo loco thezaurizare accumulare significat. Itaque peccator quoties peccat, ad thesaurũ iræ nouam accessionem facit, & cumulum.

Rom. 2. 5.

2

Habet Deus suppliciorum Thesauros.

Secunda obseruatio. Deus etiam habet in thesauris iram, id est, supplicia, quæ dicitur in thesauris seruare, vt cum iustitiæ æquitas postulauerit, ea peccatoribus distribuat: quo sensu dicitur Hier. 50. *Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ*: & Iob. 38. *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis?* vbi de niue, & grandine sermo est, quatenus interdum à Deo loco supplicii inferuntur, vt patet ex verbis consequentibus: *Aspexisti, quæ præparaui in tempore hostis in diem pugnæ, & belli.* Vnde sicut Rex aliquis, postquam bellum hostibus indixit, iubet aperiri armamentaria, vt inde omnis generis arma promãtur: ita Deus cũ statuit in peccatores vindicare, aperit iudiciorum suorum armamentaria, in quibus varia suppliciorum genera condita asseruantur, quę thesauros appellat: quia cum ad correctionem, & salutem ordinantur, magno sanè pretio instar pretiosissimi cuiusdam thesauri æstimanda sunt. Quam eandem ob causã hoc loco ira Dei in phialis non æneis, aut fictilibus, sed aureis quasi aliquid pretiosissimum recondita memoratur: ex quo licet colligere, quo in pretio labores à Deo in hac vita inflicti mortalibus haberi debeant.

Hier. 50. 25. Iob. 38. 22.

Inflicti à Deo labores quanti faciendi.

3

Tertia obseruatio. Seruatur ira Dei in phialis, indèque effunditur: quoniam iuxta eam phialæ acceptionẽ, quam de quorundam sententia, & interpretum hoc loco expositione tradidimus, cum phiala os angustũ habeat, non potest ira inde nisi guttatim fluere. Quoniã igitur Deus irã suã moderatè, paulatimq; potius distillat, quã fũdit, inde est, quòd eã in phialis arctũ, & cõpressũ os habẽtibus seruatã cõtinere dicitur. Quô pertinet illud Ezech. 20. *Stilla ad Africũ*: nec enim dictũ est Prophetę: *Effunde*, sed, *Stilla ad Africũ*: quia sermo erat de suppliciis ad Africum inferẽdis, quẽadmodũ in eũ locũ obseruauit D. Hieron. *Vt non*, inquit, *tota Dei ira videatur effusa, sed stilla quædã, & pars: si autẽ stilla tantæ sæuitiæ est, quid in totis imbribus æstimandũ erit?* Eodẽ sensu dicitur eidẽ Prophetę c. 21. *Fili hominis pone faciẽ tuã ad Hierusalẽ, & stilla ad Sanctuaria*: & Dan 9. *Stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei.* Cur enim stillare dicitur maledictio, Deique ira? nimirũ quia ex phialis funditur, quæ augusto sunt ore, hoc est, ex Diuinis iudiciis, quorũ ora misericordia cõprimit, & ideo angusta sunt, & stricta, ne fũdãt, sed stillẽt irã. Misericordia enĩ est, quæ Diuina iudicia cõstringit, ac tẽperat iuxta illud Ps. 77. *Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorũ, & non disperdet eos.* Cuius rei statĩ ratio subiũgitur verbis illis consequẽtibus: *Et abũdauit, vt auerteret irã suã, & non accendit omnẽ irã suã, & recordatus est, quia caro sunt.* Quo loco illud, *abũdauit*, ad misericordiã pertinet, quę abundat super irã; quia semper Deus plus miseretur, quã irascitur. Itaq; nõ abũdauit, vt perderet, sed vt auerteret irã suã, eãq; constringeret. Et quamuis iuxta proprietatẽ linguæ Hebręæ illud, *non accẽdit omnẽ irã suã*, significat nullã irã accẽdisse, sed totã auertisse, & remisisse: tamen alii ita accipiũt, vt nõ omnẽ irã, sed partẽ aliquã accenderit: atq; adeo irã per misericordiam tẽperauerit, phialęq; os magis compresserit.

Distillat, non effundit iram suam Deus.

D. Hieron.

Ezech. 21. 2.

Dan. 9. 11.

Psalm. 77. 38.

Plus miseretur quam irascitur Deus.

Ezech. 20. 46.

Quarta obseruatio. Phialæ plenæ iræ Dei dicuntur aureę, vt iã supra indicauimus, quoniã ex amore tanquã ex aurea phiala Diuina in nos ira, atque animaduersio procedit, cũ nos in hac vita castigat, vt corrigat. Itaque cum punimur, ex istimare debemus eiusmodi supplicium esse veluti pretiosũ opobalsamũ, quod ex phiala fũditur aurea; sicut è cõtrario maximi supplicii loco ducere, cũ peccãtes minimè punimur. Vnde apud Ezech. 16. tanquã magnũ quoddã supplicium cõminatur Deus, cũ ait: *Requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescã, nec irascar amplius.* Quã ob causã dicebat Hieremias *Noli in patientia tua suscipere me*, i. noli

4

Diuina in nos animaduersio procedit ex amore.

Ezech. 16. 42.

Hierem. 15. 15

me

me vita priuare sustinendo me peccantem, nec suppliciis emendãdo. Sic enim hunc locum pleriq; interpretantur: optant enim Sancti puniri in hac vita pœna temporali, vt æternam subterfugiãt. Vnde idem Hieremias cap. 10. ita Deum precatur: *Scio Domine, quia non est hominis via eius: nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.* *In iudicio*, inquit, id est, suplicio temperato, & quod ad correctionem, & emendationem pertineat: *& non in furore*, hoc est, ad damnationẽ. Idem habes Abac. cap. 3. *Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat*, hoc est, variis, molestissimisque doloribus afficiar, & omnem huius vitæ, grauissimam licet, pœnam sustineam: quorsumnam? *Vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum*, hoc est, vt huiusmodi doloribus, & suppliciis emendatus non peream, sed obtineam salutem. Habes hac de re illustrem sententiã 2. Machab. 6. vbi libri eius auctor ita loquitur: *Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea, quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus exsententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficii est indicii. Non enim sicut in aliis nationibus Dominus patiẽter expectat, vt eas, cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis populum suum non derelinquit.* Verùm de hoc argumento multa iã sparsim toto hoc opere diximus.

Hier. 10. 23. Puniri in hac vita optant Sancti.

Abac. 3. 16.

2. Mach. 6. 12.

Deum cito in peccatores vlcisci magni beneficii iudicii

Cur septem Angeli habentes phialas plenas iræ Dei tã pulchro, & eleganti habitu describantur.

Exierunt septem Angeli habentes septem plagas de tẽplo, vestiti lino mundo, & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

SECTIO III.

1

NON est tacitè prætereũdum, quòd septem illi Angeli habentes phialas plenas iræ Dei ad eas effundendas in terram non lugubres, sed festiuas vestes induti processerint quasi de hominum suppliciis, calamitatibusque lætantes. Describuntur enim vestiti siue lapide, siue lino mũdo, & candido iuxta variam lectionem, quam suo loco tradidimus, & præcincti ad pectora zonis aureis, quæ habitus elegãtia lætitiã, gaudiũq; designat. Respõderi in primis potest Angelos dolere quidẽ, quòd nostris sceleribus Deũ ad suppliciũ de nobis sumẽdũ prouocem⁹: alia tamẽ ex parte, cũ cernũt Deũ meritas pœnas tandẽ deposcere, lętari, quòd videãt Diuinũ impleri cõsiliũ, suiq; Domini honorem vindicari. Sed & illud etiam dici potest, hoc iudumentorum genere nõ gaudium, & lætitiam Angelos, sed Diuinam in puniendo ęquitatem, imo & misericordiam reptæsentare, vt ex iis, quę iam dicemus, palam fiet. Vestiti igitur in primis apparent *lino mundo, & candido*, (si ita legendum sit) vt ipso lini candore Diuinorum iudiciorum, quæ in effũdendis phialis exercent, puritatem, candidãque, & mundam ab omni siue passione, siue crimine Diuinę iustitiæ æquitatẽ declarent: id quod ingenuè fatebatur Ezechias Rex Esai. trigesimo octauo: *Domine vim patior, responde pro me. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?* (Sic enim legendum est ex Hebræo, vt legit D. Hieron. non, *fecerim*) Quẽ locũ ita D. Hieron. interpretatur. *Dicebã*, inquit, *ad eũ: Plus patior, quã mea poscunt merita. Sed et si quid erraui, cõuertar ad meliùs: tu rẽspõde pro me: nõ est enim volẽtis, neq; currẽtis, sed miserẽtis Dei. Rursũq; in se reuertitur: Quid dicã, quidve causabor cõtra factorẽ meũ, aut quid mihi respõdebit, qui fecit ipse, quod voluit? Sustinẽda ergo sũt, quæcũq; decreuerit.* Iuxta quã expositionẽ cõfitetur Ezechias Deũ nihil iniustè agere, atq; adeo nos nõ posse, cũ punimur, quicquã aduersus eũ causari, cum ipse sit, qui punit, qui summa iustitia est.

Lætantur angeli dum Dei honorem vidẽt vindicari.

Esai. 38. 14.

D. Hieron.

Eandem Dei iustitiã ęquissimam prędicabat Iob, cum dicebat cap. 9. *Quantus ergo sum ego, qui respondeam ei, & loquar*

2

Iob. 9. 14.

D. Gregor.

verbis meis cum eo? Qui etiamsi habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. In quem locum D. Greg. *Omnis*, inquit, *humana iustitia iniustitia esse conuincitur, si districtè iudicetur. Prece ergo post iustitiam indiget, vt quæ succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate cõualescat.* Meritò in stitiã suã Deus per virgã vigilãtẽ expressit Hierem. 1. *Virgam vigilantem ego video*: nõ solum, quia solicitè, summaq; cum vigilantia Deus prouidentiam habet rerum humanarum, vt rectè super illas vigilare dicatur; sed quoniam eius iustitia oculata est, nec per errorem supplicium infert, sed maximo iudicio, & examine verberat, vt *vigilans* eo loco idẽ sit, quod oculos habens, quibus grauitatem culpę, suppliciiq; magnitudinẽ ei respondentem considerat. Iuxta aliam verò lectionem dicuntur *vestiti lapide mundo*, seu *lapidibus mundis*, & præterea *præcincti circa pectora zonis aureis*, quia pulcherrimos, pretiosissimosque lapillos, zonasque aureas, ornatum videlicet & virtutum, & gloriæ pulcherrimũ promittit Deus iis, qui suppliciis ab ipso illatis emẽdantur. Significatur etiam Angelos ex charitate ad puniendum procedere, quæ in ipsis zonis aureis circa pectora indicatur. Verè enim pectora zonis aureis cingunt, cum charitatis affectibus præcincti supplicio rum plagas ex phialis quoque aureis ad hominum emendationem fundunt.

Hierem. 1. 11

Suppliciũ per errorem non infert Deus.

Ex charitate ad puniẽdum procedunt Angeli.

Communis septem Angelorũ de Prędicatoribus expo sitio proponitur.

SECTIO IIII.

I DIXIMVS, quæ circa hos septem Angelos in literali sensu probabiliora iudicauimus: ne tamẽ communem expositionẽ neglexisse videamur, eam quoque breuiter perstringemus. Igitur in his septem Angelis vniuersos extremi tẽporis Prędicatores accipiendos esse, qui phialas plenas iræ Dei in terrã effundant, id est, terribilia peccatoribus decreta à Deo supplicia denuncient, tradunt communiter interpretes, Rupert. Beda, Haymo, Pann. Richard. de S. Vict. Ansbert. & alii. Sic verò interpretantur. Primũ. Prædicatoribus cõuenit phialas iræ Dei in terram fundere, hoc est, Diuinis comminationibus, suppliciorumque denunciatione homines à peccando deterrere, cum prudentia tamen, ac dexteritate: idcirco enim in phialis, quę angusto sunt ore, iram Dei continere describuntur, vt magis, minusue fundant pro temporum, personarumque ratione, vt obseruauit D. Gregor. lib. 20. Mor. super illa verba Iob. cap. 29. *Qui me audiebant, expectabant sententiã, & intenti tacebant ad consilium meum: verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. In hac stillatione eloquii*, inquit Gregor. *quid aliud, quàm mensura prædicationis accipitur? quia oportet, vt exhortationis gratia singulis iuxta capacitatem ingenii conferatur. Nam per hoc, quod subditur: Et super illos stillabat eloquium meum: indicatur dispensatio Magistrorum: debet enim subtiliter is, qui docet, perspicere, ne plus studeat, quã ab audiente capiatur, prædicare. Debet enim ad infirmitatem audientium semetipsum contrahendo descẽdere, ne dũ paruis sublimia, & idcirco nõ profutura loquitur, se magis curet ostẽdere, quã audi toribus prodesse.* Hæc ille. Simul eã in phialis aureis continent, quoniam ex charitate, zeloque salutis animarum proficisci debet prædicatio, vt exhortationes suas Concionatores ex phialis aureis fũdere videantur. Secundò. *Exierunt de templo*, id est, de secreto cordis, vt interpretatur Haymo, quoniam orationi, & contemplationi dediti esse debent, & concionem intima in secreto cordis oratio præcedere, vt cum ad concionandũ procedunt, de templo egredi videantur. Id quod exemplo suo Christus docuit, vt perpendit idẽ Gregor. lib. 6. Mor. cap. 16. ad illa verba cap. 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum. Hinc est*, inquit, *quòd humani generis Redemptor per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis studium in monte pernoctat, vt perfectis videlicet Prædicatoribus inuiat, quatenus nec actiuam vitam amore speculationis fuoditus deserant; nec contemplationis gaudia penitus operationis nimietate cõtemnãt: sed*

Rupert. Beda Haymo. Pannon. Richard. Vict. Ansbert.

Diuinis cõminationibus homines à peccãdo cum prudentia deterrent prædicatores.

D. Gregor. Iob. 29. 11.

Auditorum captui quo pacto se debeant effingere.

Haymo.

Orationi sint dediti.

D. Gregor. Iob. 5. 16.

quieti

quieti contemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. Hæc Gregor.

2 Tertiò. Debent esse *vestiti lino mundo* tũ propter vitæ puritatem, tum propter macerationem carnis, quæ in lino exprimitur: quod multùm priùs macerari solet, quàm texendis vestibus seruiat. Itaque iis virtutibus vestiti esse debent, quibus reliquos vestire cupiunt iuxta illud Psal. 131. *Sacerdotes tui induantur iustitia.* Loquitur de hoc argumento eleganter sanè, & subtiliter D. Bernard. serm. 18. super Cant. vbi docet priùs Concionatorem, Doctoremque sibi debere doctrinam infundere, quàm aliis effundat: deinde citque similitudinẽ à concha, quæ priùs ipsa impletur, quàm in alios redundet. *Si sapis,* inquit, *concham te exhibebis, & non canalem: hic quidem pene simul & recipit, & refundit; illa verò donec impleatur, expectat, & sic quod superabundat, sine suo damno communicat. Et ne meum consilium contemptibile ducas, audi sapientiorem me: Stultus, ait Salomon,* Prouerb. 29. *profert totum spiritum suum: sapiẽs reseruat in posterum. Verùm canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas verò perpaucas. Ego nullum ad salutem pietatis gradum illi gradui anteponendum existimo, quem Sapiens posuit* Eccli. trigesimo *dicens: Miserere animæ tuæ placẽs Deo. Dicit enim Dauid.* Psal. 62. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum: infundi nimirum priùs volens, & sic effundere: nec solùm infundi priùs, sed & impleri, quatenus de plenitudine eructaret, non oscitaret de inanitate, castè imitans illum, de cuius plenitudine omnes accepimus. Disce & tu non nisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis: concha imitetur fontem. Non manat ille in riuum, nec in lacum extenditur, donec suis satietur aquis. Non pudeat conchæ non esse suo fonte profusiorem. Denique ipse fons vitæ plenus in se ipso nonne quiddẽ primùm ebulliens, & saliens in proximo secreta cæterorum omnia impleuit bonitate, & tunc demum impletis secretioribus, superioribusque partibus erupit ad terras, ac de superfluo homines, & iumenta saluauit, quẽ admodùm multiplicauit misericordiam suã Deus: priùs interna repleuit, & sic exũdans in multis miserationibus suis visitauit terram, & inebriauit eam, multiplicauit locupletare eam. Ergo & tu fac similiter: implere priùs, & sic curato effundere.* Hactenus Bernardus.

Psal. 131. 9. Quibus virtutibus vestiti esse debent.

D. Bernard.

Prouer. 29. 11.

Eccli. 30. 24. Psal. 62. 6.

Quartò. Iuxta aliam lectionem vestiri debent *lapide mundo,* id est, Christo, seu *lapidibus mundis,* hoc est, omni virtutũ genere; quæ pretiosis lapidibus comparantur Ezech. 28. vbi ornamenta, virtutesq; Luciferi pretiosissimis gemmis significantur. *Omnis,* inquit, *lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topasius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, berillus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus, aurum opus decoris tui.* 3

Ezech. 28. 13.

Quintò. *Præcincti esse debẽt circa pectora zonis aureis.* Prima expositio est, per zonas istas aureas charitatẽ accipiendam esse, quæ vinculum perfectionis appellatur ad Coloss. 3. quam tradit Rupert. Ansb. & alii. Rectè igitur Angeli circa pectora præcincti zonis aureis ostenduntur, quia sanctorum prædicatorũ corda nulla debent à se dissentione seiungi, sed ex sola charitate constrigi, vt ait Ansb. Et præterea, quia ipsimet debent summa erga Deum, & proximum charitate fulgere. Secunda est de castitate, quæ zonæ aureæ circa pectora similis dicitur, quia sancti prędicatores non solùm turpia, & inquinata carnis opera, quę in lũbis restringuntur; verùm etiam ipsas immundas cogitationes vigore mentis frenare debent: quę expositio ab eodem Ansberto, Richardo de S. Vict. & Haymo traditur. Tertia est Abb. Ioachimi, quæ eòdem fere cum præcedente recidit: *Zonas,* inquit, *pelliceas circa lumbos habere multorum est; auream verò circa pectora paucorum: quia nimirum multi sunt, qui carnis continentiam seruant; paucorum verò est mentis munditiam possidere. Porrò ad castitatem corporis zona pellicea sufficit, quia carnis maceratio luxuriæ petulantiam domat: hic verò zona aurea necessaria est, quia nullo modo mentem continere possumus, ne per immunda desideria dissoluatur, nisi eam indesinenter speciali meditatione cõstringamus.* 4

Coloss. 3. Rupert. Ansbert. Prædicatorũ corda cõstringãtur charitate & castitate.

Richard. Vict. Haymo. Ioachim.

Mentis munditiẽ possidẽt pauci.

Quarta est Primasii per zonam auream accipientis sapientiam, qua Concionator præstare debet iuxta illud Prouerb. 16. secundum editionem Septuaginta: *Accipite sapientiam sicut aurum.* Et meritò circa pectora zona stringitur, vbi etiam sacerdotale pectus iubetur gestare rationale, vt sibi mens bene conscia Diuina non audeat reprehendere, sed 5

Primas.

Prou. 16. 16.

laudare

laudare iudicia, & illius auri fulgore alios quoque ad laudandum exhortetur. Quinta est aliorum. *Vestiti sunt lapide mundo*, id est, bona conuersatione: aut etiam, *lapide*, i. patientia, & mansuetudine. Ezech. 3. *Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam.* Debet enim prædicator esse adamas per mansuetudinē, vt attrahat peccatores ad gratiam: silex verò per patientiam, vt laboriosum concionandi munus animosè sustineat, & iniurias improborum sapienter ferat: aut certe per mansuetudinem magnes, per patientiam adamas, quod in laudem Magni Athanasii vsurpauit Gregor. Naz. in orat. funebri. Duorum, inquit, lapidum naturas imitabatur laudabiliū: factus enim est percutientibus adamas, dissidentibus magnes.

Conclonator fit adamas per mā suetudinē silex per patientiam. Ezech. 3.9.

D. Greg. Naz.

CAPVT XVI.

ET AVDIVI vocem magnam de templo dicentem septem Angelis: Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus Angelus, & effudit phialam suam in terram: & factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius. Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare: & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum, & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens vera, & iusta iudicia tua. Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines, & igni: & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habētis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. Et quintus Angelus effudit phialā suā super sedē bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore: & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus, & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. Et Sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, & de ore

bestiæ

bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus Dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Ecce venio sicut fur. Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armagedon. Et septimus Angelus effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus, sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Et ōnis insula fugit, & mōtes non sunt inuenti. Et grādo magna sicut talentum descendit de cœlo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer.

ARGVMENTVM.

ADHVC perseuerat quinta visio huius operis. Septem illis Angelis, qui superiori capite cum septem phialis plenis iræ Dei apparuerunt, præcipitur, vt eas in terram effundant, in quarum effusione multa, eaque admiranda prodigia contigerunt, vt patebit ex sequentibus.

COMMENTARIVM VNICVM EXEGETICVM.

De septem Angelis phialas plenas iræ Dei in terram effundentibus.

Imaginaria huius capitis visio describitur.

SECTIO I.

I PRIMVM audiuit Ioannes vocem magnam de templo, hoc est, de cœlo dicentem septem Angelis. Ite, & *effundite septem phialas iræ Dei in terram.* Secundò. Primus Angelus effudit phialam suam in terram: *Et factum est vulnus sæuum, & pessimũ in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos, qui adorauerunt imaginem eius. Pessimum vulnus* dicitur, id est, mirum in modum crucians. Quo etiam sensu accipiendũ est illud Iob. 2. *Egressus Satan à facie Domini percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius. Sæuum* autem appellatur

Iob. 2. 7. Vulnus pessimum & seuũ quid in sacris.

tur, non quòd ex crudelitate profectum fuisset, sed quòd esset dirum quoddam vulnus, & magnum, atque adeo sæuitiã, & crudelitatem præ se ferret. Tertiò. *Secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari.* Dicitur mare conuersum esse in sanguinem sicut mortui, id est, eum colorem retulisse, quem refert cruor hominis occisi. Per *animam viuentem* accipienda sunt omnia aquatilia. Quartò. *Tertius Angelus effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis*, id est, omnes aquæ fluminum, & fontium conuersæ sunt in sanguinem. Tum verò addit Ioãnes Angelum aquarũ, id est, Angelũ, qui præest aquis, (sunt enim omnia hæc inferiora per Angelos distributa, vt eorum curam habeant,) dixisse: *Iustus es Domine, qui es, & qui eras, sanctus, quia hæc iudicasti: quia sanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt.*

2 Quintò. Quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines, & igni: & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei, nec egerunt pœnitentiam. Cum dicitur: *Datum est illi æstu affligere homines, & igni*: significatur tãtum fuisse æstum, & ardorem solis, vt ignis potius videretur: est enim ad verbũ Græcè: καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί, hoc est, *Et datum est illi æstuare facere homines in igni*. Sextò. *Quintus Angelus effudit phialam suam super sedẽ bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus, & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam.* Commãducare linguas suas hoc loco est illas præ rabie, & indignatione mordere, & concidere perinde, atque si verè comederentur. Septimò. *Sextus Angelus effudit phialã suã in flumen illud magnũ Euphraten, & siccauit aquam eius, vt præparetur via Regibus ab ortu solis.* Additque vidisse se de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ exeuntes tres spiritus immundos in modum ranarum. Octauò. Dicuntur Reges vniuersæ terræ cõgregandi in locũ, qui vocatur Hebraicè Harmagedon.

Nonò. *Septimus Angelus effudit phialam suam in aerem, & exiuit vox magna de templo à throno, dicens: factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquã fuit, ex quo homines fuerũt super terrã. Et facta est ciuitas magna in tres partes:* (male quidam Latini codices habẽt, *fracta est*, cum Græcè habeatur, ἐγένετο, id est, *facta est*) hoc est, tribus magnis hiatibus relictis ex terræmotu ipsa ciuitas manebit diuisa in tres partes. *Et ciuitates gentium ceciderunt*: multæ enim ciuitates toto orbe terræmotus illius magnitudine corruerunt. Præterea *Babylon magna venit in memoriam ante Deum*, vt meritas pœnas reciperet: multæ etiã insulæ, & montes vi eiusdem terræmotus sunt euersi. Denique *grando magna sicut talentum*, id est, extraordinariæ cuiusdam magnitudinis *descendit de cælo in homines*. Græcè est, ὡς τάλαντιαία: appellant autem Græci talantiçon, hoc est, talentare id, quod est magnæ molis, & vastæ magnitudinis, vt ãnotauit Erasmus in scholiis super Apocalypsim. Glossa in hunc locum ait talentum magnum esse centum viginti librarum, mediocre septuaginta librarum, minimum librarum quinquaginta. Sed tantum abest, vt impii eo grandinis supplicio emendati resipiscerent, vt potius propter plagam grandinis Deum blasphemarint. Hæc quoad imaginariam visionem.

Glossa. Quid talentũ magnum, mediore, & minimum.

Septem Angelorum phialas effundentium mysterium, & literalis sensus iuxta nostram sententiam explicatur.

SECTIO II.

1 RECOLENDA est duplex illa septem horum Angelorũ expositio, quã superiori capite tradidimus: vna nostra, qua diximus per septem hosce Angelos accipiendos esse plurimos Angelos Diuinæ iustitiæ administros, qui septem plagas à Ioanne commemoratas extremo illo tempore mortalibus inferent: altera cõmunis, quæ in septem Angelis vniuer-

sos

sos illius tẽporis Prędicatores intelligit, qui terribilia à Deo peccatoribus decreta supplicia denũtiabũt in septẽ istis plagis adũbrata. Igĩ hac sect. docebimus, quid iuxta nostrã sententiã per has septẽ plagas accipiendũ sit; in sequenti eadem iuxta cõem sñtiam explicabimus.

1 Itaq; has oẽs plagas ad literã, vt verba sonant, accipiendas esse arbitramur. Quẽadmodùm enim olim Ægyptũ Deꝰ per Moysen decẽ affecit plagis grauissimis, quæ in lib. Exodi cõmemorãtur: & deinde succedentibus mundi ætatibus multa, variaque supplicia in orbem, variasq; prouincias, ac nationes inuexit: ita etiã extremis illis temporibus, cũ supra modũ Antichristi, eiusq; sectatorũ licentia, libidoque dominabitur, impios grauissimis plagis affliget ministerio Angelorum, quæ hoc cap. referuntur. Quare quod in primo Angelo dicitur de vulnere sæuo, & pessimo, ita, vt dicitur, accidet: quanquam incognitum sit, cuiusmodi nam vulneris genus esse debeat. Similem quandã plagã Deus intulit in Ægyptios Exod. 9. *Factaq; sunt vlcera vesicarũ turgẽtiũ in hominibus, & iumẽtis.* Et Philistęi grauissimè in inferioribus, & secretioribus corporis partibus diuinitus afflicti fuerunt, eo quòd arcam testamenti captiuam retinerent, vt refertur 1. Reg. 5. Itaque vulnere aliquo sæuissimo punientur diuinitus Antichristi sectatores, hoc est, vt Ioannes ait, qui characterem Bestiæ habuerint, eiusque imaginem adorauerint. Secunda plaga erit in mari, quod conuertetur in sanguinẽ, & omnia maris aquatilia interibunt. Sic enim in Ægypto aqua Nili fluminis in sanguinẽ conuersa est, & pisces, qui erãt in flumine, mortui sunt, cõputruitq; fluuius, & nõ poterãt Ægyptii bibere aquã fluminis. Tertia plaga erit in fluminibus, & fontibus, quę etiã in sanguinẽ conuertentur. Quarta erit super solẽ, qui extraordinario, & prodigioso quodã ęstu terrã aduret. Quinta erit super sedẽ bestiæ, i. super regnũ Antichristi, vt interpretatur Andr. Cœsar. quod dicitur reddendum tenebrosum: quia nimirum Antichristi sectatores maximis plagis à Deo percussi non fruẽtur ampliùs tã prospero rerũ suarũ successu; sed excrutiati doloribus vsq; adeo torquebũtur, vt dicat Ioãnes, quòd præ doloribus, vulneribus, & rabie cõmanducare debeant linguas, & in Deũ execrabiles iactare blasphemias. Sexta erit in flumine magno Euphrate, qui siccabitur, vt præparetur via Regibus ab ortu solis: nã vti diximus in tractatu de Antichristo, ex decẽ illis Regibus, qui Antichristi tẽpore orbis imperiũ obtinebunt, tres occidẽdi sunt ab Antichristo, septẽ reliqui vltro ipsi parebunt: & qm̃ aliqui ex his septẽ erunt eo tempore in partibus Orientalibus, id circo dicitur siccandus Euphrates fluuius, vt facilè possint ad Antichristum transire, cum illoque bellum nefarium, & funestum Christianis inferre.

2 Quod autem hoc loco addit Ioannes, exiuisse de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ tres spiritus immundos in modum ranarum, (haud dubiè propter immunditiam, & importunam loquacitatem) ireque ad Reges totius orbis, eosque in prælium congregare ad diẽ magnũ omnipotẽtis Dei, illud significat draconẽ. i. Diabolũ, bestiã, i. Antichristũ, Pseudoprophetã, i. pręcursorẽ eius, insignem illũ Concionatorẽ, de quo alias diximus, præcepturos esse tribus insignibus Dæmonibus, (hoc enim est exire de ore ipsorũ, id est, ad imperiũ ipsorũ) vt eant ad septẽ illos Reges, qui vltro Antichristo parebunt, eisq; persuadeant, vt coacto ex omnibus suis prouinciis innumerabili exercitu sese ad Antichristũ adiungant, vt cũ eo bellum Christianis inferãt, Christiq; nomen penitus conẽtur extinguere. Et quoniam omnes illos Christus tandẽ debet euertere, vt dicitur cap. 17. illis verbis: *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam dominus dominorum est*: idcirco dicuntur congregandi in prælium ad diẽ magnũ õnipotẽtis Dei, in quo nimirũ Chrus se õnipotẽtẽ Deũ esse declarabit. Vnde siccatio Euphratis nõ plaga est aduersus fideles, sed istis Regibus funesta, quibus malo suo siccatur Euphrates, paraturq; via, vt ad locũ certaminis cõueniãt, ibiq; simul oẽs cũ Antichristo diuinitus extinguãtur. Nec verò mirũ vi-

Extremis mundi temporibus impios Deus grauissimis plagis afficiet

Exod. 9. 10.

1. Reg. 5.

Andr. Cæsar.

Apoc. 17. 14.

Siccatio Euphratis Antichristo eiusq; sectatoribus funesta.

deri debet, quòd Antichristus, eiusq; præcursor potestatē habeāt præcipiēdi Dæmonibus, vt huc, illucq; discurrant, legationibusque in specie, & forma visibili fungantur. Etenim Antichristus recipiet à Dæmone omnem huiusmodi potestatem, Dæmonibusque, vt satellitibus, ministris, & legatis ad omnem hominum perniciem abutetur, vt in tractatu de Antichristo ex antiquis Patribus ostendimus. Locus celeberrimus huius prælii indicatur, cum dicitur: *Congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armagedon.* Quidam recentiores suspicantur esse locum prope Hierusalem, & prope vallem Iosaphat, vbi iudicium est futurum, deducique à radice עָרַם *Arā*, quæ significat dolosè agere, & radice *Gadad*, quæ significat exercitum congregare, vt indicetur Deum quodammodo callidè, ac dolosè Reges istos cum suis exercitibus vnum in locum coacturū, vt simul omnes extinguat. Coniiciunt etiam videri corruptam vocem, & pro *Armagedon* legendum esse *Maggedon*, siue *Maggedo*, quæ fuit vrbs prope Iesraelem ciuitatem Metropolim decem tribuum, sitamque ad radices montis Gelboe, quę vrbs habuit campum magnum capacē prælii, cuius fit mētio Zachar. 12. & 2. Paral. 35. Verùm similes coniecturę de corruptis nominibus, quę suffugii causa excogitari solent, non multùm doctioribus probantur, maximè cum omnibus codicibus aduersantur. D. Hieron. tractatu de nominib⁹ Hebraicis, *Armagedonō*, inquit, *interpretatur Consurrectio tecti, siue, Cōsurrectio in priora: sed melius Mons è latrunculis, vel Mons globosus.* Nicolaus Zeger. in scholiis super Apocal. ait secundùm quosdam interpretari montem Euangelii, vel pomorum, siue fructuum. Ex quibus verbi interpretationibus multa Doctores colligunt ad sensum potius mysticum, quàm literalē pertinentia. Quare conuenientius videtur, vt inscitiam nostram profiteamur, dicamusque hunc locum esse nobis incognitum: propter mysterium autē appellari Hebraicè *Armagedon*, id est, Consurrectionem tecti, siue Consurrectionem in priora: quia eo nimirum loco diuinitus Antichristo superato, Regibusque eius sectatoribus eversis rursus Ecclesię tectum consurgere debeat, & in pristinam gloriam vendicari. Aut certè montem è latrunculis, quia eô Antichristus cum suis omnibus sectatoribus conueniet. Montem etiam Euangelii, quia in eo Euangelii veritas, falsitasque sectæ Antichristi declarari debeat. Montem pomorum, siue fructuum, quia ibi tandē fere omnes Christi gloriam agnoscentes, eiusque potentiam, & Diuinitatem prædicantes tanquam pulcherrima poma ex Christo nobilissima arbore pullulare, & tanquam lectissimi fructus colligendi sunt.

Septima plaga erit in aere: horrifica enim quædam tonitrua personabunt, conspicientur fulgura, & inconditæ per aerem voces audientur, nimirum vt nō nulli interpretantur, quasi exercituum discurrentium: nam simile quiddam accidit ante Hierosolymæ eversionem per Titum, vt narrat Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico cap. 12. *Ante solis*, inquit *occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitatibus circunfusæ. Festo autem die, quem Pentecosten vocant, nocte Sacerdotes in timum templum more suo ad res Diuinas celebrandas ingressi primū quidem motum quendam, strepitumque senserūt: postea verò subitam vocem audierunt: Migremus hinc.* Sic igitur proximè ante finem mundi voces etiam in cœlo audientur, strepitusq; exercituū per aerē discurrētium. Quòd enim proximè ante finem mundi hoc debeat contingere, significat Ioānes, cū ait, egressā fuisse vocē magnā de tēplo, *Factū est*, i. iā finis mūdi aduenit. Octaua. Fiet magnus quidā terræmotus, quo ciuitas magna in tres partes scīdetur. Hāc vrbē arbitratur Arethas Cæsar. esse Hierusalē, quæ vrbs magna dicta est c. 11. cum corpora Enoch, & Helię dicuntur iacitura in plateis ciuitatis magnæ. Quæ expositio melior est, quā illa, quæ communitur traditur de ciuitate impiorū: haud dubiè enim certa aliqua ciuitas designatur, quæ non alia videtur intelligenda, quā ipsa Hierosolymorū vrbs, quæ eo tēpore magna meritò dicitur, quoniā, vti dixim⁹, in tract. de Antichristo, eā Antichristus instaurabit,

Armagedon vbi sit, & eius etymons.

Maggedo ciuitas metropolis decem tribuum.

Zachar. 12. 2. Paral. 35.

D. Hieron.

Nicol. Zeger.

In eo loco vbi superatus fuerit Antichristus Ecclesię tectū rursus consurget.

3

Septima plaga cuiusmodi futura.

Ioseph.

Arethas.

Apoc. 11. Hierusalem in tres scinditur partes.

cele-

celeberrimamque efficiet. Denique quę adduntur de Babylone, iam ad cap. 17. & 18. pertinent. Atque hęc de literali expositione: nunc communem, quæ nobis mystica videtur, aggrediamur.

Communis de septem Angelis septem phialas effundentibus expositio commemoratur.

SECTIO III.

1 QVANQVAM ea expositio, quam hactenus tradidimus, literalis nobis videatur, non duximus tamen prætermittẽ dam communem, tum nequis eam in hisce nostris commentariis desideret; tum quia multa continet ad moralem tractationem spectantia. Et licet interpretes varient, seligemus tamen ex omnibus vnam, quæ magis contextui consentanea videbitur. Primum igitur dubitant Haymo, & Pannon. cur cum prę ceptum fuisset septem Angelis, vt phialas suas in terrã effunderent: *Ite*, inquit, *& effundite septem phialas iræ Dei in terram*: solus primus in terram fuderit, reliqui omnes mandatum transgressi videantur, cum alius quidem in mare, alius in flumina, & fontes, alius in solem, alius super sedem bestiæ, alius in Euphratẽ fluuium, alius in aerem fuderint? Cui dubitationi respondent hæc omnia cõ prehensa fuisse nomine terræ, quæ hoc loco mysticè accipienda est, nimirũ pro multitudine impiorum. Verùm illud etiam mysterium elici potest sæpe iustitiæ ministros in suppliciis inferendis mandatum Regis, ac Principis excedere, & vbi potestatem aliquam puniendi à Rege irato acceperunt, continuò sibi omnia licere existimare. Hanc enim eã dem ob causam cap. 7. quidam Angelus clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus*. Quid enim opus fuerat addere, *arboribus*, si Angeli solùm nocendi terrę, & mari habebant potestatem? nimirum vidit ille Angelus eos vltra potestatem sibi datam facere, & cum solùm illis permissum fuisset nocere terræ, & mari, etiam arboribus nocere soli tos, atq; idcirco clamauit: *Nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus*. Præterea timuit, ne strictè admodùm interpretarentur mandatum Principis de conferẽdo beneficio, nisi conceptis verbis arbores expressisset: ferè enim solent Regis ministri potestatem quidem puniendi amplissimè, beneficia autem conferendi strictè interpretari.

Haymo. Pannon.

Cur phialas omnes in terram non effuderint.

Apoc. 7. 3.

Ministri iustitiæ in inferendis suppliciis mandatum regis solent excedere.

2 Secundò. Primus Angelus, qui effudit phialam in terram iuxta communem expositionem, quam sequuntur Primasius, Richard. de S. Vict. Haymo, Ansbert. Pannonius, Ioachimus, Hugo Cardinalis, significat Apostolos, qui fidem Christi prædicare cœperunt, comminantes iram Dei maximam super eos venturam, nisi fidem eius reciperent. Significantur autem Iudæi nomine terræ, quia terrenis commodis inhiant. *Factum est vulnus sæuum, ac pessimum*, videlicet peccatum infidelitatis, quia Christum vt Regem, ac Messiam noluerunt. Ad exaggerandum autem hãc Iudaici populi infidelitatem appellatur vulnus sęuum, ac pessimum, hoc est ferè insanabile. Et quoniam hæc Iudæorum infidelitas vsque ad Antichristi tempora perdurabit, quem ipsi tanquã Messiam recipient, idcirco subiungitur: *In homines, qui habent characterem bestiæ, & in eos, qui adorauerunt imaginem eius*. Potest quoque per vulnus sæuum, ac pessimum designari hæc Iudæorum extrema captiuitas, quàm vsque ad finem mundi patientur.

Primas. Richard. Vict. Haymo. Ansbert. Pannon. Ioachim. Hugo Card.

Iudęi terrę nomine cur significentur.

Eorundem ité infidelitas vulnus sæuum ac pessimum cur appelletur.

3 Tertiò. Secundus Angelus, qui effudit phialam in mare, designat Concionatores, qui Gentilibus Euangelium prædicabunt, vt exponit Richardus de S. Victore. Rectè enim per mare Gentilitas per falsorũ Deorum diuersitatẽ fluctuans intelligitur. Hi igĩ Prædicatores Gẽtilibus in infidelitate permanẽtibus Diuinã irã impẽdere denũtiabũt, quod est phialam plenã iræ Dei effundere: quorum pœna est maris in san-

Richard. Vict.

Gentilitas designatur per mare.

guinem conuersio tãquam mortui, quo significatur Gentilium reprobatio, per quam sempiternæ morti adiudicantur. Alii per mare mundanos homines accipiunt: quòd enim mundus maris nomine adumbrari soleat, vt alia interim omittamus, perspicuum est ex illis verbis Esai. 23. *Erubesce Sidon: ait enim mare: fortitudo maris dicens: Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum duxi virgines.* Quo loco per mare nũdum intelligit D. Hieron. Verùm non est prætermittenda obiter elegans D. Ambrosii expositio: is enim libro de Helia, & ieiunio, cap. 19. expendit conqueri mare de cupiditate eorum, qui ipsum negotiãdi causa nauigationibus exagitant. *Tanquam fatigati*, inquit, *elementi vox ista est, ac dicentis: Erubesce Sidon: hoc est, meos fluctus negotiator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietior. Erubesce quasi pudore, siquidem periculo non moueris: verecundiores venti sunt, quã vestræ cupiditates: illi habent otia sua, nunquam vestra quærendi studia feriantur: & cum otiosa tempestas est, nunquam vestra otiosa sunt nauigia. Non parturiui, nec peperi, nec nutriui iuuenes: quid me inquietãt, quos nescio, quos non agnosco*

Esai. 23. 4. Mundus maris nomine adumbratur in sacris.

D. Hieron. D. Ambros.

4 Quartò. Tertius Angelus, qui effudit phialam super flumina, & fontes aquarum, vt vult Hugo Card. gerit personã Concionatorũ cõtra Hæreticos, & Schismaticos Diuina iudicia denuntiantium, qui per flumina, & fontes exprimuntur: quoniam cõtinent, & scaturiunt aquam pessimorũ dogmarũ. Quam ob causam de illis dicitur 2. Petr. 2. *Hi sunt fontes sine aqua*, (nimirum veræ, sanæque doctrinę) *nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Porrò fundente Angelo phialam aquę fluminum, & fontium versæ sunt in sanguinem: quo indicatur plaga Hæreticorum detestabilis, & execranda, Deumque maxime in Hæreticos sęuiturum.

Hugo Card.

2. Petr. 2. 17.

Hæreticorum plaga detestabilis.

Quintò. Quartus Angelus effudit phialam in solem, hoc est, in Ecclesiæ Prælatos, non rectè Ecclesias â Christo sibi cõmissas administrantes; quin potius malo exemplo, peruersaque administrandi ratione omnia disturbantes. Ita plerique apud Cœlium Pannonium, à qua expositione ipse non multùm abhorret, meritoque reiicit aliorum sententiam per *solem* hoc loco Romanum Pontificem accipientium. Commmuniter Interpretes per *solem* hoc loco Antichristum accipiunt, qui extremis illis temporibus per summam potentiam, & admiranda prodigia quasi sol in mundo fulgebit. Sed rectius est, vt solis nomine Prælatos in vniuersum accipiamus, qui soli meritò comparantur, quia eorum est in Ecclesiis verbo, & exemplo splendescere. Itaque malis Ecclesiæ prælatis, qui tunc erunt non pauci, Angelus iste acerbissima supplicia comminatur. Quod verò subiungitur: *Et datum est illi*: non intelligendum est concessum fuisse Angelo, vt male credit Primas. sed concessum fuisse soli, vt æstu, & igne homines cruciaret. Etenim semper incommoda, quę illis plagis cõmemorãtur, non ad Angelum pertinẽt; sed ad locum, in quo phialæ funduntur. Cum ergo quartus Angelus dicatur effundere phialam suam in solem, de sole accipiendum est, quod sequitur, datũ esse illi çstu affligere homines, & igne. Et ita intelligendum, quòd ex iniustis, malisque Prælatis, suisque vtilitatibus tantùm seruientibus profectum fuerit, vt homines maximè cruciarentur, & quasi iniustis legibus, iudiciisque oppressi æstuarent, vnde viterius propter malos, iniustosque Prælatos Deum blasphemauerint, in suaq; ipsorũ peruicacia magis obfirmati noluerint agere pœnitentiã.

5 Pannon.

Malis Ecclesię prælatis acerbissima supplicia comminatur Angelus.

Primas.

Sextò. In quinto Angelo, qui effudit phialam suam super sedem bestiæ, communiter Interpretes accipiunt Concionatores, qui aduersùs multitudinem reproborũ Antichristo adhærẽtium disputabunt: meritò autem reprobi sedes bestię appellantur, quoniam in illis Antichristus regnabit. *Et factum est*, inquit, *regnum eius tenebrosum*: tum quia Deus regnum Antichristi obscurabit, tandemque omnino euertet; tum quia eius sectatores non illuminabit peculiaribus illis auxiliis, mentisque illustrationibus, quibus sanctos illuminare consueuit.

6

Reprobi sunt Antichristi sedes.

Septimò. In sexto Angelo, qui effudit phialam suam in flumen magnũ Euphratem, designantur Concionatores cõminantes Principibus, magnisque, ac potentibus

7

tentibus viris, qui Antichristo adhærebunt: per flumen enim magnũ Euphratem potentia huius seculi, felicitasque mundana exprimitur. Itaque Deus Principum, ac Tyrannorum, qui Antichristum receperint, potentiam, opesque extenuabit, prosperumque secundarum rerum cursum cohibebit, quod est Euphratem fluuium exsiccare, vt præparetur via Regibus Orientalibus, id est, Catholicis, ac fidelibus, qui Orientem, id est, Christũ inhabitant iuxta illud 1. Petr. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Itaque felicitatem Principum sectatorum Antichristi, Christianosque persequentium Deus extinguet, vt Reges isti Orientales tandem è tantis calamitatibus erecti, excitatique respirent. Atque hæc quidem iuxta communiorem huius loci expositionem, quæ nobis tamen mystica potius, quàm literalis videtur.

Felicitatẽ mũdana n exprimit Euphrates

1. Petr. 2. 9.

Felicitatẽ principum sectatorum Antichristi Deus extinguet.

8

Illud fortasse verius Euphratem hoc loco non translatè, sed propriè accipiendum, eoque tempore exsiccandũ prædici, vt per illum pateat uia Regibus Orientalibus, quô possint ex Oriente ad partes Occidentis facile commeare, uel vt sese ad Antichristum per id tempus in Occidentis prouinciis agentem adiũgant, vt collectis in vnum copiis aduersùs Ecclesiam bellum gerant, quemadmodum plerique interpretantur: vel, quod nobis videtur probabilius, non vt aduersùs Ecclesiã Euphratem traiiciãt; sed potius, vt pro Ecclesia, ac fidelibus contra Antichristum, eiusque exercitũ decertent. Nam cum Euphrates non nisi Diuina potentia exsiccandus sit, (siquidem deus est, qui sextum hunc Angelũ phialam iræ suæ in Euphratem iubet effundere) non est verisimile illum eius rei gratia siccandum fore, vt Orientis Regibus via ad persequendam Ecclesiam muniatur; sed potius ad eam ab Antichristi tyrãnide pro viribus, quoad poterunt, vendicandam. Itaque plaga hęc ad Antichristum pertinet, quoniam id circo Deus siccabit Euphratem, vt iram suam per Orientales Principes in Antichristum, eiusque sectatores exerceat. Atque in hanc sententiam interpretantur nõnulli Recẽtiores illud Psal. 67 *Regna terræ cantate deo: psallite domino psallite deo, qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem.* Vbi *ascendere* idem est, atque *equitare*: equitare autem Deus, Christusque dicitur, cum regna aliqua, siue prouincias ad sui cognitionem, fidemque traducit. Quia enim fidei prædicatio in sacris literis bellum dicitur, quod cum gentium erroribus, perfidiaque suscipitur, vt ex Dauidis potissimum, Esaię, Zachariæque vaticiniis manifestum est: indè est, quòd christus in conuersione gentium tãquã Princeps, bellatorque potentissimus equitate dicitur iuxta illud Abac. cap. 3. *Qui ascẽdis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.* Eandẽq; ob causam Apostoli, & reliqui Cõcionatores Euãgelici Duces nominantur, & bellicis nominibus, velut equorum, arcuũ belli Zachariç 9. & 12. aliisque similibus cẽsentur. Quare cum dicitur Christus ascendere super cælos cęlorum ad Orientẽ, de Oriẽtalium prouinciarum ad fidem conuersione accipere oportet, vt prænuntiet Propheta fore, vt sicut primùm Christus in partibus Occidentis equitauit iuxta illud, quod in eodem Psalmo præcesserat, *Iter facite ei qui ascendit super Occasum: Dominus nomen illi:* quibus verbis Europæ, Africæ, & Occidentalium partium Asiæ cõuersio prędicitur, in quibus multò glorioſius fides Christi, quàm in Oriẽtis regionibus, Mesopotamia scilicet, Arabia, Persia, atq; India recepta est: ita è contrario secundum Christi ascensum ad Orientem futurum, iisque in partibus Christum magna cum gloria, nominisque sui celebritate super innumerabiles nationes, potentissimosque Reges, ac Dynastas ascensurum, qui ipsius fidei, legisque imperium suscipere debeant, vt nostris iam temporibus Diuino beneficio magna ex parte factum videmus; atque ad extrema mundi tempora cumulatius implendum existimamus, videlicet innumeras tunc nationes, earumque Reges, ac Principes futuros Christianę fidei, ac religionis cultores, ex quibus erunt hi Reges Orientales, qui traiecto Euphrate aduersus Antichristum coacto numeroso exercitu ire

Reges Orientales cõtra Antichristum decertabunt.

Ps. 67. 33.

Equitare quãdo dicatur Deus.

Abac. 3. 8.

Zach. 9. & 12.

Occidẽtalium partium conuersio prędicitur.

parent

parent, eum eoque acerrimum pro Ecclesia, Christique fide, ac religione bellum gerât. Id quod cum fiet, tunc verò Antichristus magis irritabitur, conabiturque per prædicatores suos Catholicis concionatoribus obsistere; imo Principes sibi subiectos ad redintegrandam aduersùs fideles persecutionem incitare. Quam ob causam tres spiritus immũdos tanquam legatos mittet ad vniuersos terrę Principes, ac Dynastas: de quibus tamen omnibus Christus in campo Armagedon gloriosè triumphabit, cuius campi expositio ex superiori sectione petenda est.

9

Richard. Vict. Haymo. Pannon.

Denique in septimo Angelo, qui effudit phialam suam super aerem, vt volunt Richard. de S. Vict. Haymo, Panon. & alii, intelliguntur concionatores aduersus aereas potestates, siue Dæmones in isto aere agentes Diuina iudicia denunciantes, quòd Antichristum, eiusque sectatores aduersus Ecclesiam incitauerint. Rectè enim per aerem eiusmodi aereas potestates designari ostẽdit illud ad Ephes. 6. *Non est colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus Principes, & potestates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus.* Cum igitur istæ aereæ potestates ex hoc aere, vbi modo sunt, in gehẽnam præcipites agentur, audietur quamprimùm vox de cœlo quasi cœlitum gratulàntium: *Factum est.* Quæ deinde subijciuntur de diuisione ciuitatis magnæ in tres partes, de Babylone mystica, hoc est, multitudine impiorum accipienda sunt, quæ vt exponit Richard. sicut modò tribus partibus continetur, videlicet Paganismo, Iudaismo, & falso Christianismo: ita in fine mundi in tres partes secabitur per diuersitatem supplicij: aliter enim Pagani, aliter Iudæi, aliter falsi Christiani punientur. Reliqua, quæ de insulis, montibus, grandineq; dicuntur, ad pœnã etiam reproborum pertinent, vt fusè Richard. alijq; exponunt. Illud dissimulandum non fuit, quod idem auctor animaduertit, comparari grandinẽ talẽto, eo quòd supplicium apud inferos sempiternum, quo Deus in damnatos animaduertit, suæ æquitatis examine ponderat, prout singulorum merita deposcunt.

Per aerem designantur dæmones. Ephes. 6. 12.

Richard.

¶ Eadem septem Angelorum phialas effundentium visio ad septem lethalia crimina mystice accommodatur.

SECTIO IIII.

DVXIMVS operæpretium post traditam duplicem literalem expositionem quandam aliam mysticam de his septem plagis afferre, visionemq; accommodare septẽ capitalibus criminibus: sunt enim multa, eaq; aptissima, quæ in hanc expositionem conuenant. Primus igitur Angelus effudit phialam suam in terram, id est, super inuidos, qui terreo colore propter tristitiam, ac mœrorem, quem de aliena felicitate concipiunt, terram ipsam imitantur. Rectè autem subiungitur: *Factum est vulnus sœuum, & pessimum in eos, qui habebant characterem bestiæ:* tũ quia inuidi peculiari ratione characterẽ bestiq; habent, eo quòd inuidia sit Dæmonis propria, quippe qui hominibus felicitatem inuidet; tum quia nullum vulnus est, quàm inuidia, crudelius, & immanius, quippe quæ eum, cui dominatur, crudeliter sauciat: etenim inuidus consumitur tristitia, & alienis bonis contabescit. Id quod expendit D. Chrysost. super 12. caput epist. 1. ad Cor. *Inuidia,* inquit, *mala sua nescit, successa liquitur alienũ, expressa quædam Satanæ imago. Habet inuidus in se pectus suum corrodentem vermem, veneni fontem, & febrem ardentissimã, qua vritur. Melius esset habere serpentem in visceribus sese volutantem, quàm liuorem intus depascentem.* Et homil. 1. in Psalm. 51. in eandem sententiam annotauit verba illa, quæ dixit frater Dauidis natu maximus eidem gloriam, & famam inuidens, quam ex singulari cum Gigante certamine consecuturum esse prœuidebat: *Quare venisti, &*

1

Primi Angeli phiala effusa super terram inuidorum.

Bono alieno quàm tabescat inuidus.

D. Chrysost.

1. Reg. 17. 28

quare dereliquisti pauculas oues in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam tuam. Sicut tinea, inquit Chrysostomus, *comedit vestimentum: sic & inuidia inuidentem consumit.* Hanc nimirum ob causam concidit vultus Caim, cum vidit Deum ad Abel fratris munera respexisse, vt patet ex illis verbis Domini Genes. 4. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? nonnè si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit?* Quo loco peccatum pro peccati punitione sumitur. Est autem obiter aduertendum pro eo, quod nos habemus, *In foribus peccatum tuum aderit*, esse Hebraicè, *Ad ostium peccatum tuum robes*, id est, *cubans*, à radice *Rabas*, id est, cubare, siue iacere, & est proprium leonum cubantiũ, veluti Genes. quadragesimo nono: *Requiescẽs accubuisti vt leo.* Itaq; sic locus accipiendus est: Statim peccatum in foribus tanquam leo, vel molossus cubabit ad te ipsum terrendum, ac deuorãdum, hoc est, suppliciũ, ac pœna mox peccatum, & culpam consequetur. D. August. viperæ similem dixit eandem ob causam serm. 83. de tempore. *Sicut*, inquit, *aiunt viperas dilacerato illo ipso materno vtero, in quo conceptæ sunt, nasci: ita & inuidiæ natura illam ipsam animam, à qua concepta est, consumit, & perdit.* Deniq; Euseb. auctor Græcus (vt refertur in cathena Græca in Genes.) de inuidia intellexit illud, quod Genes. 27. dicitur de Esau, cũ sibi vidit præreptam à fratre Iacob benedictionem patris: *Irrugiit clamore magno, & consternatus ait, &c.* Nõ tam, inquit, dolet præreptã benedictionẽ, quã fratris inuidet dignitati, vt qui liuenti ingenio fratris dãno magis, quã suo cõmodo inuigilaret: id quod argvit & clamor vehemens, & cõsternatio. Quis verò dubitet consternationem istam exprimere malũ illud, quod inuidia in inuidi mentem infert in illã vsque ad consternationem, & interitum crudeliter sæuiendo.

Gen. 4. 6.

Peccatum vt leo accubans ad deuorãdũ

Gen. 49. 9.

Viperæ similis inuidia. D. August.

Euseb.

Esau in fratrẽ inuidia. Gen. 27. 34.

2 Secunda phiala effusa in mare accidiæ.

Secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Significatur accidia, quę mari propter amaritudinem comparatur: est enim tristitia, siue amaritudo quędam, ac tædium de spirituali bono. Etenim, vt ait D. Thom. 2. 2. q. 35. art. 2. tristari de bono Diuino, de quo charitas gaudet, pertinet ad speciale vitium, quod vocatur accidia. Meritò autem factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari; quia per accidiam virtutes omnes, quæ in anima viuebant, languent, & quodammodo moriuntur. D. Gregor. lib. 32. Moral. sex assignat accidiæ filias, malitiam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta, euagationem mentis circa illicita. D. Isidorus in lib. de summo bono distinguit tristitiam ab accidia, aitq; tristitiam esse, quatenus à laborioso opere, ad quod est obligatio, receditur; accidiã verò, quatenus fit ad quietem indebitã conuersio. Tunc subiungit ex tristitia oriri rancorem, pusillanimitatem, amaritudinem, desperationem; ex accidia verò septem vitia, otiositatem, somnolentiam, importunitatem mentis, inquietudinem corporis, instabilitatem, verbositatem, curiositatẽ proficisci: de quibus legendus est D. Thom. quæst. citata, art. 4. Fugiendam accidiam docet ipsa rerum vniuersitas, in qua nihil est otiosum; sed omnia res illas, ad quas destinata sunt ab auctore naturę, summa alacritate conficiunt. Quod præcipuè cernere liceat in sole, cuius in nascendo alacritatẽ admiratur Regius vates Psal. 18. *In sole*, seu vt est Hebraicè, *soli posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo exultauit vt gigas ad currendam viam*: quasi dicat: Ipse sol, vbi nocturno tempore in hemisphærio inferiori delituit, summo mane procedit magno cum splendore; quemadmodũ si sponsus splendidissimis indutus vestibus procedat è thalamo, è quo cũ progreditur, expectantes amici exhilarantur, & gratulabundi excipiunt venientem: & tanquam gigas aliquis potentissimus ad conficiendum præscriptum sibi spacium promptus, & expeditus exoritur. Exemplum diligentię, studijq; rerum diuinarum præbuit Abrahamus Genes. 18. cum ad excipiendos Angelos festinauit ad tabernaculum, dixitq; Sarę: *Accelera tria sata similæ, commisce, & fac sub-*

D. Thom.

D. Gregor.

Accidiæ filiæ.

D. Isidor.

Fugienda accidia vniuersitatis rerum exemplo.

Psal. 18. 5.

Exemplum diligentiæ in Abrahamo.

Gen. 18. 6.

cineri-

ciuericios panes. Ipse verò ad armentũ cucurrit,& tulit inde vitulum tenerrimũ, & optimum,deditq; puero, qui festinauit,& coxit illum. Quem locum ita expendit Origenes homilia 4. in Genes. *Senex currit,Sara accelerat,puer festinat, nullus piger inuenitur in domo sapientis.* Quod autẽ omnis anima viuens,hoc est, omnia spiritualia dona in hoc accidiæ mari moriantur,perspicuum est ex Prouerb.24. *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerunt superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.* Id quod mysticè fuit adumbratum in Adonibezec,qui Iudic. 1.dicitur amputasse septuaginta Regibus manuum,& pedum summitates. Sic enim Dæmõ per accidiam quasi manuũ, pedumq; summitates hominibus amputat,inutiles eos ad quicquam boni agendum reddens.

Origen.

Omnia dona spiritualia suffocat accidia. Prou. 24. 30.

Iudic. 1.

3 Tertia phiala super gulę fontes,& flumina

Tertius Angelus effudit phialam suã super flumina,& super fontes aquarum: & factus est sanguis. Nomine fluminũ, & fontium plerisq; gulam accipiunt, cui explendę immensa diuitiarum flumina, auriq; fontes vix sufficiunt. Qui tamen omnes in sanguinẽ conuertuntur: quoniam vt dicitur Prouerb.21. *Qui diligit epulas, in egestate erit.* Nec verò solùm in præsenti vita,sed etiam in futura : vnde diues ille epulo apud inferos guttulam aquæ expetebat,quę tamen ei iure negabatur. Et ad Philip.3. *Multi ambulabãt, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico)inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est,& gloria in confusione ipsorum,qui terrena sapiunt.* In huius rei typum 4.Reg.25. Nabuzardan Princeps coquorum, seruus Regis Babylonis destruxit muros Hierusalem: quia venter, cui tanquam coquorum Principi omnia seruiunt, vniuersas opes, imo & virtutũ ædificia,ac muros, quibus anima se tuetur,funditus euertit. Imo sicut idem Nabuzardan vasa templi transtulit in domum Regis Babylonis,fecitq; vasa templi vasa palatij, & coquinę : ita interdũ luxui, & abdomini dediti Ecclesiastici beneficiorum redditus , qui etiã vasa sacra appellari possunt, efficiunt vasa coquinæ,cũ ijs ad infinitos gulæ sumptus sustinendos abutuntur. Denique elegãter dixit Hierony. in epist. ad Salinam. *Procul sint,* inquit, *à conuiuijs crassæ turtures, & aues omnes, quibus amplissima patrimonia auolant.*

Prou. 21. 17.

Gula in hac, & alia vita egenum reddit

Philipp. 3. 18.

4.Reg. 25.

Nabuzardan typus gulæ diti.

D. Hieron.

Quartus Angelus effudit phialam suã in solem: & datum est illi æstu affligere homines,& igni: & æstuauerunt homines æstu magno,& blasphemauerunt nomen Dei. Hæc plaga super iram infligitur : cectè nanque in solem phiala effunditur,cum ira dominatur : quia nihil magis lumen rationis obscurat, & quodammodò solem mentis de medio tollit,quàm ira : est enim ira furor breuis. Imo Seneca tract. de ira docet nullam esse viam expeditiorẽ ad insaniã, quàm iram. Quo sensu dixit Paulus ad Rom. 12. *Non vos metipsos defendentes, sed date locũ iræ,* quaũ videlicet furioso: sic enim furiosis hominibus liberum locũ damus. A qua expositione non multùm abhorret D.Basil. cum sic locum interpretatur. *Date,* inquit, *locum iræ quasi torrenti, qui obuia quæque impetu suo rapidissimo deuoluit.* Meritò quoque subiungitur consequutum fuisse ęstum, & blasphemiam, quia propter iram sanguis ęstuat, & efferuescit,eumque feruorẽ blasphemię in Deũ, sanctosq; consequuntur.

4 Quarta phiala super solẽ irę.

Irę furor.

Seneca.

Rom. 12. 19.

D. Basil.

Quintus Angelus effudit phialam super sedem bestiæ,hoc est, super superbiam,quæ sedis est Dæmonis iuxta illud Iob. 41. *Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.* Factum est regnũ eius tenebrosum, quia tandem Deus, qui superbis resistit Iacob.4.eorũ superbiam frangit, dominatumq; obscurat:& quia superbi ex humiliatione incredibilem dolorem concipiunt,propterea dicuntur præ rabie suas ipsorum linguas commanducasse. Sextus Angelus effudit phialam in flumen magnum Euphratem,hoc est,in libidinem,& luxuriam,quæ Euphrati flumini cõparatur,tum quia instar Euphratis rapidissimi fluminis magnam hominum partem secum deuoluit : tum quia dulcium aquarum nomine rectè voluptas carnalis exprimitur: siccantur autem aquæ fluminis,quia tandem voluptuarij homines , & plurimis in hac vita tum morbis,tũ alijs miserijs diuexãtur,

5 Quinti Angeli phiala in superbiam. Iob. 41. 25.

Iacob. 4.

Sexti Angeli phiala in luxuriam.

& sempiternis tandem apud inferos tormentis cruciantur. Denique septimus Angelus effudit phialam in aerem, hoc est, in auaritiam, quæ instar chamæleontis aere vescitur, nec bonis, quæ possidet, vnquam fruitur. Hanc enim etiam ob causam auaritia appellatur *idolorum seruitus* ad Galat. 5. quoniam, vt ait D. Chrysost. sicut idololatræ uenerantur idola, nec ea pro reuerentia tangere audent; ita auarus pecunias tanquam idolum veneratur, nec eas pro reuerentia audet contingere, sed inani tantùm earum aspectu delectatur.

Septimi Angeli phiala in auaritiæ aerem

Galat. 5. 20. D. Chrysost.

CAPVT XVII.

ET VENIT vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum dicens: Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & immunditia fornitationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna mater fornicationum, & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu. Et miratus sum, dum vidissem illam, admiratione magna. Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ, quę portat eam, quę habet capita septem, & cornua decem. Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam, quę erat, & non est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sũt. Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & cum venerit, opertet illum breue tempus manere. Et bestia, quæ

erat, & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit. Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum non dum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt: & Agnus vincet illos, quoniam dominus dominorum est, & rex regum: & qui cum illo sunt vocati, electi, & fideles. Et dixit mihi: Aquæ, quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguę. Et decem cornua, quę vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant, quod placitum est illi, vt dent regnum suum bestię, donec consũmẽtur verba Dei. Et mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quę habet regnum super reges terrę.

ARGVMENTVM.

RICHARDVS *de S. Victore existimat caput hoc ad quintam ad huc visionem huius operis pertinere: fortasse ex eo, quòd vnius è septem Angelis habentibus septẽ phialas plenas iræ Dei mentio fiat. Sed rectius Pannonius cum alijs hinc sextam visionem inchoat, in qua de damnatione meretricis magnæ, & ruina Babylonis disseritur, vt patebit ex sequentibus.*

COMMENTARIVM PRIMVM EXEGETICVM.

De sexta visione Ioannis.

Imaginaria huius capitis visio describitur.

SECTIO PRIMA.

1 COMMEMORAT Ioãnes venisse ad se vnum de septem Angelis, qui habebant septem phialas, de quibus dictum est superiori capite, dixisseque sibi: *Veni: ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt Reges terræ.* Tum addit apparuisse sibi huiusmodi visionem. Primò. Vidit mulierem sedentem super bestiam coccineam plenã nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decẽ. Quod ait: *Mulierem sedentem super bestiam coccineam:* dubium est in Latina editione, vtrum il- Dubitatio.

lud

Duplex opinio de nomine mulieris.

lud nomen *coccineam* ad bestiam, an ad mulierem pertineat? Verùm ex Græco contextu est perspicuũ nõ posse ad mulierem, sed ad bestiã spectare. Sic enim Græcè legimus: εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίου κόκκινον. Secundò. Mulier erat circundata pupura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, ac margaritis. Tertiò. Habebat poculum aureum in manu, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eiusdem. Quartò. In fronte eius erat nomen scriptum: *Mysterium, Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ.* Quidam existimant nomen scriptum in fronte fuisse hoc nomen, *Mysterium*: alii, quod videtur probabilius, sentiunt nõmen scriptum fuisse illud, *Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ.* Nomen verò, *Mysterium*, appositum esse per parenthesim, vt indicetur in nomine, quod gerit scriptum in fronte, arcanum quiddam, plenumque mysterii latere. Quintò. Ait Ioannes vidisse se mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu, vehemẽterque fuisse admiratum. Sextò. Subiũgit explicatum fuisse ab Angelo sacramentum mulieris, & bestiæ, quę Angeli explicatio magnis quoque & ipsa difficultatibus est implicita. *Bestia*, inquit, *quã vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit. Septem capita septem mõtes sunt, super quos mulier sedet, & Reges septẽ sunt: quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit, & cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia, quæ erat, & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit. Decem cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tãquam Reges vna hora accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent, & virtutẽ, & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos. Decem cornua, quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciãt, quod placitum est illi, vt dent regnũ suũ bestiæ, donec consumẽtur verba Dei.* Deniq; vt se magis Angelos explicaret, subiunxit: *Mulier, quã vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnũ super Reges terræ.* Hęc fuit Angeli interpretatio, quę adhuc interpretationem requirit.

Communis expositio de muliere sedente super bestiam coccineam commemoratur, & reiicitur.

SECTIO II.

1 Impiorũ multitudo, gloria, & damnatio.

COMMVNIS expositio huius mulieris, siue Babylonis nomine multitudinẽ impiorũ accipiẽdã esse docet, eorũq; hoc loco dãnationẽ describi, eo quòd Babylon sit confusionis ciuitas, quę *Meretrix magna* appellatur, quòd creaturã Deo præponere genus quoddã sit spiritualis fornicationis. Sedet super aquas multas, i. super populos multos, vt Angelus ipse interpretatur, quia multitudo impiorum ex omnibus gẽtibus cõflatur. Sedet super bestiam coccineam, id est, super Diabolum, qui impiorum multitudinem sustinet. Is bestię coccineæ similis dicitur propter Sanctorum sanguinem, quem continuò per Tyrannos effũdit. Plena est nominibus blasphemiæ, quia vbique gentium à reprobis nomen Dei blasphematur. Per capita septem omnes Reges impii, & idololatræ significantur. Per cornua decem omnia regna illis subiecta, vterque enim numerus vniuersitatem continet. Mulier est circundata purpura, & coccino ad significandam externam mundanarum rerum pulchritudinem, qua impii capiuntur: inaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis propter eiusmodi rerum affluentiam, quibus impii circunfluunt. Gerit in manu poculum aureum plenum abominatione, & immunditia, quia sub specioſa quadam, pulchraque mundanæ felicitatis specie, & inanis voluptatis imagine omnis generis immunditiam, atque turpitudinem, tum quæ ipsis peccatis, tum quæ peccatorum miseriis, & incommodis, ipsisque tandem apud inferos cruciatibus continetur, suis amatoribus propinat. Verùm ne mulier tam pulchro, elegantique ornatu incautos, insipientesque amatores in frandẽ

inducat, gerit in fronte scriptum nomẽ, ex quo statim meretrix esse dignoscitur, *Babylõ mater fornicationũ, & abominationũ terræ*. Nam ipsum nomen Babylonis confusionem notat, meretricium autem officium turpitudinem mulieris declarat. Pannonius existimat ipsum etiam nomen, *Mysterium*, in fronte scriptum fuisse, quia nimirum opera Babylonis quibusdam sunt in fronte, quibusdam autem in mysterio: simplicibus enim mysterium sũt, quia occulta sunt eis ea, quæ à reprobis efficiuntur, latetque eos mundanę felicitatis inconstantia, & fallacitas; at sapientibus in fronte sunt, quia cõspicua, & manifesta. Alii nomine mysterii illud indicari arbitrantur, quòd à reprobis multa efficiantur per hypocrisim, quæ mysteriũ cõtinẽt: quoniam arcano quodam, ac secreto artificio virtutẽ simulẽt nihil minùs, quã eã adamãtes. Vnde merito in fronte hypocritarum *mysterium* scriptũ est: quia in omnibus eorũ actionibus mysteriũ latet, id est, subdolũ, & occultũ honoris adipiscẽdi studiũ. Alii sic. Gerit mulier titulum mali operis in frõte, quia reprobi de malis, quæ agunt, gloriantur iuxta illud Psal. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate?* & Esai. 3. *Quasi Sodoma prædicauerunt peccatum suum*. Ebria est de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrũ Iesu propter infinitam vim sãguinis Martyrũ, quẽ Tyrãni effuderũt.

Nomen mysteriũ explicatur Pannon.

Psal. 51. 3. Esai. 3. 9.

2

Angeli interpretatio huiusmodi est. *Bestia*, inquit, *quã vidisti, fuit, & nõ est*. Quoniã bestia, super quã mulier sedet, Diabolus ipse est, qui dũ fuisse, & non esse: quoniã ante aduẽtũ Christi dominabatur in mũdo, cũ ei toto orbe tẽpla, araq; erigebãtur: at post aduẽtũ Chri de mũdo per passionẽ eius eiectus fuit, quẽadmodum Christ⁹ ipse promiserat Ioan. 12. *Princeps huius mũdi eiicietur foras. Et ascẽsura est de abysso, & in interitum ibit*. Quoniã iterum Antichristi tẽpore regnabit, sed tãdẽ in interitũ ibit, quia post mortẽ Antichri regnũ eius omnino dissipabitur. *Septẽ capita septẽ mõtes sũt, super quos mulier sedet, & reges septem sũt*. Hic interpretes aiunt septẽ capita, septẽ mõtes, septẽ Reges vniuersũ esse reproborũ principatũ, & multitudinẽ, quę ex Regibus, ac Principibus, subiectisque populis coalescit, & vt ait Richard. per septẽ status ab initio defluxit. Primus status fuit ab Adã vsq; ad Noè. Secundus à Noè vsq; ad Abrahã. Tertius ab Abrahã vsq; ad Moysen. Quartus à Moyse vsque ad Dauidem. Quintus à Dauide vsq; ad Christũ. Sextus à Christo vsq; ad Antichristũ. Septimus sub Antichristo vsque ad finẽ mundi. Itaq; per septẽ Reges omnes Reges horũ statuũ intelligũtur. Iuxta quã expositionẽ sequitur: *Quinq; ceciderũt, vnus est, & alius non dum venit, & cũ venerit, oportet illũ breue tẽpus manere*: quia quinq; ex præcedentibus septẽ statibus ante aduentũ Christi, & ante tẽpus huius visionis iã trãsierãt: vnus nũc est, qui à Christo vsq; ad Antichristũ decurrit: septimus, qui erit tẽpore Antichristi, non dũ venit; sed cum venerit, non multùm durabit, quia tribus tantũ annis cũ dimidio circunscribetur. Bestia, quę erat, & nõ est, & ipsa octaua est, & de septẽ est, Dæmõ ipse ab his auctoribus accipitur. De septẽ est, quia similiter peccat: sed tamẽ octaua est, quia omnes malitia, astutiaq; lõgè superat. Ad nihil enim, inquit Haymo, appellauit octauã, quę septima erit, nisi vt ostenderet, quòd septies amplius tunc dominabitur Antichristus, quã reliqui omnes superiores Tyranni, qui Ecclesiã variis tẽporibus fuerũt persecuti. *Decẽ cornua, quæ vidisti, decẽ Reges sunt*. Est sermo, vt vult Richard. de decẽ illis Regib⁹ toties cõmemoratis, in quos Antichristi tẽpore Romanũ imperiũ diuisũ erit: qui cũ Agno pugnabũt, quia fidẽ Christi extinguere conabuntur; sed ab Agno tamen vincentur. *Hi odient fornicariam, & desolatam facient illam*. Odisse hoc loco aiunt cõmuniter interpretes illud significare, quòd prædicti Reges fouendo, & adiuuãdo impiorũ multitudinẽ aduersùs Christũ eã sempiternis inferorũ cruciatibus obnoxiam facient, quod maximum sane odium censeri debet.

Richard. Septem mundi status.

Bestia octaua cur Dæmon.

Haymo.

Richard.

Hæc est cõmunis huius visionis expositio, in qua multa sũt, ad quę visio quasi inuita, & repugnãs trahitur. Primũ quia Ioannes non ita generatim de impiorũ multitudine sub istius mulieris, siue Babylonis typo loqui videtur, cum eã peculiaribus quibusdã signis, notisq; distin-

Ioan. 12. 31.

3

Cur nõ probetur communis ex positio, prima ratio.

guat

guat, vt ex hoc ipso cap.17. & sequenti 18.manifestũ est: appellatur enim *Babylon illa magna, ciuitas illa fortis*. Fit etiã mẽtio septẽ montiũ, vt certã aliquã vrbẽ videatur Angelus designare voluisse. Id quod non obscurè significauit Angelus ille, qui mulieris mysteriũ Ioãni explicauit: sic enim suã de muliere expositionẽ concluſit: *Mulier, quã vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super Reges terræ*. Deinde, quoniã huius mulieris, siue Babylonis euersio prædicitur cap. 18. futura extremis tẽporibus ante ipsum mũdi finẽ: siquidẽ fidelibus dicitur: *Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis*: & de mercatoribus, qui in ea negotiari solebant, adiungitur: *Mercatores ab ea longe stabunt propter timorem tormentorũ eius flentes, ac lugentes*: quod necesse est ad extrema tẽpora ante ipsũ mundi finẽ, extremũq; iudiciũ referre. Cum igitur multitudo impiorũ cessare non debeat ante ipsum iudicii diẽ, quomodo in illam quadrare potest hæc, quæ à Ioanne prædicitur, Babylonis euersio? Accedit, quòd si mulier hæc, siue Babylõ esset vniuersa multitudo impiorũ, nõ posset ab illa recedere negotiatores, mercatoresq; eius vrbis, cũ & ipsi quoq; in ipsa multitudine impiorũ cõprehendãtur. Porro illud, quòd decem Reges debeant odisse fornicariã, eãq; desolatã facere, quomodò quæso cum ista expositione cohæret? Enim verò quîfieri potest, vt decem illi Reges impiissimi odio habere debeãt ipsã multitudinẽ impiorũ, cũ ipsi, vt fatentur huius expositionis auctores, sint præcipua impiorum pars. Nam quod de spirituali illo odio dicitur, quatenus eã fouendo, & adiuuando addicãt crutiatibus sẽpiternis, alienũ plane est, & extortũ. Itaq; facile est cõiicere aliã quãdã accipiẽdã esse fornicariã, aliãq; Babyloné odio habẽdã ab illis decẽ Regibus, ab iisq; funditus excidẽdã, de qua iã sectione sequenti aggredimur disputare.

Secũda ratio.

Apoc. 18.4.

Postroma ratio.

Reiecta superiori sentẽtia de muliere sedẽte super bestiam coccineam vera, & germana statuitur.

SECTIO III.

I

NOT facile quiuis ex superioribus intelliget, ea profectò expositio, quã cõmuniter in hunc locũ interpretes afferunt, & nos paulò ante cõmemorauimus, inuitũ ad se, ac repugnantẽ Ioãnem pertrahit: quare aliam excogitare impellimur, quç contextui congruẽtior appareat. Igitur cum hæc mulier propriũ nomen in frõte scriptum præferat, *Babylon mater fornicationum*, videndum de quanam Babylone sermo sit: Babylonem enim aliquam mysticam accipiendum esse demonstrat vox illa, *Mysterium*, quod indicat sub Babylonis nomine mysterium aliquod occultari. Quare existimamus nomine Babylonis Romanam vrbem significari in hoc Apocalypsis opere, vbi toties Babylon nominatur. Nam quòd Roma Babylonis nomine censeatur, perspicuũ est ex 1.Pet.vlt. *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta* (sic enim legere possum⁹, cum sit Græcè συνεκλεκτὴ.) Quo loco sub typo Babylonis Romam significatã esse docent Tertul. lib. aduersus Iudæos, cap. de Natiuitate, Euseb. Cæsar. lib. 2. hist. Eccles. cap. 15. Beda in eum locũ, & D. Hieronymus in lib. de viris illustribus, in Marco. Imo hanc ipsam Babylonem, de qua Ioannes hoc capite, aliisq; disserit, Romanam vrbem interpretatur Tertul. loco citato, & D. Hieronymus in epist. ad Algasiam, quæst. 11. & fusè in epist. ad Marcellam, vt commigret Bethlehem. *Lege*, inquit, *Apocalypsim Ioannis, & quid de muliere purpurata, & scripta in eius fronte blasphemia, septem montibus, aquis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuere: Exite, inquit Dominus, de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius: fugite de medio Babylonis. Cecidit enim Babylon magna, & facta est habitatio Dæmoniorum. Est quidem ibi sancta Ecclesia; sunt trophæa Apostolorum, & Martyrum; est Christi vera confessio; est ab Apostolo prædicata fides, & Gentilitate calcata in sublime se quotidie erigens vocabulum Christianum: sed ipsa ambitio, potentia, magnitudo vrbis, videre, & videri, & tantam frequentiam hominum saltem inuitum videre à proposito Monachorum, &*

Nomine Babylonis Roma

1.Pet.5.13.

Tertull.

Euseb.Cæsar. Beda. D.Hieron.

quiete

quiete aliena sunt. Ex quibus verbis constat Hieronymum de vrbe Roma hanc Apocalypsis Babylonem intellexisse. Cæterùm nomen Babylonis non ad eã Romam transferendum est, quæ modo sub Romano Pontifice fidẽ Christi profitetur, sed ad eam, quę antequàm reciperet fidem Christi, idolis seruiebat, & ad eam, quæ erit tempore Antichristi, quam à summo Pontifice Romano, atq; adeo à fide defecturam Ioannes hoc capite, & sequenti commemorat.

Roma sub quo statu hic accipienda.

1

2

Existimamus igitur cum Tertulliano, & D. Hieronymo nomine Babylonis hoc Apocalypsis opere, potissimumq; hoc capite, & sequenti nomine etiam mulieris fornicariæ Romanam vrbem sub duplici illo statu accipiendam esse; eiusq; vrbis calamitatem, & excidium sub Antichristi tempore futurum prænuntiari, Deumq; memorem tyrannicę crudelitatis, qua sub Imperatoribus Romanis in Christianos Roma desæuiit, eam per decem Reges omnino euersurum. Et verò Romam Ioannes clarissimis argumentis videtur indicasse, cum dixit mulierem sedere super septem montes: imo omnia, quæ his capitibus memorãtur, in Romanam vrbem aptissimè quadrant. *Veni*, inquit, *ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius*: quia, vt ait D. Leo serm. de Natiuit. Apostolorum Petri, & Pauli, *Cùm pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem.* Vnde omnium Deorum superstitionibus imbuta quasi meretrix prostituta vniuersis populis sedebat. Dicitur circundata purpura, & coccino, inaurata auro, lapide pretioso, & margaritis, propter sũmam opum abundantiam, atq; in victu, vestitu, rebusq; omnibus luxũ incredibilem. Habet poculum aureum in manu plenum abominatione, & immunditia fornicationum: quoniam omnibus gentibus, quibus imperabat, idololatriã suã, falsorumq; deorũ, quos colebat, superstitiões impurissimas sub specie religionis quasi poculũ aureũ propinabat.

Romę idololatria quæ fuerit.

D. Leo.

Quæ verò sequuntur in interpretatione, quã Angelus adhibuit, sic habent. *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est: ascensura est de abysso, & interitum ibit.* Eodem modo exponenda sunt, quo sectione prçcedẽti iuxta communem expositionem. *Septem capita septem montes sunt*, videlicet Palatinus, Quirinalis, Auentinus, Cælius, Viminalis, Æsquilinus, Ianicularis. *Et Reges septem sunt*: nimirũ docet Angelus per septẽ capita bestiæ, super quam mulier sedet (ad bestiam enim referenda sunt ipsa capita, non ad mulierem, quemadmodùm & illud, *Plena nominibus blasphemiæ*, vt patet ex Greco contextu, cùm Græcè habeatur ἔχον, neutro genere, quod cum Græco θυρίον consentit: nam si ad mulierem spectaret, dicendũ foret, ἔχουσαν) docet, inquam, Angelus per septem capita bestiæ non solùm septẽ mõtes, sed septem etiam Reges accipiẽdos esse. Qui verò nam illi sint, statim exponit: *Quinque*, inquit, *ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit.* Non placet nobis sentẽtia Marij Victorini Episcopi existimantis quinque Reges, qui ceciderunt, esse illos Imperatores Romanos, qui post Neronem vsque ad tempus, quo Ioannes hæc scribebat, imperarũt, videlicet Vespasianum, Titum, Galbã, Othonem, Vitellium: tum verò cum dicitur. *Vnus*, intelligi Domitianũ, qui eo tempore imperabat: eùm verò, qui nondum venit, esse Neruam, qui Domitiano succesit, qui quoniã non integro biennio imperium tenuit, idcirco subiungi: *Et cum venerit, oportet illum breue tempus manere.* Non placet, inquã, hæc Victorini expositio, quoniã Ioãnes paulò post loquens de Antichristo facit illum vnũ de septẽ istis Regibus: inter Nernã autẽ, & Antichristum quãplurimi Romani Imperatores interiecti sunt. Nec multùm in istis credendum est Victorino, quippe qui in eo errore fuit, vt putauerit Neronem in fine mundi à mortuis excitandũ, ipsumq; fore Antichristũ. Quocirca rectius dicemus per septẽ istos Reges, septẽ mundi status intelligendos esse, vt aiebat cõis opinio, quæ in hac re nobis probatur, primũ ab Adam vsque ad Noe, secundũ à Noe vsque ad Abraham, tertium ab

3

Septem montes Romæ.

Marii de 7. Regibus expositio non probatur.

Probatur communis de 7 statibus.

Abrahã vsq; ad Moysen, quartũ à Moyse vsque ad Dauidem, quintum à Dauide vsque ad Christum, sextum à Christo vsque ad Antichristum, septimum ab Antichristo vsque ad finem mundi.

4 Itaque septem Reges significant septem numeratos status, in quibus varii Principes, & Reges Dei famulos diuexarunt: præcipuè verò posterioribus temporibus Ecclesiam à Christo fundatam variis persecutionibus oppresserunt. Tũ verò rectè subiungitur: *Quinque ceciderũt*: quoniam quinque iam status, quo tempore hęc Ioannes mandabat literis, præterierant. *Vnus est*, hoc est, vnus adhuc durat à Christo vsque ad Antichristum decurrens. *Alius non dum venit*, id est, postremus sub Antichristo. *Et cum venerit, oportet illum breue tempus manere*: quoniam tribus tantùm annis cum dimidio imperabit. *Bestia, quæ erat, & non est, de septem est, & ipsa octaua est*, hoc est, Dęmon (is enim per bestiam intelligitur) de septem est, quia ipse in omnibus superioribus Tyrannis, & Ecclesiæ persecutoribus tãquam in membris suis Ecclesiam diuexauit, & in Antichristo potissimum tanquam in membro præcipuo aduersùs eandem dimicabit. Et nihilominus octaua est, quia verè Dæmon ab iis omnibus Regibus diuersus est, & quasi eorum comparatione octauus Ecclesiæ infensissimus hostis. *Decem cornua, quæ uidisti, decem Reges sunt*. Intelliguntur illi decem Reges, in quos diximus tractatu de Antichristo diuidendum fore imperiũ Romanum, & totius orbis principatum. *Qui potestatem tanquam Reges vna hora accipiẽt post bestiam*. Siue legamus *bestiam*, vt habet nostra editio: siue *cum bestia*, vt legũt Biblia Complut. Andr. Cæs. Arethas, & Primas, idem sensus efficitur. Accipiũt enim regnum *cum bestia*, id est, tempore Antichristi: vel *post bestiam*, scilicet gradientes, quasi ipsam vt famuli sequantur, eiq; obtemperent. Quod dicitur, *vna hora*, significat exiguo tempore regnaturos.

5 *Hi cum Agno pugnabunt*, quoniam simul cum Antichristo bellum difficillimum Ecclesiæ inferent, fidelesq; vbique insectabuntur. *Hi odient fornicariam, & desolatã facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt*. Recolenda sunt, quæ in tractatu de Antichristo diximus de decem Regibus, qui orbis imperium obtinebunt, cum Antichristus aduenerit: ex quibus Antichristus tres bello profligatos trucidabit; septem reliquos sibi vltro obtemperantes in societatem admittet. Cum ergo hoc loco Angelus Ioanni prænuntiet fore, vt hi decem Reges odio habeãt fornicariam, eamq; omnino euertant, & incendant; manifestè colligitur paulò ante, quàm Antichristus aduenerit, vel saltem ad initium eius imperij Romanam vrbem ab his decem Regibus euersum, & concrematum iri: siquidem cum Antichristus imperauerit, non futuri sunt decem Reges, sed septem. Quoniam verò hæc Romanæ vrbis euersio, & incẽdium debet ex Diuina institia proficisci, quæ de vrbe illa, vbi tanta vis sanguinis Martyrũ sub Imperatoribus Romanis effusa est, extremis temporibus pœnas iustissimè exposcet, idcirco additur: *Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant, quod placitum est illi*, scilicet Antichristo: *vt dent regnum suũ bestiæ, donec consummentur verba Dei*. Etenim vt omnes aduersus Romanam vrbẽ cõspirent, permittet Deus, *Vt dent regnum suũ Bestiæ*, id est, potestatem suam Dæmoni committãt ad persecutionem fidelium: & ita *consummentur*, hoc est, impleantur Diuinæ prędictiones de extremorum tẽporum acerbitate. Denique, vt intelligeremus sermonem esse de Romana vrbe, concludit Angelus: *Et mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ*. Etenim tempore, quo hęc Ioãni monstrabantur, Romana vrbs pene omnibus Regibus terrę imperabat. Hæc in genere de Romanæ vrbis incendio, & euersione dicta sunt, quæ sequenti capite adhuc magis explicantur.

Dæmonis in Ecclesiam odium mirum.

Decem Regũ imperium.

Varia lectio.

Romanę vrbis euersio, et quo tẽpore futura.

CAPVT

CAPVT XVIII

ET POST hęc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habẽtem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio Dęmoniorum, & custodia omnis spiritus immũdi, & custodia omnis volucris immundę, & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius bibe runt omnes gentes, & reges terrę cum illa fornicati sunt, & mercatores terrę de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo, quo miscuit vobis, miscete illi duplum. Quãtum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum uiderint fumum incendii eius: longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, vę ciuitas illa magna Babylõ, ciuitas illa fortis: quoniã vna hora venit iudicium tuũ. Et negotiatores terræ flebũt, & lugebunt super illã: quoniã merces eorũ nemo emet amplius, merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, (& omne lignũ thyinũ, & omnia vasa eboris, & õnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore, & cinamomum) & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et poma desiderii animę tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia, & præclara perierunt à te: & ampliùs illa iam non inuenient. Mercatores horum, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes: Væ, vę ciui-

tas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioſo, & margaritis: quoniã vnã hora deſtitutę ſunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnis, qui in locum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè ſteterunt, & clamauerunt videntes locum incendii eius, dicentes: Quę ſimilis ciuitati huic magnæ? Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua, & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, vę ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretiis eius, quoniam vna hora deſolata eſt. Exulta ſuper eam cœlum, & ſancti Apoſtoli, & Prophetę, quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa. Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam nõ inuenietur. Et vox citharœdorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis artis nõ inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius: & lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox ſponſi, & ſponſę non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erãt principes terrę: quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea ſanguis Prophetarum, & ſanctorum inuentus eſt, & omnium, qui interfecti ſunt terra.

ARGVMENTVM.

BABYLONIS, hoc eſt, Romanæ vrbis in fine mundi euerſionẽ, quam ſuperiori capite Angelus veluti in ſumma perſtrinxerat, nunc alius Angelus luculentius explicare aggreditur: quam ob cauſam non nec eſſe eſt nouum hoc capite commentarium in choare, ſed ſatis erit perſequi præcedens.

Visio imaginaria huius capitis ad literam explanatur.

SECTIO IIII.

1

PRIMVM vidit Ioannes alium quendam Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnã. *Et terra illuminata est à gloria eius*, hoc est, tanto splendore radiabat, vt terram vniuersam lucis suæ magnitudine collustraret. Hunc Angelum doctores communiter Christum interpretantur, (eaq; expositio nobis probatur) qui de cælo descendisse dicitur per Incarnationem: habere etiam potestatem magnam describitur, terramq; splendore suo illuminasse; quia Christus vniuersum terrarum orbem doctrinæ suæ fulgore compleuit, & ignorantiæ, infidelitatisque tenebras veritatis suæ radiis dispulit. Ita Primasius, Rupertus, Richardus, Haymo, Pannon. & alij hoc loco sentiũt. Secundò. Exclamauit idem Angelus: *Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio Dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis, quia de vino iræ fornicationis eius bibere omnes gẽtes: & Reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarũ eius diuites facti sũt.* Frãciscus Ribera existimat Romam vsq; adeo vastandam, miserrimoq; incendio delendam, vt in desertum, & solitudinem euadat, fiatq; habitatio bestiarum, & Dæmoniorum, quæ desertis locis delectantur. Eodem enim sensu dicitur de Babylonis euersione apud Esaiam capite decimo tertio. *Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem, & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.* In quem locum D. Hieron. ait per hæc omnia vastitatis, & solitudinis signa monstrari, quòd tanta sit futura vrbis quondam potentissimæ depopulatio, vt præ multitudine Dæmonum, ac bestiarum nullus in eam audeat pastorum intrare. Sed nobis illud etiam dicendum videtur cum Aretha, Primasius, Ambrosio Ansberto, Haymone, Ambrosio, & aliis hoc loco, idololatriam eius vrbis significari, defecturamq; esse Romam à fide, atque adeo futuram habitationem Dæmoniorum, & omnis spiritus immundi, & volucris immundæ ob execranda flagitia, idololatriæq; superstitionem, quæ tunc temporis in Romana ciuitate, Romanoque imperio latè grassabitur.

Per Angelum Christus hoc loco.

Primas. Rupert. Richard. Haymo. Pannon.

D. Hieron.

Habitatio Dæmoniorũ &c. propter idololatriam. Aretha. Primas. Anbert. Haymo. Ambros.

Ribera. Roma desertũ fiet.

Esai. 13. 20.

Reliqua omnia, quæ in hoc capite memorantur, pertinent ad eandem Romanę vrbis vastitatem, incendiũq; explicandum, describendumq; luctum Regum, ac mercatorum, qui ad eam mercimoniq causa ex omnibus mundi partibus confluebant. Lugebunt enim, dolebuntq;, quod tam frequens, & toto orbe celeberrima ciuitas euersa fuerit, omnisq; sibi in ea vrbe negotiatio sit in perpetuum intercluſa. Itaq; in hanc sentẽtiam accipienda sunt, quæ sequuntur: *Quoniam*, inquit, *peruenerũt peccata eius vsque ad cælum*, hoc est, peccata eius grauitate sua, & multitudine Deum ad sumẽdam vindictam prouocarunt, ita vt ea dissimulare nequaquam possit. Hoc enim sensu dicuntur peccata in cælum peruenire, & clamare, vt fusiùs expositum in nostris super Ionam commentariis ad illa verba cap. 1. *Surge, & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea quia ascendit malitia eius coram me. Et recordatus est Deus iniquitatum eius*, videlicet ad puniendum. Cum enim Deus peccata dissimulat, & vindictam differt, videtur quodammodò eorum oblitus esse, hoc est, habere se instar obliuiscentis. *Reddite illi, sicut, & ipsa reddidit vobis.* Sermo est ad sanctos, in quos meretrix ista variis, iisque acerbissimis persecutionibus desæuiit. Nec verò his verbis illi ad sumendam de Babylone vindictam in-

2

Luctus de illius deuastatione.

Peccata quãdo perueniãt ad Cælum.

Ion. 1. 1.

Sanctorum vindicta de Babylone.

citantur

citantur, cùm id Dei proprium sit: sed quod Deus facere instituit, ipsis sanctis attribuit: quoniam ipsorum nomine, & causa eiusmodi supplicia inferre parat: vt cum Deus Babylonem punit, sancti quoque ipsi per Deum, & per suum defensorem, ac vindicem easdem pœnas repetere censeantur. Eodemq; sensu accipiendum est, quod sequitur: *Duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo, quo miscuit, miscite illi duplum. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum, & luctum.* Quo loco duplicia ad duplũ, non ad culpas, & scelera Babylonis referendum est, quasi Deus duplo maiores de ipsa pœnas reposcere debeat, quàm eius scelera, & flagitia mereantur: sed ad calamitates, quibus Ecclesiam, fidelesq; oppressit, ita vt duplo minoribus suppliciis Deus in Romanam vrbem debeat vindicare, quàm fuerint illa mala, quę ipsa Ecclesię intulit. *Quia in corde suo dicit: Sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo.* Superbia Babylonis exprimitur ob imperij sui felicitatẽ: iactat enim se, quòd regina orbis sedeat, ipsiq; omnes mundi Principes, ac Reges pareant, viduaque non sit, hoc est, imperio suo, & splendore, ac diuitiis fruatur, sumpta similitudine à fœmina vidua, quæ viro orbata in luctu sedet. Vnde Thren. 1. de vrbe Hierosolymorum diruta, & euersa dicitur: *Quomodo sedet sola ciuitas, plena populo? facta est quasi vidua domina Gentium. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus qui iudicabit illam.* Excidium Babylonis exponitur, cũ Romana vrbs à decẽ Regib⁹, de quibus sæpe diximus, excidetur, & cõcremabitur, potẽtissimo Deo hosce Reges meritas ab ea pœnas deposcente.

Suberbia Babylonis.

Thren. 1. 1.

§

Sequitur: *Et flebunt, & plãgent se super illam Reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incendii eius: longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Quærunt hoc loco interpretes, quinam futuri sint Reges, qui plangent super Romanæ vrbis excidio, cùm eo tẽpore soli illi decem Reges, qui eam euertent, regnaturi sint, qui tantùm abest, vt ob euersionem eius vrbis dolorem concipiant, vt potius lętari, & gaudio triumphare debeant? præterquam quòd non apparet, quomodò præ luctu, atque timore stent à longè timentes, ne simili supplicio, & calamitatibus implicentur: cum ipsi soli rerum potiãtur, nec sit eo tempore, cuius ipsi potentiam, atque tyrannidem debeant pertimescere. Franciscus Ribera respondet eos ipsos decẽ Reges describi lugentes ob Romanę vrbis euersionem, quoniam licet ipsi eam inferre debeant, quia tamen magnæ calamitates etiam ipsis victoribus luctum, & mœrorem afferre solent: meritò eorum Regum luctum, & lamenta ob tantæ vrbis excidium commemorantur. Stare verò à longe propter timorem, Diuini scilicet iudicii, quia verebuntur, ne ipsis quoque similis calamitas, & supplicium diuinitus infligatur. Verùm hęc duriuscula nobis videntur. Primùm, quia tametsi victores soleãt earum ipsarum vrbium, quas exciderunt, euersionem, vastitatem demirari: non ita tamen dolere solent, vt in eos quadret magnitudo mœroris, quę hoc loco describitur: *Flebunt*, inquit, *& plangent se super illam Reges terræ.* Deinde, quoniam Reges illi decem, qui Romanam vrbem euersuri commemorantur, erunt impiissimi, atque adeo nõ tanta pietate, Deique timore prędtabunt, vt tantopere Diuina iudicia reformident, vt idcirco longè stare debeant à Romana vrbe, ne similibus calamitatibus, & suppliciis implicentur, eo vel maxime, quòd si tantus eorum timor ex Diuina potentia, & iustitia ortum habet, nihil eis à Romana vrbe procul esse vllo modo prodesse poterit ad Dei iram, vindictamque declinandam, cum vbicunque pedem posuerint, Diuinæ potentiæ subiecti maneãt, nec vlla ratione possint eius magnitudinẽ subterfugere. Quare dicẽdũ potius videtur Reges istos, qui videntes fumũ incendii babylonis longe stabũt prę timore, diuersos plane esse ab iis decẽ Regibus, qui eã vrbẽ euertẽt: essęq; plurimos per orbẽ Principes, ac Dynastas, qui videntes Romanã vrbẽ totius orbis Reginã, ac Principẽ ab illis decẽ Regib⁹ euersã, ipsi quoq; similẽ cladẽ, & vastitatem

Quæstio.

Riberæ responsio.

Nõ probatur.

Vera responsio

Quo tempore decem tantùm Reges erunt.

stitatē regnorum suorum formidabunt, timebuntque, ne illi decem Reges in ipsos quoq; arma conuertant. Nam quod dicebatur, eo tempore nullos alios futuros esse Reges præter illos decem, verū quidem est, postquam ipsi totum imperium Romanum sibi subiecerint: nō autem, cum rem ipsam aggredi cœperint. Credibile namque est eos primùm ab ipsa Romana vrbe auspicaturos esse bellum, eiq; primum excidium, & vastitatē illaturos, tum conuersuros arma in omnes imperij prouincias. Quo fit, vt quo tempore Roma deflagrabit, adhuc supersint multi Reges, ac Principes, qui audita Romæ vastitate, atque incendio similem suorum regnorum, atque vrbiū cladem, atque excidium iure possint formidare: quibus deinde profligatis, regnoq; exturbatis soli tandem illi decem Reges rerum potiantur, & latissimum toto orbe obtineant principatum.

4

Romę cōmercium, & opulētia destructa deploratur.

Sequitur. *Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius.* Mercatorum quoque męror, luctusque declaratur: quoniam Roma euersa auferetur illis magna ex parte negotiatio, & illud importandis in vrbem frequentissimam mercibus singulare commercium. Nam licet in aliis quoque vrbibus mercaturam possint exercere: non tamen tanto lucro, quantum ex Romana vrbe ob diuitias, ciuiumque, ac mercatorum frequētiam reportabāt. Id quod magis explicatur, cum Romanæ vrbis opulentia, & mercium omnis generis copia simul, pretiumque commemoratur. *Merces*, inquit, *auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thyinum,* (certū est ligni odorati genus, cuius fit mētio 3. Regum. 10.) *& omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso,* (Græcè non *lapidem*, sed *lignum* legimus, ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, id est, *ex ligno pretiosissimo*: & ita quoq; legunt Arethas, Andreas, & Primasius) *& æramento,* hoc est, *ex ære, & ferro, & marmore, & cinnamomum,* (de hoc frutice lege Plinium libro. 12. cap. 19.) *et odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorū, & ouium, & equorum, & rhedarum* (curruū genus,) *& mancipiorum, & animarum hominum.* Mancipia quę dam emebantur ad seruiendum, & hæc nomine mancipiorum hoc loco accipiēda sunt: alia, vt bestijs obijcerentur, aut inter se gladiatorio more pugnarent, seque mutuò interficerent, quę per hominum animas intelliguntur: in quorum mancipiorum duplici genere etiā mercatores Romæ fœnerabantur, quòd esset eiusmodi mancipiorum vsus apud Romanos frequentissimus. *Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia, & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient.* Angelus est, qui loquitur quasi Babyloni insultans: per *poma* autem *desiderij* omnes arborum fructus accipiēdi sunt, qui etiam ad delicias, ac luxum pertinent: per *pinguia* verò, *& præclara* omnia delicatarum carnium genera intelligenda. *Mercatores horum, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius flentes ac lugentes, & dicēres: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ*: quo loco *vna hora* pro breuissimo tempore ponitur. *Et omnis gubernator, & omnis, qui in locum nauigat,* id est, qui paruis nauigijs, cuiusmodi sunt, quæ in lacubus, & fluuijs inseruiunt, vtuntur. Cum audis *omnis* non absolutè omnes totius orbis gubernatores magnarum nauium, & qui paruis nauigijs vtuntur, accipias: sed magnam eorum partem, id est, omnes illos, qui cum Roma habebāt commercium: parua verò illa nauigia hodieq; in Tyberi visuntur, alijsque in partibus Italiæ. *Et qui in mari operantur, longè steterunt, et clamauerunt videntes locum incēdij eius, dicētes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua.* Magnitudo luctus, & mœroris exprimitur more Scripturæ. *Et clamauerunt flentes, & lugentes dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari, de pretijs eius, quoniam vna hora desolata est.* Manifesta sūt ex superioribus. *Exulta super eā, cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniā iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.* Angelus est, qui loquitur, iubetque Cœlites, Apostolos, & Prophetas gaudere de Romanæ vrbis euersione propter vim san-

Duplex mancipiorū genus

3. Reg. 10.

Græca lectio. Andr. Arethas. Primas.

Plinius.

guinis

guinis Martyrum, qui in eo effusus est: multi enim sancti in ea, duoque illa clarissima Apostolorum lumina Petrus, & Paulus, Propheræ etiam pro Christi fide, & religione sanctissima sanguinem, & vitam profuderunt.

5

Denique, ne putaremus Babylonem tẽporalibus tãtùm istis suppliciis à Deo puniendam, subiungitur quoque de sempiternis apud inferos. *Et sustulit*, inquit, *vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam nõ inuenietur.* Qua similitudine non solùm magnitudo suppliciorum Babylonis in hac vita, sed etiam apud inferos explicatur, ducta methaphora à molari lapide grauissimo, qui cum in mare iacitur, magno impetu quàm celerrimè in profundum demergitur. Sic enim Babylon pondere grauissimo peccatorum ad inferos vsque summa celeritate præceps ruet: quo fiet, vt omnia deliciarum genera, quibus antea delectabatur, sempiternum sint finem habitura, quemadmodùm consequentia verba declarant. *Et vox citharœdorũ, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius, & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius*, hoc est, non amplius in te moletur frumentum, quia non erit, cui vsui esse possit: *Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.* Significatur Romam vanis suis superstitionibus, imo & præmiis, atque honoribus, quæ hoc loco propter vim, quam habẽt ad animos permouendos, veneficia appellantur, omnes mundi nationes ad idolorum cultũ, falsamq; suorum Deorum religionem suscipiendam incitasse. *Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inuentus est, & omnium, qui interfecti sunt in terra.* His verbis tantæ Babyloni illatæ cladis, & euersionis causa comprehenditur. Quod verò dicitur Romę inuentum fuisse sanguinem omnium, qui inuenti sunt in terra, non significat, quotquot propter fidem passi sunt, Romæ martyrium subijsse: sed eorum omniũ necis, & martyrij Romam auctorẽ fuisse, cum ipsa vniuersi orbis imperiũ obtineret, atque ex Imperatorum Romanorum iussu, & edictis in omnibus Romani imperij prouinciis fideles ad martyrium quærerentur, atque à Prætoribus, & Iudicibus ex Romani Imperatoris auctoritate necarentur. Hæc sunt, quæ in hac Babylonis dãnatione in tãta opinionum varietate probabiliora, & magis contextui, & instituto Ioannis cõsentanea existimauimus.

Sẽpiterna Babylonis apud inferos supplicia.

Illud hoc loco annotauerim ex infinitis, omnisque generis prerioſissimis mercibus, quæ hoc loco commemorantur, manifeste colligi Romam extremis mundi temporibus, postquam à fide defecerit, ad summam potentiam, opumq; magnitudinem peruenturam, eiusque imperium sub decem illis toties nominatis Regibus vniuerso orbe latè propagandum, futurumque florentissimum. Nam quòd summæ istæ diuitiæ ad Romã illam antiquam, antequam fidem Christi receperit, minimè pertineant, non obscurè indicatur illis verbis: *Et audiui vocem aliam de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, vt de plagis eius non accipiatis.* Cũ enim fidelibus præcipitur, vt de illa exeant, ne simul eius calamitate inuoluantur, profectò ostenditur sermonem esse non de Roma illa antiqua, cum nulli in ea fideles erãt, sed de illa, quæ florebit extremo mundi tempore. Itaque extremis illis temporibus florentissima erit Romana vrbs, latissimumque eius imperium, in magnis viuet deliciis, in summaque rerum omnium affluentia, & copia, simul tamen idololatriæ seruiet, omnique superstitionum genere imbuta Dæmonibus, falsisque Diis sacrificabit. Quam ob causã, & propter infinitam vim sanguinis Martyrum, quem sub Romanis Imperatoribus effudit, Deo acerrimè, & iustissimè in illam vindicante ab iisdem illis decẽ Regibus euerteur funditus, miserrimoque, ac maximè luctuoso incendio deflagrabit.

6

Romæ futuræ opes, & imperium.

Ciuitatis magnæ ueneficia.

Illatę euersionis causa.

CAPVT XIX.

POS HAEC audiui vocem turbarũ multarum in cœlo dicentium: Halleluia: salus, & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera, & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt: Halleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen. Halleluia. Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli, & magni. Et audiui quasi vocem turbę magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Halleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptię Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi: Scribe: Beati, qui ad cænam nuptiarum Agni vocati sũt. Et dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi: Vide, ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium IESV: Deum adora. Testimonium enim IESV est spiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius sicut flãma ignis: & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen eius Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris irę Dei omnipotẽtis. Et

habet

habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quę volabant per medium cæli: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei: vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruorum, & pusillorum, & magnorum. Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestię, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equvm, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatę sunt carnibus eorum.

ARGVMENTVM.

POST purpuratæ meretricis, siue Babylonis damnationem commemoratur Beatorum de eius damnatione lætitia, gaudium, imo & gratulatio sedenti super thronum, quod tandem de impura meretrice pœnas sumpserit. Deinde Christi ad suos animandos, ac tuendos, Antichristumque, atque eius sectatores perdendos aduentus cum præcellenti gloria, & regali splendore describitur.

COMMENTARIVM VNICVM EXEGETICVM.

De explanatione huius capitis.

Visio imaginaria proponitur, eiusque literalis sensus traditur.

SECTIO PRIMA

1 PRIMVM audiuit Ioãnes quasi vocem turbarum multarum in cœlo dicẽtium: *Halleluia: salus, & gloria, & virtus Deo nostro* est. Nonnulli legunt, *Tubarum multarum*, veluti D. Ambros. & Beda: cœterùm, *turbarum*, legendum est, vt patet ex Græco contextu, in quo legimus, ὄχλου πολλοῦ, significaturq; infinita propemodũ Cœlitũ multitudo, qui simul de meretricis damnatione lætabantur, dicebantque: *Halleluia*, hoc est, *laudate Deum*: eamque vocem identidem replicabãt. Sequitur: *Et fumus eius*, id est, meretricis, siue Babylonis incendium, quo videlicet conflagauerat, *ascendit in secula seculorum*: quia eius

Varia lectio.

Cœlitum lætitia de Babylonis dãnatione.

sup-

Obid agunt Deo gratias.

supplicia in omnem æternitatem perdurabunt. Secundò. Viginti quatuor seniores, & quatuor animalia ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes: *Amen. Halleluia.* Quoniam præstantissimi quique Sancti, & Heroes, Prælati, ac Doctores Ecclesiæ, qui per viginti quatuor seniores significantur, & quatuor Euangelistę in quatuor animalibus adumbrati de eo Babylonis incendio, & iudicio præ reliquis omnibus Beatis Deo gratias immortales egerunt: quam ob causam dicuntur cecidisse in facies suas, quod non dictum fuerat de turbis, in quibus inferiores sancti exprimuntur. Tertiò. Audita iterum est quasi vox turbæ magnæ, & sicut vox aquarũ multarum, & sicut vox tonitruorum magnorum dicentiũ: *Halleluia, quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.* Significatur post gratias illas habitas, actasq; à viginti quatuor senioribus, & quatuor animalibus omnes omnino Cœlites lætabundos acclamasse, & plausisse, quòd iam dies iudicij aduentaret, perfectæq; Christi cum Ecclesia forent nuptiæ in ipsa beatitudine celebrãdæ, ipsaq; Ecclesia, quæ est Christi vxor, iam parata esset, vestitaq; omni indumẽtorum, hoc est, virtutum, gratiarumque plenitudine idonea iã esset, quæ ad spõsi thalamum admitteretur. Vnde subiũgitur: *Datumque est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. Byssinum,* inquit Ioannes, *iustificationes sunt sanctorũ.* Quibus verbis significat sponsæ ornatum esse byssinum, hoc est, iustificationes, siue merita sanctorum, summamq; innocentiam, & vitæ puritatem: est enim byssinũ genus lini tenuissimum, & candidissimũ. Quartò. Dictum est Ioanni ab Angelo, qui ei loquebatur: *Scribe: Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* Tunc Ioannes cecidit ante pedes Angeli ad eũ adorandum: quod ita abhorruit Angelus, vt ei quam primùm diceret: *Vide, ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium* IESV. *Deum adora.* Quo loco per habentes testimonium IESV intelligit communis expositio, quam sequuntur Ambros. Beda, & Rupert. Prophetas, qui propter spiritum prophetię dicuntur habere testimonium IESV. Idemq; disertè explicauit Angelus, cum subiunxit: *Testimonium enim IESV est spiritus prophetiæ.* Et luculentiùs adhuc capite vltimo, cum dixit: *Et fratrum tuorũ Prophetarum.* Iuxta quam sententiam, quæ vera est, non solùm sunt accipiẽdi Prophetæ legis veteris, sed multò etiam magis ij, qui tempore Ioannis habebant spiritum prophetiæ.

Ambros. Beda. Rupert.

Apoc. 22. 9.

Lætantur de aduentu diei iudicii.

Quintò. Vidit Ioannes cœlum apertum. *Et ecce equus albus: et qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, et verax: et cum iustitia iudicat, et pugnat.* Communis expositio per equum album humanitatẽ Christi accipit propter puritatem: per sessorem, siue equitem Verbum Dei, quod humanitatem in vnitatem suæ personæ assumpsit: nec locus, quicquid alij dicant, aliã expositionem patitur. Paulò enim post subiungitur: *Vocabatur nomen eius Verbum Dei.* Appellatur hoc loco Christus *Fidelis, & verax*: quia fidem olim datam de aduentu suo ad iudicium de remunerãdis prædestinatis, ac puniendis reprobis in fine mundi cumulatissimè soluet. Ad significandam verò summam eius in iudicando æquitatem dicitur cum iustitia pugnare, hoc est, nunquam iniustũ bellum mouere. Sextò. *Oculi eius sicut flamma ignis:* (quod iracundiam, & furorem in damnandis impijs demonstrat) *& in capite eius diademata multa*: quia omnem in omni genere potestatem, & vniuersa regna in se uno continet. Habet nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse, quia nomen eius, quod est Verbũ Dei, à creata intelligentia comprehendi nõ potest. Septimò. Erat vestitus veste aspersa sanguine. Quidam ex Recentioribus existimant hanc vestem aspersam sanguine significare cruentum supplicium de persecutoribus sumendum, vẽturumq; Christum ad vindicandum sanguinem sanctorum ab Antichristo, eiusque sectatoribus profusum: sed istam tamen vestem aspersam sanguine non ipsius Christi, sed sanctorum esse. Quemadmodum, inquiunt, si quis ad vltionem amici occisi procedens ferret secũ ves-

2

Humanitas Christi equus albus, Verbũ sessor.

Spensę Christi ornamenta.

Christi in impios furor. ité potestas.

Per habentes testimonium Iesu Prophetæ intelliguntur.

Nomẽ eius incõprehensibile.

Christi vestis aspersa sanguine quid sit.

tem

rem eius sanguine tinctam, vt sanguinis amici recordatione se magis ad eum vindicandum incitaret. Verisimilior tamē est cōmunis expositio, hanc vestē eiusdem Christi esse, vt ipse cōtextus sonat, non verò sanctorum: atq; adeo indicari humanitatem Christi olim à Iudæis sanguine cruentatam,& etiam nunc vulnerum cicatricibus rubicundam. Accedit, quòd Christus potissimum non tam ad sanctorum sanguinem,quàm ad suū ipsius vindicandum in iudicium procederet,vt rectiùs suam ipsius vestem,id est, carnem tinctam sanguine, quàm sanctorum ostentare debeat.

Illius humanitas per eā intelligitur.

3 Tincta est suo & quodammodo hostium sanguine.

Nam quòd corpus Christi vestimentum cruentum sanguine appellari soleat in sacris literis, patet ex illis verbis Esaię 63. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego, qui loquor iustitiam,& propugnator sum ad saluandū. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus,& de Gentibus non est vir mecū: calcaui eos in furore meo & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.* Quo loco quanuis quoad literam sermo sit de Christo ad instar Regis victoris, qui propter multitudinem hostium â se occisorum in prœlio totus sanguine tinctus reuertitur,vt ex ipso contextu manifestum est: non desunt tamen,qui per rubra vestimenta humanitatem Christi accipiunt suo ipsius sanguine in passione aspersam,& cruentatam,vt sit sensus de sanguine quidem hostium, hoc est, Dæmonum metaphoricè, tinctū fuisse, quòd eos scilicet vicerit,ac debellauerit: id tamen per suam ipsius passionem, & sanguinem præstitisse,vt ipsa passio victoria appelletur,& sanguinem propriū fundere re ipsa fuerit hostes suos interimere,&vsque ad internecionem delere.

Esai.63.1.

Tertull.

Ita enim hunc locum intellexit Tertul. lib.4.aduersus Marcion.cap.40. *Spiritus*, inquit, *propheticus veluti iam contemplabundus Dominum ad passionem venientem, carne scilicet vestitum vt in ea passum, cruentum habitum carnis in vestimentorum rubore designat, cōculcatæ, & expressæ vi passionis tanquam de foro torcularis, quia exinde quasi cruentati homines de vini rubore descendant iuxta illud: Lauabit in vino stolā suam,& in sanguine vuæ pallium suum: stolam & amictum carnem demonstrans,& vinum sanguinem.* Vbi cernis Tertullianum indumē tum Christi rubrum non de hostiū cruore,sed de suo ipsius sanguine accipere: eodemq; modo vestem hanc aspersam sanguine accipiendam esse, vt meritò existimari possit Ioannem hoc loco caput Esaiæ citatum interpretari voluisse.

Gen.49.11.

Octauò. *Exercitus, qui sunt in cælo, sequebātur eum in equis albis vestiti byssino albo,& mūdo.* Hunc locum illustrauit D. Greg. lib. 31.Mor. cap. 12. Equus,inquit, est vnicuique sanctæ animæ corpus suum, quod videlicet nouit & ab illicitis continentiæ fræno restringere,& rursum charitatis impulsu exercitatione boni operis relaxare. Equitis ergo nomine anima sancti viri exprimitur,quę iumentum corporis bene subditum regit: vnde & Ioannes Apostolus in Apocalypsi Dominum contemplatus ait: *Et exercitus, qui sūt in cælo, sequebantur eum in equis albis*: multitudinem quippe sanctorū,quę in hoc martyrij bello sudauerat,recte exercitū vocat: qui idcirco in equis albis sedere describuntur, quia eorum corpora & luce iustitiæ,& castimoniæ cādore claruerūt. Hæc ille. Byssinum autem album,& cāsidum tum vitæ puritatem, tum gloriæ candorem significat,nisi iuxta ea,quæ superius dicta sunt,sanctorū prœclara merita malis accipere : siquidem ex Ioanne habemus byssinum cādidum esse iustificationes sanctorum. Quę verò de gladio acuto ex Christi ore prodeunte dicuntur, deq; virga ferrea, in qua gentes gubernabit, fusè explicata sunt capite primo. Illud hoc loco Ioannes adiunxit, quòd haberet in vestimento, & in femore scriptum: *Rex regum, & Dominus dominantium*: quam sententiam inferiùs illustrabimus.

4

D.Gregor.

Cuiusq; sancti anima eques, corpus equus.

Byssinumalbū vitę candor,& glorię.

Nonò. Vidit Ioannes vnum Angelū stantem in sole, qui clamauit voce magna omnibus auibus,quæ volabāt per medium cœli: *Venite,& congregamini ad cœnam magnam Dei,vt manducetis carnes Regum,& carnes tribunorum,& carnes fortium,& carnes equorum,& sedentium in ipsis,& carnes omnium liberorum*

5 Christi victoria, & hostium strages maxima.

berorum, & seruorum, & pusillorum, & magnorũ. Metaphoricè exprimitur magnitudo victoriæ, quam Christus de Antichristo, eiusq; sectatoribus comparabit. Quemadmodùm enim commisso aliquo magno prælio, partaq; victoria solent ad occisorum cadauera vultures, aliaq; aues carniuoræ aduolare, cadaueribusq; saturari: ita modò victis, prostratisq; omnibus Christi hostibus quasi ad eorum cadauera sub eadẽ metaphora omnes volucres conuocantur. Aut certè ita, vt verba sonant, accipiendum est, (vt pleriq; sentiunt) magnam scilicet et futuram sectatorum Antichristi stragem, Deo nimirum ignibus, & fulgurum multitudine è cœlo pugnante, ad quorum cadauera deuoranda volucres vndiq; aduolare debeant. Hac enim similitudine in sacris literis quælibet magna strages, & cædes significari solet, veluti Hieremię septimo. *Et erit morticinium populi huius in cibos volucribus cœli, & bestijs terræ: & non erit, qui abigat.* Et Ezech. 39. *Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimã meã, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis, & sanguinẽ Principum terræ bibetis.* Quoniam verò omnes Principes, Reges, ac Dynastæ Antichristi partibus adhærebunt: idcirco fit mentio Regum, tribunorum, & fortium. Et quoniam etiam hæc victoria erit clarissima, Antichristique euersio per Christum toto orbe notissima: idcirco Angelus, qui hanc victoriã denunciat, in sole quasi in loco perspicuo & celeberrimo stare describitur, magnaque voce conclamare.

Magna strages in Scriptura qua similitudine explicetur. Hierem. 7. 33. Ezech. 39. 17

6 Prælii felix exitus.

Postremò. Exitus prælii describitur verbis consequentibus. *Vidi*, inquit, *bestiam*, hoc est, Antichristum, *& Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciẽdum prælium cum illo, qui sedebat in equo*, id est, cum Christo, *& cum exercitu eius*, id est, cũ omnibus fidelibus. *Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta*, hoc est, insignis ille prædicator Antichristi præcursor, de quo sæpe diximus. *Qui fecit signa coram ipso*, id est, coram Antichristo, *quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius.* Explicata sunt hæc fusè in superioribus. *Et vini missi sunt bi duo in stagnum ignis ardentis, & sulphure*: nam vt eodẽ loco diximus, Antichristus, & eius præcursor viui à terra absorbendi sunt: quemadmodùm manifestè colligitur ex his verbis. *Et cæteri*, inquit Ioannes, *occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius.* Hæc est literalis huius capitis expositio: nunc præcipuas sententias breuiter percurramus.

Quid vox Halleluia significet?

Audiui quàsi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium: Halleluia.

SECTIO II.

I

QVONIAM vox hęc non solũ hoc capite ponitur, sed etiam creberrima est in sacris literis, non erit abs re, quę sit eius germana vis, & significatio, explicare. Primùm itaq; posita reperitur Psalmo 104. & viginti psalmis pro titulo inscribitur, in quibus omnibus magnifica Dei opera celebrantur, magnaq; in eis est exultatio. Quæ est annotatio Cassiodori in psalmũ 104. in cuius psalmi titulo quidam vnũ *Helleluia*, alij duo ponunt. Nimirum D. Hieron. hanc regulam dicit esse tenendam, vt vbicunq; duo *Halleluia* præscribũtur psalmo, vnum sciamus ad finem prioris psalmi, alterũ ad eum, qui sequitur, spectare. Porro sciendum vocẽ *Halleluia*. Hebraicam esse, nec simplicẽ, sed compositã Etenim *Hallelu* imperatiuum est Hebręũ, id est, *Laudate: Ia* vnum ex decem Dei nominibus. Itaq; *Halleluia* idem est, atq; *Laudate Deũ*, à radice *Halal*, quę propriè significat vocẽ extollere cũ lętitia, vt in rebus lętis, & prosperis fieri solet, quẽadmodùm docet D. Hieron. in epistola ad Marcellam. Vnde etiam sumitur pro *insanire*, veluti. 1. Reg. 21. cum dicitur de Dauide, quod coram Rege Achis se stultum simulauerit, ne collaberetur inter manus eorum: Hebraicè, *Insaniebat in manu eorum*, vbi est idem verbum *Halal*. Et

Vbi reperiatur vox Halleluia.

Cassiodor.

Regula ex D. Hieron. de eadem.

Illius etymon & origo.

Idem.

1. Reg. 21. 13

Eccles. 2. 2.

Ecclesiastes. 2. pro eo, quod nos habemus, *Rium reputauit errorē*, est Hebraicè, *Risui dixi: Insanis*, seu *insanire facis*. Quæsitus ergo D. Hieronymus à Marcella de significatione vocis *Halleluia* ita respondit: *Nuper, cum pariter essemus, quæsisti, quid ea verba, quæ ex Hebræo in Latinum non habemus expressa, apud suos sonarent, curq; sine interpretatione sint posita, vt est illud, Halleluia, Amen, Maranatha. Respondemus breuiter siue Septuaginta interpretes, siue Apostolos id curasse, vt quoniam prima Ecclesia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium scandalum innouarent: sed ita vt à paruo imbiberant, traderent: postea verò, quàm in vniuersas gentes Euangelicus dilatatus est sermo, non potuisse semel suscepta mutari. Igitur Halleluia exprimitur Laudate Dominū. Ia quippe apud Hebræos vnum de decem Dei nominibus est. Amen verò Aquila, πεπισωμένως exprimit, quod nos, fideliter, possumus dicere, Septuaginta, γένοιτο transtulerunt, id est, Fiat. Maranatha verò magis Syrum, quàm Hebraicum est, & interpretatur: Dominus noster venit; vt sit sensus. Siquis non amat Dominum IESVM Christum, Anathema sit: & illo completo deinceps inferatur: Dominus noster venit, quod superfluum sit aduersùs eum odiis pertinacibus velle contendere, quem venisse iam constat.* Hactenus Hieron.

Cur. vox hæc, & alię retineā tur apud Latinos.

Halleluia.

Amen.

Maranatha.

2 Decē Dei nomina. D. Hieron.

Hæc de parte illa *Hallelu*, id est, *Laudate*. Quod ad alteram spectat, quæ est, *Ia*, D. Hieron. in epist. ad Marcellam, quæ incipit, *Nonagesimum psalmum legens*, decē Dei nomina commemorat. Primum est *El*, quod septuag. θεὸν id est, *Deum*; Aquila etymologiam eius exprimēs ἰσχυρὸν, id est, *fortem* interpretatur, vnde nomina *Michael, Gabriel, Raphael*. Secundum *Elohim*, & *Elohe*, quod & ipsum *Deus* dicitur. Tertium *Sabbaoth*, quod Septuag. *Virtutum*; Aquila *exercituum* trāstulerunt. Quartum *Elion*, quod nos *excelsum* dicimus. Quintum: *Eser eheie*, quod in Exodo legitur, *Qui est*. Sextum *Adonai*, quem nos *Dominum* generaliter appellamus. Septimum *Ia*, quod in Deo tantùm ponitur, & in *Halleluia* extrema syllaba sonat. Octauum *Tetragrammaton*, quod ineffabile putauerunt, & his literis scribitur, *Iod, He, Vau, He*: quod quidam non intelligentes propter elementorum similitudinem, cum in Græcis literis reperirent, *Pipi*, legere consueuerunt. Nonum *Saddai*, quod nos *robustum*, & *sufficientem* ad omnia perpetranda accipere possumus. Decimum quanquam D. Hieronymus non ponit distinctum ab aliis, siquidem *Elohim*, & *Elohe* pro duobus enumerat, quæ nos tamen pro vno, & eodem reputauimus, affertur à Galatino lib. Arcan. 2. cap. 15. & est *Agla*, quod infinitā potentiā Dei significat. Cernis iuxta D. Hieronymum nomen *Ia* soli Deo attribui, quam ob causam sæpe in sacris literis simul cum nomine ineffabili ponitur, veluti Esaiæ vigesimo sexto. *Be Ia Iehouah*, pro eo, quod habemus, *In Domino Deo.*

Decē Dei nomina. D. Hieron.

El.

Elohim, & Elohe.

Sabbaoth.

Elion.

Eser eheie.

Adonai.

Ia.

Iehoua.

Saddai.

Galatin. Agla.

Ia soli deo tribuitur.

Esai. 26. 4.

Cur Angelus ille non cōsensit, vt Ioannes sibi ad pedes accideret.

Et dicit mihi: Vide, ne feceris, cōseruus tuus sum, & fratrum tuorum.

SECTIO III.

I

IVM Ioannes ad eius Angeli, qui secum loquebatur, pedes prouolueretur, vt eum adoraret, non se tanto honore dignatus est Angelus; sed dixit: *Vide, ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium IESV: Deum adora.* Et quidem si Ioannes Diuinos ei honores tribuere decreuisset, meritò eū Angelus repulisset. Quæ foit sententia D. August. q. 61. in Gen. & libro 20. contra Faustum Manichæum capite vigesimo primo, vbi ait hunc Angelum tanto cum splendore apparuisse, vt Christus ipse existimari potuerit à Ioanne. Quæ sententia non displicet D. Thomæ secunda secundæ, quęstione octogesima quarta, articulo primo ad primum. Verùm cum longè probabilius sit Ioannē nullam falsā existimationem habuisse circa hūc Angelū, nec illi voluisse tribuere adorationē la-

Voluisse adorare vt Deum credidit D. August. & D. Thom.

Oppositum probabilius.

triæ, sed veneratione, quę in Angelũ beatum caderet, eo vel maxime, quòd semel hoc capite admonitus iterum idẽ facere aggressus fuerit cap. 22. itaq; fuisse repulsum ab Angelo, non quòd in eo male ageret, sed ex quadam Angeli vrbanitate, & reuerentia: meritò aliquis quærat, cur tam grauiter Angelus eam veneratione recusauerit. *Vide*, inquit, *ne feceris, conseruus tuus sum: Deum adora.* Augeturq; dubitatio ex eo, quòd in veteri testamẽto legimus Angelos istiusmodi venerationem nõ inuitos excepisse, veluti Iosue 5. vbi dicitur Iosue Angelum adorasse.

Cur tam grauiter Angelus recusauerit.

Iosue 5.

2

Prima ratio, ob reuerentiã Incarnationis D. Ambros. Rupert. Richard. Vict. Beda. Ansbert. Pannon. Haymo. Hugo Card.

Prima ratio, quam tradunt D. Ambr. Rup. Richard. de S. Vict. Beda, Ansbert. Pann. Haymo, Hugo Card. ea est ob mysterij incarnationis reuerentiam Angelũ eiusmodi adorationem repulisse. *Redẽptio*, inquit Ambr. *sanguinis Christi hoc fidelibus cõtulit, vt filij Dei, socijque Angelorum efficerentur: ideoque pertimescit Angelus adorari ab homine, qui super se adorabat hominem Deum, quapropter conseruum se Ioannis, cæterorumque fideliũ vocat.* Hæc ille. Eãdem rationẽ affert. D. Greg. hom. 8. in Euangelia. *Prius*, inquit, *quàm Redemptor noster nasceretur per carnem, discordiam cum Angelis habuimus, à quorum claritate, atque mũditia per primæ culpæ meritum, per quotidiana delicta longè distabamus. Quia enim peccando extranei eramus à Deo, extraneos nos à suo consortio deputabant Angelici ciues Dei. Sed quia nos cognouimus Regem nostrum, recognouerunt nos Angeli ciues suos. Quia enim cæli Rex terrã nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam Angelica celsitudo non despicit. Ad pacẽ nostram Angeli redeunt; intentionem prioris discordiæ postponunt; & quos priùs infirmos, abiectosq; despexerant, iam socios venerantur. Hinc est enim, quòd Loth, & Iosue Angelos adorant, nec tamẽ adorare prohibentur: Ioãnes verò in Apocalypsi sua adorare Angelum voluit, sed tamen idem hunc Angelus, ne se deberet adorare, compescuit dicens. Vide, ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorum. Quid est, quòd ante Redemptoris aduentum Angeli ab hominibus adorantur, & tacent, post modùm verò adorari refugiunt: nisi quòd naturam nostram, quam priùs despexerant, post quam hanc super se assumptam conspiciunt prostratam sibi videre pertimescunt: nec iam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt, quam super se videlicet in cæli Rege venerantur: nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deũ? Curemus ergo fratres Charissimi, ne qua nos immũditia polluat, qui in æterna præsciẽtia & Dei ciues, & Angelis eius æquales sumus.* Hactenus ex Greg. Itaq; ãte Incarnationem excipiebãt Angeli non inuiti hominum adorationes: at post Incarnationis mysteriũ non amplius passus est Angelus se ab homine adorari, quòd per assumptionem humana natura longe Angelicã superauit.

Inter homines, & Angelos discordia, & concordia.

Loth, & Iosue adorarunt, nõ tamen Ioanni permittitur.

Cauenda immunditia.

3

Secunda ex virginitate.

Secunda ratio depromi potest ex virginitate, in qua Angelus iste Ioãnem nõ hominem, sed Angelum multò se nobiliorem agnoscebat, quæ maxima est virginitatis prærogatiua: quippe quæ hominem faciat superiorem Angelis, qua de re multa diximus cap. 14. Hanc rationem reddit Petrus Dam. serm. 1. de excellentia B. Ioannis Euãg. *Refugit*, inquit: *obsequium ab illo suscipere, quem nouerat apud communem iudicem locum gratiæ familiariter obtinere. Noluit adoratorem, quẽ decernebat æqualem, fratrem recognouit, socium iudicauit, subiectionis obedientiam non accepit. Quanuis enim in omnibus sanctis semper sit angelicæ munditiæ contubernalis, & cognata virginitas: beatus tamen Ioãnes tantò reliquos virgines superat, quantò virginitati Beatæ Mariæ per sedulitatis, ac perpetuæ custodiæ meritum appropinquat: à qua sola videlicet præceditur: quia virginalis fœcunditas, quæ est in Maria, nullis est omnino meritis comparanda. Sed sicut venerandæ matris Domini virginitas beati Ioannis virginitatem excedit: sic ipse prolorioso eius cõtubernio cæteros à mũdi primordio virgines antecellit.*

Petrus Dam.

B. Ioannis ex virginitate encomium.

4

Tertia ex sacerdotio.

Tertia ratio sumitur ex sacerdotio: cũ enim Ioannes Sacerdos, & Pontifex esset legis gratiæ, potestatem habens duplicem altissimam, videlicet remittendi peccata, & consecrandi corpus Christi: quam ob causam omnibus Angelis etiã supremis longè præstabat: meritò iste Angelus eum sibi ad pedes accidentem ferre non potuit eo potissimùm, quòd etiam Sacerdos Angelus appellatur Malach. 2. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.* Quare meritò non passus est Angelus se à Ioanne vtpote Sacerdote legis gratiæ adorari, quia eũ tanquã alterũ Angelũ multò se nobiliorẽ esse propter sacerdotale munus intellexit.

Sacerdos Angelus. Malach. 2. 7.

5

Triplex hæc ratio non literalis.

Rectè quidem,& ingenioſè hęc omnia dicuntur; ſed tamen ad contextum minùs accommodatè. Itaq; nullam ſuperiorum expoſitionum literalem, germanamq; eſſe arbitramur, idq; meo iudicio euidenter demonſtratur ex ipſismet verbis Angeli. *Vide*, inquit, *ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium IESV: Deum adora: teſtimonium enim IESV eſt ſpiritus prophetiæ.* Ex quibus manifeſtè euincitur Angelum non ſpectare ad Incarnationis myſterium, neq; ad virginitatis prærogatiuam, neq; ad ſacerdotiũ, ſed tantùm ad ſpiritũ prophetiç: ſiquidem per habentes teſtimonium IESV intellexit habẽtes ſpiritum prophetiæ, vt ipſe ſtatim fuit interpretatus: *Teſtimonium enim*, inquit, *IESV eſt ſpiritus prophetiæ.* Probaturq; idem luculentiùs ex capite vltimo, vbi cum iterum Ioannes ad pedes eiuſdem Angeli accideret, reſpondit Angelus: *Vide, ne feceris, cõſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorũ, qui ſeruant verba libri huius: Deum adora.* Quare germana ratio, cur Angelus paſſus nõ eſt Ioannem pronum ad ſuos prouolutum pedes iacere, ea fuit: quoniam reueritus eſt in Ioanne ſpiritum prophetiç: fratres verò Ioannis appellat vel veteres Prophetas, vel alios Ioãnis æquales, qui Chriſtum annuntiabant, & ſpiritum quoq; habebant prophetiæ. Adde habuiſſe Angelum etiam rationem laborũ, & perſecutionum, quas Ioannes, & cæteri eius temporis Prophetæ ob teſtimonium, quod reddebant de IESV, patiebantur: vt etiam propterea non ſuſtinuerit videre ad ſuos pedes prouolutũ eum Apoſtolum, cui tãtũ honoris à Deo cõceſſũ fuerat, vt pro Chriſto Domino, ac Principe ſuo pateretur. Quod ad laborũ, qui pro Chriſto tolerãtur, magnitudinẽ amplificãdam maximè pertinet.

Germana ratio ex ſpiritu prophetiæ, & borum tolerãtia.

Laborum tolerantia quanti facienda.

Cur Chriſtus dicatur habere ſcriptum in veſtimento, & femore: Rex regũ & Dominus dominantium?

Et habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.

SECTIO IIII.

I

RECOLENDVM eſt ex ſuperioribus veſtimẽtum hoc eſſe eandem illã veſtem aſperſam ſanguine, quã humanitatẽ Chriſti in paſsione cruentatam interpretati ſumus. Deinde aduertendum in femore Incarnationem Chriſti accipiendã eſſe. Quod vt melius intelligatur, ſciendum eſt olim patribus veteris teſtamenti in more fuiſſe, vt femori admota manu iurarent, vt patet Gen. 24. cum Abraham dixit ſeruo ſuo: *Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum Deũ cœli, & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito. Sed ad terram, & cognationem meam profiſciſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.* Et Gen. 47. Iacob Patriarcha cum diem obitus appropinquare cerneret, vocauit filiũ Ioſeph & dixit ad eum: *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam, & veritatem, vt nõ ſepelias me in Ægypto: ſed dormiam cum patribus meis.* Iuramẽti autẽ huius myſteriũ erat adũbratio incarnationis Verbi, quod per aſſumptam humanitatem venturũ erat ex illis patribus, vt exponit D. Gregorius. lib. 10. epiſt. Itaque cum per femur iurabant, iurabant per Chriſtũ naſciturum ex ſuis poſteris, qui ab illis ex femore propagandi erant.

In femore Incarnatio Verbi accipitur.

Femori admota manu iurabant patres. Gen. 24. 2.

Gen. 47. 29.

Iuramentum hoc adũbratio Incarnationis.

D. Gregor.

2

Arbitramur igitur, cum Chriſtus dicitur habere ſcriptum in veſtimento, & in femore, *Rex regum, & Dominus dominantiũ*, illud ſignificari, quòd non ſolùm ipſa humanitatis aſſumptione, & Incarnatione, quæ per femur indicatur; ſed paſsione etiam, quæ in veſtimento aſperſo ſanguine exprimitur, ſit Rex regum, & Dominus dominantium. Itaque & quia Deus homo, & quia paſſus, & mortuus, Rex regũ, & Dominus dominantium conſtitutus eſt à Patre. Propter primum dicitur à Paulo ad Hebr. 1. *Quem conſtituit hæredẽ vniuerſorũ.* Propter ſecũdum dicitur eiuſdẽ epiſtolæ c. 2. *Eum autem, qui modico, quàm Angeli, minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſsionẽ mortis gloria, & honore coronatũ* Et Apoca

Literalis expoſitio, & quia Deus homo, & quia paſſus, rex gem eſſe.

Hebr. 1. 2.

Et 2. 9.

Apoc. 1. 5.

lypsis 1. cum Ioānes Christum appellasset *Primogenitum mortuorum*, statim subiunxit: *& Princeps Regum terræ*, vt eo loco vberius diximus. Atque hæc est propria, & maximè omniū germana huius loci expositio, quā disertè tradit D. Greg. hom. 13. super Ezech. *Quid vestimentum eius est*, inquit, *nisi corpus, quod assumpsit ex Virgine? Hoc vestimentum multò ante Esaias aspiciēs per Crucem passionis sanguine cruentatum dixit: Quare rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua quasi calcantiū in torculari? Cui ipse respōdit: Torcular calcaui solus. Solus enim torcular, in quo calcatus est, calcauit, qui sui potentia tam, quam tulit, passionem vicit. Nam qui vsque ad mortem crucis passus est, de morte cum gloria surrexit. Per femur propagatio carnis est. Quia ergo per propaginem generis humani, sicut generationū ordines Matthæo, vel Luca narrantibus describūtur, in hunc mundum venit ex Virgine, & per Incarnationis suæ mysterium, quia Rex esset, & Dominus, cunctis gentibus indicauit, in vestimento, & femore scriptum habuit: Rex regum, & Dominus dominantium.* Hæc ille.

D. Greg. Vestimentum corpus Christi rubrū passione. Esai. 63. 2.

Secunda est D. Ambrosii in cōment. supra Apoc. per vestimētū sanctos, per femur humanitatem accipiētis. *Per vestimentum*, inquit, *Sancti, per femur, ex quo humana origo procedere dicitur, homo, quem Christus assūpsit, designatur. In vestimento itaque suo, quòd ipse sit Rex Regum, scriptum habet: quia in operibus sanctorum agnoscitur hunc esse verum Deū, qui tales seruos possidet. Habet etiam in femore scriptum, quod sit Rex regum, & Dominus dominantium: quia in operibus, quæ in carne positus gessit, cognitum est hunc esse verum Dei filiū.* Addit Ambros. posse etiam per femur intelligi patres veteris testamenti, ex quorum stripe Christus originem duxit, qui & ipsum figurarūt, & quòd ipse futurus esset Rex Regum, & Dominus dominantium, apertis vocibus prædixerunt. Tertia est Pannonii. Vestimentum, inquit, à foris est, femur à natura: & Christus humanitatem à foris ex tempore quatenus persona Diuina habet, Diuinitatem autē à natura, à qua ab æterno est Deus: & neutrum horum sine dignitatis honore habet, quia ab vtroque Rex est.

D. Ambros. Secunda expositio per vestimentum Sanctos, per femur humanitatem Christi intelligit.

Perfemur patres veteris testamenti quoque accipit.

Pannon. Tertia Regē esse, & quia Deus, & quia homo.

3

CAPVT XX.

ET VIDI Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illū, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tēpore. Et vidi sedes, & sederūt super eas, & iudiciū datū est illis, & animas decollatorū propter testimoniū Iesu, & propter verbū Dei, & qui nō adorauerūt bestiā, neq; imaginē eius, nec acceperūt characterē eius in frōtibus, aut in manibus suis, & vixerūt, & regnauerūt cū Chro mille annis. Cæteri mortuorū nō vixerūt, donec consūmētur mille āni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, & sāctus, qui habet partē in resurrectione prima: in his secūda mors nō habet potestatē: sed erūt sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consum

mati

mati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & ex ibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terrę Gog, & Magog, & congregabit eos in prelium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinē terræ, & circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris: vbi & bestia, & pseudopropheta cruciabuntur die, ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuētus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitę: & iudicati sunt mortui ex his, quę scripta erant in libris secundum opera ipsorum: & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

ARGVMENTVM.

CONTINVATVR eadem sexta visio. Ligatur Satanas mille annis, iisque finitis iterum soluitur. Congregatur Gog, & Magog in prælium. Iudicat Christus vniuersos mortales. Regnant Sancti cum Christo. Mittitur Diabolus in stagnum ignis cum omnibus, qui non sunt scripti in libro vitæ

COMMENTARIVM VNICVM EXEGETICVM.

De explanatione huius capitis.

Describitur visio imaginaria, eiusque literalis sensus traditur.

SECTIO I.

PRIMVM vidit Ioānes Angelum descēdentem de cœlo, habētem clauē abysi, & catenam magnam in manu sua, qui apprehendit draconem serpētem antiquū, qui est Diabolus, & ligauit eum per ānos mille. Hunc Angelum Doctores communiter Christum interpretantur: quā etiā sententiā videtur innuere D. Augustinus lib. 20. de Ciuit. c. 7. Christus enim est, qui habet clauē abysi, & qui apprehēdit, ligauitq; Dęmonem imperii sui catena, vt ait Aug. loco citato. Quòd verò attinet ad mille annos, sine dubio accipiendum est, vt ait Andr. Cęsar. totum tempus, quod à morte Christi vsque ad aduentū Antichristi decurrit, vt in posteriori sua expositione docet citatus Aug.

1

Christus Angelus habens clauē abysi.

D. Augustinus.

Mille anni tēpus à Christo ad Antichristum.

Andr. Cesar.

&

D.greg.

& D. Gregor. lib. 32 Mor. c. 12. Est enim millenarius numerus perfectionis, vniuersitatemque significat. Hæc enim est posterior ratio, quam affert D. August. loco citato, quæ propria est, ac germana, quam idcirco priori, quam attulerat, prætulisse videtur, cum posteriùs commemorauit: & meritò, prior enim omnino non cohæret. *Aut certè*, inquit, *mille annos pro annis omnibus huius seculi posuit, vt per fecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus denarii numeri quadratum solidum reddit: decem quippe decies ducta fiunt centum, quæ iam figura quadrata, sed plana est. Vt autem in altitudinem surgat, & solida fiat, rursum centum decies multiplicantur, & mille fiunt. Porro si centum ipsa aliquo modo pro vniuersitate aliquando ponuntur, quale illud est, quod Dominus omnia sua dimittenti, & eum sequenti promisit dicens: Accipiet centuplum in hoc seculo: quantò magis mille pro vniuersitate ponuntur, vbi est soliditas ipsius denariæ quadraturæ? Vnde & illud melius intelligitur, quod in psalmo legitur. Memor fuit in seculũ testamẽti sui, verbi, quod mandauit in mille generationes.* Hęc August.

Potius totum tempus huius mundi.

Millenarius numerus perfectus, quadratę, & solidæ figuræ.

Matth. 19.29

Psal. 104.8.

2

Toto igitur hoc tempore ligatus est Dæmon, ne totam suam vim exerat aduersus Ecclesiam, & vt ait Ioannes, ne ampliùs gentes seducat: quod ita interpretatur ibidem August. *Abeis*, inquit, *gentibus seducendis huius interdicti vinculo, & claustro Diabolus prohibetur, quas pertinentes ad Christum seducebat antea. Has enim Deus elegit ante mundi constitutionem eruere de potestate tenebrarum, & transferre in regnum filii claritatis suæ. Ad hoc ergo ligatus est Diabolus, vt non seducat gentes, ex quibus constat Ecclesia, quas antea seductas tenebat, antequã esset Ecclesia.* Hęc ille. *Post hæc*, inquit Ioannes, *oportet illum solui modico tempore*, id est, tribus annis cũ dimidio: tanto enim tempore perdurabit Antichristi persecutio. Obiter hic ad mores obserua, cum Diabolus sit ligatus à Christo illis tantùm nocere posse, qui ad eum tentationibus consentiendo accesserint: quemadmodùm, quòd quis à cane, leoneve ligato mordeatur, culpa eius est, qui sciens, ac prudens ei propinquat. Id quod obseruat Aug. serm. 197 de tẽpore. *Dicet*, inquit, *aliquis: Si alligatus est, quare adhuc tantum prævalet? Verum est fratres charissimi, quia multum prævalet; sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquã innexus canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate comiserit. Iam videte fratres, quàm stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates seculi noli coniungere: & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, solicitate potest: mordere omnino non potest, nisi volentem: non enim cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis consensum, sed petit.* Hæc August.

Quomodò, & quibus noceat Dæmõ ligatus.

D. August.

Ligatus Dæmon cur.

D. August.

Secundò. Per anticipationem, & quasi obiter ostensa est Ioãni beatitudo Sãctorum, qui Antichristo non consenserint, cum vidit multas sedes, sedentesq; in illis omnes Sanctos, præcipuèque illos, qui propter fidem Christi mortem oppetierunt, quos ait regnare cum Christo mille annis; cœteros autem mortuorum non vixisse, donec consummarentur mille anni. *Hæc est*, inquit, *resurrectio prima: Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.* De his mille annis copiosè disputabimus sect. sequenti. Deinde addit Ioannes, *Cum cõsummati fuerint mille anni, soluetur Satanas.* Mille anni, qui consummandi dicuntur, non sunt illi iidem anni, quibus Sancti dicuntur regnare cum Christo: sed illi, quibus Satanas ligatus esse dicitur, qui mille anni à passione Christi vsque ad aduentum Antichristi fluunt: vt sect. sequenti vberiùs dicemus, & modum fere inexplicabilem in contextu dissolue re conabimur.

3

Beatitudo Sanctorum

Ligatus post mille ãnos solvetur Satanas.

Porro aduerte fuisse hęresim multorum veterum, qui ex hoc loco occasionem acceperunt existimandi post generalem hominum resurrectionem Christum mille annis cum Sanctis omnibus in terra in omnibus carnis deliciis regnaturum, quos propterea χιλιασὰς appellabant, vt auctor est D. August. lib. 20. de Ciuit. cap. 7. in quam hæresim incidit Cherinthus Hæreticus, vt auctor est Euseb. lib. 3. Hist. cap. 28. vbi de Cherintho loquens sic ait: Iisdem temporibus etiam alterius hæreseos obortum Principem Cherinthum accepimus: de

4

Hæresis de terreno Christi regno per mille annos futuro.

D. August.

Cherinthi fuit Euseb.

quo

quo Caius, cuius iam in superioribus fecimus mentionem, in disputationũ suarum dialogo ita scribit: Sed & Cherinthus, inquit, per reuelationes quasdam, quas velut à magno Apostolo conscriptas, & per Angelos ei reuelatas putaret, talia quædam portenta nobis introducit. Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & homines in carne iterum concupiscentiis, & vitijs subiectam conuersationem habituros. Contra fidem quoq; scripturarum quosdam mille annos designat, in quibus multa quidẽ, & alia corruptionis opera, & nuptiarum festiuitates dicit futuras ad eos, qui libidini sunt dediti, decipiendos. Sed & Dionysius, cũ de Ioannis reuelatione differeret, & quædam secundum ea, quæ antiquitùs Ecclesiæ tradita fuerant, disputaret, mentionem facit huius ipsius viri his verbis. Cerinthus, inquit, à quo & Cerinthiana hæresis orta est, figmentis suis auctoritatem magni nominis acquirere secundùm Scripturæ huius prauam intelligẽtiam gestiebat: quippe cuius hęc erat hęresis, vt affirmaret terrenum futurum esse Christi regnum: & quia erat ventri, & gulæ, ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ sibi propria libido dictabat: ventris, & eorum, quæ sub ventre sunt, incitamenta cibis, potibus, nuptiis prædicabat explẽda. Hæc Eusebius. Eũdem errorẽ pleriq; tribuunt Papiæ Hierosol. Episc. quamuis is de carnis deliciis, & libidinis illecebris nihil loquatur, colliguntq; ex D. Hieron. in lib. de Scriptoribus Eccles. vbi agens de Papia sic ait: *Hic dicitur mille annorum Iudaicam edidisse δευτέραν, quem secuti sunt Irenæus, & Apollinaris, & cæteri, qui post resurrectionẽ adhuc in carne cum Sanctis Dominum regnaturum.* Idemq; affirmat Euseb. lib. 3. cap. 39. Dicit, inquit, Papias, & alia plurima à maioribus sibi tradita miracula, & nouas quasdam parabolas Saluatoris, & doctrinam incognitam, magisq; fabulosam, mille annos futuros post resurrectionem, quibus corporaliter regnum Christi in hac terra futurum sit. In eodem fuerunt Lactant. lib. 7. Diuin. instit. cap. 24. 25. & 26. Iren. Turtul. Apollinaris, vt referũt D. Hieron. in cap. 36. Ezech. & Euseb. lib. 3. Hist. cap. vlt. Contra quem errorem disputat Alfonsus à Castro lib. 3. aduersus hæreses, hæresi 2. de Beatitudine. Quàm perperam autem eius erroris occasio ex hoc loco Ioannis arrepta sit, patet ex nostra expositione.

Ponebat voluptates corporis.

Idem error Papiæ fuit, & aliorum.

D. Hieron.

Euseb.

D. Hieron. Euseb.

Castro.

5

Quanto tempore, & cur soluendus Satanas.

Tertiò. *Cum consummati fuerint mille anni*, hoc est, vbi defluxerit tempus à resurrectione Christi vsq; ad Antichristum: *tunc*, inquit Ioannes, *soluetur Satanas de carcere suo, modico tempore*, hoc est, tribus annis cum dimidio: quo tempore Satanas soluendus dicitur, quia per Antichristũ, eiusque sectatores inauditam aduersùs fideles persecutionem excitabit: quam nos in nostro tractatu de Antichristo copiosè descripsimus. Quartò. Eo ipso tẽpore, quo Satanas solutus in Ecclesia grassabitur, *Seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam.* De Gog, & Magog multa à Doctoribus disputantur, sed nos potiora perstringemus. Euseb. lib. 9. Demonstrationis Euang. cap. 3. arbitratur Gog esse imperatorem Romanum, Magog Romanum imperium. Alij, apud D. Hieron. in cap. 38. Ezech. per Gog, & Magog accipient prælium, quod inter Diabolum, & Angelos eius ex vna parte, & inter Michaelem, bonosq; Angelos ex altera in cælo Empyreo commissum fuit. Diuus August. lib. 20. de ciuit. cap. 11. per Gog, quod interpretatur *tectum*, accipit Diabolũ, qui est instar magni cuiusdam tecti, magnæq; domus, in qua omnes mali habitant: per Magog autem, quod interpretatur *de tecto*, intelligit exercitum Antichristi ex omnibus gentibus collectũ. Diuus Ambrosius lib. 2. de Fide cap. vlt. censet Gog esse Gothos, qui multas Imperij Romani prouincias vastauerunt. Cuius sententiæ etiam meminit Diuus Hieron. in quæst. Hebraicis in Genesim. Idem porrò Diuus Hieronymus ad caput trigesimum octauũ, & trigesimum nonum Ezechielis, vbi fusè de Gog, & Magog à Propheta disseritur, hæc habet. *Iudæi, & nostri Iudaizantes putant Gog gẽ-*

De Gog, & Magog variæ sententiæ.

Prima Eusebii

Secunda.

Tertia D. August.

Quarta D. Ambr

Vltima D. Hieron.

tes esse Scythicas, immanes, et innumerabiles, quæ trans Caucasum montem, & Mæotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam vsque tendantur: & has post mille annorum regnum esse à Diabolo commouendas, quæ veniant in terram Israel, vt pugnent contra Sanctos multis secum gentibus congregatis.

6 In re difficilima dicimus primùm nõ solum hoc loco Apocal. sed etiam apud Ezech. c. 38. & 39. Gog, & Magog ad extrema mundi tempora pertinere, vt est cõmunis Doctorum sententia, & ex vtriusque Prophetę contextu manifestè colligitur. Deinde nomina hæc Gog, & Magog non significare ex propria acceptione omnes gentes, quæ ad Antichristum aggregandę sunt, sed peculiares quasdam nationes, vt est perspicuum ex Ezech. 38. & præterea, quia Magog vnus fuit ex filiis Iaphet, Genesis decimo. Vnde Scythia, quam incoluit Magog, dicta etiam est de eius nomine Magog, vt auctor est Ioseph. lib. 1. Antiquit. cap. 7. Quare existimamus nomine Magog intelligendas esse nationes omnes Scythicas, quæ ad Septentrionem habitant: nonnine autem Gog accipiendum Principem, ac Regem omnium illarum gentium Scythicarum. Denique quanquam Antichristi exercitus aduersus Ecclesiã non ex his tantùm Scythicis gentibus, sed ex omnibus mundi nationibus collectus esse debeat: hæ tamen gentes præcipuè nominãtur, quia ferociores sunt, & supra modum barbaræ, & immanes, atque adeo in illis præcipuum exercitus Antichristi robur positum erit. Itaque per synecdochen accepta parte pro toto vniuersus Antichristi exercitus ex Gog, & Magog conflatus dicitur, & bellum mouere aduersus castra Sãctorum, & ciuitatem dilectam, hoc est, Ecclesiã. Verum igne de cœlo immisso diuinitus vniuersus ille exercitus interibit, vt cõtinuò Ioannes subiungit.

Gog, & Magog ad extrema tempora pertinent.

Sunt nomina propria nationum.

Ezech. 38. Magog filius Iapher. Ab eo sic dicta Scythia. Ioseph.

Per Magog Scythicæ nationes, per Gog earum Rex intelligitur.

Cur earũ præcipue fiat mẽtio.

Contextus percurritur, & quędam in eo difficiliora explicantur.

*

SECTIO II.

I

QUA, DE quibus superiori sectione disputauimus, præcipua sunt capita eorum, quæ hoc loco à Ioanne scribuntur. Verùm quia nõ nõnulla maiorem adhuc expositionem requirunt, simulque, vt rerum series, atque nexus melius appareat, contextum sigillatim percurrendum, & si quid obscurius occurrat, explanandum putauimus. Sic igitur incipit Ioannes. *Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post hæc oportet illum solui modico tempore.* Arbitramur per hũc Angelum Christum ipsum accipiendũ esse, vt ait communis sententia: is enim est, qui per Incarnationis mysterium è cœlo descendit, & qui habet *clauem abyssi*, id est, inferni, quẽadmodùm ipsemet Christus de se dixit c. 1. *Habeo claues mortis, & inferni*, vt eo loco fusè diximus. *Catenã magnã* potestatem eius intellige: is igitur est, qui apprehendit *draconẽ serpẽtem antiquum*, id est, Diabolum, eũque *ligatum*, hoc est, suæ potentiæ, & imperij catena deuinctũ in inferni carcerem detrusit, vbi erit per *mille annos*, hoc est, vsque ad Antichristi tempora, vt sectione superiori vberius explicauimus. *Et clausit, & signauit super illum*, id est, super Diabolum, non super abyssum, vt patet ex Græco contextu. Claudere, & signare est Dęmonẽ ita clausum in inferno tenere, vt nulla creata potentia inde eũ possit educere: quippe cum nemo pręter Christum clauem abyssi habeat, vt eam possit aperire. Id circo autem clausit Christus Dæmonem in inferno, vt ne gentes seducerer toto isto Euangelicæ prædicationis tempore; sed possent illæ liberè ad fidem conuerti, Christique fides, ac religio feliciter toto orbe propagari, his

Christus Angelus habens clauẽ inferni.

Apoc. 1. 18. Potestatis suę catena Dęmonem ligat.

Illum detrudit, & claudit in inferno.

mille annis, hoc est, toto eo tempore, quod à Christo ad Antichristū excurret. Tunc enim iterum soluetur Satanas, *modico tamen tempore*, hoc est, tribus annis cum dimidio, quibus grauissimam aduersùs Ecclesiam per Antichristum persecutionem concitabit.

2 Per serpētem antiquum Lucifer intelligēdus.

Porrò per *serpentem antiquum* hoc loco non Dæmones in genere, sed nominatim ipsummet Luciferum vniuersorum Dæmonum Principem accipiendum arbitramur, significarique Luciferum, qui antea in hoc mundo pro libito versabatur, fuisse per passionem, & mortē Christi ad inferni carcerem detrusum, ibique Christi potentia, & imperio religatum sublata omni inde ad nos exeundi potestate. Itaque non posse modò per se ipsum fidelibus obsistere, & cursum Euangelicæ prædicationis, gentiumque conuersionis impedire, quanuis non desint alii in hoc mūdo Dæmones, quid id præstent, sed non tanta tamen vi, & potentia, quantam Lucifer ipse, si adesset, adhibere potuisset. Addimus Deinde eundem Luciferum temporibus Antichristi Diuina permissione soluēdum, egressurumque ex inferni carceribus, atque omnem operam, & industriam in persequendis fidelibus positurum tribus annis cum dimidio, quod temporis spatiū hoc loco *modicum* appellatur.

3 Probatur ex D. Gregor, & Scriptura.

Ne verò alicui nouum videatur Lucifer um, qui à principio mundi libere in hoc mundo per se ipsum grassabatur, detrusum fuisse à Christo per passionem, & mortem ad inferos, ibique modò vsque ad tempora Antichristi uinctum, ligatumque teneri: id expressè docet D. Gregor. libro quarto Moralium ad illa verba capitis terrii: *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan*: vbi afferens illud Esaię vigesimo septimo: *In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpētem tortuosum: Quærendum*, inquit, *nobis est, cur qui serpentē dixerat, tortuosumque, illico subiungens interposuit vectē, nisi forte, quòd in Scripturis tortitudine fluxa mollities, in vecte autem est duritiæ rigiditas. Vt ergo hunc & durum signaret, & mollē, & vectem nominat, & serpentem. Durus quippe est per malitiam, & mollis per blandimenta. Vectis ergo dicitur, quia vsque ad necem percutit: serpens, quia se per insidias molliter infundit. Sed hūc Leuiathan electi Angelorum spiritus nunc in patei abyssо clausum premunt, vnde scriptū est: Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauē abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehēdit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. Quem tamen in mundi fine ad apertiora certamina reuocant, & totum contra nos in suis viribus relaxant, vnde illic rursum scriptum est: Cum completi fuerint mille anni, soluetur Satanas. Ille enim apostata Angelus, qui ita conditus fuerat, vt Angelorum cæteris legionibus emineret; ita superbiendo succubuit, vt nunc stantium Angelorum ditioni substratus sit, quatenus vel nunc ad vtilitatem nostram eis ministrantibus religatus lateat; vel tunc ad probationem nostram eis relaxantibus totis se contra nos viribus solutus exerceat. Quia igitur hi electi spiritus superbum apostatam comprimunt, qui humiles hunc sequi noluerunt, ipsisque administrantibus disponitur, vt ad intensionem aperti certaminis destruendus funditus quādoque reuocetur, dicatur rectè: Qui parati sunt suscitare Leuiathan.* Hæc Greg. Quem cernis hunc locum Apocalypsis de ipsomet Lucifero Dæmonum Principe in abyssо religādo intellexisse. Atque in hunc etiam sensum accipiendum est illud Christi Ioannis duodecimo: *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras*: & illud Matthæi duodecimo: *Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?*

Angelorū in illum imperiū.

Ioan. 12. 31.

Matth. 12. 29

D. Gregor. Iob. 3. 8. Esai. 27. 1.

Cur Leuiathā Serpens tortuosus, & vectis dicatur.

4 De abyssо mystica expositio Ansbert. Haymo. D. August.

Quare expositio Ansberti, & Haymonis per abyssum multitudinem impiorū intelligentium minime nobis probatur. Eam verò illi mutuati sunt ab Augustino libro vigesimo de Ciuitate, capite septimo, vbi Augustinus totum hunc locum latè persequitur, & inter alia, *Misit*, inquit, *Diabolum in abyssum*: quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate aduersus Ecclesiam Dei multùm profunda sunt corda: nō, quia ibi Diabolo ante nō erat: sed ideo dicitur illuc missus, quia exclusus à credētibus plus cœpit impios possidere. Hæc ille. Quæ tamē nobis videntur ma-

stica potiùs esse, quàm contextui, & instituto Ioannis congruentia.

5 Sequitur. *Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium IESV, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerũt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummẽtur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, & sanctus, qui habet partẽ in resurrectione prima. In his secũda mors non habet potestatẽ, sed erũt Sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes.* In his verbis pleraque sunt explicatu difficillima. Vnum est, de quo nam iudicio sit sermo, cum dicitur: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est*: nũ videlicet de extremo iudicio, an de aliquo alio? D. Augustlib. 20. de Ciuit. cap. 9. existimat non esse sermonẽ de extremo iudicio, sed de iudicio, quod nunc exercent in Ecclesia Prælati Ecclesiastici, quibus à Christo datum est iudicium ligandi, atque soluendi: itaque horum Præpositorum sedes visas esse à Ioãne, & de eorum in Ecclesia iudicio sermonem instituit. Tum verò, quod sequitur de regno sanctorũ cũ Christo mille annis, ait in hac vita esse accipiẽdum, eo quòd Ecclesia regnum cœlorum dicatur, in quo sancti regnant cum Christo: quoniam cum eo resurgentes, quæ sursum sunt, quærunt, quæ sursum sunt, sapiunt, non quæ super terram. *Mille annis*, hoc est, toto tempore primi aduentus Christi. Atque hanc vult appellari primam resurrectionem, & his eisdem mille annis animas decollatorum propter testimonium IESV, & propter verbum Dei, id est, animas Martyrum, qui pro Christo sanguinem, & vitã profuderũt, regnare in cœlo cum Christo per visionem beatificam. Quanuis enim id omnibus iustis, qui in gratia decedũt, conueniat: Martyres tamen potissimum commemorari, quòd illi præcipue ob excellentiam martyrii dicantur cum Christo regnare: quanquam & à parte totum intelligendum sit. Denique quod subiungitur: *Et qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis*: (quæ verba cum sua ista expositione pugnare videbantur, siquidem supponunt sermonem esse de extremo iudicio, post quod iudicium regnabunt cum Christo, qui Antichristo minimè adhæserũt, nec eius characterem in frontibus, aut in manibus impressum gestauerunt) coactus est Augustl. allegoricè interpretari: ac per bestiam populum infidelium, per imaginẽ verò eius simulationem intelligere, quã habent scilicet ii, qui cum fidem profiteantur, infideliter tamen viuunt. Itaq; ab illis ait non adorari bestiam, qui infidelitatem respuunt: ab iis autem non accipi characterem bestię, qui ne speciem quidem, & notam infidelitatis accipiũt.

De quo iudicio sit hic sermo, dubitatio prima.

D. Aug. Sentẽtia.

Sed præstat audire ipsummet Augustl. 6 *Interea*, inquit, *dum mille annis ligatus est Diabolus, sancti regnant cum Christo etiam ipsis mille annis eisdem sine dubio, & eodem modo intelligendis, id est, isto iam tempore prioris eius aduentus. Nisi enim alio aliquo modo longè quidem impariam nunc regnarent cum illo sancti eius, quibus ait: Ecce ego vobiscum sum vsq; in consummationẽ seculi: profectò non etiam nunc diceretur Ecclesia regnum eius, regnumue cœlorum. Regnant itaque cum illo etiam nunc sancti eius, aliter quidẽ, quã tunc regnabunt. Regnant cum illo, qui faciunt, quod Apostolus ait: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, sapite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. De qualibus item dicit, quòd eorum conuersatio sit in cœlis. Postremò regnant cũ illo, qui eo modo sunt in regno eius, vt sint etiam ipsi regnum eius. Et de hac prima resurrectione, quæ nunc est, liber iste loquitur. Cum enim dixisset alligari Diabolum mille annis, & postea solui breui tempore, mox recapitulando, quod in istis mille annis agat Ecclesia vel agatur in ea. Et vidi, inquit, sedes, & sedentes super eas, & iudicium datũ est. Non hoc putandum est de vltimo iudicio dici, sed sedes Præpositorum, & ipsi Præpositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiẽdum videtur, quàm id, quod dictum est: Quæ ligaueritis in terra, ligata erũt & in cœlo: vnde Apostolus, Quid enim mihi est, inquit, de ijs qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? Et animæ, inquit, occisorum propter testimonium IESV, &*

Regnant cum Christo toto tempore prioris aduẽtus Sãcti ex Augustl.

Matth. 28. 20.

Coloss. 3. 1.

Philipp. 3. 20.

Non vltimum sed præsẽs præpositorũ Ecclesiæ iudiciũ hoc loco intelligit. Matth. 18. 18. 1. Cor. 5. 12.

propter

propter verbum Dei: subauditur, quod postea dictu rus est: Et regnauerunt cum IESV mille annis, animæ scilicet Martyrum nondum sibi corporibus suis redditis. Quãuis ergo cum suis corporibus non dum sunt, iam tamen eorum animæ regnant cum illo, dum isti mille anni decurrunt. Regnat itaque cum Christo nunc primùm Ecclesia in viuis, & mortuis. Sed ideo tantummodò Martyrum animas commemorauit, quia ipsi præcipuè regnant mortui, qui vsque ad mortem pro veritate certaue runt. Sed à parte totum etiam cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad Ecclesiã, quod est regnũ Christi. Quod verò sequitur: Et qui non adoraue runt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt inscriptionem in fronte, aut in manu sua: simul de viuis, ac mortuis debemus accipere. Quæ sit porrò ista bestia, quãuis sit diligentius inquirendũ: non tamen abhorret a fide rectæ, vt ipsa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrarius populo fideli, & ciuitati Dei. Imago verò eius simulatio eius mihi videtur in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim se esse, quod non sunt, vocanturque non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Et qui sunt, qui bestiam non adorant, nec imaginẽ eius, nisi qui faciunt, quod ait Apostolus: Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus: non adorant enim, id est, non consentiunt, non subiiciuntur, neque recipiunt inscriptionem, notam scilicet criminis in fronte propter professionem, in manu pro ter operationes. Hactenus Augustinus. Cuius expositionem secuti sunt Beda, Rupertus, Ansbertus, & alii.

Cur tãtũ Martyrum animas regnare cõmoret Ioan.

Per bestiam accipit Aug. populum infidelium.

Per imaginem bestiæ hypocritarum simulationem.

2. Cor. 6. 14.

Beda. Rupert. Ansbert.

7

Verùm ea nobis minimè probatur. Primùm. Quoniam sermonem esse de extremo iudicio, cũ dicitur: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis*: manifestè ex ipso contextu euincitur, cum mox sequatur post id iudicium regnaturos esse cum Christo eos, qui nõ adorauerunt bestiam, nec imaginẽ eius, nec eius characterem acceperunt. Quibus verbis negari non potest esse sermonem de ijs, qui Antichristi partes secuti non fuerunt: is enim est, qui per bestiam accipi debet, qui suam ipsius imaginem omnibus adorandam proponet, compelletq; omnes, vt characterem suũ siue in manu, siue in fronte impressum gerãt, vt suo loco fusiùs explicauimus. Nam quod ait Augustinus per bestiam populum infidelium accipiẽdum esse, totaq; eius interpretatio de ijs, qui imaginem bestiæ adorare noluerunt, neq; characterem eius gestare, plane à contextu, & instituto Ioannis abhorret, qui de Antichristo diserte loquitur, vt ex superioribus est perspicuum. Deinde coactum est dicere illud, *Et regnauerunt cũ Christo*, ad præsentem Ecclesiæ statum referẽdum esse: quomodò enim dici possunt regnare modò cum Christo, vt vult Augustinus, sancti illi, qui varijs hincinde laborib⁹, & persecutionibus propter Christum exercẽtur, qui contumelijs, & iniurijs proscinduntur, qui includuntur carceribus, qui cœduntur flagellis, qui toto corpore exquisitissimis tormentis, & cruciatibus lacerantur: non hi sane, cum ista patiũtur, regnare cum Christo, sed pati potius cũ Christo dicendi sunt iuxta illud 2. ad Timoth. 2. *Fidelis sermo, nam si cõmortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & cõregnabimus.* Sit igitur constitutum, cùm dicitur visas esse sedes, datumq; iudicium ijs, qui in sedibus illis apparuerunt, sermonem esse de extremo iudicio: & cum subiungitur animas decollatorum propter testimonium IESV, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, neque eius characterem in manibus, aut in frontibus acceperũt, regnasse cum Christo, loqui Ioannem de ijs, qui iam huius vitæ laboribus perfuncti felicissimo Dei conspectu perfruuntur, & ita cum Christo in cœlis regnant. Quãquam verò id omnibus sanctis iam in cœlo regnãtibus conueniat: peculiari tamen ratione Martyres cõmemorãtur, quòd ij potissimum excellentiori quodam modo regno Christi, & gloria potiantur.

Non probatur hæc expositio.

De extremo iudicio hoc loco sermo est.

Item de futuro Christi regno.

2. Tim. 2. 12.

8

Sed hinc iam oritur secũda, eaq; valde implicita dubitatio, quomodò cum præcedentibus cohærear, quod de mille annis subiungitur: *Vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis*: & paulò post: *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Sathanas?* Si enim, vti diximus, iudicium, de quo loquitur Ioannes, est extremum iudicium, post quod scilicet regnare debeant cum Christo, qui non adorauerũt bestiam, neque imaginem eius, neque characterem eius acceperunt, hoc est, ij,

De quibus animorum mille annis sit hic sermo, dubitatio secunda.

qui

qui non adhæserunt Antichristo: quomodò per mille annos initio intellexi-mus tempus, quod à passione Christi vsque ad Antichristū excurret? Si enim illi, qui non adhæserunt Antichristo, regnaturi dicūtur mille annis, idq; post extremum iudicium, sanè mille anni nō antecedunt, sed subsequuntur Antichristum: imo & ipsum extremum iudicij diem consequuntur. Quod si admittamus, quinam verum esse potest illud, quod subiungitur: *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas?* Nam nec mille anni, quibus sancti post extremū iudicium regnaturi sunt cum Christo, vnquam consummari poterunt: nec eo tempore Satanas soluendus est; imo cum soluendum esse tempore Antichristi, modico videlicet tempore, hoc est, tribus annis cum dimidio superiùs cum Ioanne, & communi sententia docuimus. Quare non videntur ea, quę de mille annis regni sanctorum, & de soluendo post mille annos Satana à Ioāne dicuntur, cum ijs, quæ paulò ante diximus, cohærere. D. Ambros. in commēt. super Apoc. (si eius sunt) ita respōdet. *Per animas*, inquit, *interfectorum propter verbū Dei, & testimonium Iesu Martyres, qui diuersis tēporibus interfecti sunt, possumus accipere: per eos verò, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginē eius, eos qui ab Antichristo interficiēdi sunt, puto esse intelligēdos. Isti ergo vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, quia quanuis corpore sint interfecti, secundùm animam tamen viuūt cum Christo in cœlesti beatitudine. Sed quærendū nobis est, quomodò electi, qui instante fine mundi nascituri sunt, cum Christo mille annis regnare dicantur, cum tēpus mille annorum non ad futurum tēpus, quod sine fine est, sed ad præsēs potius pertineat, quod in fine mūdi consummabitur, & in quo fides Euangelij per vniuersum orbem florēs electos quotidie ad vitam æternam percipiendam dirigit. Quod ita soluendum puto tempus ab Ascensione Christi vsque ad finem mundi, quod per mille annos designatur, omnibus electis deputatum est, vt in eo sine corporibus cœlesti gloria cum Domino perfruantur. Et scimus, quia omnes electi mēbra Christi sunt, & ex multis membris vnum corpus efficitur: et si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Gaudium igitur præcedentiū sanctorum illorum nihilominus erit, qui in fine mundi nascituri sunt: quia vnum corpus efficientur cū eis, & in alijs possidebunt, quod ipsis deerit.* Hæc ille.

D. Ambrosii responsio.

Quomodo electi in fine mundi nascituri mille annis cum Christo regnant.

Itaque vides Ambrosium ita putare nodum istum dissoluendum, vt illi, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginē eius dicantur regnare mille annis, id est, tempore illo, quod ab Ascensione, vel potius Passione Christi ad finem mundi, seu potius vsque ad Antichristum (iuxta nostram, & veram de istorū mille annorum supputatione sententiam) excurret: non quidem per se ipsos, sed per illos omnes sanctos, qui à passione Christi vsque ad Antichristum decedent è vita, & cum Christo regnabunt, eo quòd cum omnes electi membra sint Christi, ex quibus vnum corpus efficitur, cùm aliqui sancti regnant cum Christo, cæteri quoque omnes regnare censentur iuxta illud Pauli. 1 Cor. 4. *Sine nobis regnatis, et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.* Et verò hæc Ambrosij expositio nodum quidem dissoluit, & in tanta difficultate probari posset, nisi durivsculum videretur dicere, cum ij, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, dicūtur regnare cum Christo, accipiendum id ita esse, non quòd per se ipsos, sed per præcedentes sanctos, & electos regnauerint. Illud etiam non parùm obstat, quòd regnare dicantur à Ioanne post iudiciū illud datum ijs, qui in sedibus residebant, quod iudicium nos extremum omnino esse superiùs confirmauimus.

9

1 Cor. 4. 8.

Durivsculum videtur.

Aliam ergo eiusdem nodi dissolutionē excogitauit Franciscus Ribera, videlicet, cum dicitur: *Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis*: non esse id referēdum ad eos, qui non adorauerunt bestiā, nec imaginem eius, sed ad animas decollatorum propter testimonium IESV, hoc est, ad eos, qui cum hæc à Ioanne scribebantur, iam mortem pro Christo oppeti erant. Cæterùm hæc responsio manifestam vim afferre videtur cōtextui: siquidem Ioannes continuata serie, atque ordine loquitur, diserteque affirmat eos, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, mille ānis cum Christo regnaturos: *Vidi*, inquit, *animas decollatorum propter testimonium IESV, & propter verbum Dei,*

10

Riberę itē responsio nō probatur.

&

& qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neq; acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis: & vixerũt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Quibusnam quæso verbis clarioribus potuisset Ioannes significare eos, qui non adorauerũt bestiã, nec imaginem eius, vixisse, & cum Christo in cœlo regnare? Quare alia nobis ratio quęrenda est ad hunc nodum expediendum.

II

Vera responsio Ioannem in mille annorum acceptione variasse.

Putamus igitur Ioannem hoc loco in mille annorum acceptione variasse. Itaque quanquam mille anni hoc capite illud tempus significent, quod à passione Christi vsque ad Antichristi aduentum excurret: tamen cum dicitur eos, qui nõ adorauerunt bestiam, nec imaginẽ eius, nec eius characterem acceperũt, vixisse, & regnasse cum Christo mille annis, istos mille annos ad æternitatem esse referẽdos: significareque sempiternam illam durationem, qua sancti cum Christo in omnem ęternitatem regnabunt millenario numero, qui perfectionem continet, pro tota ea duratione posito. Fuit enim hæc quędam veluti parenthesis, quam Ioannes hoc loco de sanctorum felicitate interposuit. Ne verò soli hoc astruere videamur, idem asseruit Alfonsus à Castro lib. 3. contra hæreses, *de Beatitudine* hęresi. 2. quanquam de reliquis mille annis, qui hoc capite commemorantur, non disputet, nec difficultatibus occurrat. Mouemur ad hoc asserendum necessaria ratione. Nam cum Ioannes agat de extremo iudicio, vt in superioribus ex ipso contextu manifestè ostendimus, & statim subiungat eos, qui non adorauerunt bestiam, hoc est, Antichristum, nec imaginem eius, neque characterem eius acceperunt, vixisse, & regnasse cũ Christo mille annis, quosnã quæso alios mille annos oportet accipere, nisi eos, qui extremum iudicium consequentur, hoc est, durationem illam, qua sancti, præcipuè vero ii, qui Antichristo restiterunt, cum Christo in omnem æternitatem regnabunt? Cæterę enim omnes expositiones vel secum ipsæ non cohærent, vel manifestam vim contextui afferunt, vt ex iis, quæ diximus, palam est.

Castro.

Ad hoc asserẽdum necessaria ratio.

12

Nec verò insolens est in sacris literis eodem ipso capite idem nomen temporis aliter, atque aliter vsurpari. Etenim Danielis 7. ita legimus: *Vidi, quodaliarũ quoq; bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ constituta esset eis vsque ad tempus, & tempus.* Vbi est sermo de tribus imperiis, Babylonico, Persico, & Macedonico, quibus certum durationis tempus præfinitur vsque ad tempus, & tempus, hoc est, aliud quidem breuiori, aliud longiori tempore perdurabit iuxta ordinem à Dei prouidentia constitutum. Quo fit, vt cum dicitur, *Vsque ad tempus, & tempus*, nomen *tẽpus* non eodem semper modo vsurpari debeat: sed in imperio Babylonico, si sermo sit de eius gloria, & amplitudine, quæ cœpta est sub Nabuchodonosor, & in primo anno Cyri primi Regis Persarum finita est, pro sexaginta annis: in imperio Persarum à Cyro vsque ad Alexãdrum Magnum pro annis circiter ducẽtis triginta: in imperio Macedonico, si numerare incipias ab Alexandro Macedone vsque ad Pompeium Magnum, qui Macedonicum Romanis subiecit, totũque spatium interiectum Macedonico Imperio tribuas, licet multas subid tempus vicissitudines is principatus subierit, pro centum quinquaginta circiter ãnis. Præterea cum tempus eo loco non solũ pro tam multiplici, tanque diuersa temporum varietate, sed etiam pro tam diuturno tempore sumatur, sexaginta scilicet, ducentis triginta, centum quinquaginta annis, paulò post tamen eodem capite pro vno tantùm anno accipitur, cũ de persecutione Antichristi dicitur: *Sermones cõtra Excelsum loquetur, & Sãctos Altissimi conteret, & putabit, quòd possit mutare tempora, & leges: & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Quo loco de communi sententia significatur Antichristi principatum, & persecutionem tribus annis cum dimidio duraturam, sumendumque adeo tẽpus pro vno anno, tempora pro duobus annis, dimidium temporis pro anni dimidio. Cernis igitur vnum, & idem temporis nomen vno, & eodẽ capite Danielis pro multis annis, & pro vno tantùm anno vsurpari: vt iam mirum videri non debeat, si hoc ipso capite Apocalypsis mil

In Scriptura eodem capite temporis significationem variari non insolens. Dan. 7. 12.

Trium imperiorum duratio.

Regni Antichri durario.

le

le anni variè vsurpentur, & pro tempore scilicet, quod à passione Christi vsq; ad Antichristi aduētum excurret, & pro illa felici, sempiternaque duratione, quę extremum iudiciū consequetur, in qua Sancti omnes cum Christo in omnem æternitatem regnaturi memorantur.

13 Riberæ obiectio.

Supereſt, vt illam obiectionem diluamus, qua Franciscus Ribera hanc nostrā expositionem conuellere conatur: ea verò est Ioannem, postquam dixerat: *Vixerunt, & regnauerunt cum Christo annis*: paulò post adiungere: *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas, & seducet gentes.* Nam cum manifestum sit illos mille annos, hoc est, æternitatem, quæ extremū iudicium consequetur, nullo vnquā tempore consummandos, neque iam de inceps soluendum Satanam, seducturum vè gentes, illud necessariò videtur euinci illos mille annos, quibus sancti cum Christo dicuntur regnare, nullo pacto ad æternitatem esse referendos. Verùm hęc obiectio ex dictis facile diluitur: diximus enim Ioānem more prophetico in mille annorum acceptione variasse: itaque cum dicere cœpisset de aduentu Christi, quem in illo Angelo descendente de cœlo, & habente clauem abyssi expressum fuisse diximus, commemorāsset que, quomodò per passionem suam Luciferum apud inferos religasset mille annis, qui ab eius passione vsque ad Antichristi aduentum computari debent, & obiter, ac veluti per parenthesim de extremo iudicio, felicitateque sanctorū, & eorum præcipuè, qui Antichristo nō consentient, sermonem inseruisset: tū ad institutam narrationem de Lucifero per mille annos in abyssō religato, & iterum soluendo reuertisse, dixisseque: *Et postquam consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas.* Quō fit, vt isti mille anni, qui cō summandi dicuntur, ad illos mille ānos pertineant, quibus dictum erat ligatum fuisse Satanam: non verò ad illos, quibus sancti cū Christo post extremum iudicium regnabunt. Ij enim nunquam cō summabuntur, sed in omnem æternitatē perdurabunt. Et ita iuxta hanc nostram expositionem omnia concinunt, nodusq; difficillimus dissoluitur, in quo soluendo tā multi interpretes desudarunt, eumque, sicut Alexandro cum Gordio nodo contigit, non tam dissoluere, quàm abrumpere potuerunt.

Diluitur.

Quinam sint mille anni, qui consummandi dicuntur.

14

Hac expedita difficultate, quę totius contextus ordinem perturbabat, interpretationēque remorabatur, facilè iam est reliqua omnia explicare. Sequitur igitur: *Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni*, hoc est, reprobi, qui Christum sequi, & imitari noluerūt, sed in lethali peccato obierunt, hi nō vixerunt, neque viuent, donec consummētur mille anni. Est iam sermo de impijs, qui à passione Christi vsque ad aduentū Antichristi decedent in peccato lethali: ij enim non vixerunt neque vera vita, quæ in æterna felicitate consistit: (sic enim accepta est paulo āte vita, cum de Sanctis dictum est: *Vixerunt, & regnauerūt cum Christo*) neque vita etiam corporali, cum mortui sint, *Donec*, inquit, *consummētur mille anni*. Quoniam cum consummati fuerint mille anni, id est, cum tempus totum effluxerit non solùm vsq; ad Antichristum, sed etiam vsque ad diem iudicii: (sic enim accipiendi sunt hoc loco mille anni) tunc viuent, vita scilicet corporis: siquidem in generali resurrectione à morte ad vitā reuocabuntur. Solet enim resurrectio in sacris literis etiā reproborum appellari vita iuxta illud primę ad Corinthios decimo quinto: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Sed ea tamen vita reproborum per resurrectionē potius est mors, quàm vita simpliciter appellāda: quoniā resurgent, vt propriis in corporibus sempiternis inferorum ignibus addicti torqueātur. Vnde paulò post à Ioāne mors secūda appellatur: ideoq; subiūgitur: *Hæc est resurrectio prima. Beatus, et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis*

Quandiu non viuent, qui decedunt in mortali.

Resurrectio etiam reproborum appellatur vita. 1. Cor. 15. 22

Potius mors est, quàm vita.

15

Quanquam D. Augustin. lib. 20. de Ciuit. cap. 6. & 7. (quem plerique sequūtur) hanc primam resurrectionem velit esse eam, qua quis à peccato ad statum gratiæ resurgit: tamen vero similius est, & rectius congruentius resurrectionem

D. Augustin. Quid per resurrectionem primam intelligendum sit.

primam

primam gloriam animæ interpretari eo potissimum, quòd Ioannes statim docet eos, quibus contigit prima resurrectio, immunes, ac liberos esse à morte secunda: *Beatus*, inquit, *& sanctus, qui habet partē in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem*: quod non potest conuenire in eos omnes, qui à peccato resurgūt, cum certum sit multos à peccato sæpius resurgere, in quos tamen postea potestatem habeat mors secunda, hoc est, æterna damnatio. Appellatur autem animæ gloria resurrectio, non quòd animæ cū corporibus intereāt, vt postea resurgāt: sed quoniam sancti cum defunctis corporibus moriuntur, quodammodo in uitam euadere, & resurgere videntur ratione animorum, qui supersunt. Mille verò anni hoc loco totum tempus vsque ad iudicium accipiendum est, quo toto tempore Sancti per gloriam animæ regnant cum Christo. In iis etiam secunda mors non habet potestatem: quoniam liberi iam sunt à damnatione sempiterna, quæ mors secunda appellatur comparatione mortis, qua anima à corpore separatur, aut etiam mortis animæ per peccatum. Sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi: quoniam sacrificiū laudis Deo, & Christo in omnem æternitatem offerent: sic enim accipiendum est hoc loco Sacerdotium, de quo genere Sacerdotii plura ad caput primum disputauimus.

Cur animæ gloria dicatur resurrectio.

Damnatio sempiterna secunda mors.

Sacerdotes Dei per sacrificium laudis erunt beati.

16

Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ & circuierunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam. Mille anni, qui consummandi dicuntur, pro illo tempore sumuntur, quod à passione Christi vsq; ad Antichristum excurret. tunc enim soluetur Satanas De Gog, & Magog superiori sect. diximus. Deinde exercitus Antichristi euersio, Antichristique, & præcursoris eius apud inferos tormenta consequentibus verbis commemorantur: *Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi & bestia, & Pseudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte in secula seculorum.* Ad literam, vt verba sonant, accipienda sunt. Vere enim descendet ignis de cœlo, qui omnem Antichristi exercitum absumet, bestiaque ipsa, id est, Antichristꝰ, & Pseudopropheta, hoc est, insignis ille Antichristi prædicator, & præcursor, de quo sæpe dictū est, mittentur in stagnum ignis, & sulphuris apud inferos, ibique die, ac nocte, id est, absque vlla intermissione sempiternis cruciatibus torquebuntur. De Antichristi exercitus, qui Gog, & Magog nominibus explicari solet, vt præcedenti sect. docuimus, euersione, quæ diuinitus faciēda describitur, habes plura apud Ezechiel. cap. 38. *Conuocabo aduersus eum*, (id est, aduersus Gog, de quo sermo præcesserat) *in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur, et iudicabo eum peste, sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo, & magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, et scient, quia ego Dominus.* Et cap. 39. sequenti. *Tu autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te Gog Principem capitis Mosoch, & Thubal: & circumagam te, & seducam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis, & adducam te super montes Israel: & percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera deiiciam. Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui sunt tecum: feris, auibus, omnique volatili, & bestiis terræ dedite ad deuorandum. Super faciem agri cades, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Et immittam ignem in Magog, & in his, qui habitant in insulis confidenter, & scient, quia ego Dominus. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meum amplius: & scient gentes, quia ego Dominus sanctus Israel. Ecce venit, & factum est, ait Dominus Deus: hæc est dies, de qua locutus sum. Et egredientur habitatores ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma clypeum, & hastas, arcū & sagittas, & baculos manus, et ebros, & succēdent ea igni septē annis.*

Quæ hic dicuntur de Antichristi euersione ad literam accipienda.

Ezech. 38. 21. De Gog, & Magog euersione plura apud Ezechielem.

Item 39. 2.

Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus: quoniam arma succendent igne, & deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait Dominus Deus. Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatum, sepulchrum in Israel vallem viatorum ad orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereuntes: & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mẽsibus. Hæc apud Ezechielem. Vbi cernis multa alia de euersione Gog, & Magog commemorari, quæ à Ioanne prætermissa sunt. Quid verò per septem annos, & septem menses accipiendum sit, non est huius loci discutere: diximus fusè, quid nobis probabilius videretur in nostris super Ezechielẽ cõmentariis, quę trede cì ab hinc ânis Conimbricę dictauimus.

17

Denique commemorat Ioannes generalẽ omnium hominum resurrectionem, extremumq; iudicium. *Vidi*, inquit, *thronum magnum candidum, & sedentem super eum*, (Christum intellige) *à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inuentus eis.* Loqr̃ de innouatione mundi, quando cæli noui, nouaq; terra creanda dicitur, istaq; terra, ac cælũ fugere, hoc est, recedere, seu non esse memorantur. De qua innouatione ad initium sequẽtis capitis disseremus. *Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ.* Liber vitæ, qui apertus est, haud dubiè est liber, in quo soli prædestinati scripti sũt, vt patet ex illis postremis verbis huius capitis: *Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Reliqui verò libri, qui etiam aperti sunt, ad reprobos spectant: qui quoniam sunt multò plures, quàm prædestinati, in multis libris scripti referuntur: cum prædestinati, quoniam comparatione reproborum pauci sunt (si de hominibus tãtùm, non etiam de Angelis loquamur) in vno tantũ libro scripti libro apparuerint. Ad ueritè autẽ libros istos metaphoricè esse intelligẽdos: etenim, vt docet D. Thom. 1. p. q. 24. art. 2. quia cõsuetũ est apud homines, vt illi, qui ad aliquid eligũtur, in libro conscribantur: prædestinati autẽ à Deo ad gloriã eligũtur: idcirco ipsa Dei notitia, qua Deus firmiter retinet, & quodam modo in suo intellectu conscriptũ habet se aliquos prędestinasse, liber vitę nuncupatur. Id quod etiam suo modo de reprobis accipiẽdum est, vt videlicet libris cõferatur Diuina ipsa cognitio, qua intelligit, quid quisque eorum gesserit, & notitia, qua perspectum habet, quinã sempiternis inferorum supplicijs addicendi sint. Quanquam non idcirco debeat dici Deus habere librũ mortis propter reprobos, sicut habet librum vitæ propter electos: quoniam, vt rectè annotauit eodem loco sanctus Doctor, nõ est in more positum, vt ij, qui repudiantur, & reijciuntur, in album à Principe referantur. Iuxta igitur ea, quę in his libris scripta erant, vniuersi iudicati sunt, vt ait Ioannes: *Et iudicati sunt mortui* (id est, qui mortui fuerant; nam iudicij tempore iam viuebant:) *ex his, quæ scripta erãt in libris secundùm opera ipsorum.*

Addit Ioannes: *Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Quòd de iudicio, & resurrectione breuiter dixerat Ioannes, per recapitulationẽ accipienda sũt, vt meritò dixit August. lib. 20. de Ciuit. cap. 14. alioquin enim quomodò post apertos libros, factumq; ex illis iudicium, de generali resurrectione differitur, cum resurrectio præcedere iudicium debeat, nisi ad recapitulationis figuram recurramus? Mare hoc loco propriè accipiendũ arbitramur, vt daturum dicatur corpora eorum, qui in eo submersi perierũt. Porrò infernus etiam dabit mortuos suos, id est, animas omnes, quas eo tẽpore tenuerit. Deniq; mors etiam dabit corpora eorũ omniũ, qui in terra vel sepulti, vel cremati, aut à bestijs, imo etiam ab hominib⁹, qui idcirco Anthropophagi appellantur, deuorati fuerunt: itaq; mors hoc loco ab inferno, & mari diuiditur ad danda videlicet corpora, quæ in terra perierunt. Cernis igitur hoc loco mortuos interdũ pro animabus, interdũ pro corporibus vsurpari. Cœli autem nulla

18

Mundi innouatio per fugã cœli, & terræ intelligitur.

Liber vitę est, in quo prædestinati scripti sunt.

Reprobi in multis scripti.

Notitia Dei de Prædestinatis cur liber dicatur. D. Thom.

Nõ habet Deus librum mortis, cur.

Recapitulationis figura vtitur hic Ioan.

D. August.

Mortui maris, inferni, & mortis quinam.

fit mentio, cum ipsum quoq; multa corpora, & animas habeat: quoniam quod attinet ad illos, qui ibi iam in glorioſis agunt corporibus, cũ iam reſurrexerint immortales, non erat, cur de illis in generali ad iudicium reſurrectione ratio haberetur. Quod verò ſpectat ad animas, quæ in cœlo exutæ corporibus Deo perfruuntur, & iterum ad corpora, cum fiet generalis reſurrectio, redibunt: nec etiã illæ commemorandę fuerunt. Quoniam Ioannis inſtitutum eſt agere de reſurrectione mortuorum: at ſemper hoc capite ſuppoſuit electorum animas, quæ iam beatitudinem conſecutæ fuerunt, non mortuas eſſe, ſed viuere, & regnare cũ Chriſto. Nam cum humanæ animę immortales natura ſua ſint, & poſtquam à Deo ſemel creantur, ſempiternę, mori non poſſunt niſi ſpirituali morte, quæ duplex eſt, uel peccati ſcilicet, vel ęternæ damnationis, quæ comparatione prioris appellatur hoc ipſo capite mors ſecunda. Cum igitur animę beatę à duplici iſta morte liberæ, immunesque ſint, non debuerunt à Ioanne mortuorum, de quorũ reſurrectione diſſerebat, appellatione comprehendi. Quę ratio in animabus, quæ apud inferos detinẽtur, locũ nõ habet: ſiquidẽ ex oẽs vtrãq; mortẽ, & primã, & ſecũdã ſubierũt, atq; adeo meritò mortuorũ nomine cenſeri debuerunt.

Cælum nõ habet mortuos, de quibus fiat mentio.

19

Atque hanc putamus eſſe germanam expoſitionem huius loci: non illam, quã quidam Recentiores tradiderunt, videlicet per mortuos ſola corpora eſſe accipienda, & ideirco nullã cœli mentionẽ factam eſſe, quòd in cœlo nulla ſint corpora, quæ debeant reſurgere: cũ omnia, quæ ibi reperiuntur, glorioſa ſint, & iam multò ante reſurrexerint. Si enim corpora dumtaxat per mortuos intellexit Ioannes, cur ait infernum quoque daturum mortuos ſuos, cum in inferno nulla ſint corpora? Nam quod aiunt de corporibus Dathan, & Abiron, imo & Antichriſti, & Pſeudoprophetę eius præcurſoris, qui in ſacris literis dicuntur à terra abſorpti, & viuentes ad inferos deſcendiſſe, non eſt ſenſus, quòd viui in ſuis corporibus ad inferos vſque deſcenderint: ſed quòd viui abſorpti ſint à terra, & ad aliquam eius profunditatem viui peruenerint: tum verò ibi obierint, & ibidem mãſerint eorum corpora, animæ autem ſolæ ad infernum deſcẽderint. Quod de Dathan, & Abiron ſentit Abul. q. 18. in 16. cap. Num. & Caiet. in eundem locũ, vbi docet nihil aliud ſignificari, quã viuos eſſe ſepeliendos, cum alij homines non viui, ſed mortui ſepeliantur: idemq; plane de Antichriſto, & Pſeudoprophęta illo eius præcurſore exiſtimare oportet. Ex quo fit, vt cum dicitur infernus daturus eſſe mortuos ſuos, id non de corporibus, ſed de animabus ibi detentis accipiendum ſit. Quod demum ſubiungitur: *Infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnũ ignis*: & inferni, & mortis nomine ſignificatur Diabolus, vt ait D. Auguſt. lib. 20. de Ciuit. cap. 15. Et eſt cõmunis expoſitio: id quod nos etiam docuimus cap. 1. huius operis ad illa verba: *Habeo claues mortis, & inferni*. Ratio verò, cur Diabolus iis nominibus cenſeatur, ea eſt, quam loco citato affert Auguſt. quoniam ſcilicet mortis, & infernarum pœnarum auctor eſt. Itaque cum dicitur: *Infernus, & mors miſſi sũt in ſtagnum ignis*: periphraſis eſt eius, quod paulò ante dictum fuerat: *Diabolus, qui ſeducebat gentes, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris*. Porrò poſtrema illa verba, quibus caput hoc difficillimum cõcluditur: *Hæc eſt mors ſecunda, & qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnũ ignis*: nõ eſt, cur iterũ explicemus, cũ iã in ſuperioribus eorum expoſitionem tradiderimus.

Non ſola corpora, ſed animę etiam mortuorũ nomine intelligũtur.

Dathan, & Abiró, & alii nõ viui ad inferos peruenere Abulenſ.

Caiet.

Infernus, & mors miſſi in ſtagnũ ignis Diabolꝰ intelliguntur. D. Auguſt. Apoc. 1. 18.

Illuſtratur illa ſententia. *Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ.*

SECTIO III.

EXPLICATO duabus ſectionibus præcedentibus contextu illa potiſsimum ſententia magis illuſtranda videbitur, quæ eſt de extremo iudicio: *Et libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati sũt mortui ex his, quæ ſcripta erãt in libris ſecundũ opera ipſorũ.* De iis enĩ, quę ad perſecutionẽ Antichri, eiusq; interitũ, & dãnationẽ pertinẽt, in

nostro tractatu de Antichristo copiosè disseruimus. Reliqua verò iam magna ex parte aliis in locis huiꝰ operis illustri ora reddidimus. Vt igitur paulò altiꝰ oriamur, sciendum est propter certam, exploratamque notitiam, quam Deus habet omnium actionum humanarum iuxta illud ps. 138. *Dñe probasti me, & cognouisti me. Tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionẽ meã* (i. quãdo sedeo, quãdo etiã surgo.) *Intellexisti cogitationes meas de longè: semitã meã, et funiculũ meũ inuestigasti: et omnes vias meas præuidisti*: dici habere librum, in quo omnia, quæ à nobis tum benè, tum malè geruntur, simulque præmia bonis actionibus, supplicia sceleribus constituta cõtinentur, qui liber appellatur Malach. 3. *liber monumenti. Tunc*, inquit, *locuti sunt timentes Dominum, vnusquisque cum proximo suo: Et attendit Dominus, & audiuit, & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius.* Quo loco per librum monumenti Lyran. Dion. Carth. Hugo Cardin. & alii Diuinam scientiam, & cognitionem accipiunt. Hebraicè pro libro monumẽti est סֵפֶר זִכָּרוֹן *sepher zicaron*, i. *liber memoriæ*, seu *liber memorialis*: idéq; nomen est Esth. 6. cũ Rex Assuerus iussit sibi afferri historias, & annales priorũ temporũ. Habetur enim Hebraice *Sepher hazeberonoth*, hoc est, *librum memoriarum, historiarum, monumentorum*. Et 2. Reg. 8. & 1. Paral. 18. *Porro Ioab filius Saruiæ erat super exercitum, & Iosaphat filius Ahilud à commentariis.* Vbi est idem nomen Hebraicum, hoc est, vel qui annales cõscriberet, vel qui subditorum causas, & merita Regi in memorium reuocaret. Curabat enim Rex æquissimus, ne sibi subditorum causę, & merita, ac pro Republica exantlati labores per obliuionẽ excidereẽt: eãq; curã nõluit esse subditorũ, sed sibi peculiarẽ, & propriã pro Regali munere esse putauit: cuius exẽplũ secutus filius Salomõ aliũ & ipse quendã sibi à cõmẽtariis designauit 3. Reg. 4. Itaque more hominum dicitur Deus habere librum memorialem, in quo omnia describantur, ne aliquid vnquam vel leuissimum possit excidere. De quo memoriali libro iniquitatem suam deleri postulabat Rex Dauid, cum dicebat ps. 24. *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Quasi diceret: Miserationes, & misericordiæ tuę dignę sunt, quæ tanquam præclara, & te digna facinora, & res à te gestæ illustrissimæ in tuo memoriali libro conscribantur: non aurẽ delicta iuuẽtutis meę, & ignorãtiæ meę. Quare dele iniquitates meas de memoriali tuo, nec earũ ad puniẽdũ recorderis.

Ad secundum quoque librum spectauit Iob cap. 31. *Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens, & librũ scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portẽ illum quasi coronam mihi.* Cuius loci ea communiter traditur sentẽtia: Quis mihi tribuat ęquũ auditorẽ, iustumq; rerũ æstimatorem, ac iudicẽ, qui causam meã iudicaret, & librum ipse de meis omnibus rebus conscriberet: seu, (vt sonant Hebræa) *meus aduersarius*, seu *vir litis, & contẽtionis meæ*, ipse, inquam, qui mecum contendit, de meis rebus librum conscriberet: sanè vsque adeò fido causæ, & conscientię testimonio, vt pro certo habeã, quòd ille idem meus aduersarius innocentiam meam ingenuè testaretur, possemque eum ipsum librum, quem ipse de meis factis, rebusque gestis ederet, palam, & publicè humero gestare, videlicet omnibus spectabilem, atque conspicuum tanquam pulcherrimam coronam, & longè clarissimum testimonium probitatis. Iuxta quam expositionẽ non potuit sane Iob luculentiùs innocentiam suam notam facere, quam cum vitæ suæ, morumque iudices vel ipsos aduersarios requisiuit. Paulò aliter in hac eadem sententia versatur Caiet. iuxta veritatem Hebraicam, qvæ sic habet: *Ecce signum meum Saddai* (vnum est ex decẽ Dei nominibus) *testificabitur mihi, & librum scripsit vir litis meæ*: quasi diceret: Ad hoc cupio habere virum audientem me, vt nunc, quando in promptu adest Omnipotens ad subscribendum, liber, quem vir de lite mea scripsisset, testificaretur mihi subscriptus ab Omnipotente. *Ecce signum meum Saddai*, id est, signator meus subscribendo est *Saddai*, Deus omnia vincens: & liber litis meæ testificabitur mihi

Certa Dei cognitio de hominum actionibus liber monumenti, siue memorialis. Psal. 138. 1.

Malach. 3. 16.

Lyran. Dion. Carth. Hugo Card.

Esth. 6. 1.

2. Reg. 8. 1. Par. 18. 15.

Regis de subditorum causis vigilantia.

3. Reg. 4.

Ex hoc memoriali sua peccata deleri cupit Dauid. Psal. 24. 6.

2 Iob. 31. 35. Præ conscientiæ securitate suorum actuũ librum vel ab aduersario cõscribi optat Iob.

Eum gestaret tanquam coronam.

Caiet.

hi tanquam subscriptus ab Omnipotente, meamque innocentiam tum præsentibus, tum posteris testatam faciet, dignusque erit, qui à me portetur humeris tanquam illustrissimum quoddam insignis victoriæ monimẽtum. Altera quoq; potest esse eiusdem loci expositio, vt nimirum Iob Deum rerum suarum auditorem desideret, & vsque adeo causæ fidat, vt eam Dei ipsius iudicio committere audeat, postuletque, vt ipsemet Deus, qui omnes iudicat, librum de rebus suis conscribat, quemadmodùm de reliquis omnibus humanis actionibus facere cõsueuit. Quasi dicat: Ipsum Deum cupio habere causæ meæ auditorem, & iudicẽ, atque vt in testimonium veritatis librũ ipse de meis rebus conscribat. Spero enim fore, vt is liber in maximam mihi cedat gloriam, & ornamentum singulare. Quibus verbis supponit Deum solere librum de hominum causis, rebusque scribere tanquam supremum iudicem, cuius est de omnibus ferre sententiam.

Altera eius loci expositio.

3 Gestare Christus atramentarium describitur, cur. Ezech. 9. 2.

Illustre est ad idem confirmandum illud Ezech. 9. Cum Christus apparuit gerens atramentarium ad renes appensum, vt ea, quę in vrbe gerebantur, diligenter, & accuratè describeret, haud dubiè in libro aliquo, quem simul afferebat, alioqui superuacaneum esset atramentarium. *Ecce*, inquit, *sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonẽ: & vniuscuiusque vas interitus in manu eius* (id est, secures, aut alia similia instrumẽta ad occidendum.) *Vir quoque vnus in medio eorũ vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius: & steterunt iuxta altare æreum.* Quo loco per virum illum vestitum lineis communis expositio Christum intelligit, qui tanquam supremus iudex apparuit sex illis viris habentibus secures, aliaue occidendi instrumenta tanquam iustitiæ administris stipatus, gerebatque atramentarium scriptoris ad ea, quæ in ciuitate gerebantur, conscribenda, & in librum memorialem referẽda. Eã enim scribẽdi curam noluit alteri committere, sed sibi propriam assumere: quia ne minimum quidẽ volebat à veritate in scribendo discedere: id enim munus nõ tutò alijs committi posse existimauit. Hãc expositionem secutus est D. Hieron. in comment. super Ezech. *Habebat*, inquit, *atramentarium scriptoris ad renes suos, quo omnium peccata describeret, & sanctorum à peccatoribus numerum segregaret. Sex viri iuxta altare stare dicuntur parati ad iubentis imperium, vt cuiuscunq; viderint ibi non esse peccata dimissa, sententiæ Domini, & interfectioni eum subiacere cognoscant.* Hæc ille. Cernis Hieronymum putasse virum vestitum lineis gestasse etiam librum, in quo omnia peccata conscriberet, qui profecto vnus fuit ex multis illis libris, quos Ioannes hoc loco apertos fuisse commemorat.

Non alit eam curã cõmittit

D. Hieron.

Similiter apud Zachariam cap. 5. habemus ostensum fuisse Prophetæ volumen quoddam volans, id est, membranam quandam, seu pellem pergamenã extensam. Etenim veteres olim scribere consueuerunt in membranulis, seu pellibus, quæ inuicem complicabantur, & inuoluebantur: vnde pro volumine est Hebraicè *megila* radice *galal*, quę significat inuoluere, & rotare. Vidit autem Zacharias hanc membranam non inuolutam, & complicatam, sed euolutam, & extensam, quamobrem potuit eius notare longitudinem, quam dicit fuisse viginti cubitorum, decem verò latitudinem. Quanquam verò Lyranus existimet in eo volumine descriptum fuisse supplicium Hebræis inflictũ ante templi excidium, & captiuitatem Babylonicam propter peccata furti, & periurij, quorum in contextu fit mentio: tamen cum ea visio acciderit post reuersionem ex captiuitate Babylonica, probabilius est eam visionem ad peccata populi Iudaici post aduentum Messiæ spectare: fuisseq; in eo volumine descripta, quæ populus in Rege Messia persequendo, occidendoq; grauissima suscepturus erat, simulq; supplicium vltimæ huius captiuitatis pro illis diuinitus inferendum, quod quia paulò post necem Messiæ illatam infligẽdum erat, hoc est, quadraginta circiter annis post Christi obitum: idcirco volans quasi cum celeritate veniens apparuit. Hoc igitur supposito sciendum est Symmachum pro volumine transtulisse κεφαλὶς, quod nomen initium libri, vel vnũ libri caput,

4 Zazhar. 5. Iudæorum in Messia persequendo comissa peccata, & supplicia in mẽbrana scripta.

Lyran.

Symmach. Horum peccatorum, & libri ipsi⁹ magnitudo.

vel ipsam libri summam, & epitomen significat. Iuxta quam translationem mirum est, quod dicitur, habuisse latitudinem decem cubitorum, & viginti cubitorum longitudinem. Quãtum enim putandum est fuisse integrum librum: siquidem solum eius initium, vel vnum capitulum tantam latitudinem, longitudinemq; continebat? Quam innumera etiam oportuit esse peccata, quæ in summam, breuiariumq; redacta volumen tantæ longitudinis, latitudinisq; complebant? Videlicet tanta, tamq; innumera erant gentis Hebrææ scelera, vt infinitum quoddam volumen, & librum, in quo scriberentur, postularent, cuius nẽpe vel vnum capitulum tam latum, longumq; esse oportuit. Profecto vel vnum illud nefarium & impium facinus, quod in Christi nece admiserunt, non potuit breuiori volumine comprehendi.

5 Quam innumera sint hominũ peccata.

Sed vt vniuersè, & generatim loquamur, quod eo loco de Iudæis dicitur ad vniuersos homines accõmodari potest. Tam multa enim peccata in omni genere suscipimus, vt nonnisi in grandi quodam libro notari, discribiue possint, cuius vel ipsum initium, caputve, vnum tam multos & latitudinis, & longitudinis cubitos requirat. Itaque, vt more nostro loquamur, opus habet Deus grandi quodam memoriali libro ad peccata hominum non dico ad longum, & sigillatim describenda: sed tantum in breuẽ quandam summam, & epitomen redigenda. Audi, quid dicatur Oseę 4. *Maledictum, & mendacium & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt*, id est, instar fluminum extra ripas diffluentium inundauerunt. Imo de suis tantùm peccatis dixit Dauid psal. 39. *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem: multiplicatæ sunt super capillos capitis mei.* E contrariò tã pauca, & exigua sunt hominum opera, si cũ malis operibus comparentur, vt dictum sit Hierem. 5. *Circumite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentẽ fidẽ, & propitius ero ei.* Et multò luculẽtius Esai. 64. *Facti sumus vt immũdus oẽs nos, et qua si pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.* Vbi quanquam est sermo ad literã de Iudæis, quorum omnes ceremoniæ, & iustitiæ legales post passionem, & resurrectionẽ Christi eo potissimùm tempore, quo lex Euãgelica fuit promulgata, immundæ factæ sunt, & ipsi tanquam folia, & flores ex arboribus defluxerunt, & emarcuerunt, & quasi arida folia, & quisquilię à vẽto in omnia sola terrarum abrepti, dispersiq; sunt: possumus nihilominus illam sententiam, *Tanquam pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ*, ad vniuersos homines referre. Est autem aduertẽdũ pro eo, quod nos habemus, *Quasi pannus menstruatæ*, haberi in Hebræo, *Quasi vestimentum centonũ*, id est, totum ex centonibus confectum. Cum enim vel ipsa bona opera ferè sint imperfecta, meritò centonibus comparãtur, vt nostra omnis sanctitas, quasi vestimentum quoddam vetus, & lacerũ, multisque vndequaque vilibus, & abiectis cẽtonibus variatum esse videatur. R. Abraham vertit, *Sicut vestimentum prædæ*, quod videlicet in pręda capitur, aut à latrone per vim vendicatur, quod in ipso conflictu, & contentione disrumpi, & dilacerari necesse est. Sic enim cum Dęmones tã quam insidiantes latrones nobis bona opera tanquam pallium de manibus conentur eripere: nimirum solent ea opera per eam vim, & cõflictum dilacerari, ac disrumpi, hoc est, leuioribus quibusdã nęuis maculari, vt meritò vestimẽta prędæ appellari possint.

Iudæi, & corũ ceremoniæ.

Sanctitas nostra vestimentum lacerum.

R. Abraham.

6

Cum igitur tam multa sint peccata, quę passim ab hominibus suscipiuntur, non mirum videri debet, quòd vel ipsa summa, & epitome libri memorialis, quẽ Deus habet, tantæ apud Zachariam latitudinis, longitudinisq; apparuerit: & è cõtrario propter bonorum operum paucitatem paruus quidam, & exiguus libellus ea omnia complecti possit. Atque hæc nimirum est causa, cur hoc loco Ioannes de extremo differens iudicio narret multos libros apertos fuisse, & paulò post quendam alium libellum sibi ostensum, qui liber vitę dicebatur. *Vidi*, inquit, *mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his,*

Multos libros vidit Ioan. sed vnus tantùm vitæ dict⁹ est.

Oseę 4. 2.

Psal. 39. 13.

Quã pauca, & exigua bona opera.

Hierem. 5. 1.

Esai. 64. 6.

quæ

quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorũ. Quo enim quæso alio mysterio ait Ioannes multos libros apertos fuisse, & deinde vnum tantum librum apertum, qui liber vitę dicebatur: nisi quia multi libri ad peccata, & reprobos; vnicus autem ille libellus ad bona opera, & prędestinatos spectabat? Cum enim innumera sint omnium peccata, multiq; reprobi, multos oportet esse libros, in quibus describantur. Quia verò merita pauciſsima sunt, si cum peccatis conferantur, & electi pauci numero, si cum reprobis cõparentur, vnus, isque perexiguus libellus ijs omnibus notandis sufficiet.

CAPVT XXI.

ET VIDI cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit: & mare iam non est. Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendentem de cœlo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno, dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populi eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum A, & Ω: initium, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Et venit vnus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tã quam lapidi iaspidis, sicut crystallum. Et habebat murum mag

num, & altũ, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab Oriente portę tres: & ab Aquilone portę tres: & ab Austro portę tres: & ab Occasu portę tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia, & lõgitudo, & altitudo, & latitudo eius ęqualia sunt. Et mensus est murum eius centũ quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundũ, simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum iaspis: secundum sapphirus: tertium calcedonius: quartum smaragdus: quintum sardonyx: sextum sardius: septimum chrysolithus: octauum beryllus: nonum topazius: decimum chrysoprasus: vndecimum hyacinthus: duodecimum amethystus. Et duodecim portæ duodecim margaritę sunt per singulas: & singulæ portę erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum tanquã vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eã, & lucerna eius est Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciẽs, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitę Agni.

ARGVMENTVM.

HOC, & sequenti capite comprehenditur septima, & postrema visio huius operis. De cœlestis illius ciuitatis Hierusalem forma, magnitudine, pulchritudine, opibus disseritur: incomparabilisque Beatorum felicitas magnificentissimis verbis describitur.

COMMENTARIVM VLTIMVM. EXEGETICVM.

De septima, & postrema visione huius operis.

Quæ de mundi renouatione dicuntur, & alia quædam in contextu explicantur.

SECTIO PRIMA.

1 PRIMVM ait Ioannes vidisse se cœlũ nouum, & terram nouam: *Primum enim*, inquit, *cœlum, et prima terra abiit, et mare iam non est.* Dubitant Interpretes, cur de mari aliter Ioannes, quàm de cœlo, ac terra locutus fuerit? Nam de cœlo, ac terra dixit, quòd cœlum nouum, terramque nouã vidisset: at non dixit se mare nouum vidisse, sed tantùm: *Et mare iam non est.* Ex quo sumpsit occasionem Beda existimãdi mare siccandum esse, & omnino periturum, nec amplius post diem iudicii futurum. Sic enim innuit hoc loco. *Vtrum*, inquit, *maximo illo ardore siccetur mare, an et ipsum in melius vertatur? non facilè dixerim. Cœlum quippe nouum, et terram nouam, non autem et mare nouum futurum legimus.* Et multò clarius in comment. super 2. Petri canonicam, cap. 3. ait duo elementa, ignem videlicet, & aquam esse peritura: reliqua verò duo terram, & aerem non peritura esse, sed renouanda. Idem sensit Andr. Cœsar. *Notandum*, inquit, *de cœlo quidẽ, & terra eum dicere: Abiit, id est, mutatum est: de mari autem: Mare non erit amplius. Quæ enim vtilitas maris, cùm non sit opus hominibus illud nauigare?* Haymo cum dubitatione loquitur. *Quod sequitur*, inquit, *Et mare iam nõ est: vtrum ad literam, id est, vt mare cum flaminibus exsiccetur, possit intelligi, an solummodo spiritualiter hoc dicatur? dubium est. Terra enim aquarũ coniunctione subsistit, quoniam & infra, et extra, & supra se aquas continet, ne naturali aridate fatiscat, quoniam nisi aquis temperaretur, in cinerem redigeretur. Ideo vtrum maximo illo ardore mare cum fluminibus siccetur, an & ipsum vertatur in melius? non facilè dixerimus. Quod et si factum fuerit per Dei potentiam, licet arida sit terra, satis subsistere poterit. Quatuor siquidem sunt elementa, ex quibus duo sunt immutanda in melius, sicut hic dicitur, & Dominus in Euangelio manifestat, cum ait: Cælum, & terra transibunt, id est, immutabuntur. Vtrum autem mare, vel ignis transeat, id est, immutetur, Deus scit, licet hic legamus: Et mare iam non est.* Hęc ille. Simile in dubio versantur D. Anselm. Rupert. & Arethas. Cœterum non est propterea discendendum à communi sentẽtia, videlicet neque cœlos, nec vllum elementum in fine mundi periturum, sed omnia renouanda. Cur verò de cœlo, & terra dictum sit: *Primum cælum, & prima terra abiit*: de mari verò: *Et mare iã non est*: profectò non video tantam habere difficultatem, quantam superiores Interpretes putauerunt. Existimo enim eodẽ sensu dictum esse à Ioanne: *Et mare iam nõ est*: quo antea dictum fuerat: *Primum cælũ, et prima terra abiit*: itaque idem esse hoc loco *abiisse*, & *non esse*. Quid enim quæso aliud est: *Primum cælum, & prima terra abiit*: quam primum cœlũ, & prima terra disparuit, seu quod superiori capite dixerat Ioannes, cum ageret de extremo iudicio: *Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inuentus eis.* At verò quid est disparuisse cœlum, & terram & ita fugisse, vt locus ei vspiam inueniri non posset, nisi amplius non esse? Proeodem igitur *non esse, abiisse*, & *fugisse* vsurpanda sunt.

Dubitatio.

Beda siccandũ mare credidit.

Ité Andr. Cœsar.

Haymo hæsitat.

Ité D. Anselm Rupertus. Arethas.

Nullum elementum periturum cõmunis sententia.

2 Altera dubitatio.

Sed vlterius scisciabitur aliquis, quo sensu id accipiendum sit; num, cum Ioannes ait primum cœlum, & primam terram abiisse, mareque iam non esse, significet aliud omnino cœlum, aliam terrã, aliud mare esse à Deo procreanda, an renouanda dumtaxat? Beda, vt superius diximus, duo elementa ignem, & aquam diuinitus interitura in nihilum putauit. Et verò non tantùm ignem, & aquam sed omnia omnino elementa, imo & ipsa corpora cœlestia esse secundum substantiam in fine mundi destruenda videbitur sibi aliquis demonstrare ex 2. Petri canonica, cap. 3. vbi ita legimus: *Cæli*, inquit, *qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt igni reseruati in diem iudicii, et perditionis impiorum hominũ.* Et paulò post. *Adueniet dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient: elementa verò calore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt, opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: nouos verò cœlos, nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.* Verùm perperam id ex hoc testimonio colligitur. Etenim Petrus, cum ait cœlos esse igni reseruatos, cœlorum nomine non sidereos, sed aereos cœlos intelligit: qui igni dicuntur reseruati in die iudicii, quoniam ignis ille, quo vniuersus mundus deflagrabit, ad aerem vsque pertinget, eumque puriorem efficiet. Cum verò ait: *Cæli magno impetu transient*: de corporibus ipsis cœlestibus loquitur, quæ tamen non secundum substãtiam immutanda dicit, sed tantùm secundùm quendam transitum à motu ad quietem, & ad alium statum præstantiorem. Addit elementa calore soluenda, quod de aere, & aqua accipiendum est, quæ cum terra, de qua statim subditur, *Terra exuretur*, extremo illo igne purganda sunt. Rursus cum repetit: *Cæli ardentes soluentur*: de aereis cœlis enuntiat: quẽadmodùm & de aere, aqua, terraque, quod sequitur: *Et elementa ignis ardore tabescent*: non aliud significat, quã quod hoc loco Ioannes, cum ait vidisse se cœlum nouum, & terram nouam. Denique cũ nouos cœlos, nouãq; terram expectandã docet, cœlorũ, terræque non quoad substantiã, sed quoad nouum statum instaurationem futuram.

Igne quoque interiturum credidit Beda.

2. Petr. 3. 7. 10

Illustratur locus ex D. Petro

Cælum, & elementa non peribunt, sed mutabũtur in melius.

Quo sensu accipienda sunt similia sacrarum literarum testimonia, veluti illud Esai. 51. *Cæli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur.* Et capite 65. *Ego creo cœlos nouos, et terram nouam.* Et Matth. 24. *Cælum, et terra transibunt.* Et illud ad Rom. 8. *Vanitati creatura subiecta est non volẽs, sed liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Et 1. Cor. 7. *Præterit figura huius mundi.* Et psal. 101. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuũ tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes. Et omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut operimentum mutabis eos, & mutabuntur.* Quibus in locis, si paulò diligentius aduertas, facile perspicies non de substantiali aliqua mutatione, sed de nouo, perfectioriq; statu haberi sermonem. Nec enim dixit Paulus aliam futuram creaturę substantiam, sed aliam libertatem, eam scilicet, quæ modò vanitati seruit, & corruptioni subiecta est, in libertatem ab omni corruptione immunem Diuino beneficio vendicandam. Non dixit huius mundi substantiam, sed figuram dumtaxat prętereire. Non etiam dixit Regius Vates cœlestia corpora omnino peritura, sed alio longè nobiliori, & præstantiori tum quoad lucem, tum quoad statum vestimento induenda. Exploratum est autem solius vestimenti mutationem non ad ipsam internam corporis mutationẽ pertinere. Vnde D. Thom. in cõment. super epist. ad Hebr. cap. 1. vbi Paulus affert locum psalmi citatum, Sicut, inquit, vestimentum assumitur ad vsum, cessante verò vsu deponitur: sic cum fuerit cõpletus numerus electorum, mutabitur cœlum quasi vestimentum, quia iam amplius ad rerum generationem, & corruptionem non inseruit.

3 Eodem sensu intelligenda plura alia scripturæ loca. Esai. 51. 6. & 65. 17. Matth. 24. 35. Rom. 8. 20.

1. Cor. 7. 31. Psal. 101. 26.

D. Thom.

Atq; hæc, quã tradidim⁹ de cœli, & terræ, cæterorũq; elemẽtorũ instauratione, sententia cõmunis est Patrũ, Doctorũq; õniũ: eã pręcipuè docet D. Aug. lib. 20. de Ciuit. c. 24. vbi tractãs locũ Petri citatũ, *Possunt*, inquit, *illi cœli intelligi periturі, quos dixit repositos igni reseruãdos, & ea elemẽta*

4 Eadem sententia communi Patrum

D. August.

Imum hoc cælum intelligit Auguſt.

accipi arſura, quæ in hac ima mundi parte ſubſiſtunt procelloſa, & turbulenta, in qua eoſdem cælos dixit eſſe repoſitos ſaluis illis ſuperioribus, & in ſua integritate manentibus, in quorum firmamẽto ſunt ſidera conſtituta. Nam & illud, quod ſcriptum eſt, Stellas de cælo eſſe caſuras, præter quod poteſt multò probabilius, & aliter intelligi, magis oſtendit manſuros eſſe illos cælos: ſi tamen Stellæ inde caſuræ ſunt, vel cum tropica ſit locutio, quod eſt credibilius, vel in iſto imo cælo futurum ſit aliquid vtique mirabilius, quàm nunc fit.

D. Hieron.

Idem affirmat D. Hieron. in cap. 24. Matthæi. Cælum, inquit, & terra tranſibunt immutatione, nõ abolitione ſui. Et in cap. 51. Eſai. Hoc eſt, quod Dominus loquitur in Euangelio: Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Et Dauid in pſalmo canit: A principio tu Domine terram fundaſti, & opera manuũ tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt tu autem permanes, et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut pallium inuolues eos, et mutabiſtur. Exquo oſtenditur perditionem cælorum non interitum ſonare, ſed mutationem in melius. Quidam perire, & veteraſcere pro abolitione, & morte accipiunt iuxta illud, quod in catholica epiſtola leginnt: Cæli, qui nunc ſunt, & terra eodem verbo reſeruata ſunt igni. Et iterum: elementa ardentia ſoluentur. Quæ quidem & Philoſophorum mundi opinio eſt, omnia, quæ cernimus, igni peritura. Vnde & Apoſtolus, Pertranſit, ait, figura huius mundi. Tale quid et Ioannes Apoſtolus ſcribit: Mundus pertranſit, et deſiderium eius. Et in Hebraico dicitur: Cæli ſicut fumus liqueſcent: ſiue iuxta Aquilam, et Symmachum: Comminuentur in nihilum, et in ſalis modum conterentur, et euaneſcent: quorũ prior dixit, μειωθήσεται; alter ἁλισθήσονται, quod à comminutione, et deliquio ſalis ἐπὶ μολογίαν trahere manifeſtum eſt. Pro quo miror, quid dicere voluerint Septuaginta: ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, id eſt, Cælum ſicut fumus firmatum eſt? Si enim firmitas pro robore accipitur, quomodò fumo, quod firmum eſt, comparatur? Niſi forſitam poſſumus hoc dicere, quòd omnis cælorum firmitas, & robur, & fortitudo vento inaniſſimo, & fumo, qui in auras ſoluitur, coæquetur iuxta Eccleſiaſtẽ: Vanitas vanitatũ, et õnia vanitas. Illudq; dicẽdũ: quòd ſi cælũ, et terra peribũt, atq; veteraſcẽt, qua cõſequẽtia habitatores eius ſicut iſta moriãtur, atque diſpereãt, cũ animas eſſe perpetuas, et reſurrecturа corpora nouerimus? Ex quo perſpicuũ eſt cælũ, et terrã nõ perire et in nihilum redigi, ſed in melius commutari. Et in cap. 61. eiuſdem Eſai. Porrò, inquit, qui nouitatẽ commutationem in melius, et non elementorum arbitrantur interitum, illo vtuntur exemplo: A principio tu Domine terram fundaſti, et opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes: et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, et quaſi amictum inuolues eos, et mutabuntur. In quo perſpicuè demonſtratur perditionem, et interitum non abolitionem in nihilum, ſed commutationem ſonare in melius. Neque enim illud, quod in alio loco ſcriptum eſt: Luna fulgebit vt ſol, et ſol ſeptulum lumen accipiet: interitũ ſignificat priſtinorum, ſed commutationem in melius. Quod vt poſſit intelligi, noſtræ conditionis ponamus exempla. Infans enim cum in puerum creuerit, et puer in iuuenem, et iuuenis in virum, et vir in ſenem, nequaquam per ſingulas ætates perit: idem enim eſt, qui priùs fuit, ſed paulatim immutatur, et ætati priſtinæ periiſſe dicitur, quod intelligens et Paulus Apoſtolus loquebatur: Præterit enim figura huius mundi. Conſideremus, quid dixerit: Figura præterit, non ſubſtantia. Hoc idem ſignificat et Petrus: Nouos cælos, et nouam terram videbimus. Non dixit alios cælos, et aliam terram videbimus, ſed veteres, et antiquos in melius commutatos. Hactenus Hieronymus.

Eſai. 30. 26.

Exemplũ immutationis ex homine.

D. Gregor.

Accinit D. Gregorius lib. 17. Moralium, cap. 5. Cælum, inquit, et terra per eam, quam nunc habent, imaginem tranſeunt: ſed tamen per eſſentiam ſine fine ſubſiſtunt. Hinc namque per Paulum dicitur: Præterit enim figura huius mundi. Hinc per ſemetipſam veritas dicit: Cælum, et terra tranſibunt. Hinc ad Ioannem Angelica voce perhibetur: Erit cælum nouum, & terra noua. Quæ quidem non alia condenda ſunt, ſed hæc ipſa renouantur. Cælum igitur, & terra tranſit, & erit: quia & ab ea, quam nunc habet, ſpecie per ignem tergitur, & tamen in ſua ſemper natura ſeruatur. Hęc ille. Denique ne multus ſim, hæc eſt communis Patrum doctrina, communis etiam Interpretum in loca Scripturæ ſacræ citata expoſitio, communis Theologorum ſententia: vt pluſquam improbabilis ea opinio cenſenda ſit, quę affirmauerit cœleſtia corpora in die iudicii quoad ſubſtantiam eſſe immutanda corruptis iis formis ſubſtantialibus, quibus modò conſtant, & aliis in eorum materiam iniectis, quippe cum communi doctrinæ, expoſitionique ſacrarum Scripturarum à Patribus traditæ, & ab omnibus

Philoſophorũ opinio.

Aquila.

Symmach.

Septuag.

Eccleſ. 1. 1.

Oppoſita ſententia pluſquã improbabilis.

interpretibus, Theologisque receptæ aduersetur. Pergamus nunc reliquam partem contextus explanare.

5

Sanctorum gloria sub specie pulcherrimæ ciuitatis describitur.

Et Ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendentem de cælo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Aggreditur Ioannes dicere de gloria sanctorum post extremum iudicium futura: quam sub specie pulcherrimæ ciuitatis cõspexit, quæ Beatorum omnium in cœlo domicilium, felicitatẽque significat. E cœlo dicitur ea ciuitas descendere, quoniã electorum prædestinatio, virtus, atque merita cœlestia sunt, atque è cœlo ortũ habent. Illud, *à Deo*, non cum, *paratam*, sed cum, *descendentem*, nectendum est, vt patet ex Græco contextu, qui ita habet: *καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν εἶδον, καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, hoc est ad verbum: *Et ciuitatem sanctam Hierusalem nouam vidi descendentem à Deo è cælo.* Hierusalem appellat, tum quia in illa terrena fuit expressa, tum ob etymon nominis, quod visio pacis interpretatur. Nouam verò dixit vel eiusdem illius comparatione, vel etiam cõparatione militantis Ecclesiæ, quæ etiã Hierusalem nominatur: quoniam cum ex militãte triumphans euaserit, alium nobiliorem statum, splendoremq; accipiet, vt meritò noua quædam ciuitas appellari possit. Eadem electorum multitudo sponsa dicitur parata viro suo, vt explicetur pulchritudo meritorum, virtutumq; omnium splendor, qui in electis reperitur, quibus tanquam pretiosissimis, pulcherrimisq; ornamentis instructi tanquam sponsa à Deo viro suo in cœlestem illum gloriæ thalamum introducendi erunt.

Cur Hierusalẽ dicta.

Cur noua.

Meritorum in Sanctis splendor.

6

Sequitur. *Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.* Fit allusio ad tabernaculum Mosaicum, in quo erat arca fœderis cũ Cherubim aureis, in quorum alis expansis tanquam in sella, ac throno Deus considere credebatur iuxta illud Psal. 98. *Qui sedet super Cherubim.* Quare, vt significetur Deum peculiari ratione in suis electis post extremum iudicium confessurum, appellatur cælestis illa ciuitas tabernaculũ, in quo Deus cum hominibus habitabit. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus*, hoc est, peculiari quadam ratione Deus à Beatis coletur, & obseruabitur, ipseq; etiam peculiaribus eos prærogatiuis, & ornamentis decorabit. Puto etiam tabernaculi nomine alludi ad militantem Ecclesiam, quæ nunc in tabernaculis militaribus in campo agit, vt sit sensus: Ne graue, & molestum sit electis modò in castris, & tabernaculis morari, bellare cum hostibus, ad quotidiana certamina prouocari: quoniam tandẽ hæc tabernacula militaria in glorioſũ quoddam, magnificum, ac cæleſte tabernaculum commutabuntur, in quo summa cũ pace, ac securitate depositis armis triũphabunt. Quam tandem allusionem intelligendam arbitramur omnibus ijs in locis, in quibus cęlestis illa ciuitas tabernaculo similis dicitur, veluti Psalm. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Et Psalm. 41. *Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.*

Ad tabernaculum Moysis alludit Ioan.

Psal. 98. 1.

Cur tabernaculum Dei cũ hominibus appellet cælum.

Alludit ad militantem Ecclesiam tabernaculi nomine

Idem fit in aliis Scripturę locis.

Psal. 14. 5.

Psal. 41. 5.

7

Quoniam verò dictum fuerat electos futuros peculiari ratione Dei populum, Deumq; etiam peculiari quadã ratione eorum Deum, id magis explicatur, cum subiungitur: *Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorũ: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierũt*, hoc est, omnia ista iam transierunt, nec in illa felici, beataq; ciuitate locum habent. Id quod magis exponitur, cum subditur: *Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Scribe, quia hæc verba fidelißima sunt, & vera.* Ad animãdos fideles firmitas tam magnificæ promissionis adhibetur. *Et dixit mihi: Factum est.* Referendum est ad illud tempus, quo præcedentia acciderint: tũc enim mundi huius vicissitudinibus, & varietatibus finis omnino erit impositus. Id enim hoc loco significatur, cum dicitur: *Factũ est.* Quam eandem loquendi formulam habes cap. 16. cum septimus Angelus effudit phialam suam in aerem, & exiit vox magna de templo à throno dicens, *Factum est.* Verùm quanquam, quæ modò in mundo geruntur, finem acci-

Finis laborũ.

Itus varietatum mundi.

Apoc. 16. 17.

pere debeant, ego nihilominus permanebo, qui initium, & finis sum vniuersorum. *Ego*, inquit, *sũ Alpha, & Omega, initiũ, & finis.* De quorum verborum germano sensu diximus fusè cap. 1. Nec tantùm ipse permanebo in me ipso felix semper, ac beatus, sed felicitatem etiam, & beatitudinem cum electis meis communicabo. *Ego*, inquit, *sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis.* His verbis sempiterna felicitas comprehenditur. Fons iste vitæ non alius est, quàm Christus, vt inquit Arethas. Iusti sitientes appellantur, quòd nihil aliud, quàm Deum ipsum summo animi affectu desiderent, quem ideirco sitire dicuntur: dicit enim sitis desiderij vehementiam iuxta illud Psalm. 41. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.* Porrò gratis dicitur fons vitæ electis dari, tũ quia, vt ait Arethas ex Paulo ad Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis*: videlicet si secundũ se spectẽtur, vt exponit D. Th. tũ etiam, quia licet iusti de condigno gloriã promereantur, cũ tamen gratia ipsa prima, in qua tota ratio meriti nititur, gratis conferatur, iure optimo gloria quoq; ipsa gratia appellatur, vt eleganter docet D. August. epist. 105. quæ est ad sixtum Presbyterum, & nos fusè disputauimus cap. 3. huius operis, ad illa verba. *Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum, & probatũ.*

Et quoniam ad gloriam consequendã non sufficit fides, sed opera etiam requiruntur, subiungitur: *Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & venefics, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda.* Timidos dicit impios allusione facta ad electos, quos bellatores proposuerat illis verbis: *Qui vicerit, possidebit hæc.* Quasi dicat: Generosos, ac strenuos hęc decet felicitas, qui videlicet audeant in confertissimos hostium globos sese inferre, nec vllam hostilem incursionem reformidẽt: timidi enim, cuiusmodi sũt omnes impii, qui vim sibi inferre timẽt, nuntiumque deliciis, & carnis illecebris remittere verentur, & Satanæ impetus perhorrescunt, ab hac illustri gloriæ corona repelluntur. Incredulos vocat eos, qui vel non credunt, vel ita sese gerunt, ac si non crederẽt Diuinum sibi auxiliũ in tentationibus, & persecutionibus affuturum; sed statim animo concidunt, quasi vereantur, ne à Deo destituti ab spiritualibus hostibus opprimantur. Execrati, seu vt habetur Græcè, ἐβδελυγμένοι dicuntur, qui execranda scelera, & Christiano homine indigna suscipiunt. Mendaces autem non eos accipias, qui tantũ leuiter, sed qui in graue damnum aliorum mentiuntur: vel certè, vt exponit Beda, accipiendum est mendacium, quo in religionem peccatur, quod mendacii genus sub Antichristi persecutione communissimum erit. *Ostendit*, inquit Beda, *multa esse genera mendacii, sed periculosissimum, & maximè detestandum est, quo in religionẽ peccatur, de quo supra, Dicunt, inquit, se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: sunt enim Synagoga Satanæ.*

Christus fons, iusti sitientes. Arethas.

Psal. 41. 2.

Fons vitæ gratis datur, quomodo. Rom. 8. 18.

D. Thom.

D. August.

Apoc. 3. 18.

8

Impii dicuntur timidi, electi bellatores.

Increduli qui nam.

Execrati.

Mendaces.

Beda.

Apoc. 2. 9.

Visio de cœlesti ciuitate Hierusalem proponitur, & explicatur.

SECTIO II.

1

AGGREDitur deinceps Ioannes cælestem illam Hierusalem, felicissimũ Beatorum domicilium magnificentissimis, & elegantissimis verbis describere: in cuius descriptione illud supponendum, non esse hoc loco sermonem de Ecclesia militante, vt Beda, Primas. & alii existimarunt, sed de triumphante. Quomodo enim Ecclesiæ militanti conueniat illud: *Non intrabit in ea aliquod coinquinatum?* Et illud: *Templum non vidi in ea.* Colligemus verò ex omnibus Interpretibus vnam expositionem, quæ germanior, & textui magis consentanea videbitur. Primùm igitur docet Ioannes venisse vnũ de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, dixis-

De Ecclesia triumphante sermo est.

Beda. Primas.

seq;

seq; sibi: *Veni, & ostendam tibi Sponsam vxorem Agni*: itaq; sublatum fuisse in spiritu in montem magnum, & altum, & ostensam sibi fuisse ciuitatem sanctam Hierusalem, descendentem de cælo à Deo, habentē claritatē Dei, & lumē eius simile lapidi pretioso tāquam lapidi iaspidis, sicut crystallum. In monte magno, & alto ciuitas cœlestis ostenditur, vt gloriæ magnitudo & sublimitas declaretur. Lumen, seu vt Græcè est, ὁ φωσὴρ, id est, *Luminare* huius ciuitatis simile est lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum: siue vt habetur Græcè, ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, id est, *Quasi lapidi iaspidi crystallizanti*, hoc est, qui crystallus esse videbatur. Luminare hoc Deum, vel Christum significat, quemadmodùm & inferius dicitur: *Ciuitas non eget sole, neque luna: nam claritas Dei illuminat eā, & lucerna eius est Agnus*. Dicitur similis lapidi, qui viridis est: (est enim iaspis hoc loco lapis pretiosus) quoniam dum electos suos illustrat, æternæ viriditatis pabulo recreat. Imo non inconcinnè pleriq; per hunc lapidem iaspidem visionē ipsam beatificam accipiunt, in qua tanquam in viridi lapide omnis nostra spes sita est, quæ dicitur similis crystallo propter claritatem, & transparentiam, qua omnia, quæ sunt in Deo, formaliter lucent Beatis, & multa ex ijs, quæ in eo eminenter continentur.

Ciuitatis cœlestis sublimitas.

Luminare eius Dei, vel Christus.

Cur iaspidi simile.

Visio beatifica iaspis.

2

Secundò. *Habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim: & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel*. Murus iste Christus est, qui non solùm Ecclesiæ militantis, sed & triumphantis murus appellatur: quia ipse est, qui & Ecclesiā in terris protegit, & in cælis summa securitate in omnem æternitatem circundat iuxta illud Esai. 26. *Saluator ponetur in eis murus, & antemurale*. Et Zach. 2. *Ego ero illi murus in circuitu*. Habet *portas duodecim*, hoc est (vt interpretatur D. Ambrosius, Tyconius, Haymo, Arethas, & reliqui ferè interpretes) duodecim Apostolos, per quorum prædicationem, & scripta aditus patefactus est in cœlum. Et super portas duodecim Angelos, qui Apostolis in prædicando Euangelio assistebāt, & Diuinæ prouidentiæ in fidei propagatione sunt administri. Igitur, vt ait Arethas, duodecim Angeli in duodecim portis constituuntur, quoniam per Apostolos cooperatione Angelorum aditus nobis in cælum præparatur. *Si enim*, inquit, *cuique fidelium designatus est Angelus, multò magis fundamentis Ecclesiæ, & Euangelici verbi seminatoribus consentaneum est Angelos ad Euangelicam prædicationem esse adiutores*. Nomina etiam duodecim tribuum in portis inscripta indicant non solùm ex Gētibus, sed etiam ex filijs Israel ciuitatem illā constare. Et quoniam qui ciuitatem hāc inhabitant, ex omnibus mundi partibus collecti sunt, ideirco additur: *Ab Oriente portæ tres: & ab Aquilone portæ tres: & ab Austro portæ tres: & ab Occasu portæ tres*. Tres autem sunt in vno quoque latere propter mysterium Trinitatis, quòd electi in terris quidem fide confitentur, in cælo autem facie ad faciem intuentur. Porrò aduerte in numero duodenario portarum, Angelorum, & tribuum vniuersitatem significari: non solùm enim Apostoli, sed omnes concionatores Euangelici portæ sunt huius ciuitatis. Et in duodecim tribubus filiorum Israel omnes omnino electi accipiendi sunt, qui filij Israel non carne, sed spiritu appellātur.

Angeli adiutores Apostolorum in prædicatione Euangelii. Arethas.

Cur inscripta portis nomina duodecim tribuum.

Cur ad singula mundi latera portæ ternæ

Tertiò. Murus ciuitatis habebat *fundamenta duodecim*, hoc est, duodecim lapides fundamentales pretiosissimos, super quos ædificium ciuitatis extructū erat: & in ipsis duodecim nomina Apostolorum Agni. Itaq;, vt exponūt Tycon. Beda, & Arethas, ijdem Apostoli & portæ huius ciuitatis, & lapides fundamentales dicuntur: quoniam & per ipsos reliqui in cælestem Hierusalem ingrediuntur, & super ipsos fundata est Ecclesia iuxta illud ad Ephes. 2. *Ergo iam nō estis hospites, et aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*.

3

Apostoli & portæ, & lapides fundamentales vrbis.

Tycon. Beda. Arethas.

Ephes. 2. 19.

Quartò. *Qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum*. Græcè est, *Calamum aureum*. Mensuram accipio hoc loco meritā, siue gratiam, charitatemue, iuxta quam metitur Deus gloriam omnium Beatorum: in auro charitatis præ-

4

Mésura aurea merita sanctorum.

Duodecim portæ fūt duodecim Apostoli. Ambros. Tycon. Haymo. Arethas.

Murus ciuitatis Christus.

Esai. 26. 1. Zach. 2. 5.

Calamus quæ mensura.

Ezech. 40. 1. 5

stantia exprimitur. Porrò hęc mensura, vt ait Arethas, erat Geometrica. Est autem calamus mensura sex cubitorũ, & palmi, vt patet ex Ezech. 40. cui similis visio apparuit. *Facta est*, inquit, *super me manus Domini, et adduxit me in terram Israel, et dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum.* Et paulò post. *Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo.*

5

Ciuitatis stabilitas.

Quintò. *Ciuitas in quadro posita est: et longitudo eius tanta est, quanta et latitudo. Et mensus est ciuitatem de arundine per stadia duodecim millia: et longitudo, et altitudo, et latitudo eius æqualia sunt.* In eo, quòd ciuitas in quadro sita esse describitur, eius stabilitas, & immobilitas explicatur. Quod verò tanta est latitudo, quanta longitudo, & altitudo, illud significat omnia in beatitudine esse sempiterna. Itaque putamus longitudinem esse ipsam æternitatem: sic enim in sacris literis appellatur, veluti Psalmo 92. *Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.* Huic igitur æqualis est altitudo, hoc est, visio beatifica, qua quodammodò profunditas, & altitudo Diuinæ essentiæ penetratur: æqualis etiã latitudo, id est, fruitio, quæ cum summa delectatione cõiuncta est, per quã capacitas animæ propter magnitudinem gaudij quodammodo dilatatur. Æqualis igitur est longitudini latitudo, & altitudo, quia omnia hæc longitudinem æternitatis adæquabunt. Quod additur de stadijs duodecim millibus per totum ambitum, & circuitum ciuitatis, ita vt singula latera tria millia stadiorum complecterẽtur, ad significandã æqualitatẽ omnium laterum pertinet: quanquam & eadem tria millia stadiorũ per singula latera ad mysterium Trinitatis adũbrãdũ pertinẽt, quod necesse habẽt credere quicũq; in illã ciuitatẽ ingredi cupiũt. Faciũt autẽ octo stadia vnum milliare, atq; adeo ãbit⁹ ciuitatis cõtinet mille quingẽta milliaria. Illud etiã rectè aduertit Haymo nomen stadij tacitè indicare cursum, & certamen iustorum, quibus opus est currere, certareq; assiduè, vt in illam ciuitatem admittantur. Vndè est illud Pauli 1. ad Cor. nono. *Nescitis, quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauiũ?* Sequitur: *Et longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.* Rupertus ob imperitiam linguæ Græcæ putauit hoc ad murum ipsum esse referendum: tum verò mirum in modum se torquet, quomodò in murum id possit conuenire. Igitur non ad murum, sed ad ciuitatem ipsam pertinet, cum Græcè habetur ἀυτῆς, repeturq; hoc loco omniũ eius laterum æqualitas.

Rupert.

Sextò. *Mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mẽsura hominis, quæ est Angeli.* Intellige dimensum fuisse murum quoad altitudinem: significaturq; in muro ambiente ciuitatem protectio Diuina, quę gloriam Beatorum in omnẽ æternitatem tuebitur. Et quoniam ea protectio firmissima est, ideirco tanta est muri altitudo. Ipse etiam numerus, vt ait Arethas, perfectionem includit: etenim cẽtum quadraginta quatuor ex duodecim in se ductis cõficiũtur. Quod subiungitur: *Mensura hominis, quæ est Angeli:* Haymo ita existimat accipiendum, significari nimirum eum Angelum, qui Ioanni cum mensura apparuit, habuisse speciem hominis. Itaq; licet homo videretur, Angelum fuisse. Duæ sunt communiores expositiones. Vna est, significari eadem mensura metiendam esse tã Angeli, quàm hominis beatitudinem, hoc est, tam Angelo, quàm homini iuxta magnitudinem gratiæ, & charitatis gloriam conferri. Altera, homines ad mensuram gloriæ Angelorum peruenire: siquidem succedũt in locum eorum, qui ceciderunt. Haymo illam quoque affert, tot homines gloriam cõsecuturos, quot Angeli corruerunt, atque adeo eãdem esse Angeli, & hominis quoad numerum mensuram. Septimò. Ipsa ciuitas dicitur *Aurum mundum, simile vitro mũdo.* Per aurum, inquit Haymo, claritas, per vitrum puritas exprimitur: ideoq; per vitrum declaratur puritas cordis omnium Beatorum, quę inuicem in cælesti ciuitate omnibus manifestabitur. Quicquid enim cogitatũ fuerit ab vno, vt plurimũ videbitur ab altero, vt innicẽ sibi sint Beati quasi quædam specula vitrea lucidissima. Possumus etiam per aurum charitatem, qua omnes Beati fulgebunt,

6

Murus protectio Diuina firmissima.

Arethas.

Haymo. Hominis, & Angeli mẽsura eãdẽ esse quid

Per aurum, & vitrum quid. Haymo.

Beati inuicem specula lucidissima.

Ciuitas æquilatera est, cur,

Haymo. Per certamẽ, & cursum ad illã venitur.

1. Co. 9. 24.

per

per vitrum puritatem accipere: nihil enim immūdū,& coinquinatū in eam ciuitatem ingreditur, vt postea docet Ioānes. Quanquam & in auro illius ciuitatis & pulchritudo, & nobilitas, splendorq; intelligitur.

Ciuitatis cœlestis duodecim fundamenta explicantur.

SECTIO III.

1

COMMEMORAT Ioānes duodecim fundamēta,id est, duodecim lapides fundamētales muri ciuitatis cælestis,docetq; esse duodecim lapides pretiosissimos, qui duodecim Apostolos significant, vt in superioribus diximus. Arethas,And. Cæsar. & Abbas Ioach. singulos lapides singulis Apostolis tribuunt. Sed cū Arethas, & Andreas secundum lapidem ad Paulū Apostolum referant: accommodatior videtur Ioachimi expositio,qui primū lapidem iaspidem tribuit Petro,sapphirum Andreæ,calcedonium Iacobo maiori fratris Ioannis Euangelistæ, smaragdum nostro Ioanni,sardonychem Philippo, sardium Bartholomæo, chrysolitum Matthæo,beryllum Thomę, topazium Iacobo minori fratri Domini, chrysoprasum Iudæ fratri prædicti Iacobi,hyacinthū Simoni,amethystū Mathiæ. Iuxta quam expositionem ea,quæ de singulorū lapidum natura dicemus, optimè quadrāt in eū Apostolū, de quo sermo habendus erit. Verùm cū Apostoli non eodē semper ordine in Euangelio numerentur Matt. 10. Mar. 13. Luc. 6. nō est, cur in accommodandis singulis lapidibus singulis Apostolis iuxta ordinem ab Euangelistis seruatum laboremus, vt videlicet primum lapidem primo Apostolo, secundum secundo, & sic de cæteris, respondere existimemus, quemadmodum hoc loco facit quidam ex Recētioribus: cū illud sit multò certius quenlibet lapidem cuilibet Apostolo conuenire, vt ex sequentibus planum fiet. Nā vt singuli lapides singulis Apostolis ordine suo tribuerentur, vel seruandus esset ordo vocationis Apostolorum, vel temporis, quo ad prędicādū missi sunt: tunc enim fundamenta Ecclesiæ esse cœperunt, vel denique meritorum. At vocationis ordo non potest certò ex Euangelio in omnibus Apostolis demonstrari: ordo prædicandi etiam non habetur, cum simul omnes à Christo ad prædicādum missi fuerint: multò etiam difficilius est ordinem meritorum intelligere, cum is soli Deo sit exploratus. Quare illud præstandum superest, vt singulos lapides in quemlibet Apostolum conuenire ostendamus.

Fundamentum primum iaspis. Iaspidis multa genera cōmemorantur: alius enim colore viridis est, & tinctura floracea sublucens: alius smaragdi habet similitudinem,sed crassiore specie, quo omnia phantasmata fugari æstimant. Est & niuis colore mista quasi spuma marinorum fluctuū obradians. In iaspide omnes interpretes Petrum accipiūt propter stabilem in fide,& eius confessione constantiam post Spiritus sancti aduentum. Sed potest quilibet Apostolus designari propter firmitatem fidei, qua omnia terrorum phantasmata fugabāt,& propter spei,ac fiduciæ in Deo viriditatē. Quæ deinceps de lapidibus pretiosis dicemus,ea ex Plinio,D. Isidoro lib. 16. Etym. Beda in Collectaneis, & aliis scriptoribus decerpsimus. *Secundum fundamentum Sapphirus.* Hic medicam putatur habere virtutem, inutilis sculpturæ,interuenientibus crystallinis centris viret, & subinde translucet aureis quibusdam punctulis collucens. Quilibet Apostolus medicam virtutē habuit curandi & corporis,& animi ægritudines: non sinebat se sculpi humanis honoribus,minisuè, aut promissionibus,quominus inuictā in fide,& amore Christi constantiam retineret: virebat centris crystallinis,hoc est, purissimis moribus: & translucebat, quoniam lucem veritatis à Christo emissam in alios trāsmittebat. Quod ad literam significauit Paulus 2. ad Corint. 3. cum ait:

2 Fundamentū primū iaspis.

Secundum fū. damētum sapphirus.

Andr. Cæsar. Arethas. Ioachim.

Singulis Apostolis singuli lapides fundamentales accommodantur.

Qui tenendus sit ordo in hac accommodatione.

2. Cor. 3. 18. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu.* Quo loco illud, *speculantes*, non ab speculo, sed ab speculo deducitur: est enim græcè κατοπτριζόμενοι. Et est sensus Apostolos imaginem vultus Christi, nō velatam, vt Hebræi faciem Moysis velamine occultaram, sed reuelatam quasi quædam specula lucidissima suscepisse, eādemq; in alios per mysteriorum fidei prædicationem transmisisse: sicut speculum solet imaginem rei obiectæ recipere, & reddere. Hoc fundamentum sapphirinum secundùm Ioachimum est Andreas. Sicut enim sapphirus similis est sereno cœlo, & radijs solis percussus ardentem emittit fulgorē: ita Andreas amore cœlestis patriæ nuntium seculo remisit, secutus Ioannem Baptistam, & paulò post manēs cū Chro duobus diebus, eiusq; qui verus est sol, radijs percussus in Christi amorem mirabiliter exarsit.

3 Tertium fundamentum calcedonius. *Tertium fundamentum calcedonius.* Hic lapis quasi ignis splendet, similis pallenti lucernæ, eique sub dio, siue aperto cœlo color accidit, non autem sub tecto. Si vel radiis solis, vel digitorum attactu incandescat, paleas ad se attrahit. Quilibet Apostolus lucerna erat ardēs in mūdo, neq; calcedonii colorem referebat sub tecto, hoc est, inter priuatos parietes otiosam vitam agens, sed sub dio inter ipsas nimirum persecutiones, & in medio foro fidem prædicans: vbi verò radiis solis, i. Christi spiēdoribus fulgebat, vel Tyrannorum manibus premebatur, tūc verò multò magis ad se omnes attrahebat. Hoc fundamērū Ioachimo est Iacobus maior. Nam lapis, inquit, iste similis est pallenti lucernæ, fulgetque magis sub dio, quàm sub tecto: vnde significat ardorem humilem charitatis, qui aliquādo quidem intus manet occultus, sed tādem per opera producitur in lucē. Possumus autem hanc virtutem ascribere Iacobo fratri Ioannis, qui vt ostenderet, quanta charitas in suo pectore lateret, primus inter omnes Apostolos sustinuit passionem. *Quartum smaragdus.* Est viridātium gemmarū præstantissima: res, quibus admouetur, suo ipsius colore imbuit aeremque circunfusum viridem reddit. Quisque Apostolorū viriditate virtutū floruit, & eā reliquis imperriebatur, spēque beatitudinis ingenerabat iis, qui ipsi⁹ cōsuetudine vtebātur. Hoc enī est viriditatē, quæ spei symbolū est, circūfusis reb⁹ cōmunicare. Ioachimus fūdamētū hoc vult esse nostrū Ioannē. Quoniā, inquit, smaragdus colorē refert purissimi olei, atque adeo significat perfectā fidē, quæ per charitatē operatur, quæ virtus maximè in Ioannne resplenduit, qui fuit spirituali charitatis oleoreplet⁹: vnde & in olei doliū dicitur missus, vt quasi quidā smaragd⁹ oleo proficere videretur.

Ioachim. Ioachim.

4 Quintum sardonyx. *Quintum sardonyx.* Gemma est instar vnguis humani, aut certè colorē vnguis humani, cū carni hæret, referēs, vnde & nomē sumpsit: ὄνυξ enim græcè vnguē significat. Et quoniā sardij, & onychis naturā participat, ex sardio scilicet ruborē, ex onyche cādorē trahēs, inde est, quòd cōpositō ex vtraque gemma nomine sardonyx appellatur. Pretiosiores sunt, qui tribus coloribus variātur, primo nigro, medio candido, superno rubro. Omnes enim Apostoli nigrū colorē propter labores, candidū propter puritatē, rubrum propter martyriū habuerūt. Ob eam colorū varietatē existimat Ioachim⁹ in sardonyche Philippū fuisse adumbratū.

Sextū sardius. *Sextum sardius.* Translucet: sic Apostoli exēplo. Coloris est sanguinei: atq; adeo martyriū designat Apostolorū. Feris terrorem incutit: sic Apostoli Dæmonibus erant formidabiles. Bartholomæū ex Ioachimi sentētia designat. *Septimū Chrysolithus.* Auri speciē prę fert, ardētes scintillas diffundit, nocturnos pellit timores. Habet simul cū auri colore quandā marini coloris similitudinē, quā ob causā dicitur Hebraicè Tharsis, quod nomē mare significat, quēadmodū docet D. Hier. in Cōment. super Dan. super illa verba cap. 10. *Et corpus eius quasi chrysolithus*: & super illud Esai. 2. *Super ōnes naues Tharsis.* Meritò chrysolithus quilibet Apostolus appellatur, quoniā auro charitatis rutilat, ardentes Diuini amoris scintillas ex se in omnes immittit, Dęmonumque timores fugat. Matthæo Ioachimus tribuit.

Septimū chrysolithus. D. Hieron. Dan. 10. 6. Esai. 2. 16.

Octauum beryllus. *Octauum beryllus.* Quasi aquam consideres

Quantum smaragdus,

solis fulgore percussam, rubicundum, ac decorum colorem reddit: sed non fulget nisi in sexangulam formam poliendo figuretur. Repercusione enim angulorũ splendor acuitur, tenentisque manum adurere dicitur. Tradunt Beryllo duos inesse colores, vnum viridem, pallentem alterum. Quilibet Apostolorũ propter mentis puritatem quasi aqua clarissima cœlestis gratiæ radiũ suscipit, pulcherri musq; efficitur. Repercusione angulorũ magis splẽdescit: quia quò magis Apostoli laboribus premebantur, quasi fractis in lapide angulis, repercussoque lumine magis radiabant. In sexangulam formã figurabãtur: quia in hoc mundo, qui sex diebus à Deo fuit perfectus, Tyrannis persequentibus, & quasi eos figurãtibus pulcherrimi, fulgẽtissimique euadebãt. Tenentium manus adurebant: quia eos, cum quibus cõuersabantur, Diuini amoris facibus inflammabant. Præferebant colorem duplicem: quia dum cœlestia contemplabantur, virides efficiebãtur expectatione prçmii. Cum verò ad proximos sese per actionem conuertebant, ipso labore, operumque assidua exercitatione pallorem quodammodò accipiebant. Iuxta Ioachimum Thomam adumbrat. Cui adde & illud nasci Beryllum in India, vt ait D. Isidor. Ita enim Thomas Euangeliũ in India prædicauit, ibique corpus eius visitur. *Nonum topazius.* Quantò inuentu rarior, tãtò pretiosior: quoniam perfectio Apostolica rarissima fuit, atque adeo pretiosissima. Duos refert colores, vnum auri purissimi, alterũ ætherea claritate relucentem, hoc est, aurum charitatis in proximos, & ardentem in Deum amorem. Flammescit impensius, quoties solis radiis verberatur: quoniã Apostoli, cũ Christi gratia tãquã radio micabant, tũc magis ad proximorũ salutẽ incendebãtur. Topaziũ cũ prolis, obscuras: quoniã Apostolos, cũ laudibus nostris polimus, potius obscuramus, quã illustramus ob excellentẽ eorũ, nostraq; omni comendatione maiorẽ magnitudinem. Iacobum fratrẽ Domini ex Ioachimi interpretatione exprimit.

D. Isidor.

Nonum topazius.

Decimum chrysopr asus, siue *chrysoprasius*. Viridis est gẽma, colore porri succũ referens, in aurum declinans aureis interuenientibus guttis. Viriditas, hoc est, spes Apostolorũ ad maiorẽ charitatem eorũ animos incitabat. Aureæ guttæ aureas charitatis actiones significant, quibus Apostoli spei suç viriditatẽ variabãt. Vult Ioachimus hãc gemmã Iudã fratrẽ Iacobi minoris adũbrare. *Vndecimũ hyacinthus.* Violaceo colore hyacinthũ florẽ repræsentat: cœlestẽ colorẽ refert, vt sapphirus: mutat cũ facie cœli colorẽ, sereno enim, & illustri perspicuꝰ est, turbido, & obducto nubibus obscurꝰ. Cœlestẽ planè colorẽ referũt Apostoli cœlestibꝰ moribus. Mutabãt cũ facie cœli colorẽ: quia ad imperiũ Dei optimi, & maximi sese in omnibus accõmodabãt. Prçterea sereno Ecclesiç cœlo charitatẽ in alios exercebant: nubilo autẽ, & persecutionibus turbato constantiã, & fortitudinẽ præferebant. Simonẽ secundũ Ioachimũ notat. *Duodecimũ amethystus.* Violacei coloris est, fulgentius emicans hyacintho, sculptura facilis. Inter purpureas gemmas principatum amethystus Indicus tenet: purpureus est permisto violaceo colore, & quasi rosæ nitor, leniterque flãmulas fundens. Tradũt illũ triformi colore radiare, roseo, violaceo, & purpureo. Sane sculptura faciles erant Apostoli: quia in laboribus patiẽtes, gẽmæ purpureæ propter martyriũ, rosæ habentes nitorẽ propter gratiã, quã sibi apud oẽs cõciliabãt. Est enĩ rosa gratiç symbolũ. Deniq; suauissimas amoris flãmulas ex se late fũdebãt. Marthiã Ioachimo significat.

Decimũ chrysoprasus.

Vndecimum hyacinthus.

Duodecimum amethystus.

De portis, plateis, templo, sole, & commercio cœlestis ciuitatis.

SECTIO IIII.

EXPLICATIS cœlestis illius ciuitatis fundamentis persequitur reliqua Ioannes. Primũ igitur docet duodecim portas duodecim margaritas esse per sĩgulas: quod duobꝰ modis potest intelligi. Vno, vt sit sẽsus singulas portas esse ex singulis margaritis, quod illis verbis disertè dĩ: *Et singulæ portæ erant ex singulis margaritis.* Alterò,

1

Locꝰ difficilis.

5

vt in singulis portis essent singulæ margaritę, quod verbis propositis videtur indicari, cum dicitur. *Et duodecim portæ duodecim margaritæ sũt per singulas.* Quam ob causam Ansbert. vt vtrũq; testimonium cõciliet, docet singulas portas factas fuisse ex singulis margaritis: & præterea vnãquãque portam habere insuper duodecim margaritas sibi quodãmodo affixas, atq; adeo fuisse omnes margaritas portarum centum quadraginta quatuor. Quodsi addantur aliæ duodecim, ex quibus singulæ portę confectæ erant, numerari centum quadraginta sex margaritas: quam sententiam sequitur Ribera. Verum multò probabilius videtur id, quod aiunt Beda, Tycon. Primas. Arethas, & alii, illud dũtaxat significari singulas portas cõfectas fuisse ex singulis margaritis. Quod verò dicitur: *Duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas*: non illud indicare in singulis portis fuisse duodecim margaritas, sed singulas portas fuisse singulas margaritas, quod magis adhuc explicatur, cum subiungitur: *Et singulæ portæ erant ex singulis margaritis*: quæ verba appositа sunt explicationis gratia, nõ ad aliquid diuersum significandum. Porrò aduerte margaritam idem esse, quod vnionem: appellantur autem margaritę vniones, vt auctor est Plin. lib. 9. c. 35. quod nullæ duæ reperiantur in conchis indiscretæ. Quod ad mysterium attinet, cũ supra dixerimus duodecim portas duodecim Apostolos significare, sanè cũ singulę portę dicũtur esse ex singulis margaritis, indicatur pretiosissimã, & prestantissimam esse Apostolorum doctrinam: esseque præterea instar vnionis propter summam consensionem, quæ inter omnes cernitur, vt vnus omnium instar obtineat. Et quanquam discreti fuerint locis, nullam tamen habuisse doctrinæ dissensionem. Ad quod mysteriũ explicandũ quatuor illa quadriformia animalia, quæ Ezech. c. 1. apparuerũt, & præter quatuor orbis imperia quatuor etiã Euãgelistas, & in eis Apostolos, vniuersosq; Euãgelii præcones adũbrarũt, eisdẽ õnino facieb⁹ cõstabãt, eadẽq; erãt corporis specie efformata, eodẽq; õnino modo mouebãtur ad sũmã in fide Euãgelii prædicãda cõsensionẽ exprimendã.

Ansbert.

Ribera.

Beda. Tycon. Primas. Arethas. Singulę portę erant ex singulis margaritis.

Secundò sequitur. *Et platea ciuitatis aurũ mundum tanquam vitrum perlucidum.* Non puto plateam hoc loco forum ciuitatis significare, quo omnes conueniunt, vt videntur plerique existimasse: sed *plateam* pro *plateis* dictum esse: ita vt omnes plateę huius ciuitatis dicantur esse aurũ mũdũ: in quo quidẽ latitudo charitatis beatificæ explicatur. Sicut enim in plateas vergũt ostia domorũ ciuitatis, singulaq; ciuium domicilia: ita diuersę mansiones Beatorũ, quibus diuersitas gloriæ exprimitur iuxta illud Christi Ioan. 14. *In domo Patris mei mãsiones multæ sunt*: in plateas charitatis cõcurrunt, quia singuli Beatorum quisque de alterius gloria lætãtur: & quanquam sint gloriæ inæquales; per caritatem tamẽ omnes alter alterius gloriæ participant, quod est charitatis proprium, vnde Paulus 1. ad Cor. 4. *Iam saturati estis, iã diuites facti estis, sine nobis regnatis, & vtinã regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.* Supponit enim Paulus charitatẽ aliena bona sibi propria ducere, & ita iis lętari, acsi ipsa possideret: atq; adeo si illi prędicatores, cũ quibus agit, regnarent, hoc est, bonis omnibus fruerentur, se quoq; cũ illis regnaturũ: quoniã charitas, qua illos adamabat, regnũ ipsorũ propriũ sibi faceret. Quare cum Beati se maximè diligant, quisq; de aliorũ beatitudine, & felicitate lætatur. Hoc est enim, quod hoc loco ait Ioannes, ostia domorũ in eandẽ plateã concurrere: quæ auro mũdo cõparatur propter excellentiã; vitro mundo propter puritatẽ. Et præterea, quia inuicẽ alii aliorũ gloriã intuentur, & cõmunione charitatis mutuò sibi eandẽ felicitatẽ quasi radiũ perlucidissimũ transmittunt. Tertiò. *Templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templũ illius est, & Agnus.* Nimirũ, quia Deus clarè visus nõ eget templi alicuius externi amplitudine, vt maiestatẽ præferat, sed ipse perse satis gloriosũ se Beatis demõstrat. Itaq; ipsemet tẽplũ est sibi, quia & in se ipso videtur, & in se ipso maiestatẽ omnẽ tẽpli cõtinet. Idq; de Agno, hoc est, Christo secundũ Diuinitatem eadem planè ratione, secundũ humanitatẽ verò suo modo intellige. Quartò. *Ciuitas nõ eget sole,*

2

Plateę ciuitatis ex auro mũdo quid.

Ioan. 14. 2. Charitas beatorum.

1. Cor. 4. 8.

Bona aliena ducit propria.

Templum ciuitatis Deus.

Margarita cur sit dicta vnio. Plinius.

Apostoli margaritę propter doctrinæ consensionem.

Ezech. 1.

neque luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminauit eam, (in præterito legēdum est, vt patet ex Græco contextu) *& lucerna eius est Agnus.* **Quod dicitur:** *Claritas Dei illuminauit eam:* **significat Deum ipsum ciuitati illi cœlesti pro sole esse: nisi in claritate Dei lumen gloriæ velis accipere, quo Beatorum intellectus perfusus ad Diuinæ essentiæ conspectum euehitur.** Quod subiungitur: *Et lucerna eius est Agnus:* de Christo, vt homo est, accipiendū est: nam secundùm Diuinitatem sol etiā, & claritas est ciuitatis, sicut & reliquæ personæ Diuinæ. Et hoc loco obiter colligе **excellentem humanitatis Christi splendorem, & præstantiam:** siquidem cum lucerna dicatur comparata fulgentissimo soli Diuinitatis, nihilominus in tanti solis præsentia lucet: quod sanè mirum videri debet. Quis enim lucernā soli appositam vidit vnquam splendescere? Quarè non immeritò Ioannes ad Christi, quatenus homo est, splendorem exaggerandum, cùm præmisisset: *Claritas Dei illuminauit eam,* videlicet sol ipse Diuinitatis, continuò subiunxit: *Et lucerna eius est Agnus:* vt intelligeremus Christū, vt homo est, tanti esse splendoris, & excellentiæ, vt etiam Deo comparatus claritatem, plendoremq; retinere videatur. Atq; hæc est ratio, cur lucernæ hoc loco fiat mentio, non verò quòd in illa ciuitate nox aliqua sit, in qua lucerna adhiberi debeat. Vnde sequitur: *Nox enim nō erit illic.* Quasi dicat Ioannes: Nemo existimet eo, quòd lucernę mentio facta est, aliquam noctem in ea ciuitate esse, cum in ea perpetuò sol fulgeat.

Quintò *Ambulabūt gētes in lumine eius* (i. ciuitatis, nō Agni, vt patet ex Græco cōtextu) *& Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam. Et portæ eius non claudētur per diem: nox enim non erit illic. Et afferent gloriā, & honorem gentium in illam.* Significatur ciuitatis huius frequentissimum emporiū, atque commercium: itaque Reges terrę, totiusq; orbis nationes modò ad Ecclesiam venturas fide Christi, religioneque susceptа, gloriamq; suam, & honorē allaturas: quoniam maiestatem, dignitatēque suam, regnorumq; opes, ac ditionē Christi imperio subijcient: deniq; amore cœlestis Hierusalem omnia pro nihilo ducent, summamq; gloriam, & honorem arbitrabuntur cœlesti illa ciuitate donari, eiusq; ciues appellari. Hoc est enim gloriam, & honorem in illam afferre, videlicet gloriam suam temporalem, **non solùm hic pro Ecclesia militāte per fidem, sed etiam pro triumphāte, id est, pro cœlestis patriæ consecutione commutare.** Possumus etiam sic accipere *Afferent gloriam, & honorem gentium in illam,* hoc est, quicquid glorioſum, & magnum erit in gentibus, Reges videlicet, ac Principes, viri etiam opibus, ingenioq; florētes ad fidem Christi conuersi in illam cœlestem Hierusalem inferentur. **Quod verò dicitur:** *Portæ eius non claudentur per diem:* **securitatem indicat:** cū enim nullus hostis timeatur, nō est, cur portę claudantur. Postremò *Non intrabit in illam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.* Vbi nos habemus, *aliquod coinquinatū,* Græcè est, πᾶν κοινὸν, id est, *omne coinquinans.* Sic enim vertit Erasmus. At Biblia Complutensia, Arethas, & Andr. Cæsar. πᾶν κοινὸν, id est, *Omne commune:* quod idem est, ac si dicas, *omne immundū,* iuxta illud Act. 10. *Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundū.* Mendacium iuxta ea, quę diximus sectione prima, accipiendum est. Sententia illustrior est, quàm vt expositionem desideret: certum enim est in cœlesti illa ciuitate, vbi plateæ sunt aurum mundum, & omnia ex margaritis, lapidibusq; pretiosis constāt, nihil coinquinatum, & immundum locum habere posse. Itaq; nemo pedibus coinquinatis in ciuitate illa admittitur, cum plateæ stratæ sint auro purissimo, in quo pedem nitidissimum, omniq; labe detersum ponere oporteat. Quò videtur respexisse sponsa Cant. 5. cum pedes semel abluros iterum coinquinare formidabat, ne videlicet sibi aditus in cœlestem illam ciuitatem intercluderetur. *Laui,* inquit, *pedes meos: quomodo iterum inquinabo illos?* Deniq; soli illi, inquit Ioannes, qui scripti sunt in libro vitæ Agni, in eam pulcherrimam ciuitatē ingredientur.

Ciuitatē quæ claritas illuminet.

Humanitatis Christi splendor & excellētia.

Securitas illa.

Varia lectio.

Commune, & immundū idē. Act. 10. 14.

In ciuitate nulla nox.

3

Ciuitatem puriſsimam nihil immundum ingredietur.

Ciuitatis enim Regibus, & nationibus commercium.

Cant. 5. 3.

Illustratur illa sententia.

Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam.

SECTIO V.

1 In descriptione huius vrbis duo præclara annotantur.

INTER ea, quæ Ioānes de cœlestis ciuitatis pulchritudine, āplitudine, & splēdore cōmemorat, duo vidētur sanè præclara, & magnifica: vnū est tam illustrē, tam locupletem, tam pulchram, tantisque in in omni genere ornamentis condecoratam ciuitatem nemini intercluſam esse: sed aditum ad eam patere omnibus, qui illius ciues esse expetierint: hanc enim ob causam dicitur habere portas duodecim, tres ab Oriente, tres ab Aquilone, tres ab Austro, totidemque ab Occidente: easque omnes perpetuò apertas, ac patentes: *Et portæ*, inquit, *eius non claudentur per diem*: idem enim est hoc loco, *per diem*, ac perpetuò, cū in illa ciuitate nulla sit nox, sed perpetuus, stabilisq; dies, cum claritas Dei, quæ nullam subit vicissitudinem, eam illuminet, vt superiùs dictum fuerat. Id quod explicauit Ioānes, cum subiunxit: *Nox enim non erit illic*: quasi diceret: Cum audis portas huius ciuitatis non fore claudendas per diem, intellige perpetuò patere, quoniam nox non erit illic, sed constans, ac perpetua dies. Alterum est Reges terræ gloriam suam, & honorem in eam ciuitatem illaturos: *Reges*, inquit, *terræ afferēt gloriam suā, & honorem in illam*. Et iterum: *Afferent gloriam, & honorem gentium in illam*. Quod & ad frequentiam, & ad opulentiam illius ciuitatis commendandam maximè pertinet. Dicamus non nihil de singulis.

2 Cœlum antea clausum sua passione nobis Christus aperuit.

Quod ad primum spectat, aduerte, aditum ad cœlestem illā vrbem per peccatum primi hominis omnibus mortalibus intercluſum fuisse iterū Christi Domini singulari beneficio patefactum. Is enim sua passione, ac morte promeruit, vt homines, qui antea, quantuncūq; probi, iustiq; essent, ab illius ciuitatis ingressu arcebantur, in eam non tantùm ingredi, sed illius ciues fieri, & in ea perpetuū domicilium habere possent: quemadmodùm disertè docet Paulus ad Ephes. 2. *Per ipsum habemus accessum ad Patrem. Ergo iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei*. Et ad Hebr. 6. Ephes. 2. 18. Hebr. 6. 20. appellat Christum nostrum præcursorē, seu vt græcè est, πρόδρομος, qui in cœlum ingressus illud nobis aperuit. *Qui cōfugimus*, inquit, *ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introijt IESVS*. Significat verò Paulus alluſione facta ad tabernaculum Mosaicum, & sancta sanctorum, in quę nullus ingredi poterat, nisi Pontifex Maximus semel in anno, Christum in sancta sanctorum cœlestia tanquam Pontificem Maximum ingressum fuisse, eaque nobis omnibus patefecisse, atque adeo fuisse πρόδρομον, seu præcursorem nostrum, qui ante nos præcurrens cœlum sua passione nobis aperuit. Noster ad cœlū præcursor dicitur. Cui concinit illud Christi Ioan. 14. *Vado parare vobis locum*. Et quoniam de sanctis sanctorum cœlestibus loquitur Paulus, quæ nobis per Christum referata, & patefacta fuerunt, est ad id illustrandum elegantissimus locus ille Ezech. 41. vbi agens de tēplo ciuitatis illius per Christum in terris fundādæ, atque inde in cœlum vsque euehendæ (is enim est literalis sensus eius visionis) sic ait. *Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem eius viginti cubitorum, ante faciem tēpli. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum, & mensus est parietem domus sex cubitorum, & latitudinem lateris quatuor cubitorum vndique per circuitum domus. Latera autem latus ad latus bis triginta tria*: Et paulò post: *Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio: & latitudinē per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus*. Quo loco difficilis est inter interpretes cōtroversia, quidnam laterum nomine accipiendum sit? Etenim Richard. de S. Vict. vult esse deambulatoria. Sed ea senten- Ioan. 14. 2. Ezech. 41. 2. Laterum nomine sedilia apud Ezech. intelliguntur. Richard. Vict.

tia

Lyran.

Hugo Carens.

tia non est probabilis, vt Lyranus demonstrat. Alij aliud commentantur. Nos veram putamus Hugonis Carensis, & aliorum sententiam, aientium per huiusmodi latera sedilia esse intelligenda, quę per circuitum parietum templi, & ipsius sancti sanctorum apparuerunt. Disertè enim tradit Ezechiel etiam in ipso sancto sanctorum eiusmodi latera visa esse.

3
Cur visa sint sedilia in sanctis sanctorũ.

Eo constituto, quod non est huius loci persequi lõgius, plenum mysterij est, quòd intra ipsa sancta sanctorum posita sunt sedilia, cum ibi superuacanea viderentur, quippe cum nulli præterquàm summo sacerdoti in eum locum pateret ingressus. Quæ fuit ratio potissima, qua Lyranus in comment. super Ezech. putauit se prædictam Hugonis expositionem omnino conuellere, demonstrarecq; latera non esse pro sedibus sumenda. Et quidem, si eo loco de templo Salomonis sermo haberetur, aptè disputaret: cum enim in sancta sanctorum illius templi nemo præter Pontificem Maximum ingredi posset, frustra profectò in eis sedilia ponerentur. Verum cum ea ciuitatis visio secundùm literam ad Ecclesiam tum militantem in terris, tum in cœlo triumphantem referri debeat, templum que illud mysticum sit, quod non solũ in terris, sed multò etiam magis magnificum in cœlo constituitur: non mirum videri debet, si intra sancta sanctorum eius templi tam multa sedilia apparuerunt. Quoniam Christus sua passione perfecit, vt ea sancta sanctorum aperirẽtur, paterentq; omnibus, atque in illa nõ tantùm summo Sacerdoti, qui ipsemet Christus est, sed vniuersis liber esset ingressus, quibus idcirco in eum locũ admittendis, recipiendisq; perneccssaria erant sedilia, in quibus illi sederent iuxta illud ad Ephes. 1. *Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo IESV.* Cernis igitur patefacta fuisse per Christum mortalibus sancta sanctorum cœlestia, quod idem est, atque illud, quod hoc loco ait Ioannes, ciuitatis illius cœlestis portas apertas, patentesq; esse omnibus, quacunque tandem orbis ex parte aduenerint. Propterea enim ad Oriẽtem, Occasum, Aquilonem, & Austrum ternæ patent portę amplissimæ: nec vlli omnino nationi, ac genti aditus, & ingressus interdicitur.

Ephes. 2. 5.

4
Gentium conuersio, & Regum pietatis erga Christum monumenta.

Quod verò ad secundum spectat, cũ dicitur: *Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam*: et iterum: *Afferent gloriam, & honorem gentium in illam*: significatur Gẽtium ad fidem conuersio: & potentissimos quosq; Reges imperium Christi recepturos, & gloriam suam, & honorem, hoc est, diuitias omnes suas, atque potentiam in Christi cultum erectis religionis causa magnificis templis, alijsque Christianę pietatis, & religionis monumentis exędificatis præanimi pietate, ac religione oblaturos: eosdem denique Principes curaturos, vt ad innumeras alias gẽtes, nationesque Euangelicæ tubæ sonus perueniat, illęq; etiã ad fidei veritatẽ amplectẽdã permotæ victori Christo colla subijciant, suisque etiam omnibus in Christi cultum, & seruitium consecratis pro magno habeant tanto Principi famulari. Magnificis sanè verbis Esaias hãc Regum, Principumque conuersionem, pietatemque amplificat cap. 60. vt minimè dubitem ad eum Esaiæ locum in hac visione Ioannis allusionẽ fieri. Perstringemus tantum præcipua. *Surge*, inquit, *illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Et ambulabunt gentes in lumine tuo.* (pro quo Ioannes hoc loco totidem verbis: *Et ambulabunt gentes in lumine eius.*) *Tunc videbis, & afflues, mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Me insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificaui te.* Ex his habes omnen mundanã opulentiam ad Ecclesiam accessisse. *Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gẽtium,* (eisdem pene verbis Ioannes: *Afferent gloriam, & honorem gentiũ in illam:*) *& Reges eorum adducantur. Gẽs enim, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit. Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerũt te,*

Locus Esaię illustris. Esai. 60. 1.

&

Tyrãni, & Prícipes ad Ecclesiam accesere humiles.

& adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi. Quoniam Principes, ac tyranni, aut certè filij, posteriq; eorum, qui nefaria aduersus Ecclesiam bella susceperunt, & grauissimas persecutiones concitarunt, tandem errorem suum, & impietatem agnoscentes omni fastu, superbiæq; typho depositio humiles ad Ecclesiam venerunt, & ad Romani Pontificis Christi in terris vicarij pedes incredibili & animi, & corporis submissione acciderunt.

5

Illi seruire dicunt pro summa gloria.

Sequitur: *Pro eo, quòd fuisti derelicta, & odio habita, et non erat, qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum.* Nihil mihi sanè sublimius videtur de Ecclesiæ gloria dici potuisse. *Ponam te,* inquit, *in superbiam seculorum,* hoc est, tam illustrem, gloriosamque efficiam, vt potentissimi quique Reges, & orbis terrarum Principes magnæ gloriæ, & superbiæ loco ducant tibi famulari, de eoque famulatu quasi de amplissimo quodam principatu, & imperio superbire videantur. Quo quid gloriosius, & vt ita dicam, magis superbum de Ecclesiæ maiestate dici, aut cogitari potuit? Nec multùm dissimile est, quod sequitur: *Suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis.* Suxit enim Ecclesia lac gẽtium, cum quicquid magnum, quicquid opulentum, quicquid pretiosum gentes possidebant, in suum vsum vendicauit. Mammilla quoque Regum lactata est, cũ amplissimis Regum, & Imperatorũ priuilegijs, donationibusque aucta, & locupletata quasi ad Regum mammillas per amoris, fauorumque magnitudinem admota lac eorum suxit, hoc est, quicquid pingue, ac succulentum possidebant, eorum beneficio acquisiuit. Multus est in hoc argumento Esaias: nam & cap. 61. sic ait *Vos autem Sacerdotes domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis. Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria eorũ superbietis.* Siue, vt Septuaginta transtulerunt: *Fortitudinem gentium comedetis, & in diuitijs eorum admirabiles.* Quoniam in vsum rerũ sacrarum, erectionem templorum, ac reditus Ecclesiarum quamplurima, & maxima Regum, ac Principum vectigalia redundarunt. Et cap. 49. *Hæc dicit Dominus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerẽ pedum tuorum lingent.*

Ecclesia lac gẽtium quãdo dicatur sugere.

Esai 61. 6. In vsum sacrorum cedũt Regũ vectigalia.

Septuag.

Esai. 49. 22.

Et verò hæc omnia, quæ primùm Esaias, & postea Ioannes prædixit, cumulatissimè impleta fuisse, vt de alijs interim taceam, Regum Lusitaniæ exempla clarissima demonstrant. Ij enim non solùm in regnis suis gloriam omnem, & honorem in Dei cultum, & religionem cõtulerunt: sed etiam incredibili pietate curarunt, vt quamplurimi barbararum gentium Reges, ac Dynastæ, quos inuictis armis, ac bellica virtute sibi stipendiarios, ac vectigales fecerũt, fidem nostrã, religionemq; amplecterentur, & gloriã quoq; ipsi suam, & honorẽ Christi seruatoris cultui, & veneration consecrarẽt. Quin potius in exteris sibi nationibus in Oriente, Occidenteque subijciendis nõ tam imperij sui, quàm religionis propagandę studio ferebantur: nec suis in terra, mariq; copijs tam sibi, quàm Christo militabant. Conuersos verò ad fidem mirum est, quàm paterno amplexu fouerent: quàm pio affectu educarent: quàm Regali munificentia, & liberalitate extructis Neophytorum domicilijs sustentarent: quàm amplis priuilegijs, eaque de re scriptis ad suos in India Proreges, & Gubernatores literis, ac regijs diplomatis, & exemptionibus in omni genere tanquam charissimos filios tuerentur.

6

Quanta pro Christi gloria Lusitani Reges gesserint.

Atque vt pauca ex multis perstringamus, primus Lusitanię Rex Alfonsus Hẽricus, qui totã fere Portugalliam è Saracenorum tyrannide in pristinam libertatem asseruit, ea quę bello comparabat, magna ex parte in sacras Religiosorum familias conferebat, ex ijsque plurima templa instaurauit, aliaque sanè magnifica à fundamentis erexit, maximaque, & celeberrima monasteria exędificauit, è quibus illa potissimum excellunt Alcobacense, & Augustinianum sanctę Crucis in vrbe Conimbrica, quę duo cœnobia amplissimis reditibus dotauit. Illud verò incredibilem huius Regis pietatem declarat, quòd cum Olisiponem tunc tẽporis Saracenorum ditioni subiectam

Primus Rex Alfonsus.

obsideret

obsideret, celeberrimum sancti Vincentij cœnobium ordinis sancti Augustini eo ipso loco, quo castra locauerat, extruxit, vt quod scriptum est 2. Esd. 4. de ijs, qui muros Hierusalem ædificabant, quòd vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium, aptissimè in Alfonsum quadret.

2. Esdr. 4.

7

Quæ Alfonsi pietas ad reliquos consequentes Reges cum regno ipso quasi hæreditario iure peruenit. Nam vt alios Lusitaniæ Reges mittamus, duo illa clarissima Lusitaniæ lumina Emmanuel, & Ioãnes hoc nomine tertius, non minùs fidei suæ, & pietatis splendore quasi duo fulgentissimi soles prodigioso, ac Diuino planè exortu in Occidente exorientes ipsas Orientis oras collustrarũt, quã inuictis armis ad suam ditionem, & imperium adiunxerunt. Verùm enim verò Emmanuel omnis memotiæ Princeps, qui primus Orientem non minus admirando ausu, quàm felici successu aperuit, plurima templa non in Lusitania modò, sed in Asiæ etiam, & Africæ sibi subiectis prouincijs excitauit, locupletauitque amplissimis muneribus. In his Bethlehemiticũ cœnobium per leucam Olisipone distans, & operis magnitudine, & magnificentia in præcipuis totius Europæ numerandum D. Hieronymi Patribus attributum. Quod opus Ioannes hoc nomine tertius Emmanuelis filius postea amplificauit, vt attestantur elegãtissima carmina in ipsa templi fronte incisa, quæ Andreas Resendius nostras Eborensis, vir eximiæ eruditionis, & inuestigator antiquitatis excellentsimus, atque in eo genere longè doctissimus composuit, quæ ita habent.

Rex Emmanuel.

Facta mole sacrum Diuinæ in littore Matri
Rex põsuit Regum maximus Emmanuel.
Auxit opus hæres Regni, & pietatis. Vterque
Structura certant, relligione pares.

Extruxit quoque Emmanuel Misericordiæ Olisiponensis ædem, & ibidem xenodochium sanè regium, & magnificum, & sancti Antonij cœnobium Franciscanũ, & Dominicanum de Annuntiata Virgine parthenonem: monasteria, quę de Pena, de Sylua, de Berlẽgis dicuntur, omnia Hieronymianæ familiæ: monasteriũ Virginis de Serra Dominicani Ordinis: sancti Antonij de Pinu obseruationis Franciscanæ: templum Eborense Franciscanum vna tantùm naui constans, omniũ, quæ in Lusitania sunt, amplissimũ, magnificum Tomarienſem Ordinis Christi conuentum, maius templum Eluense, Benedictinum monasterium Portuense, Claranum Parthenonem Tauillę in Algarbiorum regno, Serpense monasteriũ Franciscanum, & alia, quæ breuitatis causa recensere omittimus. Christianã religionem latè per Indiam, & Æthiopiã propagauit: atque in Congi regnum misit viros virtute, doctrinaq; prestantes, qui eam gentem ad fidei nostræ sanctissimam disciplinam erudirẽt, literisq; suis, ac precibus tandem perfecit, vt barbarę illius, & efferatę prouinciæ Reges, ac Dynastę filios suos in Lusitaniam mitterent, qui bonis artibus, moribus, fideique nostræ sanctionibus instructi rursus in patriam regressi maximam ad fidem illis in prouincijs accessionem fecerunt. Infinitum esset, quę in hoc genere fecit Emmanuel, oratione complecti.

8

Rex Ioannes Tertius.

Iam verò, quis pro dignitate explicare possit, quã bene de re Christiana meritus Ioannes fuerit? Is societatis nostræ in Lusitania parens Conimbricense collegium amplissimum Orientis seminarium erexit, Frãciscoq; Xauerio cũ alijs Socijs in Indiam transmisso fidem in ijs regionibus longè, lateque propagauit, eius rei tam ardenti studio incensus, vt nihil haberet antiquius, quàm vt Christiana religio in dies in remotis illis, barbarisque prouincijs augeretur, ac tũ demum se beatum Regem putaret, si Christi regnum sua opera cõstitutum vbique gentium efflorescceret. Id quod, ne multus sim, satis erit intelligere ex eius datis ad Ioannem Castrium Indiæ Prorege literis, quas Ioannes Petrus Maffeius Societatis nostrę, & historię scriptor cum primis illustris in libro historiarũ suarum de rebus in India à Lusitanis prę clarè gestis duodecimo refert, quas operę prętium duximus hoc loco transcribere in sempiternum eius pietatis, ac religionis monumentum.

Illę igitur sic habent. *Ioannes Rex Ioanni* 9

Castrio Indiæ Proregi amico Salutem. Quod non ignoras, idololatriæ graue piaculũ est, vt ea in meis regnis vllo pacto ferenda non sit. Delatum est autem ad nos in Goanis finibus tum publicè, tum priuatim coli sacella idolorum: præterea ludos, ritusque Ethnicos celebrari palam: ac proinde tibi etiam, atque etiam mando, ac planè iubeo, idola omnia per idoneos administros inuestigata, & vndiq; sublata comminuas, comburasque, & cum grauibus edictis minis, ne cui prorsus vllum eiusmodi simulacrum, aut signũ ex ære, ligno, argilla, gypso, aliouè metallo, materia, massa fũdere, ducere, sculpere, fingere, exprimere, figurare, aut aliunde importatum habere, seu sacra, ludosve Ethnico more facere, aut Brachmanas concionatores, magistros uè teterrimos Christi aduersarios vlla ope iuuare, vel tecto recipere liceat. Qui secus faxit, pœnis in edicto propositis nulla remissione mulctator. Et quia gentes ad legitimum vnius Dei cultum non modò spe futuræ beatitudinis, sed etiam præsentibus interdum præmijs inuitandæ sunt, curabis enixe, vti redemptura vectigalium, curationes publicæ, & alia munera quæstuosa in homines Ethnicos in hanc diem conferri solita, in ipsos Christi Neophytos primo quoque tempore transferantur. Ad classes meas deducendus audio promiscuum cogi vulgus Indorum: placet excipi Christianos. Ad hæc certis auctoribus magno mihi meo dolore compertũ est ab Lusitanis hominibus vili pretio coempta mancipia, quæ apud Christianos dominos perfacili negotio ad Baptismum adduci possint, Mahometanis, ac barbaris mercatoribus ad non dubium animorum interitum vberioris quæstus causa venundari. Id piaculum nè admittatur in posterum, neu seruitia vlli nisi Christiano emptori, aut licitatori addicantur, rem graui cauebis edicto. In oppido Bazaino templum Diuo Iosepho extruitur, idoneumque stipendium alendo vicario, & beneficiarijs aliquot de meo adsignator. Annua porro tria pardaum millia in impuras Mahometis ædes, & nefarium cultum ab eius sectatoribus impendi antehac solita Euangelij præconibus, & conuersionis adiutoribus in posterum numerantor. In agro Cialensi Neophytis è meis vectigalibus trecenti quotannis orizæ modij ab Antistite diuidun.or. Pondera, pretia pactiones olim cum Thomæis Christianis initas, qui in Cocinensi ditione diuendunt piper, à nostris mercatoribus labefactari, violari ne cognouimus, nec nõ subtrahi corollaria, quæ ad pretium addi ex pacto conuento consueuerant, idque magno cum eorum damno pariter, & offensione, quibus multas ob causas præcipue consultum oportuerat: ac proinde curabis quàm diligentissimè, vt in hisce commercijs Thomæi prorsus incolumes, indemnesque seruentur, eosque cæteris etiam in rebus, vti Christianos, & socios æquum est, liberaliter, comiterque tractabis. Ages etiam cum ipso Cocini Rege, vti ritus quosdã Ethnicos ab ipsius Auguribus in piperis venditione adhiberi solitos è nostro cõmercio tolli permittat. Ab eodem Rege aiunt Indos ex eius ditione, qui relictis idolis Christiana suscipiunt sacra, fortunis omnibus illico spoliari: ab eiusmodi immanitate & tu omnibus neruis amicum Regem niteris auertere, & nos ipsi quoque in eandem sententiam ad eum literas dabimus. Præterea cum Magistro Fracisco Xauerio consultabis, atque dispicies, vtrum ad Piscarij littoris Ecclesiæ incremẽtum expediat, fasuè sit piscandi potestatem patere dumtaxat ijs, qui Christum induerint, cæteros, quoad sapiant, eo quæstu, & commodo prohiberi. Qui ex Ethnicis ad Christum sese conuertunt, eos audio tanquam sceleratos, & sacros à parentibus, cognatis, amicisque tecto eijci, bonis euerti, ac summa protinus in solitudine, atque egestate versari. Horum tu inopiæ subleuandæ annuam è meis reditibus pecuniæ summam decerne distribuendam à Sacerdote, qui eiusmodi Neophytorum institutioni præfuerit. E Ceilano insula regius, vti fertur, adolescentulus impias auunculine, an parentis? effugiens manus Goam Baptismi gratia se contulit: huius sin persona, quando ad aliorum conuersionem haud leue momentum est, dabis operam, vti doctrina quidem, ac moribus in D. Pauli collegio cum alumnis cæteris imbuatur. Quod verò ad victum, cultumque attinet, lauto separatim hospitio impensa mea copiosè, at liberaliter habeatur. Significauit is ipse mihi per literas ad Ceilani regnum sibi ius, actionemque competere: vedibis, quidnam hoc sit, totamque rem probè exploratam, & cognitam ad me perscribes. Quod autem Tyrannus in suos populares, qui Euangelio credidere, tam crudeliter sæuit, feras quidem illas, verumtamen debitas tanto sceleri pœnas ab eo per te quamprimum exigi volo, & grauem audaciæ mercedem statui, quo intelligat omnes nihil esse mihi antiquius, quàm vt omni ex parte integri, incolumesque seruentur, qui à Dæmonum castris ad Christiana signa transierint. Ab Ethnicis artificibus Christi Domini, Virginis matris, & Sanctorum imagines pingi, atque adeo circunferri venales minimè decorum est nomini Christiano. Tu ergo cum proscriptionis, ac virgarum minis edices, ne cui profano tabulas eiusmodi pingere, aut vendere quoquo modo in posterum liceat.

Paræciale Cocini templum, itemque Colani dudũ inchoata patere imbribus putrefaciẽda turpissimũ est: vtrumque tu architectis, ac fabris adhibitis quamprimùm tegendum, ac perficiendum curabis. Placet etiam in vico Noroa templum Diuo Thomæ Apostolo fieri; Calaporæ cœptã sanctæ Crucis ædẽ absolui; itemque in Ciorano insula templum excitari: præterea locis idoneis auditoria, & scholas instituui, ad quæ statis diebus non Christiana modò plebs catechismi causa, verumetiam Ethnici ad Euangelium audiendum vel inuiti conueniant. Quã doquidem in ista meaditione mihi primum omniũ, & maximum est obsequium Dei, & Christianæ religionis amplificatio, cupio vehementer è Salcetanis quoque, & Bardesiis finibus, quibus mihi nuper Idalcan cessit, idolorum cultum, ac profanas Gentium superstitiones prorsus euelli. Id quò citra tumultum, ac vim hoc præsertim initio fiat, expedit rationibus, ac disputationibus quàm leniss ime populos edoceri, quanto in errore, ac veritatis ignoratione versentur, quamque vel peruersum, vel impium sit cultum vni debitum Deo simulacris, lapidibusvè ab homine tribui. Porro ad eas pellendas tenebras cùm alios viros adhibebis virtute, & eruditione præstantes: tum verò ipse tu primarios gẽtis euocare, alloqui, monere non desines, atque omni ratione ad Christum allicere. Qui sese dederint, hosce in fidem receptos non tueberis modò; sed etiã pro suo quemque capta fouebis, ornabisque. Hæc omnia scito nobis maiorem in modum esse cordi. Quæ singula te pro tua industria, & probitate sedulo curaturum esse confidimas. Hactenus Rex Ioannes.

Ex his igitur, quę de Ioanne, & aliis Lusitanię Regibus breuiter perstrinximus, liquidò apparet, quàm vere dicatur Ecclesia in superbiã Lusitanię Principum à Deo posita, vt Esaias prænuntiauerat: quàm verè Lusitanorum Regum mãmilla lactata: quã verè in Lusitania Antistites, aliique inferiores administri Ecclesiastici ob redituum magnitudinem, quibus illos Regalis munificentia locupletauit, fortitudinem Lusitanię comedere, & in gloria regni Lusitaniæ superbire, & in diuitiis Lusitanorum Regum admirabiles dici possint: quám vere Lusitaniæ Principes nutritii Ecclesię, & Reginę Lusitanę fidei nutrices appellari debeant. Quid enim aliud est Ecclesiæ filios in Regum tanquam nutritiorũ vlnis, atque humeris portari, si hoc nõ est? Denique quàm vere propter Reges præcipuè Lusitanos dictum sit hoc loco à Ioanne, quòd in Hierusalem, hoc est, in Ecclesiam deberent Reges gloriam suam, & honorem, imo & omnium gentium inferre.

10 Supra dictę prophetię quibus conueniãt

CAPVT XXII

ET OSTENDIT mihi fluuium aquæ vitæ splendidũ tanquã crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitę, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum nõ erit ãplius: sed sedes Dei, & Agni in illa erũt, & serui eius seruiẽt illi. Et videbũt faciẽ eius, & nomẽ eius in frõtibus eorũ. Et nox vltrà nõ erit: & nõ egebũt lumine lucernæ, neq; lumine solis: quoniã Dominus Deus illuminabit illos, & regnabũt in secula seculorũ. Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sũt, & vera. Et Dominus Deus spirituũ prophetarũ misit Angelũ suũ ostẽdere seruis suis, quę oportet fieri citò. Et ecce venio ueloci

ter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi, vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hęc ostendebat, & dixit mihi: Vide, ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum,& eorum,qui seruant verba prophetię libri huius. Deum adora. Et dicit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim prope est. Qui nocet,noceat adhuc:& qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc, & sãctus sanctificetur adhuc. Ecce venio citò:& merces mea mecũ est, reddere vnicuique secundum opera sua. Ego sum A, & Ω: primus, & nouissimus: principium, & finis. Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris canes, & venefici, & impudici,& homicidæ, & idolis seruientes,& omnis, qui amat, & facit mendacium. Ego IESVS misi Angelum meum testificari vobis hęc in Ecclesiis. Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. Et spiritus,& sponsa dicunt: Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult,accipiat aquã vitę gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si quis apposuerit ad hæc,apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferet Deus partem eius de libro vitę, & de ciuitate sancta, & de iis, quæ scripta sunt in libro isto:dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio citò: Amen. Veni Domine IESV. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

ARGVMENTVM.

IMPONIT hoc loco Ioannes superiori visioni finem, & elegantissimam toti operi coronidem. Agit de fluuio procedente à sede Dei, & Agni: de ligno vitæ singulis mensibus fructum ferente. Supernæ ciuitatis gloriam, & iucunditatem, quam superiori capite descripserat, concludit, ad eiusque amorem, desideriumque mortales excitat. Denique commendat suam Apocalypsim, acerrimeque comminatur, nequis illi quicquam vel addere, vel detrahere præsumat.

Visio huius capitis proponitur, & explicatur.

SECTIO VLTIMA.

1

PRIMO ait Ioannes Angelum ostẽdisse sibi fluuium aquę viuæ, seu aquæ vitę, vt Græcè habetur, splendidũ tanquã crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni. Hunc fluuium Richard. Vict. & Ioachimus gratiam Spiritus sancti accipiũt: Rupertus ipsum Spiritum sanctum, qui quoniam procedit à Patre, & Filio, idcirco fluuius à sede Dei, & Agni emanare dicitur: Haymo, & Ansbert. prędicationem Euangelii interpretantur. Verùm cum hæc ad pręsentem Ecclesiæ statum pertineant, & hoc loco sit sermo de cœlesti beatitudine, probabilius est, quod ait Pannon. & alii, significari nomine fluminis delectationem, & iucunditatem, quæ ex visione beatifica proficiscitur iuxta illud psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*: & psal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei*: & Esai. 66. *Declinabo super eã quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam*. Dicitur flumen aquæ viuę, quia nũquam deficiet: procedit de sede Dei, & Agni, quia gaudium essentiale ex visione Dei beatifica oritur: accidentale autem omnium maximum ex visione Agni, hoc est, ex humanitate Christi proficiscitur.

Quid per fluuiũ aquę vitę accipiendum. Richard. Vict. Ioachim. Rupert.

Haymo. Ansbert.

Pannon.

Psal. 35. 9.

Psal. 45. 5. Esai. 66. 12.

2

Secundò. *In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructũ suum: & folia ligni ad sanitatem gentium*. Communiter Interpretes per lignum vitæ Christum accipiunt. Ita Beda, & Pannon. Ansbert. Rupert. Richard. Vict. Haymo, Ioachimus. Tũ verò duodecim fructus per duodecim mẽses quidam duodecim Apostolos; alii melius iugem, & continuã fructificationem accipiunt, quam Christus habet in Electis, potissimumque in Beatis eis continuò per omnem ęternitatem essentiale gaudium pacificæ visionis, aliaque accidentalia tribuendo. Folia verò ad sanitatem gentium interpretantur verba Christi, eiusque doctrinã, quæ gentibus salutem attulit. Verũ hæc expositio mystica nobis potiùs, quàm literalis videtur, imo & textui minimè cõsentanea. Cum enim dicatur lignum vitæ esse in vtraque parte fluminis: quomodò vnum, & idem lignum ex vtraq; parte esse potuit? Quare haud dubiè lignum hoc loco pro lignis positum est, vt sit sensus multa ligna, hoc est, multas arbores ex vtraque ripa fluminis consitas fuisse. Cum igitur fluuius gaudium beatitudinis significet, vti diximus, quis nõ videt arbores in vtraque ripa fluminis consitas Beatos ipsos adumbrare, qui ejus gaudii torrente irrigantur? Quoniã verò eorum gaudium nullo vnquam tẽpore vel cessabit, vel interrumpetur: id circo fructum ferunt singulis mensibus. Dicũtur folia esse ad sanitatem gentiũ: quoniam gaudium accidentale Beatorũ, quod per folia accipiendum putamus, sufficiens per se est ad omnem mentis, corporisque ægritudinem leuãdam. Etenim in omnibus animę potẽtiis, & sensibus corporis erunt peculiaria gaudia, quæ eiusmodi potentias perficiant, omnique imperfectione quasi ægritudine sanabunt.

Mystica hæc est expositio.

Beati per lignum vitę adũbrantur.

Quid per lignum vitæ, fructus & folia intelligendum. Beda. Pannon. Ansbert. Ruper. Richard. Haymo. Ioachim.

Quæ in reliqua parte capitis continentur, fere expositione non indigent, sed ea tamen breuiter percurramus. Sequitur igitur. *Et omne maledictum non erit amplius*. Maledicti nomine peccatum omne intellige, quod in illa ciuitate nunquam erit. Dicitur autem peccatũ maledictũ, quia execratione dignum est, idq; significat Græcum vocabulum, κατάθεμα: *Et sedes Dei, & Agni in illa erunt*, hoc est, erit Metropolis ciuitas, in qua Deus, & Agnus in omnem æternitatem regni sedẽ figent. *Et serui eius seruient illi*, hoc est, nunquam à Dei, & Agni famulatu, amoreq; discedent. Ratio verò statim subiũgitur: *Et videbunt faciem eius*. Quomodò enim deserere eum poterunt, quem clarè vident esse omni amore, cultuq; dignissimum. Quin potius: *Nomen eius in frontibus eorum*, hoc est, maximi honoris, & ornamẽti loco ducent tãto Principi seruire,

3

Peccatum mortale dictum dicatur.

Metropolis ciuitas illa erit.

Beatiã Dei obsequio nũquã discedent.

ac pro eius seruis, famulisq; agnosci: in cuius rei signum nomen tanti Principis in frontibus tanquam illustre insigne,& monumentum gestabunt. *Et nox vltra non erit,& non egebunt lumine lucernæ,neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum.* Nulla noctis, ac diei vicissitudo in illa ciuitate reperietur: quoniam Deus, qui perpetuò lucet, & õnis mutationis est expers, ciuitatem illuminabit. Beati verò omnes regnabunt, hoc est, Reges erunt felicissimi, ac potentissimi. Quãquam enim, vt paulò ante dictũ est, serui erũt cœlestis Principis: tamen ea ipsa seruitus pro regno, & imperio reputabitur. Ne verò quis de tam magnifica pollicitatione dubitaret, adiungit: *Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituũ Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Et ecce venio velociter.* Dicitur Deus Dominus spirituum Prophetarum: quia ipsius est spiritum prophetiq; dare Prophetis. Cur verò dicat Ioannes: *Quæ oportet fieri cito?* & cur Christus dicat: *Et ecce venio velociter?* ad initium huius operis explicauimus. *Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc.* Suo ipsius testimonio, & auctoritate omniũ, quę hactenus in Apocalypsi scripsit, veritatem confirmat. Id quod more suo facit Ioannes: idem namq; in Euangelio præstitit c. 19. Cũ enim de sãguine, & aqua, quę ex Christi demortui aperto latere profluxerunt, scripsisset, adiunxit: *Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* Et capite. 21. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scimus, quia verũ est testimoniũ eius. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi, vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat, & dixit mihi: Vide, ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum, qui seruant verba libri huius, Deum adora.* Cõsule, quæ diximus cap. 19. vbi hæc eadem sententia totidem verbis scribitur, de eaque nos eo loco fusè disseruimus.

4

Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tẽpus enim prope est. Præcipit Deus Ioanni, ne librum hunc Apocalypsis obsignet, & claudat: sed omnibus legendum proponat. Quæ est Arethæ, & reliquorum Interpretum expositio. Ratio verò ea redditur: *Tempus enim prope est*, hoc est, multa eorum, quæ tibi ostensa sunt, citò debẽt euenire, cuiusmodi fuerunt multiplices Ecclesiæ per Tyrannos, ac Hæreticos persecutiones, & alia, quæ vel ipso Ioanne viuente acciderunt. Quã ob causam vtile erat, imo & perneccssarium legendã Apocalypsim fidelibus proponere, ne labores, & calamitates ipsos imparatos, & nec opinantes de repente, & insperato opprimerent: quin ipsi omnia ante prospicientes postea ipsis rerum euentis minimè mouerentur. Cur verò ca p. 10. superiori præceptum sit Ioanni, vt ea, quæ septem tonitrua locuta fuerunt, signaret, nec literis mandaret, rationem eo loco reddidimus ex rerum ipsarum prodigiosa visione desumptam, ne si illa prodigia vulgarentur, fortè fideles tam horribilium rerum denuntiatione commoueri, ac de suæ mentis constantia, atq; in Deũ fiducia deturbari possent. Porrò illa, quę habẽtur apud Dan. c. 8. *Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit:* & cap. 12. *Tu autẽ Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum:* et paulò post: *Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus:* non eum sensum habent, vt prohibeatur Daniel eiusmodi visiones mãdare literis, sed vt eas obscurè cõscribat, & ænigmatum inuolucris obscuret, ne palam propositę ab imperitis riderentur: quin potius apud omnes suam auctoritatem, & maiestatem retinerent.

5

Sequitur. *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.* Significatur adhuc tempus superesse ante vniuersam horum vaticiniorum, quæ in Apocalypsi continentur, impletionẽ, & interim vnunquemq; pro sua libertate posse aut peccatis, si malus sit, in dies inquinari, aut si iustus est, magis per bona opera sanctificari: itaq; integrum vnicuique esse male, bene ue agere, neminem quic à Deo prohiberi, sed omnes suæ permitti libertati. Sic enim locus iste est accipiendus, non quasi Deus exhortetur quempiam, vt noceat, aut vt in peccatorum sordibus hæreat. Imo vt omnes ti-

Reges erunt.

Huius promissi authoritas.

Suo testimonio horum veritatem confirmat Ioan.

Ioan. 19. 35. & 21. 24.

Iuberur Ioan. librum hunc omnibus legẽdũ proponere

Dan. 8. 26. & 12. 4. Quomodo Daniel iubeatur signare, quæ uidit.

Ante horum complementũ datur tempus peccandi, & benefaciendi.

Timore iudicii deterret a peccãdo Christus.

more iudicij ad bene viuendum impellat, addit se cito venturum ad iudicandum. *Ecce*, inquit, *venio cito: & merces mea mecum est*, hoc est, Non opus habeo aliunde præmium, ac mercedem mutuari, vt eã ijs, qui bene egerint, conferam: quoniã mecum est ipsa merces, eam in mea potestate habeo, eam mecum simul affero, vt absq; mora iustis impertiar. Sic enim accipienda sunt illa verba: *Merces mea mecum est*: quę eodẽ sensu habentur Esa. 40. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo.* Et cap. 62. *Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo.* Nec verò mercedem dumtaxat iustis dabo, sed seuerè etiam in peccatores, & sceleratos vindicabo: etenim omnes secundum cuiusque opera aut supplicio afficiã, aut pręmio. *Ego enim sum Alpha, et Omega, primus, et nouissimus, principiũ, & finis.* Idem hæc omnia significant: *primus* enim, *& nouissimus, principium, & finis* interpretatio sunt eius, quod dictum est, *Alpha, & Omega*, vt suo loco fusius exposuimus. Idcirco verò Christus hoc loco se principium, & finem nominat, vt intelligant omnes ab ipso expectandam esse mercedem, supplicium que etiam inferendum: quippe qui sit Alpha, & Omega vniuersorũ, hoc est, Deus, à quo omnia vt à principio emanant, & in quem omnia vt in finem referuntur, atque adeo potens ad mercedem iustis conferẽdam, & pœnas à sceleratis deposcẽdas. Quam ob causam verbis consequentibus iusti beati prædicantur: improbi verò à sempiterna felicitate repelluntur. *Beati*, inquit, *qui lauant stolas suas*, (videlicet in sanguine Agni) *vt sit potestas eorum in ligno vitæ*, (de quo superiori capite) *& per portas intrent in ciuitatem. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.* Per canes Arethas infideles, Haymo Hæreticos quoque comprehendit. Foris, inquit, canes, id est, Iudęi, Hęretici, cęterique increduli, qui contra Ecclesiam latrant. *Venefici*, id est, malefici, siue Magi, & *impudici*, id est, inuerecundè peccantes. Mendacium quomodo sit accipiendũ, vt ab ingressu arceat cœlestis ciuitatis, iam capite superiori docuimus.

Spe pręmij allicit ad bene agendum.

Esai. 40. 10.

Esai. 62. 11.

A Christo expectanda merces, & supplicium.

Canes Hereticí, & infideles. Arethas. Haymo.

Subiungitur. *Ego IESVS misi Angelum meũ testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina.* Vt vera, certaque omnino esse confirmet, quæ in tota hac Apocalypsi continentur, testatur Christus ipse se ea per Angelum suum Ioanni reuelasse, vt ea Ecclesiis proponeret. Quomodò verò Christus sit radix Dauid, diximus cap. 5. Cur verò stella mãtutina appelletur, c. 2. explicauimus. *Spiritus, & Sponsa dicunt: Veni.* Per spiritum Spiritum sanctum intellige, cum Græcè habeat appositum articulum, τὸ πνεῦμα. Et est sensus, Spiritum sanctum mouere iustos, vt aduentum Christi ad iudicium desiderent, & petant, iuxta illud ad Rom. 8. *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id est, facit postulare. Quanuis non sit improbabile, quod ait Arethas, per spiritũ accipiẽdos esse eos, qui digni habentur spiritualibus nuptiis. Spõsa etiã, id est, Ecclesia dicit: *Veni*, hoc est, eundem aduẽtum omnibus votis expetit, petitque ab sponso suo, vt veniat tandem ad eam in thalamum gloriç admittendam. *Et qui audit, dicat: Veni*, hoc est, omnes, ad quos hæc visio peruenerit, eundem aduentũ exoptent, & postulent. *Et qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* Inuitantur omnes ad aquam tum gratiæ modo, tum gloriæ postea hauriendam. Quo verò sẽsu gloria gratis dari dicatur, superiori capite est explicatum.

6

Cõfirmat hęc omnia Christus.

Spiritus sanctus mouet ad desiderandum aduẽtum Christi.

Rom. 8. 26.

Ad quoscunq; desiderium pertineat.

Arethas.

Deinde contestatur Ioannes, ne quis suæ huic Apocalypsi aliquid vel adiicere, vel detrahere præsumat. *Contestor*, inquit, *omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illũ plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta de his, quæ scripta sunt in libro isto.* Innuit futuros in Ecclesia Hæreticos, qui sacras Scripturas adulterarent, atque ad eas corrum pendas, & in suos errores detorquendas quędam adiicerent, quædam etiam mutilarent. Id quod de Marcione testatur multis in locis Tertullian. & in primis, quòd plura deleret in sacris literis ad suas hęreses astruendas, docet libro de carne Christi, cap. 2. *His opinor consiliis tot*

7

Hęretici adulteratores Scripturę.

Detrahebat Scripturis Marcion. Tertull.

originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est, ne caro eius probaretur. Et cap. 4. *Circunspice Marcion, si tamen non delesti. Stulta mũ di elegit Deus, vt confundat sapientiam.* Vnde eundem Marcionem Tertullianus libro aduersus eum primo, cap. 1. *murem Ponticum* appellat Euangelium corrodentem. *Nihil*, inquit, *tam barbarum, ac triste apud Pontum, quàm quod illic Marcion natus est. Iam & bestijs illius barbariæ importunior Marcion. Quis enim tam castrator carnis Castor, quã qui nuptias abstulit? Quis tam comessor mus Ponticus, quàm qui Euangelia corrosit?* Quod verò etiã Marcio de suo quædam scripturis adijceret, docet idem Septimi⁹ lib. de carne Christi, cap. 7. *Non recipio*, inquit, *quod extra Scripturam de tuo infers.* Quòd de Marcione docet Tertull. in multis alijs Hæreticis ostendi posset, quos vti diximus, hoc loco notauit Apostolus.

Adijciebat etiam de suo.

8 Dubitatio. Arethas.

Tũ subiũgit: *Dicit, qui testimoniũ perhibet istorum: Etiam venio cito. Amen.* Dubium est, sintne ista verba Christi, an Ioannis? Arethas existimat ad vtrumq; referri posse. Quidam ex Recentioribus existimat esse Ioânis, vt ipse de se dicat: *Hæc dicit is, qui testimonium perhibet istorum*: ijsq; verbis suam auctoritatem interponat, ne quispiã audeat in Apocalypsi aliquid immutare. Præterea etiam eiusdem esse verba sequentia: *Etiam venio cito*: vt quoniã Christus dixerat: *Qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis*: Ioânes, qui maximè eam aquam sitiebat, optabatq; dissolui, & esse cum Christo, respondeat: *Etiam venio citò: Amen.* Quasi dicat: Siquidẽ Christe optime ais, vt qui sitit, ad te veniat: en ego te fontem aquæ viuæ sitio, & cito ad te venio, cum iam senex admodum sim, parumq; mihi vitæ transigẽdum supersit. *Amen*, hoc est, vtinam tuo singulari munere cito huius mei voti compos fiam. Cœterùm cõmunis expositio magis placet, quæ hæc de ipso Christo interpretatur: itaq; de Christo Ioãnẽ dicere: *Dicit, qui testimonium perhibet istorum: Etiã venio citò*, hoc est, Christus, qui paulò ante testatus est se huius libri auctorem esse illis verbis: *Ego IESVS misi Angelum meũ testificari vobis hæc in Ecclesijs*: ipse, inquam, Christus se cito vẽturum esse cõfirmat: *Etiã venio citò*. Vbi pro *etiam*, est græcè, *vαὶ*, quæ dictio affirmantis est. Cui expositioni aptè cohærent, quæ sequuntur: rectè enim subiungit nomine Ecclesiæ Ioânes. *Amen: veni Domine IESV.* Ita sit, inquit, veni iam tandem Domine IESV. Ita locum hunc intellexit Beda. *Dicit, qui testimonium perhibet istorum: Etiam venio citò. Idem*, inquit, *Christus testimonium perhibet, qui se Ecclesiæ venturum annuntiat, cui more Cantici canticorum Ecclesia deuotè respondet: Amen. Veni Domine IESV.* Sic etiam Rupertus, Haymo, Ansbertus, & reliqui. Et confirmari potest: quia verba illa, *venio citò*, verba sũt notissima, ac diserta ipsius Christi, quæ sæpe in hoc opere vsurpault tum hoc ipso capite: *Ecce venio velociter.*: & iterũ: *Ecce venio citò, & merces mea mecum est*: & cap. 3. *Ecce venio citò*: & sæpe alias in hoc opere, vt minimè dubitandum sit, quin hoc loco Christum ex sua ipsius voce loquentẽ debeamus agnoscere.

Vera respõsio.

Ioan. Christũ aquam vitæ desiderat.

Christum venire desiderat Ecclesia. Beda.

Rupert. Haymo. Ansbert.

Apoc. 3. 11.

Deniq; verbis præclarissimis, & verè aureis suam Apocalypsim Ioannes concludit. *Gratia*, inquit, *Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.* Pulcherrimam sanè, & nobilissimam libro suo subscriptionẽ Ioannes adhibuit & se, & tãto opere dignissimam. Et verò quanã alia subscriptione is, qui à gratia nomen accepit, (sonat enim Ioannes *Dei gratiam*) nisi gratia ipsa concluderet? *Eant Pelagiani*, inquit Beda, *& sua virtute fidentes Domini se gratia priuent: Apostolo autem Paulo præsidium quærente, ac dicente: Quis me liberabit de corpore mortis huius? respondeat Ioannes nominis sui memor: Gratia Dei per Iesum Christum. Et ne sibi Donatistæ de singulari Dei munere blandiantur, audiant, quod cum gratiam Dei quasi Vale vltimum commendaret, adiecit: Cum omnibus vobis.* Hæc ille. Illud aduerterim, Paulum quoq; eandẽ subscriptionẽ in omnibus suis epistolis adhibere, quemadmodum ipse testatur 2. ad Thess. 3. *Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo: Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amẽ.* Nam si percurras omnes eius epistolas, eam subscriptionem, & quasi Pauli sigillum in omnibus reperies: imo & omnes etiam præter eam, quę est ad Hebræos, à gratia inchoat Apostolus, vt innuat bona opera sine Dei gratia nec inchoari, nec perfici posse. Ita etiam suam Apo-

9 Quã suo operi subscriptionem Ioan. adhibuerit.

Beda.

Eandem etiam suis epistolis adhibebat D. Paulus.

2. Thess. 3. 17.

calypsim

calypsim Ioannes à gratia inchoauit. *Gratia*, inquit, *vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Eandemq; gratia cõclusit, & quasi gratię sigillo obsignauit.

10 Autoris peroratio.

Eodem igitur nos Regali Diuinę gratię sigillo nostros hosce in Apocalypsim commentarios obsignemus. Diximus in opere difficillimo, quæ nobis probabili ora, & magis contextui, & instituto Ioãnis consentanea visa sunt. Quod si librũ septem signatum sigillis omni ex parte aperire, & resignare non potuimus, operam certè nostram, qualis qualis est, æqui, boniq; consulet, qui & eã vnius Dei nomine susceptam, & nõ omnino inutilem esse cogitauerit. Illud superest, vt immortali Deo immortales agẽtes gratias, & omnia, quę scripsimus, scribemus que in posterum, Ecclesiæ iudicio, censuręque subijciẽtes horremur, obtestemurque singulos, vt per bona opera studeãt ad cœlestem Hierusalem paulò ante descriptam ascendere, & ad lætissimas, & amæniſsimas cœlestis illius fluminis ripas perennibus, & iucundisſimis sempiternæ felicitatis, & nunquam labentium gaudiorum torrentibus irrigari.

LAVS DEO,
VIRGINIQVE
MATRI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA